SALMANTI CENSI

ER. Ü1 SCA LCE ATO R U M

V.

M O NTE CA R M ELI

Primitivæ Observantiæ

ὕχια miram Divi Thomæ Præceptoris Angelici doctrine

TOMUS NONUSDECIMUS

CONTINENS PARTEM PRIOREM TRACTATUS XXI
DE PŒNITENTIA.

1LLUSTR1SS, ac REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI D. 1).

Carolo Amabili de la JOUR - n AUVERGNE - LAURAGUA1S

ARCHIEPISCOPO B1TÜRICENSI

l) ICAT U

NOVA, C

E SOCIETATE

PARISIIS

VICTOR PALMÉ, RECTOR GENERALIS
76, via Sanctorum Patrum, 70

BRUXELLIS

SUCCURSA LIS RECTOREM
12, via Parochianorum, 12

Apu d HENRICUM TREMBLEY
SUCCURSALIS RECTOREM
4, via vulgo dicta *Corraterie,* 4

i 88 3

K

f!ï®

$

Fr. Petrus a **JESU MARIA** *Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum Beatæ Marice de Monte Carmeli primitivae observantiae, de Consensu nostri Diffinitorii, ut liber* cujus titulus est. Prima pars tomi duodecimi Cursus Theologici Salmanticensis de virtute poenitentiae, et Sacramento : a Collegio -nostro Salmanticensi accurate compositus, et a gravioribus, doctisque viris nostri Ordinis *(Quibus ipsum videndum, et examinandum commisimus) recognitus, et approbatus Typis mandetur, et in lucem prodeat, tenore praesentium licentiam concedimus. In quorum fidem praesentes litteras manu nostra, ac secretarii nomine subscriptas fieri jussimus in hoc nostro Divi Alberti Conventu de Ocana die Vigesima Octava Mensis Maii anno Domini millesimo septingentesimo primo.*

Fr. PETRUS A JESU MARIA,
Generalis.

Fr. Matthæus a Sanctissimo Sacramento,
Secretarius.

102135

INDEX

UÆSTIONUM

DISPUTATIONUM

ET DUBIORUM,

Quæ in hoc Tomo continentur.

Prcemidm. Pag. 1

QUÆST10 bXXXIV

De Poenitentia in decem articulos divisa. 5
Art. 1. Utrum Poenitentia sit Sacramentum. 5

Disputatio I.

De Pœmtentiæ Sacramento secundum se. 5
Dub. 1. An sit in Ecclesia verum Pœnitentiæ Sacramentum, idque a Baptismo essentialiter diversum. 6
Dub. 2. Utrum Sacramentum Poenitentiæ constituatur essentialiter ex actibus poenitentis, et absolutione. 29
Dub. 3. Quænam sit Pœnitentiæ diffinitio, et pro quo supponat. 60
Dub. 4. Utrum actus pure naturales poenitentis sint materia sufficiens Poenilentiæ. G7
Art. 2. Utrum peccata sint materia propria hujus Sacramenti. 97

Disputatio II.

De materia i'emota hujus Sacramenti. 97
Dub. 1. Quænam peccata sint materia remota hujus Sacramenti. 98
Dub. 2. Utrum peccata commissa in ipsa receptione Baptismi sint materia Pœnitentiæ. 118
Art. 3. Utrum hæc sit forma Sacramenti hujus *Ego te absolvo.* 141

Disputatio III.

9
De forma hujus Sacramenti. 142
Dub. 1. Utrum hæc verba : *Ego te absolvo* sint conveniens forma Sacramenti. 142
Dub. 2. Quem sensum reddant, et quem effectum habeant verba absolutionis. 161
Dub. 3. Quoe verba sint absolutionis essentialig. 200
Dub. 4. Utrum absolutio Sacramentalis, sub conditione lata sit valida, et licita. 221
Dub. 5. Utrum absolutio Sacramentalis possit valide absenti scripto, vel internuntio conferri. 4 231
Art. 4. Utrum impositio manuum Sacerdotis requiratur ad hoc Sacramentum. 244
Commentarius.
Art. 5. Utrum hoc Sacramentum sit de necessitate salutis. 247
Art. 6. Utrum Poenitentia sit secunda tabula post naufragium. 248
Commentarius.
Art, 7. Utrum hoc Sacramentum fuerit convenientur in nova lege institutum. 249

Disputatio IV.

De necessitate, et institutione hujus Sacramenti. 250
Dub. I.· Utrum Sacramentum Poenitentiæ sit necessarium, et qualiter. 251
Dub. 2. An sit de jure naturali hominem poenitere de culpis in illarum remedium. 272
Dub. 3. An intra naturæ ordinem sint vires ad actus attritionis, vel contritionis eliciendos absque recursu ad gratiam supernaturalem solo lidei lumine præeunte. v 280
Dub. 4. Quonam tempore fuerit institutum Pœnitentiæ Sacramentum et quis ejus authop. 326
Art. 8. Utrum Poenitentia debeat durare usque ad finem vitæ. 34t
Art. 9. Utrum Poenitentia possit esse continua. 311
Commentarius.
Art. 10. Utrum Sacramentum Pœnitentiæ debeat iterari. 347

QUÆSTIO LXXXV

De Sacramento Pœnitentiæ secundum quod est virtus. 363
Art. 1. Utrum Poenitentia sit virtus. 364
Art. 2. Utrum Poenitentia sit specialis virtus. 366
Art. 3. Utrum virtus Pœnitentiæ sit species justitiæ. 368

IHspulaiio Γ.

De virtute Poenitentia'. 370
Dub. 1. Utrum Poenitentia sit virtus. 370
Dub. 2. Utrum Poenitentia sit specialis vinus. 388
Dub. 3. Au Poenitentia sil vadem virtus cum Religione. 42 i
Dub. 4. An Poenitentia sit vera justitia, et a commutation distincta. 116
Dub. 5. An Poenitentia sit virtus per se infusa, vel sit dabilis vera virtus Poenitentiae quæ sit naturalis. 503
Dub. 6. An sil speciale praeceptum virtutis Pœniteutiæ, et quo jure obliget. 534
Dub. 7. Quo tempore obliget praeceptum Pœniteutiæ virtutis. 571
Art. 1. Utrum voluntas sit proprie subjectam Poenitentia·. 640
Commentarius articuli, et elucidatio assertionum. 640
Art. 5. Utrum principium Pcenitenliæ sil ex timore. 648
Art. 6. Utrum Poenitentia sit prima virtutum. 651

QU.Eyrio 1 ix iv i

De effectu Poenitentiae quoad mortalium peccatorum remissionem. 658
Art. I. Utrum per Poenitentiam omnia peccata removeantur. 658
Art. *i*. Utrum sine Poenitentia peccatum remitti possit. 658
Art. 3. Utrum possit per Pœnilantiam unum peccatum sine alio remitti. 659
Ari. 1. Utrum remissa culpa per Pœnitentiam remaneat reatus pœnæ. 660
Ari. 5. Utrum remissa cuipa mortali tollantur omnes reliquiæ peccati. 660
Ari. 6. Utrum remissio culpæ sit effec tus Pœnilentiæ. 661

Dispulalio VI.

De influxu, et effectibus Pœnilentiæ sub ratioue virtutis. 661

Dub. I. An Poenitentia sil tota, et adæquata ratio proxima eliciendi contritionem. 062
Dub. 2. Utrum virtus Pœnilentiæ concurrat effectivo ad destructionem peccati. 711
Dub. 3. Utriim Pœniteutiæ insit virtus omnia peccala expoliendi. 761

QüÆSTIû LXXXVU

De remissione venialium peccatum. 800
Art. 1. Utrum peccatum veniale possit remitti sine Poenitentia 800
Ari. 2. Utrum ad remissionem venialium peccatorum requiratur graliæ infusio. 812
Art. 3. Utrum venialia peccata remittantur per aspersionem aquæ benedicta;, et alia hujusmodi. 811
Art. i. Utrum veniale peccatum possit remilli sine moriali. 815

QU.ÏSTIO LXXXVHI

De reditu peccatorum per Pœnitentiam dimissorum. 822
Art. 1. Utrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum. 822
Elucidatio articuli. 823
Art. 2. Utrum peccata dimissa redeant per ingratitudinem, quæ specialiter est secundum odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum Confessionis, et dolorem de Poenitentia habita. 831
Commentarius. 831
An. 3. Utrum per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius remissorum. 837
Ari. -1. Utrum ingratitudo, ratione cujus sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum. 838

QCÆSTIO LXXXIX

De virtutum recuperatione per Poenitentiam in sex articulos divisa. 838

INDEX LOCORUM

SACRÆ SCRIPTURÆ

QUÆ IN HOC DECIMO NONO TOMO EXPLICANTUR

In quo D. disputationem. N. numerum marginalem. Q. quæstionem. A. articulum. C. commentarium et P. paginam designant.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

Cap. 4. *Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus, ad Cain vero, et ad munera ejus non respexit. In Comment. ad art.* 4, *quæst.* 87, *num.* 1. 815

Ex Deuteronomio.

Cap. 4. *Si tamen toto corde quæsieris, et lota tribulatione animee tuce, invenies eum. Disp.* 5, *num.* 113. 448

Ex Levitico.

Gap. 16. *Sabbatum requietionis est, affligetis animas vestras, ab omnibus peccatis vestris mundabimini. Disp.* 5, *num.* 282. 588

Ex Ecclesiastico.

Cap. 5. *Nec tardes converti ad Dominum, nec differas de die in diem : subito enim veniet ira ejus. Disp.* 5, *num.* 317. 615
Cap. 33. *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum. In Comment, ad art.* 4, *quasi.* 87, *num.* 1. 815

Ex Proverbiis.

Cap. 21. *Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud. Disp.* 6, *num.* 118. 773

Ex Psalmis.

Ps. 31. *Dixi, confitebor injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Disp.* 5, *num.* 143. 470
Ps, 50. *Tibi soli peccavi, et malum coram te feci. Disp.* 3. *num.* 31. 470
Ps. 59. *Cor contritum, et humiliatum Deus non despicies. Disp.* 5, *num.* 46. 398
Ps. 8L *Couverte nos Deus salutaris noster. Disp.* 4, *num.* 64. 283

Ex Job.

Cap. 35. Si peccaveris, *quid ei nocebis ?.... Porro si juste egeris, quid donabis ei. bisp. 5, num. 333.* 628

Ex Jeremia.

Cap. *3. Convertimini filii revertentes, et sanabo aversiones vestras. Disp.* 6, *num.* 131. 762
Cap. 31. *Converte me Domine, et convertar, quia tu Dominus Deus meus : postquam enim convertisti me, egi Poenitentiam. Disp.* 4, *num.* 63, 283 *et disp.* 5, *num.* 389. 617

Ex IsAIA.

Cap. 6. *Excœca cor populi hujus... ne corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum. Disp.* 6, *num.* 135. 764
Cap. 55. *Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserebitur ejus. Disp.* 6, *num.* 133. 763

Ex EzECniELE.

Cap. 18. *Convertimini, et agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris. In Comment, ad art.* 1, *quœst.* 87, *num.* 20. 811

Ex Joele.

Cap. 2. *Reddam vobis annos, quos come dit locusta. In Comment, ad art.* 1, *quœst.* 88, *num.* 11. 829

Ex M1CHÆA.

Cap. 2. *Ascendit pandens viam ante eos. Disp.* 3, *num.* 73. 170

Ex lib. 2 Machabæobum.

Cap. 6. *Orabat Scœleslus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. Disp.* 6, *num.* 134. 761

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Mattheo.

Cap. 12. *Omne peccatum, el blasphemia remittetur hominibus. Spiritus autem blasphemiœ non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem*

dixerit rerbum *contra Spiritum sanctum.* non *remittetur ei, nec in hoc sæculo. nec in futuro. Disp.* 6, num. 157. 771)
Cap. 16. Tibi *dabo claves regni cadorum. Et quodcumque ligaveris, etc.* Disp. 3, num. 13. 117
Cap. IS. Amen, amen *dico vobis quœcumàue alligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlis, etc. Disp.* 4, num. 152. 334
Cap. 19. *Non dico libi septies, sed usque septuagies septies. Disp.* 6, num. 131. 762

Ex Masco.

Cap. 1. *Postquam traditus est Joannes, venit Jesus* in *Galilœam prœdicans Evangelium regni Dei, et dicens, Poenitemini, etc. Disp.* i, num. 162. 338
Cap. 3. *Qui autem blasphemaverit in Spiritum saucium,* non *habebit remissionem in œternum. Disp.* 6. num. 158, 779
Cap 16. *Qui crediderit, et baplizalus fuerit, salvus erit. Disp.* 1, num, 41. 23

Cap. 10 Semivico *relicto. Disp.* 6, num. 36. 690
Cap. 13. .Visi *Pœnilentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Disp.* 5, num. 228. 515
Cap. 15. *Majus gaudium est in calo super uno peccatore Pœnilentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent Pernitentia. In Comment. ad art.* -2, quœst, 88, *num.* 9. 835
Cap. 21. *Vere dico vobis, quod vidua hœc pauper plusquam omnes misit. In Comment, ad art.* 2, *quasi.* 88, num. 11. 835
Cap. uli. *Oportebat Christum pati... et prœdicari in nomine ejus Poenitentiam. et remissionem peccatorum in omnes gentes. Disp.* 1, num. 149 , *et seq.* 332

Ex Joanne.

Cap. 20. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. et quorum retinueritis, retenta. Disp.* 1, *num. 118.* 332

Ex actis Apostolorum.

Cap. 3. *Poenitemini igitur, et convertimini, ut deleantur peccata vestra. Quœst.* 87, *art.* 1. *In Comment, num.* 20. 811
Cap. 8. *Imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum. Quœst.* 81, *ari.* 4. *In Comment, num.* 2. 245
Cap. 9. *Sanet te Dominus Jesus Christus. Disp.* 3, num. 32. 154

Ex epist. ad Romanos.

Cap. 2. *Ignoras, quod benignitas Dei ad Pccnitentiam te adducit. Tu autem secundum duritiam tuam, et impœnitens cor thésaurisas tibi iram in die iræ. Disp.* 5, *num.* 320. 617
Cap. 3. *Justificati gratis per gratiam ipsius. Disp.* 5, num. 167. 192
Cap. 3. *Nunquid incredulitas corum fidem Dei evacuabit? Absit. In Comment. ad art. l,q.* 88, num. 8. 8-27
Cap. 5. *Peccatum* non *imputabatur, cum* lex non esset. *Disp.* 5. num. 261. 571
Cap. 8. Aiftil *damnationis est iis, qui sunt* in *Christo Jesu. Disp.* 6, num. 111. 770

Ex 1 AD CORINTH.

Cap. 15. Abundaylius omniftws *laboravi, non ego autem, sed gratia Deimecum. Disp.* 6, num. 39. 691

Ex epiSt. 2 ad Corinth.

Cap. 2. A'e *abundanliori tristitia aliquis absorbeatur. Disp.* 5, *num.* 62. 410
Cap. 4. *Deus hujus sœculi excœcavit mentes infidelium. Disp.* 6, num. 135. 764
Cap. 13. Si *tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charilatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Disp.* 4, num. 29. 266

Ex epiSt. 2 ad Corinth.

Cap. 2, *Ego. quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi. Disp. 3. num.* 27. 153

Ex epist. ad Philippenses.

Cap. 2. *Cum timore, et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim esi, qui operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate. Disp.* 6, num. 44. G98

Ex SEGENDA AD TIMOTH.

Cap. 2. *Ne quando Deus det illis Pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a Diaboli laqueis. Disp.* 4, *num.* 65. 281
Cap. 1. *In reliquo reposita est mihi corona justitiœ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex. Disp. 5. num.* 119. 452

Ex EPIST. AD HeBB/EOS.

Cap. 6. *Impossibile est eos, qui semel sunl illuminati, etc., et prolapsi sunt, rursus renovari ad Poenitentiam. Disp.* 1. *num.* 11. *pag.* 1, *et num.* 33. 10
Cap. 6. *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, etc. In Comment, ad art.* 1, *quœst.* 88, *num.* 11. 829
Cap. 12. *Non invenit Poenitentiae locum. Disp.* 6, *num.* 134. 763

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. *Memento, unde excideris, et age Poenitentiam, sin minus, veniam ad te cito. Disp.* 5, num. 260. 572

Ex kpjst. J Atom.

Cap. 2. *Quicumque tolam legem scrvavc-ril, o/fendat autem in uno, faclut est omnium reus. Disp.* 6, *num.* 111. 770

Ex KPIST. 1 JOAXMfS.

Cap. 5. *Eatpeccaium ad mortem, non pro illo dico, ut roget guis. Disp,* o *TLXiTu,* 161» * 782.

FINIS

TRACTATUS

IF1

TAM UT SACRAMENTO, QUAM UT VIRTUTE.

PRIOR PARS.

A Quæstione LXXXIV, usque ad XC, tert. Part. D. Thomæ.

PROŒMIUM-

Expensis superiori volumine, quæ' occurrerunt circa ineffabile,- et sacrosanctum Eucbaristiæ sacramentum (in quo non sine ingenti labore, nec, ut audivimus, sine fructu, solum ad ea, quæ e suggestu vel dictari, vel disputari solent, rescissis aliis huic attentioni non adeo opportunis, plenain manum adhibuimus) : accingimur ad agendum de Poenitentia. Et quidem ut morem geramus, tam domesticis obtendentibus absque hoc Tractatu imperfectum nostrum Salmanticensem cursum permansurum ; quam exteris de nobis satis, superque benemeritis, quibus hactenus in lucem edita commentaria supra merita, ut citra invidiam dicamus, placuisse, et honori esse cognovimus. Unde licet laxis viribus, et vel ipso calamo dehiscente, consultius habuimus nobis in scribendo, et aliis in legendo novum adjicere laborem, quam propriæ tranquillitati incumbere, et jam diu conculcatam arenam tot impellentibus, non remetiri, atque inceptum opus non consummare. Nec exiguum fuit superandae difficultatis illicium gravitas materiæ, quam aggredimur, ut interim taceamus de ejus utilitate, in quarum qualibet nulli alteri cedit.

1. Porro ut vel in ipso limine haereticorum repagula proscindamus, quibus veritatis ostium occludere satagunt, vel penitus obruere conantur, et subjectum proprium hujus nostræ expeditionis in tuto, et paiam constituamus; e re censuinrns præmonuisse, quid Pœnitentiæ nomine indicetur, ut vel sic quæstionem quid nominis extricemus. *Pœnilenlia* itaque, ut selectiores græcæ et latin® linguæ docent Magistri, descendit a verbo *Poenitere.* Pœnitere autem idem sonat, ac pœnam tenere, non qualiumcumque, sed præteritorum : quatenus poenitens interne dolendo, et retroacta detestando, luit pœnam vel voluntarie adscitam, vel externe ab alio prudenter taxatam. Hinc ab Isidoro lib. 6 Êthymolog. cap. ultim. : *Pœnilenlia appellata est, quasi punientia,* quia nimirum punit in se homo dolendo, et patiendo, quod male gessit peccando, juxta illud D. Augustini : *Nemo voluntatis sus arbiter constitutus, potest novam vitam inchoare, nisi eum veteris pœnitueril.* Et ut alios mittamus, puta Chrysostomum, et Ilieronymum, unum et alterum in utraque lingua versatissimum, *Panilcnliam* pluries sub hac expressione usurpantes, necnon D. Ambrosium per tres integros libros de Pœnitenlia in hac significatione contra Novatum, et Novatianos agentem, iterum audiamus Augustinum nulli nec sanctitate vitae, nec litterarum præslantia secundum ita fantem : *Est pœnilenlia bonorum et humilium fidelium pana quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes : Dimitte nobis debita nostra.* Cui accinere et sapientissimus Martyr Cyprianus, et Vetustissimus

D. Isidor.

D. August.

o. ciiry sost.

D. Hicrou.

Novatus.

D \ - gust.

I). Cv priait.

Tcrtal-Juu. Tertullianus, ille dicens : *Pandentia* minor *crimine* non sil, iste asserens : *confessione pandentia nascitur : pandentia Deus placatur.* Atque ita rem se. habere, nimirum pœnitentiam exprimere in sui significatione dolorem et mcestitiam retroactorum, tam clare nos docet Scriptura {quidquid ogganiant hæretici, deliliis, ac mollibus dediti et pœnitentiam exosi' ut vel uti sit in meridie offendere, vel tenuiter de hoc dubitare. Et quidem qui cuncta pro hac re ejus testimonia congerere vellet, potius ei tempes, quam materia deesset. Quocirca sufficiat unum vel alterum indicasse. Adeamus itaque patien-

Job. tissimam Job de se clamantem : *Ago pœnitentiam in facilia, tl cinere,* et ipsam·

JOtl 2, met Dominum Joel. 3 ad pœnitentiam excitantem, atque monentem : *Convertimini ad* tnc in *toto corde vestro, in jejunio el fletu, el planctu : scindite corda vestra, el non vestimenta vestra.* Consulamus sanctos Evangeliorum libros, ubi Tvri et Sidonii quam egissent pœaitentiam, si apud ipsos prædicatum fuisset Evangelium, infallibili Christi testimonio nos edocebunt, videlicet m cinere et cilicio, Auscultemus Doclorem gentium, quid in suis epistolis personantem, nisi poenitentiam, dolorem, et tristitiam importantem, qua in Dei gratiam revocemur et servitutis diabolic» peccatis incurs» jugum excutiamus ?

Luthe-ran. Exeat nunc, nescio qua fronte. Lutherus, et glorietur se, uti scribere non est ventus epist. ad Vicarium sui Ordinis typis excussa Witembergæ ann. 1518, studio eruditissimorum virorum tandem didicisse vocem *Pandentia* non significare odium, vel dolorem præteritorum, sed amorem justitiæ dumtaxat, et novæ vitæ. In quo, ut recinit serm. de Pœnitentia, nihil amarum splendet, sed cuncta lenia, et gratissima extant. Exeat, inquam, et explicet, si explicatu facile est, quod fœdus ineat pœnitentia cum luctu, mœrore, cinere, et planctu, in qua cuncta acerba, cuncta amaritudine plena sunt, qualem describunt Scriptura, Apostolus, Evangelia, et SS. Patres, cum illa sua poenitentia molli et dulcoris ac suavitatis plena? Et cui potius, vel ipsi, vel iljis sit adhibenda fides? Profecto non longius iret, qui pro saccaro acetum, pro nectare absinthium, pro meile fel propinaret, quam eant Lutherus, et sectatores ita placidam, ita quietam, ita denique mollem pnuitentiain Catholicis pro rigida, dura, mœsta, sed sancti, ei sancte proclamata obtrudentes. Nec est inter eorum proni-tentiam, et poenitentiam Evangolicam major quatn inter lucem, et tenebras conventio.

2. Sed age, et videamus, quid sentiant auctores lingua.) latin», ad quos vocamur, et in quamnam partiam suppetias veniant. Et quidem Naso tam vennstæ, quam Xjs'. egregia) latinitatis candidatus propriam depingens poenitentiam lib. I de Ponto, ita occinendo liet : *Pœnilel* o, si *quid miserorum creditur ulli! Pœnilel, el facio torqueor ipse meo. Cumque sil exilium, magis esi mihi culpa dolori, eslque pali pœnam, quam meruisse minus.* Ubi nec verbum est, quod poenitentiam Lutheri tranquillam, ac lætam suboleat; quin omnia acerbitatem et mœrorem cordis redolere ostendunt. Nec obscurius locutus est Ausonius epi- Ausa gram. de occasione: Sum *Dea, quæ facli non factique exigo panas : nempe ul pœnilent, sic Melanza vocor* Quo loci nisi verba alienentur, et a propria significatione penitus extrahantur, non amorem justitiæ, aut meram resipiscentiam, quas in Metanæa comminiscitur Lutherus, explicat, sed pœnam luenJam ob commissionem factorum, vel omissionem faciendorum. Quid Cicerorem referam inter primarios Coriphæum? Audiant illum Lutherus, et mollioris pœnitentiæ assertores epistola ad Atticum : *Me pœnilel, quod le offenderim,* In Tusculanis : *Sapienlis esi proprium, nihil, quod panilere possil. facere.* Et de Inventione, ubi percontatur : *Utrum, sil facinus id, quod panilere sil necesse?* In quibus omnibus, et aliis consulto omissis tam evidens est *Panitenliæ* nomine, dolorem, animi acerbitatem, mœstitiamque exprimi absque vel levissimo signo suavitatis, ac dulcedinis a Luthero et asseclis conflctarum, ut mirum sit in re adeo perspicua oculatum quem cœcutire, et impingere. Unde velati Pœnitentiæ Sycophanta) proscribendi sunt, et prorsus abjiciendi.

3. Hinc quam laudem nanciscantur Laurentius Valla, et Erasmus duo Lu- Laur Valla, (heri et Latheranæ fœcis, aliorumque ejusdem farraginis vexillarii, ac præcursores facile constat. Obtendunt itaque hi duo obcæcatissimi m ptenitentiam testes, et infestissimi hostes (a quibus didicisse profitetur Lutherus eam placidam, et delicatam Pœnitentiæ significationem toties catholicis obtrusam et pro nostris haeretice proclamatam) oam non a *panu tenentia,* vel *punientia,* originem trahere, vel etbymon saniore ; sed *a pone,* ot *tenere,* quasi reincidat *panilere cum co quod est posterius consilium tenere,* vel post factum melius sapore, aut intelligere, ut loquitur Lutherus. Idque inde satis sibi fulcire videntur ex eo , quod Metanæa cujus loco nostri *Pœnitentia* vertunt, non pœnitentiam, sed resipiscentiam sonat. In resipiscentia autem nil nisi mutatio sententliæ exprimitur. Atque ideo loco Pœnitentiæ resipiscentiam cujuslibet doloris, aut mœstitiæ expertem Eiasm. versam iri censent. Hinc Erasmus annot. ad cap. 3 Matthæi vocum transmutationem maxime dolet, et catholicorum cætum quos inter sanctissimos pariterque doctissimos invenies, vulgi nomine succenset his verbis : *Nostrum vulgusputal esse panitenliam agere, praescripta pœna quapiam, luere commissa : quod apud Christianos qui publice peccassenl, ejecti e consortio propalam affligerentur : eaque satisfactio sive pœna pœnitentia vocari cœpta. Qua quidem ex re non mediocris error Theologis quibusdam obrepsit* (Doctores Catholicos tara urbane alloquitur) *qui quod Augustinus de pœnitentia hoc est publica satisfactione scripsit, ad animi dolorem, quam contritionem vocant, detorquent.* Et concludit Metanæam non rigidam pœnitentiam, sed puram resipiscentiam sonare, *ubi quis lapsus re peracta tum demum animadvertit erratum suum,* absque ullo prorsus dolore, ullave errati detestatione. Quæ doctrina tam alte in-

Theod B?za· sedit Theodor. Bezæ, annot. ad 3 cap. Matth.utloco verborum *Pœnitentiam agile* verterit *Resipiscite,* adjiciens : *Quam interpretationem* (Catholicorum , legentium Pœnitentiam agite) *mullas ab causas repudio ; sed ob eam potissime quod mulli imperiti* (tantum honorem defert sacris Doctoribus, et sapientissimis Theologis) *occasionem ex hoc dicendi genere arripuerint falsarum opinionum de satisfactione, quibus hodie agitatur Ecclesia.* Apage tamen talem ac tam strenuum Ecclesiæ pugilem, quo non tam agitatur, quam corruit totius Ecclesiæ ædificium. Nam testimonia nuper adducta satis ostendunt juxta humanas et divinas litteras tam proprium esse pœnitentiæ dolorem, luctum, ac tristitiam, ut absque illis explicari non possit, nec aliud significari, et teste Ausonio Metanæa recidit cum pœnitentia luente commissa, et non pro pura resipiscentia solam cognitionis mutationem affe-rente. Unde Laurentii Valla, Erasmi, Bezæ et similium gannitus contemnendi sunt, et pro næniis, ac nugis habendi.

4. Sed ne plus nimio hærere videamur verbo, et in eo aliquo nodo diu irretiri, sit ita Metanæam idem prorsus, ac resipiscentiam sonare, ut voluere Valla et Erasmus, Vatia. Quid inde? Earn forsan elicient, et nobis Erasm· obtrudent resipiscentiam, quam sibi blandiuntur, non mœstam, sed alacrem, non rigidam, sed mollem ac effeminatam, ac omnis moeroris expertem, quamque horum eruditissimorum virorum studio se didicisse gloriatur ubi supra Lutherus? Absit. Lutber. Nam ut testatur Lactantius lib. 6, cap. 23 : *Metanœam eam Græci vocant, quam nos resipiscentiam. Resipiscil autem ille quem errati piget, et seipsum castigat demenliæ ad recte vivendum.* Ubi tot jacit jacula, quot scripsit verba, quibus eorum dentes contundantur, et obruantur ora. Quia tam evidens est ad veram resipiscentiam tædium, ac mœrorem præteritorum requirere, quam est talia docentes a veritate deciscere, et toto, ut inquiunt, cœlo aberrare. Unde coguntur vel resipiscentiam, pro qua ita viriliter decertant, deserere, vel tenentur veram pœnitentiam admittere, quæ luat commissorum poenas, castigando dementiam ad recte vivendum juxta Lactantium. Facessant ergo oblatrare contra Pœnitentiam, resipiscentiam jactando; cum par sit alterutrius notio. Nam neque vera pœnitentia, neque vera itidem erit resipiscentia, quæ non exprimat ex vi suæ primævæ significationis mœrorem, detestationem et dolorem ob commissa cum voto in posterum recte vivendi, et novam vitam inchoandi. Quæ est definitio S. Gregorii Grego- communiter circumlata. *Panilere est præ- rius· terila mala plangere, et plangenda iterum non committere.* Quod si eam quia Catholicam, et a sanctissimo æqueque doctissimo Pontifice traditam fuerint pertaesi, vel ipsos Ethnicos non dissentientes audiant, et in primis Ovid. lib. 1 de Ponto, ubi ait : Ovidius. *Talia caieslcs fieri præconia gaudent, ul sua quid valeant numina, teste probent. Sæpc levant panas, ereplaque lumina reddunt, cum bene peccati panititisse vident.* Et Menandri, vel, ut alii volunt, Periandri mo- Periand. nitum extat : *Cum peccaveris, subeat te pœnitentia,* et omnium clarissime Horatius : Horst. *Scelerum si bene pœnilel, eradenda cupidinis pravæ sunt alimenta.* Et hæc tam vera quam solida de Pœnitentiæ significatione.

5. In ea vero commendanda non est

nobis protelandum, cum nullus sit Catholicorum aut Conciliorum, aut Scriptorum, qui in ejus praeconiis calamo indulgere non curet. Unicum sat fuerit retulisse Lactantium epist. institut. Divin. : *Panitentia non minimum locum inter virtutes habet, quia sui correctio est. Magnum est pœnitentiæ auxilium, magnum solatium. Illa esi vulnerum, peccalorumque sanatio. Illa spes, illa porta salutis, quam qui tollit, viam vitæ sibi amputat : quia nemo esse tam justus potest, ut nunquam sit ei pœnitentia necessaria. II.rc sunt viclimæ, hoc sacrificium placabile: hic est verus cultus, cum homo mentis suse pignora in aram Dei confert. Summa Dei Majestas hoc cultore lœlatur, hunc ut filium suscipit sibi, quia donum immortalitatis impartitur.* Hinc a Tridentino ex Patribus nuncupatur *secunda tabula post naufragium,* necnon *baptismus laborius,* a Nazianzeno *lavacrum animarum,* ab Augustino *ilerabilis baptismus,* cl in cap. *ad abolendum, sacramentum confessionis nomtnalum est.* Nec mirum loi nominibus celebrari, cum lapsis unicum sit post baptismum remedium. Communior tamen ac frequentior, subindeque expressior nomenclatio est : *Sacramentum Panitentiæ.* licet eam carpsisse videatur Durandus dist. 14, cui suppetias tulit Jacob. Faber, cap. ultimo super Dionysium, non tam pie, quam exotice *sacramentum remissionis* appellandum fore adnitentes, ob effectum remissionis, quem ex sua institutione natum est inducere. Verum in re aleo gravi eorum postponenda, et Ecclesiæ, ac Conciliorum præferenda est authoritas graviori fundamento munita, et communi Doctorum calculo probata. Nam ut colligitur ex D. Thom. in 4, dist. 16, Omnes partes hujus Sacramenti, et pro quibus supponere infra videbimus, pœnam important, contritio dolorem, confessio ruborem, et satisfactio laborem. Aptius itaque nuncupatur hoc sacramentum : *Pœnitentia,* quam *remissio,* vel *remissionis.*

Uc ia-4. Trideni. *ziii.r'* D. Ai– Cap? Ab Durand. Jacob. Faber. D.Thrm.

His erga Pœnitentiæ nomen tenui, ac rudiori filo assutis, superest ineundam methodum adjiciamus. Cum enim utraque ratio, et virtutis et Sacramenti coeat in Pœnitentia, non satis convenit inter Authores. a qua earum exordium sumendum sit, vel a Pœnitentia ut virtute, quo pacto anteit seipsam ut Sacramentum, utpote prior ipso et origine, et tempore, et quæ in omni post lapsum statu viguerit? vel ab eadem sub ratione Sacramenti, in qua consideratione est totum sub se. continens actus Pœnitentiæ virtutis, et solam legem gratiæ, et Christum ut sui Authorem agnoscit, ut fides adstruit, et Catholicorum nullus ambisit? Hanc tamen litem aliis diruendam, ac ventilandam linquimus.

Nobis autem, quibus cordi est monitum Lirinensis : *Author non debet esse, sed eustos, non institutor, sed sectator, non ducens sed sequens,* et jam diu in verba Magistri juravimus quantumvis veluti gregarii milites succenseamur), via alia, quam strata, ac plane regia D. Thomæ eundum non est. Quare prius sermonem de sacramento Pœnitentiæ, quam de virtute Pœnitentiæ consuimus instituendum, quin obsit hujus antiquitas. Nam quidquid de hoc fuerit, in quo non moramur; cum nulla res valeat absque termino per se inspecto perfecte cognosci; nec pars aliqua sine toto, ad cujus constructionem ordinatur; oportet prius de ipso termino, sicut et de toto saltem in communi agere, ejusque aliqualem notitiam acquirere, quam vel de partibus, vel de tendentia sermonem texere. Et hac ratione objecta potentiarum prius investigamus; et ex eis veluti ex principiis ad ipsas potentias legitime discurrendo descendimus. Cum itaque *Poenitentia* virtus ex Christi Domini institutione ordinetur ad sacramentum Pœnitentiæ, ita quod sine ipso vel in re, vel in volo nulla vera, et Christiana virtus Pœnitentiæ sit, nec nominari possit'; plane sequitur, ut absque ipsa ut sacramento non posse perfecte cognosci, atque ideo ut in ejus perveniamus notitiam, prius utcumque de ipso sacramento tractatum iri. Quam ob causam, ni fallimur, Angelicus Doctor in tractatu de virtutibus, inter alias Poenitentiam non accensuit, sed usque ad hunc proprium locum veluti alte prætermisit, quasi jure exigeret ejus notitia, scientiam sacramenti Pœnitentiæ, a quo proinde exordiri est attentis omnibus convenientius. Faxit Deus, ut sub tanti Docloris auspiciis Cursui nostro in quo jam diu laboramus, optatam, ac felicem manum tandem imponamus ad Dei sempiternam gloriam , proximorum utilitatem, et doctrinæ D. Thomæ, quam veram, et catholicam semper habuimus, aliqualem elucidationem.

Lirincn· sis· D.Tbon.

QÜÆSTIO

DISPUTATIO 1

De sacramento Pœnitentiæ in decem articulos divisa.

Consequenter considerandum est dc sacramento Pœnitentiæ. Circa quod primo considerandum est, de ipsa pœnitentia. Secundo, de efl'ectu ipsius. Tertio, de partibus ejus. Quarto, de suscipientibus hoc sacramentum. Quinio, de potestate ministrorum quæ ad claves pertinet. Sexto, de solemnilale hujus sacramenti. Circa primum duo consideranda sunt. Primo de pœnitentia, secundum quod est sacramentum. Secundo, de pœnitentia, secundum quod est virtus.

ARTICULUS *I.*

Utrum Pœnitentia sit sacramentum ?

Ad ptimum sic proceditur. Videtur quod pœnitentia non sit sacramentum. Gregor, enim dicit, et habetur in Decreto 1, quæstio 1, sacramenta sunt baptismus, chrisma, corpus, et sanguis Christi, quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento rerum corporalium divina virtus secretius operatur salutem : sed hoc non contigit in pœnitentia : quia non adhibentur aliquæ corporales res, sub quibus divina virtus operetur salutem; ergo pœnitentia non est sacramentum.

9. Prælerea sacramenta Ecclesiæ a ministris Christi exhibentur, secnndum illud 1 Corinth. 4 : sic nos existimet homo ut minifetros Christi et dispensatores mysteriorum Dei : sed pœnitentia non exhibetur a ministris Christi : sed interius a Deo hominibus inspiratur, secundum illud Ilierem. 39 ; Postquam convertisti me, egi poenitentiam. Ergo videtur, quod pœnitentia non sit sacramentum.

3. Prælerea. In sacramentis de quibus jam supra diximus, est aliquid, quod est sacramentum tantum : aliquid, quod est res et sacramentum : aliquid vero, quod est res tantum, ut ex præmissis patet : sed hoc non invenitur in pœnitentia ; ergo pœnitentia non 'est sacramentum.

Sed contra est, quod sicut baptismus adhibetur ad purificandum a peccato, ita et pœnitentia; unde et Petrus dixit Simoni, Act. 8 : Pœnitentiam age ab hac nequitia tua : sed baptismus est sacramentum, ut supra habitum est. Ergo pari ratione et pœnitentia.

Respondeo dicendum , quod sicut Gregor, dicit in cap. supra dicto, sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita sil, ut aiiquid significative accipiamus, quod saucte accipiendum est. Manifestum est autem, quod in pœnitentia ita res gesta sil, quod aliquid sanctum significatur, tara ex parte peccatoris pœnitentis, quam ex parte sacerdotis absolventis; nam peccator pœnitens, per ea quæ facit et dicit, ostendit cor suum a peccato recessisse ‘similiter eham sacerdos per ea, quæ agit et dicit circa pœnitentem, signiliot opus Dei remittentis peccata, unde manifestum est, quod pœnitentia, quæ in Ecclesia agitur, est sacramentum.

Ad primum ergo dicendum, quod nomine corporaliora rerum intelligrntnr large etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in hoc sacramento, sicut aqua in Baptismo, vel chrisma in Confirmatione : est autem attendendum, quod in illis sacramentis, in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius : sicut in baptismo, ubi fit plena remissio peccatorum, et quantum ad culpam, et quantum ad pœnam, et in Confirmatione, abi datur plenitudo Spiritus sancti, et in exlrema-Unctioce, ubi confertur perfecta sanitas spiritualis, quæ proveniunt ex* virtute Christi, quasi ex quodam extrinscco principio. Unde si qui actus humani sunt in talibus sacramentis, non sunt de essentia sacramentorum» sed dispositive se habent ad sacramenta. In illis autem sacramentis, quæ habent eiïectuin eorrespondentem humanis actibus, ipsi actus humani sunt loco materiæ, ut accidit in pœnitentia et matrimonio : sicut etiam in medicinis corporalibus, quædam sunt res exterius adhibitæ, sicut emplastra, et electuaria : quædam vero sunt actus sanandorum, puta exercitationes quædam.

Ad secundum dicendum, quod in sacramentis quæ habent corporalem materiam, oportet quod illa materia adhibeatur a ministro ecclesiæ, qui gerit personam Christi, in signum quod excellentia virtutis in sacramento operantis est a Christo. In sacramento autem pœnitentiæ, sicut dictum est, sunt actus humani pro materia, qui proveniunt ex inspiratione interna : Unde materia non exhibetor a ministro, sed a Deo interius operante : sed complementum sacramenti exhibet minister dura pœnitentem absolvit.

Ad tertium dicendum, quod etiam in pœnitentia est aliquid, quod est sacramentum tantum, scilicet actus exterius exercitus, tam per peccatorem pœnitentem, quam etiam per sacerdotem absolventem : res antem et sacramentum, est pœnitentia interior peccatoris : res autem tantum et non sacramentum, est remissio peccati : quorum primum totum simul sumptum est causa secundi : primum autem et secundum sunt quodammodo causa tertii.

Prima conclusio : Est affirmativa.

Secunda conclusio : Actus humani pœnitentis sunt materia hujus sacramenti.

Tertia conclusio : Actus externi pœnitentis et absolutio sacerdotis sunt sacramentum tantum.

His conclusionibus elucidandis sequens inserviet disputatio. Unde sit

DISPUTATIO I.

De Pœnitentiæ sacramento secundum se.

Priusquam ad specialiora hujus Tractatus descendamus, oportet statuere saltem in communi subjectum illius, et quæstiones *an est ?* et. *quid est ?* determinare, ut inde ad partes, attributa, et reliqua conducentia facilius et expeditius descendere valeamus : quippe parum, aut nihil proficeret, qui plura de Pœnitentiæ partibus, et aliis sibi adjunctis annecteret, et longum pro eis enucleandis sermonem texeret, si saltem in communi, et rudi, ut aiunt, Minerva, quid pœnitentia esset, vel ignoraret, vel ut non ignoretur, non ex-

poneret. A quo periculo sequens dubiam nes liberabit.

DUBIUM I.

.In *sil in Ecclesia verum Pxnilentix Sacramentum, idqüe a Baplismo esienlialiler diversum?*

1. Duo, quæ in épigraphe adjunximus, adeo sunt certa inter Catholicos, ut nec minimam admittant dubitandi rationem : quippe sunt quasi prima principia, ab omnibus asserta, et pluries canonice constituta in pluribus Conciliis, ac tandem omnium novissimo Tridentino, ut in decursu videbimus. Quia tamen haeretici omni, qua possunt, via cis reluctantur, et vel in ipsam lucem tenebras offundere tentant, cogit necessitas de his quantumvis certis periculum facere, Ct jamdiu sartam teclamque veritatem iterum atque iterum in examen reducere, ut frequentior veritatis confirmata assertio sit oppositi erroris uberior dissipatio. Quod ut assequamur, aliqua pnelibanda duximus.

Prorjuj *necessaria ad veritatis declarationem supposita.*

sappo-SitîO. 2. Ut ergo ab ipsa ratione sacramenti, quæ est conceptus genericus Pœnitentiæ, quemque rejiciunt hæretici, sumamus exordium, supponendum est in præsenti; non fieri sermonem de pœnitentia qualibet, interna. externave ea fuerit : hoc enim tam evidens est, ut nulla sit inter Catholicos cum luereticis controversia; quia cum vera pœnitentia possit et frequenter contingat in actibus internis reperiri, puta in actibus doloris, et detestationis, quibus homo interne malo commissa dolet, ac detestatur; profecto tales actus ex vi hujus nec Sacramentum constituunt, nec sacramentales sunt, sed pertinent ad virtutem Pœnitenliæ, qua homo intendit Deum placare, et offensam ipsi peccando irrogatam delere, ac compensare. Nec sunt proprii hujus status, in quo vigent sacramenta, sed quovis tempore, fuerunt necessarii ad reintegrandam Dei amicitiam per peccatum discissam, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 14, cap. 1. Atque i'eo non sufficiunt ad rationem sacramenti, quam investigamus, quippe quæ requirit aliquod signum

C uirii. Triilent J*

externum, ac sensibile, quod sit signum, vel ut haeretici inquiunt, prognosticum gratiæ insensibilis, insensibilité!· communicatio. Actus autem prædicti sunt penitus insensibiles, et nullatenus manifesti aliquo signo exteriori, ut omnes supponunt : non ergo sufficiunt ad rationem sacramenti sensibilis ac manifesti, ut requiritur constituendum.

3. Quod si contingat (et non raro evenit) poenitentiam internam se iu signa externa exerere. videlicet in Helus, jejunia, verberationes, et alia, qute sunt signa oxteriora dolorem, et tristitiam internam manifestantia, non idcirco ea poenitentia inter sacramenta illico accensonda erit. Sed est actus externus pertinens vel ad auxilium transiens, vel ad virtutem Pœnilentiæ, a quorum alterutro vel elicitur, vel imperatur, ut a simili coustai in actu fidei, quo quis non solum interne assentitur revelatis, sed etiam externe profitetur erumpens in confessionem externam, et protestationem, ad quam fidelis quisquam præcepto obligatur, ut ostendimus suo loco. Porro hunc poenitendi modum non esse proprium hujus status legis gratiæ, sed in aliis etiam Jpgis scriptæ viguisse, quam plura exempla clare demonstrant, et Davidis lacrymæ. ac Ninivitarum jejunia haud obscure testantur, ut pertranseamus alia cuique obvia a primo peccato ad hæc usque tempora percurrenti. In quolibet enim statu quam plurimos inveniet pœnilentiæ exteriori maxime addic!os , cum tamen ante Christi Domini institutionem Pœnitentiæ Sacramentum non extitisse, tam certum sit, quam verum est non alium, quam Christum Dominum nostra sacramenta ut sui Aiithorem, ct primarium erectorem aspicere.

Obser-vatio. i. Ut ergo ad id, quod est dissidii, accedamus, et veritatis lucem ab hæreticorum tenebris vindicemus, præ oculis habendum est, ultra prædictos actus sic quasi confuse descriptos iquin modo intersit, qui, quot, et quales illi fuerint, determinare, quod sequentibus disputationibus reservamus) requirere Catholicos et confessionem spontaneam peccatoris : sino qua quatumvis interne, ei externe esset dolor, nullatenus tamen esset, aut est verum sacramentum communiter loquendo : sed insuper desiderari absolutionem vocalem. subindeque itidem externam sacerdotis legitimam potestatem habentis, quam incomplexe

incomplexe vocamus absolutionem. Hac vero accedente, et supra pnedirloa actus pœnitentis externe significatos cadente, fit et consurgit verum saci amentum pœnitenliæ, quo remittuntur peccata media gratia sanctificante a Deo infusa et per ipsum sacramentum, inslrumenlaliter causata. Ad id autem cum aliis actibus ex parte pœnitentis so tenentibus concurrit absolutio sacerdotis jurisdictionem ac potc.-tatein oblinentis veluti complementum, ac forma qua pœnitens ultimo liberatur a culpa modo inferius latius exponendo. Itaque Catholici catholice adstruimus Sacramentum pœnitentiæ ad instar judicii, in quo sine strepitu coram judice a Deo designato datur reus, qui est ipse pœnitens; accusatio, quæ est ipsa confessio, cum detestatione male commissi ; et sententia a judice prolata, quæ est absolutio, qua ultimo conficitur, ac completur judicium istud secrete inter reum et judicem, cum onere luendi peenam ab ipso judice taxatam, quæ vocatur satisfactio. Hunc autem ritum externum, qui apud nos est verum sacramentum, adeo exosum habent hæretici, ut vel ipsius nomen abhorreant (ut in præfatione ostendimus) ex diversis quidem capitibus.

Ucnta- loaiâ- l!ilæ· 5, Nam Montanistæ et Novatiani veteres quidem hæretici, a Montano et Novato sic nuncupati, idcirco respuebant sacramentum pœnitentiæ quia potestatem dimittendi peccata soli Deo deferebant, et a quolibet ejus ministro ablegabant, utcons- k0*· tat ex D. Hieronymo lib. 2, contra Vigilantium cap, 2, dicente : *Montanus el Novatus contendunt non posse renovari per panilenliam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, el ostentui habuerunt.* Idemque D.Ai- tribuit D. Augustinus Novato lib. de Hæresibus cap. 38. Eoque tandem pervenerunt dementite ut. introitum Ecclesiae ▮ toe· {occatoribus denegarent, ut idem Hieronymus scribit ad Marcellam, Montani et sectatorum mentionem faciens, his verbis : ·▮ *Illi ad omne delicium Ecclesix obserant fores : Nos quotidie legimus : Malo panitentiam peccatoris, quam mortem.* Hinc et Novatum ipsum, nisi mavis Novatianum, ‘m* scripsisse referi Socrates lib. 4 suæ Histories ad omnes ecclesias, ut neutiquam admitterent ad mysteria, eos, qui semel simulacris obtulissent ; quinimo ad poenitentiam virtutem hortarentur, Dcoque soii deferrent remissionem, qui solus est potens, et habens auihoritatem remittendi | delicta. Itaque convenere Montanus, et Novatus in neganda potestate delendi pec- | cata, quæ sit m ecclesia. At vero Novatiani mitiores discernebant, et graviora dimittendi soli Deo, sibi vero leviora potestatem tribuebant, ut constat ex S. Ambrosio lib. 2 de Pœnit, Ubi eos ut a suo magistro desciscentes redarguens alloquitur : *Aiunt se exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc quidrm. author vestri erroris Novalianus ait, qui nemini panilenliam dandam putavit :* el paucis interpositis: *In eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quæ solvenda a vobis putetis, et quæ sine remedio esse arbitremini.* Ex quibus omnibus liquide apparet hos omnes vel in totum, ut Montanum, et Novatum, vel in partem ut Novatianos potestatem absolvendi ab Ecclesiae ministris explosisse. Contra quos non aptius possumus agere quam contrariam seu contradictoriam suppositionem statuere ac firmare.

Monta- States in qao' ‘‘rim

d. Ambros·

6. Atque ita supponimus secundo esse in ecclesia catholica, ejusque legitimis ministris ab ipsa deputatis veram potestatem dimittendi peccata traditam a Christo Domino, primum Apostolis, deinde ejus successoribus, seu vicem in ecclesia gerentibus, quales sunt Presbyteri ad id muneris designati. Tam vera et catholica est ista suppositio, quam opposita falsa et hæretica. El probatur ac demonstratur. Nam vel ruit tota lex Evangelica a Christo Domino instituta, vel adstruenda est in ministris ecclesiæ potestas relaxandi, et dimittendi peccata. Primum nec hæretici audebunt tenere, cum et christiani sint, et Christum utcumque, ejusque doctrinam sectari sibi videantur, ne veluti pure pagani habeantur : ergo necessario cogendi sunt ad tenendum secundum. Consequentia liquet, minor ex subinserta probatione constat; alias non inter Christianos accensendi, sed paganismo annumerandi essent hæretici. Ünde solum manet probanda secunda majoris pars, quæ constat ex illo Joan. 20 : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, ct quorum retinueritis, retenta sunt.* Sed eo loco confertur potestas remittendi, et ligandi, seu relinendi ministris apostolicis ; quales sunt soli presbyteri ad id muneris consignati : ergo adstruenda est in illis potestas relaxandi, ac remittendi peccata. Probatur minor ; nam si ea verba ad

Secunda

Joao. cap· *0,

pravum sensum non detorqueantur, sed sincere et ut a Christo prolata, accipiantur, plane constat accepisse Apostolos Spiritum sanctum al aliquod munus eis hactenus non injunctum, ut ipsa verba indicant : sed non est aliud quam munus relinendi, et remittendi peccata, ut liquet : ergo hoc munus sive officium fuit eis ex vi eurum verborum injunctum . Hoc autem non est aliud quam potestas judicandi et discernendi, quam catholici adstruunt in presbyteris : ergo vere datur in ecclesia talis potestas.

Coafir ruaiio

7. Confirmatur et explicatur primo. Nam si verba Christi illusoria non sunt, sed vera, et infaillibilis veritas: alicubi debent compleri, et completa esse, demonstrari : sed Christus Dominus pluries promisit Petro, ejusque succesoribus potestatem remittendi peccata, necnon aliis Apostolis : ergo alicubi eam iliis dispensavit. Sed non alibi saltem expressius quam loco nuper adducto : ergo eo loci concessa est ecclesîæ potestas ligandi, atque solvendi. Minor primi syllogisimi constat px illo Matth. *16 : Et libi dabo clares regni calorum, et quodeumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cadis, el quodeumque solveris super terram, erit solutum el in calls,*

Matt. IG.

et ex illo ejusdem Matth. 18. Ubi quasi juramento semel, et iterum idem promisisse constat : Jmen, *amen dico vobis, quacumque alligaveritis super terram, erunt ligala, et in calis,* et ubi non de præsenti confertur, sed promittitur conferenda judiciaria solis Apostolis, ejusque successoribus. Majorem vero illius syllogismi nemo, nisi blaspheme, audebit negare; cum promissiones Christi non sint, nec esse potuerint deceptoriæ, sed suram® et infallibilis veritatis; alias nullius essent fidei, rueretque tota lex Evangelica eis veluti solidissimo fundamento innixa juxta illud Matth. 16: *El ego dico libi quia tu cs Petrus, el super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, el porta inferi non prævalebunt adversus eam.* Minor subsumpta, videlicet nullibi nisi ibi, locum habuisse ; romissionem Christi, constat ex ipso Evangelio, in quo licet totum consulatur, non invenitur insuflalio Christi, impartitio Spiritus sancti, et imperium judicandi solvendo et retinendo : Quæ omnia satis efficacit r, imo evidenter ostendunt ibi intervenisse aliquid specialius, quod obituri erant Apostoli præ aliis. Alioqui casuales, imo et ridicula? forent iilæ ceremoniæ, et verba

Malt. 8.

Matth. Ubi supra.

ilia superflua, Non est autem imaginabile alind, quam quod verba sonant, nimirum potestas ligandi, atque solvendi, quæ osi potestas judiciaria a Catholicis vero et catholice asserta : ergo hæc reperitur in Ecclesia.

8. Eamque post alia Concilia novissimo sancivit Tridentinum. Nam sess. 14, can. 3. Ubi anathemate damnat, qui oppositum docuerit, vel contra hanc potestatem ad potestatem solam prædicandi verba hactenus expensa detorserit, his verbis : Si *quis dixerit verba illa Domini salvatoris, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi et relinendi peccata, in sacramento Picnilenlix, sicut ecclesia catholica ab initio semper intellexit. Detorserit autem contra institutionem hujus sacramenti ad authorilalem prædicandi Evangelium, anathema sit.* Quo nihil clarius, et expressius pro suppositione facta.

Trident

Id ipsum uno ore docuere ecclesite doctissimi ac sanctissimi Patres, ut constat ex Augustino cum alibi pluries, maxime vero lib. 2Û de civitate Dei cap. 19, exponendo verba illa Apocalyp. 20 : *Vidi sedes el sedentes super eas etjudicium datum est,* super quæ inquit : *Nec hoc putandum est de ultimo judicio ; sed per sedentes super sedes ipsi Praepositi sunt intelligendi. per quos nunc ecclesia gubernatur. Judicium autem datum nullum melius accipiendum est, quam.id quod dictum est : Qux ligaveritis in terra, erunt ligata et in calo.* His accessit Hieronymus epist. ad Heliodorum dicens : *Sacerdotes apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt per quos et christiani sumus, qui claves regni calorum habentes quodammodo ante diem judicii judicent.* Nec minus clare locutus est N. Gvrillus Alexandrinus lib. 12, in Joann, cap. 56, sequentibus verbis : *Sacerdotes per potestatem sibi traditam a Christo duobus modis peccata remittunt : primum baptismo, deinde pandentia. Nam vel homines ad baptismum inducunt, vel ecclesia filiis pœnitenlibus indulgent.* Ubi duplicem potestatem concessam fuisse sacerdotibus palam fatetur, et baptizandi "solemniter inteilige quæ nulli 'quam sacerdoti congruit) et indui-gendi, quæ etiam est propria sacerdotum, et non alterius, ut male garriunt plures hæretici nostri temporis, obtendentes omnes promiscue esse sacerdotes, ac tequali gaudere potestate ad solemniter baptizandum,

August.

Apocalyps. X'.

Hierc-nym.

N. Cyrillus. Joan.

baptizandum, et sacramentaliter absolvendum in.

Citerior notio,

Ex quibus tandem confirmatur nostra vera et catholica suppositio. Nam de eo quod universalis ecclesia, sacra Concilia ac occlesiæ Doctores nos linniter docent, et universaliter tenent, non est disputandum, sed ratum, firmum, et omnino verum habendum est. Sed universalis ecclesia, sacra Concilia, et ecclesiæ Doctores universaliter docent, ac sentiunt esse in sacerdotibus in gradu Apostolis succedentibus veram ac legitimam potestatem ligandi, et solvendi peccato obnoxios, et criminibus implexos. Ergo citra ullam prorsus dubitationem tenendum est. Atque ideo immerito Montanum, Novatum ejusque sectatores (et si qui sunt alii) soli Deo detulisse eam facultatem, et ab ecclesiæ ministris ablegasse. Major est regula tradita a D. Augustino lib. 4 contra Donatistas cap. 24, et epist. 118, ubi insolentissimam insaniam dicit disputare de eo quod universalis ecclesia tenuit, et tenet. Minorem evidenter ostendunt hactenus expensa, ut interim mittamus Chrysostomum, Ambrosium, Prosperum, et aliam fere innumeram Sanctorum Patrum, ac Theologorum cohortem.

θ'ioïïüΓ0 '

θ' Contra quam veritatem non est momenti, quod intendunt hæterodoxi, nimirum eam potestatem solum esse ad enuntiandum, seu Evangelice praedicandum homines esse, vel non esse a culpa solutos; non vero ad per seipsos absolvendum, vel ligandum. Quod est dicere Christum Dominum solum instituisse Apostolos, ejusque successores concionatores veniæ, vel damnationis a solo Deo inferendae, non vero per eos tamquam per veros judices, et Dei ministros faciendae. Ex quo solum sequitur Apostolorum successores promulgare, ut ita dicamus, sententiam a Deo solo latam, non vero ipsos ut veros judices sententiam ferre. Idque sibi suadere videntur in casu Davidis, et Nathan Prophetæ, in quo iste illum absolutum declaravit dicens : *Dominus quoque transtulit pcccalum luum ;* nullam tamen judiciariam potestatem supra Davidem exercuit. Hæc (inquam) evasio nullius momenti est, in qua proinde refellenda non moramur. Tum quia in simili eam rejecimus, et data opera expugnavimus tract, de Sacramentis in genere, ad quem locum remittimus lectorem, ne cum fastidio eadem refricemus. Tum etiam, quia præoccupatam reliquit decisio Tridentini anathemate ferientis eos, *qui ad aulhorilatem prxdicandi Euangelium* verba Joannis cap. 20, *detorserit contra institutionem hujus sacramenti,* ad quem solum finem fuit excogitata. Tum et maxime, quia præ licta verba eam interpretationem non sustinent; cum nec minimum signum prædicationis in eis reperiatur, sed solum jurisdictionis, et potestatis ligandi et solvendi. Quin et potestatem prædicandi jam diu acceperant Apostoli ante mortem et resurrectionem Salvatoris, dum ab ipsomet audierunt. *Pradicale Evangelium omni creaturae* et *euntes ergo docete omnes gentes,* et alibi pluries, ut constat ex contextu Evangelii. Quod attendentes et alte callentes Sancti Patres merito in eo convenerunt, quod in verbis Joann, potestas judiciaria collata fuerit Apostolis, ejusque successoribus post resurrectionem, quam non apti erant accipere ante cœnam in qua ordinati sunt sacerdotes. Quocirca illi ritus externi nimirum insuflationis, effusionis Spiritus sancti, et traditionis intervenere post resurrectionem. Nec al id conducit exemplum Davidis et Nathan, quorum tempore nondum erat instituium sacramentum Pœnitentiæ. nec ulli collata judiciaria potestas usque ad adventum Christi, et ejus resurrectionem, ut suo loco dicemus.

Tridentinum.

10. His, quæ ad id solum direximus, ut aperiretur status quæstionis, contra Novatianos, ita constitutis, superest videamus, quid senserint Lutherus, et alii sectarii, ut expeditiores in disputationis campum descendamus. Verum enim vero versipelle eorum ingenium ideo se occulit, ut facilius sit asserere quid non sentiant, quam manifeste determinare quid teneant. Nam si attendamus apologiam confessionis Augustanæ, cui sese accinxere, et in cujus verba jurarunt, inter alia sacramenta Poenitentiam chorum agere conspiciemus : nam cap. de numero, et usu Sacramentorum ita habetur : *Si sacramenta vocamus ritus, qui habent mandatum Dei, et quibus addita est promissio gratia facile est judicare, qux sint proprie Sacramenta. Nam ritus ab hominibus instituti non erunt hoc modo proprie dicta sacramenta; non est enim aulhorilatis humana promittere gratiam. Quare signa sine mandato Dei instituta, non sunt certa signa gratiae, etiam si rudes fortasse docent, aut admonent aliquid. Vere igitur sunt Sacramenta Baptismus, Cama Domini, absolutio qux est sacramentum Px-*

tutherus secct"("js

nitenti» ,nam hi riita *habent inundatum Dei, tt promissionem grali-r, qux est propria novi testamenti. Certo enim debent statuere corda, cum baptizamur, cum vescimur corpus Domini,* ,cum *absolvimur. quod vere ignoscat nobis Deus propter Christum.* In quorum consequentiam ipsemet Lutherus, negans plura quam tria Sacramenta ; ex illis tribus unum numerat Pœnilenliam lib. de Captivit. Babylonica prope initium his verbis : *Primo neganda* sunt *mihi septem Sacramenta, et tria pro tempore ponenda Baptismus, Pandentia, Panis.* Ubi clare stat pro apologia confessionis Augustanæ, et pro vera existentia sacramenti Pœnitentiæ. Si vero aliorsum nos convertamus, planum erit callide ac versute fuisse locutum, ut constat ex eodemmet libro, in quo circa finem ad baptismum reducit Poenitentiam vel sui immemor, vel inconstans, et quod verius est, sui pœnitens, et male resipiscens. Unde effutire non fuit veritus : *Proprie ea Sacramenta vocari visum est, qux anneris signis promissa sunt. Quo fit ut si rigide loqui volumus, lanium duo sunt in ecclesia Dei sacramenta, Baptisimus et Panis* (in *quod etiam impegit, ut vidimus superiori volumine tract, de Eucharistia) tum in his solis et* institutum dmnitus *signum, et promissionem remissionis precatorum videamus, Nam i'anitenti» Sacramentum, quod ego his duobus accensui, signo visibili, et divinitus instituto caret ; et aliud non esse diri, quam viam, et reditum ad Baptismum,* ubi clare confundit Poenitentiam cum baptismo, quasi pœnitentia non aliud sit, quam meminisse baptismi. Hocque illius erroneum judicium adeo in posteris suis inolevit, ut in idem venerint omnes, tam Calvinistæ quam Lutherani, Zuingliani. et Mag-.eburgenses, et alii similis fæcis. Hinc ne Muntanistis, aut Novatianis accenseantur, Poenitentiam admittunt : sed dum a catholicis urgentur pro vera et catholica poenitentia, ad baptismum resiliunt, quasi vera poenitentia ea sit in memoriam trahere sacramentum præteritum, et quodlibet aliud veluti humanam inventionem respuunt.

Idem Latterns sibi parera constans.

Manifesta ejus incanSUnU.

Magdeburgenses. Zoiuphani, Calvinists, cl Luihcrani.

Scopus difflcnltatis.

11. Sed ut his obviam eamus, et ad principium, a quo digressi sumus, regrediamur, duo nobis agenda incumbunt. Primum comia Novatianos : An videlicet ritus ille, et quidem inter catholicos frequentissimus, confitendi secrete popria peccaia coram legitimo sacerdote veluti coram vice Dei judice, absolvenic, it poenam aliquam injungente, quæ incomplexe Pœnitentia nuncupatur, sit verum Ecclo-Biie »aeramenturn, nec ne? Secundum est comra nostri ivvi Novatores, utrum sit adæquato distinctum a Baptismo? Qua) suo ordine decidemus. Unde sit

§ II.

Ostenditur Panilentiam esse verum *Ecclesiæ Sacramentum.*

12. Dicendum est primo Pœnilenliam esse verum Ecclesiæ sacramentum. Conclusionem istam ut fidei dogma luentur ad unum omnes Catholici. Nec mirum cum jam olim fuerit ab ecclesia definita : primo quidem in Concilio Provinciali Romano, in quo damnatus fuit primo Novatus negans esse in ecclesia potestatem judiciariam solvendi peccato obnoxios, tempore Cornelii Papæ; a quo approbata, et confirmata creditur Patrum sententia. Deinde a Concilio Consiantiensi, doctrinam Joannis Hus confessionem ut sacramentum rejicientis, eadem censura inurenti. Ac tandem a Concilio Florentino post sessionem ultimam in decreto Eugenii Quarti. Lique satis constat ex Bullis Martini Quinti contra Joannem Hus, et Leonis decimi contra Lutherum. Novissime vero eandemmet conclusionem statuit, et tamdiu latam censuram innovavit Concilium Tridentinum seas. 14, can. 1, bis verbis : *Si quis dixerit in ecclesia catholica. Pœnilenliam non esse vere, et proprie sacramentum pro fidelibus, quoties post baptümum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum, anathema sit.*

Conctl. Hom.

Concil. Constaniiease.

f4[8]·8·

Florentin. Eugenii.

|Tride& tin

13. Hujus conclusionis rationem duplicem tradidit D. Thomas in præsenti : Primam in argumento *sed contra,* quam ad sequentem formam reducimus. Nam Baptismus est verum Ecclesiæ sacramentum, ut vel ipsi hæretici docent, et non negarunt Novatiani : ergo etiam Poenitentia est sacramentum inter alia ecclesiastica sacramenta annumerandum. Probatur consequentia . quoniam ideo Baptismus est verum sacramentum, et quia est ritus de se ordinatus ad remissionem peccati originalis, cui cuncti nascuntur obnoxii, ex institutione Christi; et quia sub præscripta verborum forma adjuncta debitæ materiæ, omn.bus iPum suscipientibus promittitur infallibiliter conferenda gratia, et reipsa confertur, obicem nun habentibus. Sed Poenitentia ordinata fuit a Christo Domino io destructionem peccatorum actualium commissorum post baptismum·, et sub præscripta verborum forma debitæ materiæ applicata promittitur, at roipea infallibiliter confertur gratia cuilibet ad cani debito absque obice accedenti : Ergo pœnitentia est verum Ecclesiæ sacramentum. Major est tam evidens, ut neque ab ipsis lippientibus hæreiicis possit, negari, et constat ex illorum confessione. Minoris sunt dme probanda* partes ; prima, quod pœnitentia sit ordinata ex institutione Christi ad deletionem mortalium post Baptismum commissorum : secunda vero, quod legitime ad eam accedenti sil promissa gratia, et reipsa detur, sub præscripta verborum forma. Et quod attinet ad primam ostenditur : tum quia sicut Baptismus in id præcipue institue fuit a Christo Domino, ut homines ab originali ablueret, media gratia, ex meritis Christi ipsis concessa : ita Pœnitentia præcipue tendit ad delenda peccata post Baptismum commissa, ut quæ homo propria voluntate contraxit, propria itidem voluntate detestaretur juxta illud Act. 8 : *Pœnilenliam age ab hac nequitia tua ;* et illud : *nisi poenitentiam egeritis omnes quidem peribitis.* Tum etiam quoniam si homo post baptismum lapsus nullum haberet medium, de se ad recuperandam gratiam ordinatum, pejoris fuisset conditionis post baptismum susceptum, quam ante illius receptionem; quandoquidem ante baptismum poterat peripsura baptismum in Dei gratia constitui, post baptismum vero nulla via poterat in Dei gratiam restitui, nec amicitiam Dei per peccatum discissam reparare. Quod est stultum, blasphemum, et Dei misericordia indignum. Ne ergo hoc dicatur, asserendum est post baptismum lapsis aliquam superesse viam, qua possint amissam Dei gratiam reparare. Hæc autem non est alia quam pœnitentia : ergo Pœnitentia de se ordinatur ad delenda peccata post baptismum commissa.

Fnndamentoa ex D. Thoin.

n-

14. Dicere autem quod per ipsum baptismum peccata actualia post eum commissa deleantur, et est ridiculum, et minime ad mentem Novaiianorum, contra qUOS modo tantum agimus, ut ostendit Angelicus Doctor 4, contra Gentes, Gap. 71, ratione ultima, qua probationem nostram elucidat, et oppositam positionem evertit his verbis : *Gratia in sacramentis percepta non constituit hominem impeccabilem: si igitur post gratiam in sacramentis perceptam peccans ari statum justiliæ redire non possit, periculosum esset sacramenta percipere-, quod palet 'esse inconveniens : non igitur peccantibus post sacramenta percepta reditus ad justitiam denegatur.* Idque probat S. Doctor ex ilio Joann. 2: *Filioli mei, hxc scribo vobis, ut non peccetis : sed etsi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Quæ quidem verba manifestum est, quod fidelibus jarn renatis propone bantur, Gum eis quippe loquebatur Apostolus, et non cum infidelibus nondum ad fidem conversis. Ergo post baptismum renatis post lapsum supereat medium reconciliationis, quo eorum peccata tergantur.

joJn.2.

Quod vero id fieri nequeat post baptismum antea susceptum constat tum ex Apostolo ad Hebræos 6, ubi id impossibile putat dicens : *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati gustaverunt etiam donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, et prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam, rursus crucifigentes filium Dei sibimetipsis, et ostentui habentes.* Quo loci non negat D. Paulus poenitentiam posL lapsum, qua directe remittantur peccata, ut male autumarunt Novatiani ; quin et Corinthium gravissimo sceleri obnoxium post baptismum ad poenitentiam admisit; sed eam dumtaxat poenitentiam rejecit, qua simul cum Christo in baptismo homo crucifigitur. Nam ut diligenter observat D. Thomas: *Apostolus non dixit, quod impossibile est, cos qui semel lapsi sunt, rursus revocari, vel converti ad poenitentiam : sed quod impossibile sit renovari, quod baptismo attribuere solet, ut palet ad Titum* 3 : *Secundum misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, cl renovationis.* In quo etiam sensu eum locum interpretantur August. Chrysostomus, Theodoretus, Ambros. et alii SS. PP. Tum etiam ratione plane efficaci. Nam Baptismus nec in re, nec in voto non susceptus nequit causare gratiam remissivam peccati actualis : sed per solam memoriam Baptismi, non suscipitur Baptismus in re, ut constat, nec etiam in voto, cum baptismus non sit iterabilis, et votum illius in illius susceptionem collimet : ergo neutro modo receptus baptismus nequit pausare gratiam remissivam peccati actualis, quantumvis adsit illius recordatio.

Hebr. C.

D.Thom.

August. Chry->ost. Theodoret. Ambros.

Praeterquam quod nullum sacramentum gaudet efficacia ad destruenda peccata post ipsum commissa, ut consta inductione, nisi· per iterationem : ergo cum adhuc in

haereticorum sententia baptismus reiterari nequeat, consequenter inefficax erit ad delenda mortalia post ipsum commissa.

Valebit equidem ad excitandam devotionem illius recordatio, augendum dolorem, et suscitandam fidem ; sed nullo horum fit justificatio, et remissio, nisi interveniat gratia intus renovans animam, ac destruens peccatorum maculam ex pravis actibus relictam, ut tract, de justificatione contra hæreticos ostendimus. Manet ergo fixum solam pœnitentiam primario tendere in destructionem peccatorum, quibus obnoxius post baptismum fuerit homo, quæ est prima pars illius minoris, quam probandam assumpsimus.

15. Secunda vero pars minoris, nimirum esse promissam gratiam, ac reipsa infallibiliter communirari cuilibet legitime accedenti ad sacerdotem, cui detegat propria delicta, eaque detestando absolutionem sub præscripta verborum forma recipiat, constat ex suppositione secunda, in qua fundamenta jecimus potestatis judiciarité, quæ inest legitimis ecclesiæ ministris ad ligandum, vel solvendum. Nam ea potestas cum non sit frnstanea, in id prœcipue tendit, ut peccatorem Deo invisum, et vinculis delictorum, quæ manifestat per dolorosam confessionem, obstrictum, vere absolvat, ac in Dei amicitiam restituat, idque infallibiliter efficit, dum non adsit impedmentum occultum ex parte pœnitentis. Hoc autem fieri nequit absque gratia, qua tergantur peccata, ut modo supponendum est cum
Disp. 1. catholicis ex tract, de justificatione : ergo verum est promissam esse gratiam, et infallibiliter communicari cuilibet ad prenitentiam accedenti absque obice. Major probatur, nam ea potestas est ad remittendum infallibiliter peccatum obicem non habenti, et verba sacramentalia significando efficiunt id ipsum quod significant. Idque satis liquet ex paritate Baptismi, ut ab ea cum D. Thoma non discedamus : quoniam sicut accedenti ad baptismum absque obice infallibiliter promittitur, et confertur gratia remissiva peccati originalis, et aliorum ante baptismum perpetratorum; ita accedenti ad pœnitentiam absque impe limento promissa est, et reipsa infallibiliter dispensatur gratia remissiva peccatorum actualium post Baptismum commissorum ex meritis Christi cujus providentia non defecit in statuendo remedio pro peccatis actualibus, et originalibus. Unde concludit
D.Thom. g. Doctor, opusc. 22, cap. 3 : *Numquid est abbreviata manus Domini, ut qui in Baptismo ab omnibus peccatis mundat, in Sacramento Pirnilenlix hoc non facial ?* Ergo sicut Baptismus est verum ecclesiæ Sacramentum, ut vel ipsi fatentur hærelici, ita et oh eandem prorsus rationem Pœnitentia est verum ecclesiæ Sacramentum.

16. Nec momenti est triplex adversariorum effugium. Primo enim docent eam potestatem solum eo tendere, ut declaret minister Christi peccata esse deleta, et remissa a Deo ; non vero ut ipse vere deleat ac remittat. Secundo sibi comminiscuntur eam potestatem nullatenus esse judicialem, sed exhortatoriam, aut impetratoriam, qualem fuisse constat potestatem curandi infirmos, ac languores sanandi, Apostolis promissam, et concessam. Cum tamen non hi, sed Deus male se habentes curaverit, nec infallibiliter omnes ab infirmitatibus liberati fuerint Apostolorum ministerio. Tertio landem sentiunt ea verba, *quorum remiseritis,* etc., pertinere ad remissionem peccatorum, qui convertuntur ad fidem ante susceptionem baptismi, ut sibi probare videntur ex cap. ult. Lucæ, ubi Dominus præcepit prædicari pœnitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Ubi non est sermo de Baptismo regeneratis, sed de omnibus ad fidem convertendis, idque adeo arrisit Calvino, ut in antidoto Concilii Tridentini sess. 6, cap. 14, veritus non fuerit ita scribere : *Quis ignorat munus Apostolis illic fuisse injunctum, quo erga extraneos fungerentur? Ea legatio est, quæ per evangelium defertur in ecclesiam nondum cooptatis :* Non ergo ex vi eorum verborum *Quorum remiseritis,* etc., quibus nititur totum pondus doctrinæ catholicæ in præsenti materia, infertur potestas judiciaria, et absoluta remittendi peccata lapsis post Baptismi receptionem, et coaptationem in ecclesiam.

17. Non, inquam, momenti, sed tam levia, quam falsa sunt ista effugia, queis proinde evertendis non immorabimur. Et primam quidem evasionem jam diu diruerat Hugo Victorious lib. de Pœnit. cap. 21, his verbis : *Extal quorumdam senlenlia tam frivola, ut ridenda potius, quam refellenda videatur. Putant enim sacerdotes non haherc potestatem solcendi, sed ostendendi solulos. Sed numquid Dominus dixit, quod solutum ostenderitis erit solutum? Dicunt sacerdotes non habere potestatem remittendi peccata, cum Dominus hoc non dicat.* Et quod magis

.Tbom. gis est, D. Thomas etiam pneocupatain reliquit eam doctrinam opusc. nuper cit. cap. 2, dicens : *Absit enim ut Sacramenta novæ legis solum significent, et nihil faciant, sicut veteris legis Sacramenta. Si autem sacerdos solum discernendo denuntiaret peccatoris absolutionem, nihil faceret, sed tantum significaret : ergo facit aliquid ministerium absolutionis impendendo,* atque ideo non tantum declarat absolutum , sed vere absolvit reum, licet ministerialiler. Unde licet solus Deus vere et principaliter remittat peccata, quod causantur haeretici; non idcirco excludit ministros a remissione ministeriali, et instrumental!. Nam. ut recte arD.TboE guit Angelicus Praeceptor ibi, *constat quod Dominus Lazarum suscitavit, et discipulis solvendum mandavit : ergo discipuli absolvunt.* Non ergo potestas solvendi, et ligandi sacerdotibus concessa est potestas dumtaxat denuntiandi, et declarandi, sed vere efficiendi, licet instrumentaliter, absolutionem et remissionem.

Rejici urs. 18. Secundam etiam diluit D. Thomas per hæc verba : *Potestas sanandi infirmitâtes erat gratia specialiter homini data, non ad sanandum, sed ad sanitatem impetrandum. Unde non mirum non omnibus Apostolos contulisse salutem. Potestas autem clavium non computatur inter gratias gratis datas, sed est virtus Sacramentatis, quæ principaliter residet in Christo, instrumentaliter autem, seu ministerialiler' in sacerdotibus claves habentibus. Verba autem Sacramcntalia efficiunt quod significant. Unde temerarium* (imo et hæreticum) *est dicere* (Concludit S. Doceor) *quod per claves ecclesiæ non fiai certa remissio peccatorum, ut Augustinus dicit.* Hinc satis liquet, quare non omnibus contulerint Apostoli salutem corporalem, cum tamen omnibus impertiantur legitimi sacerdotes vere poenitenlibus salutem animae, quae est per gratiam sanctificantem : et agnoscitur differentia inter potestates languores sanandi, et delicta remittendi, quas confundunt haeretici : nam illa non semper obtinet effectum, quem intendit, ut constat in D. Paulo, qui non fuit exauditus pro stimulo carnis suæ, quia non expediebat, de quo præceptor Angelicus 2, 2 q. 83, art. 7 et 15. Hæc vero infallibiliter consequitur effectum, et quia est effectiva, et quia provenit ex meritis Christi, quæ infallibiliter applicat pcenitenli.

19. Tertia tandem, cui eo magis fidunt, quo P. N. D. Cyrillum sibi suffragari gloriamtur, dum eam potestatem remittendi extendit universaliter ad omnes gentes ante, et post Baptismum, eadem refellitur facilitate. Et quod attinet ad S. Doctorem Alexandrinum, tam clarus est, ut vindice non indigeat. Nam cap. 56 super Joannem ubi eam potestatem remittendi peccata Apostolis concessam indifferenter protendit ad omnes gentes, ita inquit : *Qua igitur ratione divinæ naluræ dignitatem, ac potestatem discipulis suis Salvator largitus est ? Quia certe absurdum non est peccata remitti posse ab illis, qui Spiritum sanctum in se ipsis habeant. Nam cum ipsi remittant, aut delinent, spiritus qui habitat in eis, per eos remittit et detinet. Erit enim id per eos duobus, ut arbitror, modis ; primum Baptismo, deinde Pœnitenlia. Nam aut credentes, et vitæ sanctimonia probatos homines ad· baptismum inducunt, et indignos inde diligenter expellunt, aut ecclesiæ üliis peccantibus, quidem increpant pœnilenlibus autem indulgent.* Quo nil expressius contra hæreticos, *nec* magis pium et catholicum pro veritate utriusque Sacramenti Baptismi, et Poenitentiae, esto sit ita ea verba Joann. 20, in ea universalitate indiscriminatim accepta iri, ut ipsi volunt, et Cyrillus pie et catholice ampliavit.

Communior explicatio. 20. Sed certe communior, ac subinde germanior, est cæterorum Patrum intelligentia, unanimi consensu docentium eo loci sermonem fuisse de potestate clavium restricta ad solos fideles post baptisma in crimina lapsos. Ita D. Aug. D. Ambrosius, D August. S. Joannes Ghrysostomus, D. Thomas, D. Arubros. Theophilactus, Euthymius, et quod pluris Gbrysost. est, cum illis Concilia generalia, inter quæ D.Tbom. maxime Florentinum, et Tridentinum : Tlieophil. quia cum ibi tradita fuerit Apostolis et Eulliym. eorum nomine cunctis aliis legitimis sa- Concil. cerdotibus clavium potestas, et hæc non Flor. sit ad baptismum necessaria, quin illum Concil. supponit; plane consequitur, ibi non fuisse Trid. sermonem de Baptismo jam pridem instituto, et sub praecepto commendato, ut constat ex Matth. et Marci ultim. cap. et Mauh. ex ipsomet Joann, cap. 4. Unde inutiliter MarciB. repetisset S. Evangelista cap. 20 , quod Joanu. jam scripserat cap. 4. Eo praesertim, quia potestas judicandi, et discernendi, qualis est potestas clavium, non est ad exteros, sed dumtaxat ad illos, qui intra Ecclesiam degunt juxta illud Apostoli 1. Corinth. 6, Apost. *Quid ad me de iis, qui foris sunt, judicare ?* Cor. I. Sed inibi tradita fuit potestas judiciaria ad

judicandum, ut vel ipsi hæretici, licet in-
Beilira. consumer, non renuunt, et ostendit Bellarrainus lib, l de Pœnil. cap. 10, ex eorum confessione : ergo ea potestas non tangit i.isi fideles post baptismum crimine obstrictos.

Nec robur adjicit bmreticorum positioni quod asserunt ex D. Luca, quasi de eadem re, ac D. Joannes, loqueretur : quoniam ut ipse textus evidenter demonstrat, ibi solum asseritur *prxdiclum esse a Prophetis przdicandam esse Poenitentiam et remissionem peccatorum ad omnes gentes in nomine Christi incipientibus ab Hierosolyma.* Quod quidem longissime distat ab eo quod Joannes referi, de insuflatione, et imperio, quo Christus dixit Apostolis : *.decipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* etc. Unde in primo loco nulla est mentio potestatis exhibite, ad remittendum, nisi ad summum prophetate, et praedicte in Scripturis, secas vero in secundo, ut vel ipsamet veiba satis ostendunt.

Nisi mavis pœnitentiam *in omn^s gentes* prædicandam in nomine Christi, a Prophetis praenuntiatam. distributione accommoda esse accipiendam quoad omnes gentes. Nam ad infideles media poenitentia ducente ad baptismum juxta illud
Rtlr. Ail J. Petri Act. 2 : *Pa nitentia m agite, et baptizetur unusquisque vestrum.* Ad fideles vero media pœnitentia Sacramento, nondum instituto usque ad id temporis, quod Joannes refert. Qui sensus est satis legitimus, et Nostro Cvrillo consonus, ut observavit Granados in praesenti.

Iüşuu- raiur. 21. Hinc reintegraiur ratio I). Thomæ, quam hactenus expendere curavimus. Quoniam nullibi sacer textus aut formalius, aut expressius sermonem habet de Baptismo, quam de Poenitentia, sed de utroque generahter agit absque expressione ritus, aut formæ. ut ex dictis, et ex ipso textu liquet : et tamen adhuc in hæreticorum sententia Baptismus sub proscripta verborum forma est verum ecclesiæ Sacramentum. et a Christo Domino institutum, ut ipsi docent : ergo propter eamdem omnino rationem, nisi inconsequenter procedant, fatendum est eis pœnitentiam esse verum ecclesiæ Sacramentum, a Christo Domino institutum.

DThom r,nio. ' SecuQda ratio, qua Doctor Angelicus catholicam probat assertionem, talis esi : Nam Sacramentum est signum rei sacræ sanctificantis nos : sed Pœnitentia est signum rei sacræ sanctificantis nos : ergo Pœnitenüa est Sacramentum. Consequentia est evidens, majorem probatam supponere debemus cum S. 1). ex q. 60, ari. 2. Ubi eam expendimus, et ab objectionibus vindicavimus disp. 1, dub. 3, de Sacramentis in genere, et insuper eam ostendit S. Doctor ex D. Gregorio 1. De- D. G cret cap. I, ubi docet *Sacramentum esse in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, ut aliquid significative accipiamus, quod sancte accipiendum est.* Quia nimirum nomine Sacramenti nil exprimere intenditur ; quam signum sensibile pro hominibus sensibiliter viventibus, quo in gratiam insensibiliter sanctificantem perveniant, eaque pofantur : ut constat ex ibi dictis. Minorem etiam suadet D. Thomas ex ipsa re gesta, quoniam sive pœnitentia sumatur ex parte pœnitentis reum agentis, et simul denuntiatorem, sive ex parte ministri, et judicis absolventis, ac sententiam ferentis; ex utroque capite significat gratiam sanctificantem : nam pœnitens per ea, quæ facit, et dicit, ostendit cor suum a peccato recessisse. Similiter sacerdos per ea, quæ agit, et dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata; ergo hæc duo simul sumpta, quo pacto efficiunt, ac constituunt integrum judicium poenitentiale, sunt signum rei sacræ pœnitentem sanctificantis, seu, ut cum Gregorio et D. Thoma loquamur, sunt res gesta, ex qua aliquid sanctificans significative accipiamus erga ipsum pœnitentem : quod non est, nec potest esse aliud, quam gratia sanctificans, qua remittuntur peccata, et media qua convertimur habitualiter ad Deum, et Deas ad nos convertit per dilectionem amicabilem.

23, Quæ ratio eo pluris habenda est, quo minus effugii relinquit hærelicorum cavillis, cum æque probet in eorum doctrina si constantes fuerint, ut constat ex ipso Luthero lib. de captivitate Babylonica, et apologia confessionis Augustanæ art. de nam. et usu Sacramentorum, ubi definiens Sacramentum docet esse ritum cui adsit mandatum Dei, et promissio gratiae. Quis autem neget confessionem cum absolutione legitimi ministri esse ritum externum, ac sensibilem? Et quis renuet in eis verbis. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* a Christo Domino serie prolata, non contineri promissionem remissionis peccatorum, ac subinde gratiæ, sine qua non stat remissio ? Latet profecto, qua qua fronto id fieri queat. Quod forte -ubo-
Kernn t. lens Kemnitius 2 p exam. Trid«ntini pag. 41, aliam .definitionem Sacramenti cudere tentavit, sed non feliciori omine. Nam inter octo conditiones, quas pro illa excogitavit, nulla ostquænostræ pœniten-•tiæ, prout in ecclesia geritur, non apprime conveniat, ut percurrenti constabit. Nam primam quod adsit externum, ac sensibile symbolum, planum est in confessione cum absolutione reperiri. Quod vero in eo symbolo sit institutio, et mandatum Dei, quie est secunda, liquet ex sæpe allegatis verbis ; *Quorum remiseritis peccata,* ubi promittitur remissio absolutis α Dei ministro. Et talis promissio non in veteri, sed in novo testamento fuit facta, ut postulat tertia ejus conditio. Est etiam ritus perpetuus, non ad tempus, tamdiu in ecclesia duraturus, quamdiu militans ecclesia viguerit, ut vult quarta conditio. Intervenit etiam promissio gratiæ, non qualicumque sed justificantis signo illi externo alligatæ, imo ab eo instrumenlaliter productæ, et in particulari applicatæ cuilibet personæ post baptismum lapsæ, et absque obice accedenti, ad Pœnitentiam, quod cæteræ conditiones postulabant. Nullo ergo modo possunt Lutherus, Kemnitius, et Sectatores, si consequenter loquantur, negare veritatem Sacramenti Pœnitentiæ , aut argumentum D. Thomæ elidere, cum procedit a definitione ad definitum, adhuc in illorum sententia : Unde necessum est vel quod novam cudant definitionem, vel quo! veritati cedant, et cum catholicis asserant Pœnitentiam esse verum ecclesiæ Sacramentum a Christo Domino inter alia institutum.

24. Hæc cum ita sint, et ita esse nobis videantur evidenter, non apparet quid in oppositum possit adduci, cujus enodationi
Æ-eçiio insistere oporteat. Objicit tamen Lugo ex ™a* aliorum sententia disp. 12, sect. 1, § *dicet a aliquis.* Ex illo loco, cui inest totum robur Lait SJ® calholicæ doctrinæ, non colligi ritum sensibilem esse necessarium ad tollenda peccata : ergo non est. unde bene probetur Pœnitentiam esse verum Sacramentum. Consequentia constat, et antecedens probatur : quoniam sacerdos posset authoritate divina in corde suo dimittere peccata, sicut quilibet potest in corde suo remittere offensas sibi illatas. Sei hæc replica contemnenda est, quippe quæ proce iit contra institutum hujus dubii, in quo non investigamus radicem, et originem ritus externi confes»ioni9, et absolutionis, de quo infra suo proprio loco : sed una et altera suppositis, totondimus, et evincere contra haereticos existimamus, in eis simul sumptis reperiri verarn rationem Sacramenti ; quod incomplexe appellatur Pœnitentia, et ipsi respuunt. Nec similiter disputamus an Deus aliter potuerit res disponere erga Sacramenta statuendo nimirum peractus pure internos, et nullo moto sensibiles impertiri hominibus eamdem gratiam, quam mo lo largitur per symbola externa, et sensibilia. De quo judicium tulimus in commentario ad art. 4, q. 60, quæ est de Sacramentis in genere. Fatemur itaque sic potuisse Christum Dominum ex potestate excellenti® sib: propria disponere; sed tunc, vel non esset verum Sacramentum : -vel foret nedum specie, sed et genere diversum a Sacramentis sensibilibus præsentis providenti® In qua negandum est antecedens objectionis, cum sua probatione, imo et suppositum illius, ut constat ex supra annotatis a principio hujus dubii, n. 2, et amplius constabit ex dicendis circa absolutionem.

g III.

Pœnitentiam esse aliud a Baptismo Sacramentum, explicatur, et probatur.

25. Dicendum est secundo Baptismum Assertio c,?tb0" et Pœnitentiam esse duo Sacramenta realiter, atque essentialiter diversa. Tam de fide est præsens, quam antecedens conclusio, eamque ita clare definit Tridentinum, ut nulla possit vel apparenti tergiversatione in oppositum exponi Unde nullus catholicorum est, qui ei refragetur.

Probatur ergo primo ratione a priori. Ratio a PFi0Fi· Nam ea Sacramenta differunt realiter, atque essentialiter, quæ constant ex materiis, et formis essentialiter, ac realiter diversis : sed baptismus, et Pœnitentia constant ex materiis, et formis essentialiter, et realiter diversis : ergo Baptismus, et pœnitentia sunt sacramenta realiter, et essentialiter diversa. Consequentia est in forma, Major est tam perspicua, ut probatione careat, et constat inductive in omnibus compositis, sive substantialibus, sive artificialibus, tam naturalibus, quam supernatural! bus. Minor vero præterquam quod est evidens, suadetur ; nam baptismus constat ex ablutione tamquam materia proxima, et aqua ut remota, et verbis : *Ego*

te baptizo innominf *Patris, el Filii et Spiritus Sancti,* tamquam ex forma : Pœnitenlia vero constat ex actibus pœnitentis. quibus detegit, ac detestatur peccata coram sacerdote legitimo, el ex sententia, qua profert : *Ego le absolvo,* tamquam ex forma, ut inferius videbimus : sed hæ sunt materi®, et formae realiter, et essentialiter diversa* : ergo Baptismus, et Pœnitentia constituuntur ex materiis realiter, et essentialiter, diversis. Minor hujus secundi syllogismi quam solus haereticus potest negare, patet : nam ablutio realiter, et essentialiter differt a contritione, et confessione pœnitentis ; cum ablutio sit actio pure externa: cum tamen contritio sit actus internus externe manifestatus per confessionem ; quocirca illa est actio corporea : hæc vero spiritualis, imo et supernatura-xlis. Aliunde vero hæc forma : *ego le baptizo,* etc., longe dissidet ab hac: *ego te absolvo,* cum ista sit per modum sementi® ; secus vero illa, utpote dumtaxat importans nudam affirmationem, et enuntiationem : ergo non est unde possit inter eas negari realis, et essentialis distinctio.

Objet-Uo' 26. Nec refert, si occurratur pro hæreticis eam distinctionem quidem esse realem, et essentialem, si unum et alterum complexum, seu compositum sumatur in esse rei, non vero si accipiantur in ratione signi, penes quam venanda est distinctio essentialis in ratione Sacramenti, et non penes illud, quod habet in esse rei.

Diluitur. Non, inquam, refert, si ita occurratur. Nam ea distinctio a nobis intenta, et catholice propugnata, non solum est distinctio in esse rei, sed etiam in ratione signi, et quod idem est, in ratione Sacramenti : ergo utroque modo distinguuntur Baptismus et Pœnitentia. Consequentia constat, et probatur antecedens : nam diversitas essentialis in ratione signi venanda est ex diverso modo essentiali significandi, et ex diversitate essentiali rei significat®, ut videtur per se notum : sed hæc diversitas reperitur inter Baptismum et Pœniientiam : ergo inter Baptismum et Pœnitentiam adest distinctio essentialis, in ratione signi, ac Sacramenti. Probatur miuor quoad modum significandi : quoniam Baptismus significat gratiam ad instar regenerationis primæ, quippe quod est prima janua, cum quo patet aditus ad ecclesiam, quin et constituitur homo intra eam, et sine quo remanet extra illam. Pœnitenlia vero significat iiraliam medicinalem, ac sanativam. Constat autem diversitas in modo regenerandi, a modo sanandi, ut vel in rebus naturalibus liquet, cum ad secundum requiratur actus proprius infirmi cooperantis ad propriam salutem, et ita contingit in pœnitenlia, ut docet D. Thomas 4 contra Gentes, cap. 72, secus voro in primo, ut evenit infantibus nullo modo cooperantibus ad spiritualem generationem, quam consequuntur in Baptismo : ergo inter Baptismum et poenitentiam invenitur diversus modus essentialis significandi.

27. Quod vero ex parte rei significat® differant, patet. Nam licet gratia per unum, et alterum significata quoad speciem, et ut ita dicamus substantiam, sit eadem in esse rei, quoad modum tamen reipsa productum cum illa, per quem constituitur in esse termini est specie diversa, ut constat ex dictis tract, de Sacramentis in genere, disp. 1, dub. 9. Ubi ostendimus per quodlibet Sacramentum produci gratiam sacramentalem specie modali diversam a gratia alterius Sacramenti, et est expressa doctrina D. Thomæ, q. 27, de verit. art. 5 D.'Ili, ad 12, quam tradit his verbis : *Dicuntur enim gralix sacramenlales, el penes has sacramenta distinguuntur, sicut penes proprios elfectus. Pertinent autem illi effectus ad gratiam gratum facientem, quæ istis effectibus conjungitur : el sic cum propriis e/feclibus habent effectum communem, qui est gratia gralum faciens, quæ etiam per Sacramentum, et non habenti datur, el habenti augelur.* Esto tamen ita non esset, quod daretur talis modus ex parte termini productus; sufficeret tamen diversus modus producendi eamdem gratiam, ut ipsa in esse termini diversa evaderet, ut constat a paritate vitæ naturalis, quæ ut primo producta ab homine terminat generationem, ut reproducta a Deo, vel reparata terminat resurrectionem , quæ sunt actiones realiter diversæ. Et ita contingeret in præsenti. Idque magis constabit ex secundo fundamento, quod versat, et satis urget ipsummet Concilium Tridentinum sess. 4, cap. 2, Trid› ubi theologice probat distinctionem Baptismi a Poenitentia.

28. Quoniam diversa potestas, diversusque minister concurrunt ad Baptismum et ad poenitentiam : ergo Baptismus, et pœnitentia non sunt idem realiter Sacramentum, sed essentialiter diversa. Patet consequentia : quoniam ad unum et idem Sacramentum sicut sufficit unica et eadem materia, et forma, ita sufficit unicus, et idem minister, ut constat a simili aliorum Sacramentorum, et ratio suadet : nam sicut Sacramentum est unicum, unicoquo ministerio exercendum, ila minister est et debet esse unicus, pro uno et eodem munere obeundo, ob connexionem quæ reperitur inter ministros, et minisjeria, et postulat rerum ordo. Antecedens vero probatur : quoniam minister necessarius Baptismi, non importat potestatem clavium, et jurisdictionem ecclesiasticam ; cum hæc non in exteros, sed solum in filios ecclesiæ, ac domesticos, ut ita dicamus, exercer' vaAeati juxta illud Apostoli. 1, ad Corinth. 5 : *Quid mihi de iis qui foris sunt judicare?* Minister autem pœnitentiæ exigit potestatem clavium, quam solis Apostolis, eorumqué successoribus largitus est Christus Joan. 20, ut supra innuimus, et infra late probaturi sumus. Sine qua nullum est Sacramentum pœnitentiæ, sicut est nullum judicium, nulliusque roboris sententia ab illegitimo judice prolata. Quod signum evidens longe aliam esse potestatem baptizandi a potestate absolvendi.

Jojd.sq.

Præterquam quod, ut recte observabit DThoœ. D, Thomas art, 7 præsentis quæstionis, *si quis recte considerat, quæ Dominus dixit de necesitalc Baptismi, tempore præcesserunt ea, quæ dixit de necessitate Pœnitentiæ.* Vel ergo concedendum est eadem Evangelistas inutiliter refricasse, ac retulisse, contra ipsorum, et Christi dignitatem : vel fatendum, ut reipsa est, alios ministros, aliamque subinde potestatem pro Baptismo, et pro Pœnitenlia determinasse, ac instituisse. Quæ est secundum principium distinctionis Baptismi a Poenitentia, quam Patres Concilii in ipsomet Concilio statuerunt.

Tirtinm tada-Eftlca. 29. Tertium principium est hujusmodi. Nam sicut diversitas arborum recte et efficaciter colligitur ex diversitate fructuum, et differentia causarum non aliunde melius agnoscitur, quam ex differentia effectuum; ita distinctio Sacramentorum non aptius, nec ex alio capite venanda est, quam ex fructu et effectu, quem significant, et efficiunt : sed effectus ac fructus Baptismi longissime distat a fructu et effectu Pœnitentiæ : ergo baptismus est Sacramentum longe distans in essentia a Sacramento pœnitentiæ. Major cum in sexta probatione liquet, et adhuc tenet in rebus, seu instrumentis artificialibus, quibus, et diversis utitur ipse artifex pro diversis, ac determinatis effectibus, ut experientia litem. constat, et docet D. Thomas supra q. 65, art. 1, dicens, *quod idem agens principaliter utitur diversis instrumentis ad diversos cffeclus, secundum congruentiam cpcrum. Et similiter virtus divina, el passio Christi operantur in nobis per diversa Sacramenta, quasi per diversa instrumenta.* Minor vero probatur : nam effectus proprius baptismi est integra et perfecta remissio omnium peccatorum, sive originalis, sive actualium ante ipsum commissorum quoad culpam, et reatum cuilibet pœnæ sive temporalis, sive æternæ; quocirca vi illius Christum induimus, et novæ prorsus in illo efficimur creaturæ, ut docet Apostolus, ad Galat. 3. Unde gratia baptismatis dicitur, et vere est gratia regenerative, quatenus denuo, et primo per ipsam regeneramur in Christo, et vitam consequimur spiritualem, qua primo ipsi configuramur, ut constat ex ipsomet Apostolo. Et hoc per se loquendo absque ulla prorsus cooperatione, aut dispositione nostra, ut liquet in parvulis, et aliis usu rationis carentibus. At vero fructus, et effectus pœnitentiæ communiter loquendo, non tantus, nec talis, quippe quem non assequimur, nisi magnis nostris fletibus, et laboribus, et idcirco laboriosus quidem baptismus appellatur ex SS. Patribus a Concilio. Quo fit fructum Pœnitentiæ proportioned, et quasi attemperari nostris actibus, ut docet D. Thomas D.Thom. in præsenti ad 1 et per eam per se loquendo non conferri pœnitentibus excellentem gratiam, sicut per alia Sacramenta, oh defectum non quidem ipsius Sacramenti, sed actuum ipsius pœnitentis, quæ habent rationem partis, et simul dispositionis. Unde gratia quæ est effectus hujus Sacramenti non est regenerativa, sed sanativa, et medicimalis, subindeque distincta a gratia Baptismali.

30. Quam doctrinam jamdiu ante Concilium nos docuerat S. Thomas 4 contra D.Thcin. Gentes cap. 72, his verbis : *Quia igitur conjunctio nostri ad Christum in baptismo non est secundum operationem nostram, quasi ab interiori quia nulla res seipsam generat, ut sit, sed a Christo, qui nos regenerat in spem vivam, remissio peccatorum in baptismo fit secundum potestatem ipsius Christi nos sibi conjungentis perfecte, et integre : ut non solum impuritas peccati tollatur ; sed etiam solvatur penitus omnis pœnæ reatus, nisi forte per accidens in iis, qui non consequuntur effectum sacramenti propter hoc quod ficte accedunt.* Ecce Baptismi fructum, et effectum a Concilio statutum, et a D. Thoma luculen-

tissime explicatum. Audiamus fructum, el effectum Pœnitentiæ non minus egregie descriptum : *In hac vero spirituali sanatione Christo conjungimur secundum operationem nostram divina gratia informatam : unde non semper totaliter, nec omnes a qualiter remissionis effectum per hanc conjunctionem consequuntur. Potest enim esse conversio mentis* in *Deum, et in detestatione peccati tam vehemens, quod perfecte remissionem peccati consequatur non solum quantum ad purgationem culps , sed etiam quantum ad remissionem lotius paiix. Hoc autem non semper contingit. Unde quandoque per contritionem amota culpa, e! reatu pmx ælernæ soluto, ut dictum est, remanet obligatio ad aliquam pxnam temporalem, ut justitia Dei salvetur, secundum quam culpa ordinatur per pcenam.* Quid clarius et nervosius pro statuenda differentia inter Baptismum et Poenitentiam ?

ÎU'Uatit tiæreti-CoruB. 31. Instant tamen Hæretici hæc omnia recte salvari sola memoria Baptismi. Hic enim in re exhibitus concurrit ad causandam gratiam regeneralivam. ut catholici appellant. Ut autem memoria retentus queil efficere, et de facto efficit gratiam sanalivam, quæ est propria pœnitentiæ. Ad quid ergo pluralitas, et diversitas a Catholicis conficta inter Baptismum et Prenitenliam ?

^dfiur* primo, Verum illud effugium risu potius, quam rations refellendum esset si eo uter tiura cæcitas non magis lacrymas, quam risum excitaret. Et exploditur j rimo : quoniam ad memoria retinendum Baptismum receptum nulla exigitur aliqua poæstas præter ipsam memoriam, quæ est potentia naturalis. Sed Christus, loco sæpe allegato, aliquam potestatem dedit Apostolis a i ligandum. et solvendum, quam non largitus est aliis ; ergo nou contulit eis potentiam ad memoria retinendum Baptisma ; alias illi soli retinerent memoriam, et non alii.

Secundo. Secundo Nam memoria retinere Baptismum est quid naturale ; sed Christus Dominus in vi illius promissionis et po testatis non contulit Apostolis aliquid naturale; sed quod mixime referebat ad finem, et vitam supernaturalem. qualis est peccatorum solutio, et remissio : ergo ex vi prodictorum verborum non tribuit Apostolis hoc quod est memoria retinere Baptismum.

Ileielli-lur tertio. Te- tio. Nam solumj)ossunt in memoriam reducere Baptismum, qui sui cornnotes illum recepere, quoniam memoria non est nisi eorum, quæ in nostra cognitione fuerunt, respicit enim suum objectum sub rabone priPteriti. ut dicitur in lib. de memoria; sed infames sui impotes recipiunt Baptisma : ergo his non proderit recursus ad memoriam, cum numquam in eorum fuerit cognitione recepisse Baptismum. Atque ideo vel remanent sino remedio lapsi post baptismum, vel necessarium est illis recurrere ad poenitentiam, ut ad quid a baptismo diversum in ratione sacramenti; alias insufficienter providisset Christus de remediis contra peccatum post baptismum, quod vel ipsis hæreticis debet esse exosum, et Christi redemptione nimis indignum .

Ad hæc. Nullibi Christus Dominus magis commendavit memoriam Baptismi, quam Eucharistiae, vel assignent Hterelici, ubinam i l Salvator præstiterit ; quin in Eucharistia, et memoriam fecit suorum mirabilium, et ejus recor lationem nobis injunxit dicens : *Hoc facile in meam commemorationem. Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.* Et tamen nullus hactenus adhuc ex hæreticis dixit sola memoria, aut recordatione Eucharistiæ posse deleri peccata, aut ejus fructum percipi : et eadem est ratio de aliis sacramentis : ergo absque ullo prorsus fundamento id asseritur de Baptismo.

Praeterquam quod proprius effectus baptismi est remissio peccati originalis : ergo si ad memoriam revocatus proprium effectum causal, utique remittet iterum peccatum originale, et toties id prostabit, quoties in memoriam redierit. Quod est falsum et omnino incredibile.

32. Deinde prosternitur illa doctrina. Quoniam si so a memoria baptismi suffice·· ret post eum lapsis ad justificationem, facilius ac commodius jûslificarentur homines post Baptismum quam ante Baptismum. Consequens est falsum, imo et absurdum : ergo falsum, et absurdum est sola recordatione baptismi homines lapsos justificari. Majoris se]uela est tam clara, ut oppositum nequeat rationabiliter dici ; siquidem facilius ac commodius est in mentem reducere actum præteritum, quam actum externum ablutmnis, et submersionis exercere, siquidem ad illum, cum sit actus pure internus, nullus labor, nullave exercitatio, aut alteratio externa requiritur; quam tamen adesse, et requiri ad ablutionem externam, quis ibit inficias. Falsitas consequentis probatur, tum ex Coi.cilio, et S3. Patribus communi

l Extf glUlM ultlBi. Iftn-sat. communi voco clamantibus Poenitentiam esse quemdam Baptismum laboriosum; quod tamen numqüam docuere do ipsomet Baptismo. Et rationem tradunt : quia non peragitur Vèrapoenitentia nisi imbre lacrymarum, ac magnis nostris fletibus cum submissione ad judicem ecclesiasticum, a quo pœnitens præstolatur sententiam judicialem absolutionis, vel detentionis. Quod tamen evidentissimum est ad susc*piendum baptismum nec concuiiere, nec desiderari.

AP°st. Tum etiam ex Apostolo ad Hebræos 0, ubi docet impossibile esse eos, qui semel post baptismum prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam ejusdem baptismi, ut exponunt D. Thomas, et communiter SS. Patres. Hinc agnoscitur absurditas consequentis intenta. Siquidem rationi dissonum est, eum qui post acceptum Baptismi beneficium propria voluntate deliquit, et gratiam liberaliter ex Christi meritis donatam prodegit, tam commode, ac facile in pristinum statura restitui, ac discissam amicitiam tecuperare, præ illo, qui non propria ^pluntate, sed aliena in lapsum ruit, quales sunt infantes rationis impotes. Quæ est doctrina

p.Thûoi. Went. Concilii Tridentini sess. 14, cap. 8 de satisfactionis necessitate, et fructu. Et quidem si ignorantia minuit voluntarium, et consequenter delictum ; qua ratione Deo non indignum, ac dissonum judicabitur ignorantes amplius plectere, quam eos, qui ex propria scientia, et malitia prolapsi sunt. Ut falsa ergo, et nimis absurda explodenda est ea Novatorum doctrina, a Tridentino anathemate proscripta sess. 7, can. 10, his verbis : *Si quis dixerit peccata omnia quæ post baptismum fiunt, sola recordatione, et fide suscepti baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri anathema Sil.* Et tenendum catholice in ministris Ecclesiæ esse potestatem diversam ad baptizandum, a potestate absolvendi posl baptismum. Unde D. Ghrysostomus, lib. 3 de Sacerdotio, cap. 5, inquit : *Pater omne judicium dedit filio suo. Cæterum video ipsum omne judicium a Deo filio traditum sacerdotibus esse, el servorum sententiam Deus confirmat, cum dixit. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Recolantur supra dicta n. l i.

§ IV.

ia-et *Hærelicôrum tela obtunduntur.*

a. 33. Prima hteresis contra primam et catholicam assertionem cum Novato nata, non solum invaluit apud Sectatores Novatianos, sed et in plure» ejusdem fœcls irrepsit, ut supra vidimus. Pro qua plura congerunt testimonia nullius fere difficultatis ex sacra scriptura, et Patribus : quocirca solum quæ aliquam speciem facie tenus ostendunt proponemus, et explicare conabimur'.

Objiciunt ergo primo, Apostolum ad Hebræos 6. ubi docet impossibile esse eos, qui semel illuminati sunt, et gustaverunt cœleste donum, et participes facti sunt Spiritus sancti, et prolapsi sunt, revocari rursus ad poenitentiam : sed qui Baptismum recepere, sunt illuminati, et acceperunt donum Spiritus sancti : ergo post baptismum nullus eis relinquitur aditus ad poenitentiam, subindeque non est tale Sacramentum. Apost.

Respondetur distinguendo majorem ; im- Diruitur, possibile est rursus renovari ad pcenitentiam medio Sacramento Baptismi, concedo majorem ; medio Sacramento pœnitentiæ, nego majorem, et concessa minori, negatur consequentia. Quoniam, ut supra vidimus, mens Apostoli, non fuit, nec esse potuit, excludere Sacramentum Pœnitentiæ, sed Baptismum pœnitentiæ, quem aliqui iterare, et sæpius recipere lentabant ; cum tamen iterabilis non sit, quia per ipsum integre Christum induimus, et Christo conformamur. Unde semel illuminatis Baptismate, non est locus redeundi ad Baptismum, est enim prima tabula post naufragium, qua semel omissa, et per peccatum fracta, non remanet locus ad ipsam, sed ad secundam, quæ est pœnitentiæ Sacramentum , ut idem Apostolus docet Apost, cap. 10 ejusdem epist. : *Voluntarie enim peccantibus nobis acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro pcccalis hostia,* nimirum Baptismi. Quæ doctrina traditur a D. Thoma in hac quæst. art. 10 ad 1. Ubi idem argumentum solvit, dicens : *Quod quia apud Judæos erant secundum legem quædam lavacra instituta, in quibus se pluries ab immunditiis purgabant, credebant aliqui Judæorum, quod etiam per lavacrum Baptismi aliquis pluries purificari posset. Ad quod excludendum Apostolus scribit ad Hæbræos* 6. *quod impossibile est cos qui semel sunt illuminati, scilicet per Baptismum, rursum renovari ad Pcenitentiam, scilicet per Baptismum, qui est lavacrum regenerationis, el renovationis Spiritus sancti, ut dicitur ad Titum* 3. *Et rationem assignai ex hoc quod ρτ Baptismum Christo homo cnm-*

mortlur : undr *subdit crucifigentes sibimel* ipsis /ilium *Dei.*

nephca. 34(contra hanc expositionem, quæ etiam est Chrysostomi, Theodoreti, Theophilati, et aliorum Patrum urgent hæretici. Nam act. 26 testatur idemmet Apostolus coram judice Agrippa se nihil extra dixisse, autprædicasse, quam ea.'quæ Prophétie locuti sunt, et Moyses. Sed nec in Prophetis, nec in Moyse invenitur vestigium Sacramenti Pœnitentiæ : ergo non est hoc Sacramentum. Et consequenter dum scribit eos, qui semel illuminati sunt, rursus renovari non posse ad pœnitentiam, penitus excludit refugium ad Pœnitentiam ut Sacramentum.

Ad hæc Apostolus post promulgationem Evangelii non aliam prædicavit pœnitentiam, quam eam, quam prædixerant, et annuntiaverunt Prophet® ante Evangelium, ut idem Apostolus affirmat in præallegato testimonio : sed constantissimum
Triifest. esti et docet ipsummet Concilium Tridentinum, cui Catholici tantum deferunt, ante Evangelium non extitisse Prenitentiæ Sacramentum : ergo post promulgationem Evangelii non est ab Apostolo prædicatum sacramentum Pœnitentiæ : subindeque impossibilitas reconciliationis, quam docet Apostolus in præallegato testimonio est negatio sacramenti Pœnitentiæ, cujus non est mentio in testamento veteri.

Solutio Bellarmini. 35. Huic argumento occurrit Bellarminus lib. 1 de Prenitentia cap. 11, concedendo Apostolum prædicasse Pœnitentiam virtutem, quam prædixerant, et præannuntiaverant Prophetæ, non vero Poenitentiam Sacramentum, quippe quod nondum erat institutum. Ex quo solum sequitur Sacramentum Pœnitentiæ non fuisse in lege veteri, quod verissimum et catholicum est; non vero convincitur non esse in lege Evangelica, pro qua, et in qua Christus illud instituit.

Non satisfacit Hæc tamen solutio non placet et quod pejus est, hæreticorum argumentum non satis diluit. Nam si ex una parte est verum quod solam Pœnitentiam, quæ est virtus prædicarit Apostolus, non vero Pœnitentiam, quæ est Sacramentum, et ex alia nec in libris Moysis nec Prophetarum reperitur Pœnitentiæ Sacramentum ; plane sequitur Apostolum non prædicasse sacramentum Pœnitentiæ. Hinc autem vires assument Novatiani et Sectatores ad penitus abolendum prædictum Sacramentum : quippe quod uec in lege veteri a Moyse aut Prophelis, nec in lege graliæ ab Apostolo non fuit praedicatum.

Praeterquam quod aliunde id urgeri potest. Quoniam incredibile omnino est, Apostolum, quem ut sui ministrum, ac dispensatorem miserat Christus Dominus ad disseminandum Evangelium, et prædicandum omni creaturae, non prædicasse Sacramenta apprime necessaria, inter quae unum est pœnilentia, ad remissionem peccatorum, et potestatem, quam acceperat ab eorum authore ad eorum administrationem. Id autem non praestitisse Apostolum palam fatetur Bellarminus : ergo in neutra lege sive scripta, sive grati® promulgatum est sacramentum Prenitentiæ, atque ideo est denuo inventum a Catholicis, ut passim hæretici ganniunt. Eo vel maxime : quoniam ut constat ex Matthæi ultimo Christus Mati
dixit Apostolis : *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quxcumque mandavi vobis.* Ubi duo præcepisse constat, et baptismum, et doctrinam servandi omnia, quæ ipsis mandaverat : ergo si Apostolus non docuit in sua praedicatione Sacramentum Pœniteutiæ, signum erit hæreticis prædictum Sacramentum non comprehendi sub mandato Christi, subindeque esse novum figmentum Catholicorum.

Verior soloOo. 36. Sed licet ista urgentia videantur contra Bellanninum, non tamen ita urgent contra veritatem Sacramenti Pœnitentiæ, quam sartam, tectamque servare studemus. Et quidem quam parum, aut nihil faveant hæreticis, facile monstrabitur, si idemmet ipsorum argumentum sub eadem forma in illos retorqueamus. Quoniam eo loci affirmat Apostolus coram judice Agrippa se nihil extra dixisse, aut prædicasse, quam ea quæ Prophétie, et Moyses locuti sunt : sed neque in Prophetis, aut Moyse est expressa mentio Baptismi, quem esse Sacramentum profitentur hæretici, alioqui Christianorum nomine forent indigni : ergo nec Baptismus est Sacramentum, nec ut Sacramentum prædicatum est ab Apostolo, nec consequenter comprehensus est Baptismus sub mandato Christi, si verum est Apostolum docuisse, quæcumque Christus illi mandavit, ut arguunt ex Matth. ultimo. Vel ergo illis fatendum est non esse sacramentum Baptismi in vi illius argumenti, quod est apud ipsos falsum ; vel concedendum recte cohærere cum illis verbis Apostoli Sacramentum Pœnitentiæ in lege gratiæ a Christo Domino institutum, ct ab Apostolis promulgatum, non minus ac ipse Baptismus ab hæreticis receptus.

37. Pro vera ergo solutione animadvertendum est (id quod vel ipsi hæretici non possunt non admittere) Baptismum esse primum ecclesiæ Sacramentum (quidquid sit do aliis) subindeque præcoptum Baptismi prius ligare, quam præcepta circa alia Sacramenta. Cum enim caetera alia Sacramenta supponant essentialiter Baptismum, non obligant proxime, et immediate ante Baptismi receptionem. Baptismus autem (et est secunda observatio) non supponit, sed constituit fideles, atque ideo non ministratur nisi infidelibus, sive hi sint parvuli, sive adulti. Quo fit non esse necessarium intimare, aut explicite exponere præcepta circa alia Sacramenta eis, qui Baptismi Sacramentum nondum acceperint. Sed sufficit ea implicite proponere, ac indistincte significare, instruendo nimirum convertendos, et alios quorum conversioni incumbitur, de Baptismo, quo fit integra peccatorum remissio, et de Christo legislatore, et Ecclesiæ capite, ac fundatore. Et ratio est perspicua, et tam evidens, ut nec ab ipsis hæreticis possit negari : quoniam præcepta, quæ respiciunt dumtaxat homines ut sunt intra Ecclesiam, non aliter proponenda, et explicanda sunt, quam ut ligant, et obligant : sed non ligant infideles nisi mediante Baptismo, et ut in Christo capite Ecclesiæ continentur : ergo solum mediate et quasi virtualiter, et in radice proponenda sunt, et explicanda infidelibus nondum Baptismo Christo renatis. Sed sufficit illis exponere, ac prædicare remissionem peccatorum in nomine Christi faciendam, sine quo non est salus, nec regressus ad vitam peccatis
Atior. 4. cxtinctam, ut constat ex illo act. 4 : *Nec enim est aliud nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.*

Porro ita rem fuisse, ac Apostolum Paulum se gessisse, evidenter constat ex eodemmet capite ab Hæreticis allegato, immediate ante verba citata, ubi coram Agrippa et aliis quamplurimis sui rationem reddens, inquiebat : *Sed his qui sunt Damasci primum, et Hierosolymis, et in omnem regionem Judeæ, cl gentibus annuntiabam, ut pœnitentiam agerent, et converterentur ad Deum, digna pœnilentiæ opera facientes.* Post quæ subjunxit : *Auxilio adjutus Dei sto testificans minori, atque majori nihil extra dicens, quam ea, quæ locuti sunt futura esse* Prophetæ, et Moyses, *si possibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lumen annuntiaturus est populo, et gentibus.* Ubi clare constat formaliter, et expresse intimasse Apostolum eam Pœnitentiam, quam esse necessariam ad conversionem gentium prænuntiarant Prophetæ, et Johannes Baptista prædicavit, non tamen exclusit Pœnitentiam post conversionem in ecclesia statuendam, imo jam constitutam ; sed mediate et virtualiter indicavit docens Christum post suam resurrectionem lumen annuntiaturum populo, et gentibus, quatenus post resurrectionem Sacramentum Pœnitentiæ foret instituturus.

38. Hinc ut credimus, satis perspicue diluuntur Hæreticorum argutiæ, et in forma respondetur ad replicam contra expositionem Div. Thomæ, et Patrum, concedendo absolute, et prout jacet, majorem ; sed minor est distinguenda : *Sed nec in prophetis, nec in Moyse, invenitur vestigium Sacramenti Pœnilentiæ,* formaliter, et expresse, admittimus minorem : mediate., et implicite, negamus minorem, et consequentiam cum altera subillata. Siquidem in Moyse et Prophetis invenitur Christus præsignatus, ac prænuntiatus, ut salvator, ac institutor Ecclesiæ : unde fides in ipsum explicata erat fides implicita omnium ab ipso instituendorum, et prædicatio ipsius explicita prædicatio itidem implicita omnium aliorum, quæ in Ecclesia gerenda essent, inter quæ est Sacramentum Pœnitentiæ.

Juxta quam distinctionem respondetur ad confirmationem , distinguendo etiam majorem. Apostolus post Evangelii promulgationem non aliam prædicavit Pœnitentiam, quam prædictam, et prænuntiatam a Prophetis, sive explicite, et implicite, concedo majorem : explicite tantum, nego majorem. Et concessa minori, neganda est consequentia; alias eodem conficeretur argumento Baptismum non esse verum Sacramentum, utpote quod non est a Prophetis explicite prænuntiatum, ut supra arguebamus.

39. Hinc facile conciliantur ea duo tes- Concitimonia, superficie tenus opposita, re tamen ipsa satis cohærentia. Nam in primo tesiimoad Hebræos 6 loquebatur Apostolus cum uia·
Hebræis jam catholicis, et in fide eruditis ; sed quia apud eos irrepebat mos ad baptismum confugiendi, ipsumque sæpius repetendi, carpit eos Apostolus dicens in fine capitis 5 : *Etenim cum magistri esse*

deberetis propter leinpus. *rursum indigetis, ut doceamini, quæ sint etementa exordii sermonis Dei.* Et incipiens caput 6 damnat baptismatum doctrinam docens impossibile esse renovari rursus per baptismum jam receptum, et prohibet recipiendum nisi semel, ut rectissima explicuit D. Thomas cum aliis ex SS. Patribus In testimonio autem allegato ab hæreticis ex Aci. 26, reddidit rationem eorum quæ gentilibus, et aliis nationibus prædicaverat, et affirmat non esse alia, quam quæ in Prophetis continebantur. Unde expresse solum hortabatur eos ad Poenitentiam et Baptismum; Doctrina autem de pœnitentiæ Sacramcnto solum pertinebat ad catholicos et actu fideles. Sed quia in Prophetis continebatur Christus, ibi mediate, et implicite continebatur doctrina Sacramenti Pœnitentiæ, fidelibus propria, non infidelibus. Atque ideo nil mirum eam ibi non explicasse. Unde iterum po?snnt clare, faciliter et vere distingui omnes consequentia?, quas urgent haeretici : et concedendæ omnes illæ, quæ inferunt infidelibus prædicatam fuisse Pcenitentiam et Baptismum præ exactam in adultis, quæ est virtus et non Sacramentum : et similiter umnes illæ, qua· solis fidelibus tenent propositam fuisse Pcenitentiam, quæ est Sacramentum. Negandæ vero sunt, quæ oppositum enuntiant. Juxta quam distributionem non est oppositio testimoniorum ; sed omnia consonant , quin oggannire possint hæretici vel apparenter.

Adde (et est adhuc clarior præcedentium confirmatio) quia cum pœnitentia virtus ex Christi institutione non sit vera virtus Pœnitentiæ, quin importet votum Pœnitentiæ ut est Sacramentum, ut in limine hujus tractatus statuimus; eo ipso quod Apostolus in suis ad gentes concionibus hortaretur ad dignos fructus Pœnitentiæ, faciendum; hortabatur virtualiter, et implicite ad ipsum Sacramentum Pcenit ntiæ, sine quo saltem in voto nullus est dignus fructus Pœnitentiæ.

Alteram bæreiicorum fandanicatum. Aug ist.

40. Deinde arguitur ratione in favorem Novatianorum. Quoniam omnia Sacramenta constant ex rebus et verbis juxta illud Augustini : *Accedit verbum ad elementum, et fit Sacramentum ;* sed in pœnitentia non est elementum aliquod, cui accedat verbum : ergo Pœnitentia non est vere Sacramentum. Minor, quam Catholici negamus, facile probatur ab adversariis : quoniam in poenitentia, prout geritur inter catholicos, non interveniunt nisi actus pœnitent s, et sacerdotis : sed neutri horum sunt res, aut verum elementum : ergo in pœnitentia non est aliquid quo elevetur ut sit vere Sacramentum.

Nec sufficit, si ex D. Thoma respondeatur, actus pœnitentis habere in hoc sacramento rationem materia.*, aut elementi.

Nam contra est, tum quod ea propositio D. Augustini est doctrinalis, et ut talis in Ecclesia recepta : atque ideo proprie, et universaliter accipienda : Dicere autem quod actus dolendi, et propalandi peccata, sunt elementum, est improprissiraa locutio : ergo non ita improprie explicanda est. Tum etiam quia adhuc ea impropris-sima. et veluti metaphorica acceptione admissa non est urgens ratio, quare verba sacerdotis, non sint elementa, sicut verba pœnitentis. Tum denique quia si esset legitima metaphorica usurpatio, protinus fieret verba ipsa sacerdotis non vere verba esse, sed metaphorica, et impropria, nec facile convinceretur oppositum docens : ergo ne hoc dicatur, asserendum est non esse locum in præsenti metaphoricæ seu impropriæ locutioni, atque ileo elementi nomine, non venire actus pœnitentis.

Solat

41. Ad argumentum respondetur concedendo majorem, quam jam olim docuerunt SS. PP. definierunt Concilia plura, maxime vero Florentinum, et Tridentinum, et nos ex ipsis probatam reliquimus tract, de Sacramentis .n genere disp. 2. Ubi explicuimus quæ, et qualis sit ista compositio. Minorem negamus, et diluimus cum D. Thoma in præsenli, ad primum ubi inquit : *Ad primum ergo dicendum, quod nomine corporalium rerum inlelligunlur large etiam ipsi exteriores aclus sensibiles, qui ita se habent in hoc Sacramento, sicut aqua in Baptismo, vel Chrisma in confirmatione.* Nec aliud voluit D. Augustinus, cujus propositio solum intelligitur de Baptismo, in quo dumtaxat pro materia adest verum elementum, nimirum aqua; secus autem in aliis ceteris sacramentis. Inde tamen protensus fuit ejus sensus ad omnia alia sacramenta, ut aliquid sensibile pro materia assignaretur, ob identitatem rationis, quippe nullum Sacramentum est quod sensibile non sit, et sensibiliter non significet. Idque satis liquet ex cap. : *Xon ut apponeres, de Baptismo.* Et cap. Multi sæcularium 1, q. I, ubi dicitur : *Ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum divina virtus secretius operatur salutem in eis.* Hinc

Cap. Noo, Gap. Mulli

Hinc constat ad primam impugnationem. Nam quod verum elementum sit proprie materia solum convenit Baptismo ; in aliis vero sacramentis id non desideratur, sed sufficit esse rem vere et n-aliter sensibilem et sensibiliter applicatam, ut constat in sacramento Matrimonii, in quo consensus externe manifestatus habet rationem materiæ, et formæ sub diversis muneribus. Et in hoc sensu propositio illa I). Augustini est doctrinalis, et universaliter distribuens pro omnibus sacramentis; non vero in sensu, in quo primo ab ipso prolata fuit, et adversarii contendunt. Nec est tam impropria aut metaphorica locutio, qualem nobis obtrudunt : sed vera, et realis; cum actus externi confessionis, et absolutionis sint vere, et realiter a parte rei, quamtumvis celeriter, et facile transeuntes, uti omnia alia successiva : similiter sunt satis corporei, et sensibiles, ut experientia ipsa testatur.

42. Non est majoris ponderis secunda probatio opposita : Quoniam actus pœnitentis non sunt omnino determinati usque dum adveniat absolutio, quæ se habet ad instar sententiæ in foro pœnitentiali. Determinantur vero ad complete significandum per absolutionem, qua judicium illud completur, atque ideo merito absolutio sibi vindicat rationem formæ , et actus pœnitentis rationem materiæ, idque universaliter tenet in omni judicio, usque ad exitum sententiæ. qua ultimo completur, ac perficitur, partium processus, et litigium cessat, ac conatus.

Tertia tangit difficultatem inferius discutiendam. Modo sufficiat indicasse discrimen inter actus pœnitentis, et absolventis : nam illorum nomine non veniunt intelligendi semper actus proprie tales, sed sufficiunt nutus, aut signa externa dolorem internum aliqualiter exprimentia; quod tamen non sufficit ad judicem absolventem. Et ratio disparitacis eiicitur quoad præsens ex proxime dictis : nam quod se tenet ex parle pœnitentis usque ad sententiam exclusive est determinabile ad absolutionem, vel damnationem : atque ideo patitur suam qualem indifferentiam, vi cujus jure obtinet vices materiæ determinabilis per formam. Quæ autem se tenent ex parte sacerdotis, est absolutio; qui quia supponit cognitionem causæ, cum delictorum discretione, vel confert absolutionem, vel subtrahit, determinando, ac decernendo pro reo, vel contra ipsum. Unde ratio formæ, de cujus ratione est complere, ac determinare, postulai fieri, non utcumque, sed modo humano prolata, atque ideo per formalia verba, non vero per nutus. Cujus non aptior assignabilis est ratio a priori, quam Christi institutio universali totius ecclesias traditione probata, et promulgata, de quo infra.

Alterius hæresis deliramenta erlirpanlur.

Secunda haereticorum sententia.

43. Secundam, eamque capitalem hæresim confundentem Pœnitentiæ sacramentum cum Sacramento Baptismi, qnatonus illa nil aliud sit, quam Baptismum memoriter refricare, et media hac recordatione actus fidei peccatorem exercere, tenuerunt, ac pertinaciter tenent, quotquot supra dedimus, et innumeri alii, inter quos tot sunt sententiæ, quot capita, ut videre est apud Bellarminum, et Valentiam. Quin et in quolibet eorum tanta est inconstantia, tantaque diversitas, ut vix nec vix quidem, unico ictu eorum placita queant praecidi, ac prosterni. Adeat, cui per otium licuerit, hos et alios controversistas, apud quos passim palinodiam canere audiet. Nobis sufficiat ejus, in quo conveniunt, et cui fidunt, fundamenta diruere. Unde.

Arg. 1.

44. Primo arguitur : nam juxta promissionem Christi sola fide, et Biptismo homines justificantur, et salvi fiunt : ergo si qua est pœnitentia, neutiquam conducit infallibiliter ad justificationem ; nec proinde erit Sacramentum distinctum a Baptismo. Haec secunda consequentia constat ex prima : quia nullum sacramentum est, quod quantum estex se, non afferat promissionem divinam de gratia infallibiliter conferenda. Prima vero ex antecedenti sufficienter sibi deducere videntur : quoniam si qua pœnitentia gratiam justificantem infallibiliter induceret, jam non sola fide, et Baptismo justificaremur, et salvi fierent homines, quod est contra promissionem a Christo factam. Antecedens autem probant ex illo Marci 16 : *Qui crediderit, cl baptizalus fuerit, salvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur.* Ubi c'are solis fidei et Baptismo defertur salus animae in hac vita, et in futura.

Marci 16.

Confirmatur primo ex D. Augustino id ipsum dissertissime asserente lib. de Nuptiis cap. 33, ubi docet, *quod lavacro re-*

D. August.

generationis non tantum peccata prælerda, sed diam posterius admissa remittuntur. Hoc. autem fieri nequit per Baptismum pluries receptum : ergo necessarium est recurrere ad Baptismum memoria repetitum, quo excitantur homines ad novos, casque ferventiores fidei actus.

Fulge i!. Confirmatur secundo ex D. Fulgentio lib. de fide ad Petrum cap. 30, ubi Baptismum appellat Sacramentum fidei, et

Lui. 3. Pœnitentiæ juxta illud Lucæ 3 : lend *Joannes prædicans Baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum :* ergo sensit S. Doctor in unum et idem coire Baptismum et Pœnitentiam absque reali diversitate in ratione Sacramenti. Id quod haud obscure (et est tertia confirmatio etiam tradidit

N. Cy rill. Cyrillus lib. 12, in Joannem cap. 56, ubi docens duobus modis posse peccata remitti, et per Baptismum, et per Pœnitentiam, inquit rationem reddens : *nam aut credentes, el vilæ sanctimonia probatos homines ad Baptismum inducant, ac deinde indignos diligenter expellunt : aut Ecclesiæ filiis, peccantibus quidem increpationem adhibent, pandentibus autem indulgent :* Ergo sola increpatione, aut indulgentia remittuntur, vel retinentur peccata post baptismum ; non vero pœnitentia aliqua, quæ sit sacramentum distinctum a Baptismo.

Solvitur. 45⃝ Hæc tamen debilissima sunt ad tantum pondus sustinendum. Unde respondetur ad primum distinguendo antecedens : sola fide, et Baptismo homines justificantur, et salvi fiunt, post Baptimum susceptum, et peccatum commissum negatur antecedens : quia peccatum mortale patratum post Baptismum non remittitur nisi per Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel voto. Quod quidem nos docuit ipsemet Christus Sacramentorum Auctor. Si autem peccata Baptismum præcesserint. et post ipsum nullum intervenerit, quo gratia Baptismi destruatur, verum est antecedens, et catholicum. Et hæc fuit Christi promissio, non autem ea, quam sibi comminiscuntur hæretici. Unde illatæ consequents sunt malae, et male deductæ, ex illo vero fundamento, procedente dumtaxat de prima hominis regeneratione, qua homines integre, et perfecte Christo configurantur, et in ipso renascuntur. Quoniam ut inquirit

August, []. Augustinus epist. 23 : *Si parvulus baptizetur, el grandxvus factus propria incaperil habere peccata, per quam gratiam remittentur? Non regeneratione* (respondet S. Doctor ideal Baptismo), *sed alia reconciliations resarciri posse,* nimirum Picnitentia, ut statim videbimus.

Ad confirmationem dicimus, Baptismum peccata præcelentia delere quidem seipso me lia gratia regenerativα, posterius tamen commissa mediate, hoc est medio alio Sacramento Pœnitenliæ, cujus homo non est immediate capax, quin supponatur Baptismus, qui est prima janua ad alia Sacramenta. Et in hoc sensu est vera illa propo- Vew
sitio D. Augustini, ut S. Doctor ibi se se.'tiu
explicat subjungens : *quod non prodesset vel ante baptismum pandentia, nisi Baptismus sequeretur : vel postea nisi prxcesserd.* Idem docet de adulterinis conjugiis cap. 16, his verbis, *si a Cathecumeno factum est homicidium, Baptismate abluitur, si a baptizato, pandentia, el reconciliatione sanatur.* Quo quid evidentius pro veritate catholica, quam ab haereticorum insultibus vindicamus. Hunc etiam sensum tenent Exp<fc
verba allegata ex Fulgentio : siquidem tar
Baptismus est sacramentum fidei respectu Fulge:
omnium, quia nimirum eo primo constituantur fideles, et Ecclesiæ membra. Est etiam Sacramentum pœnitentiæ, mediate, quatenus cum illo, non vero absque illo possunt accedere fideles ad Pœnitentiam, ut a D. Augustino nuperrime audivimus.

Nisi mavis D. Fulgentium sermonem habere de pœnitentia, quæ in adultis antecedit Baptismum, in hoc sensu Baptismus est Sacramentum fidei immediate, et Pœnitentiæ dispositive ex parte subjecti, in quo eam supponit. Noster autem Gyrillus ineptissime allegatur, ut supra vidimus ; cum recenseat catholice, quod catholici affirmant, dupliciter remitti posse peccata, per Baptismum, et Pœnilenliam et ad unum et alteram esse in ecclesia potestatem, quamvis præcedant vel subsequantur objurgationes, et increpationes, quibus ad indulgentiam emolliantur, ac disponantur delinquentes.

46. Secundo a ratione arguunt. Quoniam Argua.
Sacramentorum diversitas non aliunde aralil0B·
aptius colligitur, quam ex distinctione gratiæ, ad quam causandam, et significandam
sunt a Deo instituta : sed inter gratiam j
Baptismi, et Pœnitentiæ non est distinctio : l
ergo nec inter sacramentum Baptismi, et Pœnitentiæ, et consequenter sunt unum, et idem Sacramentum. Major et utraque consequentia non indigent probatione. Minorem inde probant : quoniam tam gratia I
Baptismi, quam gratia Pœnitentiæ est
gratia I

gratia rogonoratlva ; cum utraque det primum esse homini in ordino gratiæ, et utraque deleat peccata prrace lentia. Quod vero inter ea peccata unum Kit originale, et alia actualia, ad quod confugiunt catholici, de materiali est, et omnino impertinens ad distinctionem, et multiplicationem Sacramentorum, ut constat a simili in peccatis venialibus, ad quæ extirpanda non est aliquod Socramonlurn per se primo institutum ; sed codemmet sacramento PœniteniiiB, quo primario delentur mortalia, ex consequenti, et minus principaliter remitti docent Catholici ipsa venialia : Similiter ergo dicendum est de Baptismo, qui licet a sua primieva institutione, solum tendat in expiationem originalium, ex consequenti queibit omnia actualia destruere, quoties ad ipsum, si non re, allectu tamen, el excitatione baplizatus confugeri t. *

Saislio. Respondetur distinguendo minorem : Non est distinctio quoad entitatem, et ut ita dicamus, substantiam ipsius gratiæ, admittimus minorem ; quoad modum, et in esse termini, negamus minorem, et consequentiam. Ad minoris probationem quatenus distinctioni datæ opponi videtur, dicimus quod licet utraque gratia per se loquendo det primum esse in ordine supernatural! ; cam Baptismus, et Pœnitentia sint Sacramenta mortuorum , atque ideo quantum est ex ipsorum institutione supponant in subjecto mortem animæ, quæ consistit in privatione gratiæ, et amicitiæ Dei : et ex hoc capite tam gratia Baptismi, quam gratia Pœnitentiæ dent primum esse. Differunt tamen quamplurimum in modo eam conferendi : quoniam gratia Baptismi non petit per se cooperationem aliquam ex parte recipientis, ut constat in infantibus : gratia vero Pœnitentiæ postulat necessario operationes poenitentis. Unde provenit gratiam Baptismi totaliter provenire ab extrin-
D-Tlioa. seco, ut recte observavit D. Thomas in præsenti ad 1 : gratia vero Pœnitentiæ quamvis ab exlrinseco etiam proveniat, proportionatur actibus humanis, quibus pœnitens ad eam disponitur. Quocirca gratia Baptismatis est gratia regenerationis, non quia dat primum esse utcumque ; sed quia confert primum esse absolutum, numquam alias habitum, aut pôssessum et hoc absque ulla prorsus cooperatione recipientis, Unde se habet ad instar generationis substantialis, in qua nulla est operatio prolis ad suum primum esse, et hæc est ratio, quare perfecte in Baptismo Christo confi-garamur, et nullus reatus nec culpæ, nec pœnæ relinquitur. Gratia vero Pœnitentiæ confertur per modum sanationis, et curationis quam infirmus non totaliter ab extrinseco, sed mediis propriis actibus, et quasi partim ab intrinseco adquirit : atque ideo supponitur amissa ; non enim nisi ægrotus medicinam quærit. Et mullum interest inter vitam primo receptam, et vitam amissam, et reparatam, ut constat in generatione, resurrectione, et curatione, quarum termini specie differunt, esto vita quoad entitatem, et substantiam sit eadem.

Eo vel maxime quoniam ad assignatum discrimen accedit diversitas gratiæ Sacramentalis, quæ est modus realiter a substantia gratiæ distinctus, ut constat ex dictis de Sacramentis in genere, et docet D. Thomas locis supra allegatis, ut ex ipso n. 22 retulimus. Exemplum subinductum in argumento peccatorum venialium, tenet quoad hoc, quod sicut Pœnitentia ea minus principaliter remittuntur cum mortalibus, si adsint cætera requisita : ita Baptismus, quamvis primo contra originale versetur, si adsint aliqua, vel plurima actualia, ea profecto destruet ex consequenti , et minus principaliter, si fuerit eorum displicentia. Non vero tenet, ad hæreticorum intentionem, ut constat ex dictis. Unde cum convenientia in esse entis gratiæ unius, et alterius sacramenti stat diversitas illarum in esse termini, et in modo producendi, et significandi, vi cujus essentialiter ea Sacramenta differunt.

47. Arguitur tertio contra hactenus Tertium
dicta in utraque conclusione. Etenim si ar^um·
Pœnitentia esset verum Sacramentum, realiter a Baptismo diversum, et causaret gratiam ex opere operato, ea esset perfectior, ac sublimior, quam gratia aliorum Sacramentorum. Consequens est falsum : ergo etiam est falsum asserere Pœnitentiam esse Sacramentum, et esse realiter et essentialiter a Baptismo diversum. Sequela majoris quoad primam partem est clara ; siquidem sacramentorum novæ legis privilegium est præ veteribus antiquæ legis ex opere operato significare, ct reipsa efficere gratiam, quam significant, ut tract, de Sacramentis in genere disp. 4 ostendimus. Quoad secundam vero liquet : quoniam perfectius est cooperari ad gratiam, quam ad illam mere passive se habere, sicut nobilius est agere, quam pati : sed in Sacramento Pœnitentiæ propriis actibus concurrit homo

ad gratiam ; secus vero Baptismo aut in aliis sacramentis : ergo sublimior, ac perfectior gratia erit gratia hujus sacramenti, si Sacramentum est, quam aliorum. Falsitas vero consequentis probatur : quia gratia sanans, quæ est gratia propria pu··nitentiæ, non est perfectior gratia regenerante, propria Baptismi, aut roborante, quæ respondet confirmationi : et sic de reliquis sacramentis, præter Matrimonium : ergo falsitati obnoxium est adstruere gratiam inductam per Sacramentum Pœnitentiæ nobilitate, et perfectione præire gratiam aliorum Sacramentorum.

Rdctur°* h°c argumentum respondetur, concessa majori quoad primam partem, negando secundam, quam non evincit adducta probatio : quia licet ex genere suo melius sit agere, quam pali, non tamen semper est melior effectus inductus per actionem alicujus. ac effectus acquisitus mere passive, ut constat in sanitate reparata ab ipso infirmo, vel a Deo restituta, et aliis pluribus exerpphs. Et quoad præsens rationem dis-^'fiom-^aritaiis elegantissime tradit D. Thomas in hoc art. ad 1, his verbis : *Esi autem attendendum quad in illis Sacramentis. in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius, sicut in Baptismo ubi fit plena remissio peccatorum, el quantum ad culpam, el quantum ad panam. Et in confirmatione, ubi datur plenitudo Spiritus sancti, et in extrema unctione, ubi confertur perfecta sanitas spiritualis, quæ provenit ex virtute Christi, quasi er quodam extrinseco principio. Unde si qui actus l&mani* (tacitam objectionem præoccupat S. Doctor) *sunt in talibus Sacramentis, non sunt de essentia Sacramentorum, sed dispositive se habent ad Sacramenta. In illis autem Sacramentis, quæ habent e/feclum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani sunt loco materiæ, ut accidit in Pœnitentia, el Matrimonio. Sicut etiam in medicinis corporalibus, quædam sunt res exterius adhibite. sicut emplastra, el elecluaria, quædam vero sunt actus sanandorum puta excitationes quædam.* Ex quibus constat, quare gratia Pœnitentiæ non præstet, quam gratia Baptismi, et aliorum Sacramentorum, unicum si excipiatur Matrimonium, quia minimum habet de spiritualitate, ut docuerat S. Doctor, q 65, art, 2 ad 1, et nos cum ipso do Sacramentis in genere disp. 9, dub. 2, ubi dignitatem Sacramentorum inter se contulimus, et statuimus.

48. Verum enim vero, quamvis hæc ita se habeant, non convenit inter discipulos D. Thomæ, quid nomine excellentis gratiæ S. Doctor significaverit? An nimirum intensiorem gratiam, vel quid aliud a gratia diversura, et ipsi superadditum? Sunt, qui asserant per excellentem gratiam intensiorem gratiam usurpari, quasi sensus sit : per cætera Sacramenta perfectiorem gratiam produci quam per Poenitentiam, aut Matrimonium. Ita Soto in 4, dist. 14, q. I, art. 1, cui assentitur Prado, in præsenti duh. 1, n. 14. Disco-Jor 'Jsennis aliquo-iruiu. Solo. Prado.

Hanc tamen intelligentiam rejicit Arauxo in præsenti ut a veritate, et mente S. Doctoris prorsus alienam, utpote ex qua duo deducantur absurda, in doctrina D. Thomæ minime toleranda. Primum est in quolibet Sacramentorum conferri majorem gratiam, quam in Pœnitentia. Ex quo subinfertur secundum, videlicet confirmationem, extremam unctionem, et ordinem in ratione Sacramenti esse Pœnitentia nobiliora. Quorum quodlibet est falsum, et contra D. Thomam. Quocirca contendit Illustrissimus gratiam Pœnitentiæ, et gratiam Matrimonii quandoque excedere absolute et simpliciter gratias aliorum Sacramentorum. Atque ideo discrimen inter Sacramentum Pœnitentiæ, et cætera Sacramenta in eo constituit, quod hæc quoad modum semper, et indefectibilitcr importent excessum, qui quia modalis est, solum est excessus secundum quid, et admittit excessum simpliciter Pœnitentiæ supra alia Sacramenta, ad eum sane modum, quo habitus exceditur simpliciter ab actu propter majorem actualitatem; quem tamen superat ob majorem stabilitatem et pennanentiam. Nomine ergo *excellentis gratiæ,* quam detulit S. Doctor cæteris pro Pœnitentia Sacramentis, non major intensio, sed modus ipsius gratiæ intelligendus venit. Quisnam vero ille sit? non satis explicat. Impro-bat Arauxo.

49. Neutra tamen harum expositionum plene satisfacit, et utraque fallit nostro judicio in eo quod reddit non causam pro causa. Et quod ad primam refert, de intensiori gratia, nullum continet fundamentum inD. Thoma. Nullibi enim, quantum percipere licuit, nomine excellentis gratiæ significavit S. Doctor gratiam intensiorem. Tum etiam : quia licet sit omnino certum Sacramenta inter se differre, atque subinde se simpliciter excedere ut statutum reliquimus tract de Sacram, in genere; non est tamen ita pervium qnodnam inicijsdorem gratiam producat. Nec D. Thomas ex eo principio eorum differentiam, et excellentiam deduxit; sed ex line vita· Christiana·, ad quem fuit eorum institutio necessaria, necnon ex diversitate gratiæ sacramentalis uniuscujusque propria) ut constat ex testimonio supra n. 22, ex D.D q S Doctor? allegato, ex quæst. 27, do verit. art. 5, ad 12, ubi disertissime tenet solum penes gratias Sacramentales differre inter se Sacramenta. Constat autem gratiam Sacramentalem alterius longo rationis esse ab intensione gratiæ; alias quolibet Sacramento posset produci quælibet gratia sacramentalis; cum nullum sit Sacramentum, cui non insit vis intensiorem, et intensiorem gratiam producendi, si adsit dispositio ex parte subjecti : Non ergo nomine excellentis gratiæ gratiam intensiorem significavit S. Doctor.

Refellitur utraque expositio.

Præter quam quod nemini dubium est in Baptismo, et medio Baptismo excellentem gratiam communicari, ut hic affirmat D. Thomas, et immunitas ab omni labe tam culpæ, quam pœnae, et integra cum Christo configuratio per Baptismum facta testantur. Et tamen est non minimæ dubitationi obnoxium, utrum Baptismus conferat remissiorem gratiam præ cæteris Sacramentis, idque vero similius apparet, si id conjicere liceat ex gloria, quam infantes ex vi illius assequuntur, quæ non est satis magna, et intensa ut modo supponimus, si conferatur cum gloria adultorum; ergo nomine gratiæ excellentis non venit intelligenda. gratia intensior, ut voluit Solo, cui adhæsit Prado. Sed quidquid sit de conjectura melius et efficacius ostenditur ex ipsamet Sacramentorum institutione, juxta quam omnia Sacramenta vivorum ex se ordinantur ad perficiendam gratiam in Baptismo receptam, vel roborando, vel nutriendo, et augendo, vel actus hierarchicos exercendo; quibus muneribus non est, cur intensior gratia Baptismo respondeat. Ergo cum minus intensa gratia Baptismi, stat in eodem excellens gratia a S. D. intenta : atque ideo excellens gratia non coincidit cum intensiori gratia, ut asseritur in hac prima explicatione.

50. Nec ideo approbamus quæ pro inconvenienti objecit Arauxo contra Soto, quippe quæ inconvenientia non sunt, sed plana doctrina D. Thomæ, juxta quam dicendum est extremam unctionem, confirmationem, et ordinem, imo et cætera alia Sucrarnontft præter Matrimonium præcellere absoluto, et simpliciter dignitate, et perfectione supra Poenitentiam, ut constat ex ipso S. Doclore supra quæst. 65, art 3, D.Thom et ex ibi a nobis dictis loco sæpe allegato, Unde secundum inconveniens, non inconveniens, sed veritas clara est. Et eadem constantia fatemur quolibet Sacramentorum, excepto Matrimonio, conferri gratiam, ad quam non pertingit Sacramentum Pœniteuitiæ, quæcumque illa sit, ut hic docet S. Doctor. Unde mirandum est occulatissimum S. D. discipulum in tam perspicua luce offendisse, dum pro obice opponit quod nec levissimae offensionis tenet vestigium.

Convenit itaque inter Nos et Magistrum Prado, et.Soto, contra Arauxo in eo, quod Poenitentia sit minoris perfectionis, ac dignitatis inter omnia Sacramenta, unico dempto Matrimonio omnium imperfectissimo, et consequenter intensiorem gratiam per se loquendo per ea produci, ac communicari , quam per Poenitentiam, sed contra ipsos asserimus non in majori intensione gratiæ consistere excellentem gratiam, quam hic docet D. Thomas cuilibet illorum inesse præ pœnitentia ; sed aliun de id venandum esse contra ipsos judicamus , ut exemplo Baptismi convincitur. Quocirca una et altera eorum explicatio deficit in reddendo non causam pro causa.

51. Magis ad veritatem accedit Magister Nuno in præsenti dub. 2, ubi docet per excellentem gratiam non intelligi intensiorem gratiam, sed aliquid nimis speciale, et quasi extraordinarium in ordine, et natura gratue. Idque explicat in donis supernaturalibus, mediis quibus homo regitur supra omnem rationem humanam adhuc regulatam per virtutes morales infusas; cum dona Spiritus sancti ad id solum deserviant, ut homo reddatur bene mobilis a Spiritu sancto, non vero ut moveatur a ratione supernaturali. Nuno.

Quem sensum libenter amplecteremur, si ejus Author, quodnam sit illud nimis speciale, et extraordinarium in ordine gratiæ exposuisset? et inquirimus; an sit debitum ipsis Sacramentis ex Christi institutione? necne ? si est debitum : jam non est nimis speciale respectu sacramentorum, et gratiæ illis correspondentis. Sinon est debitum sacramentis ex Christi institutione, qua ratione semper illis inest, ut indicare videtu D. Thomas? Et quidem si illa excellens gratia non semper comitare- Displicet.

tur prædicla Sacramenta ; perperam S. Doctor constituisset discrimen inter Pœnitenliam et Matrimonium ex una parte, et cætera Sacramenta ex alia; cum nulli esset debitum illud nimis speciale, et extraordinarium in ordine graliæ, quod nomine excellentis graliæ a D. Thoma assertæ intelligit Nuno. Nec exemplum donorum id suadet : quia cum homo sit mobilis dupliciter ad bene operandum, et per prudentiam humanam supernaturalem, et per voluntatem divinam supra omnem prudentiam humanam ; ad unam, et alteram motionem prompte, et faciliter subeundam, oportuit ornari et virtutibus infusis, et donis supernaturalibus, ut bene sequatur instinctum divinum, ubi non sufficit instinctus rationis adhuc supernaturalis, ut docot d . Thomas I, 2, q. 68, art. 2. D.Thom.

Sed hinc potius augetur, quam minuatur, aut extinguatur difficultas. Nam licet dona non debeantur homini ut bene operanti juxta regulas rationis, et prudentite supernaturalis ; sunt tamen ipsi debita ut operanti supra omnem rationem et prudentiam supernaturalem : *ergo* similiter licet homini in Pœnitentia, et Matrimonio non debeatur illa excellens gratia, debetur tamen illi ex vi aliorum Sacramentorum. Si autem debetur, jam non est aliquid nimis speciale, et extraordinarium in ordine grati® respectu Sacramentorum. Deficit itaque in eo, quod non explicat, quidnam sit illud nimis speciale, et extraordinarium in Sacramentis, supra omnem gratiam communem ? et hoc opus, hic labor est.

inteingeniia.

^'s ero° ^'cenc^^ modis in sua prohabilitate relictis, sedulo litteram ipsius textus consulenti, sincerior, ac plane verior erit sensus, nomine *excellentis graliæ* non aliud S. Doctorem significasse, quam gratiam ipsam sacrameutalem uniuscujusque Sacramenti propriam. Hæc enim juxta diversitatem Sacramentorum, et differentiam significandi applicationem meritorum Christi, diversos ac vere excellentes, effectus habet, sive intensior, sive minus intensa existât gratia sanctificans. quæ ejusdem prorsus rationis est in omnibus Sacramentis. Quoniam baptismatis gratia, non tantum excludit peccatum; quod vel minima quælibet gratia sanctificans extra Sacramentum efficit ; verum præstat integram, et perfectam peccatorum remissionem. Et hoc non ob aliud, nisi quia medio Baptismo, primum homo incorporatur Christo, Qtque membrum ejus, vi cujus tota passio Christi ipsi applicatur quoad efficaciam. ac si ipse homo sufficienter pro suis peccatis satisfecisset, ut docet D. Thomas supra q. 69, ari. 2, Hoc autem habet gratia Baptismi, non quia gratia est ; alioqui quælibet alia gratia id ipsum fieret, sed quia regenerativa est, et propria hujus Sacramenti. In confirmatione autem, quam appellat S. Doctor, q. 72, art. 1. Sacramentum plenitudinis graliæ, recipitur gratia cum robore ad præstaadam fidem, eamquo propugnandam, quatenus qui *eam recipiunt* (verba sunt D. Thomae) *Christo conformaitur, in quantum ipse a primo instanti suæ conceptionis fuit plenus gratia, el veritate.* D.Tho®. Et art. 5 inquit : *In confirmatione accipit homo potestatem* (media videlicet gratia Sacramental! propria hujus Sacramenti) *ad agendum ea, quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei.* Unde licet homo per Baptismum accipiat potestatem ad pugnandum contra hostes invisibiles; non tamen contra visibiles, et inimicos fidei quo adroboretur per Confirmationem. Idem dicito de extrema unctione, cujus specialis gratia extenditur non solum ad peccata, verum et ad peccatorum reliquias, vi cujus infirmus perfectam sanitatem spiritualem, imo, si expediat, et corporalem, assequi potest. Et eadem prorsus ratio est de cæteris aliis Sacramentis præter Pœnitentiam, et Matrimonium, de quibus statim. Quorum omnium tradidit rationem Angelicus Præceptor q. 72, hujus 3 p. art. 7 ad 3, his verbis : *Dicendum, quod gratia Sacramentalis addit supra gratiam gratum facientem communiter sumptam aliquid effectivum specialis effectus, ad quod ordinatur Sacramentum. Si ergo consideretur gratia in hoc Sacramento* (Confirmatione) *collala, quantum ad id quod est commune : sic per hoc Sacramentum non confertur aliqua alia gratia, quam per Baptismum, sed quæ prius inerat, augetur. Si autem consideretur, quantum ad illud speciale quod superadditur, sic non est ejusdem speciei cum ipsa.* D.Thom.

53. In quibus, nisi nostrum nos fallat judicium, evidenter continetur veritas nostræ explicationis : quoniam speciales, ac præcellentes effectus Sacramentorum defert S. Doctor diversitati specific® gratiarum Sacramentalium. Sed specialis gratia, ac excellens, quam in hoc art. ad 1, docet reperiri in omnibus Sacramentis, est ad speciales, eosque excellentes effectus Sacramentorum, ut constat : ergo juxta mentem

tem S. Doctoris nomino excellentis graine Sacramentorum nil aliud intelligilur, quam gratiæ Sacramentalis eorum, et consequenter coincidunt gratia excellens, et gratia Sacramentalis. et vice versa.

›«?&*· 54. Sed dices. Eliam in Pœnitentia, et Matrimonio datur specialis gratia Sacramentalis : et tamen eam non appellavit S. Doctor gratiam excellentem, seu excellentiam graliæ' quin oppositum statuit in his duobus Sacramentis præ cæteris : ergo ideo fuit quia ex ejus mente non coincidit excellentia graliæ cum gratia Sacramentali, et e converso.

Traian Respondetur concedendo majorem, quam ratio ipsa evincit, et minorem, et negamus consequentiam. Cujus disparitatem non emisit D. Thomas, sed assignavit : quoniam licet per Sacramentum Pœnitentiæ, et Matrimonium pioducatur gratia Sacramentalis cuilibet eorum propria; hæc tamen non importat excellentiam gratiæ; secus vero aliæ aliorum Sacramentorum. Et ratio non est, quia excellentia gratiæ addat supra gratiam sacramentalem, ut intendit arguens, et indicavit Nuno. Sed quia in aliis Sacramentis descendit plenitudo graliæ totaliter ab extrinseco, nimirum ab ipso Deo ex meritis Christi ad obeunda propria munera cujuslibet Sacramenti, dum obex non sit. In Pœnitentia vero, et Matrimonio se attemperat, ut ita dicamus, influxus actibus humanis, ut effectus non fiat nisi modo humano, non autem ex plenitudine potestatis Christi, ut in aliis Sacramentis. Quoniam, ut bene observavit Ferrara 4, contra Gentes cap. 17, et est doctrina D. Thomæ ibi, et alibi sæpe, in spirituali sanatione per contritionem non fit remissio per solam sufficientiam passionis Christi, sed ex applicatione illius ad nos per nostram operationem liberi arbitrii. Et ideo non semper totaliter remittitur peccatum quantum ad pœnam, sed plus, minusve juxta majorem aut minorem conatum, et intensionem nostrorum actuum. Et quia virtus primæ causæ qnandam limitationem, aut modificationem recipit in secunda, idcirco effectus non evadit adeo perfectus, ut constat in sanitate a Deo se solo restituta, vel per proprios actus reparata. Quia ergo tam gratia sacramentalis Pœnitentiæ, quam Matrimonii
I deserviunt ad suos effectus ita restricte in-
I ducendos, idcirco non sibi vindicant nomen aut rationem excellentis gratiæ. Cujus oppositum ob rationem omnino oppositam evenit in gratia Sacramentali cæterorum Sacramentorum.

55. Nec te moveat, quod ad alia Sacramenta etiam concurrunt proprii actus, et ut in plurimum semper debent concurrere, nisi ad Baptismum et Confirmationem in infantibus. Quoniam ut diligenter prævidit S. Doctor in præsenti ad primum : *Si* D.Thom. *qui actus humani sunt in talibus Sacramentis, non sunt de essentia Sacramentorum, sed dispositive se habent ad Sacramenta. In illis autem Sacramentis, quæ habent effectum correspondentem actibus humanis* (qualia dumtaxat sunt Pœnitentia, et Matrimonium) *ipsi actus humani sunt loco ma'leriæ*. De ratione autem materiæ, quæ in Sacramentis concurrit simul cum forma ad effectum Sacramenti, est contrahere, coarctare, et constringere amplitudinem tum formae, tum influxus agentis; cum unumquodque recipiatur ad modum recipientis, ut est commune proloquium. Stat ergo assignata disparitas, quare gratia Sacramentalis aliorum Sacramentorum, sit et vere appelletur *excellens gratia,* vel *gratia excellenliæ,* secus autem gratia Pœnitentiæ, et Matrimonii.

DUBIUM II.

Utrum Sacramentum Pœnitentiæ constituatur essentialiter ex actibus pœnilentis, et absolutione ?

Ab existentia Sacramenti Pœnitentiæ, cui contra hæreticos statuendæ operam dedimus, immediate procedimus ad ejus quidditatem investigandam. Et quia id dupliciter fieri valet, vel metaphysice genus, et differentiam considerando ; vel physice solum, ad materiam et formam dumtaxat attendendo, relicta quoad præsens prima consideratione, secpndam assumimus prosequendam. Sed ut clarius, et expeditius procedamus, in processus limine certa ab incertis separare, et difficultatis scopum determinare operæ pretium est.

i I·

Aperitur status quæslionis.

56. Supponendum itaque est in Sacra- 1 suppomenlo Pœnitentiæ convenire actus aliquos siti0·
pœnilentis et Sacerdotis, idque ita esse, et dub. 1 tetigimus, et quæstionis titulus demonstrat, dum an ex eis componatur?

interrogat. In quo nulla est controversia inter Catholicos, imo nec apud hæretcos, nisi forsan, quia negant actus a Catholicis assignatos ad Pœnitentiam requiri; cum ipsi alios longe diversos acconseant.

Et in primis, ut quantocius ab his expediamur, prorsus ableganda est Lutheri doctrina comminiscentis incussos conscienti® remorsus, ac timores, necnon ipsam fidem, seu fiduciam de remissione conceptam, intrinsece componere Pœnitentiæ Sacramentum, atque, ejus partes exister?. Quem errorem seu potius hieresim, damTridecit. navit, ac proscripsit Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 3, et can. i, el merito. Quoniam terrores incussi tormentorum, vel poenarum ob delicta imminentium multo ante præcedunt. quin et gignunt Pœnitentiam, media qua homo eos terreras a se excutit : ergo licet præcedant ut in plurimum Pœnitentiam, non tamen eam intrinsece constituunt per modum partis. Et quidem terreri dæmonibus competit, ut constat ex epist. Jacob. 2 : *Dxmones credunt, el contremiscunt,* non tamen eis tribuitur pœnitéré. Unde remorsus, et terror incussus, quos tolerant peccatores, attinere quidem poterunt ad timorem initialem, non vero ingredi constitutionem intrinsecam Sacramenti.

Jacobi,

Eadem ratione excludenda venit fides a ratione partis constituentis : quoniam vel sermo est de vera fide remissionis per Christum faciendæ, vel de remissione per Christum jam facta. Ex prima excitatur quis ad recipiendum Pœnitentiæ Sacramentum, el est virtus, qua credimus omnia mysteria revelala : unde non est Poenitentia, sed principium omnino extrinsecum illius, sicut etiam s;es. Si autem ea fides sit de remissione jam facta, consequenter supponit constitutum Poenitentia. Sacramentum, imo prælerilum : non ergo queit ingredi constitutionem illius. Si vero importet fiduciam quamdam distinctam a fi le, qua quis certe apud se constituat sibi esse peccata dimissa, cui parti magisalbærent Sectarii; profecto ea fiducia adeo tenax, ac secura, commentitia est, vana, et absque ullo prorsus fundamento in scriptura, et solum ad veritatem catholicam illudendam inventa.

57. Hinc etiam eliminandœ veniunt nova obedientia, mortificatio, et vivificaCaFtou» tio cum proposito novæ vitæ, quas Calvimur." nus nobis obtrudit. Quippe cuncta ista vel subsequuntur Pœnitentiæ Sacram en· tum. vp! praeeunt? Si primum ? Supponunt Sacramentum Pœnitentiæ constitutum, imo et praeteritum, atque subindo non illud constituunt, aut constituere possunt. Si secundum? iterum percontamur : an includant vel reipsa coïncidant cum detestatione vitæ præteritæ. et proponito melioris in futurum? Vel comitentur, vel antecedant? si reincidunt in unum, et idem omnia illa, eam appellant Catholici contritionem. et non est cur hæretici nomen abhorreant, cum adsit in ipsa re convenientia. Quod vero comitentur, aul antecedant. si semel sunt stinctum, non infert ingredi constitutionem Sacramenti, ut de fide, et spe, timore, ei aliis pluribus actibus constat. Jure ergo optime Concilium Tridentmum post rem exactissime discussam talem contra eas novitates protulit sententiam sess. i4, can. 4 : *Si quis dixerit duas lanium esse Panitenlix paries lerror's scilicet incussos conscientix, agnito peccato, et fidem conceptam ex evangelio, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata, anathema sil.* Qua etiam Sententia ferit can. 13, docentes cum Calvino optimam Pœnitentiam esse novam vitam tantum.

58. Rejectis hæreticorum positionibus, Secun suppc sitio. ut cum catholicis catholicam veritatem ad examen reducamus, convenit inter nos, Pœnitentiam sicut et cætera Sacramenta essentialiter debere constitui ex aliqua materia et forma, quidquid senserit Scotus, de quo infra. Quam suppositionem edocemur a Conciliis Florentino, et Tridentino diserte, et universaliter constituentibus Sacramenta novæ legis, ex duobus essentialiter constare, materia nimirum et forma. In quo quia pertinet ad tractatum de sacramentis in genere, ubi rem salis discussam reliquimus, non moramur. Sed quia in quolibet Sacramento duplicem materiam distinguunt theologi, remotam, scilicet et proximam, dum constitutivum essentiale et intrinsecum investigamus in Pœnitentia, planum est non esse sermonem de materia remota ; quippe quae solum remote, et quasi mediate, nimirum mediante proxima ingredi potest constitutionem. In forma vero non est ratio ejusdem distinctionis, nec hactenus ab aliquo fuit excogitata ob actualitatem. et ultimam determinationem, quam ex se includit; cum tamen materia de se importet potentialitatem, et admittat graduaient indeterminationem, vi cujus proximius accedat, vel remotius, ad actualitatem, et ultimam completionem

completionem formæ. Porro cum Poenitentia exerceatur per mo Ium judicii, quod proximius, et immediatius ad eam concurrit, sunt actus pœnitentis so accusati lis, ac dolentis, el actus Sacerdotis sententiam proferentis inediis verbis absolutionis, quidquid sit de aliis præcedentibus, vel comitantibus, vel subsequentibus, annexis tamen, de quibus infra disputandum. Quocirca difficultatis titulus ad bos, et non ad quoslibet alios porrigitur. Unde sensus illius est : utrum Sacramentum Poenitentia» intrinsece, et essentialiter constituatur ex dolore, et confessione cum proposito melioris vine in posterum tanquam ex materia, et ex absolutione Sacerdotis tanquam ex forma.

f II.

Calholica veritas proponitur, el probatur.

Cftxlïsio. 59. Dicendum est Sacramentum Pœnitentiæ extrinsece et essentialiter constare ex actibus pœnitentis, tanquam ex materia, et ex absolutione sacerdotis tanquam ex forma. Hæc conclusio vel est de fide, vel adeo fidei proxima, ut absque periculo erroris non possit oppositum defendi, ut Roren- constat ex Concilio Florentino in decreto lin Eugenii, ubi loquens de Poenitentia docet esse quartum in ordine Sacramentum, *cujus quasi materia sunt actus panilenlis, forma, ego te absolvo.* Idem et fere isdem 11« renf. Trklenul Trita· verbis statuit Tridentinum sess. 14, sæpe citata et can. 4, ubi anathematizat quoslibet negantes *ad integram el perfectam peccatorum remissionem requiri tres aclus in pandente, quasi materiam Sacramenti Parilentix, videlicet Contritionem, confessionem, el salisfactionem, quæ lres parles Pœnitenlix dicuntur.* De forma vero cap. 3, antecedenti docuerat Sacramenti *Pcenilcnlix formam in qua præcipue vis sila est,* in illis ministri verbis positam esse *: ego te absolvo,* etc. Ex quibus in unum collectis evidentissime apparet absque fidei dispendio negari non posse hoc Sacramentum essentialiter constitui ex actibus pœnitentis. tanquam ex materia, et absolutione sacerdotis ut forma. Unde ita docent communiter Theologi, maxime post Concilium Tridentinum, quin opus sit in re tam clara diutius immorari.

60. Est tamen notatu dignum Gabrielem ■«•5^· Vasquez, qui pro sua erga omnes observantia aliorum sententias quantumvis obsoletas, taliter linit, et ad verum sensum trahere conatur ut nihil, aut fere nihil falsi suboleant, tam bene meritum se ostendisse de D. Thomae dsscipulis, ut in praesenti duh. 2, n. 2, incunctanter affirmaverit : *Nam neque ex discipulis D. Thomæ aliquis (licii absolutionem esse pariem hujus Sacramenti.*

fj I. Qua tamen fide id assertum sit, ignoramus, Pt testem adhibemus ipsummet Vasquez, quem post discipulos quamplurimos D. Thomte, eosque graviores, quales sunt Soto, Nuno, Sylvius, Arauso, Serra, S. Thomas, Prado, Gonet, N. Cornejo, N. Philippus, N. Franciscus, N Anto* nias, et alii, allegavimus tract, de Sacramentis in genere, disp. 2, dub. 2, § 2. Ubi cum his et aliis Vasquio non adeo exosis ostendimus omnia Sacramenta novæ legis constare materia, et forma tanquam partibus intrinsecis, et essentialibus. Nec hactenus vidimus S. Doctoris discipulum, qui verbo, aut scripto oppositum docuerit præter Petrum de Ledesma, et Cabreram, quorum fundamenta diruimus. Si ergo ita est, ut revera est, nempe omnes hos, et alios plures S. Doctoris discipulos constanter asserere materiam, et f.irmam esse partes intrinsecas cujuslibet Sacramentorum : et aliunde utraque Synodus allegata docet actus pœnitentis, et absolutionem sacerdotis obtinere rationem materiæ, et formæ in Sacramento Poenitentiae; inconsequenter, et satis ridicule posset negari absolutionem esse partem Poenitentiae, ut est Sacramentum, nisi negando unam ex praemissis jam concessis. Hac vero inconstantia non audemus tot ac tales viros inurere, imo et Vasquez ab illa magis immunem desideramus. Etenim omnia Sacramenta novæ legis constituuntur essentialiter ex materia, et forma, tanquam ex partibus intrinsecis, et essentialibus : sed absolutio est forma in Sacramento Pœnitentiæ, et actus pœnitentis materia : ergo tam absolutio quam actus pœnitentis sunt partes intrinsece, et essentialiter constituentes Sacramentum Pœnitentiæ. Majorem docet Vasquez disp. 129, cap. 3. Vazquez. De Minori autem ait in præsenti dub. 2, η. 12 : *Absolutio non esi pars Sacramenti, sed forma illius.* Videat nunc qua consequentia neget absolutioni rationem partis, si semel concedit rationem formæ, ut concedere tenetur, si Conciliis habeat fidem; nisi destruendo illam Majorem a se ipso jam diu assertam, quod omnia Sacramenta

Soto· Nuno. Sylv. Arails. Serra. Gonet. N Corneso., Prado. N. Philip. N. Franciscos N'. Anton.

Ledesm. Cabrer.

constituuntur tanquam ex partibus intrinsecis ex propria materia, et forma.

Tertia soppo-SIIIO.

62. Sed antequam rationem a priori, et plane efficacem pro veritate assertionis construamus, ejus fundamenta jacere visum est, ut inde clarius ad intentum procedatur. Primum fundamentum sit. Quod cum Sacramenta sint signa ad placitum ex institutione divina significantia, nec aliud, nec aliter de illis tenendum, aut docendum est, quam quod eorum authorem ac institutorem disposuisse constiterit. In quo nemo est, qui ambigat, et ipsa ratio naturalis cogit : quia quæ unice dependent ex voluntate alterius, juxta ejusdem voluntatem pensanda, ac dirimenda sunt, et ita fieri experientia ipsa testatur in contractibus, testamentis, fundationibus; quin aliorum arbitrio relinquatur, aliter statuere, nisi quatenus verba, nutus, aut signa indicant, aut ex eis, si suboriatur dubium, conjici potest. Unde voluntas Christi ut instituentis Sacramenta non aliunde venanda est, quam ex ipsius verbis, adjuncta doctrina Ecclesiæ, in qua ut a Spiritu sancto edocta inest vera scripturae intelligentia. Constat autem ex uno et altero capite Sacramentum Pœnitentiæ ad instar judicii institutum fuisse a Christo Domino. Et primo quidem in verbis sæpe allegatis : *Quorum remiseritis peccata remittlunlur eis, quorum retinueritis retenta sunt.* Ubi clare constat judicio Ministrorum deferri vel absolutionem, vel retentionem peccatorum. Idque ita semper intellexisse universalem ecclesiam (quod est secundum Trident, caput) docet Concilium Tridentinum cap. 5, et omnes catholici assentiunt.

63. Hoc autem judicium (et est alterum fundamentum) ut sit undequaque rectum, plura exigit, et intrinsece claudit, absque quorum quolibet imperfectum et imprudens manere necesse est. Primo quidem postulat reum criminibus obnoxium, ct ab illis absolvendum, vel ob illa damnandum : si enim nullum interveniat delictum, fruslranea, ct omnino frivola est absolutio, vel damnatio, ob defectum materiæ circa quam. Ilac ergo supposita ulterius desideratur confessio delicii, non quidem coacta, ut multoties evenire constat in judicio externo vindicative, in quo compelluntur rei ad delictorum propalationem; sed omnino libera, et spontanea, et discriminis causa sumitur ex D.Tbom. d . Thoma in 4, distinet. 14, quæst. I, art. 1, quæstiunc. C>, ubi docet in duobus differre justitiam vindicativam a Pœnitentia. licet utraque versetur circa idem, nimirum, circa punitionem, subindeque extinctionem offensa?; vindicaliva enim (quæ est primæ dilïerentiæ ratio) est proprie in judice pœnam infligente, quam reus quandoque invite sustinet. At vero Poenitentia, est in ipso reo, qui voluntarius pœnam sustinet pro culpa commissa. Secundo differunt in eo, quod Pœnitentia dumtaxat versatur circa offensam Dei, quam tendit avellere ; vindicaliva autem respicit quamlibet offensam. Et bine oportet in Pœnitentia intervenire emendationem offensæ voluntarie assumptam; secus vero in vindicative. Cujus ratio ultra assignata est, quod homo interne, voluntarie, et libere admisit se a Deo per peccatum avertere, et offensam contra ipsum incurrere et idcirco ad reconciliationem obtinendam, et discissam amicitiam restaurandam requiritur interior, voluntaria, ac omnino libera peccati detestatio, ex qua oriatur plana et humilis ejusdem manifestatio, et externa confessio facta Deo et ejus judici, ac ministro sensibili vices Dei gerenti, ut constat ex primo fundamento. Cum enim Sacramentum sit signum sensibile ; sensibiliter debet confici, et ministrari.

Hinc jam elicimus duplicem actum ex parte pœnitentis, et doloris, et confessionis : quoniam si confessio non oriretur ex vero dolore, sed esset pure historica delictorum narratio, qualis jactantiam magis, quam Poenitentiam sonaret, prorsus inutilis foret ad animum offensi pacandum, ut constat : quin potius juvaret ad commovendum, et excandescendum. Elicitur etiam alter actus ex parte ejusdem pœnitentis, quem communiter nuncupamus satisfactionem : quia qui vere studet alterius reconciliationi, et amicitiæ ineundis ob illatas offensas, pronus, ac promptus est, ac debet esse quamlibet exhibere compensationem arbitrio ministri, seu judicis; allioqui nec vere doleret, nec serio cuperet reintegrare amicitiam, si satisfactionem imponendam renueret. Manent ergo ex parte pœnitentis lres actus, dolor de retroactis contra Deuro, propositum satisfaciendi, et in cæterum corrigendi, et sensibilis confessio, ac voluntaria culparum manifestatio. Quam doctrinam tradidit D. Thomas infra q. 90, art. 2, dicens : *In* D.Tb^ *Pœnitentia fit recompensatio offensx secundum voluntatem peccantis et secundum arbilrium Dei, in quem peccatur: quia hic non quxrilur queritur sola rcintegralio a qualitatis justitias (sicut in justitia vindicaliva), sed magis reconciliatio amicitias : quod fit dum o/f·sidens récompensât secundum voluntatem ejus, quem offendit. Sic igitur requiritur ex parle pœnitentis primo quidem voluntas recomptnsandi, quod fit per contritionem. Secundo quod se subjiciat arbitrio sacerdotis loco Dei. Tertio quod recompensel secundum arbitrium ministri Dei, quod filin satisfactione. Et ideo contritio, confessio, el salisfaclio ponuntur partes Panilenlix.* Hactenus D. Thomas

tao ads-. luis.

64. Unde solum superest sententia judicis vel damnantis, vel absolventis, supposita cum cognitione causæ, gravitate delictorum, tanquam materia. Quæ sententia appellari consuevit absolutio, quæ illis actibus accedenti, si non adsit aliud impedimentum, semper impenditur : si vero intervenerit obex, negatur, et hæc est retentio a Christo assignata ; in illis verbis, *quorum retinueritis, retenta sunt,* ut explicat Tndem. Tridentina Synodus cap. 6, circa medium dicens : *Quamvis autem absolutio Sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium* (videlicet absque potestate, ut volebant hæretici) *vel annuntiandi evangelium, vel declarandi remissa esse peccata ; sed ad instar aclus judicialis, quo ab ipso celui a judice sententia* D.Thcm. *pronuntiatur;* et luculenter D. Thomas 4 contra Gentes cap*. 72, dicens : *Cum autem subire pœnam pro culpa judicium quodam requirat, oportet quodpœnitens, qui sc Christo sanandum commisit, Christi judicium in laxatione pœnx expectel : quod quidem per suos ministros exhibet Christus, sicut et extera sacramenta. Nullus autem potest judicare de culpis, quas ignorat. Necessarium igitur fuit confessionem institui, quasi secundam partem hujus Sacramenti, ut culpa pœnitentis innotescat Christi ministro.* Ubi annumerat S. Doctor eos tres actus n. 5, descriptos, et continuando infert : *Oportet igitur minislrum, cui fit confessio judiciariam potestaient habere vice Christi* (in quo hæreticorum delicia retundit) siquidem Christus constitutus est judex vivorum, et mortuoruro : *Ad judiciariam autem potestatem duo requiruntur, scilicet authoritas cognoscendi de culpa, el potestas absolvendi, vel condemnandi.* In quibus exponitur absolutio cum taxatione, vel impositione pœnæ, quæ quidem absolutio ex parte sacerdotis se tenet et dirigitur ad pœnitentem.

65. Hic itaque jactis fundamentis facile est veritatem conclusionis demonstrare, et ei oppositas positiones revincere. Quoniam ea sunt de intrinseca ratione, et constitutione Sacramenti Pœnitentiæ, quæ intrinsece et essentialiter immediate confluunt ad ipsum constituendum in ratione judicii apud Deum, per suum ministrum munus judicis exhibentem : sed ad Poenitentiam in ratione judicii apud Deum mediis ministris exhibiti concurrunt essentialiter, et immediate recensiti actus ex parte pœnitentis, et absolutio sacerdotisjudicem agentis : ergo Sacramentum Pœnitentiæ constituitur essentialiter, et immediate ex actibus pœnitentis et absolutione sacerdotis. Syllogismus est recte dispositus, et præmissæ constant ex prænotatis : unde solum interest ostendere actus pœnitentis induere rationem materiæ, et absolutionem rationem formæ. Idque eadem perspicuitate monstratur : tum ex utraque Synodo Florentina, el Trident, id asserentibus. Tum Florent, Trident, etiam ex dictis tract, de Sacram, in genere : nam inter concurrentia ad constitutionem cujuslibet Sacramenti, quamtumvis plurima illa sint, illud gerit vices materiæ quod est magis determinabile, et quasi potentiate ad significationem Sacramentalem ; illud vero quod ultimo determinat, et complet ad perfefitam significationem, obit munus formæ, ut ratio ipsa evincit, et inductive constat in cunctis aliis Sacramentis. Sed actus pœnitentis sunt magis determinabiles, et quasi potentiales ; absolutio vero ultimo determinat ac complet judicium : ergo hæc obtinet rationem formæ, illi vero subeunt rationem materiæ. Id quod etiam liquet in quolibet alio judicio in foro externo; ubi sententia a judice prolata ultimo complet, ac terminat partium dissensus, et idcirco obit munus formæ; allegationes vero, cæteraque alia prtecedentia, supra quæ cadit sententia, obtinent, et reipsa exercent munus materiæ judicii.

§ DI.

Singulare Decentiorum fundamentum examinatur, el rejicitur.

65. Hinc etiam constat, .quanti habenda sit ea ratio fundamentalis qua utuntur aliqui Juniores, præcipue vero Lugo in tugo. præsenti disp. 12, sect. 2, ad pondus nostræ conclusionis sustinendum subsequent! forma. Illud, quo præcise ablato,

res deficit, manentibus omn bus aliis, est intrinsecum rei constitutivum; sed dolor, confessio, e; absolutio ita s · habe:r respectu Sacramenti Pœnitentiæ, ut quocumque ex eis ablato, deliciat Sacra nentiim Pœnitentuc. etsi reliqua omnia maneant : ergo ita se habent, ut quodlibet constituat intrinsece, et essentialiter hoc Sacramentum. Minor constabit discurrenti per singulas illas paries. Major videtur certa; alioqui per rationes nullo argumento posset convinci, qui diceret, corpus vel unionem non esse intrinsecum hominis constitutivum, sed merum connotatum, vel conditionem, ut anima ipsa sit homo. Quam rationem sub eisdem verbis, et forma. Tfiso. proponit, et expendit Tyrso torn. 3 select. disp. 35. sect, unica, asserens ea uti omnes recentiores post Cardinalem de Logo. Nomine autem recentiorum. Societatis Authores laudari crediderimus : cum ex aliis nullum inveniamus, qui ejus meminerit; quin ex Societate aliquos eam respuentes , aut videre est apud Dica>tillo Ditis-tiifo. disp. -i, dub. 5, ubi late, et acriter eam refellit.

Refelli· far. 66. Nec mirum : cum debilissima, et falsitati obnoxia videatur tam ratione formæ, quam ratione materiæ. Ratione quilem formæ, quia requaliter probet in aliis plurima, eaqae omnino falsa, a nullo cordato admittenda, ut facile constabit .tfejorm, in qua est nervus, reassumenti : illud, quo precise ablato, res deficit, manentibus omnibus aliis, est intrinsecum rei constitutivum : sed obscuritas in fide ita se habet, ut ea ablata, non remaneat fi les, etsi reliqua omnia maneant; ergo fidei est intrinsecam constitutivum, et essentiale obscuritas; cum tamen non sit nisi conditio objecti, obscure repræsentati, et propositi. Eodem modo evincit, si bona, et formalis est argumentatio unionem essa partem intrinsecam lotius compositi, cum ea sublata. licet manemt materia, et for.ua, non maneat compositum, et sic de aliis sexcentis, quas facile cuique erit discurrere. Nec etiam probat ratione materiæ, cui applicatur. Quoniam ut interim taceamus de intentione tam Ministri, quam recipientis, de Baptismo, de usu rationis, de ipsa voluntate Christi institutoris de quibus omnibus idem probat), certum est absque peccatis non posse minere, ac subsistere Pœnitentiæ Sacramentum : et tamen peccata non sunt partes intrinsece constituentes Sacramentum Pœnitentiæ, idque asserere absurdissimum est : ergo non omn ı illud, sine quo res non subsistit, est ejus r d constitutivum, licet alia permaneam ; alias peccata, sine quibus non es· Sacramentum Pœniiemiæ intrinseco constituerent per modum partis ipsum Sacramentum Pœnitentiæ.

67 Hujus impugnationis vim elevare conatur Pater Tyrso ubi nuper duplici effugio. Primum est, casu quo non extent peccata, quamtu nvis homo apud se judicet extitisse non ideo non existera Pœnitentiæ Sacramentum, quia peccata non extitere, sed quia deficit vera cognitio regu'ans dolorem constitutivum Sacramenti, quo dolore non existante, non existât Sacramentum. respoc-sio.

Sed quis non videat hoc subterfugio intactam relinqui difficultatem argumenti ; quin etaug ri : Quod sic ostenditur : nam in primis, sine peccatis, quæ vere pecjata sunt, et fuerunt, non est Sacramentum Pœnitentiæ ut est unanimi consensione receptum : et tamen peccata non >unt partes intrinsece constituentes Pœnitentiam : ergo stat aliquid essentialiter requiri ad Pœnitentiam, quo subinde deficiente, deficiat Sacramentum, quin tamen ipsum Sacramentum constituat. Elut utimur eadem forma, clarius id ipsum demonstratur instaurando argumentum. Illud est constitutivum alicujus rei, quo ablato, et manentibus aliis, deficit ipsa res : sed deficientibus dumtaxat peccatis, deficit Sacramentum Pœnitentiæ : ergo peccata sunt intrinsece constituentia Pœnitentiam in ratione Sacramenti. Quæ argumentatio procedit de peccatis existentibus, et deducit, si vera est hujus Authoris doctrina, peccati praeterita intrinsece concurrere ad constitutionem hujus Sacramenti. Quid ergo refert cognitio vera, quæ regulet? Ex hac enim potius augetur, quam minuitur difficultas, ut dicebamus, insistendo eidem formæ, et principio : illud est constitutivam intrinsecum alicujus rei, quo deficiente, etsi cætera maneant, deficit ipsa res : sed deficiente cognitione, vel experimentili certi, vel supernaturali vera, ut ipse loquitur, de peccatis vere præteritie, deficit Sacramentum Pœnitentiæ : ergo cognitio velexperimentalis certa, vel supernaturalis vera.est constitutivam intrinsecam Sacramenti Pœnitentiæ. Et (quoi plus est, et absurdius adhuc in ipsa niturali philosophia) ia universa.n probit intellectum, et intellectione u intrinsece constituere voluntatem, etvolitionam. Si- Refelli. tarai

quidem

quidem nec voluntatem sine intellectu, nec volitionem absque intellectione est reperire. cum nihil sit vOlllum quin praecognitum, ut certum est apud omnes. Non ergo hac via recte occurritur absurdilati deducti ex ea ratione inconvenientis, sed manet in sua vi.

Secanda «<3510 cjsslera.

68. Hiec forsan prævidcns laudatus Magister aliud arripit iter, quod prius triverat Lugo ubi supra, idque facilius, sed neque verius, nec solidius. Respondet itaque concedendo Majorem, et negando Minorem, in qua nullum reperit inconveniens : quia quod Poenitentia intrinsece constituatur per peccata præterila, nihil aliud est, quam ipsam constitui per realem præteritionem peccati, quam destruere non intendit, utpote impossibile ; sed solum tendit ad auferendam maculam ex præteritione relictam, et moraliter perseverantem. Præteritio autem ipsa inauferibilis est, cum ad præteritum non detur potentia. Hoc autem inconveniens non esse, inde sibi videtur suaderi : quoniam ex terminis non magis repugnat aliquid malum constituere id quod est intrinsece bonum, quam id quod est bonum, et summe laudabile constituere intrinsece peccatum. At hoc secundum non est absurdum : ergo nec primum. Minorem probat : nam libertas in actu primo proximo constituitur per decretum Dei oblativum concursus, et libertas illa ut talis denominat liberam actionem pcccaminosam in sententia communiori negante libertatem esse essentialem actioni liberæ : ac proinde talis indifferentia includitur intrinseee in illa actione ut peccaminosa ; nam ut peccaminosa est libera, et ut libera constituitur per proximam indifferentiam principii, ac proinde per decretum indifferens. Hactenus citatus Junior fere ad verbum, ne aliquid responsioni demptum causetur.

Wfcn

69. Hæc tamen evasio haud melior est præcedenti, et plures, easque graviores inculcat difficultates. Inter quas non videtur levior succumbere inconvenienti illato, quod peccata Deo tam exosa intrinsece constituant specialissimum opus Dei, quale est Sacramentum Pœnitentiæ, ad quod ut author et causa principalis immediata ipse concurrit; et quod Sacramentum a Deo institutum ad delenda, ac destruenda peccata constituatur intrinsece, et essentialiter ex ipsis peccatis. Hoc enim est Dei opere indignum, et aliunde implicatorium. Quoniam implicat contradictionem aliquid intrinsece constitui, ex eo, quod non est, sed fuit, siquidem constitutivuin intrinsecum intrinsece permanet in ipsa re, quam constituit; alioqui esset, et non esset sirnul ipsa res : sed peccata non sunt, sed fuerunt, dum conficitur Sacramentum Pœnitentiæ, et est in facto esse : ergo Sacramentum Pœnitentiæ non constituitur intrinsece per peccata.

Ad hæc. Repugnat ex terminis aliquid constare intrinsece, et essentialiter ex aliquo essentialiter destructivo, et incompossibili cum ipso, sicut implicat vitam restitutam constitui intrinsece, et essentialiter per mortem præteritam (quo exemplum præteritionis profligemus^ alias vita Laxaro restituta constitueretur intrinsece, et essentialiter ex vita adepta, et morte præterita. Quod nullus hactenus asserere ausus est. Sed Poenitentia essentialiter tendit in destructionem peccatorum præteritorum : ergo Poenitentia non constituitur essentialiter, et intrinsece ex peccatis præteritis.

Osten· ditor magis ejus debilitas.

Hinc apparet, quam futilis ac nullius sit momenti occursus ad præteritionem : nam vel excluduntur peccata a præteritione, vel includuntur in ipsa præteritione? Si excluduntur, et solum intrat constitutionem nuda præteritio ; remanet in suo robore prædictuin argumentum, et omnino intactum : quoniam illud est constitutivum intrinsecum, quo sublato, et cæteris remanentibus, deficit res (quæ est illorum major, in qua est tota vis sui fundamenti), sed sublatis peccatis, et remanente præteritione, deficit Poenitentia : ergo Poenitentia intrinsece, et essentialiter constituitur per peccata, quidquid sit de præteritione. En intactum nostrum argumentum. Si autem propter hoc affirmetur secundum nimirum, in ipsa præteritione includi etiam peccata : iterum vires réassurait argumentatio facta : ergo jam non ex præteritione peccatorum, sed ex ipsis peccatis præteritis. constituitur essentialiter Poenitentia, siquidem præteritio ut includens intrinsece peccata concurrit intrinsece, ut ipsi docent, ad constitutionem essentialem illius, atque ideo tam præteritio, quam peccata ipsa intrinsece constituunt hoc Sacramentum, quod est intentura nostri argumenti, et negare videtur respondens dum distinguit præteritiunem a peccatis. Præterquam quod Sacramenta sunt vera entia realia a parte rei existentia : sed præteritio non est aliquod verum ens reale

a parle rei, sed ad summum denominatio extrinseca cadens supra non esse de præsenii connotando aliquando fuisse : ergo præteritio nequit [er modum partis intrinsece constituere aliquod compositum verum et reale a parte rei : quia non entis null® sunt qualitates. Et profecto qui talia docent in vi illius fundamenti, si consequenter procedunt, non renuent concedere peccatum originale esse intrinsecam partem Baptismi, et panem conversum intrinsece constituere Eucharistiam : quandoquidem nec ista sine pane, nec ille sine peccato Originale subsistit. Quod quam bene audiat apud cordatos, aut quo fundamento possit affirmari, alii judicent

70. Sed veniamus ad motivum, quo fulciunt solutionem, a quo breviter nos expediemus ob materiam, quam tangit do Scientia media, juxta quam procedit. Et quidem mirum est, licet frequens apud adversarios, sine principiis Scienti» mediæ non posse vel in ipsis Sacramentis aliquid firmiter disputari, aut stabiliri, cum tamen ad id solum eam excogitaverit Fonseca, Fonjctt. Motio», et in lucem dederit Molina . ut libertatem creatam cum efficacia divina conciliaret, et inter eas pacem, et concordiam iniret. De quo, et de ejus utilitate, ac veritate late egimus tractatibus de Scientia Dei, et de voluntate, et de gratia efficaci, quo lectorem mittimus, ut judicium ferat de motive praesentis solutionis. Secundum quam decretum Dei oblativum concursus indifferentis ad bonum, et ad malum intrinsece constituit in ratione liberi sive actum bonum, sive actum pravum ; quin in hac ratione sit ratio discrimini cum unum, et alterum æque intrinsece, æqueque immediate constituat. Quo posito statim videtur sequi ex vi hujus concursus indifferentis (quem dumtaxat in Deo adstruunt illius scienti® Sectatores ad nostras operationes liberas re'egando alium concursum ex se efficacem, et ad unum determinantem ut eversivum libertatis) non magis ; sed æque proxime concurrere concursu physico Deum ad opus pravum, quam ad opus bonum, idque testatum Molina, reliquit Molina in sua celeberrima concordia disp. 32, § *Quartum,* his verbis : *Consequens profeclo est, ut interdum Deus neque majori, neque alio concursu concurrat ad actum virlulis, bonive moraliter, quam sil is, quo concurreret ad actum vilii moraliler malum.* Subindeque docere tenentur non magis ejus esse opus unum, quam alterum, cum æque physice concurrat ad utrumque per concursum indifio rentem. Qualiter vero id cohæreat eum doctrina Concilii Trid. sess. 6, can. 6, ubi ita definit : Si *quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari non permissive solum, sed etiam proprie, et per se. adeo ut sil proprium ejus opus non minus proditio Judx, quam vocatio Pauli, anathema sil.* Qualiter, inquam, id cohæreat cum Concilio alii judicent; nobis autem sufficit ea duo scienti® medi® germina, concursum videlicet indifferentem, et intrinsecam eam constitutionem libertatis creatal, et alia innumera in dies inde pullulantia. jam diu respuisse locis relatis.

71. Demus tamen respondenti eum concursum indifferentem ; concedamus insuper tali concursu indifferenti intrinsece constitui libertatem creatam. Quid inde? Constitueturne actus pravus in ratione pravi, ac defectuosi per concursum illum indifferentem, ut colligere videtur iste **author**Minime, quin nullo modo stat ista collectio. Quoniam licet actus ille sit liber et sit pravus, non tamen qua liber est pravus, nec ex eadem radice : nam esse liberum habet a Decreto, et ex hac parte non est malus ; esse vero pravum habet ex ipso usu voluntatis, quæ realiter distinguitur a Decreto et concursu Dei, licet actus ipse non differat realiter. Quia tamen diversam radicem, diversumque principium habet qua liber, et qua pravus : idcirco in ratione liberi non constituitur per aliquid rnalum, sed per Decretum indifferens, quod est summe bonum in se, et in suis effectibus : libertas autem supponitur ut ratio a priori bonitatis, et malitiæ : ideo enim est bonus vel defectuosus actus, quia est liber, et non e contra. In ratione vero pravi constituitur per ordinem ad voluntatem creatam non subjectam regulis morum, sed a concupiscentia illitam. Unde numquam salvatur intrinsece constitui in ratione mali, aut deficientis actum pravum per decretum summe bonum, quod intendebat solutio. Et consequenter, ut ad intentum redeamus, non est unde probetur Sacramentum Pœnitentiæ, quod est opus Dei, ut supematuraliter, et specialiter agentis intrinsece, et essentialiter constitui per peccata Deo summe exosa, et intrinsece mala.

72. Sed age, et detegamus radicem deceptionis, circa quam impingunt hi Authores

iliores in Illa Majori assumpta ad probandam communem et veram eententiain. Ut autem id clurine ostendamus, præ oculis habendum est constitutionem osse de genere boni, destructionem voro de genere mali, quandoquidem illa tendit in esse; hæc vero propondit in non esse. Et quia bonum est ex integra causa, malum autem ex quocumque defectu, propterea ad esse rei debent concurrere omnes causæ, sive intrinsecte, sive oxtrinsecæ, a quibus quomodo effectus dependeat, sive per modum termini, sive per modum materiæ circa quam, sive aliter ; quocirca si earum aliqua deliciat, et si aliæ permaneant, non erit effectus, ut exemplis ostendi posset, si res non esset indubia non solum in respectivis, in quibus ob defectum termini, vel objecti deficit ipse respectus, sed etiam in absolutis, ut constat in unione vel accidentis ad subjectum, vel formæ ad materiam, et quod magis ad rem attinet, idem cernitur in concretis artificialibus, in quibus non est totum artificiale, partibus artificialibus non cohærentibus, et unitis.

Obser- Præterea observandum est, aliud esse, imo et toto cœlo distare, constitutivum aliquod esse intrinsecum vel per modum prædicati essentialis, vel per modum partis intrinsecae componentis ; aliud vero quodlibet extrinsecum, intrinsece tamen respectum esse intrinsecum rei intrinsece respicienti. Primum namque est omnino verum, et reperitur in omnibus rebus sive compositis, sive simplicibus. Et ratio est perspicua : quia constitutivum intrinsecum est ipsa essentia rei, quæ extrinseca sibi esse non potest; sive metaphysice, sive physice sumatur, quoniam semper constitutivum debet esse intimum, et indistinctum ab essentia, ut constat in ipsis partibus, quæ licet realiter inter se differant, simul tamen sumptæ, quo pacto constituunt adæquate totum, quodcumque illud sit, realiter a toto non differunt. Ut vero realiter distinctae, quo pacto habent rationem partis constituentis inadæquate. intrinsecæsunt ipsi composito, quod constituunt, sub ea ratione, sub qua constituunt, ut constat tam in concretis substantialibus, quam accidentalibus. Secundum vero est omnino falsum : quia licet constitutivum respiciac aliquid extrinsecum, sine quo nec esse potest, nec intelligi, ut patet in respectivis; non tamen illud extrinsecum est intrinsece constitutivum, ut apparet in objectis, et terminis, quas non constituunt intrinsece te:,dentias, quas terminant, et quibus speciem tribuunt. Non enim intellectus constituitur intrinsece per verum, aut voluntas per bonum, quamvis si deficerent verum, et bonum, deficerent intellectus, et voluntas. Et idem est de sexentis aliis omissis.

73. Ex hac autem duplici observatione nobis evidenti manifeste deducitur fallacia argumenti, quod tanti est apnl Tyrso, ut eo omnes recentiores post eminentissimnm Logo utantur. Nam (ut al rem accedamus) qua parte ad existentiam Sacramenti Pœnitentiæ (idem dicito de aliis) requirantur non' solum actus contritionis, et satisfactionis cum confessione externa, ei absolutione legitimi Ministri, sed etiam peccata post Baptismum commissa, quæ detestanda, et delenda sunt, et etiam intentio tam absolventis, quam pœnitentis; et quod uterque sit per Baptismum intra fores ecclesiæ, et alia plura, quæ discursu tractatus assignabimus ; omnia ista debent convenire, ut Sacramentum verum evadat, et in re existât. Qua vero parte plura ex his sunt extrinseca, licet intrinsece, et essentialiter exacta ab ipso Sacramento; aliquo eorum deficiente, deficere necesse est et ipsum Sacramentum; et patet in Baptismo alterutrius, vel absolventis, vel pœnitentis, qui in nulla sententia est pars intrinseca Sacramenti Pœnitentiæ; eo tamen ex parte alicujus non existeute, nullum conficeretur Sacramentum Pœnitentiæ, quin inde posset inferri Sacramentum Baptismi ingredi constitutionem essentialem, et intrinsecam Pœnitentiæ. Consimiliter in nostro casu. Licet Pœnitentia non existât, quin vere fuerint peccata per ipsam destruenda; non tamen peccata intrinsece ingrediuntur ad constituendum per modum partis prædictum Sacramentum. Et hoc non ob aliam rationem nisi quia peccata extrinseca sunt ad instar materiæ circa quam versatur ars; quin ars constituatur intrinsece ex materia circa quam, sicut nec Medicina ex infirmitate, cujus curationem intendit, licet non sit practica Medicina absque infirmitate curanda. Unde argumentatio horum Doctorum simi is omnino est huic : *llliul intrinsece reni constituit, quo sublato, res deficit : sed deficiente infirmitate, deficit medicina practica : ergo infirmitas est pars intrinsece constituens artem praclicam medicinæ.* Qui est fallax arguendi modus, ut pote procedens a ter-

Concia- dilnr impugnatio.

mino extrinseco, essentialiter præsupposito ad constitutivum intrinsecum intrinsece constituens ipsam rem : quia licet res respiciat intrinsece objectum, istud tamen non est intrinsecum rei : utrubique enim est eadem fallacia, quam vocant accidentis ab uno in aliud genus transeundo. Stat ergo sine veris peccatis non existere Pœnitentiæ Sacramentum, quin vera peccata ipsius Sacramenti constitutionem per modum panis ingrediantur, ut suo argumento confici autumant prædicti Rccemiores, subindeque illorum fundamentum, ut nihil probans spernendum est.

iQSUantur verum fanthrneounn,,

74. Quod adhuc magis fiet perspicuum instaurando fundamentum supra num. 50, insinuatum. Etenim de Sacramentis, utpote unice pendentibus a voluntate Christi institutoris, nisi divinando, non possumus aliquid firmius statuere, quam quod Concilia Spiritu Christi ducta, et SS. PP. nos docent : sed Concilia, et PP. docent in Sacramento Pœnitentiæ materiam proximam esse tres actus pœnitentis annumeratos, formam vero absolutionem Sacerdotis, nulla mentione facta, vel peccatorum, vel intentionis Sacerdotis, aut potestatis absolvendi, quas partibus accensent hi Authores : ergo solum assignat» a Conciliis habendæ sunt pro partibus, non vero aliæ. Major, et Consequentia non indigent probatione. Minorem expresse docet Concilium Tridentinum sess. sæpe allegata, et eam universaliter constituit pro omnibus Sacra-

n?: Eugen. ÎV. mentis Eugenius IV, excludens a ratione materiæ, etformæ intentionem, et potestatem ministri his verbis, quæ adducit Tyrso in sui patrocinium : *Omnia Sacramenta Iribus perficiuntur videlteel rebus lanquam materiæ, verbis lanquam forma, el persona ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit ecclesia ; quorum* st *aliquod desit, non perficitur Sacramentum.*

Trident• Quod etiam novissime statuit ac decrevit Concilium Trident, sess. 7, can. 11, dicens : *Si quis dixerit in ministris, dum Sacramenta conficiunt, et conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi, quod facit ecclesia, anathema sil.* Ex quibus efficacissime probatur illa Minor : siquidem utraque Synodus pro regula generali statuit ad quodlibet Sacranu ntum legitime conficiendum, et ministrandum, essentialiter requiri, ut conditionem generalem intentionem ministri, et ulterius descendit ad designandam pro quolibet Sacramento propriam materiam, et formam, ut constat : ergo quia intentio ministri non est pars intrinseca Sacramenti, nec per modum materiæ, nec per modum form», subindeque in Sacramento Pœnitentiæ soli actus pœnitentis, et absolutio sacerdotis obeunt rationem materiæ, et form».

Ad hæc : utrumque Concilium diserte statuit quodlibet Sacramentum rebus, et verbis tanquam materia, et forma perfici, et insuper intentione ministri : sed intentio ministri nec est res sensibilis, quæ possit obire munus materiæ. nec sunt verba, vi quorum induere possit rationem forma? : ergo intentio ministri, quantumvis essentialiter exacta, non habet rationem partis in aliquo ex Sacramentis. Quinimo inde roborantur et confirmantur hactenus expensa contra adversarios : quoniam intentio ministri essentialiter requiritur ad perfectionem Sacramenti, ut nos docent Concilia : et tamen juxta eadem Concilia intentio ministri non est pars nec per modura materiæ, nec ad instar forma? se habens : ergo stat aliquid esse essentialiter exactum ad perfectionem Sacramenti, quod tamen non sit ejus pars intrinseca, intrinsece constituens. Videatur D. Thomas supra q. 64, art. 8, ubi agit de intentione ministrorum in Sacramentis, de qua ibi late disseruimus. Porro asserere, ut taraient asserit Tvrsus, intentionem se tenere ex parte forma?, in ipsaque includi; præteritionem vero peccatorum, vel peccata praeterita contineri virtualiter, et implicite in actu contritionis, et hoc esse de mente Concilii, non consonat cum Conciliis pa am distinguentibus materiam, et formam Sacramentorum ab intentione ministri, et peccata præterila ab actibus pœnitentis.

§ IV.

Adversx senlentiæ refelluntur, el referuntur.

Sentes· lia oppo- sita.

75. Contra nostram, et communem assertionem quinque refert sententias Cardinalis de Lugo in præsenti sect. 2. Prima, quam defendit Scotus cum sua schola in 4, distinet. 16, q. 1, § de *Pœnitentiæ Sacramento,* asserit in sola absolutione salvari essentiam hujus Sacramenti, eamque ab erroris nota, qua a pluribus inuritur, vindicare conatur Vasquezdub. 2, quasi noluerit Scotus tantum in hac parte absolutioni deferre, ut excluserit dolorem, et confessionem a ratione dispositionis præ-

Seoto. varqaei.

requisitae

requisita· ex porte pœnitentis, ut obtineat absolutionem. Aliqui vero Scoti discipuli eui magistri temperantes doctrinam docent solum exclusisse dolorem, et alios actus pœnitentis a ratione partis essentialis , non vero negasse esse partes intégrales. Neutram tamen ex| ositionem , nec aliae ab aliis adhibitas recte, et convenienter Scoti t"f°· menti adaptari sensit Lugo ubi nuper. Et merito : nam ut omittamus Concilia, quibus non bene consonat, in Bulla Leonis decimi contra Luthcruin damnatus repet itur quintus ejus articulus, in quo affirmabat contritionem , confessionem, et satisfactionem non esse Pœnitentiæ partes. Unde c,ie!· Scoti sententiam Cajet, quœst. 90, art. 2, Nuno, erroneam, Nuno in præsenti dub. 4, con- Anuo. ciQS› 2 , improbabilem, Arauxo dub. 2, periculosam, et parum tutam in fide, alii temerariam, et plusquam temerariam(ceneent.

Sed ut ab his nævis eam purgent alumni, confugiunt ad modum loquendi Conciliorum, a quo non discessisse Leonem in præallegata Bulla credendum est. Asserunt itaque affirmare unum, et alterum Concilium Pœnitentiæ *quasi* materiam esse contritionem, confessionem, et satisfactionem : non ergo docent esse absolute materiam, nec partes, alias non addito diminuente *Quasi* 'uterentur.

Qwdam Hæc tamen evasio aliis Theologis non Tf^OD satisfacit. Nam .per illud additum *Quasi* refelli- non excludere a ratione materiæ absolute, et essentialiter tali actus pœnitentis illa Trident. Concilia, ut constat ex Trid. sess. 14, cap. 2 et 3, in fine, ubi eos absolute et sine addito nominat materiam Sacramenti Pœnitentiæ, nam in primo ex his capitibus absolute docet Sacramentum a Baptismo materia, et furma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime desidere. In secundo ita concludit : *Hæc dc partibus, et effectu hujus Sacramenti tradens simul eorum sententias damnat, qui Pcenilenliæ parles inconcussos conscientis terrores, el fidem esse contendunt.* Ubi nullo addito diminuente, usum fuisse Concilium constat. Unde eo loci, quo illud usurpavit, materiam hujus Sacramenti contra posuit aliorum materiis, quæ (nisi in Matrimonio) sunt vel elementum substantiale, ut in Baptismo, vel materia sacrata, extrinsecus apposita, ut in Confirmatione., Ordine, Extrema unctione, et Eucharistia. Quæ &!Mb· est expositio Catechismi Romani, dicentis : *Neque vero hi actus quasi materia a Sancta Synodo appellantur : quia vere maleri.v rationem non habeant. Sed quia ejus genetis materia non sint, quæ extrinsecus adhibeatur ut aqua in Baptismo, et Chrisma in Confirmatione.*

76. Primum idque potissimum hujus 1 fundasententiæ fundamentum est hujusmodi : mentDD1* quoniam Sacramentum per se primo ordinatur ad significandam, et causandam gratiam, ut constat ex ejus institutione : sed in Pœnitentia sola absolutio, non vero actus pœnitentis causât gratiam medicinalem : ergo sola absolutio est, quæ significat gratiam, atque ideo ea tantummodo constituitur Pœnitentiæ Sacramentum. Utraque consequentia cum Majori constat, Minor vero probatur : nam id tantummodo in Sacramentis causai gratiam, cui dumtaxat convenit significare practice ipsam gratiam : sed soli absolutioni competit significare remissionem peccati, non vero actibus pcenitentis : ergo soli absolutioni convenit causare gratiam in hoc Sacramento, non vero actibus pœnitentis. Major constat ex communi et vero Theologorum principio, quod Sacramenta significando causant, et causando significant. Minor etiam patet·, tum quia actus pœnitentis, sicut non absolvunt, ita nec remittunt peccata : non ergo significant remissionem peccati, quæ fit per gratiam. Tum etiam (et est ratio a priori) quoniam potestas remittendi, et absolvendi non fuit collata pœnitentibus, sed sacerdotibus, quorum interest vel absolutionem impendere, vel subtrahere : ergo exercitium acquirendi gratiam, medio hoc Sacramento non pœnitenti lugenti peccata, sed sacerdoti judicialiter, et authoritative procedenti deferendum est. Tum denique a paritate aliorum Sacramentorum, in quibus constat solos ministros conferre gratiam propriam illorum ; ad idque designantur, ut ministrando sanctificent : sed pœnitens cum propriis actibus non est minister hujus Sacramenti, sed solum Sacerdos : ergo solum Sacerdos media absolutione concurrit ad gratiam hujus Sacramenti, non vero pœnitens mediis propriis actibus, atque ideo per eos non constituitur intrinsece hoc Sacramentum.

77. Confirmatur. Quoniam si actibus coniirpœnitentis intrinsece constitueretur hoc malioSacramentum, non minus hi conducerent ad obtinendam gratiam illius, quam absolutio, nec esset diversitas in concurrendo ; quandoquidem esto actus com-

parati ad absolutionem obeam munus materiæ, in ordine tamen ad gratiam remissivam illius propriam, non passivo sed active se habent, cura ad eam instrumentaliter concurrant com absolutione. Hoc autem esse falsum constat tum ex se, tum quia non raagis Sacerdos esset minister, quam pœnitens, nec magis Ilie absolveret, ac justificaret pœnitentem, quam ipse pœnitens. Quinimo verum esset asserere pœnitentem se ipsum justificare, sicut est verum affirmare Sacerdotem absolvere, atque subinde sanctificare pœnitentem. Quæ tamen sunt absurda legitime deducia ex communi sententia. Ne ergo ea devoremus, asserendum est solam absolutionem esse de essentia hujus Sacramenti.

argumentum respondetur concedendo Majorem, et negando Minorem. Ad cujus probationem iterum negatur Minor, et ut ejus probationibus majori claritate occurramus, observare decrevimus, id quod Scoitft negare non poterit, nimirum nec actus pcenitentis solitarie, ac veluti pracisive sumptos, nec itidem absolutionem eodem modo acceptam esse Sacramentum, atque ideo nec illos, nec istam in hac præcisione concurrere ad gratiam ; alioqui quoties Sacerdos proferret absolutionem, esset, vel non esset praesens peccator, eliceret, vel non eliceret actus doloris, vel e converso, quandiu homo pectus cum dolore tunderet, et remissionem posceret, in absentia-Sacerdotis, conficeretur Sacramentum. Quod est falsum, imo et ridiculum, maxime ex parte Sacerdotis, qui quasi aerem verberans non desisteret proferendo verba absolutionis, et toties conficeret Sacramentum, quoties dearticularel ea verba : *Ego le absolvo a peccatis luis.* Requiritur ergo indispensabiliter quod simul conveniant, vel physice, vel moraliler actus pcenitentis 'quidquid sit de modo concurrendi, de quo est difficultas) et absolutio Sacerdotis; quæ cum sententia sit, supra aliquoa debet cadere, et alicui propter aliqua delicia ad forum deducta debet hic, et nunc applicari. Quod quidem tam per se notum apparet, ut nullain prorsus dubitationem admittat.

Unde ut Sacramentum Pœnitentiæ consurgat, actus pcenitentis debent subjici absolutioni Sacerdotis, et hæc supra illos cadere, eosque supponere, atque, approbare, vel reprobare. Et quia in hoc complexo artificiali ex voluntate Christi ita disposito, actus pcenitentis, ut ratio ipsa postulat, subsunt veluti materia absolutioni, quæ tanquam forma ultimo advenit, illosque complet, perficit, ac tandem terminat; effectus indo secutus, qui est gratia sanans, non ex æquo illis tribuitur, sed per distributionem, .ut ita dicamus, accommodam, totus effectus, hoc est tota gratia, toti complexo, seu artificiali composito, et ejus partibus juxta earum dignitatem, et modum concurrendi. Porro in universum effectus totius compositi principalius attribuitur toti ratione formæ, quam ratione materiæ ; quia cum hæc sit, et habeat rationem potentiie, forma vero rationem actus, et activitas non potentiie, sed actui congruat; consequens est, quod principalius attribui debeat effectus compositi formæ, quâm materiæ. Quam observationem præsenli materiæ applicatam reperimus in Angelico Praeceptore infra q. 86. art. 6, dicente : .-iclus *humani,* qui nznt *ex parte peccatoris materialiter se habent in Sacramento Pœnilentiæ. Omne autem Sacramentum producit effectum non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ : ex utroque enim est unum Sacramentum, ut supra habitum est. Unde sicut remissio culpx fit in Baptismo, non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, scilicet aquæ; principalius tamen virtute formæ, ex qua et ipsa aqua virtutem recipit : ita etiam et remissio culpx est effectus Pœnilentiæ; principalius quidem ex virtute clavium, quas habent Ministri, ex quorum parte accipitur, id, juod est formale in hoc Sacramento {ut supra dictum est) secundario autem ex vi actuum pandentis pertinentium ad birlutem Pœnilentiæ, tamen pro ut hi actus aliqualiter ordinantur ad claves Ecclesiæ.* Hinc facile omnes probationes illius Minoris enervantur.

79. Ad primam dicimus, ita esse quod actus pcenitentis non absolvunt, concurrunt tamen per modum materiæ ad absolutionem, cui subjiciuntur : et in vi hujus instrumentaliter cooperantur ad peccati remissionem. Absolutio enim sine illis non proficeret, ncc illi solum absque absolutione valerent. Atque ideo tam absolutioni, quam praedictis actibus respondet gratia produc a per Sacramentum , ut probant ratio, et exemplum D. Thomæ. Secunda Minoris probatio tantummodo evincit formam principalius concurrere ad justificationem , quippe quæ supponit potestatem clavium in absolvente, quæ non est in recipiente Sacramentum. Non tamen excludit quin Sacramentum ratioue materiæ etiam concurrat instrumentaliler, ut patet in Baptismo, et aliis Sacramentis, qua·, nec significant, nec elevantur ratione unius panis divisive ab alia ; sed ipsum compositum artificiale totum assumitur ad significandum , et causandum. Et ostenditur etiam in composito substantiali, in quo activitas non oritur tanquam a prima radice a materia, quæ est pura potentia, sed a forma quæ est actus, et prima agendi ratio, cum tamen actio compositi non tribuatur soli formæ, sed etiam materiæ ut unitæ fornjæ, licet minus principaliter. Unde quod potestas judicandi, quæ est potestas clavium, sit in Ministro, non vero in pœnitente, solum concludit ministri actionem principalius se habere in hoc Sacramento, quam rei. Hoc vero etiam tenet in aliis Sacramentis, quin inde inferatur, aut legitime inferri possit in actione sola ministri salvari totam essentiam Sacramenti. Unde ista probatio in ea fttentes regerenda est.

Tertia pariter est falsitati obnoxia: quoniam non solus Minister concurrit-^instrumentaliter ad gratiam Sacramentorum, sed ipsum Sacramentum constans ex actione Ministri, et materia propria cujuslibet eorum. Ministro enim utitur Deus ad conficiendumSacramentum, et hoc est quod significat, et causât immediate gratiam. In Pœnilentia vero ex actionibus ministri, et pcenitentis conficitur Sacramentum, et hae significant, et causant gratiam remissivam, licet principalius illæ, quam istae. Unde etiam retorquetur in adversarios, sicut praecedens. Nam quod in aliis Sacramentis concurrat Minister ad conferendam gratiam, non aufert, quin infert, quod ipsa Sacramenta eam significent, et re ipsa conferant : ergo propter eamdem omnino rationem item tenendum est de Poenitentia; vel asserendum non essentialiter constitui ex materia, et forma, quod esse contra Concilia jam vidimus.

80. Ad confirmationem dicimus actus Pœnitentis, et absolutionem Sacerdotis conducere utique ad obtinendam gratiam; quia cum ex eis constituatur Sacramentum, ut manet probatum, profecto sine illis nec Sacramentum, nec Sacramenti esset gratia. Differunt tamen in constituendo ipsum Sacramentum, et in causando gratiam : nam ad constituendum concurrunt vice subjecti, et materiæ pœnilentis actus, absolutione uti forma se habente. Ad causandam vero gratiam influunt quidem instrumentaliler, sed illi minus principaliter, adhuc in ratione instrumentaliler agendi ; hæc vero principalius, ut vidimus ex D. Thoma.

Nec inde inferas (ut tacite occurramus objectioni) duplicem quasi partialem concursum, duplicemve significationem partialem, quas rejicimus agentes de Sacramentis in genere; sed unus est, idemmet concursus, unicaque indivisibilis significatio correspondet toti Sacraménto, et partibus, at uni videlicet formæ, principalius, quam alteri, nimirum, materiæ.

Juxta quam doctrinam distinguenda est confirmationis Major, et concedenda, vel neganda. Ad ejus improbationem constat ex dictis hanc diversitatem non esse contra institutionem hujus Sacramenti, quinimo ita illi competere, ut cum fundamento oppositum sustineri nequeat. Ad alteram improb. etiam liquet, quare Sacerdos, et non, Pœnitens obeat Ministri munus: cum Sacerdos gerat judicem in hoc foro, in quo proinde residet potestas ligandi, atque solvendi ; pœnitens vero est reus, subindeque inferior. Atque ideo pœnitens non se ipsum absolvit, sed absolvendus est a judice, a quo etiam justificatur effective tanquam a ministro Dei, cujus vices gerit. Unde constat quem sensum possit habere ultima propositio ab objiciente illata, quod *pœnilentiæ se ipsum justificet.* Hæc enim absolute prolata neganda est, utpote quæ reddit sensum, vel quod pœnitens se habeat principaliter in ordine ad consequendam remissionem; vel quod concurrat ad eam obtinendam ut minister Christi , atque æqualiter cum Sacerdote absolvente. Quorum neutrum est verum. Potest tamen admitti cum restrictione, si solum significet, pœnitentem a Deo excitatum, et elevatum se disponere, ac instrumentaliter concurrere ad gratiæ reparationem, et hoc simul cum ipso Sacerdote. In quo sensu vera, et catholica est propositio, sicut in naturalibus (ut exemplo D. Thomæ utamur) homo adjutus medicina cooperatur ad infirmitatem pellendam, et sanitatem acquirendam : non tamen salus defertur infirmo, sed medico remedia, et emplastra applicanti, et ipsis remediis.

81. Sed contra hoc objicit Vega (et est secundum argumentumj lib. 13, in Tridentin, cap. 15. Ille solus concurrit ad gratiam remissivam peccati, qui dimittit ipsa p iccata, sed solus Sacerdos vico Dei dimittit peccata : ergo solus Sacerdos concurrit ad gratiam remittentem peccata.

Minor patet, quia pienitens non sTimet remittit peccata, sed ea ut a Samdote vice Christi remittenda proponit. Et confirmatur ex D. Thoma in 4, dist. 22. q. 2, art. 1, q. 1, ad 2, ubi docet, quod *janitentia exterior, quæ est signum Secnunentalc* in *hoc Sacramento, représentât cooperationem recipientis, el non influentiam, quæ est ci parte «geniis exlrinseci, et ideo non competit* ei, *quod gratiam ediquMnodo causet.* Ergo solus Sacerdos, et non pœnitens concurrit ad collationem gratiæ in hoc Sacramento, atque ideo sola absolutione se tenente ex parte Dei constituetur essentialiler; non vero actibus ipsius pœnitentis.

Solutio, go. Despondetur ad argumentum distinguendo Majorem : solus ille concurrit ad gratiam per modum ministerii, qui dimittit peccata, concedo Majorem; per modum coopérants ad ipsum ministerium, nego Majorem et sub eadem distinctione Minoris, neganda est Consequentia, vel eisdem terminis distinguenda. Itaque verum est non pœnitentem, sed Sacerdotem esse ministrum hujus Sacramenti, se tenentem ex parte Dei, cui proirde ut vice Deo competit absolvere, ac peccata dimittere, atque ideo media absolutione gratiam efficere. Et hoc modo pœnitens non concurrit ad gratiam, alias essent duo ministri unius et ejusdem Sacramenti, quod est falsum. Unde numquam concedendum absolute existimamus peccatorem med a Pœnitentia sibi peccata dimittere : hæc quippe locutio sonat authoriiatem, et præcipuum ministerium, quod solum in Deu est authoritative, et in Sacerdote ministerialiter, ut docet D. Thomas in præsenti art. 3 ad 3. Cum hoc tamen recte cohæret actus ipsos pœnitentis ut subsunt absolutioni, in virtute clavium simul concurrere ad coefficiendam ipsam gratiam, et exclu ienda peccata, at constat exemplo infirmi coopérants active ad propriam sanitatem, licet hoc ipsum quod est se curare, non tribuatur ipsi, sed medicinæ, et me lico.

Nisi mavis (et in idem recidit' aliud esse Sacramentum ratione utriusque partis simul sumptæ efficere gratiam virtute Christi, aliud vero id ei convenire ratione precise materiæ pro ut se tenet ex parte pœnitentis, et ab eo apponitur. Nam prima propositio est omnino vera et catholica, quam non impugnat objectio, nec tangit. Secunda vero est falsa : quia licet actus pœnitentis cum absolutione per modum unius signi assumantur a Dpo ad signandam, ni efficiendam gratiam, vt hoc pacto utrique competat elevatio, et concursus cum inæqualitale supra assignata : non tamen est verum actus pœnitentis ratione illius, quod allerunt ex ipso pmnitonte, concurrere effectivo ad gratiam. Et idcirco de pcenitente non verificatur quod *juslicet,* quod *absolvat,* vel quod remittat : quoniam prædicti actus pro ut a pcenitente procedunt, dispositive se habent ad effectuai Sacramenti, et ex parte materiæ se tenent. Effectus autem non tribuitur apponenti solam materiam, sed introducenti formam, ut constat in aliis compositis. Quare de solo Ministro verilicantur eæ locutiones, nimirum, quod *justificet, absolvat* et *remittat.* Ipsum vero Sacramentum non influit, in gratiam, et remissionem peccati dumtaxat ratione torime ut convincit exemplum compositi naturalis, sed ratione utriusque, quamvis unius quam altertus principalius.

Id vero notatum volumus, hoc et praecedens argumentum, quibus nititur sententia Scoti, satis debilia esse; cum pleriqne doceant solum formam concurrere active, in hoc et aliis Sacramentis, nemo vero illorum, nisi Scotus hactenus exclusit materiam a ratione, partis intrinsece constituentis Sacramentum. Atque ideo licet primum concederetur Scoto, et ejus scholæ, non inde evincerent in sola forma, consistere totam essentiam hujus Sacramenti, ut ipsi docent.

DiluilE i confir-ma.iλ Fernft 83. Plus negotii facessit confirmatio propter authoritatem S. Doctoris. Ea convictus Ferrara 4, contra Gentes cap. 72, *§ Praemittendum tertio,* tenuit actus pœnitentis nullatenus effective influere in remissionem peccati, sed solam formam, in quo Scoto adhæsit, quamvis differat in eo, quod sentiat, et bene, actus pœnitentis esse materiam propriam hujus Sacramenti, et partem essentialem. Quod si illi opposueris doctrinam D. Thomæ in hac tertia parte quæst. 86, art. 6, supra allegatam, respondet mentem S. Doctoris esse actus prædictos non secundum se, sed ut subjiciuntur virtuti clavium, a qua est tota efficacia, et activitas, concurrere ad causandam gratiam, atque ideo totum ratione formæ, non vero ratione alterius compartis, illam efficere. Cajetanus vero in præsenti existimavit S. Doctorem mutasse sententiam in hac tertia parte, ubi expresse oppositum docuit. Cajt'

84. Ex extraneis vero media via incedere

surer doro visum est Suario disp. 18, sect. 2, an. 13. Asserit itaque, quod si absoluta luerit confessio ante prolationem forma·, sola forma influit efficienter, non vero confessio, quæ jam non est, sed fuit. Si vero contingat contritionem coexistere absolutioni, probabile judicat utrique- competere efficientiam instrumentaient in C t·?·'. gratiam. Cardinalis autem de Lugo sect. n. 34, cuilibet partium concursum partialem attribuit, ex quibus resultet concursus totalis, sicut ex partibus essentialibus consurgit totum essentiale.

BΦ- 85. Verum enim vero hi modi dicendi nobis non arrident. Et quod attinet ad doctrinam Ferrariensis censemus eam esse contra D. Thomain loco supra allegato, ubi docet Sacramentum Pœnitentiæ, principalius ratione formæ, et non ita principaliter ratione materiæ concurrere ad remissionem peccati. Quod non posset docere, si totum influxum detulisset formæ, ut patet. Et quod magis est adver- Y 31» satur Concilio Tridentino (in quod etiam Tndeo- *Ja.* Scotislæ impingunt) sess. 12, cap. 3, ubi docet in forma *Pœnitentiæ praecipuam ejus* rini *esse silam :* in quo manifeste supponit aliquam non ita præcipuam in materia esse vim. Non ercro in sola forma, sed in actibus ipsius pœnitentis ex mente D. Thomæ, et Concdii collocanda est vis gratiæ causativa in hoc Sacramento. Nec conformior sarei aplieа- lio «i'àur. illis est Suarii explicatio : quoniam quod confessio fuerit absoluta ante prolationem formæ, vel tollit, quod ex ipsis fiat vere unum numero Sacramentum, vel non? Si impedit quod fiat unum Sacramentum Pœnitentiæ, verum quidem est actus pœnitentis non influere. Sed quid mirum? Cum non sit verum Sacramentum. Falsum tamen est quod adstruit Suarius, formam solam concurrere ; quia forma non concurrit ad remissionem, quin prius constituat unum cum materia, siquidem non sola absolutio absque materia ut compacte constituit : ergo ut influat, omnes partes simul debent convenire. Unde vel nihil docet, vel neutra concurrit, vel utraque, ut considerans facile deprehendet. Si autem quod absoluta fuerit confessio, non impedit, quod unum ex ea, et absolutione Sacramentum consurgat, premunt authoritas D. Thomæ, et doctrina Concilii ad cognoscendam in utraque partium activitatem, beet non ita præcipuam in una. et in alia. Et rat o est clara. Nam eatenus Sacramentum elevatur ad influendum, quatenus <-Rt unum in se, fled quod confessio fuerit absoluta ante absolutionem, non impedit quin ex ea et absolutione fiat unum, atque idem Sacramentum : ergo nec etiam oberit quominus prædictnm Sacramentum influat modo explicato, ratione utriusque partis.

8(>. Nec refert si respondeas esse dispa- Replia- rem rationem. Quoniam ad constitutionem Sacramenti sufficit conjunctio moralis partium ; et hæc salvatur, quamvis confessio non sit cum absolutione, dummodo praecesserit : ad influendum vero in peccati remissionem requiritur, quod sit in eodem instanti, in quo gratia infunditur pcenitenti, quia quod non est, influere non potest per hoc præcise, quod aliquando fuerit : atque ideo componitur unitas, et existentia moralis totius Sacramenti absque influxu materiæ physice præteritæ.

Hæc ; inquam, responsio non officit, sed Solutio· absque impellente corruit. Nam omisso concursu morali ipsimet Suario non grato, constans doctrina est, Sacramenta in causando se gerere ad instar successivorum de quorum ratione non est s: nultanea partium coexistentia ; quinimo oppositum omnino necesse est asserere, ut subsistere possit eorum differenda a rebus permanentibus. Unde recurrendum est pro Sacramentorum causalitate ad ultimum instans, vel mutatum esse illorum, in quo virtute præcedentium, et cum ordine ad ea exercent causaliiatem physicam, ut constat ex dictis de Sacram, in gene. disp. 4, dub. 5, et exempla alterationis, et generationis in naturalibus satis demonstrant. Quimobrem absolutio nullatenus influet, aut influere valet nisi per ordinem ad actus pœnitentis ut sui compartes. Atque ideo quod sufficit ut salvetur in eis ratio partis Sacramenti, sufficiet etiam ad causalitatem eorum physicam sustinendam. Nec est majus quid quoad hanc partem in hoc Sacramento, quam in Matrimonio, et in forma aliorum Sacramentorum successive prolata, ut consideranti erit perspicuum'.

87. Nec etiam probamus sententiam Cardina- lis Lugo expositio eminentissimi Lugo concursus partiales adstruentis : quoniam sicut in toto unico Sacramento non datur nisi unica, eaque indivisibilis Sacramcntalis significatio, ut contra Suarez ostendimus ubi supra disp. 2, dub. 2, ita non agnoscimus nisi unicum influxum principalius uni, quam alteri partium convenientem ut nos docuit D. Thomas, et in compositis aliis ita evenire

constat. Non enim partes Sacramenti concurrent. aut elevantur ad concurrendum ut plures sunt, sed ut unum compositum constituunt, et in unummet finem colliniant : non ergo duplex, sed unus influxus eis deferendus est. Etenim sicut Sacramentalis significatio non fundatur in una, aut altera parte divisive: sed in utraque collective accepta, ita et Sacramemalis causalitas non huic, aut alteri parti divisive, sed tuti composito, et partibus ratione totius convenit. Quod vero significatio ut emergenti occurramus replicæ) aliunde sumatur, ac causalitas ; hæc quippe importat virtutem, et physicam elevationem, illa vero relationem ad gratiam, quæ formaliler est quid rationis, et fundamentaliter extrinseca denominatio ad placitum ex parte Dei, non interest; quoniam sicut partes non assumuntur ad significandum Sacramentaliter nisi ut sunt idem cum toto, quod constituunt, ita non elevantur ad instrumentaliter influendum in gratiam remissivam peccati, nisi ut constituunt unum, atque idem Sacramentum, atque ideo non eis debetur, aut elevatio, aut influxus nisi ratione totius : et sicut in constituendo lotum principalior est forma, quam materia, ita et in influendo, ec significando; quidquid sit de diversitate radicis significandi, et influendi, quam obtendebat objectio tacite preoccupata. Quam doctrinam haud obscure tradidisse videtur D.Thom. D.Thomas infra quæst. 90, art. l ad i, dicens quoi *quodlibcl Sacramentum habet simplicitatem ratione divinx virtutis, quæ in eo operatur. Sed virtus divina propter sui magnitudinem operari potest, et per unum, et per multa, ratione quorum alicui Sacramento possunt partes assignari.* Et art. 4, in corpore docet exigi ad rationem partium, *ut lotum non adsit singulis partibus, neque secundum lotam virtutem ejus, neque secundum totum essentiam, sed omnibus simul.*

Diruitur conflr-inatio Prituo ex sent. Quare ad confirmationem desumptam ex S. Doctore unum e duobus esi necessario dicendum. Vel quod Angelicus præceptor mutavit sententiam in Lac 3 parte, ut constat ex verbis a nobis allecatis, quæ clarissima sunt, et sentit Cajetanus. Quæ solutio est facilis, et S. Doctori minime injuria, aut insueta, ut constat ex pluribus locis maxime hujus tertiæ partis, in quibus ipse S. Doctor semetipstnn correxit, et ad saniorem sensum reduxit in aliquibus, quæ tenuerat junior in sententiariis. Vel dicendum cum Magistro Prado, cui libentius asseniimur, et Pœnitentiæ exteriori, et quatenus præcise repræsentat cooperationem recipientis, ex parte cujus se tenet, independenter ab actibus Sacerdotis, et seorsum ab illis, non competere causalitatem : et si qua ei inest, est minus principalis, et quasi secundaria in ratione instrumentaitter agendi. Et hanc esse illius mentem constat ex hac tertia parte, ubi non majorem activitatem defert actibus pœnitenlis.

Addi Cui addimus majoris explicationis gratia, actus pœnitenlis externe . exercitos, quæ est pœnitentia exterior, considerari posse dupliciter, vel quatenus repraesentant cooperationem ipsius pœnitenlis præcise, quo pacto se tenent ex parte ipsius, et sunt effectus virtutis Pœnitentiæ, vel auxilii ad Pœnitentiam moventis. Ec hoc modo nec explicat dependentiam a Sacramento, nec subsunt virtuti clavium, nec elevationi Sacramentali, ut constat ex littera D. Thomæ : *Repræsentat coopéra-* ü.Tba *lionem recipientis, et non influentiam* (Sacramentalem intellige) *que est ex parle agentis extrinseci.* Si ergo accipiantur sub hac reduplicatione, verum omnino est non eis competere quod aliquomodo efficienter gratiam causent, ut ait S. Doctor. Quia tamen subsunt alii considerationi, nempe ut submittuntur virtuti claviufn. et Deo medio Sacramento principaliter agenti, sub hac consideratione possunt, imo et de facto influunt in gratiam, licet minus principaliter. quam forma, ut explicat D. Thomas D.Tbûc. art. ù citatie quæst. hujus 3 p. Juxta quam distinctionem fundatam in ipsa littera D. Thomæ, absolute prout jacet, tenet doctrina confirmationis, nimirum quod Pœnitentia exterior, quæ est signum sacramemale in hoc Sacramento, quatenus repræsentat cooperationem recipientis, et non influentiam agentis extrinseci. non habet aliquo modo efficienter causare gratiam : quin, inde evincptur non id habere ut repræsentat virtutem clavium, cui subditur, et motionem agentis extrinseci, a quo elevatur simul cum forma. Unde non est oppositio, nec urget necessitas confugiendi ad retractationem, pro aliis testimoniis opportunam. Quam expositionem ne quis arbitrariam, et veluti commentitiam obtendat, audiamus D. Thomam in eodem D.Thos<4 loco paulo inferius ex 4 sent. q. 2, art. I, quæstiun. 2 , ubi hæc habentur : id *secundam quæslioncm dicendum, quod res Sacramenti cujuslibet, Sacramento, cujus dicitur res, proporlionalur. Exterior autem Pandentia quæ est Sacramentum lanium in Pandentia, est Sacramentum ut signum lanium exparte actus pœnitenlis : sed est signum tl causa simul, si conjungatur aclus pœnitenlis* cum *actu ministri.* Quæ est nostra expositio

Sergii irfJca-tu iOiilJ-lii. Mirsi-ÜH. P:Ai. 88. Secunda sententia quam tribuit Lugo Marsilio in 4, dist. 10, art. 1, et ex parte Phighio controv. 9, fol. 181, docet partes Pœnitentiæ esse contritionem, confessionem, et absolutionem. In qua sententia non invenimus moræ motivum, nisi in eo quod non meminerit satisfactionis. Quia tamen hanc a parte essentiali hujus Sacramenti relegant communiter Theologi, et inter intégrales accensent, non est cur in ea protrahamur.

Terti» lii. 89. Tertia sententia quæ est Gabrielis dist. 14, q. 2, art. 1, et Allisiodorensis apud Garlhusianum disp. 14, q. 1, tenet confessionem et satisfactionem esse partes hujus Sacramenti; excludit vero contritionem, quia est Spiritualis. Hæc autem sententia quoad hanc secundam partem' coincidit cum sententia Durandi infra referenda, et enucleanda. Et quia non excludit expresse absolutionem, ab ea supersedendum duximus.

teho-sa. Qiirt» 90. Quartam sententiam'[tribuit Suarez, ut inquit Lugo, Magistro Soto in 4, dist. 14, q. 1, quasi docuerit non absolutionem, sed dumtaxat Contritionem, Confessionem, et Satisfactionem esse partes Pœnitentiæ. Dum asserüit absolutionem non esse Pœnitentiam, sed actus Poeniteatis. Falso tamen ei adseribi sententiam evidenter constat ex ipsomet Soto, qui eisdem distinctione, et quæst. diserte asserit, quod, ut Florentina Synodus affirmat, *omne Sacramentum constat ex materia, el forma.* Et ratione quarta inquit : *in Sacramentis non sola forma est signum, et causa gratiæ Sacramenlalis, sed etiam materia ratione forma.* Et in terminis loquendo de Sacramento Pœnitentiæ docet quod forma Sacramenti Pœnitentiæ, est *de ejus essentia, quia sine illa non perficitur Sacramentum.* Unde concludit : *Sed si rationem solam, quatenus est pars Sacramenti consideremus, principalius concurrit forma, quæ se tenet ex parte Sacerdotis clavium potestate utentis.* Quæ ideo retulimus, ex hoc sapientissimo Magistro, ut ipse sui vindex quam teneat sententiam ostendat, quin interprete indigeat. Porro deceptionis occasio, quam oculatissimus incurrit Suarez, sumpta videtur exeo quod dixerit actas pernitentis esse Poenitentiam, non vero absolutionem. Quod quidem verissimum est, nullo tamen modo adversum verte, et communi sententiæ, a qua stare evidenter ostendunt verba allegata, et Lola doctrina illius distinctionis. Quoniam ut cum Soto, et aliis discipulis D. Thomæ infra ostendemus, Sacramentum Pœnitentiæ (et eadem est de aliis ratio) cum sit concretum accidentale, supponit pro materia, et non pro forma. *Unde sicut Baptismus est ablutio exterior sub præscripta verborum forma,* ita *Pœnitentia est dolor externus sub praescripta absolutionis forma.* Cujus radicem loco citato detegemus. Unde manet perspicuum nullam singularem sententiam in hac parte tenuisse magistrum Soto, sed inter alios communis assertionis sectatores annumerandum.

Est tamen observatu dignum, quod si quando hic Auctor vel alius, cujus authoritaii deferendum sit, contigerit indicare tres esse Pœnitentiæ partes, contritionem, confessionem, et satisfactionem, nulla facta mentione absolutionis, intelligendi sunt de partibus se tenentibus ex parte materiæ, et quasi unam materialem totalem integrantibus, quin excludatur forma a ratione partis essentialis. Cui observationi prælnxit D. Thomas infra quæst. 90, D.Thom. art. 2, his verbis : *Dicendum quod duplex est pars, ut dicitur in 5 metaph. pars essential, el pars quantitatis. Parles essentiæ sunt naturaliter quidem forma, et materia, logice autem genus, et differentia. Hoc autem modo quodlibel Sacramentum distinguitur in materiam, el formam, sicut in paries essentiæ. Unde el supra dictum est, quod Sacramentum consistunt in rebus, el verbis. Sed quia quantitas se tenet ex parle materiæ, partes quantitatis sunt parles materiæ. Et hoc modo in Sacramento Pœnitentiæ specialiter assignantur partes quantum ad actus pœnitenlis, quæ sunt materia hujus Sacramenti.* Unde non quia aliquis partes materiæ annumeret, non accensita forma absolutionis ; quasi eam amandans emungendus est, et inter excludentes formam a ratione partis computandus.

Purandisenhnli› f roponilur, el ejus occasione duo dicendi modi enucleantur.

Quinta sentent. Durand.

91. Quintain sententiam docentem solas confessionem, et absolutionem esse partes essentiales hujus Sacramenti tenuit Durandus in i, dist. Π, q. 3 et dist. 16, quæst. 1, ubi expresse excludit contritionem internam a ratione partis intrinseco». Per hoc tamen non iioendit negaro internum dolorem essentialiter præsupponi ad veritatem Sacramenti, ut constat ex eodemmet Durando dist. 17, ejusdem libri q. 13, docens non valere Sacramentum, sed iteratum iri, quoties abfuerit v-rus dolor de peccatis. Quocirca Vasquez in præsenti existimat solum in modo loquendi, differre Durandum a cæteris Thomistis, atque idem sentit de Scoto, et Gabriele, sed minus recte quoad istos, quidquid sit de illo.

azqoez.

Fonda- mcntüiü ,

Fundamentum Durandi est hujusmodi : quidquid est de integritate essentiali Sacramenti, oportet quod sit aliqui ! sensibile : sed contritio non est hujusmodi : ergo comritio non est de integritate essentiali hujus Sacramenti. Majorem probat ex definitione Sacramenti, quod est signum sensibile gratiæ sanctificantis, el ex eo quod modo, ut ipse inquit, loquimur de eo quod est Sacramentum tantum. Minorem ut notam improbatam relinquit. Unde subinfert : j¥on *csl ergo pars intrinseca Sacramenti Pmnilentiz: sed præexigitur necessario ad hoc ut pernitens sil dispositus ad suscipiendum effectus Sacramenti. Si vero pars* (subjunuit in fine illius quæstionis) *sumatur large pro omni eo quod requiritur ad debitam confessionem, site anteccdcnler, sive consequenter, sic contritio, el satisfactio possunt dici paries Peenitentia.*

‘I I il

il·

Fre- quens siiuiio.

92. Frequens hujus argumenti solutio est bifariam posse accipi contritionem sub qua etiam attritio comprehenditur vel quatenus est pars Sacramenti, vel quatenus est effectus; vel quasi effectue illius. Primo modo importat actum elicitum virtutis Pœnitentiæ, vel auxilii (quod est verius), ad Pœnitentiam moventis, simul cum confessione externa, a qua redditur, el fit sensibilis et ipsi pœnitenti, et Sacerdoti judicanti, cuilibet enim illorum lit sensibilis, el externe manifestatur dolor internus per signa externa, et sensibilia in confessione concurrentia. Secundo autem modo ad Ut supra seipsam priori modo acceptam rationem dispositionis ad gratiam Sacramentalem, ut explicat N. SS. Cornejo de Eucharistia disp. 2, dub. 5, vel ut ma nui alii, quandam perfectionem modaiem. vel formaliter, vel modaliter diversam ab entitale ipsius contritionis, vel attritionis, vi cujus concurrit ad gratiam ex opere operato causandam. Juxta quam distinctionem eademmet contritio sub ratione partis manifestat, subindequo habet rationem signi : nam ut sensibilis reddita per acius externos veluti per proprios effectus est pars intrinseca ipsius Sacramenti, et est absolute pars sensibilis constituens signum adæquate sensibile cum absolutione. Est autem res hujus Sacramenti, et significatur per ipsum sub alia consideratione, secundum quam addit supra se ipsam vel rationem dispositionis, vel modaiem aliquam majorem perfectionem. Et cum non sit inconveniens eandem rem sibimetipsi secundum diversas considerationes præsupponi, et subsequi, inde est, quod contritio, ut significans sensibiliter eum confessione et absolutione est prior se ipsa ut manifestata, sub qua ratione importat vel rationem dispositionis, vel indicatam modificationem.

N. i* oψ.

Objet tio.

93. Si autem opposueris, de ratione Sacramenti esse quod sit signum externum adæquate sensibile : contritio autem sub ea reduplicatione non est sensibilis, nisi ad summum per aliud : atque ideo non est per se signum, et consequenter nec pars, nisi ut plurimum per aliud, et quasi per accidens. Si inquam) ita objeceris, facile se expendiunt, dicendo de ratione Sacramenti esse quod sit signum sensibile adæquate, non tamen totaliter, et ratione cujuslibet partis secundum se accept®. Tdque bene explicant in homine, qui totus est sensibilis, et corporeus, quin spirituahtas anima? rationalis fuerit obicis. Quin inde contra Durandum reassumunt vires. Nam bene cohæret totum esse corporeum, absque eo quod quæhbet ejus pars sit corporea entitative, ut exemplum hominis demonstrat : ergo ut Sacramentum Pœnitentiæ sit absolute et simpliciter sensibile, sufficit, totum esse absolute sensibile, quamvis aliqua ejus pars seipsa immediate non sit sensibilis. Juxta quam doctrinam ad argumentum Durandi facillime respondetur. distinguendo Majorem, quod constituit intrinsece Sacramentum debet esse sensibile per se, et ratione sui, negantia est Major : vel ratione sui immediate, vel ratione alterius a quo immediato procedat, conceditur : ol sub ea lem Min >ris distinctioni) negatur Consequentia. Quini dislinciionpm non diruit probatio Majoris, quia licet loquamur de Sacramento tantum ipsiuuet contritio ut conjuncta cum confessione externa, quo pacto est pars Sacramenti tantum, significat seipsam ut modificatam, vel ut habentem rationem dispositionis al gratiam Sacramenlaletn ; qua ratione est res, et Sacramentum simul. Atque ideo non refert, quod fiat sermo de Sacramento tantum.

I Mi'fl. I'vv'ï *›*. fi·. l A.iv. K“i,* p.Tai. EIM

91. Hæc est communis solutio extra scholam D. Thomæ, ut videre est apud Suarez, Vasquez, Valencia, Dicastillo, et alios in pnesenti. Eam etiam tradunt ex discipulis S. Doctoris, Arauxo, Joannes a Sancto Thoma, Gonet, et Labat. Nosque ea usi sumus tractat, de Sacrament, in genore, disp. 2, dub. 7, ubi ejus examen ad hunc usque locum remisimus, et tract, de Eucharistia disp. 2, dub. 2, ubi ea ducti evidentem [ut cre limus) rationem dispareatis assignavimus inter corpus Christi latentis sub speciebus, et actum contritionis, ad hoc ut illud non sit pars intrinseca sacramenti Eucharistiae, secus vero iste respectu Pœnitentiæ. Eamque etiam modo subsistere recognoscimus : quoniam corpus Christi in Eucharistia nec per se immediate, nec per aliquid sui mediate est sensibile; contritio autem in omni sententia est sensibilis ratione actus externi, cujus illa est causa, et ipse naturaliter signum, sicut fumus est signum ignis : ergo ex vi hujus legitime excluditur Christus a ratione partis Sacramentalis Eucharistiæ, et adstruitur contritio pars intrinseca Sacrement! Pœnitentiæ ; quin facile appareat, unde possint aulhores, contra quos ibi agebamus, ab uno in aliud argaere, ut ex ibi dictis liquido constat. Quia Limen non erat ejus loci determinare, quid illa sensibilitas mediata valeret ad tuendam rationem partis sensibilis, qualem desilerat Sacramenti ratio : maluimus eam ex aliorum placito supponere, et inde nostram sententiam robo-are, quam de ea ibi periculum facere, et alibi suo proprio loco dicenda inordinate præripere. Id quod in nostri Cursas processu non semel observare curavimus, et re ipsa observasse diligens Lector animadvertet. Unde superat, videamus quid veritatis contineat, et aaeidoctrinasitconsona menti D. Thomæ, quæ ut communi» extra ejus scholam circumfertur, et cui suppetias eunt aliqui, licet pane , discipuli ?

Verior ex L>. Thom. solutio.

9ò. Ul ergo a mente D. Thomæ, quam as equi semper in votis habemus, sumamus ex odium, supponenda est ea celebris dtvisio, quam in tractatibus de Sacramentis in genere, et de Eucharistia tetigimus, el amplectuntur omnes Theologi (quidquid sit de ejus origine, et authore, quod late examinat Vasquez, in præsenti, et nostra non refert) *de Sacramento lanium, de rc, el Sacramento simul el de re Sacramenti, tantum.* Nomine Sacramenti tantum illud intelligimus (et usurpant cuncti alii rem agentes) quod significat, et nullatenus significatur, Sa -ram-mtaliter, et est illud cui primo ut ita dicamus, insidetvissignificandi, et causandi. Bos autem et Sacramentum simul est illud, quod significatur, et causatur a Sacramento tantum ; quo pacto est res ipsius Sacramenti; et quia etiam significat ulteriorem effectum ejusdem Sacramenti, videlicet gratiam, nuncupatur etiam Sacramentum. Res vero Sacramenti lautum est ipsa gratia quæ ita appellatur, quia cum sit finis ipsorum Sacramentorum, ita per ea significatur, ut proxime et immediate non aliud significet.

Prima supposi- tio.

Circa secundum membrum hujus distinctionis, quod est *rei et Sacramenti simul,* supponentum etiam est, rem, quæ est simul Sacramentum, non esse ex vi hujus partem intrinsecam in recto constituentem ipsum Sacramentum; sed supponit ipsum in ratione Sacramenti ex suis partibus intrinsecis adæquate constitutum ut constat in caractère Baptismi, et in omnibus aliis Sacramentis. Ab hac tamen regula eximitur Pcenitentia, cujus materia proxima sunt actus ipsius pœnitentis, in quibus est specialis difficultas, an possint habere rationem partis intrinsece constituentis Sacramentum tantum, et simul esse rem per ipsum Sacramentum significatam ? Porro prædictos actus, ut sunt pure interni, et remanent intra potentiam, non posse de facto intrinsece constituere Sacramentum sensibile, tam certum est, quam quod nostra Sacramenta sint symbola externa sensibus objecta. Nec est minus certum actus pure externos absque internis neutiquam ad Sacramenti constitutionem sufficere, nec plus valere quam si a PsithacO verba proferrentur. Unde solum est difficultas, aut diversitas opinandi in hac parte, de actibus internis

Supposi- secunda.

externi' significatis, vel vice versa de actibus externis actos internos manifestantibus. Primum tenent Auihores pro prima solutione relati existimantes ipsos actus internos ut sensibiles ly ut rednplicante sensibilitatem, ut conditionem, vel connotatum exterius, pertinere in recto, et per modum partis intrinseca ad constitutionem Pœnitentiæ. Secundum vero docent Thomista· infra referendi, et quod pluris est, D. Thomas, ut jam ostendimus. Unde subinferunt contritionem internam solum intrare ad constitutionem hujus Sacramenti, ut objectum manifestatum, et in obliquo, non vero in recto ut alii autumant. Jdque ita esse probatur.

P.Tbow. 96. Primo ex Angelico Præceptore in i, di«t. 27, q. 2, art. 1, ubi inquirit : *Utrum exterior Panitenlia sit Sacramentale signum?* Quod reipsa coincidit cum eo quod sit *Sacramentum tantum,* ut, infallimur, nemo ambiget. Huic autem interrogationi postquam constituit differentiam hujus Sacramenti ab aliis, in eo dumtaxat quod proprii actus concurrant ad curationem animæ, ad eum sane modum quo natura se habet cum medicina ad restitutionem sani-

D.rboin. respondet S. Doctor his verbis : *In Sacramento Pœnitentiæ, quod ad prædiclam reparationem ordinatur Sacramenlale signum, non est aliqua materia exterius opposita, sed exteriores actus, quibus homo ad salutem suam cooperatur, et complementum reparationis ab extrinseco significatur' per absolutionem Sacerdotis, sicut materia in aliis Sacramentis per ministri sanctificationem efficaciam Sacramentale/n recipit. Et ideo exterior panitenlia est Sacramentale signum in Sacramento Pœnilenliæ.* Eadem repetit solat. ad 2 argumentum. Ubi non est differentia inter Pœnitentiam et alia Sacramenta, in eo, quod in illo non sit æque sensibilis materia, ac in cæteris, sed in eo dumtaxat, quod materia, quæ non minus sensibilis est in omnibus ac forma, in Pœnitentia apponitur ab ipso pœnitente. in aliis vero a ministro. Sed materia in omnibus aliis est per se, et immediate sensibilis, ut constat : ergo etiam in Pœnitentia. Hoc autem solum convenit actibus externis ut significantibus interiores : ergo solum actus externi ut significantes internos, eosque manifestantes sunt materia proxima hujus Sacramenti. Consequentia suppositis praemissis, est legitima. Majorem monstrat ipsa littera D. Thomæ, in qua, ut totum articulum legenti, et meditanti constabit, nec vestigium est alicujus discriminis int· r materiam hujus et aliorum Sacramentorum, nisi in eo, quud materia hujus Sacramenti apponitur a pœnitente vel recipiente Sacramentum, secus vero in aliis : ergo ricut materia aliorum Sacramentorum est in seipsa immediate sensibilis, et externa per seipsam, ita, et ob pandem prorsus rationem materia hujus Sacramenti. Et constat ex eodem Angelico D.r, Praeceptore dist. 14. qu. 1, art. I ad 1, ubi docet : *Quaedam requirunt essentialiter et per se actum ejus, qui Sacramentum recipit ad essentiam Sacramenti, sicut patet in Pœnitentia, et Matrimonio. In illis ergo Sacramentis, quæ sine actu nostro complentur, est materia, quæ causât, et significat, quasi medicina exterius apposita. In illis autem Sacramentis, quæ 'actum nostrum requirunt, non est talis materia ; sed ipsi actus exterius apparentes hoc idem faciunt, quod materia in aliis Sacramentis.* Minor autem primi syllogismi non indiget probatione, sed inductione, cuiquam facile. Nec est minus perspicua Minor subsumpta, quandoquidem actus externi ut significant, et manifestant internos, sunt quid corporeum, et sensibus perceptibile, et tota spiritualitas se tenet ex parte principii, et radicis, a qua prodeunt, nimirum actuum internorum, quos sensibiliter manifestant. Porro hi non constituunt intrinsece actus externos, sed se habent per modum objecti significati, et per modum principii extrinseci imperantis, et efficientis, quod est non pertinere in recto ad actus externos, ut est per se notum in cæteris aliis objectis et potentiis.

Allen probatu ex 0. Thoa. D.Thc-a. 97. Secundo probatur idem assumptum ex eodem D. Thoma ibi quæstione 2, ejusdem articuli, in qua dubitat S. Doctor : *Utrum interior Panitenlia sil res hujus Sacramenti?* Et respondet affirmative dicens : *quod res Sacramenti cujuslibet, suo Sacramento, cujus dicitur res, properlionatur. Exterior autem Pœnitentia, quæ est Sacramentum tantum in Pœnitentia, est Sacramentum ut signum tantum ex parte pernitentis.* Ex quibus verbis efficax conficitur argumentum : nam illud est pars intrinseca Sacramenti, quod ipsum constituit in ratione. Sacramenti tantum : sed exterior Pœnitentia ut significans interiorem, ab· eaque ortum ducens constituit Sacramentum istud in ratione Sacramenti tantum, ut clare docet D. Thomas : ergo solum Pœnitentia exterior, non aut eminterior est pars intrinseca, et immediata Pœnitentiæ.

Nec est momenti distinctio contritionis in seipsam, ut habet rationem virtutis, et rationem dispositionis ad gratiam, sub quarum prima est pars, et sub secunda res hujus Sacramenti. Num earn distinctionem alias veram, ad intentum non bono esso applicatam ostenditur ex eodem Mwa. 1). Thoma in eodem loco, ubi cum sibi objecisset in 3 argumento quod *Pœnitentia interior videtur esse idem, quod contritio, sfdconlritio non esi res hujus Sacramenti, cum sit pars hujus Sacramenti : ergo interior Pwnitenlia non est res hujus Sacramenti.* Quo nihil clarius, et urgentius in favorem adversæ sententiæ. Gui argumento respondet S. Doctor omnes tres partes Pœnitentiæ interioris, quo pacto sunt res hujus Sacramenti, inveniri sensibiliter manifestatas in Pœnitentia exteriori, et hac ratione sunt partes hujus Sacramenti ut tantum est Sacramentum. Sed esse sensibiliter manifestatas est esse objectum sensibilis manifestationis; esse autem objectum sensibilis manifestationis non est esse partem sensibilis manifestationis, sed terminum omnino extrinsecum illius, ut est per se notum. Ergo ad sensibilem manifestationem non ingrediuntur actus interni ut partes intrinsecae, sed solum ut objectum extrinsecum, et teiminus : quod est non ingredi in recto, sed in obliquo. Verba

D-TUb. y Thomæ sunt : *Ad tertium dicendum, quod tres parles Pœnitentiæ sunt et in Pœnitentia exteriori et interiori, quia confessio, et satisfactio, quæ videntur lanium ad exteriorem Pœnitentiam pertinere, inveniuntur in Panitenlia interiori, quantum ad propositum, tl praemeditationem eorum* (quod est contineri virtualiter tantum tamquam in radice, et causa, ut patet) *et contritio eliam, qua videtur tantum interioris Pœnitentiæ esse, invenitur in Panitenlia exteriori secundum quadam signa, quibus sensibiliter manifestatur vel aliis, vel saltem ipsi pœnitenlh qui dolorem sensibilem percepit in se ipso.* (Jnde rursiis urgetur, et fulcitur nostra sententia. Quoniam ut in omnium sententia confessio sit pars hujus Sacramenti, sufficit et requiritur, quod dicat ordinem ad confessionem internam, in qua ut in proposito continetur; quin confessio interior in proposito habita sit pars intrinseca, sed tantummodo complementum per modum radicis, et objecti : sed contritio exterior id ipsum habet respectu contritionis internæ : ergo contritio exterior ut dicens ordinem ad interiorem, quam reddit sensibilem, est pars intrinseca hujus Sacramenti, non vero ipsa contritio manifestata: alioqui etiam confessio interior, imo et satisfactio interior ce.-ent partes intrinsecæ Pœnitentiæ. quod nullus dixit.

Tertia dem b.ThoM. Tertio probatur ex eodem I). Thoma etiam in præsenti, ubi comparat actus interioris Pœnitentiæ cum Christo existante sub speciebus sacramentalibus : sed species sacramentales ut Christum continentes, non vero ipse Christus in illis contentus, constituunt essentialiter Sacramentum Eucharistiæ : ergo ve! nulla est comparatio D. Thom. vel ejus mens fuit actus Pœnitentiæ externæ ut significantes Pœnitentiam interiorem, non vero ipsum actum internum, esse partem hujus Sacramenti. Consequentia bene infertur ex praemissis. Majorem docet D. Thomas, et explicatur D.Tlmm. per hæc verba : *Ideo interior Pœnitentia est res exterioris Pœnitentiæ, sed ut significata tantum per actus pœnilentis : ut significata, el causata per actus eosdem adjuncta absolutione ministri, per quam aliquomodo homo ad gratiam disponitur : sicut etiam in Sacramento Eucharistiae corpus Christi verum est res significata tantum per species panis, et vini, sed causata per verbum ministri, 'I illa duo simul conjuncta* (nimirum species, et verba) *sunt signum, el causa.* Minorem supponimus assertam, et probatam loco supra citato de Eucharistia.

Aliquo- sorj‘“‘c 98. Cui argumento respondent oppositum opinantes esse ingentem, et satis notam disparitatem inter Corpus Christi respectu specierum, et pœnitentiam interiorem comparate ad exteriorem : nam corpus Christi nec est causa specierum, nec consequenter redditur per eas sensibile, et manifestum. Unde non mirum ita esse rem Sacramenti Eucharistiæ, ut nuilatenus sit ejus pars intrinseca. At vero pœnitentia interior est causa exterioris, et consequenter redditur manifesta, et sensibilis per eam, ut per suum proprium effectum, veluti ignis innotescit sensibiliter per vaporem fumi : atque ideo ita est res hujus Sacramenti, quod etiam est ejusdem pars intrinseca.

Non sal>sfa-c 11 99. λ era quidem est paritas, qua et nos usi sumus loco citato ad eam stabiliendam sententiam : sed ad præsens insufficiens, D.Thom ut constabit si D. Thomain audiamus, quem non praeteriit hæc difficultas. In hac ergo quæstiuncula 2, articuli sæpe citati, in qua inquirit : *Utrum pœnitentia interior sit res hujus Sacramenti?* Contra suam et nos-

tram assertionem primum objicit argumentum sub hac forma ; *II-s Sacramenti numquam esi causa saera .untalis sede conversu quandoque. : sed p enitentia interior* Mt *causa exterioris : ergo non est r<s ejus.* Quam d.fucuh .item diluit S. Doctor dicendo poenitentiam interiorem non perline:e ad hoc Sacramentum, quatenus est causa po>-nitentia? exterioris, sed quatenus signatum, et effectum ill us in ratione Sacramenti : sed signatum, et effectus, sub ratione signat·, et effectus non constituunt intrim-ece sed dumtaxat extrinsece, et terminative, ac completivo signum, et causam, ut est per se notum, maxime in causis, et effectibus extrinsecis. quales sunt e®, de quibus loquimur : ergo contritio interior, quæ est signatum Sacramenti tantum non constituit illud intrinsece per modum partis, sed dumtaxat extrinsece per modum objecti, effectus, aut termini. Majorem in qua est vis solutionis infirmantis dispariutem, et ejus insufficientiam quoad praesens ostendentis docet cl ire S. Doctor his verbis : D.Ttom. *Ad primum ergo divndum. quod pa nitentia interior potest considerari dupliciter, uno modo prout est actus quidam virtutis: et sic interior pœnitentia est* omnino *causa exterioris, sicut etiam in aliis virtutibus actus interiores sunt c u u s a exteriorum. Alio* modo *prout est artus operans ad sanitatem peccati, et sic pertinet ad Pernitentis Sacramentum. F.l ita interior pi nitentia non es! causa exterioris, sed effectus, vel signatum, ipsius. Non enim habet efficaciam operan ai contra morbum peccati, nisi cx Suppositione propositi exterioris pernitentur, el absolutionis desiderio.* Ex quibus aliud elicitur argumentum contra disparitatem, qua se fulciunt adversæ sententiæ adhaerentes. Quoniam contritio nequit esse pars hujus Sacramenti. nisi quatenus est causa contritionis extern», el aliorum actuum externorum, vel quatenus per eos manifestatur : sed juxta D. Thomam neutro modo est pars hujus Sacramenti : ergo absolute non est pars intrinseca hujus Sacramenti. Major continet doctrinam adversam. Minor vero probatur ex D. Thoma, quoad utramque partem : quia quatenus est causa actuum externorum non pertinet ad hoc Sacramentum magis quam alia: virtutes, cum quibus est illi commune efficere actus externos; quatenus vero roinifestaturper iilos, est effectus Sacramenti, quod promle supponit ex suis partibus adaequate constitutum, sicut quilibet effectus suam propriam causam : non ergo est caput, undo que it intrinsece hoc Sacramentum constituero.

Confirmatur, et urgelur amplius. Quoniam ea disparitate supposita, ut re vera eam supponit, et docet S. Doctor, adhuc salvat et tenet contritionem internam ita esse rem hujus Sacramenti, sicut Chiistus in Eucharistia. Constat vero Ch istum in Eucharistia non esse ejus intrinsecam partem; sed id solum competit speciebus ut Christum continentibus : ergo idem omnino dicendum est de contritione externa respectu interna', quin obsit, aut ad oppositum valeat ea disparilas. C0£< *laiti'*

tUO, Dices aliud superesse caput indicatum a D. Thoma, nimirum, quatenus contritio interior continet propositum contritionis externte, confessionis, et aliorum, quo pacto est causa effectiva istorum actuum ad extra, licet sit posterior ipsis in genere causæ exemplaris, seu objectiva?. Rc^3> sîO.

Sed contra. Nam contritio interior cum proposito confessionis extern» vel importat intentionem confitendi et conficiendi Sacramentum, et cum ea reipsa coincidit? Vel aliquid aliud? Si primum, ut revera dicendum videtur, non est pars Sacramenti ; sed quid omnino essentialiter præsuppositum, pro quolibet Sacramento, non enim intentio absolvendi, est absolutio, aut pars ejus, nec intentio baptizandi est forma, aut pars baptismi, ut supra ostendimus contra Logo, et uberius tract, de Sacramemis in genere, statuen io universalem doctrinam, quod quamtumvis exacta essentialiter sit intent o ad veritatem cujuslibet Sacramen'i; nullius timen est intrinseca pars, se.l conditio communis, licet essentialis, sicut est existentia in omni, et quolibet agente. Si vero importet aliquid aliud, quidquid illud fuerit, est quid internum, externis actibus significatum, et manifestatum ; quod proinde se habet ut objectum et terminus significationis, et non est nec valet esse pars intrinsece significans.

Confirmatur et explicatur ex eodem An^ gelico pmceptore so'utio ad 2, ubi ait : Allen conûf-mitcn *quod quamvis pernitentia interim· ut est actus quidam, virtutis, naturaliter significetur per exteriorem; tamen inquanlum est sanalivus morbi* quo pacto esset pars hujus-Sacramenti, quod est morbi curitivum'; *sic ex institutione habet per hio signa causari rt. significari.* Constat autem ad utramque istam significationem se habere contritionem internam ad instar objecti, et termini : ergo

ortfo sub neutra significat aut constituit intrinsece per modum partis saciameulalis sacrauieniulitor significantis.

tiruuw ùr. ıoi, Ei utrem indubie omnino cx monte Π· Tliomio conficiamus, audiamus S. DoC· lorcin in hac 3 p. Et quidem in hoc primo articulo hujus quaestionis, ubi tam diserte loquitur, ac fuerat in sententiis locutus, ut constat ex solutione ad tertium, ubi ait : Jd *tertium (licendum quod diam in panilentia esi aliquid quod esi Saciamentum lanlimi, scilicet aclus exterius ex< rcilus tam per peccatorem pandentem, quam etiam per Sacerdolem absolventem.* Nec est minus perspicuus infra q. 90, art. 2, ad primum docens, *quod contritio secundum essentiam quidem csl in corde, et perlinet ad interiorem ptenilcnliam; virlualiler autem pertinet ad exteriorem pamitenliam, in quantum scilicet implicui propositum confitendi, el satisfaciendi.* Non ergo contritio interior est pars intrinseca pœnitentiæ ut liæc est Sacrânien tum tantum ; sed actus externi ut significantes poenitentiam interiorem, in qua virtualiter tanquam in radice, et causa continentur. Quamobrem hanc sententiam ut indubie de mente D. Thomæ amplectuntur Cajetanus ad hunc articulum quæst. IfiVja. 9(1, ari. 2 ad 1. Paludanus in 4, dist. I'bjitel. 10, q. 4, art, 2, n. 19. Capreolus ibiftmra. deni, Ferrara 4 contra Gentes cap. 72, *! % Ad- evidentiam* not ab 2, et § *Ad cujus* hws *dissolutionem.* Petrus de Ledesma de Pœnitentia cap. 1, conci. 3. Nuno i.i præjîSi». senti quæst. 84, art. I, dub. 4, conci. 3, . ω>ı etquæst. 90 art. 2. Candid, disquisit. 24, x.Ci'-art. 2, dub. 5. N Cornejo de Eucharistia Ip1 q. 73. art. 1, disp. 2, dub. 5, ubi etiam •j.!.!.' N. Gabriel a sancto Vincentio el in præÎx.::i:osenti disp. 3, quæst. 2. Martinez de Prado bFrd'de Pœnitentia dub. 2, eam dicens esse Thomistarum communissimam- sententiam. Favet etiam Arauxo in præsenti Itonr. dub. 4, asserens, *ex istis duabus partibus* 7 *per prius, el essentialius concurrit confessio,* i *ulpolequx est per se sensibilis : contritio au-* . *lem esi sensibilis ratione illius, ac per con-* i *sequens magis illa, quam ista perlinet ad* 1 *tssenliam signi sensibilis, cl consequenter* i *ad essentiam Sacramenti.*

Ij gfa» 102. Cujus fundamentum sæpe insinnatnm inter expendenda D. Thomæ testimoniaad hanc brevem formam reducitur. ! Quoniam de ratione Sacramenti est quod I sit signum sensibile ad placitum voluntaiCis divinæ : sed hoc convenit actibus exB ternis pœnitentis, ut manifestantibus in- 1

tornos sub absolutione Sacerdotis : ergo actus externi ut significantes internos cum absolutione Sacerdotis constituunt xerum, et adæquatum Sacramentum pœnitentiæ in ratione Sacramenti tantum : non ergo contritio ut significata, et contenta ingreditur in recto ejus constitutionem. Major constat ex diffinitione Sacramenti ; qnod quidem institutum est ad manifestandum Gratiam insensibiliter sanctificantem, sed mediis robus sensibilibus, et sensibiliter significantibus, ut constat ex dictis de Sacramentis in genere. Minor vero probatur, et explicatur : quoniam hoc ipso quod Sacramenta sint ejusdem conditionis, melius explicatur in illis ratio signi sensibilis, et consequenter Sacramenti, quando utraque pars est sensibus objecta per seipsam, quam si una sit sensibilis, et altera insensibilis per *se* ; hoc enim pacto Sacramentum non est totum, et totafiter sUnum sensibus objectum. Sed iu hoc complexo *aclus externi ul manifestantes interiores,* utraque pars est in recto sensibus objecta, ut constat : secus vero in hoc *actus internus sensibilis per externos,* quandoquidem rectum illius est quid spirituale, et sensibilitas est obliquum, vel solum conditio. Ergo actus externi ut significantes interiores constituunt intrinsece, et in recto per modum partis hoc Sacramentum; non vero actus interni sensibiles redditi per externos. Unde manet probata utraque c msequentia.

103. Confirmatur et explicatur primo, i «nGr- Nam de ratione Sacramenti lautum est all!V· quod ita significet, ut nou significetur, idest quod sit purum signum, quippe quod est ad id solum institutum : ergo id solum constituet Poenitentiam in ratione Sacramenti lanium, quod proximius, formalius, et immediatius, id præstare valebit : sed actus externi, ut connotantes internos, eosque ut objecta repræsentantes id praestant per se ipsos proxime, formaliler, et immediate, non vero actus ipsi interni sensibiles redditi : ergo actus externi ut prædicto modo significantes constituunt Pcenitentiam int-insece in ratione Sacramenti. Gætera constant præter Minorem snbsumptam, tum ex se tum ex illo communi principio: sicutsehabet simpliciteradsimpliciter, iia magis ad magis : ergo si Sacramentum e;t signum sensibile quo proximior, formalior, et immediatior fuerit sensibilitas. eo formalius, et immediatius constituetur Sacramentum in ratione signi sensibiliter

significantis. Jam probatur facile Minor subsumpta : quoniam actus externi ita significant, ut nullatenus significentur; actus vero interni ratione sui significantur quidem, sed neutiquam possunt significare, nisi ratione alterius, et per aliud : ergo illis et non istis deferenda est totalis, et adæquata ratio significandi, subindeque et constituendi in recto poenitentiam in ratione Sacramenti tantum.

S mat0r" Confirmatur et urgetur secundo detegcndo latentem æquivocationem adverse opinantium. Quoniam actus contritionis ut sensibilis, quo pacto in eorum sensu, est pars intrinseca in recto hujus Sacramenti, eatenus obit rationem partis constituentis Sacramentum in ratione Sacramenti tantum, quatenus constituit Sacramentum in ratione significantis, ut de se constat : sed non constituit in recto Sacramentum in ratione significantis : ergo dumtaxat illud constituit in obliquo. Consequentia constat. Ei probatur Minor : quoniam actum contritionis reddi sensibilem nihil aliud est, quam quod sil objectum, ac terminus actus sensibilis , subindeque. quod ipse significetur sensibiliter non vero quod sensibiliter significet ratione sui : sed ut signiljcelur sensibiliter, se habet in obliquo, nimirum per modum objecti, autiermini : ergo solum concurrit in obliquo ad rationem signi sensibiliter significantis. Patet consequentia, siquidem solum constituit Sacramentum, in ratione signi ut sensibilis factus.

Additur. Ad hæc. q UOQ est sensibile per aliud, non est per se signum sensibile, ut constat in substantia, quæ juxta veram philosoNphHm" pbiam, quam docent N. Complut, de Anima disp. 8, quæst. 1, est sensibilis per accidens, quantumvis per propria accidentia, veluti per proprios efiectus reddatur sensibilis; et idem videre est in igne, qui nequit esse sui ipsius signum, quamvis pei fumum uti per proprium efiectum reddà·tur manifestus. Sed contritio interior significatur per actus externos secundun unam, et alteram sui acceptionem, ut supra vidimus ex D. Thoma, et negare noi possunt adversarii. Ergo contritio interio nequit ut sensibilis facta ingredi in recti constitutionem Sacramenti in ratione sign significantis tantum, qualis est ratio essentialis Sacramenti tantum.

Alhm' iû E Ab his tamen, et aliis ex D. Thom; effu- adductas, et expensis facile se evadere ju gium· dicant oppositum tenentes ex Patribus, e Conciliis, quorum doctrina præferonda ost discursui, et authoritati licet maximin I). Thomæ. Constans autem est Patrum, ct Conciliorum doctrina, inter quæ maxime Florentinum, et Tridentinum accensenlur, contritionem, confessionem, et satisfactionem requiri ex parte pœnitentis ad digne recipiendum hoc Sacramentum, esseque prædictos actus materiam, vel quasi materiam illius, ut docei ipsum Tridentinum sess. 14, cap. 13, et can. 4 ; ergo cum contritio absolute supponat pro actu interno doloris, non vero pro illius manifestatione sensibili ; illa, et non ista inteiligenda veniet nomine partis intrinseca) hujus Sacramenti a Conciliis constituta, et determinata, non vero ista, nisi violentiam ingeramus Conciliis.

105. Sed profecto hæc solutio tantum abest, ut quæ ex D. Thoma, et ratione adduximus, diruat, quod potius eis robur adjicit, et novum fundamentum ministrat, ut ex ipsorummet doctrina monstratur. Quoniam Concilium ibi annumerat lres actus pœnitentis, nimirum, contritionem, confessionem, et satisfactionem ut materiam, vel quasi materiam hujus Sacramenti : sed confessio, et satisfactio sunt actus externi, quamvis supponant essentialiter actum internum confessionis, et voluntatem satisfactionis : ergo etiam contritio, quam illis accenset, debet esse contritio externa, seu interna ut externe significata. Sed contritio interna externe significata est objectum contritionis extern®, ad quam solum pertinet in obliquo, et per modum termini. Ergo ex mente Concilii contritio interna solum perlinet in obliquo ad constitutionem hujus Sacramenti. Cætera constant ex dictis præter primam consequentiam . quæ ex præmissis facilis est probationis : quoniam ibi Concilium loquebatur de Sacramento ut signo sensibili sensibiliter significante : quocirca recurrit ad confessionem, et satisfactionem externas, supponentes tamen essentialiter, ut omnes catholice supponimus actus internos confessionis, et satisfactionis saltem in voto, et affectu : ergo ut consequenter loquatur de signo, altera pars, nimirum contritio, debet esse contritio externa contritionem internam essentialiter supponens, eamque sensibilem reddens, et oppositum asserere est voluntarium, et petitio principii.

Confirmatur et explicatur hoc : nam in præsenti ea sententia est amplectenda, quæ quai conformior net menti Concilii, et modo procedendi illius : sed sententia docens actum externum contritionis, ut connotantem internum, e.umque. objective significantem. esse partem intrinsecam hujus Sacramenti in recto est conformior præ alia, menti Concilii, et modo procedendi ipsius : ergo hæc est sustinenda. Major et consequentia non indigent probatione. Suadetur Minor. Etenim Concilium unum Trideui. supponit, et alterum docet. Docet quidem (et Catholici cuncti catholice profitemur) requiri ex parte pœnitentis actum internum doloris, non quaiiscumque, sed supernaturalis, ut ostendemus infra, quem alii multi præceduut, ut constat ex tract, de justificat, sess. 6. Supponit vero Sacramenta utpote signa sensibilia sensibiliter constituta iri per aliquid quod sit sensibile; quocirca non sistit in actibus internis, sed se porrigit usque ad externos sensibiliter manifestantes internos; et annumerat eos tres actus, quorum meminit responsio, et auctores nostræ sententiæ non obliviscuntur. Porro hoc totum sua sponte fluere in nostra sententia, secus vero in adversa,, facile constat unam alteri conferendo; quoniam ex una parte supponimus, et supponunt etiam dissidentes, actus internos et contritionis, et amoris, et plerosque alios a Concilio requisitos : deinde (hinc incipit dissidium) rationem totalem et adæquatam significandi tribuimus actibus externis; et hinc consequenter eisdem deferimus rationem formalem constituendi intrinsece signum sacramantale tantum, ad quam actus interni nequeunt pervenire per se ipsos. At vero opposita sententia rationem constituendi intrinsece Sacramentum applicat actui interno, et rationem significandi actui externo : quod est quasi dividere rationem partis a ratione signi, in quo vehementem patiuntur deceptionem. Quoniam in Sacramento tantum, quod est essentialiter signum, ratione illius, quo constituitur in ratione sensibilis, constituitur etiam in ratione signi, absque ulla prorsus diversitate, cui nullum tribuit fundamentum Conciiium. Sed in ratione sensibilis constituitur per actus externos tamquam per partem materialem , non autem per contritionem, quæ ratione sui non est sensibilis. Ergo etiam in ratione signi Sacramentalis constituetur in recto per prædictos actus externos, connotando in obliquo, et per modum termini complentis actus internos, quos sensibiliter repraesentant.

I0G. Deinde, Nam Concilia et Patres Ulterior lamquarn fidei dogmac onstituunt omnia sa- rol?oracramenta novæ legis essentialiter constare ex materia, etforma sensibilibus; quæ propositio est universalis, et distribuit pro quolibet Sacramento, quin sit fundamentum extrahendi materiam, et formam pœnitentiæ : sed in nostra sententia totum, quod se tenet ex parte materiæ in recto, est per se, et ratione sui immediate sensibile, secus vero in opposita, ut est perspicuum : ergo conformior est nostra sententia Conciliis, et Patribus, quam adversa. Eo vel maxime : quoniam si quod constituunt discrimen ex parte materiæ in Pœnitentia, solum consistit in eo, quod hæc apponenda est a suscipiente Sacramentum mediis propriis actibus, secus vero in aliis : non autem in eo quod non sit perse ipsam sensibilis, sicut forma : sed in nostra sententia est vere, et realiter per se ipsam sensibilis : et spiritualitas, et insensibilitas se tenet in obliquo, ut objectum, et terminus : ergo magis adhæret doctrinæ, et menti Conciliorum nostra sententia, quam contraria, atque ideo ilia, et non ista est sustinenda.

107. Hinc constat ad fundamentum eva- Oppositionis supra relatæ, cui palam, et constanter assentimur in eo, quod tenet, et tenere mentum debemus omnes catholici, requiri tres ac- diruitur, tus internos, et externos annumeratos ex parte pœnitentis ad hoc Sacramentum, ut nos docent Concilia. Fatemur insuper contritionem absolute sumptam supponere pro interna, quæ essentialiter præsupponitur ut principium, et radix actuum externorum. quia tamen ibi Concilium loquitur de illis, ut actualiter cum forma constituentibus Sacramentum, et ad hoc in omni sententia debent fieri sensibiles, et manifesti, quod per se ipsos non obtinent, sed per actus externos ; hinc ulterius progrediendo deducimus actus ipsos externos ut internos significant, et manifestant (quo pacto isti se habent in obliquo, illi vero in recto), intrinsece, et immediate concurrero ad constituendum signum Sacramentale pœnitentiæ ; actus vero interni solum mediate, et per modum objecti terminantis significationem.

108. Liquet etiam nullius ponderis esso objectionem, quam prodivit Lugo contra Lugo. hanc doctrinam sect. 2, n. 21 et 30, quasi ex ea .*equeretur, positis actibus externis

poenitentia, et sacerdotis, absque dolore interno, posse subsistere Sacramentum pœnitentiæ,** quod est falsum.

Hæc, inquam, objectio nullius roboris est, nec magis valet, quam ista : *Effectus non constituitur essentialiter. et in recto suam caiuam,* nec *potentia pr objectum extrinsece se habens ; ergo non exislenlibus nul causa, au! objecto, exislerel tamen efferius, vel potentia.* Quæ consequentia est mala, quia quamvis nec effectus constituatur intrinsece per suam causam efficientem, nec putentia per objectum ; unus tamen, et altera respiciunt intrinsece, et essentialiter causam ut dantem esse, et objectum ut specificans. ac extrinsece terminans respectum intrinsecum potentia·. Cum ergo asseramus actus externos ab internis procedere effective, in eosque ut in objecta significata collimare, non est unde possit colligi absque illis posse subsistere Sacramentum Pœuitentiæ. Si autem contingat et dabilis est casus , aliquem ficte dolere in foro exteriori, aut cum fraude confiteri absque contritione interna ; abs dubio nullum esset Sacramenlum ; quia dolor sensibilis debet esse verus, et a vero dolore interno procedens, ipsumque manifestans.

Patet tandem ex dictis ad fundamentum, primæ solutionis n. 91 relatam, et ab eius exemplum dicimus aliud esse quod totus homo sit corporeus, aliud vero quod totus, et totaliter corporeus sit Ex quibus prima propositio absolute prolata est vera; ad cujus veritatem sufficit partem aliqnam, et unionem cum altera compacte, esse corpoream, ut revera est, et docent N. Complut, in phys. d. 6, q. 3. Secunda vero est falsa, cum una pars sit incorporea. In nostro autem casu Sacramentum tantum, ex parte materiæ, et formæ debet esse sensibile, ut nos docent Concilia, ct Patres, atque ideo partes in recto ingredientes debent esse sensibus objectie, ac perceptibiles; quod per se ipsam non habet contritio interior, sed id competit exteriori, atque ideo hæc est pars intrinsece, et in recto ingrediens constitutionem Sacramenti tantum. Si autem 'idque maxime animadverti optamus) locutio non sit restricta, sed absoluta do toto Sacramento, ut ita dicamus, substantialiter sumpto, et sine ulla limitatione; profecto actus internos, et externos sub eodem comprehendimus, et partes nuncupavimus ex pane materiæ se tenentes ; siquidem omnes concurrunt vel in recto, vel in nbliqiio (quod parum refert ad absolutam locutlunem) vel ad integrandum, et complendum, vel ad constituendum. Quo sensu omnia quæ includuntur in huc Sacramento sive in recto, sive in obliquo, vel consequenter ut c .implementum illius, ejus partes nuncupantur, nt cunstat ex \erhis Concilii annumerantis partes pœnitentia· contritionem, confessionem, et satisfact onem, el immediate subjunxit : (hu* qtm/enus *in pandente ad integritatem Sacramenti, nd plenamque, el perfectam Sacramenti institutionem requiruntur, hac ratione partes Panilentia' dicuntur.* Cum tamen in nulla sententia satisfactio exterior sit pars essentialis, sed integratis dumtaxat, sine qua proinde multoties reperitur essentia Sacramenti.

109. Reliquum est ut argumentum Durandi, cujus occasione hæc dictæ sunt, videamus. Et quidem quia in consequentiis subillatis videtur innuere contritionem solum requiri ad hoc ut pcenitens sit dispositus ad suscipiendum effectus Sacramenti, ut etiam requiritur aliquis actus in adultis ad percipiendum fructum aliorum Sacramentorum, distingu^ndæ sunt præmissæ, quæ superficie tenus communem Thomistarum doctrinam hactenus propugnatam subolere videbamur. Quocirca distinguimus Majorem : debet esse sensibilis, eo modo quo ingreditur ad rationem panis, concedimus : alio modo negamus. Et ad Minurem dicimus contritionem non esse sensibilem per se, et in recto, bene tamen per modum objecti, et termini complentis signum sensibile, ex quo solum sequitur habere rationem partis sensibilis in obliquo, quod fatemur; non vero in recto, ut declaratum est.

Præcedenlis doclrinæ consec-larium.

HO. Ex dictis in hoc, et antecedenti duhio absque novo examine, et labore decisæ manent aliæ minoris momenti quæstiunculæ, quæ partim ad modum loquendi pertinent, partim vero ad rem; arbitrario tamen, ut Gonet, et alii autumant. Quamobrem e re esse duximus nec intactas, et omnino inlecisas relinquere, nec in eis plus juxto immorari, sed sub eodem filo pripcedentibus, quibus annectuntur, assutas assulas proponoro, Ex quibus magia præcipuam huic paragraphe addicimus.

1 iltatio. infertur itaque primo in Pœnitentia rem, et Sacramentum simul esse contritionem internam. Iu quo conveniunt communitor Doctorcs tam intra, quam extra scholam D. Thomæ, si perpaucos excipiamus, eusquo veteres, qui in hoc, et in Matrimonii Sacramento vel non admittunt vel non inveniunt nisi Sacramentum, vel rem Sacramenti. Eos refert, Pt refellit Paludamus in 4, di-t. 14,quæst. 1,art. 2. Antiquorum etiam sententia fuit in omnibus Sacramentis, quibus, non inest vis caracterem imprimendi, reperiri aliquem ornatum, quo anima reddebatur disposita ad recipiendam Sacramenti gratiam. Quæ quidem vigebat tempore D. Thomæ scribentis super sententias, cujusque S. D. meminit in 4, dist. 1, quæst, 1 ad 4, quæstiunc. 1. Eam tamen ut a veritate alienam, nullique solido fundamento innixam rejiciunt his temporibus communiter Theologi, quibus præivit D. Thomas, ut constat ex dictis in hoc dubio, ubi in nullo ex testimoniis allegatis nec levissimum nobis dedit vestigium talis ornatus, sed semper ad pcenitentiam internam ut ad rem, et Sacramentum firmiter se recepit. Quocirca mirum est insignes discipulos D. Thomæ Capreolum, et Paludanum, quos pro prædicto ornatu refert Arauxo in præsenti dub. 5, tam clare a suo Magistro descivisse. Quidquid vero de hoc sit, res est adeo perspicua, ut de hoc dubitaro sit in ipso merid e offendere, ut constat ex articulo primo hujus quæstionis, in quo ad probandum Poenitentiam non esse Sacramentum, sic objicit S. Doctor tertio : *In Sacramentis, est aliquid, quod est Sacramentum tantum : aliquid, quod esi res, el Sacramentum : aliquid, quod esi res tantum ul ex praemissis palet. Sed hoc non invenitur in Pœnitentia: ergo Panilentia non est Sacramentum.*

Solutio S Doctoris est, *quod in Pernitentia est aliquid, quod esi Sacramentum lanium, scilicet actus exterius exercitus lam per peccatorem pœnitentem, quam etiam per absolventem. Res autem, el Sacramentum esi panilentia interior peccatoris : res autem lanium, ct non Sacramentum est remissio peccati. Quorum primum totum simul sumptum esi causa secundi,* nimirum contritionis interioris. *Primum autem, el secundum,* scilicet actus exterior, et poenitentia interior, *sunt quodammodo causa tertii,* nempe remissionis peccati, quatenus concurrit instrumentaliter ad gratiam Sacramenti, qua media fit remissio peccati. In qua doctrina tam constans fuit S. Doctor, ut nullus sit ambigendi locus de. ejus mente, ut hactenus expensa testimonia satis clare ostendunt, et favet manifesta ratio. Quoniam per rem, et Sacramentum nihil aliud intelligunt Theologi nisi id quod immediate significatur per Sacramentum tantum, et simul concurrit ad significandum cum ipso Sacramento ulteriorem, et principaliorem effectum illius, qualis est gratia : sed hoc convenit contritioni internæ : crgo contritio interna est res. et Sacramentum in pœnitentia. Major et Consequentia constant, ct Minor probatur, et explicatur clare ex dictis : quoniam contritio interna significatur, et fit sensibilis per contritionem, seu dolorem externum : ergo ex hac parte jam est res significata Rursus ipsa contritio interna, cum contritione externa, quam complet in ratione partis, et absolutione significat, et causât gratiam remissivam peccati, quæ est res, in quam adipiscendam præcipue hoc Sacramentum concurrit.

ill. Sed contra hanc adeo perspicuam veritatem est objectio communis. Quoniam contritio interior est causa exterioris, sicut omnis actus internus, est causa, et principium exterioris, maxime si sit humanus, qualis est, et debet esse externa confessio dolorosa : ergo actus exterior nequit esse causa interioris, alioqui essent mutuo causa et effectus suimet in eodem genere causæ.

Et confirmatur præripiendo, et occludendo tacitam solutionem : nam actus exterior, cum sit effectus interioris est signum naturale illius, sicut fumus est signum ignis, et quilibet effèctus suæ causæ a qua procedit : ergo actus exterior nequit esse signum Sacramentale actus interni, cum longe diversa sit ratio signi naturalis a ratione signi Sacramentalis : nam ad primum sola pura ratio signi, ad secundam causalitas effectiva desideratur.

Objectio est ista, tam varie a variis interpretibus D. Thomæ soluta, ut nec facile, nec utile sit tot dicendi modos in fascem reducere, et multo minus examinare, tot enim distinctiones aliqui aggerunt, in quo eminet Cajetanus, ut rem jam diu a D. Thoma explicatam, tenebris potius offundant quam illustrent. Quocirca illis omnibus rescissis, vel apud

Cajet Ferrara. Aramo. Soto. Siurez. Dios- tîUo. Vera D.Tbom. solutio.

Cajetanuin, Ferrariensem. Arauxo, Solo, Suarez, Dicastillo invicem divisos, cui per otium licuerit, videndis, nobis sufficere videtur objectam difficultatem S. Doctorem prævidisse, ac diluisse. Cui autem illius solutio non placuerit, investiget meliorem, si se viderit doctiorem. Responsio ergo S. Doctoris, cujus verba dedimus supra, est actum contritionis internum posse considerari dupliciter, vel ut est actus virtutis Pœnitentiæ, vel ut est actus cooperans ad depulsionem peccati. Primo modo est causa exterioris, et iste signum naturale illius, ut bene probat confirmatio objectionis, et docuit Angelicus Præceptor inibi ad 2 dicens, *quod quamvis Pernitentia interior, ul est actus quidam virtutis, naturaliter significetur per exteriorem ; tamen in quantum est sanalicus morbi* (quæ est secunda pjus consideratio) *sic ex institutione hfl.bei per hxc signa causari* Unde constat duplex ejusdem contritionis acceptio, 'secundum quarum unam contritio interior non est causa, sed effectus contritionis exterioris conjunct» cum absolutione, quo pacto est actu pars ipsius Sacramenti : et secundum aliam, quæ est prima, contritio interior est causa exterioris. Juxta quam doctrinam haud obscure intelligitur in una et altera contritione interiori ; et exteriori inveniri sub diversa ratione, et rationem causæ, et rationem effectus : siquidem contritio interior ut sanativa peccati, est effectus contritionis extern», quæ cum absolutione concurrit, et quasi elevat contritionem internam, ut cum effectu, quantum est de se, nisi fuerit ob ex, inducat gratiam : et hoc modo significatur Sacramentaliter, et ad placitum per contritionem externam. Ipsamet vero interior contritio secundum quod contritio est, et non explicat vim sanativam peccati me.iio Sacramento, est quidem causa contritionis extern» secundum se itidem accept», quin explicet conjunctionem cum Sacramento, et vim sanativam Sacramentalem illius. Et hac ratione significatur naturaliter, et non sacramentaliter per contritionem exteriorem.

Objectio.

112. Nec intererit, quod objicias, hinc committi circulum vitiosum omnino vitandum, atque ideo vel solutionem D. Thomæ esse nullam, vel non bene explicatam, et applicatam. Assumptum facile probatur : etenim in hac providentia nulla est vera contritio, nec,vera virtus pœnitentiæ, quæ non tendat in hoc Sacramentum ut medium unicum in re, vel in voto ad remissionem peccati, ut docet Angelicus præceptor, et nos ex ipso supposuimus ad limen hujus tractatus cum communi et vera sententia : quocirca consuimus prius actum iri cum Angelico Pneceploro do Pœnitentia ut Sacramento, quam de eadem ut virtute : ergo in hac providentia non est locus distinctioni de contritione secundum se, et de contritione ut conjuncta cum Sacramento, vel quod in idem recidere videtur, ut sanativa morbi medio Sacramento : quandoquidem nulla esi pœnitentia, quæ non sit morbi sanativa, seu peccato non adversa cum ordine ad Sacramentum : ergo sub eadem consideratione, et est causa et effectus pœnitentiæ exterioris, atque ideo vel committitur circulus minime admittendus vel solutio D. Thomæ ut falsitatis arguitur, et convincitur.

Rt& H

113. Non, inquam, interest talis replica ; ad quam neganda est sequela, quæ minime suadetur inducta probatione. Nam licet verum sit, quod assumit, ut constat ex loco allegato, et docent communiter Authores; non inde infertur intentum arguentis, sed oppositum convincitur; quoniam quod Christus Dominus ordinaverit virtutem pœnitentiæ ad hoc Sacramentum, sicut non abstulit ab ea prædicata essentialia, quinimo retinuit, et ordinationem accidentalem ex suo beneplacito adjecit; ita non obstitit, quo minus posset considerari actus pœnitentiæ secundum prædicata essentialia, quo pacto oritur a virtute essentialiter accepta, et est signum naturale illius : et insuper secundum ordinem accidentaliter adjectum a Christo Domino, sub qua ratione importat votum ipsius Sacramenti, non vero actualem ipsius elevationem, motionem, et significationem; hæ quippe non nisi in ipsius Sacramenti exercitio, et mediis actibus externis sub absolutione ei adveniunt. Et secundum hanc ultimâm considerationem, secundum quam supra seipsam primo modo acceptam addit prædictas elevationem, motionem, et significationem, et insuper rationem dispositionis quantum est de se, ad gratiam Sacramentalem, ad quam extra Sacramentum non est dispositio, habet rationem effectus Sacramenti, et partium sensibilium ejus, et est res illius. Est vero causa actuum externorum secundum se, vel ut important præcise votum Sacramenti, non vero elevationem, motionem, et significationem Sacramentalem, quæ

quæ solum reperiuntur intra Sacramentum. Inter hæc vero datur distinctio realis, et includentis ah incluso, et ad minus modalis, vol entitativa, quarum quælibet excludit vitium circuli, ut constat in aliis causis, et quod magis ad rem perlinet, in Sacramento Eucharistiæ in quo Christus concurrit inslrumentaliter ad sc ipsum constituendum sub speciebus, ob eandem, et non majorem distinctionem.

toefir- SX" Quam doctrinam hausimus ex Angelico Prteceptore solutione ad 3 sæpe allegata, ubi satis profunde, nec minus compendiose eam contineri nostro judicio est clarum. Etenim postquam respondit actum exterius exercitum tam ex parte pceniten-tis, quam ex parte Sacerdotis absolventis esse Sacramentum tantum, rem vero et Sacramentum esse pœnitentiam interiorem, illico subjunxit, *quorum primum lolum simul sumptum est causa secundi.* In quibus verbis non defert causalitatem actibus externis pœnitentis, quod intendit objiciens, seorsim ab actibus absolventis, sed toti complexo, ex utrisque coalescenti, ubi clare elucet distinctio realis includentis ab incluso sufficiens ad causalitatem realem absque periculo includendi circulum vitiosum. Id quod adhuc patentius explicatum reliquerat S. Doctor distinctione non D.Thom. semel citata 17, ex 4 sent. art. 1, quæstiunc. 2, dicens : *Exterior pœnitentia, quæ est Sacramentum tantum inpœnitentia, est Sacramentum, ut signum tantum ex parle aclus pœnitenlis* (en ubi solum agnoscit in actibus pœnitentis seorsim absolutione rationem signi), *sed ut signum, et causa simul, si conjungatur aclus pœnitentis cum actu ministri,* ubi toti complexo attribuit primarium, ut ita dicamus, influxum, et partibus ratione totius, ex quibus sicut potior est forma, ita, et ejus influxus. Unde concludit : *et ideo interior pœnitentia est res exterioris pœnitenliæ, sed ut significata tantum per aclus pœnitentis : ut significata autem et causata per actus eosdem adjuncta absolutione ministri.* Cum autem ut Sacramenta causent, sit necessaria motio elevans physice instrumentum, de cujus ratione est agere ut motum, ut modo supponendum esfex vera philosophia, et doctrina D. Thomæ, plane convincitur actus externos ut elevatos, et motos realiter esse distinctos a se ipsis ut non elevatis, quomodo sunt effectus actuum interiorum, subindeque intervenire distinctionem realem in nostra solutione indicatam.

Quod si ulterius progrediendo addamus eam motionem , et elevationem tendere præcipue ad causandam gratiam ex opere operato, et simul -ex opere operantis, arduum non erit in ipsa pœnitentia interiori recognoscere rationem dispositionis ad majorem gratiam ex uno, et altero capite obeundam ; quæ nequit esse aliud quid, quam modus aliquis vel majoris intentionis in ipso Sacramento receptæ, vel majoris perfectionis, aut alterius formalitatis, ratione cujus adsit distinctio modalis in eademmet contritione interiori ut est effectus Sacramenti a se ipsa ut est causa actuum exteriorum. Unde remanet omnino vera solutio D. Thomæ, quin vel vitii, vel falsitatis redarguatur, ut redargui faciliter possunt ab aliis excogitatæ, nisi ad hanc omnium solidissimam et planissimam reducantur. Additio,

114. Nec etiam obest. si rursus objicias contritionem sub omni consideratione adversari peccato, et in ipsius destructionem conari : atque ideo male distingui in ea illam duplicem acceptionem. Nam contra est, quod contritio ut est actus virtutis solum ex opere operantis tendit ad excludendam maculam : ut vero est pars Sacramenti ex opere operato habet esse sanativam, et ei ut proprius effectus respondet eratia Sacramentalis, modaliter distincta ab essentia gratiæ. Et hoc pacto additur etiam novum augmentum gratiæ sacramentaliter ex opere operato productæ; alioqui Sacramenta non majorem inducerent gratiam ex opere operato, quam conveniret actibus pœnitentis ex opere operantis: quod esse falsum nemo ambigit. Unde liquet intervenire realem distinctionem et ratione gratiæ Sacramentalis, et ratione intensioris gratiæ. Et hæc distinctio in termino supponit assignatam distinctionem in ipsis actibus pœnitentis. Altera obieclio· Refelli- ,Qr'

% VII.

Alia corollaria deducia.

115. Infertur secundo has partes per ordinem ad diversa esse intégrales, et essentiales : nam si omnes simul sumptae referantur ad formam, cum qua totum Sacramentum conficiunt, proculdubio inter partes essentiales accensendæ sunt : quia cum materia, et forma sint partes essentiales cujuslibet Sacramentorum, et contritio, confessio, et satisfactio se teneant Alia c?ns.ei- Una.

ex parte materia', profecto partes essentiales dici debent, unica dempta satisfactione propter specialem rationem statim subjiciendam. Si vero ipsæ paries unicam totalem materiam constituentes invicem conferantur, sunt partes intégrales ejusdem materiæ. Cujus rationem egregiam D.Thom. tradidit D. Thomas infra q. 90, art. 2» in corpore, quia cum quantitas se tenet ex parte materiæ; vice versa, quæ se tenent ex parte materia;, partes quantitatis nominantur, Cura enim in materia nulla partium diversitas reperiatur nisi per quantitatem, ut ducet Philosophus, et ostendunt N.Com-N. Complut, de Generat, disp. 5. q. I, FU ' quælibet ratio formalis partis integratis in quantitatem reducitur ut in sui originem, et pracipuam causam. Quocirca analogice loquendo de partibus Sacramenti, quæ totalem materiam constituunt, partibus integralibus, quæ sunt propriæ individu® quantitatis, annumerandæ sunt. Et ita se habent contritio, confes?io, et satisfactio inter se collate ; quin illis obsit, quod sint inter se longe divers® rationis : nam etiam caput, brachia, et cætera hominis membra inter se satis dissita constituunt unum, et eundem hominem in ratione totius integratis naturaliter : quanto magis constituent totum artificiale, quale est Sacramentum, partes divers® rationis? Et eadem ratio est quoad hoc de toto, ac de partibus, quoniam sicut totum est. ut ita dicamus ethærogeneum, ita et pars ipsum constituens, ut liquet in eodem homine, et aliis viventibus, nec non (quod nostra magis refert) in cunctis compositis artificialibus.

11b Qua observatione retunditur, vel ad sanum sensum reducitur modus Lugo. loquendi Cardinalis Logo, et aliorum absolute docentium partes pœnitentiæ esse tres. Quæ tam absoluta locutio est fatia maxime in illius, et illorum sententia, qui non distinguunt suppositionem Sacramenti ab ejus significatione. In hac enim sententia Pcenitentia sicut non significat nisi compositum coalescens ex materia, et forma, ita non supponit nisi pro una, et altera unitis, et consequenter non potest de illa affirmari, nisi quod constet ex duplici parte, materia, nimirum, et forma Atque ideo est absolute falsum pœnitentiæ partes esse 1res, nisi restrictior sit locutio ad partes materiæ, ut revera restringunt prædicti autliorcs si vere loquantur. Inde tamen coguntur asserere non esse idem pro quo supponit, et quod significat Sacramentum, quoi ipsi negant non distinguentes suppositionem artificialium a significatione, do quo infra.

117. Ex quo subinfertur tertio ex his Titii iribus partibus materiam essentialem hujus Sacramenti constituentibus, satisfactionem solum esse partem integralem illius; sine qua proinde potest reperiri essentia Sacramenti, licet non integra integritate suarum partium ; sed quasi mutila, et manca, qualis esset homo sine digitis, vel pedibus, aut alia parte ipsum integraliter perficiente. Raiio hujus exceptionis est clara : quoniam sine confessione, et vero duloro non salvatur verum Sacramentum Pœnitentiæ, cum tamen sine satisfactione in re exhibita, imo sine explicito illius voto conficiatur verum Sacramentum, ut constat in moribundo, vel sensibus destituto, qui est incapax satisfactionis, vel emittendi votum satisfaciendi.I aut illam desiderandi : ergo licet contritio, et confessio sint partes essentiales Sacramenti Pœnitentiæ non vero satisfactio : ergo cum alias inter partes accenseatur a Patribus et Conciliis, dicendum est solum inter parles intégrales esse computandam.

Nec esc eadem omnino ratio (ut insur- Tacè genti occurramus replicæ) de confessione, occIdG quæ aliquando deficit, et solis nutibus, vel tur aliis signis, fit (imo in aliquorum sententia, objectif quolibet exteriori signo deficienti·, exhibetur absolutio, et consequen er conficitur Sacramentum. Nam ad confessionem non requiruntur determinate verba, ut constat in mutis loquendi incapacibus, sed sufficiunt nutus, et externa signa, quibus dolor internus exprimatur, et significetur utcumque; hæc enim vicem verborum subeunt, et sufficientem tribuunt absolutionis materiam, ut docet Rituale Roma- Rilalli num Pauli V. Casu autem quod nullum Ronus. exhibeat pœnitens, nec exhibuerit signum, admissa pro nunc illa sententia (de qua suo loco), sicut non conferenda est absolutio absolute, sed tantummodo conditionate, si *exliterit capax illius,* ita non requiritur materia, et confessio nisi comlitionata, et quæ moraliter prudentum judicio præsumitur esse in quolibet Christiano in eo articulo constituto. Quod quidem non tenet in satisfactione, vel quia non adimpletur nisi post confectum Sacramentum, vel quia non imponitur pcenitenti ob impedimentum, quo ad-tringiiur. Cum quo tamen bene componitur, ut recte observat Gonet,

Genet. Gunel, ipsum Sacramentum, quantum est de so, semper exigere saiisfnctionem ex parte pœnitenlis, cumque radicaro; licet per accidens non sit, nec in se, noc in ejusdeminet voto explicito, ut contingit in casu posito, et aliis pluribus non raro evenientibus. Et quia verba in de.Hinitiono non dicunt actum, sed aptitudinem, in hoc sensu non renuemus satisfactionem exactive, et quasi radicaliter esse de essentia hujus Sacramenti, sicut in hoc etiam sensu risibilitas est do essentia borninis, et inhœrentia de conceptu essentiali accidentis.

Illatio 118. Quarto infertur multiplicem intervenire compositionem in hoc Sacramento juxta multiplicitatem partium ejus constitutionem ingrediendum. Nam primo componitur ex genere, et differentia, quæ est compositio metaphysica; ultra quam habet etiam compositionem physicam ex materia et forma. In una et altera nihil explicatur proprium hujus Sacramenti, cum id sit commune omnibus aliis Sacramentis novae legis. Ex parte autem materiæ componitur ex partibus hactenus significatis, quarum ordinem, et compositionem

D.Thom explicat Angelicus Doctor infra quaest. 90, art. 3, per hæc verba ; *Ad tertium dicendum quod omnes paries integrates habent ordinem quemdam adinvicem. Sed qv.ædam habent ordinem tantum in situ; sive consequenter se habeant sicut partes exercitus : sive se tangant, sicut partes acervi : sive etiam colligentur, sicut partes domus :* sive *continuentur sicut paries lineæ. Quxdam vero habent insuper ordinem virtutis, sicut paries animalis, quarum prima virtute est cor : cl alix quxdam ordine virtutis dependent ab invicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, sicut paries temporis, et motus. Partes igitur Pœnitentiæ habent adinvicem. ordinem virtutis, et temporis, quia sunt actus ; non autem ordinem silus, quia non habent positionem.* Quocirca earum compositio est ad instar succes.-dvorum, de quorum ratione non est habere partes simul, sed invicem succedere, et quod pars posterior agat in virtute procedentium , ut supra diximus, et constat in ipsamet absolutione, cujus verba important successionem, quamvis posteriora non prosint, quin prœexiterint priora, nec ista absque online ad illa, ut sui complementum, efficaciam habeant.

Q»$-iinaî» ta. 119. An vero ex parte formæ detur etiam pluralitas, ita quod sit duplex forma partialis, altera tangens actus ipsos pcenitentis quos immediate afficit moraliter : alia voro quæ versetur circa satisfactionem, sitque realiter diversa ab absolutione ? Disquirit Lugo in præsenti disp. 12, sect. 2, Logo, n. 42 et non satis expendit, aliqua comminiscens, quibus examinandis nec libet, nec vacat incumbere. Non enim talem judicamus difficultatem, quæ prolixam postulet discussionem. Unde breviter respondetur quod si semel satisf.ictio est pars integralis Pœnitentiæ, ut re vera constat ex dictis, et cum ipso Lugo docent omnes Theologi autoritate Patrum, et Conciliorum coacti quidquid dixerit Petrus de Osma a Sixto IV damnatus in Bulla directe contra ipsum expedita, quam citant Lugo, et referunt alii) non est necesse multiplicare formas; quinimo adversari videtur modo loquendi Patrum, et Conciliorum nullam aliam formam constituentium in hoc Sacramento praeter absolutionem Sacerdotis. In quo abs dubio diminute processissent, si opus esset alia forma partiali pro satisfactione. Unde illorum silentium argumentum efficax est non exislentiæ illius.

Quapropter tenendum est so ani absolu- Resolu- tionem esse formam hujus Sacramenti. 110' eaque unica affici, perfici, et quasi actuari tam partes essentiales, quæ praecedunt ipsum Sacramentum, quam integralera in re subsecutam, qualis est satisfactio. Quod enim hæc subsequatur, et supponat applicatam formam (quod ostendebat Petrus de Osma) non interest : tum qu;a non confertur absolutio nisi per ordinem ad satisfactionem jam impositam, quando est capax illius subjectum, et postea suo tempore exhibendam; prius enim imponitur satisfactio, quam absolutio proferatur, et applicetur. Tum etiam, quia satisfactio post peractum Sacramentum exeeuta respicit Sacramentum præteritum, cui conjungitur moraliter, vi cujus trahitur ad idem esse totius, atque ideo subit rationem partis integralis, de cujus ratione non est adhuc in naturalibus, quod supponatur ad formam, ut constat in unguibus, dentibus, capillis, imo et portionibus substantiae nutritione comparatis ; sed quod trahatur ad idem esse cum toto, vel physice, vel moralit r juxta qualitatem partium.

120. Nec refert, absolutionis verba sig- Objecit ificare praesentaneam peccatorum remis- uo· sionem, nondum inchoata satisfactione, subindéque ante ipsam supponi Sacramentum peractum, ac omnino perfectum. Quia Diruitur.

inde solum infertur esse quidem peractum, ac perfectum Sacramentum perfectione essentiali, ultra quam postulat perfectionem integralem media satisfactione obeundam. Id quod et docet Catechismus Romanus, el ratio propria judicii quæ intervenit in hoc Sacramento exposcit : nam Catechismus ita rem explicat : *Pœnitenlia ex hisce tribus partibus ita constituitur, ut quamvis quoad ejus naturam attinet, contritio, el confessio, quibus homo justus efficitur, satis sil ; tamen nisi tertia etiam pars, id est satisfactio accedat, aliquid ei omnino ad perfectionem desit, necesse sil.* Quod vero id ad integritatem, et propriam judicii rationem hujus Sacramenti pertineat, constat ex judicio humano, ad cujus instar esi huc Sacramentum : quoniam accusatio testium, sententia judicis, pœnam luere taxatam procul dubio de integritate sunt cujuslibet perfecti judicii, quod proinde non est undequaque consummatum donec omnia ista fuerint exhibita : cum tamen simul non sint, nec omnia sententiam judicis praecedant, ut constat in solutione pœnæ, cui nullus adstringilur. nec potest adstringi ante sententiam. Stat ergo satisfactionem supponere absolutionem, quin inde excludatur a ratione partis integraliter perficientis hoc Sacramentum : nam. ut inquit D. Chrysostomus hom. 29 ad populum Antiochenum : *Pœnitentia ut consummata sil, debet in corde contritio, in ore confessio, in opere humilitas, et fructifera satisfactio inveniri.*

Cale-rbism. Roman.

Chry-sostom.

Replica.

121. Si vero insistas, quod satisfactio nec se tenet ex parte materiæ, nec etiam ex parte forma? : ergo alia forma opus est satisfactionis propria. Primum facile probabis : quoniam materia in hoc Sacramento apponitur ab ipsomet recipiente; recipiens autem non sibi imponit satisfactionem. sed impositam a judice acceptat. Secundum etiam liquet, siquidem, et absolutio praecedit satisfactionem, et in absolutione nec levissimum exprimitur satisfactionis vestigium : nullatenus ergo subest ratione sui absolutioni : sed ad aliam formam est recurrendum. Si, inquam, objiciatur ita. facile respondetur esse partem integralem ex parte utriusque se tenentem : ox parte quidem absolutionis quoad impositionem a Sacerdote judice proprio ad absolutionem satisfactionem taxante, et imponente. Ex parte vero pœnitentis, et quoad voluntatem satisfaciendi quæ comitatur contritionem, et confessionem, vel in ipsis includitur ; et quoad acceptationem, et tandem executionem ; hæc enim tria ad pœnitentem, et non ad absolventem pertinent. Unde satisfactio absolute ex parte materiæ. et aliquomodo nimirum quoad determinationem ex parle forma* se habet. Quod non obscure, paucis explicuit Angelicus Doctor infra quæst. 90, art. 2, dicens : *Sed in pœnitentia fil recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, et secundum arbitrium Dei, in quem peccatur.* Unde sequitur, *quod recompensel secundum arbitrium ministri Dei, quod fit in satisfactione.*

Expu-gnatur.

D.T»

122. Nec inde inferas satisfactionem gratiam ex opere operato causare, quippe quæ est vera pars Sacramenti : et sacrilegium reipsa committere, eam in peccato lethaii peragentem. Nam primum jam diu repulit D. Thomas in 4, distinet. 16, quæst. 1. artic. 1. quæstiunc. 2 ad 3, dicens : *Ex proposito satisfaciendi gratia confertur, quamvis satisfactio actualis gratiam prasupponat.* Unde tota gratia hujus Sacramemi ligatur, ut ita dicamus, ad ipsius administrationem, quin reservetur aliquis illius gradus ex opere operato dispensandus in vi satisfactionis postea peragendæ : sed si quis forsan confertur satisfacienti post transactum, ei obvenit ex opere operantis ratione novi fervoris, et actus charitatis. vel alterius virtutis inibi denuo exerciti, ut indicat D. Thomas infra quæst. 90, art. 2 ad 2, inquiens : *Satisfactio confert gratiam prout est in proposito, el auget eam prout est in executions, sicut etiam Baptismus in adultis,* ubi se refert S. Doctor ad quæst. 68 et 69 in quibus art. 2 et octavo majori devotioni tribuit majus augmentum gratiæ. Unde quando docet quod satisfactio auget gratiam sensus est, vel quod eam augeat ex opere operantis, ut dicebamus : vel quod augeat extensive ad eum sane modum quo actus exterior auget bonum, vel malum, quin actus exterior addat malitiam, vel bonitatem actui interiori.

difcÿ tri

d.t u i

J

Jh

j

i

j

I

D.T

123. Si autem inquiras : Quid ergo praestat satisfactio ? Respondetur ex eodem S. Doctore ubi supra quod *pœnitens per satisfactionem consequitur perfectum effectum gratiæ peccatum abolentis* ion augmentum extensivum a nobis dictum) *quia liberatur totaliter a reatu peccati.* De quo fusius suo loco.

Inter». gatîô. Resfi-s». D.Tb»

Hinc secundum , quod obtrudebatur , clare evanescit. Quia cum satisfactio supponat, el Sacramentum, et totam gratiam Sacramenti; si forle in ejus adimpletione, vel ante pœnitens in peccatum ruerit, non idcirco eam peragendo sacrilegii reus erit, siquidem nullum re ipsa conficit Sacramentum satisfaciendo, Quinimo bene agit adimplendo præceptum, quo adstringilur eam exequendi. Non esi ergo caput, unde sacrilegii arguatur satisfactioni in peccato incumbens, quin ad eam monendus est, ut citius a peccato resurgat, el iram Dei in se concitatam in misericordiam, et lenitalem ilectat : *afflictiones enim pœnitentiæ,* ut inquit D. Greg. lib. 3, in 1 Reg., *ad delenda peccata tum demum, idoneas sunt, cum sacerdotis fuerint judicio imperatas.*

Uber*? resp» siK

B-Gres-

DUBIUM III.

Quasnam sit Pœnilenliæ definilio? et pro quo supponat?

Eψ)5ï· dabii.

124. Duo conjungimus in hoc dubio, quæ ex dictis facilem vindicant expeditionem ; quocirca potius supponenda, quam ventilanda essent, nisi peregrinæ aliquorum positiones (quibus vel ipsa prima principia, inter quæ accenseri debebat rei definitio , lubrica reddunt) , in oppositum cogeret. Non enim sat ducunt in conclusionibus illatis, seu inferendis dissentiri, nisi usque ad ipsas rerum essentias, et prima elementa regrediantur : unde eam sibi quisque definitionem cudit, easque regulas bonæ diffinitionis conflat, quas sibi proficuas ad propriæ opinionis fulcimentum autumat ut tract, de Sacrament, in genere disp. 1, dub. 3 praemonuimus, et in qualibet disputatione experientia edocemur- A quo procedendi modo hactenus abstinuimus, et in posterum abstinere curabi. mus, eas rarum diffinitiones, illasque bene diffiniendi regulas retinentes, quæ solum antiquis doctoribus, maxime D. Thomæ arrisisse conspeximus, et apud ipsos magis probatas invenerimus.

happa-

Porro omnibus illis conditionibus, loco nuper citato expheatis impræsentiarum præmissis, ut primam difficultatis partem expediamus, supponere volumus unitatem nedum specificam, sed etiam numericam hujus Sacramenti, quas egregie statuit ac probat D. Thomas 4, dist. 22, quæst. 2, art. 2, quæstiunc. 1, contrit aliquos sui temporis eas relegantes ob plures actus eosque specifice distinctos, tam ex parte pœnitentis quam ex parte Sacerdotis in ejus administratione concurrentes. Hoc tamen illorum rnotivum nullius esse roboris ostendit S. Doctor sequenti discursu tanti ponderis, ut jam nullum inveniamus, qui ei non suffragetur. Etenim quoties aliquis effectus procedere petit, et reipsa procedit ex pluribus in unum coeuntibus, tunc nulla earum est causa per se divisive ab alia; sed omnes sunt una causa, et talis censentur, sicut patet detrahentibus navem : sed remissio peccati actualis, qui est proprius effectus Pœnitentiæ, petit procedere et de facto procedit ex actibus pcenilentis, et Sacerdotis absolventis : ergo omnes isti actus censendi sunt una causa totalis, et per modum unius influentis in praedictam remissionem. Consequentia legitima est. Majorem præter exemplum illi insertum a D. Thoma, convincit aliud principium non minus certum ex doctrina Philosophi, et a S. Doctore pluries usurpatum : quoniam ubi sunt plura propter unum, non tam dicenda sunt plura, quam unum, in quem ut in finem collimant, et a quo mutuantur speciem formalem, quidquid sit de diversitate materiali, qua in esse rei, et inter se collata potiuntur, ut constat in pluribus actibus ejusdem potentiæ, habitus, vel virtutis, inter se satis dissitis, formaliter tamen unicam speciem tribuentibus potentiæ, habitui, vel virtuti : quo pacto non plures, sed unum sunt in specificando. Minor etiam liquet; quandoquidem nec soli actus pœnitentis , nec solæ actiones absolventis assequuntur gratiam remissivam peccati, sed omnes simul debent concurrere, ut sit Sacramentum, et ut effectus Sacramenti sequatur : ergo quidquid sit de eorum pluralitate, et distinctione in esse rei, sicut constituunt in significando unum, et idem formaliter signum, ita et eodem modo in causando non constituunt nisi unam numero causam : *quia Sacramenta* (concludit S. Doctor) *efficiunt signando : ideo etiam omnia habent rationem unius signi, dum unumquodque incomplete significat illum effectum, el propter hoc omnia sunt unum Sacramentum.*

Ahquo-rr""

D.Thom.

His itaque unitatibus sive specifica, sive numerica citra controversiam in Pœnitentiæ Sacramento constitutis. Quia rursus duplici subest considerationi ; physicæ, qua ratione ejus partes physicas, vel quasi physicas dumtaxat consideramus ; et metaphysics, quomodo genus et propriam ipsius differentiam attendimus, duplicem ei oportet assignare diffinitionem, ut ejus es-

D.ihoa.

sentit ex umni capite. quantum fas est, maneat explicata. Indesit

fhtpkx Paniteidiæ definitio ft etnum *cxplicalio.*

Pnina sio.

125. Dicendum est primo quidditalem hujus Sacramenti physice acceptam recto explicari per hoc, çnod jïî *confessio dotorvsa oris cxhri.s fada sub pificripta* tertorum forma. Ita communiter discipuli D. Tbofttæ in præsenti : a quibus non discod-.t Arauxo dicens rsse couq*otitum* c.r *aclifus pœnileidis cum legitima absolutione* sflrrrrfotfs ; quia reipsa idem ac per primam significare intendit, licet deficiat a rigore definiendi concreta artificialia. seu accidentalia, qualem præscribunt Logici. Quocirca primam ut formaliorem, et arti confutmiorem amplectendam censemus.

Au ·λo.

Ratio.

N. Complui

Et ratio est : quoniam, ut docent communiter discipuli D. Thomæ, et bene explicant N. Complut, in logica cap. de Genere, in definitione concreti accidentalis materia collocatur loco generis, et in recto, forma vero vice differenti®, et in obliquo : sed Sacramenta sunt concreta accidentalia : ergo eorum materia obtinet in eorum definitione physica rationem generis, et forma rationem differenti®. Cum ergo ex dictis constet dolorem sensibiliter manifestantem dolorem internum media confttsione esse materism propriam, et proximam hujus Sacramenti, absolutionem vero legitimi Sacerdotis esse formam; plane consequitur optime, et artificiose definiri hoc Sacramentum per hoc quo l *sil confessio dolorosa citerius facta sub præscripta verborum forma.* Quoniam per eas dictiones, *confessio dolorosa exterius facia :* exp'icatur tum actus internus doloris, she sit contritio, sive attritio, quarum quaelibet sufficit ad valorem Sacramenti; lum e iam ipsa confessio exterior, quæ sunt duæ partes essentiales hujus Sacramenti ex pane materiæ se tenentes ut constat ex hactenus dictis. Per illam autem particulam, *sub præscripta verborum forma,* significatur absolutio legitimi sacerdotis, qua essentialiter completur judicium, et perficitur Sacramentum. Unde etiam agnoscitur ncc superflue, nec diminute in ea procedi, quod est præcipuum bon® definitionis pra - cepium.

Objcc- ùo.

126. Sed objicies primo, Sacramentr.m non est compo&itmn physicum, sed morale. Compositum autem morale non admittit physicam diffinitionem, sed dumtaxat muralem : ergo nec Sacramentum, atque ideo inane prorsus est illi definitionem physicam affigere, et regulas home definitionis pro accidentibus physicis observare.

Respondetur ad objectionem concedendo Majorem in sensu superiori volume tract. !e Sacramentis in genere disp. 1, dub. 2, 3. explicate, negando Minorem, cujus evidentem falsilatein satis superque ostendunt diffinitiones juxta rigorem dialecticum ib: iradita', et quæ passim de rebus muralibus a Theologis tradantur. Unde si reliqua Sacramenta, quantumvis entia moralia sint strictam ac juxta regulas diffinitionem admittunt, non est vel apparens dispareatis ratio in hoc Sacramento cujus unitatem specificam et numericam statuimus, et ex D. Thoma firmavimus initio hujus dubii.

u^]

127. Secundo et melius replicabis, extra iita diffinitione sequi ab.-olutionem solum in obliquo, non autem in recto esse partem hujus Sacramenti. Consequens et est in se falsum, et hactenus dictis min:me cobærens : erco tradita definitio admittenda non est. Sequela constat : quia cum deliniio, ut bona sit, debeat explicare naturam, et essentiam rei, eo prorsus mo.lo quo aliquid explicatur per diffiuitionem, pertinet ad essentiam rei définit® : sed a' - lutio in praejacta definitione explicatur in obliquo non autem in recto : ergo solum i; obliquo, non vero in re·.lo pertinet ad essentiam hujus Sacramenti.

Alien ûbjottt

Rorpcndetur ad hanc replicam negando sequelam majoris, quam non evincit illius probatio : quia lice·, definitio explicet quidilitatem rei. non eodem inoio res constituitur, ac explicatur per definitionem : siquidem constitutio regulatur penes id quod quis habet in esse rei ; definitio vero penes modum concipiendi, et significandi. Et non semel aliter se babet res in se, ac a nobis concipitur. et explicatur, de quo plura suppetunt exempla, cuique obvia. Et ne longius evagemur, constat in Baptismo, cujus forma sunt ea verba : *Ego le baptizo,* etc., cum tamen in ejus physica diffinitione non importentur nisi in obliquo : *Baptismus enim est ablutio exterior, facia sub præscripta verborum forma ;* ut communiter illum definientes docent. I :em cernitur in omnibus aliis concretis accidentalibus, et artificia ibus, in quorum physicis diffinitionibus materia ponitur loco generis, et ipsa forma farina vel accidentalis, vel artificialis loco differenti®; non enim est statua, nisi ligmnn, vel les sub tali, ve) tali figura. Ex quo nullus infert figuram statua; non constituero in recto ipsam statuam ; quin est lota ejus essentia. In quo dilfert u forma artificiali sacramental is, quæ non est lota essentia physica illius, sed dumtaxat pars essentialis, et potior ipsius Sacramenti.

Solui* I

128. Dicendum est eecur.do omnium optimam hujus Sacramenti diffinitionem me-Upliysicam esse hanc : *Pœnitentia est Sacramentum novæ legis significans gratiam remissivam peccati actualis post Baptismum.* Quod enim sit bona diffinitio constat, quia exacte explicat essentiam hujus Sacramenti, prout ab aliis differentis, et cum eo convertitur. Aliunde vero traditur per immediatum genus, quod est ratio *Sacramenti* omnibus aliis Sacramentis communis. et per propriam ipsius differentiam, nimirum quud sit remissivum peccati actualis post Baptismum, in quo ab omnibus illis differt : est ergo recia, et artificiosa illius diffinitio. Quod vero sit omnium optima, ut asseruimus, non aliter, nec melius probari potest, quam ab aliis traditas in medium adducendo, ut ipsæ seipsas prodant, et illarum collatio sit verior nostra diffinitionis probatio, et uberior approbatio.

i te

129. Et ut ab antiquiori incipiamus, Scotus in 4, dist. 4, ita Poenitentiam diffinit : *Est absolutio hominis pœnitenlis factu c-rlis verbis, cum debita intentione prolatis a Sacerdote jurisdictionem habente ex institutione divina efficaciter significantibus ablutionem animæ a peccato.* In qua ipsamet verborum prolixitas ejus ineptitudinem manifestat : quoniam ut docuit Aristoteles I. post text. 5 : *Definitio debet esse brevissimii communis animi conceptio,* et Cicero lib. 4 Rhetoric, tenuit debere *esse brevem, circumscriplamque rei explicationem,* a quorum quolibet longissime abivit Scotus in a se proposita definitione ut patet. Praeterquam quod diminutissime alias processit excludendo, vel reticendo materiam proximam hujus Sacramenti, pro qua stant uniformiter Concilia et Patres docendo omnia Sacramenta constare ex materia, et forma, ut supra vidimus.

ı

!.^.

130. Succedit Suarez in præsenti disp. 18. sect. 2, η. 9, hanc diffinitionem formans : *Est compositum morale, seu artificiali constans ex actibus pernitentis, ct verbis sac' i dolis, institutum ad significandam , et conferendam gratiam remissivam peccati post Baptismum commissi.* Hæc tamen magis videtur sapere politam rhetorice descriptionem, quam methodicam etscientiiicam definitionem ; quippe quæ non fert eam congeminatam verborum disjunctionem omnino superfluam, et quantum fas fuerit, vitandam, ut nuper audivimus ab Aristotele, et Cicerone, a quibus præcepta recte definiendi accepere omnes Scholastici. Deficit etiam api onendo loco generis illam dictionem. *Compositum morale, seu artificiale,* (in quo etiam labitnr Arauxo, ut supra innuimus , quia icet verum sit quod omnia Sacramenta sint composita, et moralia, et artificialia : ratio tamen compositi non convenit illis ex parte formæ totalis, quæ est s.icramentalis significatio, sed ex parte, «ubstracii ipsius significationis. Quamobrem proprium et proximum genus Sacramentorum non est ratio *compositi :* sed ratio *signi* ut oculatissime observavit Angelicus Praeceptor supra quæst. 60, art 1, dicens : *Specialiter autem nunc loquimur dc Sacramentis, secundum quod important habitudinem signi, el secundum hoc Sacramentum ponitur in genere signi.* Unde per rationem *signi,'* non vero per rationem *compositi* definienda sunt.

Quod forsan præsentiens P. Suarez aliam regulis conformiorem in fine illius numeri 9, tradidit definitionem, addens : *Dicemus ergo hoc SacrameMum esse confessionem legitime· in foro pœnitentiæ faciam, el absolutione judicis formatam.* Hæc tamen definitio vitavit quidem prolixitatem primæ, se ' v-vasit diminuta, nullam faciens mentionem doloris ; confessio enim non dolorem exprimens, sed historice referens non e-t pars hujus Sacramenti, nisi forte illum voluerit exponere per eas particulas, *legitime in foro pœnitentiæ faciam :* quod non est facile creditu. Sed sit ita ; non evasit aliud vitium prorsus a bona definitione ablegandum nimirum quod definitum ipsum ingrediatur suimet definitionem, quod est contra regulas Etenim per illa verba, *in foro pœnitentiæ,* nihil aliud vide-l tur in cognitionem venire, quam ipsum Sacramentum Pœnitentiæ. Quid namque est aliud *forum pœnitentiæ,* quam judicium exercitum in Sacramento Pœnitentiæ? Et quid aliud est judicium exercitum in Sacramento Pœnitentiæ, quam intransitive ipsummet Sacramentum Pœnitentiæ ? Commisit ergo nugationem idem per se ipsum

definiendo, cum sensus sit, Sacramentum Pœnitentiæ *est confessio legitime facta in Sacramento Panilenlia·.* Ne autem quis obtendat se gessisse P. Suarez ut Theologum, ad majora conversum et puerilia rudimenta non curantem ; non vero ut dialecticum, consulat ipsummet in citato loco cujus principium est : *Ultimo concluditur ex didis Sacramentum Pœnihnliæ dialectico more loquendo, etc.*

Dicastiilo îlbpn–gnat.

131. Aliam duplicem diffinitionem tradit Dicastillo, sed nun undequaque conformem tract. 8 de Sacrament. Pœnitentiæ, disp. 4, dub. 3, n. 24. Prima, eaque metaphysica per genus et differentiam metaphysicam, ut ipse loquitur talis est : *Est signum efficax gratis remissive peccati post Baptismum commissi.* In qua non est quod duplicat, nisi quod assumit genus intermedium qualis est ratio *signi,* non vero proximum, quod est ratio *Sacramenti.* Diffinitiones autem, quantum res permiserit, per genus proximum, et immediatum, non vero per subahernum, et mediatum tradendæ sunt : hac enim via melius explicatur quidditas specifica rei diffinitæ. Cum ergo ratio *Sacramenti,* sit conceptus immediatus, in quo omnia Sacramenta univoce conveniunt, supra quam est ratio signi, melius collocatur ad diffinitionem cujuslibet Sacramenti ratio *Sacramenti,* quam ratio *signi :* sicut melius definitur homo per hoc quod *sil animal rationale,* quam per hoc quod sit *corpus rationale.* Undo merito ipsemet Dicastillo immediate subjecit : Fef ii *mavis, est Sacramentum remissionis peccati per modum judicii.* Cui si adjecisset : *actualis post Baptismum* ad particulam *peccati,* evaderet omnino perfecta definitio nihil a nostra differens. Dum tamen illa verba non addidit, imperfecta remansit non explicans propriam materiam hujus Sacramenti, quæ est peccatum actuale post baptismum.

Altera ejusdem definitio displicet.

Non ita placet secunda definitio physica immediate apposita, quæ est hujusmodi : *Est Sacramentum in quo peccata rite confessa per legitimam absolutionem Sacerdotis injuncta panitenlia remitluntur.* Quia definitio physica debet assignari per partes physicas, et non per metaphysicas, ne confundantur partes physicæ, et metaphysicæ, et similiter definitiones : sed ratio *Sacramenti* non est pars physica pœnitentiæ, sed conceptus genericus metaphysicus illius : ergo non bene apponitur in diffinitione physica. Nec insuper observat regulam recio definiendi concreta accidentalia, in quibus materia, val subjectum ponitur loco generis. Ratio autem Sacramenti non est subjectum aut materia Pœnilentiæ , sed conceptus génénions per modum totius potenlialis continens sub se omnia Sacramenta. Præterea superfluit illa dictio *injuncta pernitentia,* cum absque ejus impositione salvetur essentia hujus Sacramenti, ut constat in moribundo, et aliis casibus occurrentibus, et exigentibus absolutionem ministri absque injunctione pœnitentiæ, quos inter ipsummet Dicastillo admittere infra videbimus.

G de

132. Eisdem subjacet defectibus, quam exhibet Granados de Pœnilentia controv. 7, tract. I, disp. 2, per hæc verba : *Ptrnitentia est Sacramentum nove legis constans cx actibus pernitentis, et absolutione sacerdotis, confercnsque gratiam, qua peccatum post baptismum commissum remitti possit.* Hæc autem definitio partim est metaphysics, quatenus prima particula, subit rationem generis, et revera ita est, ut constat ex dictis. Partim vero physica, in quantum declinat ad partes physicas, vel quasi physicas hujus Sacramenti, easque collocat vice differenti®. In quo deficit a regula recte concreta accidentalia definiendi, juxta quam materia, et quæ vicem illius gerunt, loco generis collocari debent : quod in hac definitione non observari manifestum est. Quapropter tam istæ, quam aliæ annumerat® diffinitiones potius inter descriptiones, quam inter strictas, et juxta regulas artis definitiones accenseri debent. Quo contra se gessit Angelicus Doctor in hoc primo articu o, miro artificio concludens Pœnitentiam esse Sacramentum significans gratiam remissivam peccati actualis post Baptismum, ut constat ex syllogismo quem format ad probandum esse Sacramentum. Etenim Sacramentum non est aliud, quam res gesta significans gratiam, ut constat ex Gregorio : sed Poenitentia est res gesta ex parte pcenitentis, et Sacerdotis, et significat gratiam : ergo Poenitentia est verum Sacramentum significans gratiam, non qualemcumque, sed remissivam peccati actualis post Baptismum. Minorem probat S. Doctor : nam pœnitens per ea, quæ facit, et dicit, ostendit cor suum a peccato recessisse : similiter etiam sacerdos per ea, quæ agit, et dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata, non qualiacumque, sed sacerdoti manifestata, quæ sunt peccata actualia. Ex quo immediate

Repd tût

diato consequitur gratiam per hoc Sacramentum significatam esse medicinalem, ac remissivam peccati actualis post baptismum quod solum cadit sub confessione, et consequenter Pœnitentiam esse Sacramentum remissivum peccati actualis post Baptismum, seu (et in idem recidit) significans gratiam remissivam illius. Quæ est legitima illius definitio melaphysica eruta ex visceribus doclrinæ hujus articuli

§ II.

Pro quo Pernitentia supponat, ostenditur.

1JW- 133. Ut secundam dubii partem de se non arduam, sed aliquorum dictis satis implexam, decidere, et in lucem eruere valeamus, duo præmittenda duximus superiori volumine tract, de Sacramentis in genere disp. 2, dub. 2, n. 15, et n. 38, jam indicata, hic autem apprime opportuna. Primum est in hoc Sacramento (et eadem est ratio in aliis) duplicem formam reperiri ; aliam totalem, et adæqualam totius Sacramenti, quæ proinde supponit tam materiam, quam formam, quas hactenus recensuimus. Hæc autem non est aliud, quam ipsamet Sacramentalis significatio, seu relatio signi ex institutione divina significantis gratiarn medicinalem pro - pnam, Pœnitentiæ. Cum enim nec sola materia a pœnitente apposita, nec sola absolutio a Sacerdote exhibita sit integrum Sacramentum, sed utraque conjuncta illud adæquate constituat, planum est relationem signi, seu (quod idem quoad præsens est; significationem Sacramenta lem nondum intelligi, donec intelligatur fundamentum proximum prædictæ relationis, quod est artefactum consurgens ex actibus pcenitentis, et absolutione Sacerdotis. Id quod satis liquet in compositis naturalibus, et artificialibus : non enim humanitas, quæ est forma totalis hominis, consurgit nisi ex unione materiæ cum forma, nec figura domus, quæ est forma illius adæquata coalescit ex quolibet cubiculo, sed ex omnibus partibus ipsius domus simul sumptis.

Alia est forma partialis, illa nimirum quæactuat materiam sui compartem, qualis est in præsenti absolutio. Hæc vero dicitur forma partialis, non quia non constituat cum alia compacte materiali Sacramentum adæquate, ad eum sane modum quo anima rationalis se habet respectu hominis, quo sensu supra statuimus non esse plures partiales formas in hoc Sacramento. Sed ideo ita nuncupatur, quia comparative ad significationem Sacramentalem, quæ est totalis forma, sicuc humanitas respectu hominis, et forma domus respectu ædificii, est vera pars partialiter cum materia constituens integrum subjectum, et fundamentum significationis, seu signi Sacramentalis.

134. Quo fit primo, duplex intercedere liinio Concretum : alterum coalescens ex materia prima et absolutione, quæ est forma directe cadens supra materiam : alterum vero consurgens ex forma et materia simul sumptis, et relatione signi Sacramentalis. Fit se- Illatio eundo itidem duas esse significationes dis- secunda tinguendas : unam quæ convenit formæ, seu verbis per ordinem ad materiam, et exprimitur illis verbis : *ego te absolvo,* quibus enodatio a peccati nexibus indicatur : aliam vero, quæ est propria totius Sacramemi, et idcirco dicitur Sacramentalis, quia nimirum supervenit ad materiam et absolutionem. Et est relatio signi ad placitum ex institutione Christi, duo importans, unum alteri prævium, et denominationem extrinsecam, et formam rationis, ut constat ex dictis de Sacram, in genere disp. i, dub. 1, § 3. Harum autem prima significatio propria formæ, quamvis sit formalis per ordinem ad materiam, quam determinat, et moraliter afficit; dicitur tamen, et revera est fundamentalis relate ad significationem Sacramentalem, quæ est forma vel quasi forma totalis ipsius Sacramenti, et qua ultimo completur signi Sacramentalis ratio. Et constat a simili artificiali naturalis, in quo et tectum, et cubicula suis constant figuris partialibus sibi propriis; cum tamen hæ omnes conveniant, ut ex eis, vel, ut proprius loquamur, cum eis consurgat tota, et completa domus figura. Idem liquet in statua, et in quolibet alio composito artificiali ex partibus etherogeneis coalescenti.

135. His, quæ ita nostro judicio sunt Secunda perspicua, ut in dubium reduci non pos- ζψ/ïθ0' sint, addimus secundum magis abditum, sed non minus certum : nimirum in concretis accidentalibus, qualia esse Sacramenta nemo ambigit (quidquid sit de substantialibus nostra non referentibus) aliud esse suppositionem a significatione, id est pro alio supponere, et aliud significare, siquidem supponunt pro subjecto, seu materia, et significant formam accidenta-

loin vel naturalem, vol artificialem juxta concretorum diversitatem. Hanc tamen distinctionem vel non admittunt, vel rejiciunt communiter recentiores extra scholam D. Thomæ, ut videre est apud ipsos, præcipue vero Lugo in præsenli disp. 12, sect. I, ubi inquirit : *importetur in recto per Sacramentum Panitenlix?* Ubi nihil certi statuit, sed ad voces omnia reducens modo significationem cum suppositione confundit, modo ampliat, modo restringit, et tandem omnes dicendi modos in concordiam reducit, quin aliquid fixum inde eruere possimus, nisi quod potuerit significari in recto materia, et in obliquo forma; et vice versa, et omnes paries simul sumptæ, et aliqua illarum, prout cumque libuerit Poenitentiam concipere, et ejus partes significare.

136. Hoc tamen illius, et aliorum in hac parte posthabito judicio, magis credendum est aliis gravissimis, et omni exceptione majoribus Theologis inter quos eminent D. Augustinus et I). Thomas, qui certum modum, ac fixam regulam circa concreta accidentalia constituunt quoad suppositionem, et significationem, constanter docentes pro uno supponere, et aliud significare, ut jam videbimus, et ratio suadet : quoniam suppositio est proprietas termini propositionis; significatio autem convenit nominibus independenter a propositione : quamobrem differre debent, et non pro eodem usurpari. Nam ut docet Philosophus cap. de substantia, *nomen albi nisi qualitatem nihil significat* Quo respiciens Ang. Doctor, in 1, dist. 18, quæst. 1, art. 2 ad 3. d.-xit : Subj ctum non includitur in significatione nominis significantis accidens concretive. Et ratio est evidens : quoniam ut docent N. Complut. in Log. disp 4, quæst. 3, hæc prædicatio est in materia contingenti , et omnino accidentalis : *homo est albus :* ergo etiam significatum formale illius, est homini accidentale : si autem significatum non esset albedo, sed ipsum subjectum, prie licatio non esset omnino accidentalis, sed vel essentialis omnino, vel ut minimum mixta ex essentiali, et accidentali, quod est inauditum. *El ideo* Iverba sunt j) Thomæ 7 Metaphys. lect. 1) *unumquodque talium nominum, qux significant accidens in concreto, videntur importare prxdicamenlum substanlix : non ita quod prxdicamenlum substanlix sil pars significationis talium nominum : album enim ulvi prxdicamenlii dicitur, solam qualitatem* st *gnificat : sed* in *quantum hujusmodi nomina significant accidentia ul inhxrenlia subs· iantix.*

137. Porro suppositio convenit terminis accidentalibus per ordinem ad subjectum, ex quo habent osso, el cui inherent, ut constat ex ultimis verbis D. Thomæ modo relatis, et liquet in qualibet praedicatione accidentali. Quando namque asseritur vel album currere, vel musicum disputare, cursus vel disputatio non tribuitur aut albedini, aut mu?icte, sed subjecto albo, vel musica pro quo stat suppositio, el cui applicatur vel cursus, vel disputatio. Similiter quando dicitur hominem esse album, albedo applicatur homini, ex quo albedo habet substerni aliis prædicaiis, non vero ipsimet albe.lini. alias esset propositio identica, et non formalis. Unde allium significat *albedinem* in subjecto, pro quo, et non pro albcdiue supponit. Quod alte callens D. Augustinus, et ad rem nostram aptissime, applicans tract. 15, in Joannem cap. 4, asserit quod *Baptismus est tinctio in aqua verbo vile sanctificato.* Quem imitatus Angelicus Præceptor in 4. dist. 3, q. 1, dixit: *quod Baptismus simpliciter est in genere ablutionis, sed secundum quid, scilicet inquanlum est Sacramentum, est in genere relationis,* ex parte nimirum significationis. Et rationem tradit S. Doctor : quoniam artificialia non ponuntur in genere ex forma simpliciter .significata. sed ex materia, non enim dicimus quod domus sit absolute io genere qualitatis, niri ex parte figuræ, sed dicitur absolute esse in genere substantia?. pro quasial suppositio, et non pro forma, seu figura domus.

138. Hinc jam haud arduum est veritatem elicere, et principia tradita, quæ universalia sunt, nostro instituto applicare. Unde asserendum exisiimamns, quod si fiat sermo de primo concreto primaque significatione, coalescentibus ex actibus pœnitentis, et absolutione Sacerdotis dumtaxat; Poenitentia supponit in recto pro actibus pœnitentis, et in obliquo pro absolutione Sacerdotis, et ita eam definivimus £ proxime antecedenti cum communi Thomis:arum. Et ratio ex dictis est clara, quoniam concreta accidentalia significant formam nudam, supponendo pro materia, ct subjecto : Sed Poenitentia est concretum accidentale; ergo ita debet significare formam, quod supponat pro materia ipsius propria. Hæc autem non est aliud aliud quam actus ipsius pœnitentis sæpius enumerati ; forma vero net absolutio : ergo Pœnilentia supponit in recto pro actibus pœnitentis, et in obliquo connotai formam, a qua determinantur ct complentur.

Et confirmatur : quoniam concreta artificialia, ad quorum instar se habet hoc Sacramentum, significando artificiosam formam non supponunt pro ea, sed pro materia, in qua introducta est forma, ul patet in artelaclis, ct exemplis supra productis : ergo similiter Poenitentia ita significabit absolutionis formam, quod pro ea non supponat in recto, sed pro materia, quæ sil illi propria, quales sunt actus pœnitentis.

139. Si vero redigatur sermo ad secundum concretum, ob eandem prorsus rationem, tenendum est hoc Sacramentum supponere in recto pro actibus pœnitentis, et absolutione sacerdotis simul sumptis, et importare in obliquo significationem Sacramentalem, quæ est veluti forma totalis hujus Sacramenti. Fundamentum hujus assertionis est omnino idem cum praecedenti. Quoniam concretum artificiale supponit pro substracto significando formam propriam per ipsum significatam : sed proprium et adaequatum subslractum significationis sacramentalis, seu totalis sunt actus pœnitentis, et absolutio Sacerdotis simul snmpti, et uniti : ergo pro eis simul sumptis, et unitis supponit hoc Sacramentum in secunda consideratione acceptum.

Confirmatur, et explicatur urgendo instantias et exempla adducta. Quoniam subslractum adæquatum totius domus, vel statuæ non est hæc, aut illa pars determinata, puta tectum, pectus, vel quid simile, sed omnes ejus partes simul sumptæ, cum quibus figura domus, vel statua consurgit, ut testatur experientia : ergo hanc analogiam servando in Sacramentis, quæ ex beneplacito Dei constat esse concreta accidentalia, palam deducitur subslractum proximum, et immediatum significationis Sacramentalis non esse nec solos actus pœnitentis, nec solam absolutionem Sacerdotis, sed hanc, et illos in unum coalescentes. Atque ideo attendendo ad regulam suppositionis traditam concretorum accidentalium, suppositio non stat pro uno, aut allero divisive, sed pro omnibus simul sumptis, quo pacto, et non aliter subsunt significationi sacramentali.

140, Si autem inquiras, quid dicendum sit absolute, et sine restrictione loquendo? Despondemus breviter, absolute loquendo hoc Sacramentum supponere pro actibus pœnitentis in recto connotando absolutionem in obliquo, ut constat ex diffinitione supra constituta. Et raiio est quia absolute loquendo nec Concilia, nec Patres formæ hujus totalis meminere. sed Theologis explicandam detulerunt, unde consequenter docent omnia Sacramenta ex materia, et verbis ut forma constare, quin ad Sacramenti aliCujus constitutionem opportunam judicaverint eam significationem Sacramentalem nimis abditam, et fidelium eruditioni non nimis necessariam. Quocirca in præsenli sicut nomine Sacramenti Pœnitentiæ non intel–ligimus Catholici, nisi concretum ex actibus pœnitentis, et absolutione legitimi Sacerdotis; ita non asserimus, nec asserere debemus supponere pro alio, quam pro actibus pœnitentis, ut subsunt absolutioni Sacerdotis, sicut statua non supponit nisi pro ligno, vel argento ut subest tali, vel tali figuræ. Recolantur quæ diximus de Sacram, in genere locis supra allegatis.

Contra quam doctrinam nihil opponit Vasquez oppositam tenens juxta regulas quas ipsemet sibi cudit absque alio duce. Unde non est cur eis' moremur. Sit ergo

DUBIUM IV.

Utrum actus pure naturales pernitentis sint materia sufficiens Pœnitentiæ ?

Ut hanc disputationem, et quæ in hoc primo articulo docuit D. Thomas, omni ex parte absolvamus, opere pretium censuimus præsentem excitare, ac decidere difficultatem. Cum enim ostensum sit actus pœnitentis esse materiam proximam hujus Sacramenti, sine quibus proinde ejus essentia subsistere nequit, illico pungit animum inquirere, utrum illi actus debeant intra ordinem naturæ contineri, vel ad supernaturalem elevari ?

Status difficultatis aperitur.

141. Nomine elevationis non intelligimus eam, qua Sacramenta sicut instrumenta Dei indigent ad producendam gratiam, tum quia hæc est communis omnibus aliis Sacramentis ; tum quia de hac nulla

est quoad præsens specialis difficultas, utpote pertinens ad tractatum de Sacramentis in genere, ubi eam discussimus, et vindicavimus. Unde quæstio pnesens devolvitur ad actus ipsos pœnitentis quoad entitatem consideratos, omnino indepenlenter ab elevatione supervenienti. Urgetque dubitandi rationem aliquos intercedere actus pœnitentis proxime ad Sacramentum se habentes. quos citra ullam controversiam ad ordinem pertinere naturalem nemo ambigit, quales sunt externa verborum prolatio tam ex parte ipsius pœnitentis. quam ex parte Sacerdotis absolventis, et cæteri actus externi, qui ex sua specie, et quatenus a suis principiis proxime elicientibus ortum ducunt, naturalem ordinem non transcendunt. Quocirca si quam supernaturaliiaiem quis velit ipsis adscribere, ea profecto dumtaxat erit pure extrinseca, et ex parte radicis, seu principii extrinsece tantummodo dirigentis, et ordinantis in finem supernaturalem ; non vero intrinseca et entitativa.

Idemquecensmmus tract, de Fide disp. 5, dub. 2, § 5 'et modo judicamus de intentione interna tam suscipiendi, quam ministrandi Sacramenta; quippe quæ est generalis conditio ad omnia ea rite, et recte conficienda. Ibi namque universaliter statuimus nullum actum vere supernaturalem posse contrahere deformitatem malitiæ, nedum ex parte operis, sed neque etiam ex parte operantis, ut aliqui, nec contemnendæ authoritatis, arbitrabantur. Cum vero vel ipsa experientia constet intentionem vel suscipiendi, vel ministrandi Sacramenta non semel ob distortum finem inanis gloriæ, lucri, vel alterius labis vitiari ; plane consequitur eam intentionem ex sua specie neutiquam in ordine supernatural! collocari, sed intra naturæ ordinem adæquate contineri. Quapropter tantummodo directive, aut regulative ordinem supernaturalem attingit. A qua doctrina non excipimus intentionem hoc Sacramentum suscipiendi ob inanem gloriam vel alium finem venialiter pravum; dummodo talis intentio præsupposilive, et omnino concomitante!·, seu materialiter se habeat ; quin ejus deformitas quoquo modo refundatur in attritionem, el cteteros actus proxime concurrentes ad absolutionem ; a quibus sicut non aufert veram rationem materiæ proxime, ita nec impedit valorem, et fructum Sacramenti, Suam. bene animadvertit Suarez in præsenti disp. 20, sect. 3, n. 5. Quad si contigerit eum finem veni&liter pravum inlluere in actus proxime ad fructum Sacramenti nisponentes, asserendum omnino est juxta principia loco citato constituta nullum in eo eventu fieri Sacramentum nec quoad fructum, nec quoad valorem, et essentiam. Non quidem quia peccatum veniale impediat, aut excludat gratiam, ut aliqui male obtrudunt, et obtendunt inter quos Sylvester verbo Confessio : Sylies- ter. Sow. § 7. quem impugnat Soto in 4, dist. 17, q. 3, art. 3; sed quia deficit vera materia ad Sacramentum exacta, nimirum dolor hones:us, et finem supernaturalem pertingens, ut infra magis declarabimus. In quo quidem non est aliquid durius, aut absurdius, quam in eo quod non conficiatur verum baptisma, aut vera Eucharistia, si non adsit verus panis triticeus, vel vera aqua naturalis, culpabiliter, vel inculpabiliter id contigerit.

142. Illis ergo actibus naturalibus ex parte pœnilentis suppositis, difficultati obnoxium est, an idem tenendum sit de aliis actibus proximis, ad Sacramentum se habentibus. Et quia inter eos potissimum sibi vindicat locum dolor, seu detestatio peccatorum, in qua ut docet D. Thomas D.Tbos infra quæst. 90, art. 3, ad 2, sicut in fundamento, et virtute continetur tota poenitentia, idcirco difficultatis pondus eo devolvitur, ut examinet : an dolor naturalis ex motivo naturali elicitus sit materia sufficiens hujus Sacramenti, necne ? I

Porro sicut Sacramentum stat dupliciter : vel quoad essentiam cum fructu, Dnplei accept Sacr> menlb nimirum gratia, qua ratione importat nedum integram constitutionem ex veris materia, et forma, sed etiam ipsam gratiam, et idcirco appellatur Sacramentum fructuosum : vel quoad essentiam, seu valorem, præscindendp a fructu, quo pacto tantummodo includit materiam, et formam, ut partes sui essentiales, et adæquate ejus essentiam constituentes, quin ex vi hujus considerationis fructum aut concernat, aut excludat quod ideo advertimus, ne hanc cum alia de Pœnitentia informi graviori difficultati obruamus) imo præscindit, et negative se habet. Consimiliter dupliciter possumus excogitare materiam proximam esse sufficientem : vel quoad Sacramentum fructuosum, seu gratiæ conjunctum : vel quoad essentiam, seu valorem. quidquid sil de ejus fructu, a quo præscinditur. Et utroque modo examinandam,

dam, ac decidendam assumimus clifiiculta-
tem, quæ bimembris est. Unit, an dolor
pure naturalis sit materia proxime suffi-
ciens ad Pœnitentiam cum fructu susci-
piendam? Altera et potior, an saltem suf-
ficiat ad rite quoad valorem recipiendum?

drb«(Verum enim vero ad quamlibet harum
sappotii. difficultatum, ut prorsus indubiam suppo-
nimus existentiam alicujus doloris circa
peccata in confessione detecta; qui si defi-
cerit omnino, nullum inde consurgeret
Sacramentum, sive ignoranter, sive scien-
ter id fieri contingeret. Et ratio est tum,
Trideat. quia, ut docet Concilium Tridenlinum
sess. 0 de *Justificatione,* et sess. 14 *de Sa-
cramento PamilenliiB,* ad hoc Sacramentum
necessaria est illa pœnitentia. quam quo-
vis tempore oportuit agere ad obtinendam
a Deo veniam, et consequendam, ac rein-
tegrandam cum eo amicitiam : sed ad hoc
nullo non tempore fuit necessarius dolor,
ut ibidemonstrat Concilium ex sacra pagina,
et SS. PP. ; ergo etiam modo debet inté-
resse ad veritatem Sacramenti, quomodo-
libet accipiatur. Tum etiam, quia pœni-
tentia se habet ad instar judicii, in quo
ipsemet pœuitens agit reum, delatorem,
ac promotorem contra seipsum, spe ve-
niam consequendi, et discissam societa-
tem cum Beo reineundi : quod quidem nisi
serio fiat, et cum animo finis assequendi,
futile et totaliter vanum est. Nequit au-
tem serio, et cum spe fieri ab illo quem
non pœnitet de culpa commissa, ut adhuc
in humanis constat : potiori ergo titulo
necessarius est dolor et detestatio ad re-
conciliationem cum Deo offenso. Tum de-
nique, quoniam historica narratio absque
dolore magis iram, quam veniam ciet. Quid
enim offenso iniurius delicti narratione,
quæ magis complacentiam, quam displi-
centiam redoleat, qualis est delictorum
absque illorum dolore detectio, et manifes-
Ch? tatio? Juxta illud Chrysostomi hom. 13,
super Matth. : *Non dolere, quia peccaveris,
magis indignari, atque irasci facit Deum,
quam illud peccatum, quod ante commi-
seris.*

?Ss1· 143. Quocirca recte P. Suarez opposi-
tum aliquibus tribuens, ut temerarium,
et improbabile rejicit ubi supra sect. 1,
quin obsit illorum effugium obtendentium
sufficere confitentem dolere de eo ipso,
quod vere de peccatis non doleat. Contra
quod stat : nam dolor ille de non dolore
vel est aliquis verus dolor circa peccata,
vel non ? Si hoc secundum asseratur, neu-
tiqnarn est sufficiens rnateria Pœnitentiæ,
ut constat ex Tridentino exigente dolorem,
et detestationem peccatorum T et docet
D. Thomas infra quæst. 84, art. 5 et 7, nec- D.Thom.
non quæst. 85, art. 3, ubi tradit ad veram
pœnitentiam opus esse animo vero, et non
ficto compensandi; animus autem com-
pensandi originem ducit a dolore, et con-
tritione cordis, sine qua proinde vera
pœnitentia non erit, sed *inutilis,* ut eam
nuncupat D. August, de vera et falsa d. au-
pcenit. cap. 2, vel *ficta,* ut idem S. Doctor ?asu
declarat de Cathe. rud. cap. 17. Unde
quem dolere de eo ipso quod vere non
doleat in Pœnitentia, nihil aliud videtur
esse quam poenitere, quod non se ipsum
pœniteat, et consequenter fateri propriam
indispositionem, et carentiam maieriæ.
proximæ ad rite suscipiendum Sacramen-
tum. Hoc autem non sufficere constat in
aliis Sacramentis, et quod magis urget, in
matrimonio consensum postulante in quo
desiderium habendi consensum, si revera
nullus consensus sit de praesenti, neuti-
quam prodest ad veritatem Matrimonii.
Si vero affirmetur primum, nimirum do-
lorem illum quasi reflexum de carentia veri
doloris, quem illi comminiscuntur, esse
verum dolorem veramque peccatorum
detestationem, habemus intentum, et nos-
tra suppositio vel ipsorum judicio permanet
vera. Unde reliquum est, speciem,' et ut
ita dicamus, qualitatem illius doloris in-
vestigemus : An nimirum oporteat esse
supernaturalem? vel naturalis sufficiat?

144. Nomine autem doloris naturalis Dolor
nihil aliud quoad præsens intelligendum
venit, quam detestatio peccati, quæ sistat sii.
intra ordinem naturæ, et nullatenus super
naturalem attingat, quale est odium pec-
cati vel ob ipsius naturalem turpitudinem,
vel ob cum recta ratione dissonantiam, aut
alia motiva satis honesta, quæ plurima,
iisque nobiliora suppetunt, utputa quia
est contra Deum principium, et finem to-
tius ordinis naturalis, contra honestatem
virtutis, contra regulas prudentiæ, et cæ-
tera hujusmodi, quæ vel ipsos Ethnicos
non latuere, ut constat ex Seneca de se seueia.
asserente : *etiam si scirem hominem nes-
citurum, Deum ignoscilurum, adhuc non
peccarem.* Cum namque peccatum sit con-
tra inclinationem naturæ rationalis de se
in bonum honestum propensae, nedum im-
portat -deordinationem , et repugnantiam
circa supernaturalia, sed etiam circa, ipsa
naturalia, quæ vulnerat, hebetat, et detor-

quel, ut tract, de peccat, disp. I latius explicuimus : atque ideo intra hunc ipsum ordinem supersunt motiva satis efficacia ejus detestationis et quidem honesta*, ae laudabilis.

Debeat sapponi *«us fidei.eu·, gpp-ŋ qUjn

Nec ideo excludenhe sunt ab hac disputatione actus supernaturales fidei. et potius supponendi, ut omnino prærequisili ad omnia novæ legis Sacramenta, maxime vero ad hominis reconci-

Trideat. Catecb. Rom.

liationem cum Deo. quæ intenditur in hoc Sacramento, ut constat ex Concilio Tridenlino, et clare exposuit Caiechismus Romanns jussu Concilii editus part. 2. cap. 5, ubi assignat gradus, quibus ad veram poenitentiam ascenditur, videlicet fide, spe, ac timore ; id quod jam diu ante prcesli-

D.Tboro. terat D. Thoma ut quæstiones sequentes legenti constabit : Hi tamen actus, et si qui sunt alii, quos infra memorare necesse erit, sicut non sunt materia proxima hujus Sacramenti, ita remote se habent ad proximam elicientiam aliorum deservientium ad materiam proximam, de quibus est controversia. Cujus legitimus sensus est : An suppositis actibus fidei, spei, et aliis ordinis supernaturalis, quos in natura lapsa post Baptismum esse prerequisites nemo ambigit, al fructum et valorem hujus Sacramenti requiratur insuper dolor supernaturalis, qui est potior inter actus obeuntes rationem materiæ proximæ, et ut a faciliobus expediamur, sit

HI.

Doloris supernaturalis necessitas ad fructum Pctnilenliz monstratur.

Assertio PΠГÏB.

145. Dicendum est primo ad obtinendum fructum hujus Sacramenti necessarium omnino essa dolorem superuaturalem. Conclusio prout jacet, est adeo communis, et vera, ut nullum invenerimus, qui ei refragetur, nec mirum, cum videatur expresse tradita, et edocta a Concilio Tridentino sess. 14, cap. 4. Nec ex illis, qui longe ante Concilium scripsere, aut dolorem a ratio partis excludunt, uti sunt Scotistæ cum suo Magistro, ut supra vidimus, aliquis est, qui non assentiatur, quapropter catalogum aulhorum texere inutile arbitramur.

Coocik Trid.

i ratio 'dJu'

Primum, et plane efficax assertionis fundamenlum continetur in Con -ilio Tridentino ubi proxime, cujus doctrinam ad sequentiam formam reducimus. Nam ut Ponitentiæ Sacramentum sit fructiferum, seu ,quod in idem redit) gratia formatum, ex parte pernitentis unum e duobus desideratur. vel perfecta contritio, vel imperfecta qua' tamen excludat voluntatem peccandi, cum spe venite : sed utraquo earum est supernaturalis : ergo actus proximo requisitus ex parte pœnitentis ad obtinendum fructum hujus Sacramenti est supernamrails Consequentia constat. Præmissas docet ipsummet Concilium : majorem quidem distinguens duplicem contritionem : aliam perfectam, et charitale formatam, quæ tantæ est virtutis ut extra Sacramentum cum voto tamen illius, afferat gratiam, et excludat culpam : aliam vero non adeo nobilem utpote ex non ita perfecto motivo prodeuntem, quæ proprio non est contritio, sed attritio. Hæc autem licet actualem voluntatem peccandi excludat, nec expellit peccatum habituale, aut statum illius, nec est de se sufficiens ad consequendam graliam, nisi cum Sacramento et virtute illius. ut ad finem allegati capitis determinat Concilium. Minorem vero in verbis sequentibus, ubi primam statuit esse charitatem formatam, secundam vero procedere ex motione, et impulsu Spiritus sancti, nondum inhabitantis, et esse donum Dei, et impulsum Spiritus sancti. Hoc autem stare nequit, quin utraque earum sit supernaturalis : ergo juxta mentem Concilii omnino asserendum esc quamlibet earum esse snpernaturalem. Probatur hæc Minor. Et quod attinet ad contritionem perfectam, vel prorsus ableganda est existentia entium supernaturalium, contra communissimam, et irrefragabilem Theologorum sententiam; vel omnino asserendum Charitatem, sicut et uratiam, inter entia supernaturalia accensas iri, ut contra Scotum et asseclas tract, de Gratia latius prosecuti sumus, ostendentes unam, et alteram esse participationes immediatas, et formales naturae, et voluntatis divinæ prout est in se, quod est esse quoad entitatem supernaturales.

Conf. ei Calb. Rom.

146. Confirmatur, et explicatur hæc eadem pars ex Catechismo Romano 2 p. cap 28, ubi ait : *Eundem Charilalis, el contritionis modum statuendum esse, ac eodem loquendi genere Charilalis, el contritionis magnitudinem in sacris litteris significari? ut Deui.* 6 *'.Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo ; Joel.* 2 ; *Convertimini ad me in loto corde vestro.* Sed actus Charitatis, quo Deus super omnia diligitur, abs dubio est quoad entitatem, et ut ita dicamus, substantiam

substantiam supernaturalis in omnium sententia ; vel nullus eat, aut potest esse supernaturalis ‘ergo eadem prorsus ratione, actus porte· tie contritionis, quo homo perfectu conteritur, et ad Deum ex loto corde convertitur, est, et esse petit supornatnralis.

Si autem hinc inferre volueris dependentiam essentialem udus contritionis a gratia, qualem statuimus inter ipsam, et actum clîaritatis tract, de Justifie, disp. 2, dub. 6, et disp. 3, dub. 4, inficias non ibimus, imo libenter annuemus, quia verum vero consonat, et unum alterum fovet, el confirmat.

Quod vero attritio disponens ad fructum hujus Sacramenti sit, et debeat esse superuaturalis (quæ est secunda pars Minoris probandie haud obscurius eruitur ex eodem textu Concilii asserentis eam esse donum Dei, et impulsum Spiritus sancti nondum inhabitantis permanenter mediis gratia et virtutibus eam comitantibus, sed moventis, et impellentis, ut pœnitens viam sibi ad justitiam paret, et media virtute Sacramenti remis>ionem obtineat. Ex quo plane sequitur attritionem, de qua est sermo, non posse non esse supernaturalem. Tum quia actus pure naturalis nec est nec vere dicitur donum Dei, ut contra Pelagium saepe urgebat Augustinus, gratiam creationis (quam esse communem sideribus, et inanimatis nemo ambigit, et hæreticus obtrudebat, ut gratiæ defensor appareret), a ratione gratiæ, seu gratuiti doni penitus rejiciens, eo quod gratia supponit naturam, et ineptissime, sicut hæretice inter dona gratiæ, debita natur® computantur. Tum etiam : quia ea motio, illeque impulsus, quæ Concilium tribuit Spiritui sancto, in id collimant, ut homo viam paret, seque ad gratiam justificationis disponat, ut de se constat, et clare Concilium affirmat : hoc vero nec fit, nec fieri valet peractus viribus nature elicitos, sed dumtaxat competit actibus supernaluralibus. ut tract, de Gratia fuse ostendimus, et firmavimus : ergo attritio, quæ vi illius motionis elicitur, et in finem salutis præparat, ac disponit, nequit non evadere supernaturalis.

TriJ.

Cwir-
v a.

147. Confirmatur et explicatur ex eadem Synodo in eodem capite. Quoniam eademmet contritio, quæ quovis tempore fuit necessaria in adultis ad rectam susceptionem Baptismi, est etiam mudo opportuna, el exacta ad dignam hujus Sacramenti receptionem : Illa vero abs dubio erat supernaturalin : ergo etiam ista, ad fructum Pœnitentiæ requisita. Consequentia est evidens, Major est expressa a Concilio in illis verius : Fuît *autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius, el in homine post baptismum lapso ita demum préparai ad remissionem peccatorum,* ubi non loquitur de contritione perfecta, seu charitate formata, quam paulo inferius docet sufficere ad nanciscendam gratiam sine Sacramento in re, cum voto illius dumtaxat?; s^d de qonci-ptu quasi communi contritionis præscindentis a perfecta, et imperfecta, quarum quasi differentias ibi inferius exponit. Minor vero probatur ex eodemmet Concilio de justificat, sess. 6, cap. 5, ubi docet initium justificationis in adultis medio baptismo desumi a præveniente, excitante, atque adjuvante Dei gratia, et inde can. 3, diffinit neminem posse credere, sperare, diligere, aut poenitere, sicut oportet ad justificationis gratiam obtinendam absque præveniente Spiritus sancti adjutorio. Disponitur autem homo, ut oportet ad fructum pœnitentiæ per attritionem excludentem voluntatem peccandi cum spe venite. Ergo hæc est supernaLuralis, et aliter nequit ad fructum Pœnitentiæ disponere.

Trideur

Trident,

§ HI.

Duplex solutio enucleatur.

148. Hujus fundamenti duplex excogilatum est effugium. Alterum est requiri quidem dolorem attritionis, non quidem qui semper reipsa sit supernaturalis, sed qui probabiliter existimetur talis, sive ea existimatio fundetur in ignorantia vincibili, ac subinde culpabili, sive invincibili, atque ideo a culpa inimuni : qualibet quippe earum stante probabili judicio, digne acce iitur ad Sacramentum, et fructum illius percipiendum. Cum quo stat per se loquendo Sacramentum exigere attritionem vere supernaturalem, ut fructum remissionis impendat. Pro quo refert Suarez ubi supra sect. 2. Cano relict, de Pœnit. part. 5, et Vega lib. 13, in Trident, cap. 34.

Prima evasio·

Suarez

Secundam solutionem tribuit idem Pater Suarez sect. 3. Magistro Soto in 4, dist. 18, quæst. 3, art. 3, asserenti ad fructum hujus Sacramenti sive contritionem, sive attritionem elicitas viribus naturalibus cum Sacramento sufficere. Quas quidem ut fal-

secunda ey*s>o· sotum refert,

sas, et omnino improbabiles rejicit ipse Suarez locis citatis.

Vindicat Nuno.

149. Porro unum et alterum Sapientissimum Magistrum vindicat Nuno in addit, ad 3 p. quæst. 1, art. 1. ei ad verum sen · sum redigere conatur, quasi nimis arduum, et difficile creditu videatur ipsi, et aliis tam præclaros viros, qui adstitere ipsi Concilio Tridentino, in re tam clara ita impegisse. Unde illorum mentem non eam fuisse prætendit quam verba sonare videntur, sed alium vere catholicum. et nulla censura dignum, videlicet contritionem, seu attritionem viribus naturæelicitas, imperatas tamen, et regulatas per actus supematurales præcedentes, utputa fidem, spem,.timorem servilem, et excitationem divinam , quo pacta actus ipsi naturales elevantur et aliquod participium ordinis supernaturalis intrinsece accipiunt, sufficere cum Sacramento ad fructum oblinendum In quo sensu nihil a veritate alienum, aut censura dignum docuere laudati Magistri, sed eis subscribunt ex a nobis visis citatus Nuno, Candid, tom. 2, disquisit. moral, tom. 2, disp. 24, Dicastillo dePœnit. disp. 6. dub. 1. Nec nobis displicet, quin favet, et fovet doctrinam tract, de Gharit. et Merito pluribus stabilitam de virtutibus naturalibus ex imperio Charitatis aliquid intrinsecum contrahentibus, quo earum actus ad premium supernaiurale assequendum evehantur Quocirca propositio ista : *Altrilio naturalis supernaluralisata intrinsece aliquo participio ordinis supernaluralis, dummodo alia non desint ad Sacramenti essentiam, el valorem, sufficienter disponit ad fructum Sacramenti,* nulla censura digna est. Et si iste fuit eorum sensus, minus recte a P. Suarez ut improbabilis suggillata fuit predictorum Magistrorum . octrina.

Nano Candid. Dieas-lillo.

Cano.

150. Et profecto quod legimus apud Cano relect. de Pcenic. editionis Complutensis parte illa 5 a Suarez allegata pag. 41, *secundum,* hæc sunt : .-ll *non quælibel attritio sufficit ut accedens ad Sacramentum pienilenliæ gratiam consequatur.* Et paulo inferius : *El si quæras quando ex attrito fiat contritus virtute Sacramenti. Respondeo, id primum evenire, quocumque attritionis genere homo sil attritus ; si existimet sese praestitisse, quod necessarium erat, ignoralque invincibiliter se non habere sufficientem dispositionem, quia is non ponit obicem, sed bona fide accedit ad Sacramentum*. Quæ an satis cohæreant cum eo quod ipsi tribuit P. Suarez, vel lippi videbunt. Quod attinet ad Magistrum Soto. verum est ita asseruisse, ut sonant illa verba : *Detestatio peccati sub ratione o/fensæ Dei, sub quacumque intentione, est contritio, quæ si fiat per speciale auxilium Dei per se sufficit ad gratiam : si vero per vires naturales, arbitror cum Sacramento salis esse, siculi attritionem.* Statim voro non post vigiuti lineas, loquendo de timore ob detrimenta temporalia ex peccato obvenientia, puta honoris, infamiis, bonorum jacturae, et similium, subtexuit : .1/ *vero probabilius fortasse dicitur, quod cum ille limor sil bonus, quia illa sunt vere mala, et a Deo, licet per causas naturales inflicta, illa altrilio, dummodo existimetur contritio adjunclo Sacramento sufficit.* An vero excluserit, vel excludere mens fuerit influxum supematuraiem ex parte Dei ad eos actus, non est hinc colligendum, sed ex antea dictis.

Ut.

Enim vero dist, 14, quæst. 2, art. 5, (ubi se refert ad dicenda in hac, et precedent! distinctione), § *Supposita primum omnium motione Dei corda nostra tangentis,* diserte asserit quamlibet nostram dispositionem sive proximam, sive remotam, ad gratiam initium trahere ex auxilio supernatural! Dei. Et hinc ulterius assurgit ad docendum sine veta contritione, vel existimata ut tali (ut liquet ex verbis nuperrime adductis), nullum se recte ad gratiam adhuc in Sacramento disponere. Quamobrem cogimur unum e duobus asserere : vel nimis inconsequenter locutum; quod nimis arduum nobis videtur, nec satis disnum tantæ authoritatis, et sapientiæ magistro : vel quod semper supponit, ut ipse testatur, motionem Dei corda nostra tangentis, et supernaturaliter expitantis; quibus actus ipsi naturales elevantur, ut attingant finem supematuraiem, et vi hujus disponunt prenitentem ad recipiendam gratiam in Sacramento.

Panrfca diffictitatis·

151. Ut vero ad punctum, a quo digressi sumus, regrediamur, neutra illarum evasionum, cujuslibe; eæ fuerint, prout jacent, sustineri potest. Non quidem prima: quoniam ad fructum Sacramenti nihil refert, aut confert pœnitentis existimatio, vincibili, aut invincibili nitatur ignoratitiierergo ad fructum Sacramenti perperam fit recursas ad supernaturalitatcm existimatam, altero ex his mo lis ignoratam. Consequentia constat, et Antecedens probatur. Tum quia existimatio, sicut et ignorantia, se tenet ex parte pœnitentis.

et

el nullo modo ox parte Sacramenti, cui nihil aufert, aut confert : ergo veritas, tum Sacramenti, tum ejus fructus non mensuranda, nec regulanda est penos existimationem recipientis, sed penes id quod ipsi Sacramento convenit, et competit a parte rei, et coram Deo, quidquid sit do judicio vero, vel falso pœnitentis. Sed Concilium ad> fructum Sacramenti exigit eam ad minus attritionem quæ vere sit donum Dei, et ex impulsu Spiritus sancti proveniat. Ergo si hæc deest, quantumvis existimetur non deesse, revera a parte Dei, et coram Deo nullus erit Sacramenti fruclus : atque subinde prorsus inutilis est existimatio, vera, vel falsa, culpabilis, aut inculpabilis ea existât. Tum etiam a paritate omnium aliorum Sacramentorum, quorum fructus unice pendet, supposita divina voluntate id promittente, a veritate materiæ exhibitæ, nullatenus vero ab existimatione; non enim conficietur verum Baptisma cum fructu, nec vera Eucharistia, per Jioc quod quis existimet, vel apud se in dubium habeat vere abluisse aqua naturali, vel panem triticeum consecrasse, si revera defuerit vel vera aqua, vel verus panis triticeus, et eadem ratio de omnibus aliis. Sacramentis. Et ratio a priori est, qnam innuimus : quoniam Deus nec promi-it, nec alligavit suum influxum ad fructus Sacramentorum hominum judicio, aut existimationi, sed veritati, et existentiae veræ materiæ, et veræ formæ illorum, quarum aliqua deficiente, existimabitur quidem Sacramentum, sed vere Sacramentum non erit, et consequenter nec ejus fructus.

152. Quod ergo existimetur, vel non existimetur, nec refert, nec confert ad fructum Sacramenti, nec ad veritatem illius. Intererit tamen quam plurimum ad hoc ut hominem vel immunem a nova culpa, vel illi obstrictum reddat. Etenim si ignorantia fuerit inculpabilis, inculpabiliter etiam accedet ad Sacramentum : si vero imputabitis fuerit, tantum abest ut fructum Sacramenti assequatur, quod potius ei novum obicem adjicit, quo se indigniorem gratia reddit. Unde in quolibet eventu non accedit ad fructum obtinendum : in primo quidem ob defectum negativum carentiæ veræ materiæ, licet inimputabilem : in secundo vero ob hunc eundem defectum non appositæ veræ materiæ, et ob culpam denuo incursam voluntarie accedendi ad Sacramentum absque vera rnateria. Hinc.ad id quod addebatur in fine solutionis, satis constat, quandoquidem in nullo casu quantumvis accidentali, et irregulari, est, aut potest esse verum Sacramentum, quin constet veris suis partibus, ut patet in forma, quæ quolibet eventu deficiat ignoranter, aut scienter, culpabiliter, aut inculpabiliter, nullo modo admitteretur verum Sacramentum, nec aliquis ejus fructus inde proveniret ex opere operato.

153. Secunda vero solutio deficit, et displicet in eo quod asserit, et in eo quod supponit. Et quoad primum refellitur efficaciter ex eodem motivo doctrinæ Concilii innitenti. Quoniam Concilium pro materia proxima ad fructum Sacramenti dumtaxat enumerat, ac constituit contritionem perfectam, aut imperfectam, quarum quamlibet esse donum Dei evidentissime constat ex ejus verbis pluries in hoc dubio expensis. Sed contritio, et attritio pure naturalis sicut non transcendit limites naturæ, ita non ei competit quod sit donum Dei, quod sonat gratiam supernaturalem, et pro ea a Theologis usurpatur, ubicumque agatur de gratia. Ergo attritio, quæ sit solum naturalis, non est materia proxima, quam postulat Concilium ad fructum Pœnitentiæ. Secanda ^jicUu".

Confirmatio. Confirmatur et explicatur rursus eadem doctrina. Siquidem illa attritio, quæ ad fructum Sacramenti obit rationem materiæ proximae, simul habet rationem dispositionis ad gratiam; sed attritio pure naturalis nequit esse dispositio ad gratiam adhuc in Sacramento : ergo nec etiam vera materia proxima illius. Major constat ex ipsomet Concilio sess. 6, de justificat. cap. 6, cujus initium est : *Disponuntur autem ad ipsam justitiam, etc.,* nec non ex D. Thoma, alibi frequenter, maxime vero in hoc præsenti articulo, ubi constituit discrimen actuum pœnitentis ad hoc Sacramentum præ ceteris ad alia Sacramenta ; quod ad hæc cum fructu suscipienda actus humani sunt tantummodo dispositiones ex parte subjecti removentes obicem peccati ; in hoc tamen unum, et alterum obtinent, et disponere, et vices materiæ, seu materiam agere, ut superius dicta satis ostendunt. Minor est tam vera quam communis inter Theologos catholice negantes nullum actum pure naturalem proxime aut remote disponere ad gratiam consequendam, de quo et nos egimus tract, de Gratia disp. 3 per totam, maxime Concil. *Trul*

vero dub. 6, ubi qua potuimus diligentia eamdem veritatem firmavimus.

Ulterior eonCr-nsauo.

154. Confirmatur et explicatur ulterius diruendo offendiculum; quod aliquis causari posset ad eam solutionem utcumque sustinendam. Quoniam naturalis attritio nec secundum se, neque cum Sacramento est, aut valet esse dispositio proxima, vel remota ad gratiam : ergo nullatenus ei competit esse materiam proximam ad fructuosam pcenitentiam. Consequentia constare videtur, quandoquidem altero ex his modis tantummodo queit ipsi competere concurrere ad gratiam. Antecedens autem quoad primam partem est ita cerium, et exploratum ut catholice negari non possit : siquidem nullus actus pure naturalis proxime vel remote potest positive et directe conducere ad gratiam su^ernaturalem, ut in confesso est apud omnes contra Pelagii doctrinam agentes, et fuse ostendimus loco citato, ubi dub. 7 examinavimus celebre illud axioma : *Facienti quoti esi in se, Deus non denegat graliam,* et ejus> legitimum et catholicum sensum sinistre ab aliquibus explicatum in lucem eruimus. Quoad secundam vero partem, in qua stat offendiculum diruendum, probatur : tum ex ipso contextu Concilii, quoniam attritio ut obire possit rationem partis, debet oriri ex impulsu Dei, et motione Spiritus sancti; quod quidem non habet ex conjunctione ad Sacramentum, sed pro priori ad Sacramentum id debet habere : non enim quia est pars Sacramenti est donum Dei, aut effectus ejus motionis; sed e converso, quia est donum Dei, et proprius ejus effectus, ut moventis ad justitiam, idcirco assumitur ad rationem partis, ut Synodus ipsa aperte testatur ; alioqui non oportebat exponere eam attritionem esse donum Dei, nec reddere hominem hypocritam, et cætera alia ibi expensa. Tum etiam ratione, siquidem attritio ex conjunctione ad aliam pariem, nimirum formam non recipit nisi elevationem, seu virtutem instrumentariam ad producendam effective gratiam, ut videtur per se notum : sed per hanc elevationem non constituitur attritio in ratione doni Dei, nec in vi hujus redditur, ac constituitur magis spiritualis, aut supernaturalis, quam antea erat, ut constat evidenter in ipsa forma, et in materia aliorum Sacramento rum, quæ quantumvis eleventurad instrumentaliter producendum gratiam, non idcirco aut sunt, aut vere dicuntur donum Dei. Et ratio est clarissima : quia sola elevatio est donum Dei el effectus proprius ipsius, ut supe naturaliter agentis; non vero substructum aut quasi substraclum elevationis, hoc enim sicut est extra essentiam ipsius elevationis, ita est in praesenti extra causalitatem elevantis prout elevantis; ahoqui nullum esset Sacramentum, cujus materia et -forma non esset supernaturalis; quandoquidem nullum est, quod non indigeat elevatione, ut tract, de Sacramentis in genere probatum relnanet. Non e;go attritio ex conjunctione ad Sacramentum efficitur donum Dei speciali aliqua ratione sibi propria, quam secundum se non habeat. Eruo si attritio naturals secundum se est omnino inepta ad fructum Sacramenti percipiendum, ut constat ex prima Antecedentis parle legitime probata, nec id sortiri valebit ut subjecta abso utioni sui comparti in Sacramento.

Seconds pars iraps-gnatio-nis.

155. Sed age, et detegamus jam suppositionem, et illius falsilatem. Supponit equi lem in natura lapsa, imo et in homine peccato obnoxio, reperiri posse amorem Dei authoris naturalis super omnia, qui sit omnino efficax, et absolutus, cui innitatur contritio itidem naturalis offensæ Dei authoris pure naturalis, quæ in hoc ordine sit similiter efficax, et absoluta; ex quo etiam motivo admittit attritionem de se sufficientem ad excludendum quemlibet affectum peccandi lethaliter.

Scp^ tio fati repexu-lar.

Hanc vero doctrinam esse falsam, subindeque perperam supponi in præsenti osten iitur dupliciter. Primo juxta satis probabilem doctrinam plurium Thomistarum quos retulimus tract, de Gratia disp. 2, dub. 4, docentium hominem lapsum nec potentia antecedenti nec consequenti gaudere ad diligendum Deum ut finem naturalem super omnia; imo nec in natura pura ea potiturum, si in ea, ut condi potuit. constitutus fuisset, constanter affirmant. Secundo juxta probabiliorem, cui suppetias ivimus adstruentem in natura pura, licet non integra integritate naturali possibilitatem amoris Dei authoris naturæ super omnia, ut constat ex ibi dub. 3, ad longum expensis. In vi cujus dub. 4, immediate sequenti statuimus in natura lapsa mansisse in homine potentiam antecedentem ad prædictani dilectionem secundum se, utpote quæ non excedit vires naturæ infirmæ, ac debilis languore ex peccato contracto. Repulimus vero potentiam tentiiun consequentem seu omnino expoditum, qua homo exeat in eam dilectionem ob invincibile naturæ viribus impedimentum peccati vôl origlial.s, in pruno instinll usus rationis, vel actualium decursu '.emporis incursorum Quo maluimus lec-lorem mittere ejus fastidio, et temporis jactura) consulentes, quum hic reiterato pro lucere, el non ita digesta, et enucleata proponere.

ikn-

156. Porro juxta primam sententiam est concedendum homini lapso, quod ipsi negatur in statu naturæ puræ ab omni impedimento immuni, ut de se liquet, siquidem ruina in peccatum non auget ; quin potius minuit, et vulnerat vires potentiæ naturalis : sed homo conditus in puris non haberet potentiam naturalem ad diligendum efficaciter Deum ut finem naturalem super omnia : ergo multo minus est ei deferenda in natura lapsa inferiori , ac debiliori. Unde fit consequens eam contritionem , quam vocant naturalem, esse etiam falsitati obnoxiam, imo et impossibilem. Non enim est possibilis in aliquo ordine dolor, seu detestatio, quæ sit major, aut eftlcacior amore; sed juxta hanc sententiam non est possibilis in neutro statu naturæ sive puræ, sive lapsæ amor absolutus, et efficax Dei ut finis naturalis super omnia : ergo nec est possibilis contritio, seu detestatio peccati contra Deum authorem naturæ, quæ sil super omnia absoluta, et efficax. Cætera Constant praeter Majorem, cujus veritatem salis declarant verba supra relata ex Catechismo Romano docente, *eundem charilalis, el contritionis modum slaluendum tue-*. Quæ licet ad charitatem, et contritionem supernaturales referantur : proportione tamen servata, sua energia gaudent in naturalibus tum argumento a paritate unius ad alterum ordinem , quo i facile quisque formabit. Tum etiam ratione : quoniam amor est principium et radix omnium aliorum affectuum voluntatis, ut Jbe.nemo ambigit, et docet D. Thomas 1 p, q. 19, loquens de actibus voluntatis divin®, ubi disserens de affectibus voluntatis talem ordinem constituit, quod omnes exordium trahant ab amore, et tandem in amorem reducantur Quæ doctrina si locum habet, maxime in naturalibus, ubi omnes affectus radicantur in virtute naturali voluntatis, cujus proinde prior sicut nobilior, ita et efficacior cæteris debet evadere : alque ideo si in voluntate non esi efficacia naturalis ad naturaliter diligendum Doutn ut line.m naturalem super omnia, nec etiam erii potens ad detestandum super omnia peccatum, ut requiritur ad contritionem. Quo usi sumus argumento, tract, de virtutibus in earundem arbore § 'J, ad statuendum indispensabilem nexum inter duritatem, et poenitentiam virtutem.

Quid tenendum juxta hanc veriorem sententiam.

157. Secundam viam, earnque probabiliorem premendo, juxta quam magis acceditur ad doctrinam quam impugnamus, siquidem admittimus possibilitatem priedicti amoris in utroque statu, imo et existentiam illius, cum discrimine loco citato assignato, nimirum in statu purorum absque recursu ad aliqui | superius, quod sit de linea gratifié, aut indebitum naturæ in puris, debilem tamen, et satis imperfectum ex parte subest ; qui proinde non persisteret in præsentia gravis tenlationis, ut ibi statuimus § V. In natura vero lapsa cum dependentia ab ipsa gratia, non ut a principio elicienti, quippe ad quod sufficit facultas naturalis; sed ut a removente obicem peccati, quo per gratiam excluso, ipsa naturalis potentia exeat, et erumpat in amorem naturalem, ut docuimus loco allegato dub. 4, % 4 per totum. Hanc itaque viam ibi jam stratam sequendo adhuc refellenda est doctrina illius solutionis. Et statu purorum relicto ad naturam lapsam aciem convertendo, plane evincitur non esse dabilem amorem Dei authoris pure naturalis, qualis desideratur ad consequendam gratiam, qualisqne describitur a solutionis patrono. Etenim homo lapsus in statu lapsi, quem per se petit hoc Sacramentum, utpote quod est Sacramentum mortuorum, nequit erumpere in amorem absolutum, et efficacem Dei authoris naturæ, quin a se. excutiat obicem peccati; sed obex peccati nequit auferri absque gratia sanctificante, aut actu ferventi atnoris Dei super omnia : ergo prædictus amor nequit inveniri in homine existante in peccato. Discursus est legitimus, cujus præmissæ constant ex loco citato dictis, et ex tract, de justificatione, ubi incompossibilitatem peccati cum gratia, et illius absque ista irremissibilitatem ostendimus, quin in præsenti opus sit in eo diutius immorari.

Quid, m' tiat alia supposi-tio.

158. Sed quia fortasse fiet suppositio de homine non in statu naturæ lapsæ, sed in gratia existent!, quo pacto non utendo auxiliis gratiæ, sed viribus naturalibus per ipsam gratiam expediris, elicere posse actum naturalem prædictæ dilectionis statui-

mus, et ut certum tenemus ; dubitari potest, an id Sufficiat ad fructum Sacramenti obtinendum ?

Et quidem si vera sunt, ut vera esse arbitramur, quæ tract, de Merito disp. 4, dub. 5, communi D. Thomæ discipulorum calculo approbata, docuimus, nimirum omnes a tus humanos hominis existentis in gratia, qui ex aliquo capite pravi, aut demeritorii non sint, ex imperio vel formali, vel virtuali charitatis in finem supernaturalem referri : atque ideo proprium meritum a charitatis merito diversum ipsis respondere, ac retribui, consequens nobis videtur partem affirmativam esse tenendam. Et ratio id suadet : quoniam actus attingens Deum ut finem supernaturalem, et præmio æterno condignus est proxime sufficiens ad oblinendam gratiam : sed talis est actus amoris naturalis Dei vel formaliter, vel virtualiter imperatus a charitate : ergo prædictus actus sufficiens est ad gratiam in Sacramento. Eo vel maxime, quoniam iste actus independenter a Sacramento meretur augmentum gratiæ : qua ergo ratione cum Sacramento ipso non erit sufficiens ad gratiam ipsius Sacramenti ? quandoquidem non fit deterior, quin efficacior ex conjunctione ad Sacramentum, ut constat in attritione supernatural!, quæ ut docet Tridentinum , secundum se non proxime disponit ad gratiam, secus vero Sacramento adjuncta : ergo e converso actus sufficiens secundum se, et independenter a Sacramento ad augendam gratiam, efficacior evadet ad ipsum ut Sacramento conjunctus. Cum enim ex una parte sit donum Dei, quatenus oritur vel formaliter, vel virtualiter a gratia, et rursus inquantum in sv continet, et contrahit quoddam charitatis participium, quo intrinsece afficitur. Et ex alia sit ex se salis bonus, nullius foeditatis nævo sordescens, prorsus latet motivum rationabile eum ab illo munere excludendi.

Quod fiet magis perspicuum urgendo argumentum sub hac forma Nam admisso pro nunc, de quo infra, possibilitate contritionis naturalis, qui accedit ad Sacramentum cum contritione naturali formaliter, vel virtualiter ordinatur in Deum, ut ultimum finem supernaturalem. nullum ponit obicem Sacramento, aut gratiæ Sacramenti : ergo sic accedens utrumque recipit, et Sacramentum, et gratiam Sacramenti. Consequentia est evidens, et Antecedens videtur verum et probatur a paritate, et exemplo attritionis supernaturalis excludentis omnem allectum peccandi, quam quidem docet Concilium sufficere ad fructum Sacramenti. Sed contritio naturalis, si semel datur, excludit omnem allectum peccandi, et alias attingit vel formaliter. vel virtualiter Deum sub ratione ultimi finis ex imperio charitatis, quod non invenitur in attritione, imo ei repugnat facta suppositione peccati non expulsi, ut constat ex tract, de ultimo fine, ubi nullum actura peccatoris quantumvis supernaturalem admisimus, nec admittunt alii, qui Deum sub ratione ultimi finis quod in solidum charitati convenit) attingat : ergo sicut attritio supernaturalis non ponit obicem gratiæ, ita, et urgentiori titulo, nec contritio naturalis in Deum relata ut in ultimum finem. Idemque judicium ferimus de attritione naturali hominis existentis in gratia ob eandem prorsus rationem si referatur etiam in Deum, ut referri necesse est; quo pacto utraque jam est virtualiter ipsa charitas supernaturalis, et consequenter sufficiens dispositio ad intensiorem gratiam extra, et intra Sacramentum perpiciendam. Quem sensum tenuisse videtur D. Thomas quæst. 28, de veritat. art. 8, dicens, quod *omnis dolor de peccato in habente gratiam est contritio.* Atque ita sentiunt ex pluribus quos vidimus, pauci qui rem attingere, Nuno, Candidus, et Dicastillo, ubi supra, nec credimus alios dissensuros, si ipsis occurrisset.

159. Si autem quis nos accingi voluerit ad aliorum sententias vel non admittentium nisi influxum, aut imperium morale ex parte charitatis, vel unum, et alterum absolute negantium, R-spondebimus vel nostra non interesse omnium doctrinas cum vera conciliare, sed propriis id authoribus incumbere : vel (ne videamur difficultati succumbere, verius nobis apparere nullum confici Sacramentum. Et ab ultimo dicendi modo incipiendo, in quo nullus charitatis influxus admittitur, rem esse plusquam certam arbitramur. Etenim in ea sententia vel homo sciens et prudens accederet ad Sacramentum cum ea contritione pure naturali cognita ; vel omnino ignoranter, et inculpabiliter ; quolibet horum modorum adierit nullum conficitur Sacramentum : ergo juxta prædictam sententiam nullum prorsus fieret Sacramentum. Syllogismus est recte dispositus. Major constat, quandoquidem necesse est bonam, vel malam fidem intervenire in accedente ad Sacramentum.

Sacramentum. Minor in casu scientific, seu quod idem est quoad præsons, malæ fidei probatur. Quoniam qui scienter, seu mala fide vel non ponit materiam certam, vel apponit dubiam injuriam irrogat Sacramento : sed contritio pure naturalis non est materia certa sed maxime dubia in Pœnitentia, ut communis sententia docet : ergo qui sciens, et prudens cum ea ad pœnitendam accederet, injuriam irrogaret Pœnitentiæ, et consequenter Sacramentum non reciperet. Cætera coûtant præter hanc Consequentiam subillatam, quæ facile suadetur, tum quia ex diametro opponeretur fini speciali hujus Sacramenti, qui est reconciliatio cum Deo medio Sacramento; qui autem injuriam irrogat ipsi Sacramento sciens, et prudens, nec intendit serio reconciliationem, nec est ea dignus. Tum et maxime : quia implicat veram contritionem adhuc naturalem habere, qui actualiter peccat mortaliter contra ipsam legem naturalem : sed qui injuriam irrogat Sacramento, contra ipsam legem, et finm naturalem etiam delinquit : non ergo accedere potest cum vera contritione naturali, et consequenter non solum non ponit materiam dubiam, sed nullam, atque ideo nullum revera recipit Sacramentum.

Si autem bona fide, quæ excludat peccatis. tum, accesserit, quæ est secunda pars illius Minoris, et quæ forsitan aliquibus i-jpro- arridebit ad idstruendam veritatem Sacramenti absque fructu, de quo suo loco, adhuc sustinendum duximus revera verum Sacramentum non esse. Et ut rem unico verbo absolvamus contra utrumque dicendi modum sive admittentem influxum dumtaxat moralem charitatis, sive renuentem ; cum in nullo eorum sit verus actus supernaturalis pro materia proxima Pœnitentiæ, quem esse essentialiter requisitum sequenti assertione probare conabimur ; plane conficitur in neutro illorum casuum salvari veritatem Sacramenti Pœnitentiæ ob defectum essentialem materiæ. Et quod certius est, in nullo illorum eventuum aderit fructus Sacramenti, qui esse non potest absque actu supernatural!, et hoc ad assertionem tuendam est sufficiens. Unde si quam vim habet illorum ita docentium doctrina; directius statim stabiliendam, quam jam stabilitam oppugnat. Ut ergo ad illam deveniamus, sit

§ IV.

Ad valorem Pœnitentiæ supernaluralis dolor ostenditur necessarius.

160. Dicendum est secundo ad valorem hujus Sacramenti omnino necessarium esse dolorem seu quod idem est, attritionem supernaturalem. Sensus hujus assertionis satis constat ex in limine prænotatis, eamque tuentur, ac docent communiter extra scholam D. Thomæ, quotquot negant Sacramentum informe Pœnitentiæ, ut videre est apud Tyrso in suis selectis tom. 3, p.Tyrso. Vasquez, et Lugo. Ex adstruentibus vero Vazquez, eam tenent Suarez, Dicastillo, et Valentia suarez. in præsenti. Inter discipulos D. Thomæ Dicasillam absoute propugnant Cajet, tum. 1, vatentia. Opusc. tract. 5. Soto in 4, dist. 8, licet Cajet, quandoque aliter contingere significent. A^auxo. Arauxo in præsenti dub. ultimo, Joannes Joann, *a* a sancto Thoma art. 4 : *Quæ sit materia,* ρ^/o. Martinez de Prado, Labat, Gonet etiam in Labat, præsenti, Vincentius Baronins part. 2. *γ^η^ηί.* Manuduct. ad Moralem Theologiam disp. Baron. 4, sect. 1, S 2. Contenson dissert, unica c°"Len' de Pœnitent, cap. 1, % *Respondeo Theolo-* Petr. Le*goruin non esse.* Nec dissentit quin imo desm3, aperte suffragatur Petrus de Ledesma male a Joanne a S. Thoma allegatus pro opposita sententia, ut ejus verba diserte testantur, quæ transcribere oportet, ut fidem impleant cap. 7. Ergo de Pœnitentia post tradita trium attritionum discrimina, sextam assertionem subsequentibus verbis proponit : *La primera manera de attrition es meramenle natural, y aun no es sufficienle para constiluir verdadera essentia de Sacramento de Pœnitentia, aunque informe. Desuerte que no solamente no liene razon de sufficiente disposition paraque el Sacramento de la P&nilencia haga su effecto ; pero aun no es parle, con la quai se pueda hacer verdadero Sacramento. Esta conclusion lienen todos los discipulos de santo Thomas con el mismo Sanlo que ensena, que las obras dei penitenle, que son materia de este Sacramento ban de fer sobrenaturales.* Unde liquet hunc Sapientissimum Magistrum minus recte pro parte adversa allegari, nec non aliquos ex discipulis D. Thomæ. Si qui vero aliquando eam indicaverint, non id ex propria sententia, sed ex aliorum placito tenuisse credendum est. Quis namque facile credat Illustrissimum Arauxo absolute, et ex propria mente asseruisse attritionem pure naturalem sufficere ad valorem hujus Sa-

Absojvp ior d,^s.01

cramenti, ut indicat in solutione ad 5 argumentum dubii supra citati, cum asseruerit, et pro conclusione statuerit ad essentiam Pœnitentiæ prorsus, et omnino necessariam esse attritionem supernaturalem / Et unde ejus mens (idem intelligito de aliis) aptius indagari potest, vel ex verbo incidenter, et quasi obiter dilapso, i.t non intricetur hac vel illa sententia' an ex conclusione asserta, roborata el probata. Sed quidquid sit de hoc nostram sententiam novissime tenuit N. Franciscus a Je.-u Maria tract, de Pœnil. cap. 5, dub. I. η. 17, et pro ea refert decretum SS. D. Innocentii XI edito et promulgato die secunda Martii ann. 1679, ubi inter 64 propositiones ab ipso proscriptas, damnat quinquagesimam septimam, quæ est hujusmodi : *Probabile esi sufficere attritionem naturalem modo honestam,* quæ fuit Bonacinæ, et aliorum paucorum.

N, Fmd – riscus.

161. Porro in vi hujus decreti Pontificii conclusio § præcedenti stabilita tanti roboris est, ut contra eam nulla maneat probabilitatis vel apparens ratio, siquidem damnatur esse probabile sufficere attritionem naturalem modo honestam, atque ideo ut certum decernitur eam attritionem non sufficere, ut minimum ad fructum Sacramenti percipiendum, quod statuimus in prima conclusione An vero etiam extendatur Pontificis determinatio ad valorem Sacramenti, ut asserimus in secunda, erit fuite qui dubitet, quia cum propositio damnata sit indefinita, duplicemque sensum admittat, nimirum vel quod attritio pure naturalis modo hunesta sit sufficiens ad Sacramentum cum fructu ; vel tantummodo ad Sacramentum ; et in proscriptione nullus ejus sensus determinetur, poterit quis obtendere iet obtendisse comperirnusj ex damnatione unius alterius damnationem non inferri, et consequenter esse falsam, et recte sugillatam in primo sensu, remanere tamen veram in secundo.

Propoài-lionb dannilr senjus.

N°bis tamen in uno, et altero sensu fuisse damnatam, atque ideo in nullo e.-se sustinendam, et ut probabilem habendam, inde probatur. Tum quia Pontifex eam absolute, et prout jacet absque ulla restrictione proscribens, absolute etiam, et absque ulla restrictione docet ejus contradictoriam esse veram, nimirum *attritio naturalis modo honesta non sufficit.* Sed ex hac ita absolute accepta, recte, ac legitime infertur, nec ad valorem nec ad fructum sufficere : ergo ita asserendum Probatur Minor quia negatio est, ut aiunt, malignantis natura.*, destruens, ac removens totum prædicatum a communicatione subjecti : sed totum prædicatum absolute importat sufficientiam et ad valorem, cl ad fructum : ergo ex vi negationis rejicitur ad unum, et alterum sufficientia. Tum etiam a paritate, nam ex eo quod definierit Ecclesia contra Pelagium, et alios sectarios vires naturales non sufficere ad gratiam, recte, et efficaciter colligunt Theologi, nec physice, nec moraliter ad id valere opera naturalia : ergo pariter in re præsenti, quæ etiam dogmatica est, et non longe distans a materia gratiæ, ut infra ponderabimus. Tum etiam a simili aliarum propositionum (quo magis explicabitur præcedens probatio) siquidem ex hac propositione absoluta ; *Homo non est albus,* recte descenditur ad negandum de homine hanc, et il am, et illam albedinem : et convincitur nu la albedine esse album, quia prædicatum supponit distributive : ergo similiter semel absolute, et absque ulla restrictione negata sufficientia attritionis naturalis, bene colligitur nullam in ea remanere sufficientiam.

Ci

Eo vel maxime : quoniam si in utroque sensu non subjaceret damnationi et censuræ, tam vera esset propositio absoluta post censuræ notam, quam ante illam, nihilque Pontifex suo decreto fuisset assecutus; consequens est falsum imo et ridiculum : ergo et illud ex quo sequitur. Sequela videtur clara : nam ante sententiam judicis solum poter.it esse probabilis illa propositio quoad valorem tantum, non vero quoad fructum, ut constat ex communi, et uniformi Theologorum assensu, stantium pro nostra prima conclusione; quin obsit huic communi sensui unius, aut alterius adversum judicium si quis forte fuit, qui id absolute, et determinate docuerit, ut constat ex ibi dictis : sed hoc idem habet post damnationem, siquidem absolute verum est attritionem naturalem modo honestam sufficere, dummmodo subintelligatur ad valorem tantum : ergo tam vera est post latam in eam sententiam, quam erat ante illam : atque ideo futilis, et omnino vacua reddita est Pontificis determinatio.

Farms' u lit'a

Rursus ex duplici sensu, quem continet illa propositio absolute, si unus est verus, nimirum probabile est attritionem naturalem modo honestam sufficere ad valorem ; alter voro falsus, videlicet, probabile est sufficere ad Irucium; neuter determinatur, nec in ipsa propositione, nec in censura, qua inuritur : non ergo est ratio earn absolute improbandi, quandoquidem absolute verum sensum continet. Reprobatur vero 'absoluto ut constat ; ergo, quia absolute nullum verum sensum admittit, et consequenter in vi damnationis non solum excluditur attritio naturalis ad fructum Sacramenti, sed etiam ad valorem ipsius : ot hoc quidem potissime, siquidem post Tndentinum non fuit dissidium inter scholasticos circa fructum, sed circa valorem. Et hæc est communis illius propositionis acceptio, et explicatio, ut videre est apud N. Lumbier, Hores, Lastra, Core la, quos refert, et sequitur Emmanuel a Conceptione tract, de Pœnit. disp. 2, q. 23, n. 285.

Expenditur primum fundamentum ex Tridenlino.

I i iuh- , fiTri-dent.

162. Primum asser.ionis fundamentum nos docuit Tridentinum sess. 14, sæpe citato cap. 3, ubi sermonem habens de partibus hujus Sacramenti, statuit illius materiam proximam esse actus ipsius pœnitentis, nempe contritionem, confessionem, et satisfactionem. Ex qua doctrina sic formatur argumentum : quoniam ea censenda est materia proxima hujus Sacramenti, et omnino ad ejus valorem necessaria, quam determinat Concilium : sed materia proxima quam determinat Concilium ut omnino necessariam ad essentiam seu vajorem hujus Sacramenti est supernaturalis: ergo materia proxima, et omnino necessaria est supernaturalis, atque subinde attritio ad illum requisita. Prima consequentia constat. Haec secunda subillata evidenter infertur ex prima, siquidem constantissimum est attritionem esse prorsus necessariam in foro pœnitentiæ, qua quis proxime accéléré possit ad recipiendum Sacramentum, ut in confesso est apud omnes; alias absque ullo dolore posset quis verum Pœnitentiæ Sacramentum recipere : ergo si materia proxima hujus Sacramenti debet esse supernaturalis, iit ex prima consequentia infertur, attritio quæ est materia proxima indispensabilis, itidem erit, et exiget esse supernaturalis. Major est per se nota; quandoquidem materia et forma Sacramentorum non pendet a discursu, vel arbitrio alicujus, nisi solius Christi eorum institutoris : cujus voluntitem alte calluisse Tridentinum firmissime credendum est; cum erga alias maxime vero circa materiam, et formant Sacramentorum, quæ sunt potiora instrumenta gratiæ, ut procul abigeretur occasio tot talesque illorum materias, et formas in dies assignandi, quot sunt hominum genia, et ingenia, nihilque firmum habendi in re adeo ad salutem opportuna. Minor, cui soli est difficultas, probatur : nam contritio a Concilio assignata bipartitur ab ipsomet Concilio cap. 4, immediate in contritionem perfectam, et imperfectam, quæ est attritio : sed quælibet earum est superna.uralis, ut constat ex eodem Concilio, et ex supra dictis : ergo materia proxima a Concilio determinata, ut prorsus nec-ssaria ad valorem hujus Sacramenti est, et esse debet supernaturalis.

Solutio,

163. Quæ statim sese oftert hujus argumenti solutio, concedit Majorem, et negat primi syllogismi .Minorem, ad cujus probationem concessis præmissis, negat Consequentiam, illegiliineillatam,utpote in illis non contentam : siquidem Concilium, ut ex contextu liquet, sermonem habet de Sacramento cum fructu ; et ad hoc bene docet (nec est inter Catholicos qui non annuat) requiri attritionem supernaturalem, quam ibi describit, ut supra in prima assertion© communis, et vera sententia firmavit. Hinc autem ineptam fieri illationem ad essentiam seu valorem ipsius Sacramenti absque fructu, vel ut a fructu praescindentis (in quo sensu procedit quaestio, ut constat ex in limine animadversis) satis perspicuum est cum a paritate aliorum Sacramentorum, in quibus plus ad fructum, quam ad eorum valorem desideratur : tum a ratione quoniam in adultis ad percipiendum fructum Sacramentorum est prorsus necessaria dispositio ex parte recipientis, siquidem libere, et spontanee recipiuntur. Quælibet vero dispositio ad gratiam, sive proxima, sive remota est supernaturalis. Ergo ad fructuose recipiendum Sacramentum prorsus necessaria erit dispositio supernaturalis. Hanc autem non desiderari ad valorem Sacramenti manifestum est : atque ideo ex eo quod sacra Synodus ad Poenitentiam cum fructu suscipiendam attritionem supernaturalem postulari docuerit, perperam deducitur etiam ad valorem esse necessariam.

Btspoi-lur.

164. Speciosa quidem responsio sed minus solida, utpote quæ Concilii mentem 'non calluit. Quod ut clarius ostendamus, duo illa utentibus ultronei concedimus, ut ad id quod est dissidii unanimes descendamus. Trimum est, plus requiri ad Sacramentum cum .fiuctu, quam ad valorem Sacramenti, ut objiciens bene probat, et exemplum aliorum Sacramentorum facile suadet. Secundum sit Concilium fructum a Sacramento non exclusisse, nec locis citatis, nec tota sessione de Pœnitentia : id quod etiam observavit agens de aliis Sacramentis, quæ sunt instrumenta gratiæ, quam per se loquendo, et ex sua primaeva institutione et causant, et significant de facto, nisi per acc dens aliquis obex interveniat. Unde necesse est, fateamur, et fateantur illi in doctrina Concilii allegata contineri, ac comprehendi Sacramentum cum fructu, de quo non est lis, vel minima controversia.

Sed non inde negandum est Concilium explicasse essentiam Sacramenti, nec subinde veram, et essentialem illius materiam proximam determinasse ; quin potius omnino asserendum, ne cogamur dicere nullibi sacrosanctum Concilium determinatam materiam, eamque essentialiter exactam ad hoc Sacramentum a Christo Domino institutam decrevisse, quod est absurdum a nullo catholico devorandum, et constat a simili aliorum Sacramentorum, de quibus semper locutum est Concilium ut inducentibus gratiæ fructum, et nusquam ut eam excludentibus, aut ab ea præscindentibus, ut illud attente percurrenti palam liet. Cum tamen constantissimum sit in eodem Concilio reperiri expositas, ac determinate explicatas materias proximas aliorum Sacramentorum nedum quoad fructum, verum, et quoad ipsorum valorem. Ergo idem, et ob eamdem prorsus rationem tenendum est de Sacramento Pœnitentiæ, quin absit exceptioni locus, quæ omnino voluntaria Jne dicamus commentitiam) non sit.

Instau-ratio rationis.

•165. His absque lite constitutis, efficaciter ut credimus, refellenda venit præjacta solutio, instaurando argumentum factum, et quæ diximus pro prima assertione huic secundæ applicando. Etenim non aliæ partes ex parte pœnitentis attribui debent huic Sacramento, quoad ejus valorem, et essentiam, quam quæ assignantur a Concilio : sed attritio quam assignat Concilium ad ejus essentiam, est attritio supernaturalis : ergo attritio quæ est pars essentialis hujus Sacramenti, est supernaturalis. Consequentia legitime infertur ex præmissis. Major est certa, siquidem constitutio, ac determinatio partium in quolibet Sacramento pendet unice a voluntate Christi illam instituentis, ac decernentis : voluntas autem Christi non alibi, nec aliunde melius innotescit, quam in Conciliis Spiritu sancto ductis, ac directis ad statuendum, et decernendum, quid fugiendum, quid vero tenendum sil in rebus fidei, et ad Sacramenta pertinentibus. Minor etiam constat ex ipsomet Concilio non aliam ibi agnoscente, aut indicante attritionem, quam quæ sit donum Dei, et proveniat ex influxu speciali Spiritus sancti, nondum inhabitantis, sed moventis, et impellentis, atque ideo quæ sit supernaturalis.

166. Confirmatur et explicatur primo ex unitate, ac conformitate procedendi ipsius Concilii iu Loc Sacramento, et aliis : quoniam ut nuper animadversimus, semper ac sermonem habuit de Sacramentis, ea explicat in ordine ad fructum proprium cujuslibet eorum, et tamen assignat, et exponit proprias eorum materias essentiales, et invariabiles : ergo idem observasse in hoc Sacramemo tenendum est, nisi aliunde aliud constiterit. Non autem constat, nec constare potest ex aliquo textu, canone, aut capite ipsius Concilii ut patet : ergo absolute, et firmiter docendum est solam attritionem supernaturalem agnovisse Concilium; ut materiam omnino necessariam hujus Sacramenti.

Confirmatur, et explicatur secundo ex concessis ab omnibus, quos pro prima assertione retulimus, quorum aliqui forsan huic secun-æ dissentient : siquidem ad Pœnitentiam cum fructu requiritur attritio supernaturalis : ergo etiam ad eandem sine fructu, vel ut a fructu præscindentem, quo pacto importat dumtaxat essentiam, seu quod idem est, valorem. Probatur Consequentia, tum a paritate aliorum Sacramentorum, quorum materiæ proximæ sunt omnino eædem absque ulla variatione sive adsit, sive desit Sacramenti fructus. Tum etiam ratione, in hac paritate inclusa : quia essentia Sacramenti non subit eam mutationem, quam subit fructus, a quo essentia non dependet, ut in universum constat in qualibet causa sive instrumental!, sive principali, quæ eadem persistit, sive exeat, sive non in lucem prodeat effectus : ergo eadem essentia Sacramenti Pœnitentiæ

PattlileniiiD est, «ive wdsil, sive desit cjue fructus, et consequenter eiudem parles oesentinlos : sed quando adest fructus, ejus pars essent alis est attritio supernaturalis : ergu eadem omnino erit, in absentia fructus; alias variaretur Sacramentum ad diversitatem materia· proximae, sicut uni versa'i· trr tariatur compositum ad diversitatem cujuslibet panium. Qtiamobn m quo fundamento topollendus, ac amandandus esset, qui aliam materiam in Baptismo sine fructu, actum illo intro lucere vellet, aut in quolibet alio Sacramento, eodem prorsus rejiciendus est, qui attritionem naturalem pro Pœnitentia sine fructu, et supernaturalem cum fructu assignare vo'uerit, cum non sit soliJius ad unum, quam ad alterum fundamentum.

$K* 167 Nec refert, si occurras, rationem disparitalis hujus ab aliis Sacramentis esse, quod in attritione conveniunt duo, et esse dispositionem ad fructum Sacramenti, et e.-se partem illius : unde singula singulis tribuendo, ad rationem dispositionis postulatur supernaturalitas in attritione, secus vero ad rationem partis. Cum ergo in Saciamento sine fructu non importetur gratia, sed dumtaxat ejus essentia, ut ita dicamus, nuda ; non est nece-se adstruere nisi attritionem, quæ obeat rationem partis, ad quod sufficit attritio naturalis, relicta supernaturalitate ad rationem dispositionis pro fructu.

168. Nam contra est primo, quod juxta præmissam distributionem nulla est differentia ex parte inateriæ proximæ quoad esse, vel non esse naturalem hujus Sacramenti ab aliis : consequens est falsum : ergo et illud ex quo sequitur. Sequela Majoris constat, siquidem cælera alia Sacramenta ut cum fructu recipiantur, postulant in ea recipientibus dispositionem supernaturalem ; secus vero quando ob obicem impeditur fructus, idque manifestius apparet in matrimonio ad cujus validam susceptionem sufficit consensus naturalis, ad fructuosam vero desideratur actus supernaturalis, quo ad percipiendam gratiam contrahens disponatur. Ealsitas const quen - lis, præterquam quod est contra D. Thomam, ut infra videbimus, ostenditur ex ipsomet Concilio, disertis verbis id asserente, dum ait : *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenli ipsius panilcnlis aclus, ntmpe Contritio, Confessio, el satisfactio. Qui quatenus in panilenlc ad inley) Halem Sacramenli, ad plcnamque, cl perfectam peccatorum remissionem ex l)ei institutione requiruntur, hac ratione parles Pœnitentiæ dicuntur.*

Ex quo manifeste duo sequuntur. Pri- jnfernnrnum c.-t, quod intendimus, nimirum tssetur duofahitati obnoxium actus pœnitentis ut supernaturales, solum concurrere ut dispositiones, et non ut partes ad hoc Sacramentum, ut contingit in aliis Sacramentis. Secundum est eos solos actus ex institutione Christi ad hoc Sacramentum desideratos esse ejus partes essentiales quoad ipsius integritatem; quorum neutrum reperitur in aliis Sacramentis. Sed nullum est fundamentum ad adstruendum attritionem naturalem ex Christi institutione requiri ad integritatem hujus Sacramenti, nec ad perfectam, ac plenam remissionem peccatorum; quin oppositum est omnino verum, et catholice assertum contra Pelagium : ergo nullum est fundamentum ad asserendum attritionem naturalem esse partem hujus Sacramenti adhuc quoad essentiam, seu integritatem.

Ad hæc : juxta doctrinam Concilii hoc Additur, est maxime proprium, ac peculiare hujus Sacramenli præ ceteris aliis, quod ipsi actus pœnitentis ex parte ipsiusmet requisiti ad plenam remissionem, et ad integritatem Sacramenti, assumantur ex Dei institutione ad rationem partis Sacramentalis : sed attritio pure naturalis nunquam fuit requisita, nec ex parte pœnitentis sufficiens ad plenam, et perfectam peccatorum remissionem : ergo attritio naturalis ex Dei institutione non fuit assumpta ad rationem partis Sacramentalis. Atque ideo licet sit vera ea distinctio ejusiem attritionis in rationem partis, et in rationem dispositionis, est tamen falsa et omnino voluntaria facta distributio; quandoquidem illamet attritio quæ habet rationem partis essentialis, quantum est de se habet rationem dispositionis; imo prius est dispositio saltem remota, quam habeat rationem partis.

169. Secundo refellitur ea distributio ex gecania eodemmet Concilio. Quoniam Christus Do- refutatio, minus hoc Sacramentum instituens non condidit novam Pœnitentiam, sed antiquam, et omni tempore homini lapso necessariam determinavit, eique novum ordinem adjecit, eam Sacramento subjiciendo, quatenus sine ejus voto nec ipsi perfecue contritioni adseribi possit, reconciliatio, ut expresse affirmat Concilium cap. 4, illis concit, verbis : *Docet præterea cl si contritionem* Trid. *hanc aliquando charilale perfectam esse*

contingat, hominemque reconciliare Deo, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi conti itioni, sine Sacramenti voto (quod in illa includitur} *non esse adseribendam*. Sed Poenitentia omni tempore necessaria fuit supernaturalis. Ergo hanc, el non pure naturalem assignavit, ac determinavit Christus Dominus pro materia necessaria hujus Sacramenti, cui eam subjecit Majorem tenet, et probat ipsummet Concilium toto sessionis 14, ex pluribus Sacrte Paginæ testimoniis docens, quovis tempore fuisse necessariam eam pœnitentiam a se ibi descriptam universis hominibus, qui se mortali aliquo contaminassem. Minor etiam constat ex ipso Concilio sess. 6 de Justificatione cap. 5 et 6, ubi docet, et statuit' modum, ac necessitatem preparationis ad illam non ab alio exordium sumere quam a Dei excitante, et prœveniente gratia, et timore Dei, quo utiliter concutiuntur peccatores ad viam salutis capessendam. Quæ omnia snpernaturalia esse nemo ambiget, et consequenter dolorem inde ortum ducentem, cujus proximum principium, quando est attritio, e«t limor servilis, ut docet D. Thomas quæst. sequenti, quæ est 85.

Coocii. Tnden·..

Uem.

Uberior probaiio

Rursus probatur eadem Minor ex doctrina a nobis tradita tract. Justificat, disp. 2. dub. 7, ubi ostendimus nullum peccatum adhuc in puris commissum remitti posse absque gratia habituali nec subinde absque dolore supernatural!. Quod quidem argumenti est attritionem pure naturalem nullo unquam tempore fuisse opportunam medicinam peccati, nec proxime aut remote disposuisse ad obtinendam gratiam : non ergo eam Christum in lege gratiæ determinasse ut materiam sufficientem ad Sacramentum Pœnitentiæ credendum est ; sed eam dumtaxat, quæ quovis tempore, ut loquitur Concilium, fuit necessaria, quam constat fuisse et esse supernaturalem. Ratio a priori hujus ultimæ Consequentite est, quam supra tetigimus, et modo réassumions sub hac forma : quoniam Sacramentum formatum, et informe solum dilferunt penes fructum vel carentium illius ratione impedimenti obsistentis existentiæ gratiæ ; non vero penes qualitatem materiæ, aut formæ, ut exemplo aliorum Sacramentorum, et ratione evicimus. Sed a l Pœnitentiam cum fructu nemo ambigit determinasse Christum Dominum attritionem supernaturalem quovis tempore necessariam : ergo eandem, et non aliam assignasse tenendum est ad pœnitentiam sine fructu, quippe (juto est idem Sacramentum quoad speciem, et oppositum adstruere est voluntario, et absque fundamento discurrero, et ansam praebere cuilibet pro suo libito materias, et formas Sacramentorum, quod vel Ecclesiæ ipsi non conceditur, immutandi, et alias pro aliis subjiciendi.

Itatio a priori.

170. Hinc iterum evidentius apparet in eademmet attritione coire rationem partis, e: rationem dispositionis, ut bene supponit objiciens ; aliter tamen, et aliter ac ipse distribuit : nam rationem dispositionis obit ex se, et ex suis praedicatis intrinsecis, ex quibus utpote supernaiuralibus remote habet disponere ad gratiam, quatenus nimirum dolet supernaturaliter de peccatis commissis, licet imperfecte. Rationem vero partis induit ex institutione Chri-ti eam subjicientis clavibus ecelesiæ. Quo fit hanc subjectionem esse attritioni accidentariam, sine qua proinde esse potuit ante legem gratiæ : atque ideo intelligi posse attritionem hanc sine ratione partis Sacramentalis, secus vero sine conceptu dispositionis remotre ad gratiam. Fit deinceps neutiquam admissam iri utpote falsam, et prorsus voluntariam distributionem factam in evasione, quam diruere intendimus; siquidem attritio, quæ semel est pars hujus Sacramenti, denudari non potest, nec a conceptu supernaturalis, nec a ratione dispositionis remoiæ ad gratiam, quandoquidem ideo queit ex institutione Christi munus partis obire in hoc Sacramento, quia est supernaturalis, et remote conducit ad gratiam, et non e converso. An vero eam semper assequatur medio Sacramonto, necne? Alterius negotii est, cui infra incumbere, et in hoc eodem dubio aliquid delibare opere pretium erit. Fatemur equidem difficultatem inde subortam, quæ quamplurimos deterruit, et in satis dissitos dicendi modus abire coegit circa informitalem hujus Sacramenti. Sed in ea sumus, et semper fuimus sententia, ut non sint neganda vera ut extricentur difficilia : quia cum verum vero consonet, unius aperti veritas alterius quantumvis abstrusio non impedit, quin fovet expeditionem, quam Deo favente, et luce D. Thomæ præeunte, suo proprio loco aggrediemur, et explanare pro tenuitate nostra curabimus.

P::

?

§ VI.

Eadem veritas ex 1). Thoma probatur.

171. Secundum communis assertionis fundamentum jam diu ante Tridoiitinum a [)t Thoma sancitum invenitur, cujus hactenus in hoc dubio non meminisse, non incuria?, sed sudii ac inili init consilii, ut ejus testimonia sub uno rapite collecta plus roboris, quam dispersa, huic veritati concilient. Primum ergo S. Doctoris testimonium desumitur ex hoc primo articulo solutione ad primum ubi docet, *in illis Sacramentis, quæ habent effectum corrcspondenlem humanis actibus, ipsos actus humanos esse loco materiæ, ut accidit in Pandentia, et Matrimonio.* Et solutione ad secundum affirmat praedictos actus, qui habent in hoc Sacramento rationem materne proximæ, provenire ex inspiratione interna, et a Deo interius operante. Ex qua duplici propositione immediate consequitur attritionem, quæ inter actus pcenitentis est potior ex parte materiæ, provenire ex inspiratione divina, et a Deo interius operante, atque ideo debere esse supernaturalem.

172. Ab hoc tam expresso S. Doctoris testimonio non älio se quis potent expedire effugio, quam sæpe in præcedentibus refricato, et repulso de Sacramento cum fructu, quasi de hoc tantummodo sermonem habuerit S. Doctor; non vero de Sacramento quoad essentiam , et ut a fructu praescindenti, de quo non meminisse opus erat. Idque vel ab ipso S. Doctore allato exemplo Matrimonii confirmari poterit sequenti ponderationi : quoniam inter omnia Sacramenta hoc quod est habere actus humanos pro materia ita est proprium Pœnitentiæ, quod etiam convenit Matrimonio præ cæteris aliis, ut expresse affirmat .Angelicus Doctor, et est per se notum apud Catholicos : sed in Matrimonio dumtaxat ad fructum, secus vero ad essentiam, sunt et debent esse actus contrahentium supernaturales : ergo similiter dumtaxat ad fructum non vero ad essentiam Pœnitentiæ erunt supernaturales actus pœnitentis : vel inepte D. Thomas comparavit quoad hoc Matrimonium Pœnitentiæ.

173. Hoc tamen effugium nullius esi momenti, et manifeste opponitur D. Thoma?, ibi immediate ante docenti, quod n' *qui actus humani sunt in talibus Sacramentis* (nimirum aliis a Pœnitentia distinctis) *non sunt de essentia Sacramentorum; sed dispositive se habent ad Sacramenta.* Ex quo discrimine manifeste eliditur vis distinctionis sæpe inculcatæ sub sequenti forma : nam actus humani, qui ad reliqua Sacramenta cum fructu suscipienda se habent pure dispositive, et quoad hoc essentialiter exacti, in Pœnitentia obeunt rationem partis, seu materiæ essentialis : sed actus illi sunt, et esse debent supernaturules ; alias sine illis reciperent adulti Sacramenta cum fructu, quod est falsum : ergo actus pœnitentis per modum partis essentialis requisiti ad Sacramentum sunt, et esse debent supernaturales ; alioqui non subsisteret discrimen a D. Thoma hujus præ aliis Sacramentis constitutum.

174. Sed dices differentiam a D. Thoma intentam consistere in eo quod Matrimonium et Pœnitentia postulant pro materia actus humanos, qua humanos, non vero qua supernaturales : quod aliis Sacramentis non competit. Unde mens S. Doctoris solum est Pœnitentiam habere pro materia essentiali actus hominis detestantis peccata, quod nulli alteri Sacramento congruit. Quod vero illi actus sint supernaturales, non exigitur ab essentia Sacramenti, desideratur tamen ad percipiendum fructum. Replica,

175. Sed contra hanc doctrinam est, quod juxta illam hoc Sacramentum non aliter postulat supernaturalitatem attritionis, seu doloris, quam cætera Sacramenta, nimirum per molum dispositionis ad fructum, non vero per modum partis essentialis ; sed hoc e^t expresse contra D. Thomam oppositum disertissime asserentem : ergo male, et contra D. Thomam asseritur actus humanos, qua liumonos, non qua supernaturales esse paries essentiales hujus Sacramenti. Consequentia est bona supposita veritate praemissarum. Major est ipsamet objicientis doctrina. Et Minorem illi oppositam docet salis perspicue Angelicus Præceptor ubi solutione ad 2, ubi quæ ad primum dixerat, formalius iterans inquit : *In Sacramento autem Pœnitentiæ* (sicut dictum est) *sunt actus humani pro malcria, qui proveniunt ex inspiratione interna. Unde materia non exhibetur a ministro, sed a Deo interius operante.* Quo nihil clarius pro objecta expositione obruenda, et ut adversa D. Thomæ explodenda, siquidem illos eosdemmet actus humanos, quos pcenitens exhibet pro materia necessaria Sacramenti, exhibet etiam Rejicitor· D.Thoiu

pro materia ipsemet Deus, et uL interne operans in homine, et itidem interno inspirans, ut exprpsse asserit S. Docior : non ergo sejungit, aut separat materiam necessariam a supernatural.late, sed année it, et inseparabiliter conjungit.

'.Veoni-ur primæ confirmationi,

Nec plus regotii facessii confirmatio primæ evasioni addita, sed eadem peispicuitate, ac veritate retunditur, utpote quæ procedit ex non penetrato discursu D. Thomæ, qui est hujusmodi. Matrimonium et Pœnilentia in eo conveniunt, quod pro materia exigunt actus humanos ; quod est p:oprium ipsorum, et nulli alteri Sacramento congruit ex institutione Christi. Actus autem humani, quos exhibet pœnitens pro materia necessaria, fiunt ex inspiratione divina, et ab ipsomet Deo interne in pœnitente operante : ergo isti actus sunt ordinis superuaiurais In quo discursu, qui legitimus est. statuit S. Doctor convenientiam, et differentiam utriusque Sacramenti cum a reliquis, tum inter se. A cæteris quidem in eo quod unum, et alterum postulat actus humanos pro materia, quæ est horum duorum Sacramentorum convenientia in majori propositione constituta, in quo etiam ab aliis differunt. In minori vero proposition? assignat discrimen Pœnitentiæ a Matrimonio docens actus humanos pœnitemis esse ex inspiratione divina, et a Deo interius operante, quod nec uspiam docuit de Matrimonio. Unde ponderatio facta si quas vires exerit, in ea utentem regerenda est. Siquidem stante convenientia Matrimonii et Pœnitentiæ quoad actus humanos ex parte materiæ, constat ex D. Thoma actus pœnitentis esse supernatural; quod tamen non constat ex actibus ad contractum Matrimonii desideratis : ergo absque ullo fundamento in doctrina S. Doctoris negatur actibus pcenitentis supernaturalitas a S. Doctore illis delata, nec alio majori fit paritas quoad hoc unius ad a terum Sacramentum.

Exprn-rfiiur «ens D.Thom.

Ailior doctrina) radix.

176. Si autem hujus discriminis altiorem quoesieris radicem, ea est : quia nimirum contractum matrimonialem, qui erat de se pure naturalis, elevavit Christus in lege graliæ ad rationem Sacramenti. Lude sicut ad contrahendum non requiruntur nisi actus humani omnino naturales, ita neque ad matrimonium sub ratione contractus, nec sub ratione Sacramenti ; siquidem iidemrael actus qui obeunt rationem partis in ratione contractus, sunt etiam partes ejusdem in ratione Sacramenti. Siquive.ro alii allions ordinis debent intervenire, non ad essentiam sel ad gratiam Sacramenti obtinendum necessarii sunt : ex quorum proinde defectu non deficit Sacramentum, sed tantummodo gratia Sacramenti ; secus vero ex defectu priorum At vero circa pœnitentiam aliter se gessit Christus Dominus, modum ei imponendo, ac determinando, ne aliter esset proficua, nisi quatenus subjiceretur clavibus ecclesiæ, in qua erat potestas ligandi, atque solvendi. L'nde non novam Pœnitentiam instituit, nec veterem elevavit, sed determinavit. .Quo respiciens rectissime docuit D. Thomas in 4, d.T.·. dist. 22, q. 2, art 3 quod *Sacranunlum Pernitentis consistit in determinato modo agendi poenitentiam ; qui quidem modus non est similiter apud omnes nec in omni tempore.* sed tempore dumtaxat legis graliæ, ut constat ex quæstinnc. 2, ejusdem articuli, ubi ait : *Dicendum, quod quando variatur aliquid, quod est de essentia rei, non est eadem res numero. Unde cum determinatus modus, qui in ecclesia a pernitentibus observatur, sil de essentia hujus Sacramenti, hoc Sacramentum non fuit, antequam iste modus panitendi esset; et quia iste modus non fuit ante Christi adventum, ideo nec PiCnitenli.e* 4 *Sacramentum anlea fuisse debet dici.* Ubi totam et adæquatam differentiam nustræ pœnitentiæ a veteri reducit Angelicus Doc- d.t tor ad novum modum determinationis, et subjectionis ad ministros ecclesiæ, et ejus claves quarum neutram in particulari habebat Pcenitentia veteris legis, ut ibi latius prosequitur Sanctus Præceptor. Determinatio autem non extrahit, aut elevat ad altiorem ordinem, ut per se palet, quin contrahit, et restringit ad specialem modum intra illum ordinem. Atque ideo cum Pœnilentia veteris legis non fuerit elevata, sed tantummodo determinata, et novo ordine induta, recte deducit S. Doctor, et nos ex ejus mente, eadem esse quoad ordinem ex parte pcenitentis illam cum ista. Atque subinde unam, et alteram esse supernaturalem. Uude quoad hoc nulla est paritas Sacramenti Matrimonii ad Sacramentum Pœnitentiæ. Quin imo retorquendum est argumentum contra oppositum discurrendi modum : Etenim ad valorem, seu essentiam Sacramenti Pœnitentiæ concurrit, et concurrere debet ex parte pcenilentis ille dolor, qui lapsis erat necessarius in veteri lege, licet modificatus, determinatus, et novo ordine indutus : sed iste

isle ex uno, et nllf-ro capito oft supernaturalis : ergo dolor ad hoc Sacramentum necossariuB est un liquo supernaturalis. Uiule quoad hoc nee .Matrimonii, ncc alterius Sacramenti paritas urget : quia hoc quod est habere pro materia proxima actus supernaturales, non competit huic Sacramento ex conceptu generico, in quo convenit cum Matrimonio, et aliis, sed ex conceptu differential!, quo ab eis differt : et paritas solum tenet in eo in quo conveniunt, non vero in eo quo differunt. Porro licet communis illis sit constare materia, et forma; quodlibet tamen sibi vindicat materiam et formam essentialiter diversas ut de se constat : atque ideo inepte conficitur illatio ex uno, ad aliud, quoad hanc partem.

Alterna aiu n.Tt°3.

177. Secundum testimonium D. Thomæ ad eandem veritatem comprobandam depromitur ex hoc eodem articulo solutione ad primum, ubi analogiam constituit S. Doctor salutis corporalis ad spiritualem in modo unam, et alteram obtinendi, vel totaliter ab extrinseco, vel partim ab intrinseco, et partim ab extrinseco : atque ita accidere in salute mediis Sacramentis obtenta expresse affirmat. Unde concludit : *Sicut eliam in medicinis corporalibus quædam sunt res exterius adliibitæ, sicut emplastra, el elecluaria : quædam vero sunt actus sanandorum puta exercilaliones quædam.* Ex quo testimonio sequens conficitur argumentum sub hac forma : Inter Sacramenta ad nostram salutem ordinata unum est poenitentia, quo illam acquirimus non totaliter ab extrinseco, seu (quod idem quoad præsensest) ex meritis Christi, ut accidit in Baptismo, et cæteris aliis nobilioribus Sacramentis ; sed partim ab extrinseco, id est ex meritis, et gratia Christi, et partim ab intrinseco nimirum ex propriis actibus : ergo salus inde obveniens corresponde^ et meritis Christi, et actibus intrinsece elicitis a poenitente : sed hæc salus est supernaturalis : ergo etiam actus pcenitentis quibus partim correspondet. Cætera constant ex littera D. Thomæ, præter Minorem (cujus probationi non est locus inter catholice sentientes, cum certo certius sit salutem importatam media gratia cujuslibet Sacramenti esse supernaturalem) et Consequentiam, quæ non minus efficax, ac catholica est : siquidem gratia supernaturalis nullatenus vel proxime vel remote correspondet actihus naturalibus . ut Ecclesia contra Pelagianos jam diu sancivit : ergo si, ut docet D. Thomas, gratia pœnitentiæ correspondet dolori ipsius pcenitentis, plane conficitur prædictum dolorem debere esse supernaturalem, idque S. Doctorem suo discursu intendisse, ac probasse. Vel analogia qua utitur salutis corporal.s ad spiritualem, nullius ponderis, aut momenti est, quod apud cordatos male audiet, et absque contemptu S. Doctoris non potest admitti.

Roboratur ulterias ex eoftem S. Doct

178. Quod quidem argumentum tam alte menti S. Doctoris insedit ut eo semper usus fuerit, sive in sententiis, super quas juvenis scripsit ut consiat ex 4 sent, dist. 14, quæst. 1, art. 1, sive in hac 3 p. quam maturior ac provectior dictavit, nec non 4, contra Gentes cap. 12. g *Considerandum esi autem, quod corporalis sanatio,* ubi demonstrat spiritualem sanationem nec totaliter ab exlrinsecoo , nec totaliter ab intrinseco provenire posse, atque ideo oportere, *in Pœnitentiæ Sacramento spiritualem salutem, el ab interiori, el ab exteriori procedere nimirum a recta ordinatione mentis in Deum, et a Deo sua gratia adjuvante, el convertente.* Unde concludit, quod in hac spirituali sanatione *Christo conjungimur secundum operationem nostram divina gratia informatam.*

Expeu- 'III(ll[[,i"ı[-

179. Porro licet quoad speciem, et superficie tenus solum videatur procedere ejus discursus de Sacramento cum fructu,, quo pacto sine offendiculo currit, nec nisi cæcus in illum impiget, aut pertinax cavillari poterit ; altiori tamen, ac sublimiori nititur principio, siquidem non latuit S. Doctorem, et naturam hujus Sacramenti,· et fructum ejus realiter ab ipso separabilem, et de lacto separatum, ut contingere docuit in casu informitatis positivæ, in quo absque fructu reperitur, et Sacramentum, et omnia quæ ad ejus essentiam ex Christi institutione desiderantur. Et ratio il suadet : tum quia causa maxime efficiens, et instrumentalis non constituitur per effectum a se productum, aut producendum, atque ideo sive adsit, sive desit effectus ob superadditum obicem ex parte subjecti, in quo erat effectus introducendus, vel ob quamlibet aliam circunstantiam accidentalem , undecumque ea proveniat; non idcirco destruitur, aut non permanet natura, et essentia causæ, ut vel in naturalibus cernitur. Tum etiam, quia cum Sacramenta sint libere instituta a Christo Domino, ut instrumenta

t · i ' · tl

graliæ, pro priori ad istam, imo, et independenter ab ilia consideranda, ac explicanda est eo. uni natura, et essentia, qua possunt, et per se ordinantur ad inducendum quantum est ex se effectum; esto quandoque contingat per accidens effectum non esse, ut palet in aliis Sacramentis, quæ ex eo quo l aliquando proprium effectum non sortiantur, non idcirco non habent, quæ Christus habenda decrevit, sed totus defectus revocatur in impedimentum occultum, el non in defectum alicujus ex Christi institutione ad essentiam, et id quod ex natura rei supposita ipsius institutione requiritur.

Et quidem sermonem D. Thomæ esse doctrinalem, et maxime formalem nemo ibit inficias, atque ideo in re adeo gravi non tam attendisse ad casum contingentem, quam ad id qnod convenit Sacramento ex sua institutione, et per se, omnino fatendum est. Quocirca in tesiimoniis allatis, et expensis non fuit locatus de gratia ut actu producta, quæ per accidens impediri potest, ut testantur exempla inconcussa aliorum Sacramentorum; nec consequenter de Sacramento ut actu eam producente ; sed de eo quod ei convenit secundum se, et ex institutione divina, a qua accepere esse productiva gratiæ omnia Sacramenta, quidquid fuerit de actuali et exercita productione, de qua formalis ac doctrinalis sermo non curat,

Eoncleauir adime D.Thom.

180. Quani fallimur, observatione mens D. Thomæ enucleatur, et quæ ex ipso retulimus testimonia, satis efficaciter probant in omni eventu, atque subinde essentialiter actus pœnitentis, quibus in Sacramento, et medio Sacramento cooperatur quantum est ex se ad fructum illius, quamvis per accidens aliquando frustretur effectus, esse indispensabiliter supernaturales. Etenim hoc Sacramentum ex Christi institutione accepit, atque ideo essentialiter, esse causativum gratiæ supernaturalis, quæ partim fit ab extrinseco, et partira ab intrinseco ; hoc autem subsistere nequit, quin actus pœnitentis ad ejus essentialem constitutionem prærequisiti, exparte materiæ proximæ sint supcrnaturales : ergo hoc Sacramentum ex sua institutione accepit, ad suimet constitutionem essentialem habere pro materia proxima actus supernaturales. Consequentia recte infertur ex prtemissis. Majorem docet, et probat 8. Doctor in testimoniis adductis, eamque explicat per analogiam ad salutem corporaiera mediis electuanis, ac exerça latione, infirmi obtentam, quæ subinde correspondes debet, et naturæ, et arti, seu virtuti medicamentorum, et actibus propriis sanandorum. Minor vero efficaciter probari videtur ex eademmet rad ce a Sancio Ductore detecta, et a nullo Catholicorum non admissa : nam eo ipso actus pœnitentis debent esse talis conditionis, ut illis partira correspondere possit ex vi in-titulionis Christi saltem in actu primo (quidquid sit de actu secundo exercito) salus spiritualis, ad quam ordinantur : sed si essent actus naturales, nec in actu primo posset illis correspondere salus spiritualis : ergo non recte cohæret filis corresponderegratiam supernaturalem, ad quam ordinantur, et non esse supernaturale ex mente D. Thomas. Major hujus syllogismi constat ex doctrina D. Thomæ constituentis differentiam hujus ab aliis Sacramentis in eo quod istud Sacramentum per se, ordinatur ad nanciscendam gratiam partim ab intrinseco, partim ab extrinseco, idque habet ex sua institutione, et in actu primo essentialiter acceptum : et consequenter in eodem prorsus sensu idem suo modo debet convenire actibus pœnitentis ex parte materne proximie ad hoc Sacramentum concurrentibus; aliocui non magis hoc Sacramentum fuisset per se institutum ad gratiam partim ab extrinseco, partim ab intrinseco nanciscendam, quam caetera alia, nec discrimen a D. Thoma intentum, et præscriptum teneret. Minor etiam liquet, tum ex se, tum ex paritate aliorum Sacramentorum, in quibus et si concurrunt plures res naturales, quas Deus elevat ad efficiendam gratiam, nullum tamen est fundamentum ad illis deferendum influxum in gratiam, vel correspondentiam cum illa ;sed lotum, et totaliter tribuitur, et tribuendum esse constat virtuti elevanti : ergo si hoc est speciale huic Sacramento, ut ex ejus primaria institutione probat, et deducit Angelicus Præceptor, quod salus, in quam collimat, actibus pœnilentis, et gratiæ Christi correspondere possit, et debeat, signum evidens est ex S. Doctoris mente talis actus ex vi institutionis essentialiter exactos esse supr-maturates.

Hhâ pnre» veaiA

181. Hinc autem monitum optaremus lectorem, ne inde inferendum censeat concursum partialem liberi arbitrii ingratiam, ut sonarevidentur verha, qua usi sumus de correspondentia gratiae hujus Sacramenti tribuendum partim actihus pœnitentis, partim meritis.

inoritis, ol virtuti Christi, cujus Sacramenta sunt instrumenta. Quem quidem concurrendi modum ut veritati, ac D. Thomæ. el88. Patrum doctrime prorsus adversum exosum sempor habuimus. Undo germanus dictorum sensus est, quem supra dedimus ex Tridentiuo nimirum gratiam medio hoc Sacramento comparandam ultra causalita tem, quam per se, et essentialiter supponit ex parte materiæ proxima;, licet minus principalem in ratione instrumenti respectu forma?, ut explicuimus dub. 2, hujus disp, instiper exposcere causalitatem dispositivam. quæ reducitur ad genus causa) materialis. Unde, actus humani sicut obeunt et munus materiæ proxima?, et munus dispositionis ordine exposito, ita duplicem exhibent influendi modum, unum in alio fundatum : primum communem cujuslibet Sacramenti materiæ, alterum vero sibi proprium, quod est disponere. Et sicut in his eisdem actibus coeunt, et ratio dispositionis, et ratio materiæ proximæ, ita et in eadem numero gratia adest corresponden tia, el actibus humanis, et toti Sacramento, ul nos docuit D. Thomas, quin sit locus partialitati influxus a junioribus male invenlæ, et pejus fundata?.

nion/ SeJ ut ve^ m'n^mus dubitandi scrupulus procul abigatur, objiciemus aliud S. Doctoris testimonium, ne quem in illum offendere contingat, et nobis adversum obtrudat. Ait ergo S Doctor luco supra citato ex 4, dist. 14, quæst. **I**, art. 2 : *quod quia humani aclus non procedunt ex necessitate,* red *ex libero arbitrio, ideo non potest assignari causa ex parte nostra alicujus aclus nostri, ex quo semper procedat·, sed ex quo ulin pluribus contingit propter dispositionem txislenlem in nobis, ad hoc quod tamen non necessario inclinat. Unde omnes sermones morales sunt tales, ul Philosophus in* 3 *Ethicorum dicit, quod ul in pluribus oportet eos inlelhgere.* Ex quoD. Thomæ principio hactenus dicta in toto hoc dubio redargui possunt sub hac forma : nam ut sarta, tectaque doctrina moralis servetur, sufficit moraliter, et ut in pluribus eam in teli igore, ac tenere : sed doctrina de hoc Sacramento tradita a Concilio, et a D. Thoma moralis est; ergo ad eam sariam, tectamque servandam sufficit ut in pluribus eam contingere, atque ideo per se loquendo ita evenire, quod actus humani pro materia hujus Sacramenti sint supernaturales; per accidens iamen, ct in casu non ita communi sint naturales, quod et nihil amplius intendet, cui oppositus dicendi modus arriserit. Ad hæc sicut nullum est fundamentum adstruendi ex parte liberi arbitrii fixam radicem, ex qua actus humani prodeant, ut testatur D. Thomas, et docet experientia : ita absque fundamento asseritur attritionem ad hoc Sacramentum indispensabiliter exactam debere esse supernaturalem ; sed sufficiet quod ut in plurimum supernaturalis evadat ut ex doctrina hujus testimonii colligi videtur. Confirm,

183. Verum hoc testimonium, quod ita nude acceptum, el propositum rem confecisse videbatur contra veritatem, quam vindicare conamur, tam longe abest, ut rem conficiat, quod potius pro nobis est: ut si illi prout jacet admisso adjunxeris, quæ immedia e subtexuit Angelicus Præceptor. evidenter constabit : Inquit ergo S. Doctor doctrinam allegatam suæ, et nostri intentioni applicando : *Cum autem Panitenlia sil revocatio a peccato ul Damascenus dicit, oporlet originem ejus in nobis accipi secundum dispositionem cxistenlis in peccalo. Ille autem qui in peccalo esi, non habet gustum sanum, ut ex dulcedine divinæ bonitatis a peccalo revocetur : sed habet affectum infectum amore sui inordinato : el ideo per poenas, quæ naturæ suæ conlrarianlur, el voluntati, a peccalo revocatur : el ideo in eis ul in pluribus ex timore Panitenlia initium sumit, quamvis etiam in aliquibus ex amore panitenlia inchoatur.* Ubi non agit S. Doctor de Poenitentia ut Sacramento, sed de Pœnitentia virtute, de qua fuerat articuli épigraphe, *Utrum* (scilicet) *virtus Panilenliæ Umore concipiatur?* Et de hac docet, et recte, non semper procedere ex amore divinæ bonitatis, se l aliquando, imo et ut pluribus ex timore poenarum. Quocirca tota illius articuli doctrina, unam alteri annectendo, reduci potest ad hanc formam : principium pœnitentiæ virtutis in nobis sumendum est ex libero arbitrio infecto, seu obstricto peccato, non secundum quod in paucioribus, sed secundum quod ut in pluribus evenit : sed quod ut in pluribus evenit homini existent! in peccato, est operari, et agere ex timore pœnarum, non autem ex amore divinæ dulcedinis, ut vel ipso Philosophus docuit l Ethic.; ergo principium pœnitentiæ in nobis ut in plurimum provenit ex timore pœnarum, et non ex amore divinæ bonitatis. Qui Syllogismus rectissimus, et efficacissimus est ad intentum D. Thomæ,. nihil vero Exponitur D.Thom. Philcs0l,b«

probat ad mentem objicientis, quin penitus adversatur, ut palam liet inde subsumendo : sed attritio quæ est pars essentialis hujus Sacramenti, procedit a lirnore servili, qui est supernaturalis : ergo ex mente D. Thoma) attritio quæ est pars essentialis Pœnitentiæ est supernaturalis. Minor subsumpta est Angelici Doctoris simul cum Consequentia in hac 3 p. quæst. 85, art. 5, ubi idem interrogat. et examinat, ac in loco, quem versamus ex 4 sententiarum : *Utrum principium Pernitentis sil cx timore?*

Diiaitnr rnenf".

Unde constat ad argumentum ex doctrina D. Thomæ formatum, cujus Major nec est ad mentem S. Doctoris. nec in se vera, quandoquidem non procedit nisi de Pœnitentia quæ est virtus moralis, atque ideo fallit, eam Pœnitentiæ ut Sacramento applicando. Plura quippe ad Pœnitentiam ut Sacramentum concurrere necesse est, quæ omnino impertinentia sunt ad Pœnitentiam ut virtutem moralem. Et quidem eodem argumento posset confici non semper sed ut in pluribus essentialiter postulari determinatam absolutionis formam verbis externis prolatam, ut considerans facile apprehendet, quod absque insignis temeritatis ut minimum nota dici non potest. Nec verior est Mi-

■' ω"

Conci- in eipii- cudis Saera- iiif Rio- rum formis.

nor, siquidem Concilium in decernendo formas, et materias Sacramentorum, non se gessit ut ethicus, moraliter, seu ut m plurimum eas explicando, sed determinate assignando ut interpres divinæ institutionis, quod cuique eorum erat essentialiter proprium, et indispensabiliter exactum ad eorum diversas essentias; alioqui nihil firmum aut stabile esset in Ecclesia circa Sacramentorum essentias, sed eas quisque posset sibi, et aliis comminisci, quæ pro temporum, ac occasionum diversitate magis congruere viderentur. Quo quid amplius mallent hæretici?

Quid inde 50'1112- lur.

Et quidem his nævis inuri oppositum (si qui sunt) sentientes, facile constat : siquidem unum e duobus coguntur asserere : vel quod materia essentialis hujus Sacramenti sunt actus humani, qua humani, non vero ut supernalurales reduplicative ; quod supra ex Concilio, et D. Thoma improbatum est : vel duplicem materiam essentialiter diversam, nimirum actus supernaturales pro Sacramento cum fructu; et naturales pro eodem absque fructu constituere tenentur : quod etiam rejecimus supra ratione, et exemplis aliorum Sacramentorum in quibus non variatur nec materia, nec forma pones fructum, vel carentium fructus. Quamobrem ut voluntarie, et absque fundamento, eorum assertum amandandum est. Nec plus roboris est in confirmatione , ut expendenti constabit, a quo proinde supersedendum duximus.

Eadem veritas ratione fulcitur.

18-i. Ratio fundamentalis, et quasi a priori hujus sententiæ non semel in tota hac disputatione insinuata, ad sequentem formam potest reduci : Nam hoc Sacramentum institutum est per modum judicii reconciliativi hominis cum Deo : sed eo ipso reconciliatio ex parte hominis debet esse supernaturalis: ergo dolor ex parte hominis desideratus debet esse supernaturalis. Consequentia constat. Major ut principium per se notum inter catholicos supponenda est, quam insuper exper.entia demonstrat, quando quidem nullus est, qui ad hoc Sacramentum accedat, quod non, quantum est ex se, intendat se in pristinam cum Deo amicitiam revocare, Deumque peccatis ofiensum sibi infensum, et pacatum reldere mediis dolore, satisfactione, et aliis ad hujus Sacramenti essentialem constitutionem concurrentibus. Minor vero præterquam quod ex dictis constat, suadetur ; nam eo ipso quod homo intendat non joco, sed serio novam inire cum Deo amicitiam et offensam compensare medio hoc judicio, debet elicere, et olferre actus quantum est de se ordinatos ad finem sibi præstitutum consequendum : actus autem naturalis nec ex se, nec ex Dei institutione neutiquam conducit, et quantum est ex se nullatenus in eum finem pervehit, ut constat : ergo necessario exigitur in vi institutionis hujus Sacramenti, quod actus hominis pœnitentis ad illud omnino desiderati, sint supernaturales.

3 n>

Conif mati.

185. Confirmatur, et explicatur primo præoccurrendo tacitæ responsioni jam supra ex aliis principiis repulsæ : quoniam de essentia hujus Sacramentalis judicii non est actu reconciliare hominem cum Deo, sicut non est de essentia cujuslibet alterius Sacramenti actu conferre gratiam, sed esse quantum est de se, et ex parte Christi instituentis, gratiæ collativum, juxta vulgare, sed verum proloquium, quod verba in diffinitione

diffinitione non dicunt actum, sed aplitudinem. Ergo quamvis non postulet essentialiter actu constitui illis actibus, quibus de facto actu consequatur, et obtineatur remissio, et reconciliatio, quales sunt vel perfecta contritio, vel omnino absoluta, et efficax attritio a Tridontino descriptu; : petit tamen actu, et essentialiter constitui illis actibus, qui quantum est ex se, cl ex Christi voluntate ineam propendant, inclinent, ac permoveant; alias non esset ju licium quantum est de se reconciliativum ; attritioni autem naturali, sicut et cuilibet actui hujusce ordinis non tantum repugnat actu reconciliare, verum, et esse de se, aut ex divina institutione nobis in hac providentia manifesta, reconciliativum : ergo attritioni naturali repugnat esse partem intrinsece constitutivam, et essentialem hujus Sacramentalis judicii. Cætera videntur constare præter Minorem subsumptam, quæ nobis indubia est ; quoniam ut supra opposuimus, attritio naturalis secundum se accepta nullo unquam tempore fuit de se potens potentia, ut ita dicamus, antecedenti ad removendam offensam gravem Dei, quam semper fuisse ordinis supernaturalis constat ex loco supra citato de justificatione : atque ideo nec prout sic valuit in reconciliationem ab homine intentam propendere, ac provehere. Sed neque id habet in lege gratiæ ex institutione Christi, de qua non constat, sicut nec de approbatione Ecclesiæ, et Theologorum suffragiis; quin potius oppositum est communi sensu, et Theologorum calculis approbatum, ut constat ex dictis : ergo omnino asserendum est attritioni naturali non competere, imo et repugnare, esse partem essentialiter constitutivam hujus Sacramentalis judicii in eam reconciliationem inclinantis, ac promoventis.

s -îc Jî ziVi. 186. Confirmatur et explicatur secundo urgentiorem replicam disjiciendo. Quoniam ea potissimum ratione attritio naturalis sortiri posset rationem partis essentialis in hoc pœnitentiali judicio, quia nimirum est judicium humanum, et humano modo procedens. Ex quibus capitibus admittit cum bona fide fallentiam doloris reipsa supernaturalis ad perfectionem Sacramenti necessarii : stante autem bona fide doloris existimati supernaturalis. sed re ipsa dumtaxat naturalis, arduum imo, et durissimum esse obtendunt asserere Sacramentum esse nullum, et consequenter manere pcenitentem obnoxium confessioni bona fide faclæ iterari læ. Séd hæc ratio est nulla, neque magis urget in Sacramento quam in aliis : ergo non est ratio adstruendi pro parte essentiali hujus Sacramenti attritionem naturalem quantumvis bona fide existimatam supernaturalem, atque ideo tenendam est re ipsa oportere esse supernaturalem. Hæc secunda Consequentia constat ex prima, quæ etiam ex præmissis legitima est. Major continet doctrinam, quam quis causari poterit a l illi sententiæ adhærendum. Prima Minoris pars de nullitate hujus motivi, colligitur ex secunda ; quandoquidem omnia alia Sacramenta et recipiuntur, et ministrantur humano, et non angelico modo; cum tamen nullus inde intulerit arduitatem, aut duritiem in asserendo nullitatem Sacramenti caso, quo deliciat aliquod ex illis essentiale, quantumvis adsit bona fides, vel suscipientis, vel ministrantis. Et ratia est, quam supra urgebamus : quia bona fides conducit quidem quam plurimum, ut hom nem a novo peccato eximat; neutiquam vero facit ad id, quod re ipsa ex vi institutionis Sacramentum a parte rei postulat; quippe quod non pendet ab hominum judicio, sed a reali partium exisientia, ut vere existât. Unde sicut nec durum, nec arduum est nullum esse baptismum, non existente vera ablutione aquæ naturalis, vel vera Trinitatis invocatione (idem est de aliis juxta cujusque propriam materiam, vel formam) ita nihil duri, aut ardui continet nullum esse Pœnitentiæ Sacramentum, non existente vera attritione supernatural!.

*

Amplius ostendi- tU(Minoris falsitas. 187. Rursus nuditas Minoris ostenditur ex illomet, quod in Majori supponitur, videlicet non sufficere attritionem naturalem ut cognitam, sed ulterius desiderari quod bona fide apprehendatur ut supernaturalis. Ex qua suppositione liquet ex vi suæ institutionis postulari ad valorem hujus Sacramenti supernaturalitatem vel veram, ut tuemur, ex parte attritionis, vel invincibiliter, ut autumant, existimatam. Aliunde vero constat Christum Dominum pro suo beneplacito formas, et materias omnium Sacramentorum determinasse quoad speciem omnino independenter ab hominum, imo, et Ecclesiæ, judicio : ergo magis rationi, et Christi intentioni consonum est. veram supernaturalitatem attritioni deferre, quam auferre : siquidem ad primum sunt satis urgentia fundamenta, ex authoritate Concilii ex D. Thoma, ex majori ac

meliori Theologorum parte, ex paritate aliorum Sacramentorum, nec non ex ratione Theologica desumpta : nullum tamen ex his ad secundum reperitur, nec hactenus est repertum : ergo primum, et non secundum est asserendum.

Ultima Minoris improbalio.

Tertio probatur illius Majoris falsitas directe destruendo principium in illa contentum : quoniam judicium exercitum inter pienitentem, *et* ministrum magis est divinum, quam humanum, ut constat ex fine, ex sigillo tam severe in eo servando, ut nec cum vitæ dispei dio, et omnium bonoram jactura possit violari (nec enim quæ ibi revelantur, homini patefiunt, sed ipsi Deo) et ex aliis inibi concurrentibus. Quo

S. Pariîna<.

circa S. Pacianus epistol. 3, Novatiano simile quid objicienti ita reponit : *Non mihi plane, sed Deo soli, qui el* tn *baptismate donat admissum, cl patnitentium lachrymas non repellit : Cxlerum quod ego facio, id non meo jure, sed Domini. Sive baptizamus, sive ad pcrnilenliam cogimus, sive veniam petentibus relaxamus, Christo id authors tradamus.* Aliunde vero pœnitens serio ei se subjiciens eam exhibere debet attritionem, qua sperare possii nanciscenlam intentam reconciliationem. Constat autem ad id muneris ineptam omnino semper fuisse attritionem naturalem ; atque ideo ex ratione judicii reconciliativi, quod intervenit in hoc Sacramento, recte deducitur exigentia attritionis supematuralis pro ejus valore.

§ Vin.

Diruuntur argumenta in oppositum.

Opprsita scnienlia.

188. Pro adversa sententia (si vere sententia dici potest) refert Illustrissimus Arauxo loco supra citato aliquos Theologorum, suppressis eorum nominibus. Eamque aut tenuisse, aut indicasse Cajet. Victoriam, Cano, Ledesmam, et alios affirmat Magister a S. Thoma in præsenli art. 4. Apud quos omnes non invenimus, nisi quæ ex ipsis consultis supra transcripsimus, eaque quadam pietate ductos illa dictasse asseruit Franciscus Suarez eos allegans. Sed quidquid sit de hoc, non prætermittendum putamus cordaiissimi pariterque Sapienlissimi Magistri Thomæ de Lemos in hac parte judicium, super hanc, si velis, sententiam torn. 3, suarum dissertat, lib. 3, tract. 2, cap. 36, ubi ita habet : *Dicendum illam quidem omnino*

Cajei. Vinoria, Cuno.”*

LeJesma, an bene aUegenUir.

Lejiof.

falsum esse. el minus pradiel.v doctrina) Concilii conformem, nec lute defendi posse. Qua* ideo referimus, ul prudenti lectoris judicio relinquamus, quid, et quantum alteri harum partium sit deferendum, ut ab acriori interim abstineamus censura.

Af;u. Pribi.

Arguitur itaque primo : Nam inter materiam, et formam Sacramentorum, quantum res tulerit, debet servari proportio : sed absolutio, quæ est forma hujus Sacramenti, potest esse, imo de facto est, more natui alis : ergo etiam materia illius proxima, quæ immediatius subjicitur formæ, qualis est attritio. Major videtur per se nota. Minor vero prubatur, quoniam absolutio potest impendi ex solo inotivo naturali proferendi verba, imo et viliori, alicujus lucri temporalis, et si mavis turpi male cum pœnitenti agendi : sed in his omnibus nulla splendet supernaturalitas ex parte formæ : ergo non alia requiritur ex parte materiæ proximæ, si semel inter eas servari debet proportio, quam Major prre se fert.

Disseviftr,

189. Respondetur hoc argumentum ut nimie probans contemptum iri, quandoquidem si vere concluderet, pariter evinceret attritionem pure naturalem, imo et peccaminosam sufficere nedum ad valorem, sed etiam ad fructum, sicut sufficere constat absolutionem quolibet illorum finium impensam, dummodo ex aliis capitibus cætera ad Sacramentum cum fructu non desint. Quod tamen est plusquam falsum. Unde ad ejus formam admissa Majori de proportione, quæ vel ex natura rei competit materiæ, et formæ in ratione actus et potentiæ ut contingit in compositis naturalibus; secus vero in osse entis, ut constat in animali); vel ex voluntate artificis, ut liquet in artefactis, et potiori titulo servari debet in Sacramentis unicam Christi voluntatempro sui constitutione habentibus. Et concessa, prout jacet Minori, cujus veritatem, supra ex alibi a nobis dictis supposuimus, neganda est Consequentia. Ratio disparitatis est manifesta ; quoniam ad veram absolutionem sufficit, et requiritur vera potestas in absolvente cum vera itidem intentione ea potestate utendi, seu, quod idem est, absolvendi : quæ duo naturalia absolute esse vel in hujus disputationis limine statuimus, quidquid sit de fine ministri ex opere operantis, a quo Sacramenti veritas non dependet, ut exemplo caracteris, consecrationis, et aliis loco ibi citato explicuimus. Absolutionem

tur dispiîi·tas.

tionoin itaque duplici illa circumstantia ornatam Deus elevat ad instrumenialiter inducendum remissionis gratiam, quin obsint alii peculiares movi ex pravo ministri line contracti, ob quos sacrilego delinquet, quamvis Sacramentum sit validum, imo et fructuosum respectu pœnitentis. Hic enim non justificatur penes sanctitatem, aut malitiam absolventis; sel penes virtutem Christi pravo instrumento ad suæ gratiæ distributionem interdum utentis. At vero pœnitens, cujus interest reconciliatio cum Deo, cuique serio debet incumbere, sicut propria voluntate discessit, et cum ipso Deo inimicitiam peccando contraxit; ita propria voluntate debet dolere; et dolore quidem, qui de se tendat in offensæ destructionem, elejus finem aliquo modo attingat, ut debita proportio inter offensam, et compensat'onem sorvetur. Quocirca rectissime Christus Dominus, cujus voluntas est ratio, statuit dolorem pœnitentis reconciliationem serio intendentis debere esse ordinis supernatural s nedum ad fructum : sed etiam ad valorem hujus Sacramenti, non admisso aut excluso dolore pure naturali neutiquam ex se ad eum Unem conducenti.

Rejici. 190. Sed contra hoc replicatur (et est secundum argumentum) a paritate aliorum Sacramentorum, in quibus materia proxima sunt actus naturales ministri, ut in Baptismo ablutio, in Confirmatione signatio, et sic de cæteris : ergo pariter in hoc Sacramento, quoad hoc discurrendum est, subindeque asserendum in actibus doloris, et confessionis vocalis pure naturalibus ejus essentiam consistere; supernaturalitate, si quæ interveniat, ad solum fractum desiderata.

Dimi'ür. Hæc tamen replica in objicientem regerenda est, et ab ipso expedienda, si quidem in omni sententia materia proxima hujus Sacramenti non sunt actiones externae ministri absolventis, sed dolor internus sensibiliter manifestatus pœnitentis : si ergo quoad hoc non est paritas cæterorum Sacramentorum ad istud, quam obtrudere possunt rationem ad cam tenendam quoad esse naturale materiæ proximæ? Porro disparitatem quam assignare possunt ad hoc, ut in isto Sacramento actus pœnitentis sint materia proxima, secus vero in aliis, ex ratione judicii hic intervenientis sumenda est; quandoquidem in omni Foro judiciali manifestatio delicti vel per testes, vel per ipsius rei spontaneam, aut coactam, confessionem, vel uno, et altero modo facta habet rationem materiæ respectu sententia! a legitimo judice ferendæ. Gum ergo Christus Dominus hoc Sacramentum instituent ad instar judicii divini inter Deum, et homines, quo medio non intenditur pure vindicatio delicti, sed instauratio amicitia; supernaturalis, quam disciderat peccatum, et aliqualis pœnitentis compensatio; plane evincitur actus pœnitentis et esse partes hujus Sacramenti (in quo stat disparitas ab objiciente assignanda) et insuper debere esse supernaturales (in quo nos affirmamus etiam ab aliis differre) siquidem nullus actus naturalis queit, quantum est de se, neque in actu primo, ad eum finem conducere, ut supra arguebamus : nec similiter gratia sanativa, seu medicinalis, qualis est ea, in quam per se primo collimat hoc Sacramentum, potest habere adhuc in actu primo proportionem cum actu naturali ; cum tamen eam habere debeat cum actibus pœnitentis, ut supra a D. Thoma audivimus. Unde compellimur ex his et aliis principiis in hoc dubio sparsim jactis supernaturalitatem attritionis adstruere in hoc Sacramento pro ejus valore, admissa et concessa pure naturali materia proxima in aliis, in quibus nulla vel apparens similis ratio militat.

Et quidem si res ita non se haberet, neo Christus omni tempore necessariam pcenitentiam (abs dubio supernaturalemj ad specialem modum determinasset, nec eam a Deo interius operante, et inspirante bene statuisset Concilium. Unde constat inler hoc, et alia Sacramenta quoad hoc non esse tenendam paritatem, quippe, quæ in eo, in quo conveniunt, non in eo quo essentialiter differunt, servari debet.

Urgetur argum. 191. Sed adhuc non quiescit animus, et instatur urgendo idem motivum : nam quod quem pœniteat de peccato vel propter pconas inferni, vel propter ipsiusmet peccati turpitudinem, vel ob cum recta ratione dissonantiam (qute omnia, et alia quamplurima ipsum comitantia absona non sunt naturæ intellectuali) non excedit vires naturales. Nec similiter eas superat, peccata alteri detegere, ac impositam satisfactionem executioni mandare. Quid ergo vetat, aut impedit intéressé verum Sacramentum, non deficiente, ut non deficere supponit arguens, ordinatione divina? Unde urgetur in forma : Sacramentum est signum sensibile gratiæ sanctificantis nos : sed hic

est signum sensibile gratiæ sanctificantis nos : ergo hic est verum Sacramentum; non aliud a Poenitentia, ut constat : ergo hic est verum Sacramentum Pœnitentiæ. Minor primi syllogismi, qua? sola nutare poterat, probatur facile : nam supposita divina ordinatione, ac promissione, quem ita pœniteret, abs dubio reciperet gratiam, et per illa sensibilia signa nedum in ejus cognitionem veniret, sed etiam in assecutionem, ut recte probat aliorum Sacramentorum exemplum rebus sens bilibus gratiam inducentibus.

Confinii. Et confirmatur : quia nulii dubium est potuisse Deum actus pure naturales assumere ad instrumentaliter pro lucendam gratiam, ut pluribus ostendi posset, si res tam clara non esset : sed Sacram, nta sunt instrumenta physica gratiæ : ergo nulli debet esse dubium dolorem - naturalem posse elevari a Deo ad instrumentaliter eam efficiendam, imo et de facto, ita esse elevatam, atque ideo esse verum Sacramentum. Patet hæc Consequent a. quoniam ad verum Sacramentum sufficit res sensibilis cum virtute devante ad efficiendam gratiam a Deo destinata, et sensibiliter proposita : quod totum invenitur in præsenti, et consequenter etiam vera Sacramenti ratio.

Rrtorqueiuf. 192 A'erum argumentum illud plus apparentiæ, quam soliditatis habet utpote procedens ex principio universalissimo, et adeo vero, ut nisi delirans iliud negare nemo audet. Quis enim, nisi vecors, ibit inficias, rem, ut depingitur ab objiciente, disponere Christum valuisse? In quo eventu Saciamentum profecto foret; sed certe non hujus, sed alterius provi lenti», de qua impertinens est disputare, vel exemplum sumere ad præsentcm, in qua solum debemus procedere juxta regulas a Deo pra?scriptas, in Ecclesia acceptas, et a sanctis Patribus traditas, nihil curando de illis, qute alias subsunt, et subesse potuere potenti», et providenti» alterius rationis a præsenti. Fatemur insuper ultronei illas, et alias plurimas in peccato detestandi rationes, quæ captum naturalem non prætergrediuntur, in quarum vi vel pluribus ethnicorum fuit exosum, ut supra vidimus ex Cicerone.

Detegitur argumenti débilita'. Sed hinc argumenti vires dehiscunt descendendo absque fundamento ad hoc Sacramentum illi præscribendo materiam non a Christo decretnm, sed arbitrariam, qu» aspernitur, et rejicitur eadem facililato 'solidiori tamen mutivo) qua destruitur. Unde al ejus formam concessa Majori neganda est Minor, vel claritatis gratia distinguenda : et si sensus illius fuerit in altera providentia futurum esse Sacramentum, concedatur si Deus ita disposuisset ; secus vero si loquatur, ut revera loquitur, de præsenti, in qua sicut non probat attritionem naturalem sufficere ad fructum Sacramenti, ita nec conficit esse veram illius artem. Et quidem utrumque probare, si semel probat, manifestum est ejus formam consideranti, et præmissarum nervos attendenti. Eodem pede claudicat confirmatio, utpote quæ. solum conficit potuisse Deum assumpsisse attritionem naturalem ut instrumentum productionis gratiæ, sicut et quamlibet aliam rem ; non tamen suadet ita de facto fuisse, quo arguens indigebat. Dbpdttir cocirnnlit

193. Ratio ergo negandi unam, et alteram illationem argumenti, et confirmationis esc quia Christus materias, et formas Sacramentorum non Theologorum arbitrio determinandas aut cujusque judicio statuendas reliquit; sed seipso decrevit, ac constituit. Quod est apud ipsos Theologos per se notum. Quid autem in speciali ad ea consideranda descendendo, circa quodlibet eorum determinaverit, aut stabilierit, non aliud melius innotuit, quam ex Concilio, ex D. Thoma, in quo SS. Patrum sensus elucet, et ex fine cujuslibet eorum, ut sæpe dictum est. Ex quibus omnibus constat non quemlibet dolorem, sed cui sanitas mentis (quam gratia medicinalis propria Pceniten- ti» importat), proportionetur saltem in actu primo, esse partem essentialem hujus Sacramenti ; quod tamen nec convenit, sed neque convenire potest attritioni naturali : eruo graviori ac solidiori fundamento nixi negamus attritioni naturali, quod illi attribuere nituntur absque fundamento, nimirum esse partem essentialem, et essentialiter su licientem ad ejus valorem. Quin maneat recursus ad casum per accidens, bonam fidem, et alia sexcenta, quæ aggeruntur : quippe ista omnia se tenent ex parte pœnitentis, et solum conferunt ad eum vel innoxium, vel noxium servandum ; nihil vero referunt ad veritatem Sacramenti, ut supra ostendebamus, et evidenter constat in aliis Sacramentis, in quibus omnia alia possunt coire cum nullitate Sacramenti a parte rei, quamtumvis existimetur verum esse. Quamobrem sicut in cæteris a nullo admittitur casus, in quo sit Sacramentum verum, quod vera materia et forma sibi propriis

TraJ.irati? negjsi illati» Oppiib«.

Cocci

D.Tba 1

propriis non constet, sic nec admittendum censemus verum Sacramentum Pioniten-
tite, quod attritione supernatural!, quæ vere supernaturalis est, non constituatur.

§ix.

Difficile argumentum enodatur.

194. Tandem arguitur ab inconvenienti
w»‹“›· aliquorum judicio indeclinabili. Nam juxta hactenus dicta Sacramentum Pœnitentiæ nequit reperiri sine fructu. Consequens est falsum, ot contra expressam Angelici Præceptoris doctrinam : ergo et falsum est ad hujus Sacramenti valorem non suf-
licere attritionem naturalem. Minor cons-
B.to· tat ex D. Thoma in 4, dist. 17, quæst. 3, ubi docet hoc Sacramentum aliquando esse informe, et consequenter sine fructu, cui major, ac melior Theologorum pars suf-
fragatur, ut infra eos referendo erit per-
vium Consequentia etiam liquet, siquidem absque attritione naturali, vix, aut ægre quidem potest salvari informitas hujus Sacramenti, ut ex probatione Majoris li-
quidius liet. Igitur Majorem probare sibi
W fl visus est Vasquez infra quæst 92, art.
tjfttaio. 2, dub. unico ex doctrina Concilii ipsi,
5 el nobis communi. Primo, quoniam eun-
dem, et non alium dolorem constituit Con-
I cilium pro fructu , ac valore hujus Sa-
cramenti : ergo idem dolor qui sufficit ad valorem, erit etiam ad fructum sufficiens, atque ideo attritio supernaturalis, quæ juxta dicta ad ejus essentiam est necessa-
ria, sufficiet etiam ad eundem cum fructu
Tiileit. recipiendum. Utraque Consequentia cons-
tat ex antecedenti contento in Concilio sess. 14, cap. 3 et 4, ubi illum dolorem quem cap. 3 determinat esse materiam proximam, cap. 4, docet disponere ad jus-
tificationem : ergo ex mente Concilii non alius requiritur dolor ad rationem partis Sacramentalis, quam ad percipiendum fruc-
tum, et consequenter ex uno legitima fit illatio ad alterum.

Kht·l fecundo : quoniam ex mente Concilii
’attritio quæ disponit ad fructum, excludit voluntatem peccandi. Sed attritio, quæ requiritur ad essentiam, excludit omnem voluntatem peccandi : ergo eadem attritio, quæ juxta doctrinam Concilii requiritur ad hujus Sacramenti essentiam, sufficit ad ejus fructum : subindeque non remanebit locus informitati hujus Sacramenti, quod est intentum. Quæ dure probationes ur-
geri, et explicari possunt ex Concilio Flo-
reutino in decreto Eugenii, ubi ad Poeni-
tentiam contritio assignatur ut pars; cum tamen ad Baptismum solum designetur ut dispositio : quo l etiam postea docuisse Tridentinum constat ex a nobis supra dic-
tis, et allegatis ex sess. 6, cap. 6, et sess. 14, cap. 3 et 4 ; ergo contra dicta, et quod magis est, contra unum et alterum Conci-
lium est separare rationem partis a ratione dispositionis, atque subinde valorem Sa-
menti, ab ejus fructu.

Οποί,
E,0Γ·

195. His, quibus commiserat Vasquez suæ non adeo communis sententiæ totum pondus, novissime Tyrsus non salis fidens duo alia subjunxit quibus fulcirentur torn. 3, select, disp. 37, sect. 2. Primum est, eatenus dolorem esse partem hujus Sacramenti, quatenus requiritur ad plenam, atque perfectam peccati remissionem : ergo ex vi ejusdem habet esse partem, et dispo-
sitionem ad fractum Sacramenti : atque ideo non est Habilis in ratione partis, quin simul sit dispositio, nec consequenter da-
bile erit Sacramentum non actu fructife-
rum. Urget secundo : nam contritio, quæ est pars Sacramenti, duo secum trahit, et dolorem retroactorum, et in posterum non amplius deficiendi propositum : hoc autem propositum esse debet universale omnia, et singula peccata vitandi : ergo prædicta contritio universaliter disponit ad fructum Sacramenti, sine quo proinde nequit in Sacramento reperirii.

urget
p’u*yr“

Urget
see004·0·

Materia hujus argumenti gravissimam, ac satis diffusam sibi vindicat disputatio-
nem, infra hinc, et inde plenam manu exagitandam. Quamobrem ab ea in præ-
senti supersedendum est, et ea dumtaxat delibanda, quæ ad ostendendum sequelæ defectum, nec ita esse illationem indecli-
nabilem, qualem juniores aliqui judicant, sufficere videantur.

Remis-
tatis,

Et quidem negandam esse Majorem juxta a nobis dicta in toto integro dubio, haud obscure constabit recolenti, quæ expendi-
mus ex D. Thoma, et ratione probavimus. Ex quibus liquet non esse de essentia nec hujus, nec alterius Sacramenti actu inferre gratiam, aut semper illam inducere, sed dumtaxat esse inductivum, et illativum il-
lius, quantum est ex vi suæ institutionis. Cum quo optime cohæret aliquoties subesse impedimentum occultum, quod lateat pce-
nitentem culpabiliter, vel inculpabiliter ^de quo nil modo) ratione cujus Sacramentum de se potens inducere gratiam, actu eam

Interina
resP0H"

non official. Id quod satis constat non solum in causis naturalibus, puta, calore, ct aliis, qua? retardantur ab introductione effectus in passum, quantumvis illi applicentur: sed etiam in aliis Sacramentis, et quod magis est. in omnium nobilissimo Eucharistia', in quo nullus ambiget ob crimen penitus oblitum de quo nullus fuit, aut est dolor, similem defectum intervenire absque nova culpa recipientis. A qua regula generali absque ullo firmo fundamento praedicti juniores, et alii ipsis familiares Pirnitentiam excipiendam ducunt; cum tamen in ea ex fragilitate hominum sæpius tale impedimentum incurrendi urgeat periculum.

196. Porro s» in aliis, in hac re adeo gravi posthabendam aliorum quantumvis doctorum auctoritatem auctoritati Sanctissimi, ac Sapientissimi Doctoris D. Thomæ, testantur, et numero, et sapientia præstantissimi viri, tam exteri, quam domestici ab eo in hac pane indivulsi, quibus magis standum, quam unius, aut alterius, et si mavis, aliquorum singulari, aut non ita communi opinationi. Et quidem Angelicum Præceptorem pro neceesitate doloris supernaturalis ad valorem Sacramenti stetisse compertum est ex ab ipso acceptis ubi supra et ex unanimi discipulorum consensu, quos jam dedimus. Aliunde vero diserte S. Doctorem asseruisse aliquando contingere hoc Sacramentum recipi absque fructu, atque ideo esse informe, conslanlissimum est, vel ex Vasquez, Thyrsi, et adversariorum confessione, quin S. Doctprem consulere opus sit. Unde vel S. Doctorem vim illationis unius ad alteram conclusionem non satis calluisse dicendum est; vel inconsequenter processisse, aut Palinodiam recantasse. Quorum quolibet salis deprimit, ac pcssundat D. Thomæ aullioritalem, ac maximam, quæ ipsi in tota Ecclesia exhibetur, reverentiam. Quæ ideo diximus, quia unius asserti veritatem alterius veritati non repugnare com D. Thoma existimamus, cum quo rationabilius negavimus sequelam Majoris, nimirum *ei noslra, el D. Thomæ sententia sequi non posse hoc Sacramentum valide absque fructu recipi.*

Et ut offendiculum Concilii, quod obtrudunt, et obtendunt, diruamus, supponenda est doctrina D. Thomæ, quam tradit, et approbat ipsemet Thyrso ubi supra disp. 50, sect. 6, n. 73, referens S. Doctorem, de duplici dolore supernaturali, quorum alius esi omnino efficax, et sufficiens cum Sacramento, ultor vero inefficax, insufficiens ad fructum ; sed qui sufficit ad valorem. Hanc autem fuisse mentem D. Thomæ contendit laudatus Magister, et in vi hujus docuisse aliquando affirmat do essentia hujus Sacramenti osse contritionem. et confessionem. Quo loci, qui est in 4, dist. 17, quæst. 3, ari. 3, quæst. 1 ad 1, juxta ipsiusmet allegationem, sermo debet esse de contritione non perfecta, quæ absque Sacramento in re sufficit, sed de attritione efficaci, et cum Sacramento sufficienti ad gratiam obtinendam. Aliquando vero docuit eum, qui non contritus confitetur, validum, et non iterandum, conficere Sacramentum, ut habetur articulo -i ejusdem quaestionis, ubi solum exclusisse dolorem omnino efficacem ; et inefficacem retinuisse constat, ex ipso S. Doclore eadem dist. quæst. 3, art. 4, quæstiunc. 4, dolorem, et confessionem esse de necessitate hujus Sacramenti asserenti. Omnino consone ad hanc doctrinam ibi docuisse constat nante affectu ad peccatum stare posse valorem Sacramenti, ratione doloris imperfecti, seu inefficacis, nec non distinet. 21, quæst. 3, art. I, quæsiinnc. 1 ad 1, ubi ita loquitur : *sicut Baptismus est Sacramentum, quamvis quis fictus accedat, nec est mutandum propter hoc aliquid de essentialibus Sacramenti. Ita confessio non desinit esse Sacramentalis, quamvis ille, qui confitetur, emendationem non proponat.* Ex quibus clare constat dolorem ut efficacem solum requiri ut dispositionem ad gratiam Sacramenti, non vero ut partem essentialem iilius; alioqui enim non subsisteret veritas Sacramenti absque dolore efficaci : atque ideo solum dolorem inefficacem esse illius partem essentialem, utpote sine quo esse non potest.

197. Sed age, et videamus, an eandem distinctionem inveniamus in Concilio, quod ab esse promulgant, et toties juniores proclamant. Quod si ita res fuerit, ipsamet sui confessione cogetur Pat. Tyrso, et alii vel inviti fateri maximam D. Thomæ cum doctrina Concilii cohærentiam, et sui argumenti efficaciam : atque ideo quam optime stare ex una parte existentiam doloris supernaturalis ad valorem Pœnitenliæ, et ex alia non semel sine fructu reperiri. Profecto Concilium post explicatam perfectae contritionis indolem, dicendo, *et si contritionem hanc aliquando charitote perfectam esse contingat, hominemque*

niurtÿtie *Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum aolu suscipiatur; ipsum nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto (quod in ilia includitur) non esse adscribendam,* immediate, et absque nulla alterius sententiæ interpositione subnexuit : *Illam vero contritionem impcrfectam, qua' altrilio dicitur, quoniam, v l ex turpitudinis peccati consideratione, vel cx gehennx, el pœnarum metu communiter concipilur, si voluntatem peccandi excludat,* Qai'l cum *spe venia, declarat, clc.* Ubi mani* ^"//.festissimum est unum exponere Concilium, win. et aliud supponere. Exponit qu dem liane attritionem eis conditionibus præditam, esse donum Dei, et simul efficacem quatenus excludit omnem affectam peccandi, vi cujus cum ipso Sacramento in re suscepto ultimo hominem disponit ad impetrandam gratiam remissivam. In quo jam habemus a Tridentino expressum dolorem efficacem, et consequenter in quo splendeant, et ratio partis essentialis, et munus ultimae dispositionis ; quod quidem munus illi secundum se non competit nisi ratione ipsius Sacramenti. Quæ fuit doctrina DTbom. [). Thomæ, ut constat ex ipsa Tyrsi confessione.

Trident. Supponit vero Concilium aliam attritionem minus perfectam, utpote inefficacem, et quæ voluntatem omnimodam peccandi non excludat, cui subinde non conveniat nec intra, nec extra Sacramentum ultimo ad gratiam disponere; bene autem remote, quippe quod ei convenit ex conceptu doloris supernaturalis, et independenter a Sacramento, et ante ejus institutionem, ut supra dicebamus. Et ratio id suadet : quia si sensisset Concilium nullam aliam esse attritionem Christianam vere supernaturalem præter clare expositam, inutiliter, et omnino superflue tot particulas cumulasset, *Communiter,* et si *voluntatem peccandi exeludat* · quandoquidem omnis, ac quaelibet vera Christiana attritio ea sibi omnia vindicaret, ac jure posceret : ergo illas apponendo supposuit esse attritionem Christianam vere supematuraiem, quæ non semper ex illis motivis concipitur, nec voluntatem peccandi penitus excludit Hancque appellavit D. Thomas, et ex eo P. Tyrh, sus, dolorem inefficacem. Quod ergo est h dissidium inter doctrinam D. Thomæ, et l Concillii? Profecto nullum, nisi in eo quod D. Thomas ut Theologus dearticulatius, ac distinctius, Concilium vero ut definiens, ac determinans compendiosius se gessit, utpote cui solum fuit curæ hæreses pullulantes percellere, ac profligare. Re tamen ipsa doctrina Concilii eadem prorsus est cum doctrina D. Thomæ, atque ideo ex utriusque mente concedere tenemur, et tenemur adversarii duplicem illum dolorem, alterum efficacem, utpote excludentem voluntatem peccandi, aliam vero inefficacem eam voluntatem compatientem, ex quibus primus ita est pars, quod simul sit dispositio ad gratiam cum Sacramento; secundus vero obire poterit rationem partis, quin habeat rationem dispositionis proximæ, seu ultimæ ad gratiam ratione obicis, quem non excludit, nimirum allectum peccandi, modo suo luco amplius exponendo.

198 Interim tamen præ oculis haben- Aniraoddum est (quo tandem Concilii mens ma- 'crsio. nebit magis perspicua) informitatem hujus, aut cujuslibet alterius Sacramenti non posse, nec debere probari positive ex aliquo Conciliorum, quibus mos semper fuit inconcusse, observata, explicandi quæ ad e-sentiam Sacramentorum cum perfectione desiderantur, et quæ catholicam plebem edocere oportebat, nisi aliud necessitas postulasset. Et quia circa informitatem Sacramentorum salva eorundem essentia, nulla hactenus exorta fuit hæresis prosternenda, idcirco unico, ut ita dicamus, ictu, atque sub eodem titulo exposuit, quæ pertinent ad utrumque, nimirum essentiam, et fructum. Quod observandi specialis ratio in Pœnitentia viguit, in quo actus pœnitentis habent rationem materiæ, et rationem dispositionis. Cætera autem subtilius discutienda Theologis commisit, quorum interest doctrinaliter a Concilio tradita enucleare, et singula singulis deferre.

Cum ergo ex Concilio habeamus duplicem dolorem, alterum expositum, cui simul conveniat ratio partis, et dispositionis ad Sacramentum cum fructn, de quo Concilium agebat : alterum suppositum, nimirum inefficacem, cui nec dispositionis proximæ munus congruat; et D. Thoma D.Tbom. cum quampluribus aliis constet hunc esse partem essentialem hujus Sacramenti absque fructu, ut vel ipsi adversarii fatentur; plane evincitur hanc illationem non esse contra mentem Concilii, sed maxime illi consentaneam, ac conformem. Convenientia quippe in principiis, quam adesse inter D. Thomam, et Concilium monstravimus, adstruit convenientiam in conclusione legitime illata, ex eisdem principiis.

Duplex d‹/lor.,9.x mente, necnon

dantur object. unico verbo dissipantur, quæ ux Vasquez et Tyrso objecta sunt, asserendo loqui Concilium de Sacramento cum fructu, ad quod verum est requiri eam attritionem ibi expositam, cui duo conveniunt, et munus partis, et munus dispositionis proximæ. Sed quia ad Sacramentum sine fructu sufficit primum munus; non autem desideratur secundum pro solo fruclu requisitum, idcirco recta ratione ducti asserimus sufficere eam attritionem, quam supposuit Concilium, ac subindicavit, quæ quidem supernaturalis est. deficiente prima ad fructum exacta.

Formaris 3Γ£11-neaii respon-sio. Sed ne videamur a forma deficere, respondetur ad argumentum negando Majoris sequelam utpote adversam veritati, ac D. Thomæ. Ad cujus primam probationem distinguendum est Antecedens : eunlem, et non alium dolorem constituit pro valore. et pro fructu simul, conce iimus, pro valore distincto a fructu, negamus Antecedens, et suppositum illius. Quia Concilium simul explicuit valorem cum fruclu, nec separavit unum ab altero, ut separare necesse est a l argumentum. Unde explicuit simul essentiam, el fructum; nusquam tamen docuit idem omnino requiri ad essentiam sine fructu, atque cum illo, quo indigebat argumentum, n·.c illo utentes possunt probare. Quin imo ex ipsomet Concilio redarguendi sunt : siquidem ex Concilio constat esse necessariam attritionem supernaturalem ad valorem, seu essentiam Pœnitentiæ : aliunde est evidens aliquid amplius desiderari ad Sacramentum cum fractu, quam ad ipsum absque fructu : ergo certum debet esse aliquid ibi statuisse Concilium necessarium pro fructu, non autem exactum ad ejus essentiam. Hoc autem non est aliud (vel assignetur) quam quod jam diu ante Concilium explicuerat D. Thomas, ut constat ex adversariorum confessione : ergo hoc ut certum in se, et ex mente Concilii tenendum est.

secunda probjtio. ^inc secundam probationem ex Vasquez palet negandam esse Minorem, siquidem attritio quæ ad valorem su flic it, cum non sit efficax, non excludit voluntatem peccandi, et consequenter non disponit ad frucl,um· ^ec P^us roboris est in confirmatione desumpta ex Florentino, in

contir-mitioni. qU0 soium docetur alteram ex dictis attritionibus esse partem Pœnitentiæ : et quidem si fuerit perfecta, erit utique et pars, et dispositio ad fructum ; si autem imperfecta. proderit quidem ad valorem, non vero ad fructum. Ad Baptismum vero nunquam induit rationem partis sub neutro illorum munerum, quod solum intendo* bat Concilium.

Tjr»i Obj«l4-BU i-neruj·ur. 199. Hinc etiam corruunt, quæ in fulcimentum addiderat Thyrsus : nam prima propositio, nimirum *ealenus dolorem esse partem hujus Sacramenti, quatenus requiri·tur ad plenam, atque perfectam peccatorum remissionem,* non alium sensum reddit, quam explicatum, videlicet illum perfectum dolorem sub utroque munere esse necessarium ad fructum Sacramenti nanciscendum. Similiter propositum in secunda probatione contentum necessarium est ad percipiendum fructum ; sed ex his nec sequitur. nec probatur Concilium docuisse idem omnino desiderari ad valorem, ac ad fructum. Quin imo oppositum sequi videtur, ut convincitur hoc syllogismo : Etenim ad plenam atque perfectam peccatorum remissionem requiritur dolor efficax, qui excludat voluntatem peccandi, ut nos docet Concilium : sed in Sacramento informi non confertur actualis plena, atque perfecta peccati remissio, alias non esset informe : ergo nec sequitur talis,, ac tantus dolor, qualis, ac quantus esse debet quando obtinetur remissio. Quippe evidentissimum est ex terminis plus ad causam ut effectum inducentem requiri, quam ad eam fructu, seu effectu, spoliatam, undecumque id proveniat, quod nostra non refert.

Ei Tridenti» retor-qnetir arp· ineutflL Secundo retorquetur argumentum ex eodemmet Concilio sess. 14, cap. 3, ubi disiineuens integritatem Sacramenti, et ejus effectum, inquit : *Qui quatenus in panilente ad integritatem Sacramenti* (en integritas a fructu diversa) *ad plenamque, el perfectam peccatorum remissionem* (ecce fructum) *ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes Panilentia; dicuntur.* Ubi duo copulat et integritatem, et fructum. Ex quo nemo bene arguet affirmative (ut arguunt adversarii) ad unum determinate, nisi arguendo a copulativa ad disjunctivam determinate, qui est fallax arguendi modus : atque ideo bene sequitur non totum quod requiritur ad utrumque simul, desiderari ad primum absque secundo ut constat in hac argumentatione : *Concilium docet ad baptismum cum fructu in adultis requiri attritionem : ergo ad baptismum absque fruclu requiritur attritio.* Quæ illatio illegitima est; sed inferendum, et bene, eam attritionem quæ ad ulrumque desideratur,

ralur, non oseû necessmiani ad baptismi integritatem. Ex quo liquet conformités illationis Thomistarum cum doctrina Concilii.

200. His occasione hujus argumenti circa informitatem Pœnitentiæ ita in communi assertis ex D. Thoma, ex eodem S. Doctore præscriptam habemus viam infra suo proprio loco ineundam ad illud operosius stabiliendum. Non enim sat duximus S. Docturis vestigia prernere in statuenda informitate hujus Sacramenti, sed cordi semper e.·t modum a S. Doctorê indicatum tenere, ac pro viribus propugnare, Nec enim minoris authoritatis, doctrinæ, aut sanctitatis est Angelicus Praeceptor ad veritatem Sacramenti informis in communi statuendam, quam ad fundandum, ac præscribendum modum informitatis, et consequenter unum, et alterum nobis prosequendum, et totis viribus vindicandum suscipiemus.

B-Tîh i. Ceti-,ra' Cum enim ex D. Thoma constet (id etiam supponente Concilio) dari attritionem supernaturalem non omnino efficacem. quæ omnem effectum peccandi non excludat quippe quæ nec formalem, et expressam compatiatur ; quamvis admittat virtualem, seu implicitam complacentiam ; profecto qui ad Sacramentum accederet vel invincibiliter ignorans illam sufficere, vel invincibiliter existimans se esse sufficienter dispositum ; cum tamen reipsa non sit, ut Sacramentum postulat, verum reciperet Sacramentum, si non desint alia : alias gratiam Sacramenti non reciperet ob defectum doloris efficacis, excludentis, vel excludere debentis omnem affectum peccandi, ut statuit Tridentinum : ergo qui sic accederet, Sacramentum informe acciperet. Ad cujus clariorem lucem observare oportet hanc attritionem supernaturalem de se esse dispositionem remotam ad gratiam, ut supra dictum est, cui supervenit ex ordinatione divina ratio partis Sacramentalis ex subjectione actuali ad claves. Ut vero obtineat rationem proxime dispositionis ad gratiam adhuc in Sacramento, requiritur quod sit efficax modo a Tridentino explicato : atque ideo hac efficacia illi deficiente obibit quidem rationem dispositionis remotæ, et partis Sacramentalis, quod sufficit ad Sacramentum informe; non vero habebit rationem proximæ dispositionis, quod requiritur ad consequendum fructum, et ut Sacramentum fructuosum evadat. De quo infra, ubi plura, eaque satis gravia, opponentur. Pro hac dispositione dicta sufficiant.

ARTICULUS II.

Utrum precata rial propria materia hujue Sacramenti?

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod peccata non sunt propria materia hujus Sacramenti. Materia enim in aliis Sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, et sanctificate effectum Sacramenti operatur ; peccata autem non possunt sanctificari, eo quod contrananlur effectui Sacramenti, qui est gratia remittens peccata : c-rgo peccata non sunt materia propria hujus Sacramenti.

2 Prret. Augu. dicit in hb. de poenitentiis, nullus potest inchoare novam vitem, nisi eum veteris vit® pœniteat : sed ad vetustatem vitæ pertinent non solum peccata, sed etiam pœnalitates præsuntis vit® : non ergo peccata sunt propria materia pœnitentiæ.

3 Pcet. Peccatorum quoddam est originale, quoddam mortale, quoddam veniafe : sed pœnileniia Sacramentorum non ordinatur contra originale peccatum, quod tollitur per Baptismum, neque contra peccatum mortale, quod tollitor per confessionem peccatoris, nec etiam contra veniale, quod tollitur per tunsionem pactoris, et per aquam benedictam, et alia hujusmodi : ergo peccata non sunt propria materia pœnitentia:.

Sed contra est, quod Apostolus dicit2 Cor. 12: .Non egerunt pœnitentiam super immunditia, et fornicatione, et impudicitia quam gesserunt.

Respondeo Dicendum, quod duplex est materia, scilicet proxima, et remota : sicut statuæ proxima materia est metallum, remota vero, aqua : dictum est autem quod materia proxima hujus sacramenti sunt actus pœnitentis : cujus materia sunt peccata, de quibus dolet, ‹ t quæ condietur, et pro quibus satisfacit. Unde relinquitor, quod remota materia pœnitentiæ, sint peccata, non acceptanda, sed detestanda, ct destruenda.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de proxima matetia Sacramenti.

Ad secundum dicendum, quod vetus et mortalis vita est objectum pœnitentiæ ; non ratione pœnæ : sed ratione cnlpæ annexæ.

Ad tertium dicendum, quod pœnitentia quodammodo est de quolibet percitorum genere : non tamen eodem modo, nam de peccato actuali mortali, est pœnitentia proprie, et principaliter : proprie quidem quia proprie dicimur pœnitere de his, quæ nostra voluntate commisimus : principaliter autem, quia ad deletionem peccati mortalis, hoc Sacramentum est principaliter institutum. De peccatis autem venialibus est quidem pœnitentia proprie, mqnantum sunt nostra voluntate facta : non tamen contra hæc principaliter est hoc Sacramentum institutum. De peccato vero originali pœnitentia, nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatur hoc Sacramentum, sed magis baptismus) nec etiam proprie : quia peccatum originale non est nostra voluntate peractum, nisi forte inquantum voluntas Ad® reputatur nostra, secundum modum loquendi, quo Apostol. dicit Rom. 5 : In quo omnes peccaverunt : inquantum tamen large accipitur pœnitentia pro quacumque detestatione rei præteritæ. potest dici pœnitentia de peccato originali, sicut loquitur Aug. in lib. de pœnitentia.

Conclusio esi affirmativa.

DISPUTATIO II.

De Materia remota hujus Sacramenti.

Explicata materia proxima hujus Sacra- iij.us menti, jure pergit D. Thomas exponere Thomas, materiam remotam, ut inde quidquid se tenet ex parte materiæ in Pœnitentia maneat enucleatum. Quocirca conclusionem quasi indefinitam statuit asserendo peccata

esse materiam remotam Pœnilenliæ, et ea directe satisfacit articuli quæsilo. Sed quia peccatum quasi genetico sumptum plures sub se continet species subalternis, nimirum originale et actuale; hoc autem in mortale, et veniale, subdividitur, sub quorum quolibet pene innumeras peccatorum species intimas est reperire. mira dexteritate Præcepior Angelicus in solutione ad tertium, a l species subalternas aciem direxit, missis speciebus intimis ad proprios tractatus ; et docet Pœnitentiam quodammodo esse de quolibet peccatorum genere, licet non æque, sed diversimode pro eorum diversa indole, seu natura. Nam primo, et principaliter versatur circa peccatum mor tale, quod actuale, seu personale dicitur ; secundario autem, et minus principaliter erga peccata venialia. Porro peccatum originale uipote non propria, sed aliena voluntate contractum sub neutra illarum considerationum perlinet ad Pœnitentiam, sive ut est virtus, sive ut superinduit rationem Sacramenti ; quippe quæ dumtaxat propria voluntate commissa abolere intendit. Large tamen accipiendo *Pernitentis* nomen prout importat displicentiam, aut detestationem rei preterit» bono oppositæ. potest esse pœnitenlia de peccato originali,
D. Augusl. ut constat ex Augustino lib. de vera, et falsa Pœnitentia, cap. 8, et lib. de Pœnitentiæ medicina cap. 2. Sed pro horum clariori elucidatione sequentia dubia subjicienda duximus, et a facilioribus incipiendo primum sit

DUBIUM I.

Quænam peccata sint materia remota hujus Sacramenti.

Q H suppo- natur. 2. Supponit titulus aliqua peccata esse materiam remotam Pœnitentiæ, et dumtaxat investigat, quænam illa sint? Rationem suppositionis nos docet S. Doctor in hoc articulo; quoniam illa est materia remota, ex qua constituitur, vel circa quam versatur materia proxima : sed materia proxima Pœnitentiæ versatur circa peccata : ergo peccata sunt materia remota Pœnitentiæ. Majorem probat, et explicat D. Thomas exemplo statute, cujus materia proxima est metallum, remota vero ex qua ipsum metallum constat, est aqua. In quo exemplo non omnimodam similitudinem
Vazquez, quæsisset Vasquez in præsenti in annot. ad hunc articulum, si animadvertisset differentium a se desideratam praeoccupatam ab Angelico ingenio in line sui discursus D,n<· in iihs verbis : *Unde relinquitur, quod remota materia Pœnitentiæ, sint peccata non acceptanda, sed detestanda, el destruenda.*

Ex quibus colligitur materiam remotam esse duplicem, vel acceptandam, vel destruendam. Sub acceptanda continetur, duplex alia in *qua,* nimirum, et *e.r qua :* Ad harum primam reducitur subjectum, vel quasi subjectum Sacramenti, quod esse peccatorem nemo ambigit, ot testatur D. Thomas opuscul. 22. cap. 4, dicens : D *Ipse autem peccator confilens, est quasi materia in hoc Sacramento Unde verba absolutionis super eum prolata efficiunt Panilenlix Sacramentum.* Materiæ autem *cx qua* remota· in hoc Sacramento nusquam meminit D. Thomas, nec aliquis alius Doctor. cujus authoritati standum sit. Et ratio Ralh. est clara quia in hoc solo Sacramento, et Matrimonio assumuntur pro materia actus humani, qui non sunt compositi, sed qualitates simplices; secus vero accidit in aliis Sacramentis, in quibus materia remota est aliqua substantia materialis, cui proinde ratio materiæ *ex qua* remotæ queit adaptari.

Unde rejicienda est sententia cujusdam Joseph Januarii. cuius meminit Mag. I Jaun. rim j Prado ad quæst. 90, dub. 2, § 2, asserentis maleriam remotam hujus Sacramenti, rejedi esse ipsos pœnitentis actus, quos se habere Martrf ad illud velati aquam ad Baptismum do- de P> cuit Angelicus Doctor in præsenti art. l do. ' ad I, ex quo subinferri sibi vult prælaudatus Magister t p. résolut. 25, ex mente S. Doctoris esse actus pœnitentis non aliter ad pœnitentiam, quam aquam ad Baptismum concurrere. Constat autem aquam solum ut materiam remotam se habere in Baptismo : ergo etiam acias pœnitentis in Pœnitentia.

Hujusmodi vero illatio frivola et ineptissima est, utpote contra expressam doctrinam S. Doctoris a nullo Theologorum non acceptatam art. l et 2, hujus quæstionis. ubi non semel docet actus pœnitentis esse materiam proximam hujus Sacramenti. Unde comparatio, qua*ustis est, aquæ ad actus pœnitentis solum est, quantum ad e.-se sensibile illorum, non vero quoad munus materiæ ut ipso textu evidenter monstratur.

MaUrrt cina qni® nuj55 Sxn- mecti. 3. Ad alterum membrum ex supra assignatis reducitur materia, quæ communiter appellatur circa *quam,* et est etiam duplex : vel

vel quæ sit stirpanda , ac penitus destruenda, quo pacto 8e habet combustibile ad ignem, infirmitas ad medicinam, et cominus accedendo, triticeus panis ad transubstantiationem. Vol quæ sit perficienda, cl ad perfectiorem statum reducenda, uti se habent a*s, aut lignum ad statuarium. Ad quod quidem membrum nequeunt perlinere peccata quorum exllnctionem intendit pœnitens medio Sacramento Pœnitentiæ, sed necessario collocari debent sub
D.Ttt». altero, ut constat ex verbis, quibus S. Doctor discursum clausit, et jam retulimus. In quorum consequentiam infra quæst. 90, art. l ad 3, inquit : *Peccata sunt materia remota Pti nitentia·, inquantum scilicet, sunt materia, vel objectum humanorum actuum, qui sunt propria materia Pœnitentiæ, prout esi Sacramentum.* Unde reliquum est, ut ad id, quod titulus directe inquirit,
Ohff- deveniamus. Pro quo animadvertere oporfaia. tel ultra distributionem a D. Thoma ubi sapra indicatam, peccata actualia tripliciter se posse habere ad Baptismum ; vel ita ut omnino ipsum pr.ecedant, vel penitus consequantur, vel tandem illum comitentur, quoad illorum fieri, et Baptismi administrati. Et de omnibus procedit difficultas, per suas partes decidenda. Pro quo sit

L *

Excluduntur a ralione màleriæ pèccülà e imie B'iplisminn commissa.

tel Dicendum est primo nec peccatum originale, nec alii quælîbet ante Baptismum w. commissa obire rationem materiæ remotæ in hoc Sacramento. In quo conveniunt communiter Theologi cum D. Thoma, quin opus sit aliquem in particulari referre.

fai Potissimum hujus assertionis fundamentum desumitur ex Concilio Tridentino sess. H, cap. l et 2, ubi docetur ad hoc Sacramentum solum pertinere ea peccata, quæ committuntur intra Ecclesiam : sed nec Originale, nec cætera actualia præcedentia Baptismum committuntur intra ecclesiam : ergo nec Originale, nec actualia peccata ante Baptismum pertinent ut materia ad poenitentiam. Consequentia liquet. .Majorem explicat, et probat ipsummet Concilium ex Αροέi. I, ad Corinth. 3, *quid mihi de his, qui foris judicare.* Et ratione demonstrat, siquidem judicium, quale exerceri in hoc Sacramento Concilium ibi docet, et hactenus dubiis praecedentibus dicta satis ostendunt, nequit exerceri ab Ecclesia , nisi in sibi subditos. Fiunt autem subditi homines Ecclesia* ratione baptismi, qui est prima, et unica janua ad introitum in ipsam : ergo judicium eorum, quæ ante baptismum commissa sunt, uti sunt originale, quod ex vitiata radice contrahitur, et insuper actualia propria, ac depravata voluntate commissa, non pertinet ad Ecc'csiam, nec subinde ipsius sacerdotum jurisdictioni subjacet, atque ideo nequeunt dici, aut esse materia remota pmnitentiæ.

confirm Ail hæc : sicut Baptismus ex Christi ins tituiione in id solum principaliter coilirnat. ut peccatum originis deleat ; ita Pœnitentia eo tantummodo tendit, ut post Baptismum patraia scelera tergat, ac extirpet, ut passim docent SS. FP. et affirmant universi SS. pp. Theologi : sed Baptismus in communi sententia nullatenus se porrigit nisi ad destruen Ium originale, et actualia ante ipsum contracta : ergo pœnitentia r.ullate-_ mis queit ad eademmet protendere ; alloqui confunderentur et fines, et ministeria horum Sacramentorum invicem distinctorum, ut relinquimus probatum superiori disputatione dub. l.

Objee- Uu. 5. Nec refert, si objicias, hinc solum probari ante baptismum reipsa susceptum, peccata ante i|isum commissa non esse materiam Pœmientiæ, quod verum est, nee ab ullo Catholicorum negatur. Non vero deducitur peccata actualia ante baptismum incursa non posse esse materiam hujus Sacramenti homini post Baptismum ecclesiæ membrum existent!. Quo i tamen erat necessarium ad veritatem hujus fundamenti, et eo non probatur.

Enervatur primo. 6. Sed contra est : nam si semel peccaia fuere ante baptismum perpetrata, semper salvatur fuisse extra ecclesiam commissa adhuc post ingressum in illam medio baptismate : ergo adhuc supposito Baptismo remanent extra judicium Ecclesiæ, quod non est de iis, quæ foris sunt; atque ideo idem omnino jud cium ferendum est de illis ante, ac post bapiismum. Rursus : Refellitur secundo. Peccata, quæ medio baptismate, possunt,, et petunt deleri, nullatenus pertinent ad Sacramentum pœnitentiæ, nec eo possunt auferri, ut constat in peccato originali : sed peccata ante baptismum possunt, et petunt deleri per baptismum : ergo nullatenus pertinent ad Sacramentum supponens essentialiter baptismum, qualis est pernitentia. .Major constat ex differentia utriusque Sacramenti supra constituta, et a nullo

Gaiboiicorum non asserta. Minor etiam liquet : quoniam peccata actualia præcedentia baptismum nequeunt aliter dimitti, quam vel per baptismum in re, vel in voto, vel per Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel in voto: sed Sacramentum Pœnitentiæ nec in re, nec in voto potest haberi ante baptismum reipsa susceptum : ergo peccata ante baptismum nequeunt Sacramen· taliter deleri per Pœnitentiam, quin prédai baptismus reipsa susceptus : atque ideo, per baptismum et non per poenitentiam debent Sacramentaliter dimitti. Quo-
Tnd.-ct. cjrca Concilium Trideniinum loquens de peccato originali et aliis ipsum quandoque comitantibus sess. 5, sub anathemate damnat negantes per Baptismi gratiam reatum peccati originalis dimitti, et asserentes eo non auferri totum id, quod veram, et propriam rationem peccati habet. Qua quidem comminationi· licet immediate solum hæretici negantes totam macuiam deleri, et adstruentes dumtaxat radi, aut quasi tegi, maneant perculsi; non tamen eam omnino evadunt, qui ausi fuerint asserere peccata actualia extra Ecclesiam commissa, simul, et totaliter quoad culpam, et pœnam medio baptismate non auferri.

Ricard. 7. Nec ejus rigorem leniunt, aut elevant Ricardus in 4, dist. 17, art. 2, quæst. 4,
Angel, et Angelus verbo *Confessio* 2, n. 2, docentes teneri sub divino præcepto hominem baptizalum confiteri peccata actualia ante baptismum commissa. Tum quia, ut bene
Vazquez, animadvertit Vasquez torn. 4 in 3 p. q. 90, ar. 2, dub. 2, n. 10, adversantur
Trident. Concilio Tridentino docenti materiam hujus Sacramenti tantummodo esse peccata post Baptismum commissa, ut constat ex sess. 14, cap. 2 et sess. 6, cap. 14. Tum etiam quia irrogatur injuria laptismo, quasi eo supposito reliquum aliquid sit anteactæ vitæ delendum. Tum denique quia comminiscuntur pneceptum divinum, de quo non constat, cum dumtaxat reperiatur duplex in hac parte, et recipiendi
Act. e. baptismum, acpœnitendi juxta illud act. 2 : *Pœnitentiam agite, cl baptizetur unusquisque vestrum,* et post lapsum in baptismate Sacramentaliter confitendi. Concedunt insuper potestatem judiciariam supra peccata extra Ecclesiam incursa, quam Christus Sacramentorum institutor denegavit, aut positive suis ministris non concessit. Assignant denique pro materia hujus Sacramenti. et quidem necessaria, quam vere materiam non esse Ecclesia testatur, docens solum peccata post Baptismum esse materiam hujus Sacramenti ex Christi Domini institutione. Quæ omnia satis absurda sunt, et indigna a Catholicis Ductoribus devorari.

S. Duo tamen possunt objici pro illorum Objic-
positione (cui erroris notam affigit illus- ior.
trissimus Arauxo in præsenti dub. 2 et Amu
ante ipsum Vasquez). Primum depromitur ex doctrina D. Am?, lib. de vera et falsa D. At
pœnit. cap. 8 et de medicinali pœnit. gIM.
cap. 2, docentis hominem poenitere debere peccati originalis, ac potio:i titulo actualium ante baptismum utpote propria, et non aliena voluntate perpetratorum.

Nec effugiet difficultatem, qui respon- E iα-
deat omnia esse per baptismum dimissa, gium.
et consequenter nihil relinqui per pœnitentiam Sacramentalem remittendum. Nam Ocdfii?
contra est. Tum, quod etiam peccata actua- lur.
lia post baptismum media pœnitentia condonantur; quin obsit ut iterum, atque iterum, Ecclesiæ clavibus subjiciantur, et sæpe sæpius ab illis absolvantur novo incremento gratiæ, ut catholice creditur, et omnes Theologi testantur juxta infra in hoc dubio dicenda : ergo etiam si per baptismum sint omnia dimissa, tam originale, quam actualia, non idcirco non erit locus ea iterum, atque sæpe detestandi, et ab homine intra Ecclesiam constituto per baptismum ecclesiæ clavibus submittendi. Tum etiam et est secunda objectio) quia Sec-jfc
de illis peccatis, maxime actualibfis (ut replia.
vis non fiat de originali) potest esse vera attritio, imo et perfecta contritio : sed quælibet illarum est materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, ut constat ex dictis : ergo cum qualibet illarum, quæ de illis habeatur potest verum confici Pœnitentiæ Sacramentum.

9. Hæc vero tam levia sunt, ut facile Dispci-
dispareant. Ad primum ex Augustino cons- i'JS.X
tat ex ejus fidelissimo discipulo D. Thoma objfrti
in hoc articulo ad 3, ubi pœnitentiæ nomine circa peccatum originale, non veram pœnitentiæ virtutem, et multo minus Sacramentum usurpat; sed quamdam detestationem, et displicentiam, quæ large, et minus proprie pœnitentia dicitur, ut lucu-
lentius se explicuerat S. Doctor in 4, dist. D.Thi-
16, quæst. 1, art. 2, quæst. 2, per verba sequentia : *Large autem polcsl dici Pœnitentia omnis displicentia mali prælcrili : et sic in eo gui liberum arbitrium habet, debet esse pœnitentia de originali : quia ex hoc ipso,*

ipso, quod alicui placet, aliquid displicet ri, quoad illud impedimentum præslitil. Peccatum autem originale impedimentum gloriae fuit ad quam quilibet desiderio tendere· debel. Unie consequenter negat S. Doctor infra quæst. I , addit, art. 2, posse esse contritionem de originali, utpote quod non propria, sed aliena voluntate fuit patratum. Quem quidem loquendi modum decarpsisse videtur Angelicus Præceptor a Sanctissimo Magistro, lib. do Pœriitentiæ medicina, ubi ait : *Altera vero poenitentia esi, cujus actio per lolam islam vitam, qua incarne mortali agimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est, Primo quia vitam ælçrnam incorruptibilem immorlalemque nullus desiderat, nisi cum vitee hujus mortalis, corrupttbilisque pirnileat.* In quibus neutrum SS. Doctorum præceptum aliquod adstruisse de pœnitentia peccati originalis (ut causatus est Joann, de Medina Cod. de Pœnit. tract. 1, quæst. 3, cujus doclrinæ suffragatur Vasquez, veram esse affirmans in præsenti art. 2, num. 6), satis perspicuum est. Unde licet verum sit non esse præceptum aliquod positivum de pœnitentia originalis ; ut tamen falsitati obnoxium non posse, imo debere, esse tristitiam, ac displicentiam de ipso peccato, et in se, et in suis effectibus, quos in hac mortalitate experimur, et sustinemus. Quod negavit immerito Medina, cui opitulatus est Vasquez. Quoniam ut arguunt SS. prælaudati Doctores, ex desiderio æternæ felicitatis cuilibet rationi compoti oritur displicentia cujuslibet impedientis, aut ab ea positive avertentis, quale fuisse peccatum originale in se ipso, nemo ambigit, et in effreni concupiscentia, seu peccati fomite proprio originalis effectu , testatur experientia, in quo nisi vecors complacere nequit : atque ideo semel atque homo elicere debeat actum aliquem circa peccatum originale, is necessario debet esse displicentiæ, ac detestationis tam ejusdem, quam effectuum ex eo relictorum. Nec interest remissio totius peccati originalis, et quoad culpam, et quoad quemlibet reatum ad pœnam facta per baptismum, ut illi obtendunt. Nam adhuc ea supposita, et catholice concessa, de fide esse manere in baptizatis, concupiscentiam, vel fomitem, quæ ex peccato est, et ad peccatum inclinat, Tridentina Synodus testatur sess. 5, in decreto de Peccato originali, can. ultimo, de qua proinde tam in se, quam in sua radice nulli est placendum, sed potius dolen lurn, ac tristandum : (juin inde inferatur Pœnitentiæ virtutem, aut Sacramentum circa originale versari. Quare propositio affirmans, *quod homo debet agere lota vita pœnitentiam, pro peccato originali,* proscripta, et sugillata est ab Alexandro VIII inter alias plures decreto in alias expedito die 17 Decembris, anno 1690, quod ad litteram refert N. Franciscus a Jesu Maria tom. 1, nostri Cursus moralis, cum aliis emanatis ab Alexandro VII et Innocentio XI.

10. Alia ratio est peccatorum actualium (ut secundam objectionem dispellamus,. Hæc enim, si semel ante baptismum fuerint commissa, sunt quidem materia Pœnitentiæ ut virtutis, neutiquam vero ut Sacramenti. Et ratio discriminis est, quoniam pœnitentia ut virtus latius patet, quam ipsamet ut Sacramentum; quandoquidem comitatur gratiam sanctificantem non alligatam huic statui novæ legis, sed pro omni et quolibet statu necessariam ad æternam felicitatem comparandam. Sacramentum autem Pœnitentiæ est proprium hujus status supponentis Christum Bedemptorem . et ipsiusmet instituto-rem.

Quo fit pœnitentiam virtutem quoad sui essentiam absolute consideratam non connecti cum Baptismo ; alioqui nec fuisset in Adamo, nec in aliis sanctis Patribus veteris legis. Secus vero est de Pœnitentia ut Sacramento, quod est, vocatur a SS. PP. secunda tabula post naufragium. Quippe hoc supponit essentialiter baptismum, qui e.-t prima tabula, et janua ad cætera Sacramenta, rite, et digne suscipienda ; quo proinde deficiente in subjecto, nullatenus est capax nec Pœnitentiæ, nec alterius Sacramentorum. Fit deinceps Pœnitentiam virtutem pro hoc statu differre a se i[sa prout fuit in veteri lege penes novum ordinem ipsi adjectum ad claves ecclesiæ. Cum enim institutum fuerit a Christo hoc Sacramentum ut medium necessarium in re, vel in voto homini post baptismum lapso ad sanitatem restaurandam. consequenter voluit nullius esse valoris ,quemlibet actum pœnitentiæ, qui vel formaliter, vel virtualiter non referretur ad prædictum Sacramentum. Atque ideo pœnitentia hujus status, ut salutifera sit, sem - per tendit in Pœnitentiæ Sacramentum, medio quo Ecclesiæ clavibus se subjicit pœnitens, ut innuimus ad limen hujus tractatus, et uberius infra prosequemur. Hoc

D· Aα- 'U51,
Imi. de
idem. vueuez.
Refflii- lor'
Aiewnd. x'
eiseus. Alexand. VII. Innocent. XL
Occurritur -ccondæ objectioni.
Illatio.
ss. 1*P.
Secunda ,1Iatl0·

tamen non reperiebatur in pœ.iiteniia ut virtute veteris Jegis ut de se liquet.

Submit tacita ρyе tio.

11. Sed neque ideo (aliam objectiuncu- diluimus) in præsenti statu legis gratiæ convertuntur, aut invicem adaequantur Pœnitentia virtus, et Sacramentum; quandoquidem ut Sacramentum supponit essentialiter peccati reipsa exercita, seu aliquando commissa post baptismatis regenerationem : quæ tamen ut vinus essentialiter non supponit, sed sufficit esse invincibiliterexistimata, nam eo ipso potest quis, et tenetur de illis conteri, imo et confiteri ; cum tamen si reipsa peccata non fuerint, nullatenus ad ea se porrigat Sacramentum de quo iterum infra. Unde apparet objectionis defectus, dum materiam virtutis Pœnitentiæ, quæ latissima est, et ambit omnia peccata actualia cujuscumque status, sive ante, sive post Baptismum, coincidere intendit cum materia Pœnitentiæ ut est Sacramentum, quod quidem solummodo postulat peccata actualia post Baptismum, et ea quidem reipsa vere commissa, et omnia alia essentialiter excludit. Concedimus itaque Majorem argumenti, quod possit homo baptizatus elicere actum perfectæ contritionis de peccatis actualibus ante Baptismum commissis. Sed negamus Minorem, nimirum eam esse, aut esse posse materiam proximam hujus Sacramenti, cujus efficacia sistit in dumtaxat, post baptismum incurrit, aliis quibuslibet per baptismum delendis.

Nou converti ter

lentil viriis cam Pœnilenlir Sacraaento.

Porro peccatum originale excluditur a ratione materiæ virtutis pœnitentiæ, quatenus non propria, sed aliena voluntate fuit commissum, quocirca jure optimo non postulat ad sui remissionem, dolorem proprium : secus vero est de peccatis actualibus propria voluntate contractis post rationis usum. Quæ est ratio Angelici Docloris art. 2, quæst. 1, in addit, ob quam etiam rationem, et simul quia est commissum, el contractum extra Ecclesiam non obit, aut obire valet munus materiæ adhuc remotæ hujus Sacramenti ; el consequenter est duplex titulus illud excludendi; cum tamen peccata actualia ante baptismum, dumtaxat, quia extra ecclesiam fuerint perpetrata a ratione materiæ excludantur.

D Thom. Ex duplici tillilo or.ginalc uon esi materia Sacram

Unde non urget paritas quæ tangitur in objectione, de peccatis post baptismum. Quæ quidem ultranei fatemur iterum atque iterum denuo subjici posse novo excitato dolore clavibus Ecclesiæ, atque obire munus materiæ in hoc Sacramento. At vero peccata actualia conjuncta cum originali nec semel quidem oh hactenus dictq possunt subjici Pœnitentiæ ut Sacramento. Nec ideo inficias ibimus servari suo modo paritatem erga peccata actualia ante baptismum respectu Pœnitentiæ virtutis, cujus sunt propria materia absque ordine ad claves ; atque ideo posse pluris hominem post baptismum exerceri odio, ac contritione peccatorum actualium post originale factorum. Quod quidem laudabile, imo et proficuum esse putamus ad incrementum gratiæ, et ad magis, ac magis firmandam, voluntatem in bono, et elongandam a malo.

Dispariutis ratiu.

SH.

Gabriel lasqurx *refertur, el mens 1). Augustini enucleatur.*

1-2. Qme hactenus pro indubia veritate sunt expensa, solum procedere videntur per se loquendo, quo pacto semper cum originali dimittuntur adulti peccata actualia medio baptismate digne suscepto. Veniendum superest ad casum per accidens, non tamen adeo insolitum, ut aliquoties non contingat, nimirum quando quis adultorum ad Baptismum accedit absque dolore peccatorum actualium, imo cum ipsorum complacentia, vi cujus obicem ponit gratiæ baptismati. Unde sumitur argumentum contra veràm et catholicam doctrinam supra stabiiitam. Nam peccata quæ non delentur per Baptismum aboleri debent medio Sacramento Pœnitentiæ : sed peccata hominis ficte modo explicato suscipientis Baptismum non delentur per Baptismum : ergo pertinet eorum abolitio ad pœnitentiam. Consequentia bene infèrtur ex præmissis, quarum Major est perspicua, siquidem in præsenti providentia nec peccatum originale, nec actualia possunt auferri nisi vel per baptismum in re, vel in voto, vel per pœnitentiam itidem vel in re, vel in voto; cum quodlibet eorum sit necessarium necessitate medii ad justificationem, ut ex Concilio Tridentino docent ac tenent Doctores Catholici. Minor autem constare videtur : quoniam fictio impediens fructum baptismi, qualis est ea, de qua agit argumentum, non aufertur per Baptismum, sed per Pœnitentiam sequentem, ut docent D. Thomas supra, quæst. 69, art. 1Ü, et omnes Scholastici, quibus subscripsimus tract, de Sacrament, in genere : erao

Triden».

D.Thooi.

ergo nec peccatum originale, hoc actualia taliter accedentis, queunt per baptismum licte susceptum condonari. Palet bæc Consequentia, quia unum peccatum nequit absque alio deleri ; sed omnia, vel nullurn dimittenda sunt, ne gratiæ consortium tribuatur cum peccato. Cum ergo peccatum originale, et actualia simul repedantur cum fictione iippe liente gratiam baptismalem ; consequens fit, solum ad pœmleniliamrevocandam esse eorum remissionem, cum jam non sit locus nec baptismo iterum recipiendo, nec ejus volo rursus ineundo.

13. /Equo veram, ac communi plausu receptam hujus argumenti solutionem dedit Angelicus Præceptor loco nuper citato, Minorem docens esse falsam, subindeque omnino negandam : quia licet Baptismus cum obice fictionis susceptus tunc impediatur ab inducenda gratia remissiva peccali originalis, et actualium comitantium ; ablato tamen obice per pœnitentiam reassumit ipsemet Baptismus vires, et quasi reviviscit, ac pullulat ad gratiam denuo inducendam, qua originale, et actualia ipsum comitantia omnino delentur virtute ejusdem baptismatis praeteriti, et impediti. Ex quo subinfert S. Doctor duo ibi Sacramenta coire, et baptismi remanentis in caractère et pœnitentiæ in re, vel in voto, media perfecta contritione. Unde singula singulis tribuendo ad pœnitentiam pertinet submovere fictionem, et si quæ alia post eam contracta peccata : quibus semotis expeditur homo et expeditus relinquitur Baptismus; ille quidem ad recipiendam gratiam baptismalem ; hic vero ad eam inducendam, et communicandam, et de facto inducit, ac communicat, licet dependentera pœnitentiq, ut a removente prohibens. Unde fit consequens simul et semel infundi homini illi gratiam propriam Baptismi , quæ est regeneraliva, et gratiam sanativam, seu medicinalem propriam Pœnitentiæ. Non quia sit duplex gratia entilative diversa ; sed quia major, et intensior ratione utriusque Sacramenti : et insuper specifice diversa quoad modum in ratione, gratiæ Sacramentalis juxta dicta tract, de Sacramentis in genere, ubi ostendimus gratias Sacramentales modaliter specifice inter se, et a gratia differre. Fit demum Pcenitentiam non remittere peccatum originale, et actualia ipsum comitantia in ullo eventu; sed id insolidum Baptismo competere, modo explicato. Quam doctrinam cum aliis amplectitur ut communem ac veram Suarez tom. 3, in 3 p. disp *28, sect. 4. Suarez,

fkec, inquam, est tam vera, quam communis solutio diserte tradita a D. Thoma loco supra citato ex hac 3 p. q. 69, art. 10, earnque accepisse constat a D. Augustino in margine allegato Jib. de Baptismo contra Donations cap. 12, ubi ita habet : *Tunc valere incipit ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit.* Ex quibus intulit D. Thomas ut de mente Augustini Sacramentum Baptismi recedente fictione vel per contritionem, vel per Sacramentum Pœnitenfiæ, concurrere instrumentaliter ad remissionem peccati originalis, et actualium sub ipso factorum, ratione permanentis caracteris, esto baptismus fuerit elapsus, et jam diu ante præteritus. Eamque intelligentiam ut penitus genuinam, et consonam amplexati sunt utriusque Doctoris discipuli quin sit inter illos dissensio, nisi quoad modum, vel physice, vel moraliter concurrendi, quod impræsentiarum nostra non refert, sed pertinet tract, de Sacramentis in genere, hanc difficultatem versavimus. Quod adeo verum est, ut vel ipse Durandus, cui familiare fuit D. Thomæ sensa non tanti habere, nec nimis probare, in 4, dist. 4, qu. 4, glossam Joannis Andreæ aliter D. Augustinum interpretantis, respuerit, quasi textus corruptricera. Cui postea subscripsere Palud. ibi quæst. 5. Cajet, super art. 10, quæst, allegata, et refert ac signat Soto in 4, dist. 6, q. 1, art. 8. Dorand. j&ann. paiu<L cajet, soto.

14. Hac tamen tam vera, quam communi sententia posthabita, Gabrieli A'asquez visum est glossæ ilhus expositionem, cui lubrice adhæsit Scotus, oppositam, et communem problcmatice defendens ut ejus alumnus Delgadillo testatur tract, de Pccnit. cap. 14, non solum non adversari menti Augustini, verum et recte illi convenire, ut videre est apud ipsum torn. 2, in 3 p. ad quæst. 69. D. Thomæ disp. 159, cap. 4, ubi docet ex mente D. Augustini esse, homini ficte baptizato omnia peccata dimitti per pœnitentiam, nullum vero per Baptismum. Unde S. Doctoris sensum in testimonio a D. Thoma allegato, et a Theologis post ipsum recepto fuisse autumat baptismum recedente fictione prodesse quidem ad salutem, vel tanquam observationem necessariam præcepti divini, vel tanquam fundamentum omnino necessarium ex parte hominis ad reci- χοη P13''* scotcs. Decanit.

Vazquez eaolra 11. Ag-gusii-U&Ui.

pienda ecclesiæ Sacramenta, ad quæ sine Baptismo non esset capax : vel domum ad diluendam poenam temporalem, quæ post remissionem culpæ, et æternæ pœnæ inductam per pœnitentiam remaneret. Neutiquam vero intendere S. Augustinum aliter valere posse Baptismum ficte susceptum : *Nam ut Augustinus* (Verba sunt ipsius Vasquez, in fine capitis tertii illius disp.J *hos privilegium Baptismo tribueret, fundamentum aliquod aut traditionis, aul definitionis Ecclesiæ. aut Scripturx, aut rationis denique habere debuisset. Ecclesiæ autem traditionem usque ad sua tempora fuisse minime constat, neque ipse eam allegat. Definitionem prxlerea Ecclesiæ, aul Scripturx testimonium nullum esse, manifestum est: denique nullam esse rationem. qux ad id asserendum cogat, prxsertim cum illud pendeal ex Dei voluntate, qui aliter potuisset statuere, constat ex didis in hoc capite : Unde igitur Augustinus huc privilegium Baptismi, quod ex sola Dei voluntate pendet colligere potuit?* Hactenus Vasquez.

Ref Hilar ρκζ.

15. Verum enim hanc Vasquez interpretationem omnino alienam esso, ac longissime abire a mente, et scopo D. Augustini non melius ostendi potest, quam S. Doctorem in medium proferendo, et ejus argumenta contra Donatistas explicando. Ut vel inde constet ipsi Vasquez. et ejus asseclis, quam recto, quamque consone D. Thomas Augustinum allegaverit, et suam doctrinam inde efficacissime, ne dicamus evidenter, deduxerit. Et in primis, ut vel in ipso limine Vasquez fidem cum verbis ipsius

D. Aug'ist.

D. Augustini conferamus, audire necesse est S. Doctorem lib. I contra Donatistas, cap. 7, ubi postquam capitibus præcedentibus retulerat originem controversi» inter ipsummet, et Donatistas, istis asserentibus, et quod extra Ecclesiam verus non recipiebatur baptismus, et quod Ecclesiam ingredientes iterum baptizandi essent, Augustino vero reclamante, et oppositum constantissime propugnante, quod successu temporis definitum est a Concilio, acerrimus Ecclesiæ defensor cap. 7, incipiente : *Jam enim ne videar humanis argumentis agere,* ita inquit : *ex Evangelio profero certa documenta, quibus Domino adjuvante, de monstro, quam recte placuerit, et vere secundum Deum, ut hoc in quo quiirn schismatico, vel hæretico ecclesiastica medicina curaret, in quo vulnere separabatur.* Quæ verba no.i tam dicta, quain usque ad litis decisionem dicenda, et contra Donatistas asserendacomprehendunl, utde se constat. Quorsum ergo Vasquez argumentatio? Vol qualis ei est adhibenda lidos, dum asserit : *ut Augustinus hoc privilegium tribueret Baptismo, fundamentum aliquod aid traditionis, aul definitionis Ecclesiæ, aul Scripturx, aul rationis denique habere debuissel ?* Ipsomet Augustino asserente ex evangelio proferre certa documenta, quibus Domino adjuvante demonstrat contra Donatistas neutiquam iterandum esse baptismum extra ecclesiam susceptum, sed ipsummet extra Ecclesiam receptum in Ecclesia valere *d salutem, recedente fictione seu schismate.

Vjife se:sii

16. Recte, inquies ex Vasquez, id Augustinus protulit, et ita Ecclesia recepit, ac definivit, sed adhuc est difficultas in explicando modo, quo baptismus valet ad salutem, quem quidem modum nec Ecclesia definivit, nec Augustinus ex aliquo firmo principio traditionis ecclesiastic» definitionis. aut rationis monstravit.

Iklsii· ur d« D Ab fCR

17. Optime belle quidem, et veniamus ad modum, et perscrutemur, an sub eodem filo asserat D. Augustinus etiam modum. quo baptismus male susceptus valeat. Elapsis itaque tribus capitibus septimo, octavo, et nono in urgendo, et expendendo testimonia ex evangelio promissa in verbis supra relatis, cap. 10, quod incipit : *Sed videntur sibi argutissime quærere. cum percontarentur Donalislæ : Utrum generet filios Baptismus Christi in parte Bonati, an non generet?* Ut inde cogerent S. Doctorem, confiteri veram esse Ecclesiam, et non schismaticam Donatistarum, utpote in qua Christi Baptismus veros filios generaret. Vel si id renuisset, compelleretur asserere iterandum esse baptismum, ut medio illo renascerentur in Chnsto, qui ex Donatistis, inter quos baptizati erant, ad ecclesiam transvolassem. Respondit S. Doctor per hæc verba: *Itaque est una Ecclesia, quæ sola Catholica nominatur, et quidquid suum habet in communionibus diversorum a sua unitate separatis, per hoc, quod suum in eis habet, ipsa utique generat, non illx.* Quorum planissimus, et non nisi tergiversatione eludendus sensus est Ecclesiam per suum baptisma, quod habet, in quocumque sive hæretico, sive Catholico impendatur, generare filios Dei, non vero per quælibet alia, ut evidenter demonstrant verba inferius adjuncta, et in vi illationis ex antecedentibus apposita. *Ergo ipsa general, et per uterum suum* (nimirum intra Ecclesiam) *et per uteros ancillarum*

Aug»-.

ancillarum ex eisdem Sacramentis tanquam ex viri sui semine. Hoc est, virtutem gignendi Dei iilios, quæ inest Ecclesiæ, non alibi quam in Baptismo contineri, cui proinde deferri debet virile semen Christi ad regenerationem spiritualem, et non
Aoμ·.'(, alteri, ut ipsemet S. Doctor manifestius se explicuit cap. 15, dicens : *Ecclesia quippe omnes per Baptismum parity sive apud se, id est, ex utero suo, sive extra se, de semine viri sui.* Quo nihil aut clarius, aut evidentius, ut pateat quam consequenter, quamque firmiter semper interrogationibus captiosis Donatistarum obsistebat Augustinus, constanter tenens, et baptismum extra Ecclesiam collatum esse validum, et medio baptismate reperiri in ecclesia virile semen Christi regenerativum in filios Dei

Sed a^luc obluctabantur haeretici
twiici. inquirentes, et urgentes : Utrum peccata dimittantur per baptismum in parte Donati? Et quidem nimis, captiose, ut Augustinum in sermone caperent. Nam si responderet affirmative, protinus inferebant : ergo in parte Donati est vera ecclesia, vel, ut ipse ait illorum detegens, ac eludens cautionem, *Communio nostra est Ecclesia Christi,* atque subinde perperam hæreseos accersimur, et damnamur. Si vero affirmaret non ibi peccata dimitti, ex templo obtrudebant, ut ipsemet refert Augustinus : ergo non est illic (in parte Donati) verus baptismus, et propterea quos a nobis suscipitis, vos baptizare debetis. Contra id quod intendebatur ex parte Augustini. Catholicorum vindicis, et Patroni.
Kψio- Porro hanc technam, qua irretitus videbatur S· Doctor, in ipsos retorsit, et disjiciendam remisit, alia solidissima, et efficacissima adversarios illaqueans, ab illis quaerendo : *Utrum dimittantur peccata, ubi charitas non est?* Ut qualibet eorum responsione sive affirmando, sive negando, eos configeret, et obrueret. In quo totum illud caput, quod in ordine est undecimum, peractum ac consumptum est, quin se ab objectione Augusliniana extricare, aut expedire, in quodeumque latus se verterent, valerent hæretici, ut illud percurrenti fiet obvium.

19. Quæ omnia ita ad longum, et prolixius forsan, quam par erat, ideo recapi-
K·;· tulando recensuimus ut controversiae status innotesceret, et D. Augustini processus, et filum cuilibet patescerent, ut vel sic quo ejus discursus colliniaret, et vera illius mens detegeretur, nemini foret ambiguum, ut Vasquez cui et summe difficile visum est. dum asserere non metruit nullum fundamen tum fuisse D. Augustino ad asserendum Baptismum seipso tanquam semine virili Christi regenerare in iilios Dei, ablato per pœnitentiam schismate. Ex quo intulit D. Thomas sola peccata actualia D.Thom. post baptismum pertinere ad Pœnitentiam, cætera vero alia ad Baptismum, cujus est in solidum regenerare et a veteri vita * exuere. In quo profecto unico ictu duo fecisse videtur Vasquez, et Augustino restitisse, et D. Thomæ illationem, et authoritatem pessundasse, dum alterum id asseruisse absque fundamento nec Scripturas, nec traditionis, aut rationis contendit, alterum vero non recte, sed ex sinistra Augustini intelligentia intulisse affirmat.

20. Sed age, et nos rem ipsam peraga- Prose-
mus ad mentem D. Augustini, cujus vindicias in hac parte solius veræ doctrinae zelo gerendas sumpsimus. Exhaustis itaque Donatistarum technis, ac captionibus, et a S. Augustino expeditis, prosequitur S. Doc- August,
tor cap. 12, cujus initium est : *Quid si ad Baptismum fictus accessit, dimissa sunt ei peccata, an non sunt dimissa?* In qua quidem quæst. Donatistarum arbitrio relinquit. quid respondere velint. Nam si fateantur dimitti, urget contra eos Scripturam, *quomodo ergo,* inquiens : *Spiritus Sanctus disciplina; effigiei fidum, si in isto ficto remissionem operatus est peccatorum?* Si vero affirment, quod revera tenendum est, nimirum non esse dimissa peccata homini ficto, rursus alia interrogatione aliam veritatem ab illis extorquet, utrum videlicet, *si postea fictionem suam corde concusso, et vero dolore fateretur, denuo baptizandus esset?* Quod quidem dementissimum esse inquit. Unde tandem post tot interrogationes eo tandem ventum est, ut vellent, nollent, coacti fuerint affirmare quem baptizati posse vero baptismo Christi, quin tamen cor baptizati in malitia, vel sacrilegio perseverans sineret abolitionem peccatorum fieri, atque ideo in Donatistarum parte reipsa evenire.

21. Sed quia adhuc hærebant hæretici, Nuauti-
quomodo aut quando baptismus male bæne^
susceptus proficeret ad renascendum in ds
Christo, siquidem fuerat obice impeditus ut lapidem istum offensionis amoveret, statim subjunxit : *Atque ita inlelligant in communionibus ab ecclesia separatis posse hominem baptizari, ubi Christi baptismus ea-*

dem Sacramenti celebratione datur, et sumitur : gui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum (en Baptismum nunc prodesse se ipso ad remissionem peccatorum ad quem non profuerat stante obice) *cum quis reconciliatus unitati sacrilegio dissensionis exuitur, quo ejus peccata linebantur, et dimitti non sinebantur,* utique ab obice, quo sublato, staiini baptismus resilit in id, quod sibi erat proprium, videlicet peccatorum originalis, et actualium sub ipso remissionem.

Qüæ inferat S. do J.

22. Ex quo infert S. Doctor tria fieri, primum ficte baptizatum non denuo baptizatum iri, in quo caput hæresis Donatista; jugulavit. Secundum hominem illum ficte baptizatum veraci confessione purgari ; ab obice quidem, quo. ut supra dixerat, in ipsa vera confessione exuitur. Auges-lini verte. Tertium (et quod maxime intererat ad pellendum dubium, in quo hærebant adversarii *tunc valere incipere baptisma, quod ante datum est, ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit.* Ubi luce c'arius ostendit confessioni veraci solum trihui fictionis recessum , seu amotionem ; baptismo vero originalis, et originale comitantium ante baptismum remissionem. Alioqui enim extra rem egisset cum bærelicis, nec eorum expostulationibus satisfecisset, quandoquidem illi nec vel levissime addubitabant de impletione præcepti baptismi, nec de capacitate eo mediante ad reliqua Sacramenta, et nec tandem de remissione pcena: temporalis, ad quæ tria capita refugit Vasquez. Sed toti ac constantes semper erant in urgendo, et extorquendo ab Augustino : *Utrum Baptismus generet filios in parte Donati, necne ?* Ut constat ex cap. 10 supra memorato. Cui S. Doctor respondet affirmative docens in Baptismo esse virile semen Christi in gignendum filios. Rursus premebant, et inquirebant : .4« *in parte Donali per bap lismum dimittantur peccata ?* Ubi profecto nufia fit mentio illorum trium, vel cujuslibet eorum, quorum meminit Vasquez.

Flœrcticorum instnn-lu.

Augustini respon-

23. Responsio S Doctoris fuit, quam ibi fideliter retulimus, illaqueando adversarios, et cogendo usque ad asserendum non fieri remissionem, ubi non est charitas, sed schisma obsistens remissioni : quasi assereret stante, ac perdurante peccato non fieri remissionem a baptismo, vel per baptismum, ut demonstrat caput undecimum ibi nuper citatum. Tandem ventum est %d fictjonem, in cap. 12, et asseruit D. Augustinus valere Baptismum ad id idem, ad quod antea non valuerat ob impedimentum : non valuerat autem ad remissionem peccati originalis : ergo modo valet ad ipsam. Non quidem ut putat Vasquez, per modum adimpletionis præcepti, aut expeditionis, quod est valere dumtaxat per modum condit onis præsuppositæ : sed prorsus quidem per modum causæ instrumentalis vere eausantis, et influentis in peccatorum remissionem, quod ipse inficiatur. Nam exuta fictione, detulit Augustinus Baptismo id, quod stante illa, præstare instrumentaliter Baptismus non poterat : sed hoc solummodo erat non regenerare instrumentaliter, seu remissionem non inducere : ergo iioc illi concedit post exutam fictionem.

Ad hæc stante obice, jarn valuerat Baptismus ad impletionem præcepti, siquidem per ipsius sitam, licet non rectam susceptionem fuerat adimpletum; si quod erat præceptum de sumendo Baptismo; similiter profuerat ad constituendum hominem capacem Pœnitentiæ, et cæterorum Sacramentorum post pœnitentiam : ut in confesso erat apud dissidentes Augustinum et Donatistas, circa neutrum illorum contendentes : ergo quando asseruit incipere valere Baptismum , ad remissionem, seu salutem, non fuit locutus de valore præcepti præexistenti, nec similiter de capacitate præsupposita ; hoc quippe nimis ridiculum esset, et tam acri concertatione indignum. Sed audiamus ipsummet Augnstinum seipsum clarius exponentem lib. 3, cap. 13, ubi se referens ad capita in præsenti relata, inquit : *De remissione aulmi peccatorum, utrum baptismum apud haereticos fuit, quid mihi videretur^ in alio jam volumine scripsi,* videlicet lib. 1 capitibus citatis, et post pauca attexuit eandem sententiam sub his verbis : *Tunc incipit valere idem baptismus ad dimittenda peccata, cum ad Ecclesiæ pacem venerint.* Non equidem dixit ad adimpletionem præcepti, nec ad recipiendum alia Sacramenta, nec ad extinctionem pœnæ, sed *ad dimittenda peccata.* Qua ergo facie oppositum asserendum est nisi vel textum corrumpendo, vel prorsus alienando, ul; bene observarunt Durandus, et alii supra memorati.

Prælerea, Ilæretici non disputabant de crgetr. pœnitentiæ elTeclu, erant autem valde anxii, ac solicit! de effectu Baptismi, ut' vel ipsorum quæstiones, ac interrogationes argutae

• SIQ.

irgiiloi(ut affirmat Auguslinue) testantur : ergo vol Augustinus illis non satisfecit, nec subinde ab eorum technis sc expedivit, quod nequit admitti, ntpole absurdissimum, et summe ejusdem S. Doctoris authoritalis depressivum : vel confiteri oportei asseruisse valere baptismum ut causam ad remissionem peccatorum, ad quam non valuerat stante fictione.

Eo vel maxime : quoniam operari non competit conditioni pura·, ut constat in omni alia conditione, sine qua non exislit
IL effectus, ut puta existentia, et approxirnalione ad agendum, et sic de reliquis. Constat autem ex serie capitum allegatorum sæpe D. Augustinum detulisse baptismo hoc quod est operari salutem, obice scisso, aut exuto. Ergo juxta S. Doctorem baptismus non se habet ad remissionem originalis post ablatum obicem ut conditio præsupposita, sed ut vora causa instrumentons expedita ad proprium effectum, qualis est originalis, et aliorum actualium cum ipso extirpatio. Et hæc de doctrina D. Augustini, se teste, ut supra audivimus, non aliunde quam ex Evangelio eam
I proferentis, missis humanis argumentis.

24, Quoi vero id absque ulla ratione non asseruerit (ut obtendit Vasquez non absque injuria tanti Doctoris) facile probatu est. Quia in illis principiis, ac testimoniis non modicam argumentorum segetem subministravit S. Doctor ad obruenda
3 hæreticorum ora. Docet namque Baptis-
,';'n ^'mum esse opus Dei, et non hominis
cï una parte, et ex alia statuit Baptismum, ex quo habet esse primam januam Ecclesiæ, relinquere caracterem in anima, uti relinquebat circumcisio signaculutn corporeum, ac tandem iterari non posse. Es quibus principiis sua sponte Huit baptismum per se-primo ordinari ad expiationem peccati originalis, esseque prorsus necessarium necessitate medii, in re, vel in voto ad illius ablutionem, ut temporis
j decursu decreverunt Concilia, et novissime
Λ'Γ· Tridentinum sess, 7, can. 5, anathemate feriens oppositum docentes. Ac tandem consequitur in nullo casu posse condonari in hac providentia peccatum originale nisi per baptismum in re vel in voto tanquam per propriam sui causam expulsivam, quin id hoc concurrat pœnitentia nisi ut removens prohibens. Id quod evidentius constabit ex rationibus Theologicis satis, imo clare'efficacibus, quas Angelicus Doctor a fuoSapientissimo, ac sanctissimo Magistro didicit, et ad formam cum ipso stalirn redigemus. Quocirca Vasquio reponenda duximus, qtue ipsi Parenti Augustino minus recte opposuit, uno dumtaxat verbulo immutato : nam ut Gabriel Vasquez, *hoc privilegium baptismo denegaret, fundamentum aliquod aul traditionis, aul definitionis Ecclesiæ, aul Scriptura:, aul rationis denique habere debuisset : Ecclesiæ autem traditionem usque ad sua tempora fuisse minime constat, nec ipse eam allegat : definitionem prælerca ecclesiæ, aul Scriptui æ testimonium nullum esse est manifestum* (plura pro se refert Augustinus, et Concilium Nicrenurn, ut constat ex cap. 7, lib. 1. *Denique nullam esse rationem, quæ ad id asserendum cogat, præserlim cum illud pendeal ex Dei voluntate, qui aliter potuisset statuere, constat ex didis in hoc capite* (et amplius ex dicendis constabit . *Unde igitur Gabriel Vasquez hoc privilegium baptismi, quod ex sola voluntate Dei pendet, negare potuit ?*

§ III.

Eadem veritas ratione fulcitur, d a Vasquez oppugnationibus vindicatur.

25. Prima ergo ratio desumpta ex prima radice, a D. Augustino constituta ad sequentem reducitur formam. Quoniam peccata extra Ecclesiam commissa nec per se, nec per accidens delentur nisi per baptismum aut ipsius votum : sed peccatum originale, et alia actualia sub ipso committuntur extra Ecclesiam : ergo nec per se, nec per accidens expiantur medio alio Sacramento, quam baptismo in re vel in voto, atque ideo in nullo eventu perlinent ad pœnitentiam. UtraqueGonsequentiacum Minori constat; et Major, quam negat Vasquez, probatur : tum ex supra dictis. Tum etiam a paritate ipsius baptismi, qui nec per se nec per accidens queit tollere peccata commissa intra Ecclesiam, ut omnes concedunt, nec dissentit Vasquez : ergo e converso nullum peccatum extra Ecclesiam commissum potest deleri nisi per Baptismum in re, vel in voto. Constat autem peccatum originale ficte baptizati non posse deleri per votum baptismi, utpote qui supponitur valide susceptus, et non admittit iteratam susceptionem : ergo necessarium est asserere deletum iri per baptismum sa- y
crilege susceptum, sed tamen expeditum media pœnitentia. Quam rationem paucis complexus fuit Angelicus Doctor in 4, D.Thom. Conclu-

dist. i, quæst. 3, art. 2, q. 3, arguens sub hac forma : *Cuilibet culp.r in statu vix potest remedium adhiberi :sed contra originalem culpam non est aliud remedium, quam baptismus : ergo cum ficte accedentibus originale non remittatur, oportet baptismum iterari; si recedente fictione baptismus e[fc&tum suum non haberet, quod est inconveniens, el hzrelicum.* Unde constat evidenter quam alte insederit menti D. Thomæ doctrina Augustini, ut unum e duobus asserendum inferat, vel quod Baptismus rite sed tamen ficte, susceptos deposita fictione, deleat originale, uti delevisset, non stante fictione : vel quod incidendum sit in lueresim reiterationis baptismi, quod intendebant contra Augustinum Donatistæ. Nec est minus perspicuum, vel quod Augustinus compulsus fuit deferre hanc efficientiam in originali Baptismo, retenta ut semper catholice retinuit, non rebaptizatione, vel quod Donaiistis non efficaciter, et consequenter occurrit sed succubuit, et victus recessit, quod apud cordatos male andit.

Majuris alii prubatia

Hinc rursus constat veritas illius Majoris, quam assumpsimus, et in qua est nervus totius discursus : siquidem Baptismus in re, vel in voto est medium necessarium ad expiationem peccati originalis, juxta unum, et alterum S. Doctorem, et est sub anathemate sancitum in Concilio Tridentino ubi supra : sel in casu quæstionis non est recursus ad votum Baptismi, quippe qui supponitur valide receptus : ergo ne incidatur in hæresim rebaptizantium, necessarius est recursus ad influxum, et causalitatem jam suscepti baptismi, dempto impedimento. Nam ut D.Tbom. docuit Angelicus Præceptor ubi nuper art. 3, ad 1 : *Baptismus sanguinis, el panilenlix non valent ad regenerationem, nisi ei qui habet baptismum aqu.e in proposito.*

huuwt azquu. 26. Sed adhuc perstat Vasquez in proρΓ·θ ju(jjcj0 neganc]0 Hiationes facias ut male deducias ex illarum praemissis. Unde istis concessis, autumat verum esse peccatum originale remitti non posse sine baptismo in re, vel in voto, quin in casu fictionis præstet ip;e baptismus aliquem influxum ad expiationem peccatis originalis. Nam sicut baptismus in voto nihil aliud est, quam contritio cum ordine ad k baptismum futurum suo tempore suscipiendum, quin baptismus ipse ex opere operato, aut per modum Sacramenti aliquid efficiat; sed tota, et adæquata virtus revocatur in actum contritionis cum vuto, explicite, vel implicito baptismi : ita ut vice versa pmnitentia obsistens obici nihil abud importat, quam attritionem connolaniem, aut supponentem validam susceptionem baptismi. Et ideo expulsio peccati originalis non baptismo sed pmnitentiie ul connotauti, ac supponenti baptismum deferri debet. Et ratio ejus est : quia contritio ejusdem rationis est ante baptismum ac post baptismum : sed contritio ante baptismum cum solo ipsius voto, seu proposito, se sola sufficit ad remissionem originalis. quin baptismo aliquis alius influxus tribuatur, aut tribui possit, præter esse in volo, illum tempore debito recipiendi: ergo etiam contritio ipsa sufficiens erit ad eundem effectum connotata, vel supposita illius vera receptione, quin Sacramentum jam diu receptum alium præstet influxum, præter esse receptum valide.

Ex quo subinfert (et bene) unicum tantummodo Sacramentum, nimirum Poenitentiam concurrere ad justificationem illius hominis, baptismo præsuppositive se habente, ut expediente dumtaxat ad recipiendam absolutionem, cujus esset incapax absque a baptismate reipsa vere suscepto.

27. Hæc tamen doctrina insufficiens est Re ad elevandum pondus rationis factae, quam È relinquit in suo robore, ut eam expen- '1 denti, ac penetranti constabit. Porro ex illa sequitur hominem ita justificatum non fuisse renatum ex aqua, et Spiritu sancto : consequens est immediate oppositum illi sententiæ Christi Domini apud Joann 3 : Js /Visi *quis renatus fuerit ex aqua el Spiritu sancio, non potest introire in regnum Dei,* ac proinde minime sustinendum : ergo nec illud ex quo sequitur. Probatur illatio : ex Concilio Tridentino sess. 6, cap. 4, Tn et can. 5, docente post promulgationem Evangelii sine lavacro regenerationis in re, vel in voto neminem posse renasci ex aqua, et Spiritu sancto juxta sententiam Christi allegatam : sed ille homo nec in re, nec in voto renasceretur ex aqua, et Spiritu sancto, non quidem in re, cum baptisma illud fuerit sacrilegum, et deposito sacrilegio nihil operatur, sed permanet mortuum, et inefficax, uti a principio-- Nec etiam in voto, quod est de re fujtura, et nondum habita ; baptismus autem nequit iterari : ergo de baptismo sacrilege suscepto non est, aut esse potest aliquod verum votum. Jam ergo aliquis non renatus

lus ox aqua, el Spiritu sancto posset in- I iroire in regnum Dei, vel, ut ait Concilium, absque regenerationis lavacro in re, hhli» vel in volo. Ab.-urditas vero Consequentis est clara, quandoquidem Christi propositio est universalis neminem excipiens post promulgatum Evangelium a virtute baptismi in re, vel in voto. Quam vero intulimus ex doctrina Patris Vasquez, et vere probamus, est particularis excipiens hominem illum, si non a Baptismo, bene tamen ab ejus virtute, et efficacia, quibus homo renascitur spiritualité!· per gratiam regencrativam. In quo sensu (et non pure W»· grammaticali cum Vasquez) eam usurpasse Christum Dominum constat ex allegatis testimoniis Tridentini, et communi acceptione SS. PP. et Theologorum, inde legilime inferentium, et docentium baptismum in re, vel in voto esse prorsus ad salutem necessarium, necessitate medii, et non solius præcepti. Quo loquendi modo non tam ipsam materialem ablutionem, et verba baptismi; quam eorum energiam, et virtutem explicari manifestum est ex communi Catholicorum sensu, et aliorum Sacramentorum exemplo, quibus non ea virtus aut efficacia in ordine ad proprios I effectus tribuitur.

28. Deinde sequitur homini illi non (aleas, dimitti peccata ante baptismum perpetrata quoad omnem poenam. Consequens itidem est falsum, et minime admittendum : ergo eliam est falsa doctrina, in qua fundatur. Sequela Majoris constat ex doctrina ejus- Tii-itti. dem Tridentini sess. 14, cap. 2, ubi statuens discrimen inter Baptismum, et Pœnitentiam, docet medio illo consequi hominem plenam, et integram peccatorum omnium remissionem ; quod tamen denegat Pœnitentiæ, utpote cum qua *sine magnis nostris fletibus, divina id exigente justitia,* ad id pervenire non possumus ; quocirca semper, vel ut in plurimum, remanet reatus pœnæ temporalis exolvendus. Sed homo ille non justificaretur per baptismum, nec consequenter ornaretur gratia baptismali ; sed solius dumtaxat Pœnilentiæ, ut opinatur Vasquez : ergo homini illi non remitteretur omnis pœna debita peccatis actualibus sub originali commissis. Patet Consequentia : siquidem remissio totius pœnæ juxta doctrinam, quam statuit Concilium, nec debetur cuilibet gratiæ, alias quaelibet gratia alterius Sacramenti fieret eadem remissio ; nec est effectus alterius Sacramenti a baptismo ut constat : sed homo ille numquam adipisceretur gratiam baptismalem , qute est regeneraliva, plene, et integre renovans hominem ; sed dumtaxat sanativam , et medicinalem propriam Pœnitentiæ : ergo homini illi non fieret remissio totius pœnæ temporalis, sed aliqua superesset luenda rnedia satisfactione propria. Porro effectus proprius gratiæ Sacramentalis vel ipsi juxta Christi Domini institutionem debitus non percipitur, quin prius gratia ipsa Sacramentalis percipiatur, ut constat a simili aliorum Sacramentorum, et ratio suadet : quandoquidem suavis Dei providentia ■postulat, et observat absque propria causa, non dare esse effectui : ergo valde inconsequenter procederet qui adstrueret unum sine altero, et ut absque fundamento procedens amandandus esset. Falsicas illati Consequentis negari nequit a viro catholico ; alioq.ui imponi posset homini ita justificato opus satisfactorium pro delictis actualibus ante baptismum, quod ecclesia non sustinet, nec admittit Vasquez ipse.

Diruitur fondamentum.

29. Hinc quam nullum negotium facessat suæ positionis fundamentum liquido apparet. Nam vel loquitur de contritione ante institutum baptismum, cujus distinctionem a se ipsa post Baptismum tetigimus in hoc eodem dubio § 1, num. 7, ibi videndam? ex quo nihil contra nos. Vel est sermo de contritione post institutionem baptismi, ante ejus realem, ac validam receptionem? Et quidem licet quoad hoc quod est recipere baptismum conveniant; longe tamen differunt in modo respiciendi : nam contritio ante baptismum receptum respicit ipsum suo tempore recipiendum, et consequenter futurum : Contritio autem post baptismum receptum, licet infructuose, respicit illum ut praeteritum, et virtute manentem in charactere. Hinc oritur diversitas in modo concurrendi : nam prima respicit baptismum, ut objectum, et finem, cui subordinatur, et in quam collimat, unde concurrit ad remissionem in virtute illius ut finis : nam ut docet D. Thomas D Thom. in 4, dist. 4, quæst. 3, art. 3 ad 1 ; *Pœnitcnlia non valet ad regenerationem, nisi ei qui habet baptismum aquæ in proposito, el sic quodammodo agit in vi baptismi aquæ, ul objecti videlicet, et finis.* Quia tamen causalitas finalis, et objectiva non pertingit ad causalitatem efficientem, de cujus ratione est existentia causte, vel in se, vel in sua virtute; idcirco media contritione ante baptismum non producitur character

Quid valeat contritio ante Baptismum.

baptismalis, nec reipsa infunditur gratia bantismalis. sed dumtaxat gratia comnwnis. quæ quo-ul speciem est incompossibbis cum quolibet peccato, sive originali, sive actuali. Nec consequenter dimittuntur peccata actualia, quoad totam pœnam temporalem ex opere onerato, sed solum ex opere operantis juxta contritionis gradus.

GftHri hùi.is tiw pfrSX Battis muCK

30. Utera veto contr.lio sicut supponit baptismum valide receptum, ita connotât ipsum ut potentem agere, non quidem per se ipsum immediate, cum jam diu praeterierit. sed per sui virtutem, quæ est character, quantum est ex ?e dis onens ad gratiam, ut mirifice docuit Angelicus Præjcep'.or ubi nuper art. 2, qcæstiunc 3, dicens : *quod in baptismo imprimitur character, qui est immediata causa disponens nd gratiam. El ideo cum confictio non auferat characterem, recedente fictione, quaeffectum characteris impediebat, character qui est przsens in anima, incipit habere effectum suum. Quo* quid clarius, aut solidius ? Quocirca, dicta recapitu'ando, prædic-a contritio differt a se ipsa primo modo accepta penes hoc, quod primo modo respicit Sacramentum operaturum ; in secunda vero ut existenlem virtualiter. et actualiter operantem. Et est simile de Christo ut futuro, qualis fuit creditus in veteri lege, et de Christo existente, qualiter cadit sub nostra fide. Unde sicut non -bene arguitur ab uno in alium statum, sed est paralosizare. nec ab una ad aliam fidem, nec consequenter ab illius ad istius legis Sacramenta, ita quoad formam male arguit Vasquez ab una in aliam contritionem. Juxta quem sensum explicatis soæ rationis pnemissis. negatur Consequentia, et id quod subinferebatur. Quin imo novum et satis urgens consurgit argumentum quo tota ejus doctrina refellitur, ac diruitur, ut jam subjungimus.

D.Tbaæ

c

'I

4

Secunda COOCÎÜ-sioflis ratio.

31. Probatur itaque secundo alia ratione, qua hactenus dicta fulciuntur, et explicantur. Nam quod Pceniteniia in casu fictionis Baptismi se extendat ad remissionem originalis, et actualium peccatorum, secluso instrumental! influxu ipsius Baptismi ficte suscepti, solum queit provenire, vel ex eo quod Baptismus, quia præteritusad i l non valeat : vel quia Poenitentia ipsa, connotata reali susceptione (esto ficta Baptismi ad id est sufficiens : vel quia in vi unius Sacramenti, nimirum Pœnitentiæ jam supponerentur omnia deleta, quin aliquid superesset delendum per aliud, scilicet per Baptismum. Sed nullum horum, nec simul conjuncta obsunt quominus sit proprius edoctus Baptismi, originalis, et actualium sub ipso expiatio, sicut et Pœnilentia· fictionis expulsio : ergo nullum ôst fundamentum oppositum asserendi, et consequenter ruit ratio doctrina' VasquOz structura. Utraque Consequentia constat. Major continet omnia motiva, qua' con* gerit P, Vasques. .Minor probanda est, quoad singulas ejus pintes. Et suadetur quoad primam tum ex verbis relatis D. Thomæ, quæ clarissima sunt pro hac parte. Tum etiam ratione communi omni causiu efficienti, sive principali sive instrumentait. de quarum ratione ad efficiendum non est actu formaliter in se ipsis existere, sol solum virtualiter in ellectu relicto, ut constat in viventibus medio semine a se decisso generantibus, quantumvis ipsum generans e vita exciderit. In quo ut omnino evidenti non moramur, ut inierim audiamus iterum D. Thomam D.r« hanc veram philosophiam præsenti materiæ applicantem supra quæst. G9, art. 10, per verba sequentia : *baptismus est quxdam spiritualis regeneratio. Cum autem aliquid generatur. simul cum forma recipit effectum formée, nisi sil aliquid impediens, quo remoto, forma rei generatæ perficit suum effectum : sicut simul cum corpus grave generatur, movetur deorsum.* (Existât, vel non existât formaliter gencransj *quo remo'o slatim incipit moveri deorsum. El similiter quando aliquis baptizatur, accipit caraclerem quasi formam* (nimirum qua homo fit Christianus, et disponitur ad gratiam, non qua sanctus evadat, et spiritualiter genitus sit, ut bene animadvertit Cajet, ibi; *el consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque per fictionem, unde oportet, quod remota ea per panilenlidni, Baptismus stalim consequatur suum effectum.* Quo discursu ducti asseruimus tract, de Sacramentis in genere, et modo iterum affirmamus solis Sacramentis inducentibus characterem inesse privilegium efficiendi instrumentaliler physice gratiam, secluso obice : et quoad priesens evincitur prretelilionem Baptismi non obesse, quominus valeat concurrere physice ad inducendam gratiam, quam usque ad ablationem obicis non induxerat, ratione characteris remanentis, quo est homo dispositus ad illam si removeatur obex fictionis.

C»jA

SecuaiJ Mmo pars

32. Quod vero PœriîtenÜa, supposito etiam baptismo, nequeat adhuc indirecte ad

ad originalis romiedonem so porrigere (quæ est altera Minuris pars, in quain nervos exemit P. Vasquez) probatur ex dictis, quæ nun diluuntur a Vasquez. Tum quia l'œnitentia nec indirecto attingit ea peccata, qua? sunt extra Ecclesiam, sicut nec Baptismus adhuc indirecte valet ad remissionem eurum, quæ sunt intra ecclesiam, do quo nemo hactenus dubitavit. Sed pccata illa supponant, vel non supponant baptismum bene, vel male receptum, semper est verum fuisse extra Ecclesiam commissa : ergo numquam est verum dicere indirecte perlinere ad Sacramentum de se ordinatum ad ea, quæ fiunt intra ecclesiam, qualis est Poenitentia, Porro sicut
W1· iu sententia P. Vasquez disp. citata cap. 3, n. 34, adhuc indirecte non perlinent ad materiam hujus Sacramenti, in nostra (el consequentius) adhuc indirecte ipsius excludunt efficaciam. Tum etiam : quoniam nullum peccatum remittitur adhuc indirecte per aliquod Sacramentum, nisi cum ordine, seu voto illius Sacramenti, ad quod pertinet per se : sed peccata tam originale, quam comitantia non petunt per se deleri nisi a Baptismo : ergo nec per accidens, seu indirecte possunt remitti a Poenitentia; quin sit votum, seu propositum suscipiendi iterum baptismum, quod est impossibile, supposita ejus non iteratione. Vel incidendum in Donatistarum doctrinam, ut urgebat supra Angelicus Præcep-
D.Tk-i3 tor, a D. Augustino refutatam, et ab Ecclesia damnatam. Tota difficultas hujus probationis stat in Majori, quam esse veram constat in Sacramentis vivorum, quæ si per accidens, vel quod idem est, indirecte peccata aliquando excutiant, id non fit absque ordine, et voto alterius Sacramenti, ad quod pertinent per se videlicet Pœnilentia, cui subjicienda sunt. Et hoc ideo quia Pœnitentia in re, vel in voto est medium necessarium ad remissionem omnium actualium post Baptismum, qualiter ipsum Baptismum esse necessarium ad
i delendum originale, et actualia sub ipso, nemo Catholicorum ambigit.

Rursus, effectus proprii aliorum Sacra-
I mentorum ita ipsis respondent, ut nec per accidens ab aliis Sacramentis causari, aut offici valeant, sed cuilibet gratiæ Sacramentali proprius effectus tribuitur : sed hoc quod est renasci media remissione peccati originalis, est effectus proprius Baptismi, et ejus graliæ Sacramentali respondet : ergo nec per accidens alteri Sacramento-rum debet attribui, sicut nec gratia baptismaliH, qua Baptismalis. Quorum non aliam ratiouern possumus assignare, quam voluntatem Christi ita instituentis, nobis manifestam per Ecclesiam, Concilia, et Patres, a qua periculosum est aliquantulum deviare in re lanii momenti ; quidquid alii nec sanctiores, nec doctiores Augustino, et Thoma senserint, quibus nihil est Sacramentorum vim ad sua sensa, et sententias invertere, contrahere, vel porrigere. Quis enim neget alia, et aliter Christum Dominum instituere potuisse Sacramenta, ut Augustino obtrusit Vasquez? Sed quid inde ? Est idcirco discurrendum, ac Theologizandum de his, quæ sunt, et quæ instituit, ac suam Ecclesiam docuit, ac de illis, qua: possunt fieri, et lierent in alia rerum serie? Absit; alioqui eodem conficeretur, vel non esse Sacramenta, ut non fuisse potuit, vel nulla per ea extingui peccata, ut non extingui potuit Deus velle, et voluisse. Quamobrem in hac parte non procedit doctrinaliter, qui confugit vel ad alteram providentiam, vel ad potentiam Dei absolutam. Cum ergo constet ex duobus Sacramentis de se ordinatis ad delenda peccata, alterum sibi vindicare inlra Ecclesiam commissa ut expianda; alterum vero extra ecclesiam incursa; et aliunde sit certum neutrum adhuc per accidens attingere propriam materiam alterius nisi cum voto illius, cujus est propria, ut constat ex probationibus adductis ; plane conficitur in hac rerum serio nec per accidens valere Pœnitentiam se sola remittere originale utpote proprium Bautismi.

33. Tertia pars solum erit ardua illis quibus infensa fuerit mutua prioritas diversarum causarum, in qua multi offendunt, nescio quid monstruosum, et horrendum in illa concipientes ; cum tamen sit plane Peripatetica veritas, vel solius naturalis rationis lumine nota, quam saepe usurpavit Angelicus Doctor ad plura, ea- D.Thom,
que aliter non satis pervia, sive naturae, sive gratiæ mysteria explananda, interim videndus 12, quæst. 113, art. 8, ad 1, ubi eam statuit, et manifestis exemplis illustrat, docens, quod *ex parte solis prius esi illuminare, quam tenebras removere, et ex parte aeris illuminandi prius est purgari a tenebris, quam consequi lumen, ordine nature, licet utrumque sit simul tempore.* Ex quibus constat ex pluribus causis simul concurrentibus ad eandem prorsus illuni-

Tertia 5^._ tur.

nationem aeris, stare prioritatem cujuslibet earum in proprio genere, siquidem ex parte solis efficienter concurrentis prior est illuminatio activa, cujus est effectus purgatio tenebrarum media luce exclusarum : ex parte autem aeris illuminandi prius est in genere causæ materialis purgari a tenebris, quam luce perfundi ; alias coirent simul tenebræ, et lux in eadem parte aeris, quod est repugnans, et sic de aliis innumeris exemplis, tam vere, quam frequenter usurpatis ab utriusque S. Doctor*s discipulis. Nec inde sequitur .ut aliqui obtendunt p us quam par est imaginationi deferentes' aut unum sine altero esse, vel fieri, aut bis eandem illuminationem produci. Sed quod sequitur est in eodem prorsus instanti produci effectum a pluribus causis, unaquaque earum diverso modo concurrente, juxta uniuscujusque conditionem, et ut sic dicamus indolem.

Prada- objectio,

Quæ doctrina a fortiori teneri debet, quando in effectum inducendæ sunt plures rationes extra sphæram cujuslibet earum causarum. Cum enim nulla causa in eo genere, in quo est causa, possit exhibere quod in se non habet, nec consequenter metas propria? virtutis excedere, quin aliunde juvetur, aut foveatur vel per additionem virtutis, vel per consortium alterius causæ potentis ad id, ad quod ipsa est impotens; consequens fit, ut necessario exigatur concursus alterius principii, cum ex parte ipsius causæ impotentis, tum ex parte effectus, exigentis concurrentium plurium causarum, in quibus simul influentibus, quælibet in suo genere, totus effectus præcontineatur, ut constat in portantibus lapidem, et quod est apud Adversarios commune, licet falsum) in actu supernatural! exigente ex parte principii- virtutem naturalem partialiter proxime influentem, el virtutem supernaturalem similiter cum concursu partiali, quin una sine consortio, et influxu alterius potens sit ad efficiendum amorem Dei supernaluralem, aut alium actum vitalem prædicti ordinis, et in aliis sexcentis brevitatis causa omissis, et quia tam evidens est quod supponimus, ut ulteriori non videatur probatione indigere.

Recapi-

34 Gum orgo ex dictis habeamus duo genera peccatorum simul in eodem instanti excludendorum, quandoquidem unum sine alio nequii remitti, et cuilibet eorum generum sit speciale Sacramentum destinatum a Christo Domino; necessarium est unum et alterum simul concurrere in eodem instanti ; alias non sequeretur allectus; siquidem Baptismus solum se extendit ad originale, et ipsum comitantia extra Ecclesiam, quin indirecto adhuc valeat ad actualia post Baptismum (ut concedit, et bene Vasquez, et male negat Lugo de Sacramentis in genere disp. 9. sect. 3, num. 38), nec Pœnitentia, ut probatum est, se potest extendere adhuc per accidens nisi ad peccata intra Ecclesiam commissa. Quocirca opene pretium est unum et alterum simul influere. Et quia fictio impediens effectum Baptismi, qute erat gratia regenerans, se. tenet ex parte subjecti, atque ideo pertinet, et reducitur ad genus causæ materialis; idcirco remotio fictionis pertinens ad pœnitentiam est prior in genere causæ materialis, quam regeneratio correspondons Baptismo, quæ est prior absolute in genere causæ efficientis, ut evidenter constat in exemplo solis illuminantis, et aeris illuminati, et clarius in motu gravium et levium, qui non tribuitur amoventi impedimentum, sed generanti, licet generans non possit causare motum, quin ab alio removeatur impedimentum. Unde remotio impedimenti se tenet ex parte materiæ expediendæ ad motum, motus vero ipse tribuitur absolute generanti ut causæ prius et principalius agenti.

Fir :

Nec inde sequitur totam remissionem tributam iri Pœnitentiæ excluso Baptismate, nec totam Baptismo ablegata Poenitentia, ut voluit Cardinalis de Lugo incidens in Scyllam cupiens vitare Carybdim, sed in cuilibet eorum juxta accommodam distributionem.

35. Ex his non tam probatis, quam suppositis ex doctrina tam vera, quam communi D. Thomæ jam probatur tertia illa pars præjacti discursus, scilicet aliquid superesse baptismo remittendum præ Pœnitentia in casu fictionis. Nam juxta communem, et suavem Dei providentiam, et juxta exigentiam effectus debent concurrere causæ sive principales, sive instrumentales ad ejus existentiam, quæ intenditur, necessariæ : sed in instanti justificationis hominis ficte baptizati effectus præintentus, qui est remissio peccati originalis, et actualium cum fictione postulat concursum Baptismi, et Pœnitentiæ : ergo utrumque simul debet concurrere ad prædictam justificationem, et consequenter nec sola Pœnitentia, nec solus Baptismus sufficit. L traque Consequentia constat ex præmissis,

sis, quarum Major videtur per se nota, et probatur Minor ; quoniam Baptismus solam sibi vindicat ex institutione Christi remittendum originale cum cæteris extra Ecclesiam commissis. Pœnitentiæ vero dumtaxat competit ad ea, quæ intra Ecclesiam fuerunt facta, qualis est fictio, et *extera* post Baptismum, expellenda concurrere : ergo ad totalem, et adaequatam justificationem hominis baptizati in eodem instanti faciendam utrumque Sacramentum immediate, et simul debet influere ; atque ideo prædicta justificatio tribuenda est Pœnitentiæ ut removenti fictionis obicem, et alia actualia post Baptismum ; huic vero originalis dimissio, et aliorum ante ejus receptionem sacrilegam.

t«5na.

36. Confirmatur et explicatur. Causæ quæ adinvicem pendent in causando, licet sub diversa ratione influant, non solum sunt, sed etiam intelliguntur in eodem signo rationis *in quo,* altera ut dependens in illo signo, ac subinde posterior, altera vero ut independens, atque ideo prior prioritate *a quo,* seu naturæ; sed Baptismus, et Pœnitentia pendent ad invicem ad inducendam remissionem omnium peccatorum hominis ficte baptizati. Ergo nullum est signum adhuc rationis *in quo,* baptismus intelligalur sine Pœnitentia, nec Pœnitentia sine Baptismo; atque ideo non adest locus ad hoc, quod pœnitentia dimittat -aliquod peccatum sine dependentia a Baptismo, vel e converso. Patet hæc Consequentia ex prima : siquidem in illo priori, in quo Pœnitentia removet fictionem, adhuc intelligitur ibi Baptismus ut dependens a Pœnitentia atque ideo posterior; et eadem ratio est de Baptismo respectu Pœnitentiæ, ordine inverso. Non ergo unum eorum aliquod peccatum remittit sine dependentia alterius, licet in diverso genere. Major cui soli inest difficultas, est communis et vera Thomistarum doctrina nunquam labefactata, nec labefactanda, quantumvis adversantium impetu conquatiatur, eamque præ- 5.0». clare explicant N. Complut, abbreviari 2 P*|- physicorum disp. 8, quæst. 2, § 1, n. 6, his verbis *:· Unde licet aliqua duo sini in eodem instanti reali imo in eodem signo rationis, nihilominus id quod non dependet, dicitur secundum illam rationem prius, id vero quod dependet, appellatur posterius. Quare in hoc genere priorilalis non valet Nzc Consequentia. A est prior natura quam B, ergo A, in illo priori est sine D, sed ita debet inferri : A est prius natura quam B, ergo in illo genere, seu priori A non dependet a II, sed B, dependet ab A.* Quocirca rectissime admonent hæc prioritatis genera maxime observanda esse, utpote ex cujos ignorantia non levis confusio in rebus arduis generari soleat.

Unde liquet insigniter paralogizasse Gabrielem Vasquez, dum urget Pcenitentiam in illo priori excludere fictionem : fictio nequit auferri absque gratia, quæ est incompossibilis cum cæteris aliis peccatis: ergo in illo priori, et vi illius intelliguntur dimissa omnia peccata : non ergo superest aliquod dimittendum pro posteriori a Baptismo nisi asseratur bis eadem peccata remitti, quod est falsum, et ridiculum. Asserendum itaque est omnia per pœnitentiam deleri.

Vazquez,

IIoc, inquam, argumentum, non argumentum sed sophisma est, quia nullum est signum adhuc rationis *in quo,* Pœnitentia intelligalur sine Baptismo ; licet intelligatur prior prioritate *a quo* seu naturæ, quam Baptismus ut dependens a Pœnitentia ut ab amovente fictionem, et ibi sistit hæc prioritas : cui succedit alia prioritas Baptismi, in qua etiam intelligitur Pœnitentia, ut dependens ab ipso Baptismo, atque ideo posterior. Et huic prioritati, quæ est propria Baptismi respondet gratia baptismaiis, sicut alteri gratia medicinalis, seu sanativa propria Pœnitentiæ. Atque ideo respondetur in forma distinguendo Majorem : Pœnitentia in illo priori excludit fictionem connotando Baptismum, et illum inferendo, concedo Majorem ; illo non connotato nec illato, nego Majorem. Et concessa absolute Minori, negatur Consequentia cum subillatis, in quibus fit transitus a non amplo ad amplum, seu ab eo quod competit alicui in signo præcisionis ea vi causalitatis unius causæ ad id, quod habet in re, extra omnes causas, et causalitatis modos. Quod esse evidenter falsum constat manifeste. Unde relinquitur non bene arguisse P. Vasquez et absque fundamento urgenti a communi, et vera sententia D. Thomæ, et Theologorum communiori, quam supra num. 10 retulimus, et explicuimus, discessisse.

§ iv.

Ostenditur peccata post Baptismum esss propriam materiam Ptenilenüe.

37. Dicendum est secundo omnia pdc- seront

cala post Baptismum commissa, sive mor talia, sive veniaiia ive pure interna, sive simul externa esse materiam propriam hujus Sacramenti. Conclusio est universalis, sed non æque universaliter procedit de omnibus peccatis in ea enumeratis, inter quæ est latum discrimen quoad rationem obeundi munus materiie, et consequenter non eodem modo de omnibus illis intelligenda venit assertio.

M»terix intibe-. ram, ci riam.

Porro e?se materiam stat dupliciter vel necessariam, vel liberam Aecessana ite·rum est duplex. Vel quæ sit necessario exhibenda, et subjic.enda lorrnæ absolutionis, ita quod ipsum Sacramentum per se, et essentia iter postulet illam determi natam materiam, sine qua non salvetur ejus veritas. Et in huc sensu, dumtaxat peccatum actuale post Baptismum sive sit mortale, sive sil veniale, est materia propria et essentialis Pœnitentiæ, siquidem aliquod illorum postulat, et neutrum determinat. Et hæc necessitas se tenet ex parte ipsius Sacramenti essent-aliter exigentis pro materia aliquod peccatum actuale vage, quod vere ac determinate peccatum sit. Quocirca ut ridicula, et prorsus fabulosa rejicienda est narratiuncula confessionis Beatissimæ Virginis cum B. Joanne, in qua nullum erat peccatum confessioni exponendum.) Vel ita ut necessitas se teneat ex parte peccati, non quod necessario sit, aut petat esse, sed quia spmel atque sit, necessarium Sacramento submitti, et citra culpam scienter non omitti in confessione. Et hoc modo sola peccata lethalia non prius confessa sunt materia necessaria confessionis, utpote qute absque injuria Sacramenti scienter præiermiiti non debent, quantumvis interna, et occulta sint. Cujus oppositum,

Darou. œste Baronio ad annum 1479, tempore Sixti IV affirmare, et in publicum edere

Oxomeii sis. aueus est PetrQS Oxomensis in Salmanticensi academia Theologiæ professor, cujus meminimus , in quodam confes.-ionis libello, ubi prima conclusio erat : *Peccala mortalia quantum ad culpam el ponam alterius sxculi delentur per solam cordis contritionem sine ordine ad claves.* Altera, et in ordine tertia fuit, quod *pravæ cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delentur sine ordine ad claves.* Hunc autem libellum has, et alias non minus perniciosas assertiones continentem uti

Alfo.-m Ciniiio. hæreticum igni tradendum censuit Toletanug Antistes D. D. Alfonsus Carrillo, et de facto commisit post audita sulïragia quinquaginta duorum Doctorum, et aliorum plurium eruditissimorum, ut refertur iu Bulla prœdicti Pontificis facium approbantis, et sententiam confirmantis, quam ad litteram refert Baronins ubi supra.

38. Ea vero est, el dicitur materia li· hera hujus Sacramenti, quæ absque oju3 injuria, vel periculo frustrandi, potest apponi, vel omitti ad nutum pœnitentis Ad hanc pertinent peccata venialia cogniia ut talia, et etiam peccala gravia jam remissa ex vi alterius confessionis, in qua sunt patefacta. Diximus *peccala venialia cogniia ut talia,* nam suburto dubio, an sint aliioris malitiæ ad veniale? necessarium est ea ut dub;a manifestare, ut proprio loco videbimus.

liben* i

Hinc haud obscure constat sensus nostrae conclusionis, quæ virtualiier est bi· membris, m quorum primo statuit omnia peccata mortalia post baptismum esse materiam necessariam, et necessario apponendam in hoc Sacramento, dummodo rite alias non fuerint confessa, et alteri Pœnitentiæ Sacramento subjecta. In altero vero affirmat nec peccata gravita rite alias confessa, nec determinate venialia esse materiam necessariam, sed posse libere ad arbitrium confitentis vel apponi, vel omitti absque præjudicio Sacramenti, et fructus illius : esse tamen illius materiam sufficientem. Reliquum est, ut singulas ejus partes suo orline comprobemus, idque quam brevissime, utpote nullum intra ecclesiam in hac pane adversarium habentes, nec fundamentum aliquod, in quo diruendo cogamur immorari

Seas»

‖Y*'

39. Probatur ergo prima pars, seu membrum nostræ catholicæ assertionis : quoniam hoc Sacramentum non i st minus necessarium lapsis post Baptismum, quam nondum regeneratis est necessarius Baptismus : sed non est necessarium propter delenda venialia, quippe quæ aliis remediis remitti possunt ; nec etiam propter originale et actualia sub ipso patrata, utpote ad quæ non se porrigit Pœnitentia. sed attinent ad Baptismum, ut constat ex hactenus expensis : nec similiter propter mortalia post Baptismum legitime manifestata in alia confessione : ergo solum est necessarium propter peccata actualia post. Baptismum, et alias non confessa : atque ideo hæc tantummodo sunt materia necessaria, id est necessarario exhibenda. Major est certa, el docetur expresse in Concilio Tridentino

s (h tar.

Trideal.

dentino sees. 14, cap. 2, illis verbis : *Esi autem hoo Sacramentum Pœnilenliæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ul nondum regeneratis ipse Haplismus* Mirior etiam constat ex se, et ex eodem Concilio ibi, ubi statuit huc Sacramentum fuisse institutum ad instar judicii reconciliati vi domesticis fidei in medicinam vulnerum, et quorumlibet criminum, quibus post Baptismum se fideles contaminaverint. Sed nullum crimen est quod necessario postulet ad sui medelam hoc Sacramentum, nisi peccata actualia gravia, et non confessa, ut constat ex probationibus subinsertis in Minori : ergo hæc tantummolo sunt in quorum remedium fuit institutum, et ad quæ est omnino noce sarium in re, vel in voto, uti Baptismus.

Caif- D.Tki. Confirmatur, et explicatur ex I). Thoma in hoc art. sol. ad 3 Nam hoc Sacramentum fuit principaliter institutum propter peccata excludentia Dei gratiam, sicut Baptismus ob originale : sed sola peccata lethalia excludunt ab homine Dei gratiam ; ergo hæc dumtaxat sunt ei necessario subjicienda ut deleantur, secus vero alia, quæ nec amicitiam cum Deo di.-cindunt, nec unico dumtaxat remedio purgantur, qualia sunt venialia, vel alias rite confessa, vel esto, non fuerint quoad culpam expiata, ut contingit dum Iit informe hoc Sacramentum, adhuc non sunt necessario iterum confitenda, utpote jam rite, sed non recte clavibus subjecta.

S*®** ρ''' Secunda pars assertionis, quæ ambit peccata venialia, et mortalia alias legitime confessa non est minus certa quam præcedens, et suadetur quoad venialia determinate, ex doctrina ejusdem Concilii can. 7,de Poenitentia, ubi damnavit Lutherum, et alios asserentes non esse licitum confiteri venialia. Et cap. 5, illius session, docuerat *taceri tamen citra culpam, mullisque aliis remediis ea expiari posse :* ergo ex una parte sunt materia libera, et ex alia ut sufficiens materia hujus Sacramenti sunt habenda ; alloqui enim vel non esset licitum ea confiteri, cum sola conii.enda sint maeria remota, et sufficiens; vel non essent materia libera, et consequenter non possent alia via, quam medio hoc Sacramento expiari ; quorum quodlibet est contra doctrinam Concilii.

40. Sed objic es Concilium dumtaxat statuisse peccata venialia licite posse retineri, et manifestari, in confessione; quod quidem verum est, et catholicum assertum, pro hominum usu comprobatum, ut Concilium loquitur, et optimo salvatur in eademmet confessione mortalium, in qua licite, et citra culpam venialia poscunt vel manifestari, vel laceri. Ex hoc tamen non infertur ipsa sola esse materiam sufficientem in hoc Sacramento, et constat a simili, et quidem urgentiori, peccati gravis dubii, quod est confitendum ; et tamen non est materia, nec sufficiens hujus Sacramenti. Ergo ex eo quod peccata venialia possint licite confiteri ut bene statuit Concilium, non bene infertur, ea esse ii ius materiam sufficientem ; sed debet apponi alia materia gravior, cum qua conficiatur Sacramentum, et sine qua non valet.

41. Hac objectione Franciscum de Ossuiia motum suspicamur ad asserendum in suo Alphabeto secundo tract 4, cap. 5, litt. D. peccata venialia non esse materiam sufficientem hujus Sacramenti ac subinde, in solius peccati venialis confessione nullam gratiam conferri ex opere operato a Sacramento : imo tenetur asserere nullum reipsa confici Sacramentum, si consequenter loquatur. ossuna «bjec- t,ooi·

Ejus tamen sententia in hac parte male audivit apud supremum Tribunal, et ut hæretica expungi jussa est ab Illustrissimo Domino Antonio de Soto Major in expurgatorio anui 1640. Nec mirum cum ex diametro pugnet cum doctrina Concilii, et frequentiori doctissimorum, ac sanctorum hominum usu, qui nullis gravibus culpis præpediti de solis venialibus concutiuntur, et magno fructu confitentur. Et hoc sufficeret ad ejus tam exot'cam refellendam positionem. Sed veniamus ad Concilium . ejusque mentem quæ clari-sima est. Agebat enim contra Lutherum, qui, ut refertur in Bulia Leunis X contra ejus errores expedita, disseminabat peccata venialia nullatenus esse confitenda. Cujus erroris fundamentum erat alius error : *Dum volumus* (inquiebati *confiteri pure omnia peccata, nihil aliud facimus, quam quod misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.* Ex quo vel ut principio inferebat perverse, venialia relinqui deb?re misericordiæ Dei ignoscenda atque subinde Eecksiœ judicio m>n submittenda. Huic duplici veneno, ne amplius serperet, duplex antidotum opposuit Tridentinum citato capite, et quod *peccala venialia recte, utiliter, el citra omnem praesumptionem confessioni exponantur, ut piorum hominum usus demonstrat,* et quod *dum omnia, qux memo-* Refeili- tar· Soto Mai°r· Lèod.X. Lather, Tridcut.

riz occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student, proculdubio omnia diiinz misericordias ignoscenda exponunt. Ubi solum statuit differentiam in eo, quod peccata venialia libere possint omitti, non vero quod non possint utiliter Sacramento subjici. Et ratio quam tradit pro mortalibus, etiam militat pro venialibus : quia dum quis ea confiteri studet, proculdubio divin® misericordi® ignoscenda exponit. Alias venialia sum vera peccata veroque dolore indigentia ad sui remissionem : quid ergo vetat se sola esse materiam remotam vero Sacramento expiandam ? Nec est simile de peccato dubio, quod sub ratione dubii non importat determinatam materiam, qualem postulat Sacramentalis absolutio; atque ideo non admittit materiam dubiam, sed debet apponi certa Unde retorquetur objecto : siquidem venialia suntpeccata certa, propria voluntate commissa, et vero, ac supernatural! dolore lugenda ; quod totum requiritur, et sufficit ad materiam proximam, et remotam hujus Sacramenti : non ergo est fundamentum ad asserendum cum ea non posse vere, et cum fructu confici : licet enim Pœnitentia (insurgentem aliam objectionem praeoccupamus sit principaliter instituta in remedium peccatorum gravium post baptismum, ut constat ex dictis, id non officit quominus, supposita ejus institutione, et carentia peccati gravis, se porrigat ad peccata venialia excludenda qu® proprie sunt ejus materia, licet minus
D.Tbom. principaliter, ut affirmat D. Thomas Sol. ad 3.

Quod enim sit Sacramentum mortuorum tantummodo infert, ante ipsum in re, vel in voto, pnecedere peccatum mortale ut in plurimum; non vero probat ante ipsum in re susceptum semper existere, ac comitari ; siquidem queit homo per ejus votum justilicari, et in Baptismo apparet, qui etiam est Sacramentum mortuorum, et ex sua institutione tendit in destructionem originalis; cum tamen in re susceptus non semper ipsum expellat, ut contigit in Cornelio, de quo in actibus A post, et aliis ante realem susceptionem baptismi in gratia existentibus. Porro in Pœnitentia viget specialior adhuc ratio ad id asserendum : quia cum sit instituta ad instar medicin®, non solum sanat, aut sanare potest a morbis læthalibus, sed etiam a levibus, qu® cum leves sunt, ad l®thaïes disponunt, et se ipsis sauciant, et vulnerant animam. Unde licet principalius se in lethalium medelam exerat, non excludit venialia, sed ut medenda admittit, vel seorsiin, vel gravioribus associata, neutrum positive excludendo, nec alterum positive determinando, ut in limine supposuimus.

42. Quod vero idem asserendum sit do Qeid mortalibus rite alias confessis, constat primo ex Benedicto XI in Extravagant! tie Privilegiis, ubi declarat non esse quidem necessarium confiteri peccata semel per Sacramentum Pœnitentiæ remissa ; salubrem tamen, et valde utilem fore hujusmodi confessionem : idque approbat piorum hominum non qualiumcumque, sed doctissimorum consuetudo. Verba Pontificis hæc sunt : *Licet de necessitate non sil iterum eadem confiteri peccata : tamen quia propter erubescentiam, qux magna est Pcenitcnliz pars, ut eorumdem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre.*

Constat insuper : Nam quod peccata semel confessa iterum atque iterum manifestentur, et ecclesi® clavibus subjiciantur, cedit quam plurimum in commendationem hujus Sacramenti ; quod cum medicinale sit, sæpius repetitum magis et magis sanitatem affirmat, auget, et promovet, excitando ad ferventiores Charitatis, et Pœnitentiæ actus, mediis quibus voluntas firmius adhæret summo bono, et declinat promptius a quolibet malo. Unde nascitur simul urgere in utilitatem frequentius eo utenti : quia licet non remittat peccata alias remissa. de quo infra, auget tamen gratiam sanantem, et minuit reatum ad poenam temporalem ex peccatis condonatis relictum, qui quidem non omnino tollitur qualibet Sacramentali pœnitentia, nisi accesserint magni nostri iletus, et labores, ut supra nos docuit Concilium Tridentinum. Valde ergo proficuus est usus Sacramentalis pœnitentiæ circa peccata rite alias confessa, nec est caput ea excludendi a ratione materiæ remotæ hujus Sacramenti, quoties pœnitens ea voluerit apponere.

CoaL·· mikr priK.

Accedit quod Concilium in eodem Cos- Г/nD. t Tridéfit* cap. 2, præmiserat hæc verba : *Ante hoc tribunal tamquam reos sisti voluit, ut per Sacerdotem sententiam non semel, sed quolies ab admissis peccatis ad ipsum perlinentes confugerint, possent liberari.* Ubi licet directe loquatur de non confessis; haud obscure insinuat, vel ad minus non positive excludit, quoties accesserint cum peccatis admissis, posse liberari in sensu explicato.

Urgetur. Eυ vet maxime quod nova adsit, et adQsso debeat materia proxima scilicet nova contritio, nova confessio, et nova etiam satisfactio. Unde ergo excludetur a ratione veri Sacramenti ob partium essentialium defectum ? Quocirca audiendi non Rmrd. sunt, quin ab omnibus rejiciuntur, Ricardus in 4, dist, 18, art. 2, quæst. 4 et .C'ii- Guillelmus do Rubione dist. 15, quæst. 2, K»'b. docentes peccata confessa non esse materiam Pœnitentiæ, sed adjiciendum novum aliquod peccatum saltem veniale pro materia sufficienti.

43. Sed objicies : Forma hujus Sacra- lw' menti nequit bis cadere supra eadem peccata : ergo eadem materia nequit iterato subjici ipsius formæ. Antecedens constat a paritate Eucharistiae, in qua non est locus ilerum consecrandi species consecratas, et simul a ratione, quoniam ut salvetur forma hujus Sacramenti, debet verificari vera absolutio a peccatis ; cum tamen jam alias sint remissa : ergo in forma hujus Sacramenti neutiquam potest verificari quod bis cadat supra eadem peccata.

Bbfût- Respondetur nesandum esse Antecedens, loquendo, ut loquimur, de materia remota, qualia esse peccata supponitur. Cujus probatio etiam fallit, nam (ut exemplum alio duplici retundamus exemplo) eadem aqua Baptismi possunt plures successive baptizari; et (quod æque urget) eisdem calice ac patena, quæ sunt materia remota, pene innumeri sacris ordinibus insigniuntur, quin inde aliquis collatorum ordinum nullitatem ausus fuerit suspicari, aut eorum collationem ambiguam reddere. Et ratio est prorsus eadem utrobique : etenim Sacramenta exigunt quidem essentialiter materiam sui remotam ; non tamen ex materia remota essentialiter constituuntur, sed ex proxima, et ex forma. Unde stante eadem materia remota, variata proxima, variatur, et subsistit Sacramentum, ut proxima exempla demonstrant. Quod autem id non in omnibus Sacramentis reperiaiur, uti in Eucharistia non reperiri constat, non provenit ex ratione communi Sacramenti, sed ex alia radice juxta qualitatem materiæ. Ad secundam Antecedentis probationem distinguenda est Major : debet verificari vera absolutio a peccatis, aptiludinalis, et quantum est ex vi Sacramenti, conceditur. Neganda est tamen si loquatur de actuali, et exercita solutione : quoniam hoc Sacramentum in absentia obicis petit quidem, et reipsa infallibiliter confert, augere gratiam, et eminus impedimenta revellere; non vero postulat essentialiter actualiter excludere jam exclusa, nisi ad summum in radice, quatenus auget gratiam medicinalem, in qua inest tanquam in causa formali peccatorum remissio. In quo sensu salvatur vera absolutio a peccatis medio gratiiB incremento per Sacramentum inducto, quatenus illud augmentum de se aptum erat peccata confessa depellere, et abjicere, si non alias fuissent abjecta, et depulsa. Unde concessa, vel explicata ad hunc sensum Minori, neganda est Consequentia. De qua infra prolixior sermo redibit tractando de absolutionis sensu.

Quid de peecjtis dubiis-

44. Sunt qui occasione hujus quæstionis longiorem aliam disputationem texant circa peccata dubia, an sint, vel non sint materia remota hujus Sacramenti? Quibus in hac parte morem genere non placet, cum res sit alterius loci, a quo non potest divelli, quin doctrinæ ordo citra causam invertatur. Sive enim asseratur peccata dubia non esse necessario explicanda, ut aliqui paucis abhinc annis veriti non sunt asserere, despectis antiquis, et solidissimis fundamentis ; sive oppositum affirmetur, ut revera affirmandum est, numquam est verum peccata dubia ut dubia fore materiam remotam hujus Sacramenti : quandoquidem in omni sententia confitendum est aliquod peccatum certum supra quod cadat absolutio. Quod si deficiat, conditionate tantummodo proferenda erit, de quo in tractatu de Confessione, ubi propriam sidem sibi vindicabit hæc difficultas. Modo sufficiat determinasse qualiter se habeat hoc Sacramentum circa peccata ante Baptismum, et post Baptismum juxta communem ac veram doctrinam. Contra quam nulla est relatu digna sententia, nec argumentum, quod ex dictis non sit facile diruere. Sed ut nihil relinquamus intactum, superest, explicemus quid sentiendum de peccatis in ipso Baptismo commissis ; ad quodnam videlicet horum Sacramentorum pertineant, vel ad Baptismum, cui coexistunt, vel ad Poenitentiam, quam antevertunt? Quod quidem sequenti dubio examinare studebimus.

DUBIUM IL

Utrum pfccola commitsa in *ipsa receptione Baptismi sini materia Pirnilenlùt?*

Pwj*· ,a'· *' 45. Ad clariorem hujus difficultatis expeditionein recolenda sunt, qual circa causalitatem Sacramentorum tomo præced. tract, de Sacramentis in genere scripta reliquimus, ubi examinata est illa quæstio : *Quandonam Sacramenta causent gratiam, vel in tempore, vel instanti?* Ubi etiam explicuimus quale sit hoc instans, qualiterque se habeat ad partes successiva' temporis antecedentis, quibus probatio verborum in confectione Sacramentorum respondet ; quandoquidem non instantanée, sed successive proferuntur, atque ideo illis assignari debet et tempus, et instans terminativum, seu quod idem est, ultimum mutatum esse iliorum, sicut cuilibet alii motui de genere successivorum.

iurT quibus duo quoad praesens satis opportuna eliciuntur. Primum est dupliciter posse intervenire peccata in celebratione Baptismi; vel ita ut committantur toto tempore, aut aliqua parte illius, seu in instantibus intermediis, quin perduret actus peccandi, usque ad ultimum mutatum esse verborum, sed ante ipsum liniatur. Vel taliter, quod in eodemmet instanti, in quo compendas, ac perficiendus erat Baptismus, homo delinquat graviter, nec amplius duret, sed verum sit affirmare hæc duo : *Nunc est peccatum actuale, el immediate ante non fuit : Nunc est peccatum actuate, e! immediate post non erii,* quidquid sit de macula habituali ex peccato actuali relicta, quæ tandiu durare potest, quandiu actus pravus vel formaliter, vel virtualiler non retractetur.

riaiio 46. Habemus secundo pravos actus elicitos intra Baptismum, non tamen pertingentes ad ultimum ejus instans, in quo habet effectum, vel habere petit, absolute non opponi ipsi Baptismo : cum contingere possit in ipsomet instanti elicere baptizatum actum displicenti», ct retractationis actuum antecedentium. In quo casu ut f-ugo. bene vidit Lugo de Pœnitentia disp. 16, sect. 1, non fraudaretur Baptismus fructu, nec pcenitens maneret in peccato. Unde ut locus sit quæstioni in hac parte, debet a disputantibus supponi praedicta peccata non esse retractata vel ante instans, vel in ipsomet instanti perfectionis Baptismi, intra cujus celebrationem fuerunt commissa modo dicto.

Porro ultra prœdicta peccata, vel baptismi tempore, vel in ipsomet instanti ter- i*'*.. minalivo incursa, quæ possunt esse diversarum spetfieruin, utputa injustilite, luxurias, vel alterius vitii, superest aliud speciale peccatum, quod incomplexe nominatur *Fidio,* et explicatura L). ThomaD-t** in 4, dist. 4, quæst. 3, art. 2 ad I, his verbis : *Fidio proprie est, cum aliquis aliquid ostendit dicto, vel facio, quod non est in rei veritate. Hoc autem contingit* du· *pticiter. Uno modo, quando ex hac intentione aliquid dicitur, vel fit, ut aliud ostendatur, quam rei veritas habet, et tunc fictio est speciale peccatum, et sic non accipitur hic. Alio modo quando aliquid ostenditur, quod rei veritas non habet, dicto, vel facto ; etiam si non propter hoc dicatur, vel fiat, et sic aecipitvr hic fictio. Quicumque etiam ad Baptismum accedit, ostendit se veteri vit# abrenuntiare, el novam inchoare : unde si voluntas ejus, adhuc in vetustate vitæ remaneat, aliud ostendit, quam sil in rei veritate el ideo esi fictio.* Ubi, ut vides, quoties quis accedit rationis compos ad Baptismum cum effectu ad peccatum grave, si non illum deponit, et anteactæ vitæ ip- 1 I sum pœnitel ad minus per veram attritionem, ut docent Theologi in materia de Baptismo, non digne, sed ficte accedit, inchoando vitam, et veterem non exuendo; 3 adhuc str posita, ut semper debet supponi, I recta intentione accipiendi verum Sacramentum, sine qua nec fructum, nec ipsum Sacramentum reciperet. In quo quidem I eventu ultra illud peccatum, cui manebat ;ü. obstrictus, a'iud profecto committit specialius irreligiositatis, seu sacrilegii, voluntarie accipiendo Baptismum cum indispositione positive contraria ad fructum. Ex quibus primum est fictio materialis, jjt- quam dicit D. Thomas non esse speciale .'“. peccatum, hoc est specialiter oppositum virtuti veracitaiis, ut constat ex argumento, cui occurrit. Secundum vero est fictio formalis contra reverentiam debitam Sacramento, quod indigne recipere intendit. De quo asseruit D. Thomas in hac 3 p. D·^'3' quæst. 69, art. 9, quod fictio hæc quodammodo includit omne peccatum, quatenus per se supponit aliquod peccatum, non det-rminans quod sit hujus, vel illius malit;». Cui quidem accedit voluntas Sacramentum recipiendi absque vera attritione illius, quæ est formalis fictio, opposita sila non Sacramento, quod vere intendit recipere; sed illius'fructui, quæ est gratia.

Cum quo tamen cohæret (interveniente ignorantia invincibili , et consequenter bona fide vel circa necessitatem attritionis ad digne accedendum ; vel circa ejus exisleniium revera non appositam, licet falso existimetur apponi) per accidens non committi novum illud peccamm formalis fictionis. Iu quo eveniu impeditur fructus Sacramenti a peccato praeexistenti non detestato, et labitur homo in fictionem pure negativam, non tamen voluntariam, et positivam, uti accidit in prima, quæ est frequentior.

47. Unde satis constat, quodnam sit subjectum, seu materia circa quam hujus dubii nimirum peccata inter baptismum celebrandum patrata, et peccata, in ipso instanti terminativo, et completivo commissa, ac tandem formalis fictio, seu voluntas Baptismum sacrilege, et absque (ructu recipiendi. Quocirca ad illi plene satisfaciendum triplex statuenda, et stabilienda erit assertio. Sed ut a facilioribus nos expediamus sit

§i.·

Difficultatis decisio quoad peccata inter baptizandum commissa.

48. Dicendum est primo peccata primo modo comitantia Baptismum non esse materiam Pœnitentiæ, sed perlinere ad Baptismuni, a quo sunt delenda Hanc assertionem docent communiter discipuli D. Thomæ, et docere tenentur alii extra ejus scholam, si consequenter loquanturt dum asserunt omnia peccata ante Baptismum non pertinere ad Pœnitentiam. Eamque ut minimum evincunt testimonia Concilii, D. Augustini, et D. Thomæ supra allegata, ex quibus omnibus habetur peccata, quæ sunt materia Pœnitentiæ, supponere Baptismum reipsa susreptum : scd prœdicta peccata non supponunt Baptismum reipsa susceptum, sed tota illorum malitia completa, et terminata est ante instans perfectivum, ac terminativum illius : ergo praedicta peccata non possunt esse materia per Pœnitentiam destruenda.

Ad hæc peccata quæ committuntur ante characterem impressum in anima, non sunt hominis Christiani : sed peccata recensita perpetrata sunt ante impressionem characteris : ergo ea peccata non sunt peccata hominis Christiani : sed peccata hominis non Christiani non delentur, nisi per Baptismum, ut constat ex «lictis toto dubio praecedenti : ergo prœdicta peccata ut delenda non perlinent ad pœniienliam. sed ad Bapti-nnum. Cætera constant praeter Minorem, de qua anceps Cardinalis de Lugo ubi supra : nam character Baptismi non producitur in anima tempore intermedio Baptismi, aut in instanti continuativo partium, sed in ultimo, quod est terrtinativum, ut contra ipsum, et alios probavimus loco supra citato de Sacramentis in genere : sed peccata, de quibus est sermo, commissa sunt, ut supponitur ante instans terminativum, seu ultimum mutatum esse prolationis formæ Baptismi : ergo prœdicta peccata non pertinent ut delenda nisi ad Baptismum.

49. Hoc autem fundamentum, quatenus Replica, nititur in doctrina Concilii, dirui videtur aliquorum doctrina, quos suppressis nominibus refert Lugo, disp. 16, sect. 1, Logo, num. 12, docentium Concilium statuisse quod certum erat, videlicet peccata post Baptismum esse materiam Pœnitentiæ ; non vero determinasse, quod ambiguum, et sub opinione, quin imo ab eo abstinuisse. Erat autem in opinione, an peccata in Baptismo commissa sint materia Pœnitentiæ? Et hanc indecisam reliquit Theologorum examini, et probationibus. Et quod attinet ad mentem D. Thomæ sunt etiam, qui apud Granados de Pcenit. con- Granad. trov. 7 , disp. 3, num. 6, respondeant 8. Doctorem solum comprehendisse peccata habitualia existentia cum Baptismo, non vero actualia in ejus celebratione admissa. Hinc vero haud obscure detegitur debilitas, et fallacia praejacti fundamenti, utpote quod procedit ex sinistra Tridenlini, et D. Thomæ inteliigentia.

50. Utraque tamen ista evasio frivola Repelli- est, et nimirum distorta contra expressam, 1αΓ· et valde perspicuam doctrinam. Nam in primis Concilium Sacramentum cum Sacramento, et materiam unius cum alterius materia conferendo, de Baptismo asserit esse institutum in remedium peccati originalis, atque ideo ejus materiam expellendam esse peccatum originale cum actualibus, de quibus, quia foris sunt, nequit Ecclesia judicare. De Pœnitentia vero docet esse prorsus homini necessariam, si aliquo se post Baptismum crimine contaminaverit. E.x his autem principiis immediate, et rectissime subsuinitur,

omnia illa peccata, quæ antecedunt Baptismi effectum indispensabilem, qualis est character, accensenda lore inter peccata Baptismum præcedentia atque ideo medio Baptismo, et non alio Sacramento esse pellenda, et expianda. Et similiter omnia illa, quæ supponunt Characterem, unice Pœnitentiæ auferenda servari. Et hac distributione servata, singula singulis distribuendo legitime infertur per consequentiam nostro judicio necessariam, peccata inter Baptismum admissa pro priori ad ejus effectum, qualia sunt, quæ ad hanc pertinent considerationem, non ad Poenitentiam, sed ad Baptismum ut exttrpanda pertinere. Quod enim ita clare in Concilio non sit definitum, ut obtenditur in evasione, nostra non refert; sed sufficit ex doctrina Concilii legitime inferri; alias dumtaxat in Conciliis expresse statuta, ac definita possent firmiter sustineri, quasi non essent consequents Theologica*, et evidentes licet in Conciliis non expressæ, ex illorum tamen principiis efficaciter illatae.

Nec nutat, aut fallit nostrum fundamentum ex eo quod supponat Sacramenta non in tempore, sed in instanti, et hoc, terminativo, inducere suum effectum, ut iterum possit obtendi : nam illud principium satis, superque firmatum relinquimus suo prio loco, et authoritate, et ratione, a quo iterum agendo supersedendum est hic, illuc mittendo lectorem.

Et quidem quibus tantopere placet opinandi licentia, explicent legitimum sensum
Trident, verborum illorum Tridentini sess. 14, cap. 2 : *Cum Ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus.* In quo non loqui de judicio externo, et quasi forensi ad compellendum per censuras (ut aliqui arbitrari videntur) sed de judicio Sacramentali, evidentissime apparet ex épigraphe ipsius capitis, *de differentia Sacramenti Pœnitentiæ, el Baptismi,* quin ulteriori ponderatione indigeat. Et profecto qui hac nostra via non incesserint, fatendum erit illis *Ecclesiam judicium exercere in aliquem, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus;* quæ propositio contradictorie opponitur propositioni Concilii.

Vindica- 51, Nec est firmior explicatio doctrinæ
D.Thcm. D. Thomæ, quandoquidem non loqui de peccato habituali multo ante commisso (de cujus existenlia cum originali in adultis irrationale omnino esset dubitaro), sed de actu intra Baptismum perpetrato, ipse textus demonstrat, dicens solutione ad secundum illius articuli decimi sæpe allegati ex quæst. 69 : *Baptismus aufert culpam, el* D.T:.t *reatum omnium peccatorum procedentium Baptismum* (ecce peccata habitualia antece**dent** facta) rt *etiam simul* (en actualia) *exislenlium cum Baptismo.* Clarior adhuc est solutio ad 3 immediato subjuncta, ubi habetur, quod *effectus Baptismi non est tollere peccata futura, sed pr.vsenlia, vel prxterila.* Quæ distinctio esset ineptissima, si loqueretur de peccato habituali tantum, siquidem quoad maculam tam præsentia sunt, nec magis pneterita crimina jam diu facta ante Baptismum, quam in ipso Baptismo admissa, ut constat. Non ergo locutus est Angelicus Doctor de peccatis D.Tta habitualibus tantum, quæ præcesserant Baptismum, sed etiam de actualibus, quorum in ipsa Baptismi celebratione contingit hominem reum fieri.

52. Aliud potest esse effugium, ex doctrina Scoti in i, dist. 4, quæst. 5, ubi eusi propositionem illam universalem, quod *Pœnilenlia dumtaxat se exeril in peccata post Baptismum,* cui adæquate innititur praedictum fundamentum, explicat intellectam iri vel de peccatis post Baptismum, vel de ita inhærentibus, ut de illis nec attritio, nec contritio fuerit in Baptismo, vel ante Baptismum. Juxta quam doctrinam ad Pœnitentiam pertinent non tantum peccata, in quæ incidit homo post Baptismum, verum, et omnia illa, jam diu commissa, quorum non pcenituit hominem ; vel ante, vel in ipso Baptismo : siquidem omnia ista sunt causa ficte accedendi. Secus vero est. si præcesserit aliquis eorum dolor attritionis, vel contritionis, in quo casu non ad Pœnitentiam, sed ad Baptismum pertinent. Ita Scotus ubi nuper, seotel quem refert, et sequitur Delgadillo de Poe- Deipnit. cap. 14, dub. 4, num. 6, asserens dilli4 esse plurium aliorum.

53. Verum, effugium istud facile occlu- Drspdüditur instaurando et urgendo doctrinam tur. Concilii, in quo distribuitur universaliter inter peccata ante Baptismum; et inter ipsum supponentia, et hæc spectare docemur ad Pœnitentiam, illa vero ad solum Baptismum. Quæ distributio falleret, si aliqua peccata ante Baptismum ad Pœnitentiam Conf. spectarent. Rursus jam Ecclesia exerceret judicium in delicta extra ecclesiam commissa ; quod contradictorie opponitur propositioni

positioni universali negative Tridentini,
Vfgfiur, ut supra intulimus, I'ræteroa, quia non est majus fundamentum ad illa, quam ista excludenda, siquidem omnia supponuntur commissa extra Ecclesiam; quando homo non erat Christianus. Quod enim in Baptismo, vel ante baptismum contrahantur, dummodo sit antequam charactere homo insigniatur, non refert; siquidem verum est fieri ea peccata ab homine non Christiano, et consequenter non subdito judicio Ecclesiæ. Nec similiter quod ea peccata sint causa ficte accedendi, interest; quandoquidem aliud est formalis fictio, quæ coincidit cum sacrilega, et irreverenti susceptione, aliud peccatum ipsam antecedens. Et ex eo quod fictio subjaceat jurisdictioni Ecclesiæ, utpote supponens Baptismum, de quo infra, neutiquam bene colligitur, peccatum fictionis causam Baptismum supponere, ut de se liquet. Semel autem atque illum non supponat, est verum non esse intra Ecclesiæ jurisdictionem; atque ideo verum etiam est non pertinere ad pœnitentiam quæ solum in ecclesiæ filios vires exerit.

Quod tandem causatur Scotus, et magnifaciunt discipuli, de dolore antea habito, vel non habito ante Baptismum, ad alia excludenda a Baptismi efficacia, alia ipsi reponenda ; omnino impertinens est ad presented quæstionem : siquidem quod aliquorum præcesserit dolor, neutiquam vero aliorum, non infert, nec inferre potest, aliqua fuisse dimissa ante Baptismum vel in ipso Baptismo, retentis aliis, quo-
Nm rum non fuit dolor, ut vel ipse Scotus sup-
(tnu' ponit, et supponere debent alumni : alias
Statists. vero omnia sunt facta ante Baptismum, et Baptismi effectum, et æque sunt præsentia quoad maculam relictam. Nullum ergo est fundamentum ad inter ea ita discernendum, sed omnia, vel nulla pertinent ad Baptismum, vel ad Pœnitentiam : non ad istam, ut constat ex doctrina Concilii id non permittente : ergo cuncta illa peccata absque distinctione diluenda sunt per Baptismum, et nullum illorum per Pœnitentiam. Id quod ex sequenti conclusione a fortiori constabit.

§ H.

Quid tenendum de peccatis in ipso Baptismi instanti.

Meni», 54. Dicendum est secundo peccata commissa in ipsomet instanti terminativo Baptismi non esse materiam Pœnitentiæ. Hæc assertio non est æque communis, et certa, ac praecedens, cum contra se habeat graves Authores tam intra, quam extra scholam D. Thomæ. Est tamen conformior doctrinæ Tridentini, D. Augustini, et D. Thomæ, cui proinde subscribunt ex domesticis Cajet, in commea, ad art. 10, cajet, sæpius citatum, Soto in 4, dist. 6, so!o. quæst. 1, art. 8. Nuno in præsenti, et ad χοηο, prædictum art. dub. 2. Martinez de Prado Manlibi dub. 5, § 3, n. 21, dicens esse corn- "ez,rfe munem inter Thomistas (quod etiam fatetur Cardinalis de Lugo) Parra, N. Gabriel Lugo, a sancto Vincentio disp. 8, q. 1, et alii. £ar[?a; Ex extraneis vero Suarez tom. 3, in 3 p. brief, disp. 28, sect. 5, post tertiam conclusio- S!oare?* nem, § Sed quæres, Henriquez lib. i, de qâez.' Pœnit. cap. 9, §6. Diana 3 p. tract. 4, résolut. 14. Valentia tom. 4, disp. 4, Cja." quæst. 4, punct. 2. Vasquez disp. 160, cap. 2. Granados controv. 7, do Pœnit. dô=;. diff. 3.

Porro ut ejus fundamentalem, et satis præii- efficacem rationem construamus, præ oculis habendum est principium non semel banda, insinuatum, quod in hac parte est veluti basis omnium, vel fere omnium conclusionum, scilicet in hac materia Sacramentorum rem non tam ratione, quam authoritate actam iri. Cum enim Sacramenta sint signa ad placitum ex mera Christi voluntate pendentia, non aliud, nec aliter potest humana ratio de illis asserere, quam quod ex Christi Domini instituentis voluntate constiterit, vel legitime deduci potuerit. Unde in hac parte vitandæ, et prorsus abjiciendæ ac repellendæ sunt omnes illationes, quæ potentiam vel absolutam, vel alterius ordinis cohcernunt, utpote nullæ, et omnino extra casum, siquidem non de potentia institutoris, sed de eo quod de facto ab ipso institutum est, disputatur. Nec similiter quisque pro suo libito debet eorum efficaciam, aut, ut ita dicamus, activitatis sphaeram porrigere, aut coarctare, quasi arbiter illorum finis; cum hic non dependeat ex cujuslibet ratiocinatione, et discursu; sed ex sola, et omnino libera, semper tamen rectissima Christi designatione, qua cuilibet eorum praestituit metam, quam non transgredientur, quamtumvis aliorum discursibus protrahantur.

Verum enim vero Christi voluntas in se ipsa nos latuerit nec fuerit quoad hoc expresse revelata, non aliunde eam aptius

venari concessum est, quam per doctrinam Concilii, quod est. veluli organum dlvinæ mentis, et sanctorum Patrum, præcipup vero D. Augustini, et D. Thomæ, qui accuratius hanc materiam discusserunt, et ad unguem examinarunt. Quocirca illa sententia erit amplectenda, et pro viribus propugnanda, quæ vel certo deducitur, vel conformior apparet eorum assertis, et consequenter illa respuenda, et rejicienda, quæ magis distat, vel non ita consonat cum eorum doctrinis. Hac jacta, et a nemine, ut credimus, neganda, basi

D Angosl. 1>.Thom.

55. Probatur nostra conclusio sequenti discursu : etenim ea dumtaxat peccata sunt, et assignari debent pro materia remota Sacramenti Pœnitentiæ, quæ constiterit assignari a Concilio, vel ipsi conformius extiterit, nec non doctrœæ DD. Augustini, et Thomæ; Hæc autem non sunt peccata in ipsomet instanti Baptismi commissa : ergo peccata, in quæ quis fuit lapsus in ipsomet instanti Baptismi, non sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ. Consequentia est in forma. Major constat ex fundamento præmisso, cui nullus Catholicorum apud quem non præstet libertas opinanti, quam Conciliorum, et SS. PP. doctrina, refragari audebit. Minor, ad quam devolvitur difficultas. probanda est quoad singulas partes, et primo quoad primam ex Concilio Tridentino sess. 14, cap. 1, ubi loquens de necessitate. et institutione hujus Sacramenti post Baptismum inquit : *Illis Christum Dominum remedium contulisse, qui s* postea in peccali servitutem, et dæmonis poleslalem tradidissent, Sacramentum videlicet Poenitentias, quo lapsis posl Baptismum beneficium mortis Christi applicatur.* Ubi tota necessitas, et utilitas Pœnitentiæ reducitur ad peccata post Baptismum, nulla facta mentione aliorum, quæ possunt ipsum comitari in instanti, utpote quæ manebant inclusa in antecedentibus pertinentibus ad Baptismum. Quam sententiam iterum usurpat prope finem illius capitis ducens universorum Patrum consensu semper intellectum fuisse communicatam Apostolis potestatem remittendi peccata hominibus post Baptismum lapsis. Non ergu concessa illis fuit ad peccata remittenda in Baptismi susceptione. Probatur hæc Consequentia ex eodemmet Concilio cap. immediate sequenti, ubi quamlibet tergiversationem excludit docens : *Ecclesiam in neminem judicium exercere, qui non pi itis in ipsam per Bap-*

4

Trideat.

Trident.

lü»n *januam fuerit ingressus.* Sed homo lapsus in ipsomet puncto terminativo Baptismi non fuit prius in ipsam ecclesiam per Baptismi januam ingressus. Ergo non est in ecclesia potestas in illum pro illo instanti judicium Pcenitontiale exercendi : et consequenter ex mente Concilii peccata illius instantis non sunt materia Pœnitentiæ, sed pertinent ad Baptismum.

56. Confirmatur, et explicatur id ipsum : quoniam si ea peccata lurent Pœnitentiæ materia, procublubio essent media illorum confessione; non enim per sè loquendo aliter queunt sub Pœnitentiam cadere. Sed juxta doctrinam Concilii ea peccata non cadunt sub confessionem : ergo nec consequenter sub Pœnitentiam Probatur Minor ex cap. 5 et can. 1, illius sess. ubi docetur Christum Dominum integram peccatorum confessionem instituisse pro hominibus post Baptismum lapsis, eisque hoc pacto jure divino necessariam existere. Quæ doctrina cum universalis, et doctrinalis sit, virtuanter continet exclusivam alterius peccati, quo l non fuerit po-t Baptismum. Sicut quando in eodem Concilio asseritur, aquam naturalem esse materiam Baptismi, et triticeum panem Eucharistiæ, sensus legitimus est nullam aquam, quæ non fuerit vere naturalis, nec ullum panem non vere triticeum esse materiam illorum Sacramentorum. Ergo dum tam universaliter statuit Concilium necessitatem confessionis pro lapsis post Baptismum, sensus proprius ejus est nullum aliud præter post Baptismum commissum esse materiam confessionis, ac subinde Pœnitentiæ.

Coebquoniam si ea peccata lurent Pœnitentiæ materia, procublubio essent media illorum confessione; non enim per sè loquendo aliter queunt sub Pœnitentiam cadere. Sed juxta doctrinam Concilii ea peccata non cadunt sub confessionem : ergo nec consequenter sub Pœnitentiam Probatur Minor ex cap. 5 et can. 1, illius sess. ubi docetur Christum Dominum integram peccatorum confessionem instituisse pro hominibus post Baptismum lapsis, eisque hoc pacto jure divino necessariam existere. Quæ doctrina cum universalis, et doctrinalis sit, virtuanter continet exclusivam alterius peccati, quo l non fuerit po-t Baptismum. Sicut quando in eodem Concilio asseritur, aquam naturalem esse materiam Baptismi, et triticeum panem Eucharistiæ, sensus legitimus est nullam aquam, quæ non fuerit vere naturalis, nec ullum panem non vere triticeum esse materiam illorum Sacramentorum. Ergo dum tam universaliter statuit Concilium necessitatem confessionis pro lapsis post Baptismum, sensus proprius ejus est nullum aliud præter post Baptismum commissum esse materiam confessionis, ac subinde Pœnitentiæ.

Tridwi.

J

57. Occurrit tamen Lugo dicens Concilium non asseruisse, *quod non possit Ecclesia judicare de peccato, quod antequam fieret, homo non fuisset in Ecclesiam ingressus, sed solum dicit, quod homo debet esse in Ecclesiam ingressus, prius quam Ecclesia exerceat judicium in ipsum.* Ita ille ad verbum, ubi totam posterioritatem a Concilio statutam reducit ad judicium, non vero ad peccatum.

ObjiiH Luga

Sed quis non videat hanc explicationem nimis esse distortam, et ab scopo Concilii penitus abeuntem ? Tum quia ea expositio neutiquam adaptari potest verbis, quæ retulimus ex cap. 1, ubi clarissimum est posterioritatem referri ad p eccatum post Baptismum, non vero ad judicium siquidem *lapsis post Baptismum,* statuit adbibitum esse remedium Pœnitentiæ, et confessionis nulla facta mentione judicii. Quin imo

Di'jidtar.

imo consequenter ad ibi dicta, cap. 2, immediato iiorum docuit, voluisse Christum amo tribunal Pœnitentiffi eos omnes sisti, l/ui *se posica* (id est postquam medio Tn'iffli· Ihptismo facti sunt membra Ghristi, ut ibi habetur) *crimina aliquo conlaminaverinl.* Ubi sole clarius est posterioritatem cadere supra peccatum subsecutum ad Baptismum, et non supra judicium. Prœ-Gjiira terea j nam ipsum Concilium vel leviter salutanti, satis perspicuo apparebit, quod unum et alterum intendat, et revera doceat, cum ecclesiam in nominem exercere judicium Pœnitentiale qui non prius in ipsam non fuerit ingressus : tum et ipsa peccata post Baptismum nun commissa ad hoc tribunal non pertinere, ut constat ex verbis illico appositis, in quibus docet eos qui postea quam facti sunt membra Christi, aliquo se crimine contaminaverint, ante hoc tribunal sisti debere. Ubi non reliquit effugium ad prioritatem, vel posterioriialem judicii, sed clare posterioritatem peccato detulit, quod debeat esse post Baptismum.

ütol. Et quidem si sensus Concilii tantum esset, ut obtendit Lugo, quod homo debet esse in ecclesiam ingressus, prius quam ecclesia exerceat judicium in ipsum; plane conficeretur posse ecclesiam judicare de peccatis retro ante Baptismum, in homine baptismo insignito ; quod est contra ipsum, et contra communem Theologorum asser-li;·2· tum. Ex quo rursus fieret omnia peccata jam diu retro ante admissa non remitti totaliter, et quoad culpam, et quoad pœnam per Baptismum. Porro unum, et alterum sequi constat : nam ut ecclesia judicet hominem solum derideratur, quod homo debeat esse intra ecclesiam priusquam ecclesia in ipsum suum exerceat judicium. Hæc autem propositio æque vera est, sive diu ante, sive paululum, sive in ipsomet instanti Baptismi lapsus fuerit homo : er_O in vi illius Concilium non exclusit peccata ante Baptismum, sed solum absolute asseruit, hominem debere esse intra ecclesiam, etiam si peccata extra illam sint facta. Quod vero alterum inferatur sic ostenditur : nam pro peccatis judicio Pœnitentiæ expositis debetur aliqua satisfacio, quamvis contingat eam aliquando ob penuriam vel temporis, vel alterius circunstantiæ non imponi : quod est signum a posteriori ea non penitus esse deleta, quoad omnem reatum pœnæ temporalis ; idque supponitur ab eodem Concilio in line illius capituli dicente, quod Sacramentum Pœnitentiæ pervenire non potest ad integritatem et perfectam novitatem vitte, qualem consequimur in Baptismo, nisi magnis nostris fletibus, et laboribus. Sed juxta glossam illam Lugonis ecclesia potest judicare de peccatis extra ecclesiam commissis in foro pœnitentiali in hominem intra ecclesiam existentem : ergo et imponere illi satisfactionem pro delictis, in qua fuerit lapsus ante Baptismum : non ergo ea remittenda quoad culpam, et pœnam relinquuntur Baptismo, si quidem subjacent Pœnitentiæ

58. Confirmatur, et explicatur ad homi- coufirm. nem. Nam juxta Concilium, et rei veritatem omnia peccata reducuntur in duas classes, quarum una est eorum, quæ sunt ante Baptismum, altera illorum quæ sunt post Baptismum, ut fatetur ipse Lugo : et cuilibet earum provisum fuit a Christo Domino speciale, ac proprium remedium, primæ videlicet Baptismus, secundæ vero Poenitentia. Sed pœnitentiæ assignat ipsummet Concilium dumtaxat peccata post Baptismum, ut constat evidenter ex ejus verbis. Ergo omnia alia censuit Concilium ad Baptismum pertinere alias, diminute processisset, non dinumerando omnia peccata ad Pœnitentiam spectantia, siquidem aliqua non post Baptismum erant ejus materia.

Ad hæc. Norma in hac parte vere theo- Additur, logizando, ut supra ex omnium sententia præmonuimus, non est proprius discursus, ad quem Concilia, et Patres detorqueamus, et vel invitos trahamus ; sed e converso illorum verba, et sensa tenenda sunt, et ex illis nostra argumenta deducenda. Sed ex Tridentino constat evidenter peccata post Baptismum fuisse a Christo Domino Poenitentiæ destinata : ergo non procedit ad mentem Concilii ejus doctrinam amplians ad peccatum non post Baptismum, Qua enim facilitate sine fundamento in Concilio id asseritur, eadem cum magno fundamento repellitur.

59. Hæc forte præsentiens prædictus Alia author, et impugoatæ explicationi parum fidens confugit ad aliam dicens Concilium tùgo ibi non loqui de omnibus baptisatis, sed solutio, de iis solis, qui digne baptizantur, et consequenter gratia perfunduntur. Hi autem utpote viva, et perfecta Christi membra, si pustea lapsi fuerint, remedio indigent Pœnitentiæ, de quibus proinde recte, et absque offendiculo currit doctrina Concilii.

Quam quidem non protrahendam existimat ad indigne suscipientes Baptismum; quippe qui eo non efficiuntur proprie, et simpliciter membra Ecclesiæ, sed imperfecte : quorum uleo non meminit Tridentinum. Unde ejus legitimus, ac genuinus sensus est, eos, qui in Baptismo fiunt membra Christi, non indigere Pœnitentia, nisi ad peccata, quibus decursu temporis se contaminaverint ; secus est de aliis Baptismo non sanctificatis, de quibus Concilium non egit.

^ur'l" Hoc tamen effugium imbecillius est praecedenti, et claudicare videtur ex alio capite : siquidem doctrinam generalem illius coarctat ad membra viva, et absque authoritate. et ratione excludit alia membra proprie talia, qualia esse habentia fidem, licet in peccato mortali existentia docuit D. Thomas supra quæst. 8, art. 3 et ex ipso, et communi discipulorum doctrina statuimus ibi agentes de gratia capitali, ubi ad veram rationem membri Christi, seu, quod idem est, ecclesiæ. solam convenientiam in uno credito satis esse monstravimus; alioqui non essent modo in ecclesia propria membra nisi quæ essent in gratia. Quod esse falsissimum vel inde constat, quod summus Pontifex utpote caput et Vicarius Christi vere est ex membris ejus potius, imo et potissimum absque ulla dubitandi ratione ; cum tamen lateat, an sit membrum vivum ? Non ergo ad rationem veri et proprii membri Ecclesiæ requiritur gratia, sed sola fides. Constat autem hanc, sicut et spem Theologicam simul cum charactere infundi indigne, vero tamen baptismo ablutis : ergo efficiuntur vera et propria membra ecclesiæ, quin obsit peccatum indigne susceptionis.

fan^lDr J * Θ1' El hinc reassumunt vires nostræ probationes, et simul detegitur debilitas interpretationis opposite. Siquidem Tridentinum docet a vere, et proprie membris ecclesiæ post Baptismum commissa delicta fore subjicienda judicio Pœnitentiali, nulla facta mentione alterius delicti : sed indigne baptizati sunt vere , et proprie membra Ecclesiæ, licet non ita perfecta, ut viva : ergo ab illis peccata post Baptismum commissa sunt Pœnitentiæ subjicienda, quin ad aliud teneantur, nec teneri docuit Concilium, vel assignetur textus, quoad amplius cogantur. Et quidem stultum esset in dubium vertere, Christum non potuisse hoc privilegium Baptismo conferre. Illud autem de facto contulisse colligimus ex vera doctrina Concilii, juxta quam in tota illa sess. fit recursus ad Pce. nitentiam pro diluendis peccatis post Baptismum. Ex quo videtur supponere cuncta alia ad Baptismum spectare, vel diminute processit, quod non debet concedi.

Rursus. Si Tridentinutn non comprehendere voluit nisi membra viva, exclusis membris mortuis, ut oponatur Lugo : ergo in vi Concilii nec monentur, nec obligantur membra mortua ad quaerendum remedium Pœnitentiæ, si resipiscere voluerint, siquidem cum illis sermonem non habuit : hoc autem est absurdissimum, et ab omni veritate alienum : ergo et illud ex quo infertur. Probatur Minor ex eodem Tridentino cap. 2, ubi hæe habentur post verba supra allegata, *de iis, qui /oris sunt,* etc. *Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lavacro Baptismi sui corporis membra semel effecit* (Videat Lugo, an peccatores fideles, et indigne baptizati inter domesticos fidei debeant accenseri). *Nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito Baptismo ablui, cum id in ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal lanquam reos sisti voluit.* Et clauditur capitulum his verbis : *Est autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.* Ubi docetur pro omnibus, et singulis Ecclesiæ membris necessitas Pœnitentiæ post Bapti.-mum. Quod ergo fundamentum est in Concilio, vel ad retrotrahendam pœnitentiam ad Baptismum, vel ad exponendum ejus universalem doctrinam de membris vivis, et non de peccatoribus, quibus opportunior est Pœnitentia? Remanet ergo ex mente Tridentini sola peccata post. Baptismum esse materiam Pœnitentiæ.

11) *Lw.*

Trfiat

§111.

Probatio ex D. Augustino et D. Thoma.

62. Veniamus jum ad probandam Minorem principals argumenti ex D. Augustino. Etenim in sententia S. Doctoris in indigne suscipiente Baptismum tantummodo peccatum fictionis formalis pertinet ad Pœnitentiam : sed peccata quæ possunt fieri in ipso instanti Baptismi sunt longe alterius rationis a formali fictione : ergo juxta mentem ilugustini peccata ipsius instantis Baptismi, quæ non fuerint formalis fictio, non sunt materia Pœnitentiæ.

Prc-tat eades MiWf.

Consequentia

Consequentia est legitima, Minor etiam liquet ex prtelibatis in limine hujus quæs-
p;Au· tionis. Major invenitur asserta a S. Doctoro loco supra citato ex lib. 1, contra Donastistas cap. 12, per verba sequentia : *Sic non impeditur llaplismi gratia, quominus omnia peccata dimittat, etiam si odium fraternum* in *ejus, eui dimittuntur, animo perseverat. Solvitur enim hesternus dies, et quidquid supra est, solvitur, etiam ipsa hora; momenlumque ante Baptismum, et in Baptismo.* Et in hoc sensu prædictum tes-
DTîom. timonium allegatur a D. Thoma supra qaæst. 69, art. 10, ad probandum solam fictionem perlinere ad Pœnitentiam, non voro ejus causam, quæ coincidit cum peccatis in eo instanti concurrentibus, ut infra videbimus. Porro D. Augustinum eo loci solam formalem fictionem reduxisse ad spheram Pœnitentiæ clarius est, quam probatione indigeat, siquidem præterita, præsentia, et in ipso momento Baptismi facta, sub ipsius Baptismi efficacia comprehendit.

1^oo· 63. Unde refellitur aliquorum expositio ahiio obtendentium solum modo fuisse loèutum «:«»· de peccatis inter Baptismum, non in ipso Baptismi instanti commissis. Quod si esset verum, non bene pro sola fictione ad Pœnitentiæ medicinam recurrisset, nec melius asseruisset omnia peccata per Baptismum dimitti excepta fictione. Quod tamen in eodem capite asseruerat docens, *tunc valere incipere ad salutem, cum illa fictio veraci confessione recesserit.* Hinc etiam dispellitur Cardinalis de Lugo in-
itr. terpretatio asserentis S. Doctorem non fuisse locutum ita metaphysice de peccatis illius instantis, sed de illis, quæ quandiu ministratur Baptismus, fieri contingit, ut constat ex dictis pro nostra prima conclusione, quam nequit non prædictus Author hoc testimonio probatam, vel illo compulsus fateri.

Hæc (inquam) intelligentia, et coincidit Quin præcedenti, et eisdem motivis dispellitur, ut ea expendenti constabit. Præterquam quod quæ major metaphysica desiderari poterat in D. Augustino, quam distinguere tempus præteritum apræsenti, et hoc ultra inter partes, et momenta dividere, et facta divisione, solam fictionem Pœnitentiæ purgandam excipere, aliis ibi occurrentibus, et concurrentibus ipsi Baptismo adseriptis ? Profecto nec in ipso Lugo satis metaphysicæ addicto reperietur major. Hoc autem opere implevisse S. Augustinum constat ex contextu totius capitis, et evidentius erit aliorum effugium praecludendo.

64. Occurrunt ergo alii in illis verbis Aliorum non contineri mentem D. Augustini, si- evas'0· quidem arguebat contra Donatistas, et ex illorum assertis, quamvis falsis, eos urgebat, et compellebat. Hinc causantur prædicti Authores, quibus prælusit Lugo Lugo. ubi supra, nec ea sententia nostram assertionem fulciri, nec consequenter recte D. Augustinum a D. Thoma pro sua conclusione allegari : siquidem D. Augustinus non ex propria mente, et judicio, sed ex mente Donatistarum, contra quos agebat, fuit loculus.

65. Solutio hæc, quatenus tangit men- vindicatem D. Augustini, et eodem ictu pungit B D. Thomaro, eum oscitantiæ, aut minoris fidelitatis in præiata allegatione arguendo, majoris momenti est, nec proinde dissimulari, aut prætermitti digna ab illis, quibus cordi est magna S. Doctoris veracitas cum æquali, et in callendo, et in allegando D. Ausustinum felicitate, et fidelitate. Quocirca illis S. Doctorem exui nec suffert reverentiæ cultus, nec permittit præclarum auihoritatis pondus, quo in Ecclesia pollet. Quo respiciens Granados æquis- Granasime docuit, superque authoritatis, ut illi 'los· deberemus stare, conciliasse D. Thomam, esto testimonium alleqatum non e^set ex mente D. Augustini, ut sonare videtur. Et hoc quidem sufficere videbatur ad elidendam evasionem. Sed quia hæc responsio urbanior quam solida est, et prætensum nævum non radicitus expungit.

Secundo et verius refellitur concedendo EnacieaS. Doctorem ibi agere contra Donatistas intendentes vel iterationem Baptismi, vel Augusin ecclesia Donati esse verum Baptisma, l,ni· medio quo suscipiebatur vera peccatorum remissio : ex quo subinferebant, Donatistarum esse veram Ecclesiam, ut supra contra Vasquez expensa, et fideliter relata clare demonstrant. Augustinus itaque strenue decertans contra repetitionem Baptismi totus erat, in asserendo Christi Baptisma in parte Donati, sed ultra docebat, et urgebat egregie tale Baptisma in parte Donati non proficere ad salutem illis, qui manentes in sua discordia, et divisione ab Ecclesia, non deponebant odia fraterna, et peccata actualia, quæ obici erant gratiæ Baptismi, et infusioni Spiritus Sancti. Unde quousque peccatum impediens deponeretur, et veraci purgaretur confessione

(quod non esse poterat nisi in vera Ecclesia) manebat suspensus fructus Baptismi Semel vero atque auferrentur, illa obstantia, et impedientia, jam Baptismus antea male susceptus incipiebat es.-e fructuosus, et faciebat omne id, quod a principio fecisset, si non fuisset impeditus, vires exerens in peccata ante Baptismum, et in Baptismo, unica dumtaxat fictione excepta, veraci, ut ipse loquitur, confessione purganda.

Ut autem id clarius ostenderet S. Doctor, nihili fecit captiunculam Donatistarum, qua possent obtrudere baptizatis in sua Ecclesia etiam infundi Sp ritum Sanctum in ipsomet instanti Baptismi ; sed quia manebat fictio, illico recedebat, et præterita peccata redibant. Sed perstitit
D. Acjrusi. S. Doctor eos urgendo illis verbis : Si *ergo hoc dixerint, hoc etiam in eis intelliganl fieri, qui extra Ecclesiæ communionem, sed ecclesix Baptismate baptizantur, quod ubicumque fuerit, sanctum est per se ipsum, el ideo non esi eorum* ,Donatistarum) çui *separantur. sed ejus* ■*"Ecclesix) unde se separanl : valet tamen, et apud eos hactenus, ut per ejus lucem transeant ad dissensionis sux tenebras, continuo redeuntibus peccatis, quæ Baptismi sanctitas in illo temporis puncto dimiserat.*

66. Adhuc tamen eo ex ipsorum mente praemisso, nihil in le confici pro eorundem dogmate, ncc consequenter contra veram D. Augustini doctrinam, probare pergit
Matt.18. exemplo illius parabolæ Maith. 18. de servo cui Dominus centum denariorum debitum remiserat, cum tamen servus ille alii conservo decem denarios remittere noluisset. Et hinc vehementissime premit adversarios inquietis : *Tempus ergo quo accipitur indulgentia per Baptismum, tempus est reddendx rationis, ut omnia debita, quæ inventa fuerint, dimittantur.* Sed illi servo remissio centum denariorum non profuit, quominus in peccatum iterum incideret, et alia, ut illi volebant, redirent, nec peccatum illud obstitit, quominus quantum erat ex parte Domini, vera fuisset cantum denariorum condonatio : ergo similiter in Baptismo. Quo l non proluerit condonatio,
D. Augusl. probat S. Doctor dicens : *Melius quidem fuerat, atque hoc potius congruebat lanio debitori reddituro rationem, et expectants misericordiam Domini sui, ut prior ipsi conservo dimitteret, quod ei debebatur, et sic. ad rationem reddendam, ubi misericordiam Domini imploranda erat, accederet.*

Quod voro peccatum illud non remittendi conservo decem denarios non obstiterit remissioni quantum est ex parte Domini factæ (quæ erat secunda pars Minoris) ostendit per hæc verba : *Nec tamen illud quod nondum conservo dimiserat, impedivit hominum ejus, quominus in illo tempore accipienda: rationis dimitteret ei omnia, qux debebat.* Hoc autem totum verum est non solum ex mente Donatistnruin, sed ex ipsa parabohe historia, qua illos urgebat Augustinus, quamque utpote evangelicam non poterat non veram censere. *Sed quid profuit* (subtexuit S. Doctor non quidem A:,·*, approbando, sed respuendo eam sanctificationem instantaneam, et continuo disparentem ut prorsus commentitiam, et inutilem) *quandoquidem in caput ejus propter odiorum perseverantiam, rursus omnia continuo replicata sunt.*

67. in quo quidem processu manifeste apparet ex propria mente fuisse locutum, et solum illis permisisse reditum peccatorum. Unde totam illam argumentationem, et veritatem in ea contentam applicans Baptismo subnectit immediate verba supra relata, et allegata a D. Thoma, et concludit capitulum dicens : *et hæc sæpe contingunt in Ecclesia,* nimirum recipi Baptismum cum peccato, quin peccatum obsit remissioni fiendæ per Baptismum, semper sanctum, licet non sancte receptum : nec I
non post Baptismi gratiam redire iterum I
peccata, non ad sensum Donatistarum **I**
plane hæreticum, sed per novum lapsura in illa, vel alia. Hinc mens D. Augustini satis perspicue monstratur : nam ex duobus assertis Donatistarum, et sanctitate instantanea. et recidivis peccatis, alterum ut inutilem repudiavit, alterum ad saniorem sensum reduxit S. Doctor Nullum ergo est fundamentum asserendi ex ipso · **I**
rum, et non ex propria mente fuisse locutum, nec consequenter sigillandi allegationem in hac parte factam. Et rursum habemus D. Thomam efficaciter vindica- D.Thts.
tum a nola, qua inurebatur, siquidem in sensu ab Augustino intento, et ex propria sententia obfirmato ipsum allegavit, et con.-equenter non Pœnitentiam. sed Baptismum valere ad omnia peccata in puncto Baptismi existentia, excepta formali fictione, ut constat ex verbis illis D. Augustini : *quæ Baptismi sanctitas in illo temporis puncto dimiserat.* Quibus assonant a'ia : Tempus ergo, quo accipitur indulgentia per Baptismum, tanquam tempus reddendæ

denti® rationis ont, ut omnia debita, quæ invania fuerint, dimittantur, videlicet in punctu Baptismatis, nt convincit exemplum paraboli» domini instantanée dimittentis debitum quod reporiobat centum denariorum.

I“·ö4' utio. 68. Ex quibus efficaciter instauratur Minoris principalis probatio ex 1). Augustino sub hac forma. Quoniam ea peccata, quie dimittuntur per Baptismum, non sunt materia Pœnitentiæ : sed juxta mentem D. Augustini omnia peccata existentia aute Baptismum, et commissa in ipso puncto Baptismi, excepta fictione, pertinent ad Baptismum : ergo nulla præter lictionem sunt materia Pœnitentiæ. Præmissæ constant ex dictis, et Consequent a legitime infertur ex illis. Quem discursum corroborat testimonium D. Thomæ, quod subjungimus. *Dicendum* (inquit S. Doctor art. 10, sæpe allegato ad 2) *quod fictio non removetur per Baptismum, sed per Panilenliam subsequenlem, qua remota, Baptismus aufert culpam, el reatum omnium peccatorum praecedentium Baptismum, el etiam simul exislentium cum Baptismo Unde* Juguslinus *dicit lib. de Baptismo : Solvitur hesternus dies, et quidquid superesl, solvitur, el ipsa hora, momentumque ante Baptismum, el in Baptismo. Deinceps autem continuo reus esse incipit.* Et in solutione ad 3 addit : *quod effeclus Baptismi non est tollere peccata futura, sed præsentia, vel prxterila.* Unde manet probata Minor illa principalis ex utroque S. Ductore, siquidem uterque S. Doctor defert Baptismo efficaciam ad praeterita, et ipsi præsentia peccata remittenda : et nulla magis præsentia, quam quæ in puncto Baptismi committuntur.

§ IV.

Alia conclusionis ratio.

s-Hi,·. 69. Probatur deinceps conclusio ratione alia, quaoppositæ sententiæ fundamentum diruitur. Quod enim peccata illius instantia ad pœnitentiam, et non ad Baptismum pertineant, non aliunde provenit, aut provenire queit, nisi vel quia eadem est ratio de illis, ac de fictione formali; vel quia sunt hominis existentis intra Ecclesiam : vel quia opponuntur ipsi Baptismo, cujus effectum retardant. Sed nullum horum obstat, quominus specient ad Baptismum : ergo peccata illius instantis non sunt materia Pœnitentiæ, sed attinent ad Baptismum. Consequentia est legitima, Major continet omnia adversariorum motiva, et Minor probatur : Tum, quia formalis fictio est posterior Baptismo, posterioritate saltem naturae : siquidem ejus malitia consistit in indigna susceptione Baptismi : indigna autem Baptismi susceptio habet pro materia, et objecto baptismum male receptum ; cum ergo objectum, seu materia circa quam versatur actus, præcedere debeat ipsum actum, consequitur fictionem formalem supponere Bapiismum indigne receptum, quem respicit, et supra quem cadit. Tum etiam : quia fictio directe, et formaliter respuit gratiam Baptismalem, quam non vult expresse, et formaliter recipere : ergo intendit baptismum sine fructu, et consequenter impedit effectum illius : ergo Baptismus ut indigne receptus est objectum, et materia fictionis : ergo illa fictio non est materia Baptismi, sed alterius Sacramenti. Patet hæc Consequentia : quia nequit esse materia Baptismi peccatum illud, quod est fortius ipso Bapt'smo, ipsi formaliter adversatur, quoad fructum, et nullatenus ab eo potest destrui. Sed hæc omnia conveniunt fictioni, non autem cæteris peccatis ibi accidentaliter comitantibus, ut ea conferenti constabit : ergo specialis ratio est recurrendi ad Pœnitentiam pro fictione, prae aliis peccatis illius instantis.

Hinc facile apparet non obesse secun- Secundum : nam quod peccata illa sint hominis obg™e. primo existentis intra Ecclesiam, solum jicitur. probat peccatum sacrilegii ; non tamen evincit, quod omnia peccata illius instantis sint sacrilegia, siquidem non committitur nisi unum sacrilegium indigne receptionis, ad quam omnino impertinenter se habet, quod sint duo, vel viginti peccata, nec similiter quod sint hujus vel alterius speciei; siquidem idem formaliter sacrilegium committitur, sive plura, sive pauca, sive illa, sive ista sint. Et constat a simili aliorum Sacramentorum, quibus accideniarfum omnino est ad rationem sacrilegii, quod homo v. g. celebret, vel absolvat sacrilege cum pluribus, vel paucioribus peccatis. Unde retorqueri potest, et bene, argumentum contra adversarios, ut consideranti constabit.

Nec similiter evincit illud motivum, quod peccata illius instantis sint aliquo modo posteriora Baptismo, ut supposuimus initio dubii. Alias sunt priora ipso

Baptismo. Ergo quod ea peccata sint hominis primo incipientis esse in ecclesia, non bene infert ad Pœnitentiam perlinere. Probatur efficaciter Minor ex doctrina tam vera, quam communi omnium discipulorum Γ). Thomæ, juxta quam dispositio coaptans ad formam, et ab ipso effective procedens, est prior ipsamet forma in genere causæ materialis, ex cujus parte se tenet. Quod quidem principium absque ulla exceptione procedit quoties dispositio non procedit effective a forma ; et eodem prorsus modo currit in indisposition?; quippe cum eadem ratio utriusque sit, tam dispositio aptans quam indispositio retardans, aut impediens se tenent ex parte subjecti. Quo ut per se noto supposito urgetur iila Minor : nam sicut dispositio ad formam non procedens a forma totaliter, et adæquate se tenet ex parte subjecti, et materiæ et in vi hujus est prior ipsa forma prioritate naturæ: ita et indispositio ob identicam omnino rationem. Sed peccata illius instantis ut distincta a formali fictione sunt hujusmodi. Ergo praecedunt Baptismi susceptionem in genere causæ materialis, quin a Baptismo procedant. Sunt ergo illo priora prioritate naturæ in genere causæ materialis absolute. Non est ergo eadem ratio de illis ut pertineant ad Baptismum, ac de fictione, quæ est posterior Baptismo, ut fictio sit, modo explicato.

Confirm. 70. Confirmatur ad hominem contra Thomistas in hac parte adversos : quoniam . ex una parte Baptismus se exerit in præterita delicta, et in præsentia, ut constat ex D. Thoma : alias peccata illius instantis sunt præsentia ipsi Baptismo, ilioque priora : ergo non debent pertinere ad Pœnitentiam omnino posteriorem Baptismo, sed ad ipsum Baptismum, quem præcedunt, si standum est principiis D. Thomæ.

Urgetur. Urgetur secundo ex eisdem principiis : nam quod ultima dispositio, anteeat, et subsequatur formam, a qua procedit, non obest, quominus exclusio impedimenti tunc occurrentis sit effectus ipsius formæ, ut constat in generatione naturali, in qua exclusio formæ præcedentis est effectus ipsius generationis, ut supponimus cum adversariis juxta illud Philosophi : *Generatio unius, est corruptio alterius :* sed peccata illius instantis ex una parte sunt priora Baptismo, et ex alia ab ipso non procedunt : ergo potiori titulo perlinent ad Baptismum, et sub ejus efficacia ut excludenda cadunt. Nam quod in eo instanti non removeantur, ut aliquis posset obtendere, est omnino per accidens, sicut pero^t accidens illis est esso in illo instanti. Nec c'· est eadem ratio (ut aliam repi icam submoveamus) de fictione ipsa formali in eodem instanti occurrenti, quippe quæ ab intrinseco petit esse in illo instanti, et esse posteriorem Baptismo, in quem ut indigne suscipiendum ut in objectum collimat. Qua propter huic soli servarunt D. Augustinus, et D. Thomas, quod veraci confessione purgaretur Quod ergo homo in illo instanti incipiat esso intra Ecclesiam, sicut non aufert prioritatem respectu Baptismi explicatam, ita non infert ab ejus efficacia fore excludenda, remoto obice formali.

71. Jam non obesse tertium ostenditur; quia nimirum illa peccata impedire efiectum Baptismi competit illis ex oppositione communi, cum gratia sanctificanti, quæ provenit ex genetica ratione peccati mortalis, non vero ex peculiari repugnantia cum Baptismo, et ejus proprio effectu. Eam vero non obesse, quominus cadant sub efficacia Baptismi ostenditur ; nam casu quo ille homo cum illis peccatis, eisdem numero, bona fide Baptismum susciperet . invincibiliter existimans furandi v. g. animum, in quo erat, non impedire effectum Baptismi, el consequenter invincibiliter ignorans necessitatem attritionis supernaturalis ad fructuosam receptionem (in quo casu non esset formalis fictio juxta ea, quæ supra prælibavimus) non esset necessarium illi homini pro illorum remedio Sacramentum Pœnitentiæ (siquidem non commiserat novum peccatum fictionis, nec aliud post Baptismum, ut supponitur) ut ex communi sententia docet Prado de Baptismo dub. 5, § 4 , referens pro ea Nuno, Cabreram, Sylvium, Suarez, Coninchum, Lugo nobis adversum, Bonacinam, Henriquez, Dianam, Aversam, Can-(fidum, et posset plure» alios referre. Sed su'ficeret supernaturalis attritio, absque recursu ad Pœnitentiæ Sacramentum, ut cum relatis docet Arauxo supra q. 68, et docere tenentur alii omnes admittentes ignorantiam invincibilem in adultis aliquorum ad dignam susceptionem præexactoruro. Quo quidem exemplo nobis et adversariis in hac parte, communi, salis demonstratur peccata inibi occurrentia non opponi directe, et formaliter Baptismi gratiæ, nec excludi ab ejus causalitate, et efficacia; nisi quatenus excludunt attritionem

Phiioso- *plius'*

tioneni supernaturalem, quæ est dispositio
Ad. v. ad gratiam baplismalem juxta illud Act. 2 : *PanÜcnliam ayile, el baplizelur unusquisque vestrum,* et consequenter inferunt, vel causant voluntariam, et indignam susceptionem Baptismi. Siquidem hac deficiente, licet illa sint, non idcirco perlinent ad Pœnitentiam, sed ad Baptismum. Numquam ergo per se opponuntur Baptismati gratiæ, nisi ob communem rationem incompossibilitalis cum gratia, quæ importatur ex communi ratione peccati mortalis, et gratiæ, nec pertinent consequenter ad Pœnitentiam, nisi sub ratione communi peccati, vi cujus inducunt fictionem formalem, non stante ignorantia, seu bona fide.

Î V.

Duplex consectarium præcedenlis doctrinae.

72. Quo fit primo sic cum praedicta
^*a'* ignorantia accedentem sola attritione indigere ad remissionem peccatorum ; ob cujus solius defectum irremissa mansere, et Sa-
Prinaa. cramentum evasit infructuosum. Unde ea posita, ipsemet Baptismus absque alio Sacramento se exerit, et explicat in illorum extinctionem, sicut et in alia retro antea commissa. Quod consectarium ut legitime
ïuqoez. illatum probant, et approbant contra Vasquez disp. 160, cap. 2, cuncti alii nostræ, et alterius sententiæ patroni et suadet ratio, tum quia ad hoc ut Sacramentum modo efficiat, quod dum perageretur, non fecerat, sufficit, adesse eam dispositionem, ob cujus defectum suspensus fuit effectus, et non adsit aliud novum impedimentum obsistens : sed in eventu de quo disputamus, adest vera attritio, quæ defuerat, et non intervenit novum aliud impedimentum, quandoquidem non committitur novum peccatum ob invincibilem ignorantiam generantem bonam fidem : ergo in eo eventu non requiritur contritio, sed sufficit vera attritio. Diximus veram requiri attritionem, quia existimata non sufficit ; quippe solum deserviet ad excusationem legitimam illius, si forsan fuerit obligatio ; non vero ad obtinendam veniam. Tum etiam ob discrimen hujus Sacramenti ab aliis, quæ sunt Sacramenta vivorum, et consequenter non postulat, ut ista, contritionem perfectam ex parte sus-
TrüeL cipientis, ut constat ex Concilio Tridentino, et communi doctrina Theologorum ; a quibus immerito recessit Vasquez ; licet concedere teneatur in Pœnitentia, de qua adhuc est expressior doctrina in ipso Tridentino.

73. Fit secundo fictione formali accedentern ad Baptismum nec teneri, nec debere manifestare in confessione nisi peccatum sacrilegæ susceptionis subticer.do alia. Et ratio est clara ex dictis, tum quia sola fictio formalis vera confessione purganda est, ut supra ex D. Augustino audivimus, et ejus discipulo D. Thoma. Tum etiam quia cætera peccata non opponuntur gratiæ Baptismali, nisi quatenus sunt peccata gravia quasi generice, non vero ex propria cujusque specie : ergo ad pœnitentiæ forum non sunt deferenda, nisi quatenus gravia, et obici fuerunt, non vero quoad proprias eorum species. Atque ideo sufficit dicere se suscepisse Baptismum sciens, et volens in peccato mortali, quin ad amplius teneatur. Hoc consectarium est omnium Authorum nostræ sententiæ, quos omnes anteivit Cajet, ad art. 10, q. 69, hujus 3 partis.

Secundu®·

3 Cajet,

74. Hæsit tamen Suarez, ratus hanc veritatem pure metaphysicam, et vix, aut ne vix quidem ad praxim reducibilem ratione suboriundi dubii, an excesserint illi actus peccaminosi brevem illius instantis morulam, vel non? Quo etiam scrupulo subactus videtur Cardinalis de Lugo dum asseruit disp. 16, sect. 1, n. 2, in praxi certum esse omnia illa peccata fore explicanda in Confessione sequenti tanquam materiam necessariam ob incertitudinem durationis vel in solo illo instanti, vel tempore aliquo sequenti.

Suarez
dut^ta'

Lugo.

75. Sed quod attinet ad Cardinalem Lugo immerito quidem, nec satis consequenter tam formidolose se gessit, et illam in praxim certitudinem statuit, siquidem vel Antesignanus fuit, vel ad minus viam stravit ad opinandum peccata dubia non esse necessario confitenda, ut patet ex sect. 2, immediate sequenti | 3, n. 58, et sequentibus ubi plura pro ea positione argumenta confecit, unde arma ita sentientes sumpsere, et ad cum eo sentiendum, et in sui patrocinium advocandum moti esse videntur. Unde non illico apparet qua ratione tantam, et tam indubiam certitudinem statuere potuerit ratione suboriundi dubii de peccati duratione, si semel peccata dubia non sunt necessario in confessione explicanda. Sed quidquid dc hoc sit, quod ad præsens non multum refert, et suo loco examinabimus.

Excludi-

#

Di»jici-tor scrupc-ltis.

76. Non ita urget scrupulus, quo isti Authores punguntur, ut ob illum cam limitationem approbemus. Tum quia nobis solum incumbit metaphysice veritatem indagari, quin ad praxim descendere compellamur ,de quo summisue, et practicam Pœnitentiæ docentes' quod et fecisse utrumque Ecclesiæ Doctorem Augustinum, et Thomam constat. Tum etiam quia idem scrupulus, eademque dubitandi ratio eeque potest urgeri in peccatis ante instans commissis inter ministrandum Sacramentum, imo et paulo ante administrandum : et consequenter ea limitatio foret amplianda non solum ad peccata illius instant s, sed etiam ad alia præeedentia, ut quilibet attente considerans facile deprehendet. Quod

Soarez. Logo.

non intendit Suarez, nec Lugo admittit. Tum etiam, quia veritas metaphysiea quam plurimum deserviet ad pacandum animum Pœnitentis, et illum a novo onere eximendum, si aliqua via ipsi constiterit, ut constare posse non erit ita ardaum, pro .-olo instanti durasse actum peccaminosum. Tum denique : nam esto ita esset, quod quis in praxi dubii scrupulo angeretur, teneretur quidem fateri ea peccata, quoad sui continuationem, quo pacto Ecclesiæ judicio submittebantur, non vero quoad sui inceptionem, et primum esse, sub qua ratione ad Ecclesiam non pertinere constat ex Concilio, D. Augustino, et D. Thoma, cum hactenus expensis.

A liquo-rum liwiia-lio.

77. Veiosimilius alii limitare adoriuntur nostram conclusionem alea sola peccata, quæ non specialiter pugnant cum ipso Baptismo, de quibus recte procedunt hactenus dicta. Quia tamen sunt aliqua peccata directe in ipsum tendentia, utpote cum quis animo furandi in eodem Baptismo accedit ad ipsum, vel ut per eum simoniace obtineat beneficium, vel aliis modis, quos docet malitia ad abutendum Sacramentis. Idcirco videtur esse de istis diversa ratio, quandoquidem sunt specialiter sacrilegia directe pugnantia nedum contra dignam Baptismi receptionem, sed etiam contra reverentiam ipsi Sacramento in se ipso debitam. Hæc ergo eadem prorsus ratione, ac ipsa formalis fictio, excludenda veniunt ab sphæra Baptismi, contra quem militant, et adseribi Pœnitentiæ debent. Pro quo

Nuno.

refert Nuno tom. 1 in 3 p. quæst. 69, art. 7, dub. 2, conclus. 3, Sapientusimum

Solo.

Magistrum Suto in 4 sent, ubi ita docuisse videtur.

78. Std, ut verum fateamur, non satis percipimus Sapiontissimuin Magistrum apud quem dist. 6, q. 1, art. 8, tj *Ex qU0 fit consequens* luee verba ruperimus. *Qua. propter caule legendus est fi. Thomas in solutione secundi, ubi ait quod Baptismus, remold fictione, aufert culpam, el renium omnium peccatorum procedentium Baptismum, el simul existentium cum Baptismo. Inlelligil enim ille ea, quæ cum complacentia usque ad Baptismum fide susceptum permanserunt, Baptismo deleri : non tamen ipsam perversam susceptionem. Unde ul bene hic notavit Cajetanus illa præeedentia peccata possunt considerari uno modo in* su, *atque altero quatenus causa exlilerunt pravæ susceptionis Baptismi. Baptismus ergo dia secundum rationem priorem delet, non autem pravam susceptionem. Quare, inquit, dum fictus postea fictionem confitetur, salis est dicat suscepisse Baptismum in peccato mortali sine expressione illius peccati.* Ubi Cajetani sententiæ subscribere videtur.

Cijs,

Cijft

Cajetani autem sententia non admittit eam limitationem, sed loquitur indivulse de omnibus peccatis usque ad instans perfectivum Baptismi inclusive, excepta sola fictione formali. Et in hoc sensu eum sentiunt contrarium, et ut talem allegant Authores oppositæ sententiæ nec nos aliud sentimus, aut docemus, quam quod in hac parte sensit, ac tenuit Cajetanus, et eam esse mentem D. Augustini, et D. Thomæ existimamus. Non eruo admittenda est limitatio adhibita juxta mentem SS. Doctorum, et quod magis est Concilii Tridentini uniformiter docentium sola peccata post Baptismum commissa esse materiam Pœnitentiæ. Præterquam quod ea complacentia, quam dicit 8oto, non est præcise habitualis, sed nova, et actualis, atque subinde novum peccatum. Si autem est novum peccatum, eadem ratio militat in hoc ac in aliis, quocirca voluntaria est limitatio.

Decidi* lur casos.

79. Nec faciendam cogit casus ibi descriptus, qui non est tam exhorbitans a communi hominum fragilitate, ut prudenter judicare possimus 8. Doctores latuisse, aut supervolasse. Et tamen absolute, et absque ulla prorsus limitatione docent nullum præter fictionem peccatum ante Baptismum, et in ipso momento Baptismi excludi ab ipso Baptismo, et ejus efficacia : nullum ergo est fundamentum in sanctis Doctoribus eorum universalem doctrinam limitandi, aut coarctandi. Eo præsertim, quoniam æque premit adversarios, el omnium

nium sententiam, juxta quam absque controversia omnia peccata ante Baptismum pertinent ad Baptismum, et non ad Pœnicntiam. Demus ergo biduo, aut triduo anto Baptismum habuisse eam pravam intentionem, quam nec tempore, nec in instanti Baptismi retractavit. Pertinebit ne ad Baptismum, vel ad Poenitentiam? Profecto ad Baptismum in omni sententia. Et hoc non ob aliud nisi quia juxta doctrinam P- 's- Concilii, I). Augustini, et D. Thomæ, IW. omnia peccata præcedentia Baptismum sunt materia diluenda Baptismo, et non Pœnitentia. Quid ergo refert, quod fiat in ipso instanti Baptismi, si ex una parte prteccdit ipsum in genere causie materialis, ut clare ostendimus, et ex alia habemus ex D. Augustino, et D. Thoma efficaciam Baptismi ad praeterita et præsentia, non vero ad fatura porrigi, idque videtur approbasse Concilium solum post Baptismum commissa adscribi Pœnitentiæ? Non ergo ex hoc capite restringi debet nostra sententia; sed absolute, et prout a D. Augustino, et D. Thoma fuit proposita, amplectenda, et propugnanda est. Et ad dubitandi rationem dicitur, quod semel atque furtum fit in eodem instanti, licet sit sacrilegium contra Baptismum, non tamen opponitur per se primo Baptismo ratione sui, sed ratione fictionis adjunctæ, qua deficiente abs dubio Baptismus deleret furtum illud sacrilegum ob virtutem quam habet ad prælerita, et sibi praeterita expurganda, a qua dumtaxat excluduntur futura. Id quod etiam instari potest in ipsa Pœnitentia, quæ quia in sententia satis communi recedente fictione causât gratiam, nedum remittit alia peccata, sed etiam contra ipsam commissa præter peccatum mortale irreverenter accedendi, quod solum aliam confessione purgandum relinquitur,

80. Nisi mavis negare suppositum argumenti, quia illa peccata non sunt nisi post Baptismum ob rationem in eo tactam de fictione formali, ad quam sequuntur atque ideo inepte ob il a limitatur conclusio. Ad cujus lucem observandum est intentionem illam furandi in Baptismo tria importare, quæ oportet distinguere, supposito ut supponi debet, non fuisse retractatam, nam alias non impediret fructum Baptismi, itidem est de fictione, quæ si retractaretur, in ipsomet puncto Baptismi, non esset fictio nec impediret fructum ilius. Requiritur itaque primo vera intentio recipiendi Baptismum, et medio ipso se Ecclesiæ subjiciendi, quæ si deficiat nullus erit Baptismus, Deinceps intervenit intentio furandi, quæ est finis operantis, et movet finaliter ad furtum, ad quod assumitur ut medium susceptio Baptismi. Nam ut inquit D, Thomas : quæst, 8, de malo art. D.Thom. 15, *aliquis non denominatur fur, vel nachus ex actu, vel passione, sed ex habitu, sicut de injusto Philosophus dicit in* 5. *Kl hic. Intentio autem hominis provenit ex habitu, ct ideo quando aliquis furatur, ul mœchclur;, committit quidem actu peccatum furti ; sed tamen intentio procedit ab habilu, et ideo non denominatur fur, sed inachus.* Juxta quam doctrinam homo intendens furtum in Baptismo, non tam est sacrilegus, quam fur, licet fiat reus sacrilegii. 'et furti. Unde quod est ibi formalius est furtum, non vero sacrilegium, ut constat ex doctrina, quam tradidimus de Bonitate et malitia disp. 6, dub. 4, ubi ostendimus bonitatem, aut malitiam actus desumptam ex fine operantis esse formaliorem illa, quæ provenit ex objecto immediato; hæc enim est materialis, et quasi substractive se habens respectu illius, ut late ad mentem D. Thomæ ibi expendimus, præcipue vero § 4 et 5. Unde consequitur hominem intendentem furtum media sacrilega susceptione Baptismi, non prius furari posse, quam commiserit sacrilegium : atque ideo furtum illud supponere sacrilegam susceptionem Baptismi, et consequenter fictionem formalem, quæ nihil aliud est quam voluntaria in ligna susceptio talis Sacramenti, ad quam sequatur furtum.

81. Hinc jam dehiscit viribus illud motivum, et detegitur ineptitudo vel ad coarctandum, vel ad oppugnandam vere universalem conclusionem statutam. Tum quia in ea fit sermo de peccatis, quæ sunt causa, non utcumque in intentione, sed quæ in executione fundant formalem fictionem, et sunt quasi substractum illius. Cujus oppositum evenit in præsenti, quandoquidem nec extenditur sacrilegium, nec exercetur nisi per ordinem ad furtum , quod est finis operantis. Tum etiam (et fere in idem recidit) quia quanio adest furtum, jam in executione prius erat commissum sacrilegium indignæ receptionis. Quocirca illud peccatum furti medio Baptismo cum sequatur ad fictionem, quam ex intentione operantis debet supponere, planum est pertinere ad Poenitentiam potiori titulo quam ipsa fictio, quæ supponitur.

InCrmimatur superius motiYum.

Et instatur manifeste in ipsa fictione formali, quæ quia non completur, imo nec est, nisi in ipsa receptione Baptismi ^quidquid sic de voluntate jam pridem antecedenti, an fuerit, vel non fuerit retractata) non dimittitur per Baptismum, respectu cujus semper intelligiiur subsequens, et posterior, siquidem non est fictio, si non cernat Baptismum indigne susceptum. Cur ergo furtum meJio Baptismo perpetratum non supponit Baptismum male receptum, et consequenter non pertinebit ad Poenitentiam, quin inde derogetur veritati nostra? assertionis ī

LUimx difficultatis resolutio.

Ultima conclusio.

82. Tertio, et ultimo dicendum est peccatum quod vocant fictionis, esse materiam Pœnitentiæ. Hæc conclusio est adeo communis, et certa, ut merito dixerit Pater Suarez a nullo negari posse, Pt Nuno oppositum temerarium judicaverit. Quapropter ab allegandis Authoribus abstinemus.

P. Suarez. Nuno.

Faadameolum·

Fundamentum hujus conclusionis depromitur ex hactenus dictis. Nam quodlibet peccatum mortale per se loquendo remittitur aliquo ex duobus Sacramentis ex Christi institutione ad peccatorum remissionem. ordinatis : sed fictio non remittitur per Baptismum, cujus fructum impedit : ergo necessario consequitur remissum iri per Pœnitentiam, atque ideo per se ut ejus materiam ad hoc Sacramentum pertinere. Utraque Consequentia constat, et præmissæ non indigent ulteriori probatione : nam Major satis superque demonstrata manet ex Concilio Tridentino, ex quo constat duo esse remedia a Christo Domino instituta pro duplici genere peccatorum, originalis, et actualium, unde catholice nequit negari. Miriorem expresse asseruere D. Augustinus, et D. Thomas, ut constat ex testimoniis supra allegatis, ipsaque ratio suadet : tum quia fictio directe, et per se excludit gratiam baptismalem. quæ in adultis esse debet voluntarie recepta, et media fictione voluntarie abjicitur. Tum etiam , quia fictio est posterior Baptismo, quippe qute aliter non subsistat, quin supponat, aut præexigat ip^um absque debita dispositione, seu quod idem est, cum indigna receptione. In quo differt ab aliis peccatis illius instantis, quia licet ex parte subjecti se teneat aliquomodo præcedendo; tamen ex sua speciali ratione affert esse impedimentum gratiæ Baptismatis, et inducere ejus privationem; quod non habent alia peccata ibi comitantia accidentaliter. Et quia hoc modo non opponitur cum charactere, aut cum virtutibus fidei, et spei informium, nec illum, nec istas excludit. Quocirca objectum ut ita dicamus, fictionis est indigna receptio Baptismi, quod non competit aliis peccatis ibi omnino accidentaliter concurrentibus. Et hinc potius computatur fictio inter peccata, quæ subsequuntur Baptismum, quam alia. Unde nec formaliter. nec concomitanter perlinet ad Baptismum. Non quidem formaliter ob oppositionem explicatam. Nec etiam concomitanter; nam ad hoc erat necessarium, quod ipse Baptismus alia peccata deleret stante fictione : hoc autem est falsum, et solum a Donastitis excogitatum, sed a D. Augustino catholice expugnatum, et rejectum : ergo non est caput, unde pertineat ad Baptismum, subindeque solum spectat ad Pœnitentiam.

Trident,

D. Augusl. D.Tliom.

Repliawf·

83. Nec refert, si objicias hinc recte probari fictionem non abstergi per ipsummet Baptismum dum actu indigne suscipitur ob impedimentum præsens indebitæ dispositionis. Non vero convincitur non posse auferri, et purgari stante vera attritione. quam solam sufficere ad auferendam fictionem, et alia peccata cum Baptismo recepto constat ex § V hujus dubii.

Solatia.

Si autem hujus reddatur ratio, quod ad Baptismi fructum non requiritur major dispositio, quam vera attritio supernaturalis, atque ideo ea stante Baptismum proprium effectum inducere, et consequenter a fictionis peccato, sicut a cæteris ibi existentibus mundare.

Γπαρπgnatgr.

84. Contra utrumque stat, et imprimis contra primum. Quoniam fictio, de qua loquimur, est peccatum grave sacrilegii : sed nullum peccatum grave sacrilegii post Baptismum remittitur nisi vel per attritionem cum Sacramento in re Pœnitentiæ, vel per contritionem, in quia includitur ejusdem votum : ergo non potest auferri fictio, quin interveniat Sacramentum Pœnitentiæ, in re vel in voto, alioquin Pœnitentia non esset necessaria in ratione Sacramenti lapsis post Baptismum, cujus oppositum definivit Concilium Tridentinum, ut supra vidimus. Numquam ergo Baptismus est potens tollere fictionem. Hinc diruitur secundum :

eundum : quandoquidem ea ratio solum tenet in casu supra posito do fictione solummodo negativa, in qua non eat peccatum aliquod gravo in susceptione commissum, sed bona tides sine attritione, ut ibi expiicuimus, et docent unius, et alterius sementim patroni. Secus vero ob oppositam rationem quando intervenit novum delictum, ut cx jam dictis constat : hoc enim deleri nequit per veram attritionem separatam a Sacramento.

Kepio. Ncc etiam obest si iterum replices ex Lugo ubi supra majorem videri esse rationem de peccato fictionis ut pertineat ad Baptismum, quam de cæteris actualibus. Tum quia omnia sunt hominis baptizati : omnia ergo, vel nullum ad Pœnitentiam debent pertinere. Tum etiam quia prava voluntas indigne suscipiendi Baptismum potest diu ante Baptismum præcedere, et post ipsum subsequi alia quamplura peccata. Tum denique, quoniam in eo instanti nequit Ecclesia prohibere indignam susceptionem Baptismi homini illi, qui aliunde subditus non supponitur, siquidem nequit præcipere homini non subdito, ut fiat subditus, et consequenter nec præcipere, aut prohibere susceptionem dignam, vel indignam Baptismi. Cum tamen prohibere possit cætera peccata in illo instanti. Major ergo ratio esse videtur excludendi peccatum fictionis a Pœnitentiæ foro, quam alia actualia.

terittr. n 0D) inquam, obest ista objectio, cujus assumptum est prorsus alienum a veritate, ut manifestat censura, qua inuritur a Suarez, et Nuno in conclusione allegatis. Nec oppositum convincunt inductæ probationes. Nam prima fallit solum attendens ad instans, in quo ea peccata sunt, quin distinguat in modo essendi ; nec iterum observat contrarietatem diversam ab illis importatam respectu Baptismi, in qua est nervus totius doctrinæ, et vi cujus expresse exclusere D. Augustinus, et D. Thomas ab influxu baptismi, et ad Pœnitentiæ forum relegarunt, ut constat manifeste ex eorum testimoniis sæpe inculcatis : cætera vero alia illius instantis delicta Baptismo assignarunt. Quod absque urgentiori ratione unius præ aliis fecisse non est facile creditu.

a^r pibo. Unde refellitur insistendo principiis traditis. Nam licet omnia ea peccata sint in illo instanti, non tamen omnia sunt per se illius instantis, hoc enim essentialiter competit fictioni, ut fictio sit, aliis vero accidentaliter. Unde ista dumtaxat sunt comitantia, nec extra jurisdictionem Baptismi, nisi ratione fictionis, ut constat evidenter in bona fide accedentibus, quibus posita suo tempore attritione sola, adhuc in sententia Cardinalis Lugo, Baptismus ipse remittit peccata. Kursus (et sequitur ex præcedenti) peccata primi generis non adversantur Baptismi effectui directe, et per se, nec habent pro objecto directe attacto sacrilegam, seu indignam receptionem; secus vero fictio, ut vel ipse Lugo nequit negare. Major ergo aliqua ratio est in fictione, ut spectet ad Pœnitentiam, quam in aliis : atque ideo esto omnia peccata existentia in illo instanti sint hominis baptizati, non tamen, et eodem modo, ut infra explicabimus.

84. Imbecillior est secunda probatio, et videtur procedere ex non satis penetrata natura fictionis quoad præsens. Quippe ad hanc extra rem omnino est, ut supra dicebamus, quod diu ante Baptismum, vel immediate ante ipsum fuerit. Unde quod temporis duratione Baptismum præcesserit, non tollit quominus posset, si in instanti Baptismi retractaretur, vel in ipsius mora, vel ante, per Baptismum deleri ; sicut nec alia peccata toto tempore intermedio usque ad instans Baptismi ; siquidem voluntas recipiendi Baptismum non reddit hominem Christianum, nec baptizatum. Et consequenter sive antecedant, sive subsequantur innumera delicta post pravam voluntatem sacrilege accedendi ad prædictum Sacramentum omnia utpote hominis existentis extra Ecclesiam, Baptismo, et non Pœnitentia abstergi debent; quin et ipsa fictio, si retractaretur, ut dicebamus : in quo eventu jam non esset fictio, et est falsum suppositum. Esto tamen diu ante mansisset voluntas prava, durassetque usque ad proprium instans impediendi fructum Baptismi, peccata intermedia ad Baptismum pertinerent utpote facta ante Baptismum ; secus vero fictio prout consummata in ipso instanti, in quo solum reipsa obsistit fructui Sacramenti, non vero prout antea præcesserat. Et ratio est sæpe tradita, quia fictio ut fictio sit, determinat ipsummet instans receptionis gratiæ, quam excludere intendit. Gratia autem Baptismi non dispensatur per voluntatem sive bonam, sive malam ipsum suscipiendi antecedentem ; sed penes voluntatem quam reperit in subjecto in instanti causalitatis Baptismi, quod supponi-

Enenavidetur probatio,

mus esse ultimum terminativum, seu mutatum esse verborum, el ablutionis $i-multaneæ : ergo fictio ut fictio sit, non mensuratur per alia tempora, seu instantia antecedentia, quæ omnino impertinent ia sunt; sed per indivisibile terminativum Baptismi, in quo necessario petit esse; alias non esset fictio. Porro eo ipso ab intrinseco habet esse sacrilegium in Baptismo contra Baptismum ipsum, quo est fortior, ut supponitur, et consequenter ipsius judicium judicio Ecclesiæ summitti debet, cujus est irrogatas contra ipsam, ut ejus Sacramenta injurias solvere, vel ligare medio Sacramento Pœnitentiæ. Cætera autem peccata, ut sæpe dictum est, non habent esse sacrilegia ratione sui, sed ratione fictionis adjuncUe. Et ideo quamtam·vis ipsi instanti sint præsentia, pertinent ad Baptismum, quem præcedunt ex parte subjecti, et in genere causæ materialis.

J.V?* Dis solutio,

85. Tertia probatio tangit difficultatem longe alterius instituti, nempe quid possit, vei non po?sjt Ecclesia prohibere7 quod nostra non refert, nec vacat examinare. Quod ad præsens attinet, dicimus peccatum fictionis non esse malum, quia prohibitum ; alias secundum se sacrilegium non esset illicitum. Ex peccatis vero, in quæ quis posset labi in ipso instanti Baptismi, aliqua possunt committi ideo mala quia prohibita, uti consensus in esum carnium die veneris; alia vero e converso, sicut accessus ad non suam, vel consensus in rem venerean. Quælibet autem eorum sint, prohibita, vel non prohibita ab Ecclesia, si vere peccata snnt, quoad forum internum praescindunt, et a censuris, et ab eo quod Ecclesia potest, vel praecipere, vel prohibere in foro exteriori. Quocirca in præsenti solum interius forum, et remedium coram Deo examinamus. Ad quid ergo recursus ad censuras externas, ad quas non semel in eodem dubio prædictus Author refugit?

8Θ. Hic disputant aliqui, ad quod pertineant Sacramentum peccata venialia? Respondetur sub distinctione praemissa. Etenim si fieri contigerit ante Baptismum, vel tempore intermedio, .vel in ipso instanti Baptismi, per ipsummet Baptismum abluuntur, sicut cætera præter fictionem ; si vero ipsam fictionem supposuerint, non habent aliud remedium, quam remedium fictionis : quod est Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel in voto. Et ratio est, quia peccatum veniale non remittitur absque mortali cum quo est : sed fictio quæ est peccatum mortale, et gravissimum sacrilegii, nequit ablui absque Sacramento Pœnitentiæ, in re vel in votu : ergo nec peccatum veniale.

Nec inde inferas, vel ad remissionem peccati venialis requiri semper novant infusionem gratiæ, vel solo Sacramento Pœnitentiæ in re, vel in voto, semper dimitti venialia. Utrumque enim est falsum, et minime sustinendum. Non primum : quia sicut peccatum veniale per se non excludit gratiam, sed tantummodo minuit ejus fervorem ; ita ad sui ablutionem non postulat per se gratiæ infusionem ; sed dumtaxat incrementum fervoris sibi oppositi; Contraria enim contrariis curantur, ut fert proloquium in vera philosophia fundatum. Nec etiam secundum. Tum, quia si ita esset, nullum veniale remaneret post Prenitentiam, cam non sit major ratio unius, quam alius; quod esse falsum constat. Tum etiam ob rationem factam : quia gratia medicinalis propria Pœnitentiæ non opponitur directe et per se nisi peccatis gravibus, in quorum remedium fuit principaliter promissa medio Sacramento. Non autem fuit promissa pro venialibus, pro quibus sunt p'ura alia remedia, ut supra nos docuit Tridentinum. Requiritur ergo, ut extinguantur medio hoc Sacramento, quod in illo manifestentur, et insuper sit de illis verus dolor. Qualis vero, et quantus is debeat esse, non est hujus loci examinare. Recolantur quæ scripsimus tract, de Justificat, disp. 2, dub. 8. ubi viam stravimus satis D. Thomæ conformem.

Illeji. tfM

Attf fuA·' cm

§ VIΓ.

Principalior sententia contraria refertur.

87. Contra nostram primam assertionem nollam judicamus esse sententiam relatu dignam : nec etiam contra teriiam. Quæ enim contra illas militare videntur potius sunt modi dicendi, et explicandi, quam reipsa sententias : et si quoi pro illis est fundamentum, inter dicendum, et explicandum manet dirutum, et ejus Authores allegati.

Prat-ptn Si'ûlH-tU.

Præcipua ergo sententia directe secundæ nostræ assertioni opposita non distinguit inter peccttum fictionis, et alia illius instantis terminativi, sed omnia docet absque ullo discrimine esse materiam Pœnitentiæ, subindeque in confessione explicanda, non solum

solum secundum rationem communem in qua fundant fictionem ul tenet nostra, et huic adversa sententia ; sed etiam secundum rationes cujuslibet specificae, furti v. g. luxuria·., etc. Hanc sententiam, et ita explicatam defendunt aliqui tam intra, quam extra scholam D. Thomæ, quos re-
Ano». ferunt, et sequuntur Arauxo in præsenti
Viu'dub. 2, et N. Franciscus a Jesu Maria in
‘ cursu Morali tom. 1, tract. 6, cap. 4,
punct. 1, η. 15, et quidem si tam clare
p A“· esset de mente Concilii, D. Augustini, et
D.t io b. D< Thomæ, quam est in se ipsa expedita, libenter ei subscriberemus. Sed quia quod magis habet claritatis in se ipsa, minus habet cohærentiæ cum doctrina Concilii, et uiriusque Sancti Doctoris, ut constat ex dictis, ab ea recedendum existimamus, illud præ oculis semper habentes apud Theologum utpote principiis fidei innitentem, non semper præstare, quod utcumque clarius est, sed quod principiis fidei, et SS. Patrum fuerit conformius. Nec enim adhuc in aliis scientiis,, quod clarius, semper verius; sed multa sunt falsa probabiliora veris, ut vel ipse Philosophus naturalis docuit.

!rau. gg pro]jac erg0 senlentja s0]um stat unicum, idque non imbecille fundamentum desumptum ex doctrina tertiae conclusionis, et reducitur ad sequentem formam. Nam juxta doctrinam D. Augustini, et D. Thomæ ab omnibus admissam formalis iictio pertinet ut propria materia ad Sacramentum Pœnitentiæ : sed eadem omnino ratio est de aliis peccatis comitantibus fictionem : ergo hæc non ad Baptismum , sed ad Pœnitentiam pertinent. Major et Consequentia sunt perspicuæ. Minorem probat Arauxo tripliciter. Primo quia illa peccata prout sunt in illo instanti lerminativo, etiam habent repugnantiam cum gratia baptismali de facto, et eam impediunt : ergo non minus quam fictionem ea oportet confessioni exponere. Secundo ; quia prout sunt in instanti terminativo, sunt post Baptismum : Baptismus enim (inquit ille) terminatur extrinsece, eo quod desinit per primum non esse, ita ut sit verum dicere : *Nunc non esi Baptismus, il immediate antea erat.* Tertio, quia illa peccata sunt peccata hominis jam existentis intra Ecclesiam, siquidem sunt peccata hominis baptizati ; sed peccata commissa ab homine intra Ecclesiam pertinent ad
J'^.· claves Ecclesiæ: ergo ad Pœnitentiam.
'o' Ad hoc ergo argumentum, constat ex dictis negandam esse Minorem, cujus falsitatem hactenus expensa non leviter ostendunt, ob speciales rationes, quæ conveniunt fictioni, et aliis non congruunt, quin repugnant, ut ostensum est in discursu hujus dubii maxime vero £ 4, per totum. Et ad primam probationem in oppositum iterum negandum est esse oppositionem exactam cum gratia baptismali, ul baptismal)» est, et illis peccatis, nisi quatenus substant materialiter fictioni formali, qua proinde deficienti, uti defuit accedenti cum bona fide, adhuc in opposita sententia, ad eorum ablutionem sufficit attritio absque novo Sacramento. Unde constat totam rationem oppositionis intentæ, tandem in fictionem revocari, aliis peccatis ibi concomitanter, et omnino de materiali se habentibus. Et ratio est clara : nam semel atque homini insit prava voluntas sacrilege suscipiendi Baptismum, non detestando peccata præterita, cuncta alia quæ ibi committit, nec influunt in fictionem, nec sunt illius circunstantiae ; sed dumtaxat se tenent ex parte operantis; ex quo oritur illud sacrilegium in eo unice situm, quod homo cum dispositione contraria ad fructum Sacramenti sciens, et volens ad ipsum recipiendum accedit. Prava autem seu contraria illa dispositio nullam importat habitudinem ad Baptismum, si secundum se consideretur, si non adesset ulterior voluntas sacrilege illum recipiendi. Et in vi hujus non tot committuntur ibi sacrilegia, quot fuerint peccata; unum dumtaxat sacrilegium, ut supra dicebamus ex communi sententia, et manifeste apparet in aliis Sacramentis. Porro non quamlibet oppositionem aut incompossibilitatem sufficere in præsenti perspicuum est ; alias nullum peccatum habituale expelleretur per Baptismum ; cum quodlibet peccatum ejus gratiæ opponatur. Unde argumentum si aliquid probat, pariter evincit contra Arauxo, Soto, et alios in hac parte adversos de complacentia peccatorum multo ante baptismum non interrupta ad usque ipsum instans inclusive ut consideranti constabit : cum tamen id negent, ut verba supra relata ex Magistro Soto satis ostendunt. Et ratio est eadem omnino : quoniam sicut complacentia non interrupta non est causa fictionis, sed prava voluntas suscipiendi indigne , et sacrilegium committendi ; ita peccata ibi commissa non sunt causa fictionis formalis, licet eam comitentur : et

consequenter non directe opponuntur Baptismo, aut ejus effectui, sed pure concomilanterse habent. Et cum aliunde proprium sit Baptismi excludere sibi præsentia, et
D.Thonj. directe non opposita, ut docet D. Thomas, jure optimo ea Baptismo delenda assignamus ; et fictionem Pœnitentiæ.

Secunda §9. Ad secundam probationem distinguenda est Major : illa peccata sunt post
rata. Baptismum, si Baptismus sumatur adtequate, negatur Antecedens : baptismo inadæquate, seu quod idem est, quoad partes successivas, sumpto, conceditur Antecedens. Contra quam distinctionem non urget probatio : nam licet verum sit, quod in illo instanti sit verum dicere : nunc non est Baptismus quoad sui partes successivas, uti sunt ablutio, et verborum prolatio; est tamen prorsus a veritate alienum illudmel instans non esse intrinsece completivum , et terminativum Baptismi, quippe quod est instans intrinsecum ejus causalitati, et ultimæ perfectioni, sine quo nec est absolute Baptismus ; neque homo dicitur, aut revera est baptizatus, ut evidenter constat ex doctrina ipsi
Arimo. Arauxo, et omnibns Tbomistis communi, juxta quam homo in illo instanti decedens non migraret e vita baptizatus, nec medio baptismate, quod in illo instanti non est, sed immediate antea fuit, purgaretur a peccato originali. Non ergo illud instans totaliter computandum est extra essentiam Baptismi, nec consequenter sine illo est homo absolute, et simpliciter baptizatus. Et consequenter peccata illius instantis non sunt totaliter hominis jam baptizati, et intra ecclesiam existentis : quippe hoc solum competit homini post illud instans. Et hinc constat ad tertiam probationem.

Porro in unam, et alteram insurgo sub
D.Thorn. hac forma. Nam juxta doctrinam D. Thomæ Baptismi efficacia protenditur ad peccata non solum præterita, sed etiam præsentia : sed peccata illius instantis sunt præsentia ipsi Baptismo : ergo ea peccata subesse | possunt efficaci® Baptismi, et immerito relegantur Pœnitentiæ. Rursus ex Tridenti-
Robora- tino roboratur id ipsum. Nam in ejus doc-
l ' trina solum peccata post Baptismum sunt materia Pœnitentiæ : sed peccata illius instantis non sunt peccata post Baptismum : ergo peccata illius instantis non sunt materia Pœnitentiæ. Major continet expressam Concilii doctrinam. Minor debet supponi ab omnibus utriusque sententiæ Autboribus; nemo quippe illorum inficias it peccata post Baptismum esso materiam Pœnitentiæ : quocirca controversia} cardo solum devolvitur ad peccata illius instantis non protracta post illud : si namque ultra illud protendantur, ex hac parte pertinere debent ad Poenitentiam, non quidem quoad primum fieri illorum, sed ratione continuationis, ut etiam docuit Arauxo ubi supra. Cum ergo peccata illius instantis sint in ipso Baptismo, et non post Baptismum, quin ante illum anterioritate naturæ, ut probatum relinquimus, plane conficitur non posse juxta Tridentinum Pœnitentiæ adscribi, sed Baptismo.

90. Nec refert si objicias contra solutio- Objectif.
nis exemplum : casu quo homo in illo instanti decederet, per accidens non fuisse gratiam baptismalem homini infusam, quia nimirum defecit subjectum baptizatum in eodemmet instanti, in quo illi erat gratia infundenda. Quamobrem abiit e vita absque gratia baptismali.

Hoc, inquam, non obest, nec minuit. Diluito,
sed aggerit difficultatem. Quoniam si illud instatis esset totaliter extra essentiam Baptismi, ut adversarii affirmant, ille homo migraret baptizatus absolute, et simpliciter; cum nihil Baptismi, vel ad ejus essentiam pertinens illi defecisset : et tamen damnaretur cum non decesserit in gratia : ergo rite, et essentialiter baptizatus absque ullo actuali peccato incurreret damnationem æternam, quod est absurdum, et piarum aurium oflensivum. Deinde, sub- Coa-
jectum immediatum gratiæ non est homo linn. 1.
sed anima ; si ergo illud instans est totaliter extra Baptismum absolute sumptum, jam anima quæ permanebat, et ut unita fuerat baptizata, poterat recipere gratiam baptismi : quid ergo refert, quod defecisset homo, si non deficiebat anima, quæ est proximum, et immediatum subjectum gratiæ. Præterea, illud absque quo Baptismus non est undequaque perfectus intrinsece, nequit non esse ipsi intrinsecum absolute loquendo, ut constat in puncto respectu lineæ, et in aliis, quæ absque terminatione incompleta manent : sed Baptismus absque illo instanti est essentialiter incompletus : ergo instans illud intrinsece concurrit ad complendum absolute Baptismum. Ad Confirm. 9.
hæc : Baptismus absolute, et simpliciter sumptus importat nedum paries successivas motus, sed etiam ipsum instans completivum, et terminativum illius, ut vel ipsi adversarii tenentur concedere : ergo dum Tridentinum, D. Augustinus, et D.

D. Thomas absolute docent pcccata post Baptismum osso dumtaxat materiam Pœnltentlœ, non excludunt, quin includunt ipsum instans completivum Baptismi, utpote pertinens ad Baptismum absolute acceptum : atque ideo limitatio ab adversariis intent aut omnino voluntaria rejicienda est.

smjjh. Arguitur secundo (et est replica contra præmissas solutiones), nam malitia fictionis fundatur in peccatis ipsius instantis secundum proprias cujusque species, utputa vel luxuries, vel injustitiæ et in vi hujus inducunt sacrilegium : ergo et sunt sacrilegia, et pertinent ad Poenitentiam, uti et ipsa fictio. Antecedens est perspicuum, quandoquidem formalis fictio fundatur in peccatis illius instantis, quæ nequeunt non ad aliquam peccati speciem pertinere. Consequentia vero probatur. Tum quia causa peccati reducitur ad eandem speciem ad quam pertinet peccatum cujus est causa, ut patet in actu, qui est causa omissionis. Tum etiam quia gravius est sacrilegium recipere Baptismum cum pluribus iisque gravissimis peccatis, quam unico dumtaxat; ut de se constat : ergo ut pœnitens in confessione manifestet gravitatem fictionis, opus omnino erit detegere omnia illa peccata quibus redditur gravius, et enormius; alioqui enim non posset Sacerdos rectum, ac prudens judicium formare de gravitate sacrilegii in Baptismo commissi. Tum denique : quia omnia il'a peccata, et quodlibet illorum, injuriam irrogant Sacramento, cujus fructum impediunt : omnia ergo sortiuntur rationem sacrilegii, et omnia sunt propria materiæ Pœnitentiæ.

te· Respondetur ad argumentum negando absolute Antecedens ; cujus falsitas constat ex supra dictis, siquidem stare potest formalis fictio, quin in ipso instanti aliud committatur peccatum præter ipsam fictionem, per hoc solum quod accedentem non pœniteat de peccatis præteritis et impoenitens velit Sacramentum recipere absque eorum detestatione. Ubi non est aliud peccatum actuale præter voluntatem recipiendi indebite Sacramentum, quæ est formalis fictio : atque ideo falsum est absolute, fictionem fundari in peccatis illius instantis. Si vero Antecedens intelligatur determinate de peccatis, quæ supponuntur fieri in ipso instanti, distinguendum est, et concedendum de fundatione pure materiali, quæ coincidit cum identica, et est insufficiens ad intentum, ut constat in peccatis præteritis, quorum non est dolor, quæ licet supponantur et prærequirantur ad formalem fictionem, nec eam fundant, nec in illam influunt; sed omnino pertinent ad Sacramentum Baptismi in omnium sententia. Si vero in alio sensu usurpetur, negari debet, et simul Consequentia illata, cujus probationibus ut occurramus.

91. Recolenda est distinctio in dubii limine explicata, de fictione formali, et materiali. Quarum potior, imo unica, ratio discriminis est, quod sicut fictio materialis, ut ibi nos docuit D. Thomas, includit omne peccatum, quatenus nullum determinat nec quoad speciem, nec quoad numerum, sed potest cum unico dumtaxat, vel cum pluribus reperiri. Ita formalis fictio, quia consistit in indivisibili voluntate male recipiendi Sacramentum, solum postulat peccatum grave pro substracto, et materia ; quin excludat, quod sint plura, vel pauciora, quippe quod est ipsi fictioni accidentarium, et omnino materiale : siquidem eademmet numero fictio formalis esset, sive quis accederet cum uno, sive cum pluribus peccatis, hujus, vel alterius speciei. A qua quidem observatione discedere non debent Authores oppositi, apud quos est satis frequenter usurpata distinctio fictionis in formalem, et materialem, nomine *materialis* intelligendo peccata illa, de quibus non est dolor; et nomine *formalis* ipsam pravam, et super adjectam voluntatem directe accedendi ad Baptismum. Ex quo nostro judicio recte colligitur neutrum esse causam, aut circunstantiam alterius, sed utrumque esse simul in illo instanti cum prioritatibus supra assignatis. Nam si peccata sint præterita, licet non retractata, solum interveniunt ibi habitualiter in ratione privationis, quin alium influxum præstent in fictionem formalem, ut vel ipsi adversarii docere tenentur si consequenter loquantur ; alias in eorum sententia, non ad Baptismum, sed ad Pœnitentiam pertinerent. Si vero sint peccata actualia, cum non directe adversentur Baptismo, sed se teneant ex parte subjecti, ex hoc capite pertinent ad fictionem materialem, et constituunt materialiter magis indignum, quin alium influxum præstent in formalem fictionem, cui omnino accidentaliter conjunguntur in illo instanti. Unde solum tenent ex parte personæ operantis pure concomitanter.

Com- m^a' distijie- no' D.Tliom.

Djlui;o mrius- que proba* tionis.

•n. Hinc facile diruitur utraque probatio illius Consequents : nam prima solum

tenet in causa mcraliter influente, qualis est actus, qui est causa omissionis ; non vero quando est pura causa materialis concomitanter se habens, ut constat in eodem exemplo omittentis jejunium v. g. præceptum, qni quidem, et omittit, et pravam cogitationem admittere potest in eodem instanti quin una sit causa, vel circunstantia in alteram influens. Secunda etiam deficit quia ilia major indignitas solum se tenet ex parte subjecti, non vero refunditur in formalem fictionem, respectu cujus de materiali se habet. Unie solum «st gravius sacrilegium gravitate materiali, non vero gravitate fermai:. Non enim trahitur ad aliam speciem sacrilegii, ut constat, nec multiplicatur ratio sacrilegii contra Baptismum, cum ejus ratio consistat in accessu indigno ad Baptismum, quæ ibi unica, et indivisibilis est. Et quidem constans est hominem plura peccata omittentem in Confessione non committere nisi unicum, et indivisibile sacrilegium; cur ergo pluribus actuahter irretitus cum unica solum voluntate indigne recipiendi Baptismum, plura sacrilegia perpetrabit? Et ratio videtur eadem ; quia voluntas omittendi plura peccata in eadem confessione non partitur, aut multiplicatur nec physice, nec morahter juxta numerum peccatorum, quæ omittuntur, quippe qui materialis est, et de materiali se habet : similiter ad voluntatem recipiendi Baptismum indigne, de materiali est, quod adsint plura, vel pauciora peccata, atque ideo non est ratio multiplicandi sacrilegium.

Rriorquetur. Porro argumenti debilitas detegitur retorquendo ejus formam. Nam qui jam pridem ante Baptismum innumera, eaque enormissima peccata commisisset, accedens sine eorum detestatione profecto indignius accederet, et majus, ac gravius committeret sacrilegium, quam si cum uno dumtaxat peccato reciperet : et tamen in nulla sententia foret cogendus ad ea in confessione explicanda : non ergo omne quod utcumque gravat, vel auget sacrilegium, in confessione explicandum est, sed dumtaxat illud, quod formaliter anget, vel moraliter multiplicat.

Confirm. Id quod etiam liquet in veriori, et communiori sententia deobliganti a manifestandis circunstantiis intra eandem speciem aggravantibus, in quibus æque urget motivum argumenti, quin compellat ad eam sententiam vel deserendam, vel non veriorem judicandam.

Incidens enodatur difficultas.

92. In hujus disputationis calce supereat QtJ decidenda quæstinncuhi do peccatis erronee **"* vel alia invincibili ignorantia existimatis, *w** re tamen vera non commissis, an sint ma* teria hujus Sacramenti? Et quidem esse ai-v obligationem gravem ea confitendi, interim atque homo eo errore, vel ignorantia labore*, nemini potest esse dubium, cum juxta præscriptum Tridentini teneatur bomo omnia peccata detegere, ut ea habet in conscientia post diligentem perscrutationem : sed laborans errore vel ignorantia invincibili (imo esto esset vincibilis, dummodo non esset deposita) existimat ea fuisse vere commissa : ergo tenetur sub culpa gravi ea confiteri ; alioqui stante tali ignorantia invincibilis, committeret sacrilegium. Et si esset vincibilis, dum tamen non vmceretur, eidem se exponeret periculo. Quaiibet ergo ignorantia laboret, sive vincibili, sive invincibili, quandiu ea non deponatur, explicanda in confessione sunt, ob præceptum manifestandi omnia peccata gravia, prout sunt in conscientia.

93. Nec obstat judicium illud esse er- Rqfa. roneum, ac subinde falsum : ergo in vi illius nequit homo vere obligari ad confitenda ea peccata. Nam concesso Antece- Sata denti, neganda est absolute Consequentia, quia licet nec judicium sit verum, nec peccata revera sint coram Deo; sunt tamen in hominis apprehensione ac notitia vere commissa.,Unde operaretur ea non manifestando contra conscientiam, ac si revera fuissent, et consequenter committeret sacrilegium subticendo. quæ conscientia propalanda dictaret. Nam licet conscientia erronea per se, et absolute nequeat obligare ad opus ; bene tamen per accidens, facta illius suppositione, donec vincatur, et deponatur. Quæ est doctrina D. Thomæ D.Wa. quæst. 18, de veritate art. 4, ubi in corpore articuli docet, *quod quamvis talis conscientia, qux est erronea, deponi possetl nihilominus tamen dum manet, obligatoria est, quia transgressor ipsius de necessitate peccatum incurrit. Diversimode tamen recta conscientia, el erronea ligat : recta quidem ligat simpliciter, el per se; erronea autem secundum quid, et per accidens : Ille enim, cui didat conscientia, quod teneatur ad fornicandum, non est obligatus, ul fornicationem sine peccato dimittere non possit, nisi*

subidi conditione, si talis duret conscientia.

ri.nor Quod si iterum urgere, velis vel prudrntiam illam confessionem non imperare, vel aliquando ad falsum concurrere, quod est contra ejus rationem, cum sit virtus intel-

Fji< #!iw· lectualis. Respondetur neutrum sequi ex nostra solutione, sed asserendum semper est confo-sionem illam esse imperatam a prudentia, ot banc semper attingere infallibiliter verum. Ratio utriusque est : quia prudentia non dirigitur illo jud.cio erroneo ad imperandam confessionem; sed alio dictamine omnino vero, pertinenti al Synesim virtutem sibi adjunctam ad recte hic et nunc judicandum, quale est, *esse obtemperandum legitime praecipienti, seu praeceptum esse adimplendum*. El inde subfumit : *Tridentinum praecipit omnia peccala prout sunt in conscientia post diligentem discussionem esse confessioni exponenda : ergo hic el nunc oportet adimplere illud praecepium omnia peccala prout sunt in conscientia, confessioni exponendo*. In quo profecto nihil falsum apparet, et in vi hujus praecipitur confessio illorum, quæ erronee contingit judicare esse commissa : atque ideo error ille quasi accidentaliter præsupponitur aliunde, quin influat in ipsam confessionem, aut eam regulet. Id quod etiam liquet in hostia non consecrata public® adorationi exposita, quam prudentia tam recte, quam vere jubet esse adorandam, quin a vero practice attingendo deficiat. Nam, ut loco nuper citato docet

D.Tlja. β, Thomas : *Ille qui conscientiam erroneam habet, credens eam esse redam, alias non erraret, nec inhxrel conscientia; errones propter rectitudinem, quam in ea credit esse : inhxrcl quidem per se loquendo rectx conscientia;; sed erroneae quasi per accidens, in quantum hanc conscientiam, quam credit esse rectam, contingit esse erroneam*. Credere autem conscientiam illam erroneam est quid præsupposilum ad prudentiam, et ad omnem ejus actum, et proprie attinet ad partem speculativam, in qua reperitur error, quin descendat ad virtutes practicas, ut explicuimus tract, de virtutibus post disp, 2 q, 57, in commem, ad art. 5.

KScel· c&i n>Hi- ur. 94. Unde ad excitatam difficultatem respondetur nullatenus ea peccata existimata esse materiam hujus Sacramenti. Et ratio jam supra indicata est : nam materia hujus Sacramenti, sicut et cujuslibet alterius, non dependet ex nostra apprehensione, sed ex eo quod Christus assignasse constiterit : Constat autem ex Concilio Tridenlino, materiam hujus Sacramenti Trident, fisse peccata vere commissa post Baptismum ; ergo hæc dumtaxat et non falso imaginata sunt vero hujus Sacramenti materia.

Et confirmatur 1°. Nam vera medicina confirm, non instituitur pro morbis imaginariis, et iaiso apprehensis ; sed Pœnitentiæ Sacramentum est medicina pro peccatorum remedio a Christo instituta : ergo pro veris, et non falso existimatis peccatis.

Confirmatur 2°. Etenim quia aqua naturalis (el est eadem prorsus ratio de propriis aliorum Sacramentorum materiis' est propria materia Baptismi, nulla alia quantumvis apprehensa ut naturalis, est vera materia. Cujus ratio a priori est, quoniam apprehensio, seu judicium humanum dumtaxat tribuit objecto esse apprehensum; non autem esse naturale a parte rei : ergo quod peccata apprehendantur ut vere commissa solum infert esse apprehensum illorum ; non vero a parte rei fuisse commissa, et consequenter non sunt vera hujus Sacramenti materia.

У «

Unde primo iit consequens, casu quo Infertur 1. nullum aliud peccatum præter ea, quorum est error, aut ignorantia, in Confessione explicaretur, nullum confici Sacramentum, nec subinde adimpleri praeceptum confessionis. Siquidem nequii stare veritas Sacramenti absque vera materia, nec similiter adimpletur præceptum confessionis absque vera confessione : sed in hypothesi facta defecisset vera materia Sacramento, et similiter confessioni : ergo nec esset verum Sacramentum, nec adimpleretur præceptum illius.

Fit secundo deposito illo errore adim- Infertur 2. plendum e-se præceptum confessionis annuæ (de qua est sermo) quandoquidem præceptum urget, et cognoscitur non fuisse observatum sola confessione apprehensa, et non vera : ergo ne contraveniatur præcepto, ejus observationi standum est alia vera confessione A quo quidem onere non liberat bona fides ante habita : hæc quippe solum valet, ul ea stante, homo non deliquerit nec in defectu materiæ, nec in observando præceptum. Unde ea denuo non exislente, slat possessio pro obligatione præcepti, cui ea bona fide non satisfecisse constat.

95. Sed contra resolutionem objicies. Objectio. Quoniam ad veram rationem Sacramenti sustinendam sufficit (nec amplius requiritur) quod constet ex vera materia, et forma

cum vera intentione ministri, et recipientis : sed hæc omnia salvarentur in hypothcsi facta ; ergo in ea conficeretur verum Sacramentum Pœnitentiæ. Probatur Minor quoad materiam, in qua esse potest difficultas : nam materia proxima Pœnitentiæ sunt actus ipsius pœnitentis, nimirum contritio ut significata, et sensibilis facta per confessionem : sed in præJicta hypothesi daretur contritio sensibiliter explicata in confessione : enro in illo casu daretur materia propria hujus Sacramenti. Probatur Minor : quia Sacramentum non aliter exigit pro materia remota peccata, nisi ut objecta destruenda, et detestanda per contritionem : sed in illo casu ea contritio versaretur circa peccata existimata, eaque haberet pro objecto, quod detestaretur : ergo in prædicta hypothesi sa'varelur vera ratio contritionis, consequenterque asserendum videtur esse ibi materiam sufficientem hujus Sacramenti. Major hujus syllogismi videtur expresse asserta a D.Tboæ. [χ Thoma infra quæst. 90, art. i ad 3. per hæc verba : *Peccata sunt materia remota Pœnitentiæ, inquantum scilicet sunt materia, vel objectum humanorum actuum qui sunt propria materia Pœnitentiæ, prout est Sacramentum :* ergo eatenus ea peccata sunt materia Sacramenti, quatenus sunt objectum, seu materia contritionis : sed ut sunt materia, seu objectum contritionis, sufficit esse existimata : ergo etiam ut sint matena Pamitentiæ ; alioqui enim aliter ad unum, quam ad alterum concurrerent ; D.Thom. qUOd contra D. Thonam in verbis modo relatis.

^eiur"" θθ' hanc objectionem constat ex supra dictis ubi assignavimus discrimen inter Poenitentiam virtutem a se ipsa, ut est Sacramentum. Unde ad ejus formam neganda est Minor primi syllogismi, et distinguenda Major secundi : *Materia proxima Pœnitentiæ sunt actus pœnitentis. ul concernunt peccata vere commissa,* conceditur ; alias negatur, et sub eadem distinctione Minoris neganda est Consequentia. Ratio distinctionis sumitur ex dictis : quia non quælibet contritio est pars hujus Sacramenti ; alioqui enim contritio delictorum ante Baptismum esset vera pars hujus Sacramenti, quod esse falsum constat ex communi Theologorum doctrina. Nec similiter contritio peccatorum, quorum est tantummodo existimatio, est pars proxima illius : siquidem ratio Sacramenti non salvatur in præcisa nostra existimatione, sed in veritate omnium, quæ Christus instituit. Non instituit autem Poenitentiam pro peccatis apprehensis, sed pro vere commissis, et consequenter non decrevit quamlibet contritionem pro materia, sed eam, quæ versaretur circa vera peccata contra Deum, qualia non sunt apprehensa. Unde in hypothesi facta nullum esset Sacramentum defectu utriusque materiæ tam proximæ, quam reniot». Hujus quidem, ut supponitur ; illius vero ob defectum materiæ remotæ : qui a materia proxima non est, nec dicitur talis, nisi connotata, aut supposita materia remota : qua proinde deficiente, non remanet materia proxima in ratione talis.

Ad eliciendam vero contritionem non requiritur vere fuisse peccatum, sed sufficit illud ut vere factum apprehendere, ut (interim usque ea falsa apprehensio non deponatur ipsius hominem pceniteat. Tum quia sicut præceptum, supposita ignorantia. obligat ad sui adimpletionem, ita êt præceptum doloris. Tum etiam, quia dolor non regulatur fide, sed prudentia, quæ supposito errore, imperat detestationem peccati, sicut imperat adorationem hosti» non consecrat», quæ publice adoranda proponitur ; quæ quidem adoratio est actus virtutis supernaturalis Latriæ. Ratio a priori desumitur ex doctrina D. Thomæ 12, quæst. 64, art. 2, ubi docet medium virtutum moralium esse medium rationis, hoc est, a recta ratione præstitutum, quod non semper conformatur rei, prout in se, sed prout dictat prudenti» ratio, ut explicuimus in annot. ad prædictum articulum loco supra citato de virtutibus. Huic autem doctrinæ non adversatur probatio ex testimonio D. Thomæ, cujus sensus est tam planus, quam verus, utpote procedens de peccatis vere commissis : h»c enim non aliter pertinent ad Pœnitentiæ Sacramentum, nisi quatenus sunt objectum actuum humanorum ea detestandum. Non tamen inde bene infertur e converso omne auod est objectum humanorum actuum esse materiam Pœnitentiæ ut est Sacramentum, ut constat in dolore post Baptismum de peccatis ante Baptismum.

Comb· to sa^i. SKl ipan- to nicsa· rii

97. Sed replicabis. Non stat contritionem esse actum Pœnitentiæ, et non posse esse partem ejusdem Sacramenti : ergo vel non est actus Pœnitentiæ prædicta contritio, vel potest esse pars Sacramentalis illius. Consequentia constat, et probatur Antecedens ex Concilio Tridentino sess. 14, cap. Repliez Trideat

cap. 4, ubi docet in qualibet perfecta contritione hujus status includi votum Pœnitenliæ ut est Sacramentum, imo nulla est, aut esse potest vera virtus Pœnitentiæ in hac rerum serie, in qua non intelligatur ordo ad hoc Sacramentum, ut vel in ipso tractatus limine supposuimus : ergo non stat vera contritio, nec vera pœnitentia virtus, quæ non in hoc Sacramentum colliniet, et consequenter, quæ non sit, aut possit esse vera pars illius.

Ad replicam respondetur negardo Antecedens, cujus falsitatem satis manifestat instantia contritionis habitæ post Baptismum de. peccatis ante ipsum perpetratis. Et ad ejus probationem concedimus ita esse, et quod Pœnitentia ut virtus respicit seipsam ut Sacramentum, utpote necessarium necessitate medii in re, vel in voto, et quod istud includitur in contritione perfecta prædictæ hypothesis, in qua, supposito errore, urgebat præceptum Confessionis. Sed aliud est, et satis diversum, quod in vi erroris peccati commissi urgeat præceptum, et quod homo teneatur ad confitendum, quæ duo ultronei concedimus; aliud vero, quod confessio sit veri peccati, et consequenter quod coram Deo sit verum Sacramentum. Et hoc negamus ob defectum materiæ intervenientem. Sicut aliud est quod quis ex ignorantia teneatur in periculo mortis baptizare puerulum cum quolibelliquore, aliud vero quod Baptismus sine vera aqua naturali sit verus. Primum omnes concedunt, nullus vero secundum admittet. Unde in prœdicta hypothesi, quod nullum aliud sit peccatum præter erronee existimatum, ex parte pœnitentis ; contritio quidem tenderet in Sacramentum, ad quod homo accederet, et accedere teneretur; sed quia deficeret verum peccatum deficeret veritas Sacramenti, et consequenter neutra materia sive proxima, sive remota haberet rationem partis ob rationem dictam.

ARTICULUS IU.

Utrum hate sil forma hujui Sacramenti : Ego ic absolvo?

Ad tertiam sic proceditur. Videtur quod hæc non sit forma hujus Sacramenti : Ego te absolvo. Formæ enim Sacnmeotorum ex institutione Chrisii et ecclesiæ usu habealar : sed Christus non legitur hanc formam instituisse, «ne etiam in communi usu habetur, quinimmo in quibasdam absolutionibus, quæ in ecclesia publice fiunt» si- «I in prima, ct completorio, et in cœna Domini, absolvens Qvnntilur oratione indicativa, ut dicat : Ego vos absolvo, sed oratione deprecativa, cum dicit : Misereatur vestri omaipotens Deus, vel absolutionem, et remissionem tribuat vobis omnipotens Deus. Ergo hæc non est forma hujus Sacramenti : Ego te absolvo.

2. Præt, Leo Papa dicit quod indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotum nequii obtineri ; loquitur autem de indulgentia Dei, quæ præslatur pœnitentibus. Ergo forma hujus Sacramenti debet esse per modum deprecationis.

3. Præt, Idem est absolvere a peccato, quod peccatum remittere : sed solus Deus peccatum remittit, qui etiam solus interius hominem a peccato mundat, ut Augustinus «licit super Joan, ergo videtur quod solus Deus a peccato absolvat, non ergo debet sacerdos dicere : Ego te absolvo, sicut non dicit: Ego libi peccata remitto.

4. Præt. Sicut Dominus dedit potestatem discipulis absolvendi a peccatis, ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmitates, et ut daemonia ejicerent, et ut languores sanarent, ut habetur Matlh. 10 et Luc. 9; sed sanando infirmos Apostoli non utebantur verbis his : Ego te sano, sed Sanet te Dominus Jesus Christus, sicut Petrus dixit paralytico, ut habetur Act. 9; ergo videtur, quod sacerdotes habentes potestatem Apostolis a Christo traditam, non debeant uti hac forma verborum : Ego te absolvo, sed : Absolutionem tribuat libi Christus.

5. Præterea. Quidam hac forma utentes, sic eam exponunt : Ego teabsulfo, id est, absolutum ostendo : sed nec hoc sacerdos facere potest, nisi ei divinitus reveletur : unde legitur Maith. 1G, autequam Petro diceretur. Quodcumque solveris super terram, etc., dictum est ei : Beatus es Simon barjona : quia caro, et sanguis non revelavit tibi, sed Paler meus, qui est in cœlis : ergo videtur quod sacerdos, cui non est facta revelatio, præsumptuose dicat; Ego te absolvo, etiam si exponatur, id est, absolutam ostendo.

Sed contra est, quod sicut Dominus dixit discipulis Matlh. ultim. : Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, ita dixit Petro. Matlh. IS: Quodcumque solveris super terram : sed sacerdos auctoritate illorum verborum Christi fretos dicit: Ego te baptizo. Ergo eadem auctoritate dicere debet in hoc Sacramento : Ego te absolvo.

Respondeo dicendum, quod in qualibet re pe fectio tribuitur formæ : dictura est autem supra, quod hoc Sacramentum perficitur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis. Unde oportet quod ca, quæ sunt ex pane pœnitentis, sive sint verba, sive facta, sint quædam materia hujus Sacramenti, ea vero, quæ sunt ex parte sacerdotis se habeant per modum formæ : cum autem Sacramenta novæ legis efllciantquod figurant, ut supra dictam est, oportet, quod forma Sacramenti significet id, quod in Sacramento agitur, proportionaliter materiæ Sacramenti, unde forma baptismi est : Ego te baptizo, el forma confirmationis est : Consigno te signo crucis, et confirmo te chrismate salutis, eo quod hujusmodi Sacramenta perficiuntur in usu materiæ : in Sacramento autem Eucharistiæ, quod consistit in ipsa consecratione materiæ, exprimitur veritas consecrationis, cum dicitur : Hoc est corpus meum. Hoc autem Sacramentum, scilicet Pœnitentiæ, non consistit in consecratione alicujus materiæ, nec in usu alicujus materiæ sanclîficatæ, sed magis in remotione cujusdam materiæ, scilicet peccati, prout peccata dicuntur esse materia Pœnitentiæ, ut ex supradictis patet. Talis autem remotio significatur a sacerdote cum dicitur : Ego te absolvo. Nam peccata sunt quædam vincula, secundum illud Proverb. 5 : iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum quisque constringitur : unde patet quod hæc est convenienlissima forrna hujus Sacramenti : Ego te absolvo.

Ad primum ergo dicendum, quod ista fonna assumitur ex ipsis verbis Christi, quibus Petro dixit : Quodcumque solveris super terram, etc., et tali forma ecclesia utitur in Sacramentali absolutione : hujusmodi autem absolutiones in publico fact® non sunt Sacramentales, sed sunt orationes quædam ordinat® ad remissionem venialium peccatorum. Unde in Sacramenlali absolutione non sufficeret dicere : Misereatur lui omnipotens Deus, vel absolutionem el remissionem tribuat tibi Deus : quia per hæc verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit ut fiat : præmittitur tamen etiam in Sacramenlali absolutione talis oratio, ne impediatur effectas Sacramenti ex parte pœnitentis, cujus actus materialiter quodammodo se habent in hoc Sacramento, non autem in Baptismo, vel in confirmatione.

Ad secundum dicendum, quod verbum Lcouis est iotelligendum, quantum ad deprecationem, quæ praemittitur absolutioni : non autem removet quin Sacerdotes absolvant.

Ad tertium dicendum, quod solus Deus per auctorita-

lew, et a peccato absolvit, et peccatum remittit : Sacerdotes Uunn utrumquo faciunt per mniMcriuin» ia quantum scilicet verba Sacerdotis in hoc Sacramento instnimwU· liter opetanlur in «irtate dnioa, sicut dum in aliis Sacramentis. Nam tirtus divini est, qaæ interius operatur ia omnibus SurameaUlibu siguis, sive *int res. site verba, sicut ex supra dict i patet: unde et Dominas exprodit alromqoe, nam Jklatth. 16 dixit Petro : Quodcamque solwis saper lemn, etc., el Joan. 20 dixit ducipuhs: Quorum remiseritis peccata, remiuuotur eis. Ideo Ubcu Sacerdos potins dicit : Ego te absolvo, quam * Ego tibi peccata remitto : quia boc magis congruit verbis, qui* Dominas dixit, virtutem daviarn ostendens, per quas Sacetdoles absonant : quia taiaen Sacerdos sicut minister absolvit, eotneaienUr apponitur aliquid, qnod pertineat ai primam aactoritalero Det scilieet ut dtcaiuv : Ego te absoho, ia nomine Patris et Fiiii, H Spiritus sancti, vel per virtutem passionis Christi, vel auctoritate Dn. sicut Diony. exponit 3 c. cœlest. bier r. Quia Umeo hoc nun esi deierminatuui ex verbis Christi, sicut in Baptisme, talis appositio relinquitur arbitrio Sacerdoti».

Ad quirium dicendum, quod Apostolis non est data potestas ut ipsi sanarent infirmos : sed iu ad eorum oralnw nem infirmi sanarentur Est autem eis collate potestas operandi insiromenuliier, sne nnaistenaliter in Sacramentis : et ideo nug-s possunt in formis Sacramentalibus exprimere actum suum, quam ni sanationibas iniinnitalum. In quibus tamen nan semper modo deprecative utebantur» sed quandoque modo Iadicatno. et imperativo : sicut Ad. 3 legitur» quod Petrus dixit claudo : Quod lubeo, buc tibi do : in nomiae Jesa Cbnsti Nazareni sarge, et ambula.

Ad q iintum dic«ndam, quod ista expositio : Ego te absolvo, tdesl, absolutum ostendo, quantam ad aliquid quidem vera est, son tamen e?t perfecta : Sacramenta enim novæ legis, non solam significant, sed ebam faciunt quod sigoitkaot. Unde srwl Sacerdos baptizando aliquem, os·tendit hominem interius ablutum per verba et facu, et nou solum sigoificative, sed etiam effective, ita etiam cam dicit : Ego te absolvo, osteadil hominem absolutum non soluoi significative, sed etiam effective : nec tamem loquitur quasi de -re iaceru ; quia sicut alia Sacramenta novæ legis habent de certum effectum ex wirlute passionis Christi, licet possit impediri ex parte recipientis» ita etiam et in noc Sacramento; unde Augustin, dicit in lib. de adult, conju. Non est turpis, nec difficilis post patrata et purgata adulteria reconciliatio conjugii, ubi per claves regiti ctelorum non dubitatur fieri remissio peccatorum : unde nee Sacerdos indiget speciali revelatione sibi fana, sed saffieit generalis icvelatio fidei, perquam reioiltuntur peccata. Unde revelatio fidei dicitur Petro facu fuisse : sed autem perfectior expositin : Ego tr absolvo, id est, Sacramentum absolutionis tibi impendo.

Affirmai Conclusio.

DISPUTATIO Ilf.

De Forma hujus Sacramenti.

Exposita altera parte hujus Sacramenti, quæ est materia, sive proxima sive remota, in hoc articulo tertio instituit Angelicus Doctor disputationem de forma, quæ et in hoc, et in aliis compositis sive naturalibus, sive artificialibus, sicut actualior, ita potior, et perfectior exisiit. Quocirca ejus vestigiis inbæreutt-s tertium locum damus huic conlroversiæ , in qua ejus convenientiam, sensum, effectus, ac conditiones generatim explicare curabimus, rescissis aliis non ita propriis, hujus considerationis, quæ pertinent ad tract, de Sacramentis in genere, ubi tota disp. 2, universaliora principia jecimus, eaque communia cunelis aliorum Sacramentorum furinis ; quo adire consulimus lectorem, ut ex ibi assertis, et hic asserendis pleniorem hujus Sacramenti assequatur notitiam.

DL'ÜlUxM 1.

Dirum hxc verba : Ego te absolvo, *sini conveniens forma hujus Sacramenti.*

1. In ipso disputationis vestibulo dnouti certa supponimus ; alterum (infra examinandum) est prædicta verba esse formam, el idcirco solum quoal ejus convenientiam quæstionem excitamus : aliud vero formam hujus Sacramenti debere esse verba aliqua, eaque non ad cujusque nutum apposita, vel apponenda, sed omnino certa, et determinata, et quoad formalem sensum invariabilia. Et hanc suppositionem ut Theologis communem satis superque firmatam relinquimus loco nuper allegato ex Conciliis Florentino, et Tridentino, nec nm non ex SS. PP. ex quibus dub. 1 et 2, Tntfl· ostendimus omnia novæ legis Sacramenta duobus essentialiter perfici ac compleri, rebus scilicet, et verbis. Porro ab hac generali docirina non est ratio extrahendi formam hujus Sacramenti. Tum quia illa motiva generalia, et generatim pro omnibus Sacramentis a Conciliis tradita, invenimus diserte ab eisdemmet Conci iis huic Sacramento applicata, docendo formam hujus Sacramenti esse illa verba : *Ego te absolvo,* etc. Nec mirum, cum æque utrobique urgeant. Tum etiam, quia ex opposito uravissima, et absurdissima incommoda pullularent, et devorarentur contra perennem Ecclesiæ doctrinam ininterrupta praxi obiirmatam, et approbatam, quorum aliqua paulo inferius indicabimus.

Unde audiendi non sunt Joan, de Medin. Cod. de Confess. § *Quartum dictum* fol. 64. Sylvester verbo *Confessor.* 3 et 4. Adrian, in 4, q. 1. Navar. cap *Quem* pæ-*nilel* de Pœnit. dist. 1, quibus subscribere videntur Palud. in 4, dist. 17, q. 2, art. I. Fagundez in 2 Præceptum lib. 2, cap. 10. Trullench. lib· 4. Praxis Sacramentorum, cap. 2, dub. 4. Joan. Pont, in suo cursu Theologico disp. 46, q. 2, conci. 2, cum suo Magistro Scoto in 4, dist, 14, q. 4, art. 3. Gabriel, ibi quæst. 2. Rosella verbo *Absolutio.* Angles art. 1, diffinit. 4, conclus. 2, et si qui sunt alii docentes ad formam hujus Sacramenti sufficere, vel quælibet verba indifferentia,

Melisi. Sjhfj-ter. Naur. Piled. Fagatd. Trail. Joia. Pectit. Swift. Gabriel Rwelli Angles

ronlia, quibus actus absolvendi significetur, vol signa, ot nutus, quibus innuat Sacerdoi absolutionem, quin opus sit aliqua verborum prolatio.

•W' ! "f Unum enim, et alterum rejicimus ut a veritate alienum, et oppositum ut omnino certum supponimus. Et a secundo, in quo affirmatur sufficere signa ; et verba non requiri, incipiendo, veritas nostra; suppositionis ostenditur. Tum ex modo allegata doctrina, quæ cum communis sit omnibus Sacramentis, immediate, et directe distribuit pro hoc, et pro aliis, dum non militet specialior aliqua ratio in hoc præ aliis, qualem intervenire in Matrimonio est perspicuum, ut jam videbimus. Tum etiam, quia tam efficaciter colligitur ex Evangelio necessitas verborum pro forma absolutionis, quam pro forma Baptismi : sed ad formam Baptismi adhuc in horum Authorum sententia necessario requiruntur verba, et non bene audiret apud Catholicos oppositum affirmare : ergo ob eandem rationem etiam requiruntur essentialiter verba ad absolutionem. Cætera constant praeter Majorem, quæ facile probatur : ymh. nani sicut Matth. ult. dicitur : *Euntes docele omnes gentes baptizantes eos,* ita Joann, ...20 affirmatur : *Quodcumque solvens super lerram,* etc.; sed ex primo loco efficaciter colligitur necessitas illorum verborum : *Ego te baptizo* pro forma Baptismi : ergo etiam ex secundo eadem deducitur efficacia pro Pœnitentia illa forma verbis expressa : : *Ego te absolvo.* Idque salis apparet in aliis Sacramentis, quæ ad sui formam requirere verba nemo ibit inficias, quin Conciliorum doctrinæ adversetur. Juxta quam solum de Matrimonio *regulariter* verbis perfici instituimur, cura tamen in aliis cæteris aliis nulla opponatur limitatio. Quod argumentum est dumtaxat in Matrimonio non desiderari verba, secus vero in aliis. Nam *exceptio firmat regulam in contrarium,* ut est frequens regula juris. Sed Concilium Florentinum in decreto Armenorum sub .-∎ Eugenio IV universaliter decernit omnia «C» Sacramenta perfici rebus, et verbis, nulla interposita limitatione, nisi in Matrimo- n' nio : ergo cuncta alia Sacramenta præter Matrimonium verbis perficienda sunt juxta mentem Concilii, alioqui enim diminute processisset. Unde sicut absque ullo fundamento quis intenderet nec in Baptismo, nec in Eucharistia pro illorum formis desiderari verba, et eminus amandandus esset. ita et ob eandem prorsus rationem audiri non debent, qui idem in Pœnitentia adulruant, vel introducere voluerint.

•Et sano illorum motiva debiliora sint, quam rui pondus exigere videtur, et tantam abest, ut intentum promoveant, aut fulciant, quod potius dissipent, et in eorum aulhores intorqueantur, ut ea expendendo, et vel leviter percurrendo fiet perspicuum. Nam primum, quod obtrudunt de Matrimonio, quod quidem ut in plurimum verbis, non semel tamen perficitur nutibus, aut signis, imo aliquoties alterius conjugua) taciturnitate juxta illud juris : *qui tacet consentire videtur,* et inde gradum faciunt ad Pœnitentiam, quasi idem de ea posset, et debetconcedi. Hoc, inquam, est prorsus ineptum : nam alias eodem argumento possent conficere inter omnino absentes, et procul, ac remotissime distantes exerceri judicium Poenitentiale. Quod nedum est falsum, sed satis absurdum, et pluribus absurdis implexum, atque ideo damnatum, et severe prohibitum a Cie- Clement, mente VIII anno 1602, cujus verba infra VIIL referemus. Est eiiam contra Concilium Tridentinum, docens pœnitentem ipsum sisti debere ante hoc tribunal, ut de eo judicium ferat minister; et pcenas delictorum taxet, et pro arbitrio ipsius luat. Fieret insuper vel per internuntium, vel per procuratorem, vel aliis modis, quibus contractus matrimonialis celebratur, posse etiam a i ministrari Pœnitentiam, quod est inauditum, et minus decens authoritati, et institutioni hujus Sacramenti. Unde sicut ex Matrimonio non bene arguitur ad alia Sacramenta, utputa, quod vel absque verbis, vel absque physica præsentia vel baptizandi, vel panis consecrandi, vel sacris ordinibus initiandi possit puer baptizari, panis consecrari, et sacris ordinibus initiari, ita non aptius paritas Matrimonii protrahitur ad Pœnitentiam.

3. Et ratio est penitus eadem : quoniam Ratio, actiones Sacramentales, quia Sacramentales sunt, postulant exerceri inter ministrantem, et recipientem, in cujus utilitatem cedunt, et hoc quidem ex ipsa Christi institutione, et apostolica traditione ab ecclesia recepta, et approbata, ex quibus inconcusse constat desiderari utriusque physicam præsentiam, et quod minister vel absolvat, vel consecret, aut baptizet compos rationis, modo humano proferendo verba illius ministerii propria. Quod adeo verum est, ut non desint, qui in vi hujus asserant Matrimonium contractum inter

absentes, non obire rationem Sacramenti, quousque présentes sint, et personaliter ratam mutuo habeant sui traditionem scripto, aut internuntio initam, ut videre est apud Delgadillo de Pœnit. cap. 12, dub. 7, ubi pro ea refert Scotum in 4, dist. 14, q. i, vers, *sed hic est,* et Gonet in præsenti se referens ad quos tract, de Matrimonio disp. 2, art. 2, ¶ I. Quidquid vero de hoc sit, ratio disparitatis inter Matrimonium, et alia Sacramenta est perspicua : quoniam Christus non instituit contractum matrimonialem, sed ipsum jam pridem vel ab ipsa lege naturte institutum elevavit ad rationem Sacramenti novæ legis. Cum autem de jure naturæ ad paciscendum, et contractum iniendum non aliud requiratur, quam mutuus paciscentium consensus ipsis invicem manifestus, sive verbis, sive signis, sive litteris id fiat, ut constat ex aliis contractibus naturalibus, experientia ipsa teste ; plane consequitur aliter quoad hoc esse tbeologizandum de Matrimonio, quam de cæteris Sacramentis. Quod alte callens Florentinum statuit ad Matrimonium *regulariter* tantummodo, secus vero ad alia Sacramenta, verba requiri.

Delea-diltû. Scot. Gonet.

Floreat.

4. Secundum illorum motivum depromitur ex propria hujus Sacramenti ratione, quam esse judicialem, seu adinstar exerceri judicii nemo ambigit, et Concilium Tridentinum expresse docet. Ad absolvendum vero in judicio nulla requiruntur verba, sed sufficit, vel scripto, vel nutibus, aut signis sententiam proferre : ergo similiter ad absolutionem Sacramentalem Pœnitentiæ, licet ut in plurimum conveniens sit intervenire verba, non tamen id erit omnino necessarium, sed eorum loco possunt substitui signa. Hanc Consequentiam probare sibi videntur, cum a paritate Antecedentis, tum ab urgentia necessitatis proximo extrema necessitate laboranti subveniendi : quippe contingere valet hunc in extremis positum, et in ipsamet confessione, vel ea immediate peracta, Sacerdotem repente voce destitui, nec posse verba proferre : in quo casu durissimum est non posse subveniri ægroto eum, si jam non voce, nutibus saltem absolvendo. Tum denique ab exemplo ipsius pœnitentis, qui quidem si verbis detegere non valet propria delicta, ea ut potuerit, signis manifestare licet : ergo etiam Sacerdos absolutionem, quandoquidem ad veritatem, et essentiam hujus Sacramenti non minus illorum confessio, quam absolutio exigatur, nam ut docet Concilium Tridentinum sese. 14, capital. 5, *quod ignorat medicina non curat.*

Discursus adversus.

Tnt-.r

5. Hanc tamen ratiocinationem pessum iro constat ex opposito principio, quod ea non labefactatur. Siquidem non est fundamentum excipiendi hoc Sacramentum a generali regula aliorum Sacramentorum, quorum formis necessaria esse verba (si Matrimonium excipias) hactenus indubitatum est. Nec oppositum ex conceptu judicii probatur : quia licet ad rationem judicii utcumque non requirantur verba, sed sufficiant vel nutus, vel litteræ, ut experientia ipsa testatur; secus vero in judicio Sacramentali, qua Sacramentale est. El ratio disparitatis, supposita ut principali radice institutione Christi, sumitur ex dictis disp. 1, quia in judicio humano proceditur ad judicandum ex motivo justitiæ vindicativæ, ex qua (omissis aliis de jure requisitis) advocantur testes, et processus formatur contra voluntatem delinquentis, eique non creditur, sed legitimis testibus, quorum testimonio vel invitus ipse damnatur, el punitur. In judicio vero Sacramentali contingit oppositum, siquidem est judicium reconciliativum hominis cum ipso Deo offenso, cui ipsemet homo se voluntarie subjicit, puniendo in se, et detestando delictum ante commissum. Et ex hac parte homini creditur pro se, et contra se, dum sistit personaliter ante tribunal Christi, a quo expectat veniam, quin adsit strepitus forensis, sed solum vera confessio, et cordis attritio. Unde sicut ex hoc capite desciscit hoc judicium a judicio pure humano ; ita etiam ex parte judicis, quippe qui procedit, non ut homo, sed ut minister Christi, atque ideo vice illius absolvendo, et perfecte absolutionem significando. Hoc autem non perfecte fit per signa, aut nutus exteriores, bene autem per verba; ut tradidit D. Augustinus lib. 2 de doctrina Christiana cap. 3, *quia verba obtinuerunt inter homines principatum significandi,* et addit D. Thomas q. 60, art. 6, hujus tertiæ partis, *quia verba diversimode formari possunt ad significandos diversos conceptus mentis : el propter hoc per verba magis distincte possumus exprimere, quod mente concipimus. El ideo ad perfectionem significationis Sacramenlalis necesse fuit, ut significatio rerum sensibilium per aliqua verba determinaretur : aqua enim* (idem dicito de nutibus proportione servata) *significare potest, ei*

R>^

D.As-

D.Ttea

rl ablutionem per humidilalem, cl refrige-num per frigiditatem.

6. Porro si illud principium proficeret eo bil'ir' utentibus, pariter evinceret intervenire posse, iino et debere, quæ eveniunt in judicio humano, et hæc omnia aufilcero, utputa quod scriptis feratur sententia, quod absens absolvatur, et alia sexcenta, quæ introducere in foro pœnitentiali corim Deo absurdissimum foret. Decipiuntur itaque arguendo affirmative a judicio in communi ad judicium S.icramentalc, vel paralogizant vehementer a judicio pure humano ad judicium Sacramentale longe diversæ rationis ab illo. Unde concesso absolute Antecedenti neganda est illata Consequentia, cujus dispariias constat ex dictis. Et al alteram probationem in casu urgentis necessitatis, respondetur nihil in eo contineri, quod non similiter contingere possit in Baptismo, qui est magis necessarius, quam Pœnitentia, ad hunc sensum, quod defectus Sacramenti Pœnitentiæ queit suppleri perfecta contritione, secus vero defectus Baptismi ante usum rationis. Sicut ergo non est durum puerum mori, non baptizatum coram elingui, aut totaliter impotenti; ita non abhorret, quod ægrotus decedat non absolutus post confessionem ob impedimentum superveniens, et humano modo inevitabile. Tertio etiam probatio corruit propter disparitatem inter pœniten-Dîton. tem, et Sacerdotem, quam tradit D. Thomas in 4, dist. 17, q. 3, art. 3, quia homo solum tenetur ad confitendum exterius, ut valuerit, vel lingua, vel nutibus, quibus dolor internus externe significetur, quia significatio ex parte pœnitentis, cum se teneat ex parte materiæ, quæ est indeterminata, et confusa, non est perfecta nec ultimo determinata; ultima enim determinatio, et perfecta significatio proveniunt a forma : atque ideo sicut in actuando, ita et significando petit excedere, ut etiam docet S. Doctor art. supra citato ex quæst. 60. Unde stat pœnitentem, rite, et recte confiteri signis, non tamen ministrum posse absolvere absque verbis.

7. Hæc cum ita sint, stabilienda superestaltera suppositionis pars, nimirum non quælibet verna indifferentia, sed aliqua determinata omnino desiderari ad veritatem formæ absolutionis. Cujus contrarium obtendebant, et autumabant præallegati Theologi, quorum princeps fuit Scotus ubi supra asserendo ad veritatem hujus Sacramenti quælibet verba sufficere, dummodo eis exprimatur vera sententia judicis absolventis, Nam sicut aliter judex de Theodoro Martyre dixit : *jubeo* ignibus tradi, alius vero de Cypriano : *Gladio animadverti placet :* cum tarnen uterque damnatus evaserit : ita e converso in Pœnitentia, quælibet verba de se sufficientia ad authoritative explicandam absolutionis sententiam, consequenter sufficient ad rationem formie, et verum perficiendum Sacramentum. In quam sententiam relabitur Vas- Vazqaex quez in præsenti dub. 3, num. 11, ubi immerito reprehendit Scotum, asseritque peccare ministrum insuetis verbis utentem contra communem ecclesiæ consuetudinem ; conficere tamen verum Sacramentum, eo quod semper se gereret ut judex, et ejus verba essent judicialis sententiæ significativa.

8. Verum contra hanc doctrinam directe militare videtur doctrina Concilii Trident Tridentini sess. 14, cap. 3, statuentis : *Sacramenti Pamitenlix formam, in qua præcipue ipsius vis sila est, in illis ministri verbis positam esse : Ego te absolvo,* etc. Hæc autem verba satis determinata, et expressa sunt, quin pateat aditus illi indifferentiæ ab Scoto indicatæ, et a Vasquez Scotis, promotæ. Et sane præ Scoto excessisse λ az'|UCZ Vasquez videtur, quandoquidem ille jam diu ante Concilium, iste vero post illud, et post inconcussam Theologorum sententiam Concilii assertionem amplectentem, scripserit, et sua commentaria in lucem dederit. Nec minus perspicue locutum fuit Florentinum pro unione Græcorum Florent, cum Latinis coactum asserens, quod *forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, qux Sacerdos profert, cum dicit : Ego tc absolvo,* etc., ubi ad determinata verba redegit formam hujus Sacramenti.

Et certe, vel isti Authores loquuntur de variatione tantum materiali verborum, retento utrobique eodem formali sensu,' uti accidit quando æquivalentia substituuntur. Et hoc modo nihil peculiare est in hoc Sacramento, quod non sit in aliis, neque est, qui refragetur confici verum Sacramentum; quidquid sit, an graviter, vel leviter peccet ita absolvens, aliis primum, aliis secundum asserentibus, quo i non investigamus illud pro comperto habentes in re adeo gravi, ex genere suo gravissimum esse a communi Ecclesiæ usu recedere, et præscripta verborum forma non uti. Vel fuit illis sermo de variatione formali, et quoad sensum, ita quod nec verba, nec

coram sensus sint determinata, sed quæcumque sufficere. Et hoc pacto directe adversatur illorum positio Conciliis allegatis . et rejicienda venit ex hoc capite, nec non exemplo aliorum quinque Sacramentorum, quæ non magis sunt determinata in Conciliis quoad proprias formas, quam hoc Sacramentum ; cum tamen eam indifferentiam verborum non admittant, ut in confesso est apud omnes, et statuimus locis citatis de Sacramentis in genere. Quocirca non apparet ratio ab ea communi, et observata regula excipiendi hoc Pœnitentiæ Sacramentum. His ergo suppositis, sit

§1.

Deciditur difficultas.

9. Dicendum est illa verba : *Ego te absolvo a peccatis luis,* etc., esse convenientem formam Pœnitentiæ. Non determinamus, an hæc sola verba rescissis omnibus aliis, sint sufficientia, vel utrum aliqua ex illis essentialiter necessaria, quippe unum, et alterum sibi vendicat specialiorem indaginem infra seorsim pro illorum quolibet adjiciendam. Sed solum asserimus verba prædlcta esse absolute convenientia, quidquid sit de earum sufficientia, vel necessitate. Convenientia autem alieujus, sicut et disconvenienda, vel se tenet ex parte subjecti, cui res est conveniens, vel sumitur cx ordine ad finem, in quem res collimat; plura enim possunt esse convenientia, vel disconvenientia ex primo capite, quæ eam non importent, aut saltem exprimant ex secundo, sed e contra. In præsenti vero amplectimur utrumque respectum, vel convenienti® modum, sive per ordinem ad Sacramentum, et subjectum Sacramenti, sive per ordinem ad remissionem peccatorum, quæ intenditur in hoc Sacramento. Et in hoc sensu suffragantur assertioni communiter Theologi, nonnullis ex antiquioribus, quos infra referemus, exceptis, quorum authoritas, alias veneranda in hac parte cedit authoritati Ecclesiæ, quæ est omnium maxima.

10. Et hirte demonstratio sequens ita formatur. Nam quod Ecclesia universalis Spiritu Sancto edocta, constanter docet, et observat, nequit non esse conveniens : sed Ecclesia universalis constanter observat, et docet hanc formam Pœnitentiæ : *Ego te absolvo a peccatis luis :* ergo prædicta forma nequit non esse conveniens. Consequentia est evidens : Majorem non nisi malo do Ecclesia meritus , inficiari quis poterit, præsertim in hac parto omnium ad nostram salutem utilissima, et apprime necessaria, quæque maximo commendat Christi redemptionem, et merita mediis Sacramentis communicata. Minorem testatur ipsa experientia perenni ecclesiæ usu comprobata, et eam docet D. Thomas opnsc. 22, cap. I, dicens : D.n«t Aon *csl parva authoritas ejus, quod in ecclesia cantatur : Jam bone pastor Petre clemens accipe vola precanlium, el peccati vincula resolve libi potestate tradita.* Potestas autem tradita Petro est potestas clavium : potest ergo habens claves ex tradita sibi potestate dicere : Ego te absolvo. Unde cuidam Theologo S. Doctoris Syncrono obtendenti non legi aliquem Sanctorum hac forma usum luisse, nec etiam sententiarum Magistrum, ita rescribit : *Dicendum csl, quod nec Magister formam posuit, nec legitur de alia forma, qua aliquis Sanctorum sit usus : nec eliam legitur, quod aliquis istam formam negaverit. Legitur autem, quod ipse institutor Sacramenli dixit : Quodcumque solveris, quod est majus omni aulhorilatc.*

11. Secundo probatur assertio ratione r w ipsius D. Thomæ in hoc art. 3 ad sequen- D'Ti*. tem formam redacta. Quoniam illa est I forma conveniens Sacramenti, qua apte I significatur, quod agitur, et intenditur agi per ipsum Sacramentum circa propriam [ipsius materiam, cui applicatur : sed per illa verba : *Ego te absolvo,* aptissime significatur, quod agitur, et intenditur in Pccnitentia erga propria peccata, quæ sunt illius materia : ergo prædicta verba sunt conveniens forma Sacramenti Pœnitentiæ. Consequentia liquet. Major etiam constat, cum qua Sacramenta sunt signa ad significandum proprium effectum designata, ex quo habent esse practica, et consequenter significare efficiendo, et efficere simul signilicando, quamvis radix significandi, et radix efficiendi sint divers®, illa ex impositione, hac ex elevatione ipsis proveniente. Tum etiam, quia sicut in omni composito forma est actualior materia, ita in Sacramentis perfectior significatio, et perfectior itidem causalitas competit formæ præ materia. Tum etiam a paritate aliorum Sacramentorum, quam expendit, et illustrat S. Doctor, in quibus propria cujuslibet illorum forma apte, et omnino convenienter significat, quod intenditur et agitur per Sacramentum in

in suscipiente. Minor vero probatur : quia materia hujus Sacramenli non consistit in consecratione materne, nec in usu material sanctificatio, sou benedictio, uti accidit in aliis, quin imo in destructione, ct remotione peccati, quod quidem est materia; sed destruenda, ot abolenda, ut constat ex pnelibatis ad disp. 2; ad hanc autem destructionem conveniens, ct aptissima est illa forma: *Ego te absolvo :* ergo ita asserendum, ct tenendum est. Demonstratur h;ec Minor; nam ad extricandum, et expediendum a vinculis nihil aptius, aut convenientius inveniri potest quam *solvere,* vel *absolvere* a *vinculis,* ut ex ipsis terminis liquet : sed
Frjurt). peccata sunt vinculajuxta illud Proverb. 5 : *Iniquitates su,v capiunt impium, ct funibus peccatorum suorum quisque constringitur :* relinquitur ergo quod hæc est convenientissima forma hujus Sacramenti : *Ego te absolvo.*

12. Responlebis primo discursum D. ' ' Thomæ solum probare posse convenienter illa forma uti in Ecclesia : non tamen evincit aliam æque convenientem non esse. Assumptum probabis discursum discursui contraponendo, et primum secundo revincendo : nam sumpta Majori, nimirum eam formam esse convenientem, qu<e apte signific at, quæ aguntur in Sacramento circa propriam materiam, subjunges aliam Minorem, videlicet aliis verbis : *Ego libi remitto pecbala,* aptissime significari peccatorum remissionem, quæ intenditur in hoc Sacramento. Ex quo manifeste etiam inferes non minus hæc verba, quam alia relata esse convenientem formam hujus Sacramenti. Minor subjuncta tam certa est, ut nullam admittat dubitandi rationem, quan-
ha.îo, doquidem constat ex Evangelio Joan. 20 : *'Accipite Spirilum Sanctum : quorum remiseritis peccata remittuntur eis, ct quorum retinueritis retenta sunt.* Ergo tam clare desumitur ex Evangelio hæc forma : *Ego tibi remitto, etc.,* quam ista : *Ego te absolvo,* et consequenter ista non est illa convenientior.

13. Ilæc tamen objectio, cui plus justo
dn.·. detulit Abulensis infra allegandus, asserens formam in Ecclesia communem : *Ego te absolvo,* reddere locutionem impropriam, non diruit rationem D. Thomæ. Et imprimis derogat authoritati Ecclesiæ unam præ alia ut magis aptam usurpantis. Non enim licet cuilibet authoritati privatie, quantumvis maximæ aliter sentire, ct docere, quam quoi Ecclesia, quæ ut de Christo dicebat D. Thomas, est omni authoriiate humana major, sentienium, ac docendum statuerit. Et præter duo Conci- Concif.
Ha allegata, adversatur etiam Mognntino Vo-ailt·
cap. 4, et definitioni Leonis X in censura Lencontra articulos 11 et 12 Lutheri, ubi n5sX'
præscribitur forma istius Sacramenti sub verbo *absolvo,* et non sub *remitto.* Et quidem si ita esset quod locutio redderetur impropria per verbum *absolvo,* protinus conficeretur, impropriam, et metaphoricam fuisse locutionem Christi Matth. 16: *Tibi* Sftu.ic.
dabo claves regni calorum, quodcumque ligaveris, etc., illam vero, quæ habetur Joann. 20 : *Accipite Spirilum sanctum, quorum remiseritis,* etc., esse omnino propriam. Ex quo rursus fieret ex duplici Christi locutione, altera propria, altera vero impropria desumpsisse Ecclesiam formam istius Sacramenti ex impropria, relicta propria locutione : quod non est facile creditu, nec satis consulit maturissimo Ecclesiæ judicio in re tam gravi, qualis est determinatio formæ Sacramentorum, quæ non sunt utcumque signa sed practica, et valde propria ad significandam proprios effectus, ut constat ex discursu D. Thomæ, et serie totius doctrinæ in materia Sacramentorum.

Unde præoccupans S. Doctor prædic- D.Thom.
tam objectionem in hoc art. solu. ad 3 rc5P°n·
respondet : *Ideo tamen Sacerdos potius dicit : Ego te absolvo, quam ego tibi peccata remitto, quia hoc magis congruit verbis, qux Dominus dixit virtutem clavium ostendetis, per quas Sacerdotes absolvunt.* Cum enim absolutio immediate oriatur a potestate clavium Petro ut Aposto'orum capiti concessa, siique ejus primarius, ac potissimus actus, et ad hæc verba promissionis : *Tibi dabo claves regni calorum, ut constat ex* MaitJC».
Matth. 16, illico subjunxerit : *Quodcumque ligaveris, erit solutum,* etc., ad hanc connexionem ostendendam decrevit Ecclesia utendum verbo *absolvo* pro forma, non autem *remitto.* Hoc enim non explicat ita expresse clavium potestatem, cum quilibet absque illa, vel illa jurisdictione propria authoritate remittat offensas illatas. Nec inutlis
fovet modum dicendi Abulensis, quod peccata non sint vincula, quæ debeant ab- cursus,
solvi. Nam esto physice vincula non sint, quod non diffitemur; sunt tamen moraliter, ut constat ex testimonio allegato a D. Thoma Proverb. 5, et aliis passim ob- pro.
viis in sacra pagina, ut Psal. 115 : *Dirurupisti vincula mea;* Pstl. 118 : *Funes pec-*

cu/orum *circumplexi sunt me:* Isai.
Hem.58. *Solve vincula colit tui,* etc., cap. 58: *Dissolvite colligationes impietatis.* Et *alibi* pluries. Hinc constat Minorem assumptam in hoc di.-cursu ad refellendum ex D. Thoma formatum, osse negandam, ut falsilati obnoxiam, et ecclesiae determinationi adversam.

Secunda ‖. Insurges secundo contra discursum D. Thomæ. et contra solutionem nuper traditam, ex nui o illorum convinci necessitatem prædictæ formæ, nec consequenter convenientiam : siquidem stat vera potestas clavium, veraque jurisdictio ad effectum absolvendi, quin Sacerdos utatur pra dictis verbis · ergo illa, nec ntcessana, nec convenientia sunt. Consequentia constat, et Antecedens suadetur, quoniam absolutio a censuris et est actus vere liberans ab earum vinculis, et proced t a vera, et legitima potestate superioris, qua excommunicationis vinculis irretire potest : et tamen nec ad imponendum censuras, nec ab eis liberandum requiruntur ea verba, nec alia potestatem indicantia, ut experientia edocemur : ergo quod absolutio a peccatis proveniat immediate a potestate clavium, non infert necessitatem, aut prædictorum verborum convenientiam ; alioqui enim eodem probaretur discursu necessaria, et convenientia esse determinata aliqua verba pro cefrsurarum relaxatione.

Bepe.ii- Sed nec ista objectio premit, quinimo in ca utentes retorquetur. Quoniam si vera esset paritas, et verum concluderet, manifeste fieret absolutionem Sacramentalem posse in absentem, imo ei per scripturam
Ctewcnf. impendi, quod fuit damnatum a Clemente VIII ut falsum, et absurdum; et quod adhuc est absurdius, quiret ad reincidentiam concedi, uti absolutionem a censuris concedi ad determinatum tempus, quo elapso in eas reinciditur, ut manifestum est. Non ergo recte arguitur ex uno casu
O.Thom. ad alium. Quocirca Doctor Angelicus cuidam eam paritatem ex Raymundi anthoritate objicienti opusc. 22, cap 2, hæc verba reposuit : *Derisorium est in tanta re post illam summx pro aulhorilale adducere,* quasi in hac jarte nulli sit authoritati standum nisi authoritati Chi isti, et Ecclesia?, ita decernentis, el inviolabiliter observantis.

OhjeetîQ in fonu>, depulsa. 15. Unde ad objectionis foimam negandum est assumptum, et ad ejus ‖ robationem iterum negamus Antecedens, cujus probatio est nulla : quoniam sicut cum vera potestate ferendi censuras, ab eisque absolvendi, optime cobærent discrimina assignata, quod hæ per scripturam, ad reincidentiam, et ad absentes per procuratorem possunt dirigi ; cum tamen nullum corum teneat in aliis Sacramentis, aut eorum formis, utpote quæ ex institutione Christi, et Ecclesia? consuetudine, contra quas noti praevalent exempla, et discursus, sunt i.i se determinata, et præsentiam realern tam ministrantis, quam recipientis essentialiter postulant. Ita ob identicam omnino rationem, ex modo absolvendi a censuris; non bene arguitur ad modum absolvendi a pereatis intra Sacramentum; alias nulla essent pro hoc Sacramento determinata verba, quod supra improbavimus, el adversatur directe Conciliorum doctrinae.

Hi. Radix autem discriminis luculentius expensa traditur a D. Thoma opusc. citato cap. 2, bis verbis : *Alia rutro est de absolulione ab excommunicatione, quæ non est Sacramenlalis, sed magis judiciaria, jurisdictionem consequens : el aliud de absolutione a peccatis in Sacramento Panilenliæ, quæ consequitur potestatem clavium, cl est Sacramentalis.* Ex quibus habes absolutionem a censuris perlinere ad jurisdictionem externam licet ecclesiasticam, sicut et potestatem eis irretiendi, et ligandi : absolutio vero Sacramentalis, el clavium potestas, a qua immediate procedit, perlinent præcise ad forum internum coram Deo. Neutra tamen illarum alteri annectitur, aut per se illam supponit; cum sæpe contingat Sacerdotem, cui est clavium potestas, non posse excommunicare, aut aliam censuram imponere : et e converso Minoribus tantummodo initiaturo, in quo non est facultas Sacramentaliter absolvendi, amplissima jurisdictione potiri ad excommunicandum, et alias censuras ferendum, et in Episcoporum Vicariis generalibus non infrequenter accidere testatur consuetudo hujus dioecesis Salmantinæ. Porro ex ista radice pullulat aliud discrimen inter uram, et-aliam absolutionem, qued prosequitur S. Doctor : *In illa* D.Ttvs· *enim verba habent efficaciam ab intentione dicentis : unde i.on referi, quibuscumque verbis utatur ad exprimendam suam intentionem. in Sacramentis autem verba habent efficaciam ex institutione divina. Unde tenenda sunt verba determinata, consonantia divinæ institutioni, institutioni autem dicentis : Quodcumque solveris, etc., ista verba conveniunt : Ego te absolvo: sicut institutioni dicentis : Euntes docete omnes gentes, baptisantes, etc., conveniunt ista verba : Ego te baptizo.*

baptizo, etc. Sicut ergo ista tenenda sunl in Baptismo : Ego te baptizo : ita in pfcnilcn-lia : Ego te absolvo,

17. Tandem oppones. Nam si vora sunt 'Λ w'hactenus dicta, deducetur ex illis verbis non solum debere sumi formam determinatam absolvendi, sed etiam ligandi. Consequens est falsum : ergo et illud ex quo sequitur, coûtera constant præter Majoris sequelam, qme facile suadetur. Tum cx potestate clavium, quæ non tantum deservit adaperiendum, sed etiam ad claudendum, ct intra claustra retinendum, qua analogia explicatur potestas Sacerdotum. Tum etiam ex verbis ipsius Christi, quæ non tantum exprimunt solutionem, verum et ligationem peccatorum : ergo vel assignanda sunt aliqua verba ad ligandum, quod est falsum : vel non bene ex allegatis verbis colligitur forma ad solvendum. Unde discursus D. Thomæ ut nimium probans contra experientiam non cognoscentem formam aliquam ligandi hoc Sacramento repellendum est, vel uti diminutus rejiciendus.

Dimibr. 18. Hæc tamen objectio non militat specialiter contra doctrinam D. Thomæ, sed alio divertit, quærens formam propriam ligandi. Unde ab omnibus illi debet occurri; sive enim dicatur : *Ego te absolvo* in communi, et vera sententia, sive *libi remitto* ut voluit Abulensis, sive alia verba Ahlec· 'is, pro absolutione usurpentur, semper stat inquirendi ratio, quare non sint præscripta verba ad ligandum, sicut fuerunt destinata ad solvendum. Quocirca directius favet docentibus nulla prærequiri verba ad absolvendum, sicut nulla sunt ad ligandum assignata, cujus oppositum supposuimus ad limen quaestionis.

&»·· kuiio. Communis solutio est ad ligandum non requiri formam, nec consequenter verba : quia cum sit absolutionis negatio, non aliam requirit formam præter non absolutionem : nam eo ipso ligatur homo, vel ligatus linquitur, eisdem vinculis, quibus erat obstrictus,

Hæc tamen solutio, nisi amplius explicetur, non plene satisfacit, tum quia Sacerdos non ligat, ut ita dicamus, pure negative, non absolvendo, hoc enim et laicus valet efficere, sed potestative, et supposita cognilicne causæ. Tum etiam quia potestas ligandi vera potestas est, sicut et potestas absolvendi, atque ideo aliquo actu se exercere debet; et hujus actus quærimus formam, et modum, quo explicetur. Turn «Ionique : quia potestas ligandi respondet, proportione servata, potestati damnandi, quæ est in quovis judice in foro externo sententiam ferente : hunc vero constat tam in solvendo, quam in damnando servare formam aliquam, a jure præscriptam. Et sane ex ipsis terminis liquet, aliud esse ligare, et aliud non absolvere : hoc enim est extremum contradictionis absolutionis liberæ; illud vero superaddit ad negationem absolutionis, et importat quid positivum tam ex parte facultatis, quam ex parte actus; alias nihil aliud expressisset Christus illa circumlocutione *quodcumque ligaveris,* etc., quod non fuisset indicatum, et explicatum in antecedentibus *Quodcumque solveris,* etc. siquidem nulli esset dubium absolutionem libere impensam iri, et consequenter fuissent superilua verba superaddita : *Quodcumque ligaveris.*

19. Missa ergo **ut insufücien** i hac solu- Vera lione, nisi ad statim subjungendam redi- ratio. gatur, veriorem, et omnino adæquatam nos docuit D. Thomas in 4, dist. 18, quæst. 1, art. 3, quæstiunc. 3, per hæc verba : *Ad tertiam quæslionem dicendum, quod operalio Sacerdotis in usu clavium esi conformis Dei operationi, cujus minister est. Deus autem habet operationem el in culpam, el in pernam. Sed in culpam ad solvendum quidem directe, ad ligandum autem indirecte, in quantum obdurare dicitur, dum gratiam non largitur. Sed in pernam habet operationem direcle quantum ad utrumque, quia el pernam parcit, et pœnam infigit. Similiter ergo Sacerdos, etsi in absolvendo ex vi clavium habeat aliquam operationem ordinatam ad culpæ remissionem modo jam dicto; non tamen ligando aliquam operationem habel in culpam nisi ligare dicatur, in quantum non absolvit, sed ligatos ostendit. Sed in pœnam habel potestatem, el ligandi, cl solvendi ; solvit enim a pana, quam dimittit, sed ligat ad pœnam quæ remanet. Sed ad hanc ligare dupliciter dicitur; uno modo considerando ipsam quantitatem pœnæ in communi, cl sic non ligal nisi inquanlum non solvit, sed ligatum cslendil : alio modo considerando pœnam hanc, vel illam determinate, cl sic ligat ad pœnam, ligando* (id est taxando) *eam.* Ubi, ut vides, non sistit S. Doctor ad potestatem ligandi in non absolutione, quæ est actus ejus indirectus erga culpam, et in quo sistebat communis solutio, sed pergit ostendere alium actum directum respectu prenæ vel remittenda',

vol infligenda*, el taxanda?. Prœter quant quod ipsamttt non absolutio a culpa applicatur a Sacerdote per modum pœnæ, ad modem qno denogatio gratia? [rout se tenet ex parle Dei est pœna peccati, ut explicuimus tract 13 de Peccatis disp. 16, dub, 5, n. ISO. I nde constat ministrum sub eadem forma, sub qua so.vil a culpa, simul ligaro ad pœnam, quin opus sit alia forma ad ligandum. Quando autem absolutionem negat, ipsa non absolutio est pœna quasi Sacramentalis, et sub sigillo servanda a ministro, quatenus iit intra confessionem, cum judicio, et cognitione causæ, ob quam fit indignus absolutione. Sed quia non perficitur Sacramentum, non intervenit specialis forma; hæc enim solum ad conficiendum Sacramentum fuit instituta, et non ad dimidiam illius partem.

§111.

Qux fibsinl calholicx veritati referuntur et refelluntur.

Duplex senie.H 1:3.

20. Catholicæ veritati hactenus statut® duplex adversatur sententia, si vere sententia dici potest, quæ opponitur Ecclesiæ, et communi Theologorum doctrinæ : et relictis htereticis, quibus summe fuit exosa, et adhuc est, clavium potestas, ut

N. Wj I-ikflsis. Hofensis. lUardus. Bellar-ininus referentes. Soto. Aboleo*» sis.

referont N. AValdensis torn. 2, cap 144. IXifensis contra Lutherum art. 10. Ruardas art. 3 Bellarm. lib. 1, de Pœnit. Soto in 4, disk 14, q. 1, art. 3. Ex catholicis unicus fuit Abulensis, cui hæc forma displicuit; nan quia potestatem clavium catholice non tenuerit (hoc quidem nefas esset tali, ac tanto viro irrogare), sed quia hæsit in verbo *Absolvo,* quod sibi improprium videbatur; quocirca 1 p. sui defensorii cap. 5 et 6, docuit magis proprium esse verbum *Remitto ad* explicandum proprium elfectum hujus Sacramenti. Tum quia verbum *Remillo* habetur in Evangelio.

Jean.so. Joan. 20 : *Quorum remiseritis peeeaia, remittuntur eis,* non minus quam verbum

Matt.tG. *Absolvo* Matth. 16. Alias *Remitto* expressius significat peccatorum remissionem, quæ intenditur, et efficitur medio hoc Sacramento, quam absolvo, ut voces ipsas consideranti erit obvium. Tum etiam, quia peccata non sunt vincula, quæ debeant absolvi, quoniam peccatum vel est actuale, vel habituale; et de neutro queit vere affirmari esse vinculum ; non quidem actuale, quod cito præterit, ut liquet; habituale autem, quod solum remanet, nihil aliud est quam macula ex peccato actuali relicta, ei hæc est prhatio, non voro aliquod vinculum, quo homo positivo alligetur aut constringatur. Non ergo est propria, et conveniens hujus Sacramenti forma : *Ego te absolvo,* sed prteferri debet ista : *Ego tibi remillo,* utpote expressior, et conformior tini hujus Sacramenti.

Porro hoc argumento (cui soli innititur) illud tantummodo confecisse videtur egregius alias Doctor, valide posse conferri hoc Sacramentum suh ea forma, quod nemo it inficias ; non tamen evincit hanc esse magis propriam et convenientem, subindeque præferendam, quandoquidem superstat Ecclesiæ, et aliorum Theologorum authoritas, cui postponi debet alia particularis cujuslibet alterius, quamtumvis eximii, ut supra audivimus a D. Thoma, ubi etiam ostendimus frequenti scriptune phrasi peccata appellari vincula, non quidem physica, ut constat, sed moralia, quibus animæ vires constringuntur, ac ligantur, ne se excutiant, aut exerar.t in actus virtutum. Et ex ibi dictis constat ad primam, et secundam probationem. Ad tertiam dicimus ipsammet maculam, quæ est privatio gratiæ, et aliorum donorum supernatnralium, esse etiam vinculum, quod oportet disrumpi ad justificationem obtinendam juxta illud Psal. 115 : *Dirupisti vinculа eam , ad sacrificandum tibi hostiam laudis,* vel ut habet nostra Vulgata, tibi *sacrificabo hostiam laudis :* quolibet enim gravi peccato pnepeditur homo, et in ordine ad Deum, quem sibi reddit offensum, et in ordine ad ea, quæ illi tenetur reddere vel obsequia, vel præcepta, quocirca Isai. 52, injungitur peccatori : *Solve vincula colli tui captiva filia Sion.* Unde tam constans est peccata esse moraliter vincula, quam est certum peccata inducere captivitatem animæ respectu diaboli, cui mancipatur.

Qui a h p5. I IsaiSî.

21. Vetustiorem aliam sententiam refert D. Thomas opusc. 22 cujusdam Theologi asserentis formam Pœnitentiæ non debere proferri modo indicativo ; *Ego te absolvo,* sed per modum deprecationis : cujus fundamenta diluit ibi S. Doctor cap. 2, 3 et 4. Ei tamen favisse videntur D. Bonaventura, et Alexander Alensis, quatenus asserunt elavem Sacerdotis non se extendere ad remissionem culpae, nisi per modum deprecationis. Quem dicendi modum tenuisse videntur etiam alii Sancti Doctores ex

Vetas· üar suite*

d .t «e D. Itorar A Ûttf· der.

ex quorum verbis sequens formatur argumentum, quu primum assertionis motivum refellitur.

Fîo iü - SrtlJtU iltiu*. Quoniam incredibile est aut Sanctos Patres asseruisse aliquid contra communem veritatem in Ecclesia receptam, aut Ecclesiam aliquid docuisse contra sententiam 8S. Patrum : sed est plurium SS. PP. sententia formam absolutionis esso deprecativam, et modo deprecati vo proferendam ; ergo id aflirmare nec est contra veritatem receptam in ecclesia, nec ab ecclesia oppositum est inconcusse determinatum, et observatum : et consequenter non est tam conveniens hæc forma : *Ego te absolvo,* sub modo indicativo, quod non sit etiam conveniens sub modo deprecativo. Utraque Consequentia sequitur ex praemissis. Minor in qua est difficultas, probatur ex

D.Ag- ρ·l. r\ D. Csrj- JS51/ Dr^ie· Fai.28. D. August, lib. 4 de Bapt. et refertur in cap. *Munus* 1, q. 1, et lib. 3, de *unico Bap-*cap. 15, ex Chrysostomo lib. 3 de Sacerdotio, ex D Hieronymo ad illa verba Psalm. 28 : *Vox Domini intercidentis flammem ignis,* in quibus locis diserte affirmant, et docent formam absolutionis esse deprecationem. Nec minus perspicue loS. L(O. quitur Sanet. Leo Epist. 89, ad Theodorum, dum ait ; *Indulgentiam Dei non nisi*

S. Antres. *supplicationibus obtineri.* et D. Ambrosius lib. 3 de Spiritu Sancto cap. 19, inquit : *Sacerdotes in hoc ministerio non jus alicujus potestatis exercere*, idque probat subjungens : *Isti rogant, divinitas donat, humanum enim obsequium, sed munificentia supc-rnx est potestatis.* Quorum similia apud alios SS. PP. passim offendes, potestatem soli Deo, et obsecrationem ministro deferentes, et ex illis omnibus liquet veritas aîSumptæ Minoris; ex qua cum Majori, de qua non dubitatur, legitime sequitur illata conclusio contra veritatem assertam.

Arn- EKÜ 22. Ad hoc argumentum respondetur illius Majorem non adeo esse veram, ut non sit grano salis condienda, quando quidem SS. PP. sententiæ eatenus standum est, quatenus Ecclesiæ judicio cohærent; cum tamen ista altiori principio innitatur, videlicet directioni, instinctui, et assistentiæ Spiritus Sancti, in vi quorum est infallibilis ejus determinatio, quidquid sit de hac, vel illa sententia, aliquorum SS. PP. quæ non est, ut sonat, tenenda ; sed debet ad sanum, et catholicum sensum in Ecclesia receptum redigi, et benigne, quantum fas fuerit, explicari. In quo eminet pietas, et reverentia Angelici Præceptoris erga SS. PP. sententias eas semper ad communem Ecclesiæ sensum revocando. Unde ad omnimodam veritatem Majoris est necessarium, quod uniformiter omnes SS. PP. vel sanior, ac major illorum pars, rem ut de fide doceant, ac determinent. Secus vero est, quando unus, aut alius oppositum tenet ; tunc enim præstat Ecclesiæ judicium, quam hujus vel aliquorum sententia.

In sano ergo sensu admissa Majori neganda est iMinor, quam non evincunt induct® locutiones 8S. PP. ab Angelico Præceptore alto silentio prætermissæ, unica dumtaxat S. Leonis, quia clariori, et eundem sensum cum aliorum PP. verbis retinenti, allegata. Respondet ergo S Doc- D.Tiicm. tor in præs. sol. ad 2, quod *verbum Leonis est inlelligendum, quantum ad deprecationem, quæ praemittitur absolutioni, non autem removet, quin Sacerdotes absolvant.*

23. Hanc tamen explicationem difficilem judicat P. Suarez hic disp. 19, sect. 1, n. 13, et eam impugnat : quia Pontifex loquitur de verbis Sacerdotis, sine quibus peccata non remittuntur : sed sine orationibus præmissis absolutioni, utpote non necessariis dimittuntur peccata : ergo Pontifex non loquitur de illis, sed de forma necessaria, eamque appellat deprecationem. Pater Suarez D.Thom, impugnrt.

24. Sed profecto talis impugnatio procedit ex valde superficiali S. Doctoris lectione, quasi S. Doctor aciem direxerit ad sola verba præmissa absolutioni, et non ad absolutionem ipsam. Quod esse falsum vel ex inde constat ; quod alias non solvisset difficultatem, quæ non procedebat, nisi de ipsa absolutione, et hanc contendebat arguens esse deprecativam. Et respondet S. Doctor dici *deprecativam* a Leone, D.Thom. et Patribus, non quia vera deprecatio sit, aut modo deprecativo feratur, sed sumpta denominatione a verbis deprecativis antecedentibus, et ideo addidit immediate, *non autem removet, quin Sacerdotes absolvant.* Itaque sensus clarissimus est totum illud ministerium absolvendi Sacram entali ter sibi vindicare apud allegatos Patres denominationem *deprecationis* a ritu illo accidentali deprecativo : *Misereatur lui, el Dominus noster,* etc., qui communiter præmittitur absolutioni. Sic Corinth. 10, Eu- rin^0'10 charistia nuncupatur *Calix benedictionis,* quin in benedictione ejus forma consistat, et Pœnitentia olim *manuum impositio* dicebatur, et sub hac appellatione frequen-

Imbeci- liler tamen.

tissiine usurpabatur inter veteres, absque eo, quod ea externa ceremonia ad ejus essentiam pertineat. Non enim semel a notioribus alicujus rei, et ut in plurimum accidentibus imponuntur nomina, qua? significent ipsam rora, sicut lapis dicitur a lædendo pede, quin pedum kesionem eo nomine explicemus, et scrupulus ex primæva impositione non' nisi lapillum exprimit, cum tamen jam non nisi conscientiae remorsus indicet.

Dissol· ibjitaio. 25, Unde ad objectionem P. Suarez, concessa Majori, et etiam Minori, negatur Consequentia, quia Pontifex, et alii allegati.Doctores loquuntur de verbis antecedentibus ut impertientibus denominationem forma?, vel, si mavis, de ipsa forma ut accipiente ab illis denominationem, qua ratione totum Sacramentum absolute appellatur *deprecatio,* sicut etiam manuum QuJn- arswt Amtros. *impositio.* Nec contra hoc urget Ambrosii testimonium, quo solum intendit S. Doctor monstrare Spiritum Sanctum esse primariam, et potissimam nostra? justificationis causam, et ministrum non nisi potestate ab illo accepta absolvere, et remittere, ut evidenter constat ex eodemmet S. Doctore toto iib. de Pœnitentia, ubi contra Novatianos clavium potestatem in Ecclesiæ ministris ad remittendum, et absolvendum solidissime fundat, et promo-

D. Ao- SsDi vet. Quem etiam sensum tenuit D. Augustinus lib· ^0, homil. serm. 23, ubi invehitur contra aliquos sibi arrogantes illa verba : *Dimitto tibi peccata,* quasi ex propria et non ab alio accepta potestate id præstare possent. Et sibi obj ciens S. Doctor : *Si non dimittunt homines peccata, falsum est, quod ait Christus, quæ solveritis in terra, soluta erunt et in calo.* Respondet *non mentis hominum volebat intelligi dimitti peccata: nam quid est homo, nisi æger sanandus?* Et infra explicans causam principalem remissionis, et legitimum verborum sensum, attexuit : *Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ci, hoc est, Spiritus Domini dimittit, non vos.* El hoc modo inferioris absolutio potest dici deprecatio ; non quia deprecatio sit furmaliter; sed quia ab alterius voluntate superiori oritur, quia proprium est orationis ab aliena voluntate cxpeclare, quod flagitat. In quo

N. wai- sost. etiam sensu N. Waldensis tom. 2 de Sacram. cap. 146, n. 2, exposuit Chrysostomum tom. 5, dialog. 3 de Sacerdotio, ■*absolutionem* vocaps *Orationem Sacramenlalem,* quia nimirum importat et rationem Sacramenti, et deprecationes comitantes non excludit, quin ab illis denominationem *Orationis* mutuatur, licet in se ips.i oratio non sit.

26. Arguitur secundo ratione, qua expo· feta* sitio adhibita dirui videtur. Nam ad su-ori' '. bordinate, et ministerialiter absolvendum aptior est modus deprecandi, quam indicativus : sed Sacerdos tantummodo absolvit subordinate, et ministerialiter : ergo aptius, et congruentius utitur forma deprecandi, quam indicandi. Minor, et Consequentia constare videntur, et probatur Major. Tum quia indicative loquendo importatur authoritas, et excluditur subordinatio, ut de se constat : nam qui absolute et sine restrictione profert : *Ego te absolvo,* nec vel leviter mentionem facit alicujus Superioris, in cujus virtute impendat absolutionem. Tum etiam quia Sacerdoti non competit aliquod speciale jus in peccatorem, sed totum refunditur ad Deum, qui est ipsi peccato infensus, et consequenter nequit cedere juri proprio, sed juri ipsius Dei. cujus vicem gerit : ergo aptius peccatorem absolvet invocando, et deprecando remissionem a Deo, quam earn absolute proferendo, quasi absolutionis, et remissionis author.

27. Respondetur ad argumentum ne- init gando Majorem ut diametraliter oppositam institutioni hujus Sacramenti, et verbis Christi Domini illud instituentis : nam ut profunde animadvertit D. Thomas opusc. d.TU citato cap. 1, *non dicit* (Christus) *quæcumque petieritis esse solvenda, erunt soluta ; sed quæcumque solveritis, erunt soluta. Si ergo illa tantum dicuntur esse soluta, quæ habens claves, solverit : qui autem petit esse solvendum, non solvit, miror, qua temeritate aliquis asserat esse solutum, quem habens claves non significat solvere, sed solum rogat esse solvendum.* Ubi totam vim et efficaciam absolutionis in clavium potestatem ministro communitatam reduxit; potestas autem non bene explicatur deprecatione; quippe nemo precatur, aut postulat, ab alio fieri, quod ipse potest. Unde vel neganda est clavium potestas contra catholicam veritatem, vel absque ulla hæsilatione asserendum non aliter, quam indicative, et in sensu absoluto iri prolatam absolutionem.

Ad primam probationem in oppositum, Dissil- concedimus primam ifiius partem, videlicet t significari authoritatem ministri in absolu- ite. tione, quod tam longe distat esse a veritate alienum, ut absque illo nequeat ita subsistere

tere veritas, et institutio hujus Sacramenti. Negamus tamen secundam, quod excludatur subordinatio ad superiorem, cujus vices gerit absolvens : quia minister nun absolvit in jersona propria, sed in persona Christi juxta illud Apostoli. Corinth. 2 : *Ego quod donavi, si quid donavi proptervos in persona Christi.* Unde sicut baptizans, aut consecrans, non dicit : *Baptizet te Christus,* sed : *Ego te baptizo,* nec similiter : *Hoc sil corpus meum,* sed : *Hoc est corpus meum,* quamvis neutrum in propria persona exequatur, sed in persona Christi, cujus est principaliter baptizare, et consecrare, eodem prorsus modo theologizandum est de absolvente, quod debeat dicere : *Ego te absolvo,* et non : *Absolvat te Christus.* Et ratio est omnino eadem : quia licet instrumentum non agat nisi ut motum et elevatum a causa principali, cui essentialiter subordinatur, ut est constans Philosophia, vere tamen agit non tantum prævie per actionem propriam, sed simul cum principali agente, a quo movetur ad agen-

X.Com- 1.J dum, ut erudite ostendunt N. Complut. lib. 2 phys. disput. 12, quæst. 2. Atque ideo sicut eadem actione concurrunt ad eundem effectum causa principalis, et instrumentalis, quia neutra agit absque communicatione alterius, ut ex ibi dictis constat : ita eadem absolutione absolvunt Christus, et Sacerdos, ille principaliter, iste vero instrumentaliter. Quæ fuit doc-

D.Dio- trina D. Dionysii cap. 3 Angelic. Hie-

D.Thom. rarch. relata a D. Thoma opusc. sæpe citato cap. 1, his verbis : *Nihil igitur inconveniens, si purgare dicitur Theologum Seraphim : nam sicut Deus purgat omnes, eo quod est omnis purgationis causa : magis enim propinquo utar exemplo : quemadmodum, qui secundum nos est hierarcha, id est Episcopus, per ipsos Diaconos, aul Sacerdotes purgans, aul illuminans, ipse dicitur purgare, el illuminare. Palet igitur* (concludit D. Thomas) *per aulhorilalem Dionysii, quod licet Deus ut principalis author purget, el illuminet, minister tamen dicitur purgare, el illuminare, sinvlilcr et absolvere.*

h»*. 28. Nec inde inferendum est, ut aliquis forsan posset obtrudere, actionem illam vitalem verba proferendi instrumentaliter tantum'fieri a Sacerdote ; quod quidem ut omnino falsum, et actionum vitalitati adversum abjiciendum est, siquidem de ratione actus vitalis est quod proveniat a principio intrinseco principaliter se per illum movente, in quo unice differunt venlia a non viventibus : atque ideo implicat actionem vitalem, qualem esse absolutionem nemo ambigit, pure instrumentaliter fieri a Sacerdote. Quapropter nl nodus dissolvatur, distinguendum est in eademmet absolutione id, quod sibi competit vitalitatis per ordinem ad Sacerdotem eam proferentem, ct id quod illi advenit ex elevatione ad producendam gratiam, et cooperandum Deo ad remissionem culpæ. Ex his autem duobus primum competit Sacerdoti ut causæ principali; secundum vero attingit ut instrumentum divinae virtutis, quo pacto gerit personam Christi principaliter, et immediate absolventis.

29. Secundæ argumenti probationi occurrit Lugo in præsenti disp. 13, sect. 4, num. 103, concedendo, et bene, idem esse jus Dei, et Sacerdotis in absolutione. Ex quo non sequitur utendum est absolutione deprecativa, quia utendo verbo deprecative posset quidem petere a Deo absolutionem ipse Sacerdos, quin ipsemet absolvere vellet : quocirca ad hoc vitandum debet uti verbo indicativo, quo indicet suam voluntatem, non vero deprecative, quo dumtaxat eam exoptet.

Cardinalis Logo responsio.

30. Cæterura hæc responsio non placet, et ut illegitima repudiatur : siquidem quolibet modo absolutio proferatur, vel deprecando, vel indicando, queit Sacerdos pro-

Bospnilur 1.

priam voluntatem coarctare, et totum absolutionis pondus Deo ferre, quin ipse velit pcenitentem absolvere, sed quod absolvatur a Deo, in quo principaliter residet jus : ergo quod indicet Sacerdos, vel non indicet propriis verbis suam intentionem, non refert; nec infert, uno, potius, quam alio modo utendum. Rursus. Quoniam semel atque sacerdos accedit ad conficiendum hoc sacramentum, tenetur graviter ad intentionem illud rite, et recte faciendi ; de qua intentione nefas esset pœnitenti dubitare, nec cuilibet alteri : hac ergo intentione omnino veraciter præsupposita, quis non videt neutiquam claudicare certitudinem aut pœnitenlis, aut ipsius Sacramenti, sive proferatur indicative, sive deprecative absolutio? Et clarissime liquet in extrema unctione, in qua, quia forma deprecativa est, non explicatur, aut indicatur intentio Sacerdotis ; quin nec de Sacramento, nec de ejus fructu, quantum est ex parte Dei, et ministri, vel levis suspicio suboriri possit, quia formæ Sacramentorum, quocumque modo proferantur, non solum sunt verba significativa, sed activa, ut toties

Secundo iinpn- gratuf.

audivimus a D. Thoma, et aliis Patribus. Unde peccavit Lugo in reddendo non causam pro causa.

Vera Sûloiio sôondæ probanonis.

31. Relicta ergo ut insufficienti hac solutione, concedimus in sacerdote nullum esse jus contra poenilentem, ulpole qui directe, et immediate dumtaxat contra Deum deliquerit juxta illud Ps. 5Û : *Tibi soli peccavi, el malum coram te feci.* Cæterum illudmet jus Dei solius dimittitur a Deo, et ab ejus ministro medio hoc Sacramento, quo Deus ipse uti vo'uit ad extinguendum jus sibi proprium contra toccatorem. Ad eum sane modum, quo Pontifex, servata proportione, per se, et per suum legatum non semel immediate indulget, et pœnas relaxat. Et clarius elucet in Baptismo, quem praecedere necesse est peccatum originale, cum tamen homo vere abluat, et deleat tam ipsam maculam peccati, quam jus ex illo contractum, proferendo ea verba : *Ego te baptizo,* quin possit, aut debeat uti forma deprecativa, D.Thcm. qUæ solutio D. Thomæ opusc. citato cap. 2, ubi simili argumento occurrens inquit : *Quia vero dicit, quod Sacerdos non potesl habere super culpam potestatem, el hoc habere potest calumniam. Sciendum esi, quod si intelligal, quod Sacerdos sua authorilate super culpam potentiam non habet, verum dicil. Si autem intelligit, quod Sacramentum, quod sacerdos ul minister tradit, non se extendat ad remissionem culpx, falsum dicit. Sicut enim per Baptismum dimittitur omnis culpa actualis, d originalis : ita per Sacramentum Panülenliæ remillilur actualis culpa.*

Psal.50.

Tertium xneutum.

33. Arguitur tertio, et instatur in oppositum. Etenim sicut Christus contulit Apostolis potestatem absolvendi, ita et facultatem languores curandi, sanandi infirmos, et dæmones ejiciendi, ut constat Mare* ox Evangelic Marci ult. Matth. 10, et Mati.io. LuC. 9. Atqui ad curandos ægrolos non Lufi-o. utebantur Apostoli verbo indicativo, sed deprecative : *Sanet te. Dominus Jesus Chris-*Ador.9. Act. 9. Ergo ex potestate clavium, qua potiuntur Sacerdotes in foro Pœnitentiæ, non recte deducitur præferendam formam judicativam deprecaüvæ. Præmissæ sunt de fide, et Consequentia probatur ex illis : tum quia potestas sanandi infirmos vera poteslas est, et vere explicatur per sensum deprecativum, et consequenter etiam potestas clavium. Tum et maxime, quia si sensui deprecative : *Sanet te Dominus,* respondet in Apostolis vera potestas sanandi, ex eo quod non nomine proprio, sed nomine Christi infirmi sanabantur ; nulla est dispari talis ratio respectu potestatis clavium ; siquidem minister non absolvit nomine proprio, sed in persona Christi, ut constat : ergo æque salvaretur potestas clavium forma deprecativa, ac indicative ; et consequenter ex illa potestate non magis una, quam alia colligitur.

33. Confirmatur et explicatur æque ur- Cwlx genti, et manifesto exemplo extremæ unctionis, cujus affinitatem cum Pœnitentia commendans Tridentinum sess. 14, ante τ η η cap. 1, de *extrema unctione* ex Patrum ,ua· sententia docet esse consummativum Pœnitentiæ, et totius Christian» vit», sed in hoc Sacramento forma est deprecaliva, eaque apte significatur sanitas illa mediante oblinenda : ergo cum in Sacramento Pœnitentiæ, quod præcipue intenditur, sit gratia sanativa; non opus erit ejus formam esse indicativam, sed debet esse deprecativa, ut sicut Sacramenta sunt ex parte finis, sic etiam et in formis affinia sint.

Resi* 5» Earim· tiS'iii

34. Ad hoc argumentum respondet Lugo concedendo præmissas, et negando Consequentiam. Ratio disparitatis collocatur in eo, quod in Pœnitentia datur potestas curandi animam, non utcumque sed per modum judicii. Judex autem ut judex non liberat reum, nisi per sententiam, quæ non profertur verbis deprecatoriis.

initi- citm.

35. Porro solutionis hujus insufficientiam ostendunt ipsæ præmissæ argumenti, quibus nititur Consequentia. Ex quarum Majori constat potestatem sanandi ægros esse veram potestatem, et non similitudinariam, et hoc in solutione non diruitur, quin imo admittitur. Ex Minori vero liquet actum proprium hujus potestatis verbis deprecatoriis exerceri, ut probat textus Actuum Apostolorum; quod nequit non concedi. Unde legitime videtur deduci potestatem clavium, quamtumvis sit vera poteslas absolvendi, exerceri posse per verba deprecativa. Et urgetur hoc : nam potestas curandi infirmos quamvis vera potestas sit exercetur aliquando verbis deprecativis, ut constat ex textu allegato aliquando vero imperativis, ut est manifestum ex illo Actor. 3, *in nomine Jesu* AtLS. *Christi Nazareni surge, el ambula :* ergo etiam potestas absolvendi poterit congruenter explicari altero duorum actuum, modo indicando, et interdum deprecando, quin sit determinatus Sacerdos ex vi Sacramenti ad modum indicativum. Et hujus Consequenti®

quoniiio diepnritatem non recte assignavit Lugo. Turn quia Sacerdos non solum procedit ut judex in absolvendo, sed etiam ut modicus sanando, et curando, quocirca Pœnitentia osse debet medicinalis, et j reservativa. Tum etiam, quia semel concessa potestate absolvendi, verba absolventis, qutecumque illa sint, non operantur nisi in virtute Christi, et patet in exemplo confirmationis argumenti, in quo nequit negati formam esse deprecativam, cum tamen effectus extremæ unctionis ex parte Sacramenti sit infallibilis. Tum etiam : nam quod Sacerdos absolvat ut judex, solum probat quod debeat sacerdos judicium fprre de idoneitate recipientis, et quod faciat discretionem inter lepram, et lepram, quod erat proprium sacerdotum legalium, qui etiam erant judices. Non tamen ex vi hujus probat absolutionem semper iri impensam indicative; siquidem sicut in aliis hoc judicium differta judicio humano, ita et posset in hoc differre. Et hujus non redditur ratio in solutione. Tum denique : quia verba deprecativa, procedentia ex potestate clavium ita essent deprecativa, ut simul essent ex intentione Christi, et Sacerdotis judicialia, et indicativa, quandoquidem et significarent, et indicarent eandem remissionem, et sententiam, quodammodo. Non ergo recte proceditur assignando eam disparitatem inter potestatem clavium, et potestatem sanandi infirmos, cum semper maneat ratio inquirendi, et arguendi ab una in aliam. Unde licet verum sit, quod interveniat in hoc sacramento ratio sacramentalis judicii, ut docet Tridentinum ; non tamen ex hac ratione recte sumitur disparitas ad ho: ut semper utendum sit illis verbis : *Ergo te absolvo,* secus vero in potestate sanandi non ligata ad verba deprecativa, vel imperativa, vel alia.

36. Veram itaque solutionem nos docuit D· Thomas in praesenti solut. ad 4, his verbis : *Dicendum, quod Apostolis non est data potestas, ul ipsi sanarent infirmos, sed ul ad eorum orationem infirmi sanarentur : est autem eis collala potestas operandi instrumentante}', sive minis lerialiler in Sacramentis.* Unde Major argumenti est distinguenda, et si sensus illius fuerit eodem modo illis fuisse collatam potestatem, neganda est : quia potestas sanativa Apostolis concessa, solum fuit poteslas impetrandi sanitatem, vel media oratione, vel contactu, vel aliis signis, non tamen semper el in fal libi liter adhuc ex parte orationis, et impetrationis, sed quando congruebat ad utilitatem spiritualem vel infirmi, vel aliorum. Ad qued quidem excitabantur, et movebantur specialiter ab Spiritu sancto. Unde nec ex parte actus primi fuit illis concessa virtus permanens, qua forent destinati ad medelam omnium infirmitatum, sed prout oportebat, et quando expediebat, ad eam a Deo obtinendam movebantur. Quamobrem non nomine proprie, sed ipsius Christi conferebant, ut constat ex illo Petri act. 3 : *Quod autem habeo, hoc libi do : In nomine Christi Nazareni surge, el ambula.* Act. ·%

Si vero in Majori non intendatur omnimoda paritas, et similitudo, sed retineatur disparitas tradita, concedenda est, et cum ea Minor ; negatur tamen Consequentia, quæ non recte infertur sub præmissa distinctione. Et ad primam ejus probationem dicimus in Apostolis non fuisse potestatem ad impertiendam sanitatem, sed ad eam, sicut oportebat, impetrandam. At vero in eisdem Apostolis, et eorum successoribus fuit potestas remittendi peccata, et non tantum impetrandi; quæ sunt satis divers® : nam prima solum fundatur in promissione Dei, et motione transeunti; secunda vero in promissione, et destinatione permanenti medio caractère Sacerdotali, ad semper, et infallibiliter Sacramentaliter concurrendum. Et in vi hujus Sacerdos semper debet uti verbo indicativo, quo certo, et infallibiliter significetur effectus Sacramenti, quantum est ex parte ipsius. Ad curationem vero non erant destinata verba aliqua sed interdum istis, interdum aliis, prout a Deo dirigebantur transeunter, uti poterant. Hinc satis constat ad secundam probationem : quia licet tam sanans, quam absolvens in nomine Christi et medeatur, et absolvat; aliter tamen, aliaque permanenti designatione unus, quam alter.

37. Nec refert si objicias cum P. Suarez (cui displicuit D. Thomæ disparitas) disp. 19, sect. 1, n. 12, tum Christum Apostolis concessisse potestatem efficaciter operandi miracula, licet eis non fuerit præscriptus determinatus modus illa efficiendi. Tum modum deprecativum non excludere modum efficaciter operandi, ut constat in Extrema unctione. Tum denique ad hominem contra D. Thomam docentem interdum Apostolos usurpasse modum indicativum. Replicat Suarvz.

Ri-jiri-iur.

38. Non inquam refert ista objectio, cujus debilitatem ipsummet Suarez agnovisse conjectamur, quandoquidem ea non tanti habita § *Addo,* a'iam, quæ e-t D. Thomæ, subjunxit. Et quidem secundum, et tertium motivum omnino sunt extra rem : quandoquidem nullibi docuit S. Doctor modum deprecativum exclude:e modum efficaciter, et infallibiliter operandi, ut evidenter constat in Sacramento Extremæ unctionis. Sed tantummodo asseruit (et asseruimus cum ipso) hunc modum deprecativum solum convenire Extremæ unctioni, non tamen Pœnitentiæ, quod verum est ed lonse diversum. Nec similiter usquam negavit Apostolis ad sanandas ægritudines, vel patranda miracula diversos modos vel precandi, vel impetrandi, vel indicandi ; quin aliquis fuerit eis determinate præscriptus, sed tamen constanter tenuit in Pœnitentia semper indicativum absolvendi modum esse necessarium. ut constat ex dictis : unde nullius roboris est argumentum ad hominem. Primum vero motivum de potes:ate efficaciter operandi Apostolorum quoad miracula, etiam fallit, ut evidentius verba

D.Tbotn.

d. Thomæ monstrabunt. Ait itaque S. Doctor opusc. 22, cap. 2, eidem occurrens argumento : *Non advertit autem, qui hoc objicit, quod potestas sanandi infirmitates erat gratia specialiter homini data, non ad sanandum, sed ad sanitatem impetrandam, Potestas autem clavium non computatur inter gratias gratis datas, sed virtus Sacramentalis qux principaliter residet in Christo, instrumentaliler autem, seu ministerialiler in Sacerdotibus claves habentibus. Unde verbum dicentis sanet te Dominus, non sanabat, sed sanationem impetrabat. Yerba autem Sacramentalia e/ficiunt quod figurant.* Quo nec quoad rem ipsam, nec quoad mentem D. Thomæ nihil clarius.

Diluitur eonQr-matiOj ^uettn"

39. Ad confirmationem principalis argumenti desumptam a paritate Extremæ uncl'on's» respondetur alia, et nrgentiori sane paritate omnium aliorum Sacramentorum, in quibus nulla forma est deprecative. Si ergo paritas servari debeat, potius militat pro forma indicative in Pœnitentia, quam pro deprecative, ut haud obscure perspicitur, argumentum in arguentem retorquendo. Quoniam experientia constat aliorum omnium Sacramentorum formas consistere in verbis modo indicativo, aut imperativo, ut in Sacramento Ordinis prolatis : ergo si tenet paritas unius Sacramenti ad aliud, γ(!| in omnibus deprecative proferende» sunt formæ, quod nequit admitti : vel fateri necosse est in hoc etiam Sacramento sub modo indicativo, sicut in cætoris osso exprimendam; siquidem urgen lior est paritas plurium ad unum, quam unius ad alterum, nisi intercedat aliqua specialis ratio oppo.-itum suadens. Hanc voro non intervenire respectu Pœnilentiæ, bene autem respectu Extremæ unctionis luculenter explicuit D. Thomas ubi supr. cap. I.d.t ii per hæc verba : /n *Sacramento Pœnilenlix verba Scriplurœ, quæ maxime sunt sectanda, non faciunt mentionem de aliqua deprecatione, sed magis verbo indicativo utitur. Non enim dicit ; Quxcumque petieritis esse solvenda, erunt soluta, sed quxcumque solveris erunt soluta. Si ergo illa lanium dicuntur esse soluta, quæ habens elaves solverit ; qui autem petit aliquid esse solvendum, non solvit ; miror qua temeritate aliquis asserat esse solutum, quem habens claves non significat se solvere, sed solum rogat esse solvendum. Non autem similis ratio est utendi deprecaliva oratione in hoc Sacramento, sicut in Sacramento Extremx unctionis : quia nihil hic corporaliter spectatur futurum, quod slalim non fiat, ut in Extrema unctione.* Quid autem sit illud, quod expectalur futurum in Extrema unctione, et non statim. nec semper fiat ? inexplicatum non reliquit S. Doctor, sed jam præmiserat esse sanitatem corporalem.

40. Cæterum in hoc offendit Vasquez in$w in præsenti dub. 3, n. G, ubi ut difficilem "'i6l rejicit hanc doctrinam. Primo, quia effectus ille sanationis, qui expectatur futurus, ut est effectus Sacramenti, sequitur ex opere operato ex vi Sacramenti, et non ut ex gratia miraculum : ergo tam infallibiliter sequitur ex vi Sacramenti, quam ipsa gratia. Secundo : nam effectus proprius formæ Sacramentalis per se significatur per ipsam formam, et consequenter, quantum est ex vi Sacramenti, infallibiliter ponitur ad positionem formæ. Tertio : nam ad causalitatem instrumenti physici impertinens omnino est, quod forma proferatur indicative," vel deprecative; cum quolibet ex his modis possit Deus elevare ad physice, instrumentaliler inducendam gratiamÎ Eisdem omnino motivis quin aliquid novi addat utitur Lugo disp. 13, sect. 4, num. 93 et 94, ut deserat tamquam falsam disparitalem traditam a D. Thoma.

Saffh-M ar Le;o.

hXf* ffx- ^•'h î «isiru- u'Bf·

^'torque P',nen procedit ex non satis penetrata mento 8. Docloris, ut constabit lærspicue, si eam parumper in Iticemeruamus duplici observatione ex alibi ah ipso traditis una et altera desumpta. Est ergo animadvertendum primo hoc intéresse discriminis inter Poenitentiam, et Extremam unctionem, quod illa solum inducit sanitatem, ut ita dicamus absolutam, et quoad substantiam media gratia, qua expelluntur peccata, relinquendo in homine torporem, imbecillitatem, et aliquos alios defectus, quibus homo adhuc justificatus spiritualiter infirmatur, et ad terrena semper deprimitur juxta illud, *Corpus quod corrumpitur aggravat animam*. At vero Extrema unctio, cum sit ultimum remedium, quo ecclesia filios munit, ac disponit ad introitum gloriæ, cx vi sum institutionis importat perfectam sanitatem, ad quam per se loquendo non pertingit Pœnitentia. Unde abjicit, et evellit prædictos defectus 'adji-
* ciendo robur, alacritatem, et promptitudijrem ad sustinendos labores, et obsistendum dæmonum tentationibus, qu;e in illo articulo calidissimae, et vehemcntissimæ esse solent. Atque ideo proprius hujus Sacramenti finis, cum sit Sacramentum vivorum, non est tollere absolute peccata, quæ per se loquendo ablata, et remissa media Pœnitentia supponit, sed tantum-
»^•5· modo reliquias peccati. Quocirca Jacobi 5 : *Condilionaliler asseritur : si in peccatis fuerit, dimittentur ei, quoad culpam,* ut
B.ltcir.glossat D. Thomas infra q. 30 supplem. art. 1, *non semper enim delet peccatum: quia non semper invenit ; sed semper remittil quoad debilitatem prædiclam, quam quidtm peccati reliquias dicunt.* Et in hoc sensu appellat Tridenlinum hocSacramentom, *Panilenlix consummalivum,* ut tangebatur in Confirmatione, cui occurrimus.

42. Hinc (observa secundo) quasi ex consequenti se porrigit ad inducendam sanitatem corporalem. Etenim sicut Baptismus ita vere corporaliter ablu t, ut simul significet, et efficiat munditiam animæ spiritualem media gratia regenerante, ita extrema unctio habet (verba suntD. Thomæ) effectum corporalem medicationis, scilicet corporalem sanationem. Cum ea tamen differentia, quod in Baptismo semper fit corporalis ablutio ex raturali [roprietate aqoæ; secus vero corporalis sanitas in Extrema unctione. Et ratio est, quia hæc corporalis sanitas, cum sit effectus Sacramenti, ut Sacramentum est, non provenit ex naturali proprietate olei, seu materiæ; sed cx virtute divina, quæ rationabiliter operatur. Sed ratio operans non semper inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principalem ; atque ideo ex hoc Sacramento non semper sequitur corporalis sanitas, sed solum quando expedit ad spiritualem sanitatem animae, et tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

Ex quo manifeste deducitur elfectum illatio, piimarium extremæ unctionis semper, et infallibiliter poni ad positionem illius et in hoc convenit cum aliis Sacramentis in eo, quod nihil expectetur futurum. Alius vero effectus sanitatis corporalis, qui est minus principalis, et quad secundarius, licet per se intentus, non semper inducitur, ut etiam experimento liquet, sed solum quando expedit ad ipsius animæ salutem; et in hoc stat differentia ab aliis Sacramentis.

43, Hinc mens D. Thomæ manet elucidata, et motiva illorum Doctorum penitus diruta. Nam primum quod assumit Vasquez, ruinosum est, utpote quod non distinguit, sed absolute affirmat sanitatem ex opere operato semper sequi ex vi Sacramenti. Hoc enim esse falsum testatur experientia, et convincit ratio : quia licet corporalis sanitas, quoties expedierit, ex opere operato sequatur ad præsentiam Sacramenti ; quia tamen multoties non expedit, non semper sequitur : atque ideo remanet locus ad hoc ut Sacramento aliquid expectetur ut futurum, quod non statim fiat, ut optime docuit Angelicus Præceptor. Ostenditar mens D. Thomæ 1.

Dehiscunt etiam vires secundo : quoniam Sacramentum ex vi Sacramenti non infert infallibiliter sanitatem corporalem, nisi quatenus congruit sanitati spirituali. Cum autem ad istam sæpe nec congruat, nec conducat, fit inde non semper poni ad positionem formæ, et Sactamenti. Atque ideo merito asseruit D. Thomas in hoc Sacramento, non vero in aliis expectari in futurum aliquid corporale ex ipso Sacramento proveniens, sed non statim. Secuudo.

Præterquam quod, esto semper aliquod commodum sanitatis corporalis ægroto adveniret ex ipso Sacramento, id quidem non in ipsomet instanti prolationis formæ, in quo inducitur effectus spiritualis, contingeret, sed paulatim, ac interposita temporis morula juxta Dei voluntatem. Quapropter verum esset non statim cum ipso Additur

Sacramento fieri, ut asserit S. Doctor; quod tamen non reperiiur in aliis Sacramentis. ut liquet. Undo vel ex hoc etiam capite claudicat illud molivum Vasjuez, et ejus incfficacia monstratur.

Eadem wi'âs magis osteadi· tor.

44. Vehementius adhuc impingit in tertio, quo obtendit S. Doctorem refugisse ad causalitaiem physicam, ut salvaret formam deprecativam in uno horum Sacramentorum, et indicativum in alio : hoc enim est merum commentum, et tenebras super lucem offundere, ut evidenter constat ex sequenti reflexione, qua monstratur non potuisse S. Doctorem absque summa, et patentissima inconsequentia ita procedere. Quandoquidem omnia Sacramenta novæ legis esse instrumenta physica, et physice concurrere ad producendam gratiam, tam constans, et perspicua doctrina est S. Ductoris, ut da ea nullus verus discipulus hactenus dubitaverit, ut constat ex dictis superiori volumine tract, de Sacramentis in genere disp. 4, dub. 4, ubi clarissima ejus testimonia produximus, et expen iimus. Nec est minus certum, utpote fide certum extremam unctionem esse Sacramentum novæ legis, et consequenter juxta propriam sententiam instrumentaliter physice concurrere ad productionem gratiæ. Aliunde vero docet et catholice propugnat hujus Sacramenti formam non posse non esse deprecativam, Pœnitentiæ vero indicativam. Qua ergo consequentia potuisset S. Doctor confugere ad causalitatem physicam uni, et alteri Sacramento communem, ut inde statueret formam deprecativam in uno, et relegaret ab alio? floc enim creditu impossibile est.

Radix resolutionis detegitur

45. Ex altiori itaque raiice processit D. Thomas, ut præintentæ diversitatis rationem assignaret, et duplex fundamentum jecit, alterum a priori, alium vero et nobis notius a posteriori per modum congruentis, ut solet Geri in his et aliis materiis a sola Dei voluntate pendentibus, in quibus non quid possit fieri, sed convenientia facti explicatur. Primum itaque fundamentum ad sequentem formam redigimus : nam ex formis Sacramentorum aliquas promulgavit se ipso Christus Dominus, aliquas vero non, sed promulgandas reliquit Apostolis, ex quorum traditione accepit Ecclesia, et observanda tradidit : sed ex traditione tam Apostolica, quam ecclesiastica constat formam Pœnitentiæ prolatam iri modo indicativo, et formam Extremæ unctionis verbis deprecativis : ergo ita firmiter, et catholico tenendum est. Consequentia liquet. Majorem quoad primam ejus partem probat, et explicat S. Doctor infra, qu. 29, supplero, π.η* ari. 3, illis verbis : *El ideo alii dicunt, quod omnia Sacramenta Christus instituit per se ipsum. Sed quædam per se ipsum promulgavit, quæ sunt majoris difficillimis ad credendum; quædam autem Apostolis promulganda reservavit, sicut Extremum unctionem, et Confirmationem.* Quoad secundum vero art. 7 ejusdem quæst. ad I, dicens, *quod Sacra Scriptura omnibus communiter præponilur : et ideo forma Baptismi, qui ab omnibus dari potest, debet in Sacra Scriptura exprimi, ct similiter forma Eucharisli.r, quæ exprimit Sacramenti illius fidem, quæ est de necessitate salutis. Sed formæ aliorum Sacramentorum non inveniuntur* in *Scriptura tradilæ. sed Ecclesia ex traditione Apostolorum habet, qui a Domino acceperunt, ut dicit Apostolus* 1 *Co-* A?» *rinlh.* 11 : *Ego accepi a Domino, quod* et i:s' *tradidi vobis.* Minorem vero quoad Extremam unctionem probat ex eo, quod *Jacobus* (a quo specialiter promulgatum fuit hoc Sacramentum) *totam vim hujus Sacramenti videtur constituere in oratione,* atque ideo ita accepit Ecclesia formam verbis deprecatoriis proferendo. Quoad Pceniten- liam vero jam in præsenti probaverat ex eo *quod Christus non dixerit, quæcumque petieritis solvenda, solventur, sed quæcumque solveritis, solventur.* Et verba Scripturae, si alias semper, potiori jure in re gravissima tenenda sunt. Ex quibus perspicue, et a priori ostenditur differentia inter formas horum Sacramentorum.

o

ût ГКі.

01

46. Qua supposita frequentius confugit S. Doctor ad rationem congruentke, ut magis notam, et nobis manifestam, et est hujusmodi : quia cum nostra Sacramenta ita significent, quoi simul efficiant, eorum verba debent esse talia, talique modo proferri, quod explicent effectum principalem per analogiam ad effectum sensibilem, quem nata sunt inducere. Quæ propositio omnino vera est, absolute ct in lependenter a modo causandi, sicut verum est discrimen inter Sacramentum novæ, et veteris ieris ab Scriptura, Conciliis, et Patribus constitutum, et uberius tract, de Sacramentis in genere a nobis explicatum. Sed effectus sensibilis Extremæ unctionis, ad cujus analogiam confertur spiritualis, est sanitas corporalis, quæ non slatim confertur, sed expectatur futura, et dependens a Dei

Dei voluntate, ut eam conferat, si expedierit : ergo ejue forma convenientissime explicatur verbis deprecativis. *Nam sanalio corporalis non slalim sequitur ex unctione, scdpelilur præslanda a Domino. Unde el interior sanalio, quæ per cam significatur, sub deprecatione a Deo poscitur.* Hoc autem non tenet in alio ex septem Sacramenti*, atque ideo specialior ratio militat in hoc Sacramento præ aliis ad utendum forma deprecativa.

I.iiiis :in. si*M' jiiH . I*esa" taiiis ';wl(

tfec jqco negamus S. Doctorem approbasse causalitatem physicam Sacramentorum, ut aliquis posset calumniari. Sed quoi asserimus est ad hanc differentiam statuendam non esse necessariam, nec consequenter ex uno aliud deduci, licet unum et alterum sit simul verum, ex diversis tamen capitibus.

I 3Λ153. Arcv diss.

Ultimo arguitur ex praxi Ecclesiæ Græcorum, apud quos (ut refert Arcadius in concordia Occidentalis, et Orientalis Ecclesiæ lib. de Pœnit. cap. 5) est in usu absolvere sub his verbis : *Domine Jesu Christe, qui dedisti mihi potestatem, absolve hunc a peccatis suis,* vel dicendo : *Dominus noder Jésus Christus, qui dedit Apostolis suis potestatem, quæ per illos transii ad nos, absolvat te, sive condonet libi peccata (uu.* Sed in ecclesia Graeca est verum Sacramentum Pœnitentiæ, veraque Sacramenti forma : ergo hæc non necessario explicanda, el proferenda est per verbum indicativum : *Ego te absolvo,* sed quam optime potest impendi verbis deprecativis Deo absolutionem deferendo.

48. Ad hoc argumentum respondet Lago ubi supra n. et ex illo Prado dub. 5, n. 6, eum usum non esse universalem, etiam apud Græcos, siquidem eorum graviores, et peritiores ea verba relata non habent pro forma, sed ista : *Ego habeo te absolutum,* quæ idem sonant ac apud nos : Jf°- *Ego te absolvo.* Ut probat idem Arcudius lib. 4, cap. 3. Alii vero dissentientes invalide absolvunt, eo quod illa verba sint pure deprecativa, et cum schismatici sint, hoc, inter alios plures, errore laborant.

I I ' C,lP- ia'

Sed quidquid sit de hoc, et fides sit apud Auctores, nostra non referre existimamus instantiam Græcorum cum habeamus ex *abolendam, de hæreticis* Ecclesiam non posse errare circa materiam, ct formam Sacramentorum, et ex Concilio Tridentino sess. 7, can. I3, receptos et approbatos ecclesiæ catholicae ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios absque anathemate mutari non posse. Constat autem de usu, et approbatione ecclesiæ in administratione Pœnitentiæ per illa verba : *Ego te absolvo.* Quid ergo quoad hoc refert, quod Græci ea forma non utantur? Profecto nostro judicio nullatenus Sacramentum conficiunt, quoniam Ecclesia Humana sicut est caput, ita etiam el regula ornnium aliarum Ecclesiarum, cui conformari debent. Quocirca licet in aliquibus Ecclesiis, ut Mediolanensi, et Veneta, invaluerit aliquando usus ministrandi extremam unctionem sub illis verbis indicativis : *Ungo te oleo sancto,* etc., ut testatur Labat de Sacramento extremæ unctionis, disp. 4, dub. I, tamen post promulgata Concilia Florentinum, et Tridentinum exolevit, et penitus fuit abolitus. Quod argumento est pessum ire quemlibet usum, et nihili fa.-iendum, qui non cohæreat Romanae, seu Latinæ ecclesiæ.

Eccle- sia Mediolanensis. et Veneta quid oiitn tenuerint. Labat.

Huc accedit determinatio Clementis VIII in Bulla a se expedita pro Græcorum reformatione die 31 Augusti anno 1591, ubi eam formam illis interdixit præcipiens *quod utantur forma absolutionis in generali Concilio Florentino præscripla, et postea si voluerint, dicant orationem illam deprecativam, quam pro forma hujusmodi absolutionis dicere tantum consueverunt.* Quo tam expresso decreto nullus relinquitur locus nec Græcis, nec aliis ecclesiæ filiis alia forma utendi. Et merito quidem tam severe id præceptum est, et oppositum prohibitum; nam ut jam pridem Angelicus Doctor observaverat. aliud est deprecari quem, ut absolvat, aliud vero absolvere, sicut aliud est postulare veniam pro reo, aliud indulgere ipsi. Christus autem non dixit, si *deprecati fueritis, absolvam, sed quæ solveritis erunt soluta, et quæ ligaveritis ligata.* Unde si non absolute proferantur hæc verba, ut fit in ecclesia Latina, nuilum conficitur Sacramentum.

clemens VHL

D.Thom.

49. Hinc decisa manet alia difficultas seorsirn ab aliis examinata, quin severiori indagini eam exponamus : An videlicet sit licitum, aut saltem validum uti aliis verbis vel imperativis, vel additione, aut diminutione, aliove modo variatis, quam quæ in ecclesia communi usu probantur? In quo salis dissident Theologi morales, et ex scholasticis affirmant Scotus, Vasquez, Lugo, et alii, quos refert Martinez de

Alia d'^lsul' decisa,

Prado dub. 5, § 1, ubi etiam allegat oppositum asserentes.

50. Ab hac tamen difficultate breviter nos expediemus, ducti eo sæpius repetito PTh · j D. Tnom:e principio ex opusc. 22, cap. 2, quod in Sacramentis verba habent efficaciam ex institutione divina : unde tenenda sunt verba determinata consonantia divin.e institutioni. Qaud quidem principium verissimum, et solidissimum, si præ oculis haberetur; non tinta esset opinandi libertas, nec tot jurgia in dies pullularent ex opinionum novitate, queis expungendis nec labor, no: vita sufficere videntur, ut damno proprio, et do:trinæ detrimento non absque molestia experimur. Sed quidquid sit de hoc, cujus remedium desperamus. si vera sunt, quæ diximus, facilis est decisio.

paid de linto. 51. Nam quod attinet ad licitum, constat pars negativa : nemini enim licet in administrat:one Sacramentorum non usurpare formam in Ecc esia, et ab Ecclesia præscriptam, aut ab ea recedere in re omnium judicio gravissima, qualem esse hanc nemo nisi rationis impos ibit inficias. Nec similiter esc licitum se exponere periculo, eiqueuraenti, et proximo frustrandi, et irritum reddendi Sacrameotum illud ministrando sub forma indebita, etmaxime dubia absque legitima causa; quam hic nunquam, aut fere nunquam intervenire facile suadet ipsa verborum facilitas : *Ego ta absolvo,* in omni contingentia satis obvia, et cuihbet legitimo ministro æque nota. Unde gravissime delinqueret et contra reverentiam debitam Sacramento, et contra justitiam, et cnaritatem in proximum ipsi non conferendo absolutionem certam, ad quam habet jus Sacramento se subjiciens absolvendus. Et quia Sancta sancte tractanda sunt, non omnino immune® a culpa censeremus, si retenta eadem verborum forma, communi dialecto, quis absolveret, hispano, aut alio idiomate non latino, loquendo: quippe adversaretur consuetudini totius Ecc'csiæ Latinæ, in qua uon nisi latine proferri consueverunt Sacramentorum formæ. Et nisi materiæ parvitas, inadvertentia, aut alia justior causa, quæ non illico apparet, intercederet, ita absolvens grave peccatum committeret; siquidem in re. adeo gravi, et continuo observata ab eccle.-iæ norma recederet.

Quid rifca va- Jorcni· 52. Major est difficultas circa valorem : quia multa i.licita sunt, quæ tamen facta tenent, et sæpe contingit adhuc in Sacramentis illicite, valido tamen fieri, ul palet inductione Baptismi, el aliorum. Simulo tamen prædicto principio asserimus nec etiam valere formam, si consuetis verbis, vol aliis formaliter æquivalentibus non proferatur. Quæ resolutio est I). Thomæ, D.Tî* et omnium discipulorum, quos plena manu congerit Martinez de Prado ubi supra. El Prj<·. ratio est: Tum quia ut nos docet S. Doctor. verba Sacramentorum non habont ofiiciciam, nec sunt Saeramentalia nisi ex institutione divina : sed institutio divina est determinata in se, et præseripsit verba determinata in Sacramentis pro illorum forma : orgo ut habeant efficaciam, et Sacramentalia sint, debent formaliter significare, quod eis competit ex institutione divina. Hoc autem non fit, nisi quando usurpantur consueta verba, vel illis formaliter æquivalentia : ergo si ita non fiat, non validum conficitur Sacramentum. Tum etiam (et explicatur amplius), quia nuilum Sacramentum est validum, quod non ministratur sub ipsius propria forma ab ecclesia præstituta : sed forma ab Ecclesia pnestituta in hoc Sacramento sunt illa verba : *Ego le absolvo,* etc.; ergo nisi sub hac forma vel alia æquivalenti, quæ sit formaliter eadem, ministretur, nullum vere conficietur Sacramentum.

Eo vel maxime. Nam Ecclesia, et Gon-C«h cilia dum assignant pro quolibet Sacramento debitam formam, ita id præstant, ut assignando unam, virtualiler excludant, et rejiciant quamlibet aliam, ut constat in Baptismo, Eucharistia, et aliis; alioqui enim nihil firmum esset in Ecclesia circa formas Sacramentorum, quod est absurdum nullatenus devorandum.

53. Diximus *vel aliis formaliler æquiva-* Apers *lenlibus.* Quoniam in verbis non tam at- KâS5, tendi debet ad regulas, ut ita dicamus grammaticales, seu ad materialem sonum vocum, quam ad id quod formaliler significant. aut per ea communiter significari intenditur ; nam quod verba sint ista, vel illa, dummodo idem formaliter sit eorum significatum, est prorsus materiale, et de materiali se habens. Ergo in Sacramentorum formis dummodo servetur eadem formalis significatio, quamvis grammaticaliter, et quoad materialem sonum verborum diversa appareant, non idcirco fiet irritum, aut invalidum Sacramentum. Quocirca consultissime in Florentino decretum est ad- Fiw* versum Baptismum suTicere verbum, per quod exprimatur Sacramentalis actio, exercita

cila his verbid : *Non lamcn negamus, (juin fl per ilia verba : Baplizelur talis servus Christi in nomine Patris, cl Filii, cl Spiritus Sancti, vel baptizatur manibus meis talis in nomine Pairis, d Filii, el Spiritus Sancti, verum perficiatur Baptisma : quoniam cum principalis causa, ex quo Baptismus virtutem habet, sil Sancta Trinitas, inslrumcntalilcr autem sil minister, qui tradit exterius Sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministerium cum Sanclx Trinitatis invocatione pçr/icilur Sacramentum.* Ut Sinaa lior, refertur ox actis hujus Concilii in Summa Conciliorum verbo *Florentinum.* Fuit autem congregatum anno 1431 ab Eugenio IV pro unione ecclesiae Orientalis cum Latina. Et hinc sumitur certissima regula pro aliis Sacramentis, nec quamlibet materialem variationem vocum obesse Sacramenti veritati, nec quibuslibet indiflerentilios posse perfici. Sed debent esse talia, quod retineant ipsum formale significatum, ut constat ex ipso exemplo Concilii, ubi ly *Baptizetur,* et *Baptizatur* in significatione passiva prolata, eundem formalem sensum conservant, ac *Baptizo.* Similiter in præsenti proferendo : Absolvaris, Absolvatur a me, verum evadet Sacramentum. Et eadem ratio est de similibus locutionibus, quæ verba non extrahant a modo indicativo formaliter. Si vero ad alium modum optativum, aut deprecativum, vel diversum formaliter sensum detorqueantur ; abs dubio nullum erit Sacramentum. Porro explicare in particulari, quæ verba æquivaleant formaliter, quæ vero non ; res est nimis prolixa, et non ad modum doctrinalis, cum versetur circa singularia, quorum non est scientia, atque ideo ab ea supersedendum in præsenti. Animadvertimus tamen ad discernendum quæ verba sint æquivalcntia, quæ vero non? minime standum esse hujus vel illius intentioni privatæ, a qua res non hd'bent significare ; sed communi acceptioni vocum ; et juxta hanc regulandum est, an eundem, vel diversum sensum contineant. Et quia in his locutionibus *absolvat te Deus,* vel *absolvaris a Deo,* non fit sensus indicativus, sed vel optativus, vel deprecalivus, el tota absolutionis ratio refundi videtur in Deum, idcirco nullatenus sub illis verbis validum conficietur Sacramentum.

DUBIUM II.

Quem sensum reddant, et quem effeclum habeant verba absolutionis.

Duo sub eodem dubio dicenda, et explicanda aggredimur, satis inter se connexa. Cum enim coeant in Sacramentis novæ legis significatio, et efficientia, vi cujus significando efficiunt, et efficiendo significant, licet ratio significandi alia sit ab elevatione, quæ est ratio ipsis agendi, ut constat ex dictis tract, de Sacramentis in genere disp. 1, ubi ea munera sejunximus, et explicuimus. Propterea ad exponendum verum formæ sensum oportet etiam effectus illius notitiam habere. Quod quidem in hoc Sacramento specialem ingerit difficultatem præ aliis, ut diversa Theologorum placita infra referenda, testantur. Sed ne in casum abeat tota disputatio, aliqua prælibanda sunt adeo necessaria, ut absque illorum suppositione, nullatenus præsens controversia subsistat.

Præmiltunlur aliqua omnino necessaria ad decisionem.

54. Primo itaque supponendum est dari in Ecclesia veram peccatorum remissionem; idquc constat ex dictis disp. 1, hujus tract, ubi contra Novatianos, et ahos hæreticos nostri temporis ostendimus, et disp. 2, dub. 1, § 4, ubi retulimus sententiam, vel, ut verius dicamus, errores Petri de Osma, cujus inter alias satis perniciosa fuit hæc propositio : *Peccata mortalia quantum ad culpam, el poenam alterius sæculi, delentur per solam contritionem sine ordine ad claves.* Hoc autem esse hæreticum, et ut tale damnatum in Concilio Tridentino, nec non speciali Bulla contra præfatum Theologum satis liquet ex ibi dictis ; atque ideo in præsenti supponendum est oppositum nimirum nullum peccatum mortale post Baptismum remitti absque clavibus Ecclesiæ, vel ordine ad illas, et consequenter dari in Ecclesia veram peccatorum remissionem, medio Sacramento Pœnitentiæ.

Quid SUPP°” Error, Tridmt. Buna spec!al,s cunira Pe:ram deOsQU·

Hinc vero statim consequi, et quod Sacerdos vere absolvat, in hoc Sacramento, et quod hujus formæ insit aliquis verus sensus, nemo ambigit, quin omnes sup- cousect.

ponunt, et solum dividuntur in eo assignando. Et ratio est evidens : quoniam si inediis clavibus Ecclesia*, qua* non alibi sunt apud aliquem, quam apud Sacerdotes, nec eis aut aperiunt, aut occludunt nisi in Sacramento, in quo potissimum earum munus exercent, remittuntur vero peccata; necessarium est, quod Sacerdos ea vere absolvat in Sacramento. Si autem vere absolvit, aliquem verum sensum debent habere ejus verba ; quippe non stat, aut stare potest unum sine alio. Et in hoc ctiry- sensu I). Joannes Chrysostomus lib. 2 do Sacerdotio cap. 4, antiquus Sacerdotes nostris postponens dixit : *Nostris Sucmiotibus non corporis lepram, verum animo: sordes, non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est.* Cui consonant alii SS. PP. et quod magis est plura Con- FtorcDt. cilia, præcipuo vero E.orentinum in decreto Eugenii docens, *quod effectus hujus Sacra-* Tnhnt. oifn/i *absolutio a peccatis.* Et Tridentinum tota sess. 14, maxime vero cap. i, ubi statuit *potestatem remittendi, et retinendi peccata ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos, Apostolis, et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam :* et hinc can. 9, consequenter decrevit, *absolutionem Sacramenlaltm esse actum judicialem.* Et oppositum asserentes sub anathemate explodi debere censuit. Quod attendens Gregor. XIII inter plures propositiones Michaelis Baii hanc unam expunxit, et ut haereticam damnavit : *Peccator pœnitens non deificatur ministerio Sacerdotis absolventis.* Qua perveise negabat et potestatem Sacerdotis, et veritatem absolutionis ex pirte ministri, et Sacramentalis ministerii.

Gr«'gor. XIII. Michael. Uaias.

Abulcii sis.

55. In quem scopulum impegisse Abulen.-em, vel ab eo non longe discessisse, licet ex diverso moiivo, et catholice retenta potestate clavium, constat ex 1 p. sui Defcnsorii cap. 5 et 6, ubi nec Sacerdotem (imo nec Deum ipsum) proprie loquendo absolvere docuit ex Clementina prima de Privilegiis, ubi Pontifex religiosis prohibuit absolutionem illis verbis : *Nec a culpa, ncc a pœna, ut eorum verbis utamur, absolvant.* In quo tamen vehementem passus est deceptionem, cura eo loci Pontifex nec veritatem ab.-olutionis, nec verborum proprietatem prohibuerit, sed tantummodo aliquorum cohibuit audaciam, qui jurisdictionem absolvendi, cum non haberent, sibi arrogabant. Cujus a posteriori signum manifestum est ea verba non porrigi ad alios Sacerdotes sæculares, quos certum eat potestatem habere absolvendi, et reipsa Sacramentaliter absolvere. Quocirca ut non mediocriter suspectus coram Eugenio IV comparere jussus sum doc- g,. trina) rationem reddidit, et absolutionisiv. veritatem in hoc Sacramento sustinuit, ut constat ex cap. 7 illius defensori!, in cujus margine appingitur facta coram Sanctissimo declaratio, qua ostendit non habuisse sermonem nisi de culpa actuali cito transeunti ; quæ cum præterierit, el nihil ejus remanserit absolvendum, proprie loquendo non potest absolvi.

Hac tamen excusatione, licet ex parte se Ah«· immunein reddiderit, et utcumque purga- SK verit, vitare non potuit suspicionis nævuro, eicw- quatenus in eo esse videbatur, quod tran- Ik sacto peccato actuali, nihil remaneret in peccatore, nisi reatus ad pœnam, qui non est peccatum, et reinciditin non absimilem propositionem Michaelis Baii a Pio V et Pi:>V. Gregorio XIII postea decursu temporis il χθ«›· expunctam, quæ est hujusmodi : *In peccato duo sunt actus, el reatus, sive obligatio ad panam Unde in Sacramento Baptismi, aut* prtfes· *Sacerdotis absolutione, proprie reatus peccati* üβı * *dumtaxat tollitur, el ministerium Sacerdotum solum liberat a reatu.* Ex quibus hæc recunda propositio est consequens prioris, quia si in peccato non sunt nisi actus, et reatus, transacto actu, nihil absolvendum remanet ni.-i reatus. Et in hoc fere sensu deseritur communiter a Theologis doctrina Abulensis. Ex quibus omnibus liquido apparet catholice non posse negari in ecclesia aut veritatem absolutionis, et remissionis, aut verum aliquem sensum, qui contineatur in illis verbis : *Ego te absolvo,* et per illa significetur, el exprimatur.

56. Verum licet hoc ita sit, et semper Aniça- viguerit, non defuerunt ex antiquis, qui nia I saltem in modo prædictam veritatem oppugnaverint, aut non ita perspicue tradiderint, asserentes in Ecclesia non fieri veram remissionem culpæ, et consequenter eam non significari per formam absolutionis. Horum princeps fuit Magister in 4, dist. 18, cui adhærere videntur Ricard, de Riar* S. Viet. lib. de Potestate ligandi, a cap. 17. Hugo Viet, lib, 2, de Sacram, part. 14, cap. 8. Alexander Alens. 4 p. quæst. 20, memb. 5, et q. 21, memb. 1 et 2. D. Bonav. dist. 18. art 3, p. 1. Gabriel ibi q. I, art. 2 et dist. 14, q. 2. Major ib. q. 2, dist. 18. Medina Complut, tract. 2, cap. de effectu absolut. Qui omnes in eo conveniunt,

conveniunt, quod nee liat, nec significetur remissio culpœ in hoc Sacramento, quia hæc jam supponitur facta per contritionem, qmo debet præcedere,

opp'.DÀ-D,l"r. dcinh

▪▪▪iii▪' S* vero M*8 °PPona,ur potestas clavium ad absolvendum, et remittendum medio Sacramento, respondent per claves eatenus peccatu remitti, quatenus remittuntur per contritionem in ordine ad claves. In quo profecto mirabile auditu asserant, quasi efficacius sit ad remittendum peccata Sacramentum in voto, quod non est aliud quam contritio in ordine ad claves, Sacramento reipsa suscepto, et non est minus consideratione dignum, quod inter partes hujus Sacramenti plus deferunt parti materiali, qualis est contritio, quam formali, quæ est absolutio, cui nihil tribuunt ad abolendam culpam præabolitam, et remissam. Et hinc coguntur ad sensum aliqualiter verum ex aliis capitibus assignandum, ut infra videbimus, Interim tamen videamus, id in quo conveniunt, et nostræ suppositioni adversari videntur.

Pn'aOIB Heniam «tu- '▮ Ej Jew. il.

58. Arguitur itaque primo ex Lucae caP· ubi Christus leprosos jam mundatos jussit ad Sacerdotes, non ut mundarentur, sed ut ostenderentur mundati. Secundo ex Joann, cap. II. übi Christus Lazarum jam suscitatum, et vivum tradidit discipulis solvendum. In quibus locis haud obscure significatur, quid competat Sacerdotibus, et ministris in hoc Sacramento ad mundandum et vivificandum, nimirum declarare mundatos, et jam a Christo in vitam e morte erutos solvere, et a vinculis externis expedire. Non ergo competit sacerdotibus vere mundare, et in vitam pristinam e gratia dilapsos restituere.

Gre·'' ri»'.

Mque confirmare videtur Gregorius horn. 26 Evang. dicens : *Tunc vera est absolutio praesidentis, quando sequitur aeterni judicis arbitrium;* atque ideo Sacerdos non vere absolvit, sed solus Christus.

acjaX' «eo- '!·3·

Confirmatur 2° ex eodem S. Doctore, ibi, nam reddens rationem, quare Christus Lazarum jam vivum tradidit Apostolis solvendum, inquit : *si enim Apostoli solverent mortuum, fcelorcm potius ostenderent, quam virtutem*. Ergo Apostolis non contulit Christus virtutem solvendi a morte, sed solutionem datam per Christum manifestandi.

b. Aoî.

Confirmatur tertio ex D. Augustino pluribus in locis, maxime vero tract. 22 in Joan, ad illa verba : *Venit hora, el nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei,* ct tract. 49 et conc. 8 do verbis Domini, ubi quærens *: quid prosit Ecclesia confilenli? Ha respondet : Ipsum Lazarum attende. Cum vinculis prodiit, jam vivebat. Confitendo nondum liber ambulabat, vinculis irretitus. Quid ergo facit Ecclesia, cui dictum est, quæcumque solveritis? quod ait Dominus : solvite, et sinite abire.* Ergo ex mente 8. Augustini hoc quod est restituere vitam gratiæ, soli Christo, neutiquam vero ministro competit in hoc Sacramento. Probatur hæc Consequentia ex pramissis verbis, quæ clarissima sunt, et non minus perspicue deducitur ex aliis ejusdem S. Doctoris conc. 2 in psal. 102, ubi explicat virtutem absolutionis dicens : *Merito per Ecclesiam datur solutio peccatorum : suscitari ipse morluus, non nisi clamante intus Domino potest.* Et eam historiam applicat peccatori, qui prius suscitatur a peccato, postea exit foras per confessionem, et demum absolvitur a ministro.

Angas,

59. A qua sententia non longe abiit D. Hilarius super illa verba Matth. 16 : *Quodcumque solveris,* etc. Ubi carpens sacerdotes indiscrete ligantes innocentem, et nocentem absolventes, subjunxit : cum apud Deum, *vita pœnitentis requiritur, non absolutio sacerdotum :* hanc enim æquiparat potestati veterum Sacerdotum, qui solum mundatos discernebant, et declarabant, quin ipsi a lepra mundare possent. Et hoc ipsum teste Hieronymo *facit nunc Ecclesia Dei, ligat ▮ el solvit.*

Hilaries tiæ. niero- "J®·

Ex quibus omnibus in sui patrocinium hanc eflbrmabant ratiocinationem. Nam juxta sententiam SS. PP. in nostris Sacerdotibus non est alia potestas adhuc intra Sacramentum, quam declarandi peccatorum remissionem : sed potestas declarandi non est potestas remittendi, ut constat : ergo in Ecclesiæ ministris non est potestas remittendi.

Bario eincia.

Ad hæc : ut quis digne accedat ad hoc Sacramentum, debet esse vivus vita gratiæ, ut probant testimonia allegata Patrum : ergo per hoc Sacramentum non confertur vita gratiæ, sed supponitur communicata per Christum : ergo nec per absolutionem vere remittitur peccatum, sed supponitur remissum ; alias peccaret cum peccato accedens ad Sacramentum.

Conflnu.

60. Hæc tamen motiva insufficientia sunt ad elevandam, aut minuendam veritatem nostne suppositionis, utpote quæ procedunt ex sinistra intelligentia potestatis clavium. Hæc enim non fuit communicata

Enervau- t,ir-

ad declarationem, ut ita rem explicemus doctrinalem, seu magistralem remissionis peccatorum : sed ad illam ostendendam, et efficiendam, minislerialiter concurrendo cum ipso Deo, ut constat ex verbis D. Chry-
Trid.hjii- sostomi supra relatis, nec non ex Concilio
et pp. Tridentino, cum quo non cohæret ista sententia. Siquidem ut ubi supra docet Concilium, *universorum Patrum consensus semper intellexit potestatem remittendi, et relinendi peccata ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsat Apostolis, eorumque legitimis successoribus fuisse concessam in illis verbis : Quodcumque solveris,* etc. Sed ex cætu universorum Patrum præcipui sunt Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, et Hilarius in contrarium allegati : ergo hi non refragantur (quin juxta mentem Concilii suppetias eunt) potestati vere remittendi peccata.

Ad hanc autem opus esse ut vere influant in ipsam culpæ remissionem, et eam non supponere per se loquendo factam a Deo ante Sacramentum, facile probatur ex eodem Concilio : quoniam ea potestas est potestas reconciliandi hominem lapsum cum Deo : sed reconciliatio hominis lapsi cum Deo non fit nisi media remissione culpæ : Ergo potestas reconciliandi est potestas ad remissionem culpæ.
Ap^stol. Minor constat ex Apostolo 2 ai Corinth.
riotn."ô. 5 '. *Dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis.* Ubi eam reconciliationem, quæ erat in Christo, non reputandi ibis delicta, seu illa remittendi, affirmat ipsis Apostolis datam, et in eis repositam. Hoc autem non fit nisi medio Sacramento Pœnitentiæ, ut constat : Ergo in boc Sacramento lit vera peccatorum remissio media potestate clavium ad Sacramen taliter absolvendum communicata.

CunÛfni. Præterea. Nam juxta Concilium, et doctrinam universorum Patrum eam reconciliationem, quam inducit Contritio cum ordine ad claves ante Sacramentum, effi-
cit, et causât Sacramentum Pœnitentia·, quamvis non intervenerit perfecta contritio. Sed reconciliatio quam inducit contritio, est vera peccatorum remissio, ut docenl ipsi contrarii noslræ suppositioni. Ergo reconciliatio quam efficit Sacramentum, est vera peccatorum remissio. Unde
Mar- Martinus V in Bulla Concilii Constan-
tin, V. tiensis, præcepit, ut quicumque fuisset suspectus do bæresi Juan. Ilus, aul \Vicleph, non admittatur inter fideles, quo usque abneget errores illorum, et confiteatur, quod Sacerdos sive bonus, sive malus, quando adest debita materia cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, vere consecrat, et vere absolvit a peccatis. Et idem colligitur ex Julio Pan. I, et refer- Juiusl.
tur cap. *Presbyter,* 27, q. 6. Ubi docetur Sacerdotem non absolventem, seu negan- ola-
tem absolutionem morientibus reum esso lio.
animarum. Quod etiam asseruit Gclestirius J-4-
Pap. ut refertur in cap. *Agnovimus,* quibus AgftJti-
consonat August, epist. 180. Aujcsl.

Gl. Ex quibus omnibus satis liquet l>ew.<-
Evangelistarum testimonia, et Patres alle- tflitf
gatos in oppositum non debere intelligi in inten-
eo sensu, quem illis attribuunt praedicti tas.
Aulhores. Et omissis pluribus solutionibus,
quæ magis arridet est D. Thomæ explica- D.TLca.
tio. Cum enim ab illo Theologo S. Ductoris Syncrono ea testimonia fuissent objecta, respondet Præceptor Angelicus opusc. 22, cap. 2. per hæc verba : *Qux quidem ratio multiplices defectus habet. Primo quidem quia arguitur ex melaphoricis locutionibus, ex quibus non est arguendum, ut JJionys. et August, dicunt. Secundo : quia ratio sua non est ad propositum. Constat enim quod Dominus Lasarum suscitavit, ct discipulis solvendum mandavit : Ergo discipuli absolvunt. Per hoc ergo non ostenditur, quod Sacerdos non absolvat, aut non debeat dicere : Ego tc absolvo; sed quod eum. non debet absolvere, in quo signa contritionis non videt, per quam homo justificatur interius a Deo culpa remissa.* Hoc autem nunquam Ct nisi vel per Sacramentum reipsa susceptum, vel per votum ipsius, quod est contritio cum ordine ad claves. Sicut peccatum Originale numquam remittitur nisi vel per Baptismum in re susceptum, vel per ipsius votum. Unde sieut votum Baptismi non habet dimittere Originale, nisi cum subordinatione ad ipsum Baptismum, ita nec contritio absque ordine ad Pcenitentiam non dimittit actualia. Et similiter sicut Baptismus cum imperfecta contritione se ipso dimittit Originale, *ita omnino est de Poenitentia,* respe tu actualium, ut concludit S. Doct.

Patio ergo mittendi leprosos ad Sacer- Ratio
dotes fuit ut adimplerent præceptum legis: miîleté
quia istis incumbebat ex munere discernere lèpres
inter lepram, et lepram. Hoc autem non ad Sa-
bene quoad omnia adaptatur nostris Sa- cenJdtf-
cerdotibus, ut supra nos docuit D. Chrysos- D. cuy
tomus : SOH.

tomus : el tantummodo tonet quoad hoc quod Sacerdos non debet, nec valide potest absolvere, quoin non viderit recto dispositum per verum dolorem. Et ideo D.Tîoai. *decipitur arguens,* ut ait 1). Thomas, *quia similitudinem nimis extendit.* Quia Dei est per motum attritionis, in quo est initium vilæ spiritualis, excitare mortuum, et idoneum reddere; Sacerdotis vero ita'idoneum per Christum absolvere. Et in hoc tenet exemplum Lazari jam suscitati a discipulis solvendi : quia sicut discipuli non reddiderunt Lazarum solutioni idoneum, ita nec Sacerdos peccatorem ; quippe aptitudo provenit a solo Deo absque interventu ministri ; absolutio vero a Deo, et ministro.

Alt» Unde elicitur alia significationis ratio, adhuc intra ipsum Sacramentum : quoniam absolutio principaliter provenit a Deo tamquam a causa omnino principali, et primaria, a Sacerdote vero ut ab instrumento, quod non agit nisi ut motura, et subordinatum : et a l hanc differentiam ostendendam voluit Christus illa Lazari historia significare, quod instantanée fit in absolutione Sacerdotis, quatenus prius natura virtus absolutionis descendit per Christum ad Sacerdotem, ut iste vere absolvat recte dispositum.

x wai- Addit vero N. Wald. 2, tit. 143, per qj^i' hoc quod Christus suo clamore suscitaverit jAbt. Lazarum, npn solum significare vocationem Dei ad aclus internos pœnitentis, sed etiam ad externam confessionem, quocirca exire foras ei praecepit, juxta illud Pauli ija.io. ad Rom. 10 : *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem,* ut explicat D. Ambros. lib. 2 de Pœnit. cap. 7.

Erçosl· 62. Hinc facile explicantur testimonia Jj'j SS. PP. in confirmationibus allegata. Ad sTpp. primum ex D. Gregorio dicimus illo Lazari exemplo S. Doctorem significasse necessitatem doloris supernaturalis in pcenitente, unde principium sumit suscitatio ad vitam supernaturalem, quæ praecedere debet susceptionem Sacramenti. Si enim peccator absque interno dolore peccata panderet Sacerdoti, nihil aliud efficeret, quam peccatorum fcetorem exterius manifestare. Et idcirco debet prius excitari, et initiative vivificari a Deo per motus supernalurales, quibus disponitur ad recipiendam absolutionem, et consequenter remissionem.

Et in hoc sensu judicium præsidentis debet praecedere arbitrium Dei, quia prius- quam absolvatur, debet cognoscere, an sit vel non sit idoneus absolut orii.

.Nisi mavis absolutionem Sacerdotis etiam Alia in genere causte materialis pnecedere ab- âc[J'Ta' solutionem Dei, quia est posterior in genere causas efficientis, ad eum sane modum quo actio instrumenti pnevie dispositive operatur saltem quoad modum agendi ad effectum principalis agentis, ut explicant communiter discipuli D. Thomæ, et docent N. Complut, in physica agences de instru- N. Com- mentis divinæ virtutis, plat'

Sensus autem D. Augustini in tertia Sensos, confirmatione allegati clarissimus est, ut constat ex dictis ad testimonia Evangelii. et se ipsum explicat S. Doctor super psal. 101 ad illa verba : *Ut audiret gemitus compeditorum,* dicens : *Remissio peccatorum solutio csl.* (Quid clarius? sed a quibus solvitur?) *Quæ solveritis,* inquit, *super terram soluta sunt in calis : merito per ecclesiam dari solutio potest, suscitari autem* (ad dolorem et resipiscentiam) *ipse mortuus non nisi intus clamante Domino potest.* Quasi diceret, absolutio externa Sacerdotis non dat vitam gratiæ pœnitenti, quin prius intus per vocem Domini disponatur. In quo non negat, sed astruit veritatem absolutionis faciendæ ab Ecclesia, et dispositionem ad eam obtinendam revocat in Deum absque interventu Ecclesiæ, aut ministri.

Ad ultimam confirmationem respondet D. Thomas ubi supra, quod *sacerdos absol-* D.Thom. *vens a peccatis non solvit noxios, qui voluntate noxii remaneant, sed qui poenitendo recedunt a noxa culpæ.* Unde sensus Hieronymi, et Hilarii solum est non esse absolvendos, qui non inveniuntur idonei, quod verissimum est.

62. Unde dehiscunt vires ratiocinationis Adversa ad finem confirmationum adductæ, cujus ioi^'ïπA- Major est evidenter falsa imo erronea, ne tur. dicatur, hæretica. Haud verior est antecedens sequentis confirmationis : quia cum sit de fide hoc Sacramentum per se supponere peccatum, in cujus remedium fuit institutum, sicut et Baptismum ; nec unum, nec alterum præexigit ex parte pœnitentis perfectam contritionem ; alias nunquam redderent ex attrito contritum; nec ad abolenda peccata forent necessaria, quandoquidem ea contritione deleta semper supponerent. Atque ideo non medio ipso Sacramento fieret remissio vera peccati, quod vergit in ipsum Sacramentum, et ejusdem proprium finem. Nec inde sequitur, ut obtendebatur, peccaturum accedeu-

tem ad Sacramentum Pœnitentiæ absque contritione perfecta; alias etiam peccaret adultus accedens ad Baptismum cum sola attritione. Unde potestas clavium quam
Trident, docet Concilium Tridentinum, et sustinet universalis Ecclesia non tam ad reatum ex peccato relictum quam ad peccatum ipsum, seu maculam, quæ fundat reatum, extendi debet, ut male Authores allegati, alias doctissimi, comminiscebantur : et consequenter manet perspicuum in Ecclesia dari, et esse veram peccatorum remissionem, veramque eorum absolutionem medio hoc Sacramento, in quo virtus clavium maxime splendet.

Porro unam et alteram egregie dilucida-
D.Thoa. vit D. Thomas 4 contra'Gent. cap. 72, ubi post alia inquit : *Oportet igitur ministrum, cui fit confessio, judiciariam potestatem habere vice Christi, qui constitutus est judex vivorum, el mortuorum. Ad judiciariam autem potestatem duo requiruntur, scilicet aulhoritas cognoscendi de culpa, et potestas absolvendi, vel condemnandi. Et hæc duo dicuntur duæ claves Ecclesiæ, scilicet scientia discernendi, el potentia ligandi, et solvendi, quas Dominus Petro commisit juxta illud Matth.* 16 : *Tibi dabo claves regni coelorum. Non autem sic intelligilur Petro commisisse, ut ipse solus haberet, sed ut per eum derivaretur ad alios, alias non esset sufficienter fidelium saluti provisum. Hujusmodi autem claves a passione Christi efficaciam habent, per quam scilicet Christus nobis aperuit januam regni caleslis.* Ex quibus liquet Authores supra relatos diminute explicuisse tam remissionem media pœnitentia intentam, quam judiciariam potestatem ; dum illi remissionem pœnæ, vel quasi similis ; huic vero tantummodo authoritatem cognoscendi, non vero potestatem a culpa solvendi deferunt : cum tamen unum et alterum asserendum sit, juxta doctrinam Conciliorum, et D. Thomæ. Per quid autem constituatur prædicta potestas in recto non est hujus loci examinare, sed pertinet ad quæst. 17 supplementi, ubi S. Doctor agit ex professo de clavium potestate. In-
Ferrsra. tetnn videatur Ferrara loco supra citato ex 4, contra Geni, § *Circa essentiam clavium Ecclesiæ.* His prælibatis, superest deveniamus ad punctum difficultatis, quæ sita est in effectu, et sensu verborum formæ assignandis, ex quibus effectus prius se offert examinandus, ut inde verus, et legitimus formæ sensus eliciatur.

§ II.

Proprius eflecius absolulionis explicalur.

64. Dicendum est primo effectum pro- I wed* iiû.
prium absolutionis esso remissionem peccati, seu (quod idem est) gratiam remissivam peccati quoad culpam, et pœnam· ipsi annexam. Hanc assertionem ut legitimo deductam ex prælibatis in hoc dubio amplectuntur communiter Theologi, et oppositum absque errore Theologico sustineri non posse affirmant, ut videre est apud Soto. Soto in 4 dist. 10 q. ar. 3, ubi docet *sententiam Magistri nihil fere ab hxresi differre,* Vasquez ut *erroneam.* Suarez ut Vat^ei fere expresse damnatam a Concilio Tridentino, Saartz. Valencia *ut pugnantem cum aulhoritale Scripluræ, el SS. PP. omnino rejiciunt,* similique nota eam inurunt Lugo, Granados, et alii ejusdem familiæ. Ex Thomistis Lugo. Granados. Naco. vero Nuno conclusionem nostram ita certam existimat, *ut oppositum sit hæresis manifesta,* Petrus de Ledesma eam censet Peints de Ledeseu. periculosam in fide, Arauxo erroneam, vel errori proximam. Quibus subscribit Prado Arant Prado. in præsenti dub. 6, n. 8, conclu. 2, eisque præivit Angelicus Præceptor in 4, dist. 18, D.Thoe, q. 1, ar. 3 el dist. 22, q. 2, art. 1, quæstiunc. 3, in hac 3 p. q. 84, art. 3 ad 5 et opusc. 22, cap. 1, ubi contrarium affirmat *præsumpluosum, ne dicam erroneum,* et cap. 3, inquit: *Multo magis te merarium est dicere, quod per claves Ecclesiæ non fiai ceria remissio peccatorum, ui S. Augusti-* d. AesDSt· nus *dicit* (lib. 2 de adulterinis conjugiis, cap. 9 cujus verba refert S. Doctor in præsenti ar. 3 ad 5). *Numquid enim esi abbreviala manus Domini, ut qui in Baptismo ab omnibus peccatis mundat, in Sacramento Panilenliæ hoc non faciat?*

65. Ratio fundamentalis, et omnino effi- Cone's-sionis ratio.
cax hujus catholicæ veritatis depromitur ex verbis Christi Domini : *Quodcumque solveris,* adjuncta irrefragabili Ecclesiæ expositione nobis tum alias, maxime vero Trideniinam manifesta in Concilio Tridentino, locis supra relatis, præcipue vero cap. 3, ubi eam diserte statuit dicens : *Sane vero res, et effectus Sacramenti, quantum ad ejus vim el efficaciam perlinet, reconciliatio est cum Deo.* Ex quibus ad formam redactis sic arguitur : Ille est proprius effectus formæ in hoc Sacramento, qui per illam efficitur in Pœnitente non habente obicem : Sed hæc est peccati remissio quoad culpam : ergo peccati remissio quoad culpam est effectus proprius

proprius formio hujus Sacramenti. Consequentia constat. Major est certa, siquidem effectus proprius instrumenti, aut cujuslibet alterius causæ est ille, quem causa petit inducere, el de facto inducit, ut ex se constat. Minor vero continetur in verbis relatis Concilii : quia reconciliatio cum Deo Iit media infusione gratiæ, qua expellitur peccatum; sed expulsio peccati importat ejus remissionem, alias non expelleretur, si maneret irremissum : Ergo reconciliatio cum Deo importat remissionem, et consequenter si reconciliatio cum Deo est effectus Sacramenti media absolutione, etiam remissio peccati est effectus ejusdem absolutionis.

66. Confirmatur et explicatur primo ad hominem contra adversarios insistendo in doctrina Concilii. Nam eam reconciliationem, quam ipsi tribuunt contritioni perfecta) (et etiam defert Concilium) adscribere necesse est, et quidem potiori jure, Sacramento : sed effectus proprius contritionis perfect® extra Sacramentum est reconciliatio remissiva peccati quoad culpam, uti ipsimet docent, et a nemine negatur : ergo remissio peccati quoad culpam est effectus proprius hujus Sacramenti. Cætera constant praeter Majorem, quæ facile suadetur, tum quia efficacius est ad reconciliandum cum Deo Sacramentum, quam votum Sacramenti ; contritio enim eatenus remittit peccatum, quatenus includit votum Sacramenti; ergo si contritio ex ordine ad Sacramentum remittit, potiori titulo et ipk:33.sum Sacramentum, juxta illud : *Propter quod unumquodque tale et illud magis.* Tum etiam : quia eandem remissionem, quam Deus efficit media contritione, et voto Sacramenti, causal cum ipso Sacramento, quod de se est reconciliativum : sed Deus in opposita sententia media contritione pacatur homini , et remittit peccatum : ergo potiori jure idem efficiet medio ipso Sacramento. Tum etiam : nam alias non esset potestas reconciliandi homines medio Sacramento Pcenitentiæ : Consequens est falsum, et directe oppositum doctrinæ Concilii cap. 1. Ergo falsum est, et minime sustinendum remissionem peccati quoad maculam non esse effectum proprium Sacramenti. Sequela patet : quia frustra est potentia, cui repugnet ad actum proprium reduci : sed actus proprius potentiæ ad remittendum, et reconciliandum, quam adstruit Concilium in hoc Sacramento, est actualis remissio, et actualis itidem reconciliatio : ergo si hæc nunquam fieret medio Sacramento imo repugnaret fieri, ut authores illi comminiscebantur, nulla esset potestas ad illam, imo nec Deus ipse posset medio Sacramento hominem reconciliare sibi ; quod est absurdum, et satis manifestat falsitatem illius sententiæ. Rursus, nec in homine esset facultas ligandi, seu non absolvendi pœnitentem, quandoquidem vel esset perfecte contritus, quo casu jam esset absolutus a Deo extra Sacramentum : vel non esset perfecte contritus, et in hoc eventu, quia non recte dispositus, ut illi obtendunt, nequit absolvi. Ubi est ergo illa potestas ligandi, et solvendi, remittendi, et detinendi in Conciliis statuta, et ab Ecclesia universali universaliter recepta, necnon in sacro textu Sacerdotibus promissa7

67. Confirmatur, et explicatur 2° ex Apostolo ad Corinth. 5, ubi palam fatetur sibi et Apostolis dedisse Christum *minisle-* Cu3-finn. 2. Co-riu.b. -i. *rium reconciliationis,* quæ fuerat in ipso, per quem omnes reconciliati sunt cum Deo. Sed reconciliatio quæ fuit in Christo, et per Christum, importabat ut proprium effectum veram peccatorum remissionem, ut constat ex Evangelio. et catholice nequit negari. Ergo etiam reconciliatio per ministrum, qualis erat in Apostolis, et permanet in successoribus, media Pœnitentia, causât veram peccatorum remissionem. Vel profecto nulla est peccatorum remissio in Ecclesia catholica, contra illud quod supposuimus, et probavimus in limine quæstionis. Minor, et Consequentia constant, supposita Majori, quam docet Apostolus Apost. loco citato his verbis : *Omnia autem ex* buПГЗ · *Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christunii* ‘*et dedit nobis spiritum reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Ubi expresse testatur reconciliationem, quæ erat in Christo ut Deo principaliter, et ut homine authoritative, descendisse ministerialiter ad Apostolos, ut mediis Sacramentis Baptismo, et Pœnitentia, hominibus peccata dimitterent, ut exponit D. Thomas ad eum locum D.Tiiom. lect. 3 dicens : *Ad hoc dicendum, quod Deus reconciliavit nos sibi ut causa efficiens, scilicet ex parte sua : sed ut sil nobis meritoria, oportet diam, quod fiat reconciliatio ex parte nostra, et hoc quidem in Baptismo, et Pœnitentia.*

Ex quibus verbis tertio, et ultimo roboratur assertio. Nam quia Baptismus est ‹ on-lirm·:J medium unice a Christo Domino instilu-

tum ad abolendam maculam peccati originalis, hujus remissio quoad culpam est proprius effectus Baptismi, et oppositum nequit catholice sustineri : sed Pmniteutia etiam fuit instituta ad extinguenda, et abolenda peccata actualia post Baptismum, ut satis superque demonstratura est disp. prtec. Ergo remissio peccatorum actualium est effectus proprius Pœnitentiæ ut est Sacramentum, et consequenter ejus formæ, jn qua ut docet Tridentinum, *ejus prirciaum' puavis sita esi.* Unde qui in Baptismo concedunt veram originalis remissionem, quoad maculam, eamque ex vi ipsius Baptismi ministerialiter inductam, ut omnes Catholici concedere tenentur; nequeunt nisi inconsequenter et omnino falso in Pœnitentia non admittere veram actualium remissionem, æque enim necessarium est Sacramentum Pœnitentiæ ad delenda actualia, quam Baptismus ad originale, ut passim clamant Concilia. Patres, et sana Theologorum pars. Nec facile intelligitur, qualiter sit in Ecclesia vera potestas ligandi, et solvendi, quam exosam habent hæretici, et maxime irrident, qualiter quæ sit vera peccatorum remissio, quæ non afferat ablationem culpæ. Siquidem intra septem Ecclesue Sacramenta dumtaxat Pœnitentia instituta fuit ad diluenda peccata actualia, eaque penitus removenda : quocirca ejus materia remota non est nisi materia destruenda sicut est panis triticeus respectu Eucharistiæ. Unde sicut panis ut conversus est effectus consecrationis, et quod magis rem explicat, sicut peccatum originale ut expulsum est effectus Baptismi : ita peccatum ut remissum est effectus Pœnitentiæ, et potestatis clavium.

Tridenti-

Quid responderi po<siL

68. Sed ad hæc responderi potest ex doctrina Magistri, ubi supra, nec potestatem clavium, nec remissionem peccati ita explicari, ut nos intendimus; sed modo longe alio diverso, nimirum quoad remissionem pœnæ temporalis, quasi potestas clavium non alium actum habeat, quam absolutionem a pcena temporali debita peccato, et in vi hujus effectus proprius absolutionis solum est remissio prædictæ pœnæ. In quo sensu Magistro subscripsere Alexander, et D. Bonaventura locis supra citatis. Addit vero Magister, quod quamvis remissio peccati quoad culpam, non sit effectus formæ absolute, et simpliciter ; est tamen vera illius remissio in facie Ecclesite, quatenus ei innotescit per confessionem. et hominem declarat vere absolutum. Juxta quam sententiam remissio peccati quod culpam est effectus proprius Contritionis antecedentis Sacramentum, et absolutionem ; extinetio vero pœnæ temporalis, et declaratio extinctionis aut illius remissionis judicialiter facta, corresponde ut proprius effectus potestati clavium, et absolutioni Sacerdotis. Unde salvatur contra haereticos vera potestas clavium, veraque. peccatorum remissio.

Magist. Alexander. I). Jtonav.

69. Hæc tamen solutio licet superficie tenus ab haereticis videatur desciscere, re tamen ipsa deficit quam plurimum in explicanda potestate clavium, et remissione facienda medio Pœnitentiæ Sacramento, et eis satis derogat. Et quod attinet ad potestatem, patet : nam quomodolibet in ea sententia explicetur, nihil aliud importat, quam facultatem declarandi in facie Ecclesiæ hominem absolutum, quin ex vi illius vere absolvatur. Hoc autem non bene cohæret cum doctrina Concilii Tridentini, can. 3, sess. 14, ubi non solum damnat Novatianam hæresim, negantem potestatem clavium, sed quamlibet aliam, qua vera peccati remissio excludatur a facultate absolventis. Constat autem juxta hanc expositionem facultatem Sacerdotis non pertingere ad ipsum peccatum, aut illius remissionem, quam supponit, sed tantummodo ad pœnam temporalem ex illo relictam, et quæ permanet post justificationem. Ergo prædicta expositio circa potestatem Sacerdotis non bene cohæret cum doctrina Concilii.

Rh'eï-t».

Trilttt.

Et independenter a Concilio, jam pridem de illa sententia Hugo Victor, lib. de Potestate ligandi et solvendi cap. 21, sequens judicium tulerat : *Exlal quorumdam sententia, tam frivola, ut ridenda potius, quam refellenda videatur : putant enim Sacerdotes non habere potestatem solvendi, sed ostendendi, solutos. Sed numquid Dominus dixit : Quod solutum ostenderitis, erit solutum ? Dicunt Sacerdotes non habere potestatem remittendi peccata, cum Dominus hoc dicat : el dicunt habere potestatem ostendendi remissa, cum Dominus hoc non dicat.* Unde juxta illam Magistri expositionem non stat potestas a Deo concessa, et nova confingitur a Deo non lata : siquidem ad potestatem judiciariam Sacerdotis quo requiruntur, *et aulhorilas cognoscendi de culpa, el potestas absolvendi, vel condemnandi,* ut supra audivimus a D. Thoma : et harum neutram subsistere in hac sententia manifestum est; quandoquidem non culpa, sed tantummodo

Π†0 Vkist.

tantummodo reatus pœnæ temporalis subjacet potestati Sacerdotis : Quocirca illa potestas declarativa remissionis priosupposito conticia est, et ad id solum excogitata, ut oro tenus adstrualur potestas clavium; cum tamen ad clavium potestatem minime attingat, nec ullam fundamentum in Evangelio habeat, ut constat ex dictis.

A;<n-car Delicii etiam quoad ipsum Sacramentum cui non satis consulit, minuendo, vel potius ejus efficaciam, finem, et institutionem penitus extinguendo. Quæ enim efficacia est Sacramento contra peccatum, quod nec remittit, nec remittere potest, sed supponit per se alias remissum, et ablatum quoad culpam, et offensam? aut qualiter institutum esse potest in remedium peccati, quave ratione erit necessarium necessitate medii ad finem justificationis, et ad reconciliandum hominem cum Deo, Sacramentum, quod supponere petit factam aliunde reconciliationem media gratia sanctificante? Nulla sane : quia non magis hoc Sacramentum expelleret peccatum, quam cætera Sacramenta, quæ appellantur *vivorum,* et quod consequens est, nullatenus Pœnitentia esset secunda tabula post naufragium, quo nomine, recte appellari decernit Tridentinum can. 2. Unde ad summum esset necessarium necessitate præcepti ad conservandam remissionem alias obtentam, non vero ad ipsam denuo obtinendam, quod etiam adversatur doctrinæ Concilii æque in hac parte loquentis de Baptismo, et de Pœnitentia. Nec pro-

tefc. dest recursus ad pœnam temporalem, quam remittit, quia hæc pœna seorsim a culpa non tantum minuitur, aut totaliter extinguitur per Sacramentum, sed per alia media quamplura , utputa indulgentias , suffragia, et alia virtutum exercitia, ac demum si quid superest, igne purgatorio diluendum ramanet. Unde non postulat determinate Sacramentum ut quis ab ea reddatur immunis.

yJsiio. 70. Aliorum solutio est effectum absolutionis non esse liberationem a pœna temporali, ut prima solutio asserebat, sed remissionem pœnæ æternæ. Juxta quam doctrinam culpa ut diluenda soli Deo servari debet, pœna vero æterna ejus ministro medio Sacramento : atque ideo pœnitens quamvis in gratia constitutus, manebat obnoxius pœnæ æternæ damni,

B usque ad Sacramenti receptionem.

tqri,; Hæc tamen sententia, quæ fuit Rugonis, ut supra, et Ricardi de sancio Victore I p, lib. de Potest, ligandi atque absolvendi cap. 12, haud melior est præcedenti, et eis lem subjicitur argumentis, utpote quæ nec veram potestatem clavium, nec veram peccatorum remissionem medio Sacramento salvat ; sed recurrit ad quid consecutum ad culpam, qualis est pœna damni. Insuper contradictoria implicat : etenim proprie loquendo pœna damni nihil aliud est quam privatio æternæ hæreditatis, vel juris ad eam adipiscendam, ut explicuimus tract, de Peccatis disp. 18, dub. 1, § I. Sed homo existens in gratia non est privatus jure adipiscendi æternam Beati tudinem, quin imo ipsi debetur titulo vel hæreditatis, vel coronæ, juxta illud Apostoli, 5» *Filii el hæredes :* ergo homo cui dimissa est culpa, et inest consequenter gratia, non manet obnoxius pœnæ damni, sed potius penitus immunis ab ea; non enim una sine alia remittitur. Apost.

7 I. Deinde refellitur ratione D. Thomæ, (qua etiam diruitur expositio Magistri) in 4, dist. 18, q. 1, art. 3, quia *Baptismus, el Sacramentum Pœnitentiæ conveniunt quodammodo in effectu, ulrumque enim contra culpam ordinatur directe, quod non est de aliis Sacramentis :* sed Baptismus non tantum concurrit ad diluendam pœnam æternam, sed prius et immediatius, ad abluendam maculam : ergo etiam Pœnitentia. Uberior refota io *ex* D. Thorn. Magist.

Rursus. *Si clavis nullo modo ad culpæ remissionem ordinaretur, sed ad dimissionem panse tantum, ut quidam dicunt, non exigeretur votum suscipiendi effectum clavium ad culpæ remissionem, sicut non exigitur votum suscipiendi alia SacPamenla, quæ non ordinantur ad culpam, sed contra pœnam.* Nam, ut paulo supra arguebamus, non esset Pœnitentia necessaria nisi al summum necessitate præcepti, non vero necessitate medii. Constat autem oppositum ex doctrina Concilii, et Theologorum : ergo quia effectus Pœnitentiæ non tam est dimissio pœnæ, quam deletio culpæ. Confirm.

Denique directe adversatur doctrinæ Concilii Tridentini sess. G, cap. 14, ubi docet pœnam æternam vel Sacramento, vel Sacramenti voto una cum culpa remitti : ergo neutiquam sustineri potest, quod a solo Deo remittatur culpa, et quod per Sacramentum tantummodo relaxetur pœna. Probatur Consequentia dupliciter. Tum quia Concilium diserte*asserit per Sacramentum una cum culpa pœnam remitti, atque ideo non illam sine ista. Tum etiam : Ut Concilio adversa repellitur.

quia votum Sacramenti est ipsa contritio, ut etiam affirmat Concilium sess. Li, cap. 4, quæ non est debilior in lege gratiæ, quam in lege scripta : sed in hac una cum culpa etiam dimittebatur æterna pœna, ut
Ewh. 18. constat ex illo Ezech. 189 : Si *impius egerit pœnitentiam, vita vivet,* et ex aliis inuumeris locis Sacra? paginæ : ergo etiam in lege gratiæ, quoties remittitur culpa, ex consequenti poena æterna.

Exposi-tio Joan, de Media», 72. Imbecillior adhuc est expositio Joan, de Medina cod. de Poenit. tract. 2, q. 38, ubi docet effectum absolutionis esse aperire januam regni eœlorum, quod quidem peccatis quasi vectibus manet obseratum usque ad absolutionem Sacramentalem, quantumvis homini sit remissa culpa cum pœna æterna, ut contingit Patribus existentibus in Lvmbo. Subdit vero hunc effectum clavium sufficere ad vere absolvendum, quia illo completur, ac omnino perficitur, peccati remissio, quæ non fuerat penitus completa sola remissione culpæ, et pœnæ antecedenti.

nec *sta expl,cat*° alicui poste-Horum Theologorum, quos viderimus arrisit, et merito : quia non minus evertit potestatem clavium, quam præcedentes, nec magis salvat veram peccatorum remissionem in Pœnitentia : quam tamen tenere incumbit cuilibet catholico Theologo post tot Concilia, et decisiones pro illis stantes. Unde opus non est diutios in ea refellenda immorari, sicut nec in diluendo. Exemplo veterum Patrum in Lymbo demorantium ante solutum nostræ redemptionis pretium : lioc enim est a veritate alienum post Christi passionem, et ascensionem, per quas cuilibet justo pervium est introire. in regnum eœlorum ut docet Ange-
D.TboiD. licus Doctor infra q. 10, suppi, art. his verbis : *Dicendum, quod ante votum confessionis paradisus clausus erat peccanti mortaliter ; quamvis postea per contritionem votum confessionis importantem apertus sil etiam ante confessionem aclualiter faciam ; non tamen obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem, el satisfactionem.* Alioqui enim sequeretur hominem perfecte contritum decedentem absque absolutione Sacramentali numquam introire in regnum Dei, quod est absurdum nullatenus admittendum. Sequela constat, quia effectus proprius Sacramenti non confertur, aut obtinetur per votum Sacramenti, nisi intercedat realis susceptio ipsius Sacramenti, ut constat in charactere baptismi, vel sacri ordinis, quem non adipiscitur homo per votum Baptismi, aut Ordinis sacri. Idem etiam liquet in gratia Sacramenrali, qua Sacramentalis est : hæc enim ita est effectus proprius Sacramenti in re suscepti, ut absque illo realiter suscepto non inveniatur : ergo si proprius effectus absolutionis est aperiro januam ad introitum in rosnum eœlorum, nulli homini quamtumvis contrito absque absolutione decedenti patebit ingressus -in regnum cadorum post solutum per Christum nostræ redemptionis pretium. Qua? est doctrina D. Thomæ supra q. 68, art. 1 adD.TUi. 3, et in 4, dist. 6. quæst. 1, art. 1, quæst. 3, ubi docet absque Baptismo re ipsa suscepto nec characterem nec illius proprium effectum recipi. Absurditas Consequentis constat ex eodem D. Thoma in hac 3 p. q. 57, art. 6, ubi ostendit ascensionem Christi esse causam nostræ ascensionis, quatenus nobis præparavit viam in ccelum ascendendi, juxta illud Joann. 14 : Vado Jeu.lt. *parare vobis locum,* et Michææ, 2 : *Ascendit pandens iter ante cos;* ergo post Christi 4 ' ascensionem jam est præparata nobis via in crelum ascendendi; quæ tamen non fuerat parata Patribus in lymbo detentis, quia non est effectus ante suam causam. Unde potius retorquetur exemplum contra Medinam. Tura quia existent! in gratia post adventum Christi non est occlusum regnum cœlorura, uti erat Patribus. Tum etiam, quoniam in ipsa remissione culpæ, sicut includitur remissio pœnæ æternæ, ita implicatur remotio obicis ingrediendi regnum; quia remota causa, removetur effectus illi annexus : non ergo aperire ejus januam est effectus proprius absolutionis, absque remissione culpæ.

74. Nec etiam morabimur in referenda Gatei et refellenda alia explicatione Gabrielis, et tus" aliorum Nominalium, asserentium per absolutionem in voto condonari culpam, et pœnam ; per absolutionem vero in se ipsa, seu realiter exhibitam eximi hominem ab obligatione iterum peccata illa confitendi. In quo discurrendi modo, effectus absolutionis Sacramentalis non est aliud, quam deobligatio peccata semel confessa clavibus iterum subjiciendi.

Hujus enim falsitas se ipsa est mani- Est hm-festa. Tum quia plus defert contritioni quæ eat ipsa absolutio in .voto, quam Sacramento. Tum quia in ista sententia Sacramentum non efficit, nec efficere potest gratiam, quod est non esse Sacramentum novæ

novæ legis utpote in quo debet gratia contineri juxta doctrinam Conciliorum, et eam vel physice, vel moraliter ad minus causare. Tum quia non universaliter salvat eam deobligationein, ut patet in peccatis venialibus, vel mortalibus jam rite confessis, respectu quorum datur vera absolutio, quin præcesseril obligatio ea confitendi. Si autem non præcessit obligatio confessionis illorum, a quo deobligabitur per absolutionem ?

Ob eandem prorsus rationem prætereundam duximus illorum sententiam, quam suppressis Authorum nominibus, novitiam opinionem appellavit Cajet, torn. 1, opusc. tract. 18, Confess, q. 5, qua docebant effectum absolutionis non esse aliud, quam animi quietem, et internam securitatem provenientes unam, et alteram ex quadam fiducia, ac constanti credulitate, quibus apud se lirmiter credendo, sibi statuit pcenitens omnia peccata esse dimissa. Addebant tamen non aliter deleri peccata quam inedia hac credulitate, et fiducia, ita ut peccatum irremissum maneret, quoadusque adesset fides, et securitas remissionis. Hæc tamen doctrina cujuslibet ea fuerit, redolet haeresim Lutheranam, in qua tota justificationis ratio fidei, quam quisque apud se habet, defertur absque interventu alterius gratiae inhærentis. Quam proinde sub anathemate damnavit Tridentinum sess. 6 de Justificat, can. 5 et 8, ubi docet solam fidem divinæ promissionis non sufficere ad gratiam consequendam, nec Sacramenta pro sola fide nutrienda fuisse instituta. Unde merito Gajetan. eam *noviliam opinionem* erroris nota inussit, et post Tridentinum ut hæretica amandari debet. Non enim pendet hominis justificatio ex eo quod sibi firmiter suadeat peccata esse remissa, *cum constel* (Verba sunt ipsiusmet Cajetani) *omnes fere tremore Domini refertos, semper dubios de divina* in *se gratia, el Pandentis, et Eucharistia; Sacramenta sus tiptre, el sic ambiguos perseverare. Imo el hoc Sacri Doclores laudant el ejus oppositum przsumplioni communiter adseribitur, aul ignorantis.* Et ideo ipsummet Concilium sess. 14, cap. 3, litem dirimens inquit : *Sane vero res, el effectus hujus Sacramenti quantum ad ejus vim, cl efficaciam perlinet, reconciliatio est cum Deo; quam interdum* non semper, ut illi autumabant) *in viris piis, el cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientias pax, ac serenitas tum vehementi Spiritus consolatione consequi solet.* Ubi sola hominis reconciliatio cum Deo adseribitur ut effectus proprius ac semper connexus hujus Sacramenti, quidquid sit de conscientiæ securitate, quam non omnes experiuntur, sed tantummodo viri pii et cum devotione accedentes, et hi interdum, non vero semper.

§111.

Duplex difficultatis nodus absolvitur, el asserlio noslra roboratur.

75. Ex quibus omnibus satis constat nulla expositionum hactenus excogitatarum sufficienter occurri assertionis catholicæ fundamento, sed illæsum persistere, subindeque absolutioni sacramentali nullum alium propriorem effectum debere, aut posse assignari, quam peccatorum remissionem quoad culpam, ex qua oritur reatus ad pœnam sive æternam, sive temporalem. Hæc enim est, quam exposcit potestas clavium, quam qui obtineri medio sacramentali judicio docet Ecclesia, et uniformiter statuunt Concilia, hactenus allegata in hac et præcedentibus disputationibus. Et hæc quidem doctrina prout jacet, inoffenso currit pede, quoties sacramentum Pœnitentiæ juxta primariam, etpræcipuam sui institutionem supponit in recipiente peccatum aliquod sive grave, sive leve, cujus sit vera confessio cum aliis requisitis ad effectum : semper enim effectus proprius absolutionis est remissio peccati : nam, ut inquit D. Thomas in præsenti art. ad 5, referens D. August, lib. 2 de Adult. conjug. cap. 9 : *Non esi turpis, nec difficilis post patrata, el adulteria reconciliatio conjugii, vibi per claves regni eælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum.*

Roboratio et enodatio casus obnoxii, D.Thom. d. Aug. eus.

76. Claudicare tamen videtur in duplici eventu, in quorum neutro facile est veritatem assertionis illæsam servare ; quandoquidem nulla intervenit peccatorum remissio. Et quidem primus est Sacramenti informis, in quo evidentius est, quam longa indigeat probatione ; nam in hoc casu non infrequenti nullus effectus remanet post ipsum sacramentum, et peccata irremissa manent, alias non esset informe : aliunde vero datur verum Sacramentum, veraque illius forma absolutionis : ergo proprius effectus absolutionis non est peccati remissio, seu quod idem est gratia remissiva peccati. primus casus.

77. Nec proderit, in præsenti si cum

Nunn snîihu

Repetii- °r‘

IiuUaia- arguta,

Xuno dub. 2, £ *Propice aliqua,* recurras ad actum internum attritionis, qui est res, et Sacramentum simul sub diversis acceptionibus, ut explicuimus supra cum β Thoma disp. I, dub. 2, § VI. Tum quia attritio illo modo accepta ita est offectus quod etiam est Sacramentum : et mo Io investigamus effectum proprium Sacramenti, qui tamen Sacramentum non sit. Tum etiam, quia de illamet contritione procedit idem argumentum, et quærit quemnam effectum habeat? Si enim est sanativa peccati; quoti peccatum sanat in Sacramento informi ? Profecto nullum. Et bine réassurait vires argumentum, quia non est minus sanativa peccati contritio interior ut est res el sacramentum, quam forma absolutionis sit solutiva, et remissiva peccui ; et tamen contritioni internæ ut est res, et simul sacramentum non respondet aliquis effectus readier effective causatus, et consequenter diversus circa peccata : ergo similiter nec absolutioni sacramenti informi queit deferri aliquis verus effectus realiter ab ipsa productus, quo constet vel remitti, vel expelli peccata. Tum, et maxime, quia si quidem effectum deferri vellemus absolutioni sacramenti informis, is sane deberet esse supernatural·^ ex motione, et elevatione Dei, ut constat : nam effectus pure naturalis impertinens omnino est ad rem adeo supernaturalem, qualem esse remissionem peccati nemo it inficia In Sacramento autem informi commentitium est adstruere elevationem supernaturalem re ipsa exhibitam ad absolvendum ; quandoquidem frustraretur talis motio seu elevatio fine præintenlo remittendi peccata, nec est alius effectus, ad quem desideretur : non ergo admittenda est talis elevatio ex parte absolventis in sacramento informi; nisi asseratur Deum prodigere suam elevationem inutiliter, et animo eam frustrandi.

Diximus *ex parle absolventis* ob rationem discriminis repertam ex parte pœnitentis, cujus aclus sunt materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, et hæc debet esse supernaturalis, ut constat ex supra dictis disp. 1. Ad absolvendum vero legitime, non interveniente productione instrumentaria graliæ, aut alterius effectus supernaturalis, non requiritur elevatio, sed sufficit intentio recte absolvendi sub forma præscripla ab Ecclesia, in quo nihil supernatural splendet ex parte Sacerdotis, nisi ad summum extrinseco et ex parte linis; non tamen intrinsece receptum in ipso usque ad productionem gratiæ. Cum ergo in casu informitatis Sacramenti ex parte ek feclus non Iit remissio peccati media infusione gratiæ, videtur confici nullam intervenire elevationem proxime, et immediato ad absolvendum, submdeque nullum esse, effectum supernaturalem prædictœ absolutionis. Præter quam quod esto esset talis effectus supernatural! nihil suffragii accresceret nostræ assertioni, in qua sola peccati remissio assignatur ut proprius effectus absolutionis, quo proinde non stanto ut non stare constat.in casu proposito, non subsistit veritas conclusionis. Atque ideo inepte recurritur. ad contritionem, quæ est res, et Sacramentum in Pœnitentia. I

78. Nec est solidius effugium ad ornatum Qtf » quemdam ex receptione sacramenti relictum in pœnitente, et ad remissionem pec- e» cati recedente fictione inducendam virtute sacramenti. Nam ornatus ille, qui apud antiquorum aliquos invaluit, cujusque ex illorum sententia meminit D. Thomas in 4, dist. 1.ari. -l, jam diu exolevit, et i ut commentitius, et absque urgenti ratione | intrusus rejectus est, ut videre est apud I Cajet, ad art. 1 hujus quæst. et quod c^-l magis urget, eum repudiavit D. Thomas D.r«* in prædicto art. primo, statuens rem, et I Sacramentum in Pœnitentia esse pœniten- I tiam interiorem, quod tamen non ita docuisset, si prædictus ornatus admittendus foret, ut suo loco tetigimus. Quod attinet Qeii ad causalitatem Sacramenti, apparentius; et veritati conformius videbatur, si res ita san-l se haberet, quod Sacramentum Pœnitentiæ . recedente fictione, aliquo modo propriam nratiam efficeret. In hac enim sententia teneret assertio nostra, quatenus cuilibet sacramento informi propria gratia, propriaque peccatorum remissio, opportuno lei.ipore esset consignanda. Quod enim aliquis sit effectus proprius alicujus causæ, non mensuratur, aut regulatur penes hoc, quod sit vel non sit semper in ipsomet instanti causalitatis, cum existentia illius j impediri posset, et frequenter retardatur in : illo instanti vel ob indispositionem subjecti, vel ob impedimentum aliud superveniens. Sed sufficit et requiritur, quod semper ac extiterit in rerum natura, sit ex influxu, et virtute illius causæ, cujus dicitur proprius effectus, ut constat fn motibus gravium, et levium, calefactione et aliis, et ita foret in nostro casu, quin ex vi hujus

jus veritas nostra) ot communis assertionis infirma redderetur.

'rt.r 79. Sed quia tract, do Sacrament, in genero disput. 4, dub. G, oppositam viam ut veriorem, el conlirmiorem menti 1), Thomæ, arripuimus, huic discurrendi [modo nec possumus, nec debemus assen · liri : quoniam excluso illo ornatu, non invenimus in quo permaneat Sacramentum infonno, vi cujus posait post longum tempus ita reviviscere, et in eflectum tandiu impeditum se exercere ad induendum in i illam gratiam. Nec facile explicant, aut E expediunt il'i D. Thomæ discipuli ex adverso opinantes, nisi confugiendo ad acp coptationem divinam, in qua remanent opera bona hominis justi adhuc post peccaIλ tum, et similiter sacramenta valide, illicite tamen recepta.

In quo profecto magis pie conjectari, I quam solide ratiocinari videntur. Nam B I quod opera hominis justi adhuc post pec▮ catum maneant in acceptatione divina, el I illo excluso, iterum reviviscant ad præI -tnium, est constans, ac perpetua sententia V\ SS. PP. ac Theologorum, ut vidimus \ tract, de Merito disp. 5, dub. 1, et docet ‘^•Ang Doctor infra q. 83, ubi tradit diffe▮ rentiam inter peccata, et opera bona hominis existentis in gratia, per peccatum morlificata, ut ista, secus vero illa, reviviscere dicantur. Quod vero Sacramentum informe Pœnitentiæ ita maneat, et influat, nec est consonum menti D. Thomæ, ut loco citato satis expendimus, nec ita congruit modo proprio influendi Sacramentorum novæ legis, qui est per modum causæ instrumentalis physicæ, nulla habita ratione causalitatis moralis, ut probavimus ibidisp. 4, dub. 2, § 1, n. 21. Vel assignent ubinam D. Thomas causalilatem moralem propriam et stricte sumptam Sacramentis detulit, novæ legis.

jy't El quidquid sit de Sacramentis cum fructu de quibus ubi nuper, de Sacramento informi Pœnitentiæ, quod nostra refert, era facile constat diversam esse rationem, ut 4mnon possit moraliter influere, aede meritis hominis justi. Hæc enim in sui principio fuerunt viva, Deo accepta, et moraliterpræmyun sibi debitum reddidere apud ipsum Deum : atque ideo nihil mirum quod per peccatum subsequens mortificata, et impedita maneant in acceptatione divina, cui fuerunt grata; ct consequenter quod eo ablato, iterum reviviscant ad præmium, sibi alias debitum in statu gratiæ, ad quem restituitur homo per ablationem peccati. Unde illamrnet causalitatcm moralem a principio sibi annexam réassumant, et vires exerunt, ut tempore oportuno præmium non dentio debitum, sed alias promeritum nanciscantur. In sacramento autem informi Pœnitentiæ nulla alia actio Sacramentalis intervenit, præter aclus pœnitentis, et absolutionem externam sacerdotis cum vera intentione peragendi Sacramentum. Ex quibus illi utpotc hominis existentis in peccato non sunt meritorii, nec consequenter sibi jure vindicant præmium supernatural, quamvis ipsi supernalurales sint. Unde sunt omnino expertes causalitatis moralis ; cum numquam fuerint vivi, et consequenter non est unde reviviscant. Ista vera absolutio nimirum externa cum vera intentione similiter, potest esse peccato obnoxia ex parte sacerdotis, et alias est actio naturalis nullo præmio supernatural! digna, cui proinde repugnat causalitas moralis in gratiam' : ergo non est quare vere dicatur manere in acceptatione divina ad influendam gratiam post ablatum obicem. Nullo itaque modo Sacramentum informe Pœnitentiæ permanet apud Deum ut causa influens moraliter in gratiam ; siquidem nulla est sacramentalis actio, quæ sit propria Dei, et jure postulet eam permanentiam.

80. In aliis vero Sacramentis, quorum propria est characteris impressio, est actio Sacramentalis propria Dei , et ministri terminata ad ipsum characterem. Unde licet intervenire possit peccatum tam ex parte ministri, quam ex parte suscipientis, et consequenter, quod impediatur gratia ex hoc secundo capite ; adhuc est locus causalitali physicæ Sacramenti post ablatum obeem ratione effectus permanentis, ut explicuimus loco citato. Cum ergo in nostro casu nulla fuerit actio Deo accepta, nec etiam actio Sacramentalis, Deo propria præter annumeratas ; non apparet ratio nisi conjectando, et plus quam ratio dictat divinando adstruendi influxum, aut physicum, aut moralem in Pœnitentia respectu gratiæ, quam alias si non esset informe, possit inducere. Et consequenter non ei correspondet ut proprius effectus peccatorum remissio, ut extorquebat objectio supra posita; quamque denuo possumus instaurare subsequent! forma. Nam Pœnitentia informis nequit influere in gratiam amoto obice, nisi vel per illuminet influxum, in ipsa informitate praestitum,

Opposita des,fra mentis ηι'^"ὺ5 charac- tcreD1·

vel per alium ipsi superadditum, informitate deposita : sed neutro ex his modis quoit Pœnitentia informis efficienter concurrere ad gratiam : ergo pœnitentia informis nullatenus influit in gratiam obice deposito productam. Consequentia liquet. Major videtur per se nota, et probatur Minor quoad utramque partem : nam influxus ille physice præleriit, nec permanet physico vel in se, vel in sua virtute relicta, ut vel plures adversariorum ultronee concedunt : aliunde vero nulla intervenit elevatio ex parte ministri, utpote omnino superflua ad casum externo absovendi absque infusione gratiæ : nec etiam ex parte pœnitentis præter necessariam a i eliciendam attritionem ; qui enim aliam comminisci vellet in predicta hypothesi, protinus repellendus esset ob defectum finis confectæ elevationis : ergo ex vi illius Sacramentum informe physice'non influit, aut influere valet in gratiam.

Nec etiam influit moraliter. Tum quia omnes illi actus ex parte suscipientis sunt hominis existentis in peccato, quibus proinde repugnat movere voluntatem divinam ad distribuendam gratiam, nec sunt magis accepta Deo post amotionem obicis, quam fuerunt a principio in consortio peccati : ergo sunt omnino expertes cansalitatis moralis. Tum etiam, quia ut constat ex ipso adversariorum exemplo, actus hominis justi, qui in sui elicientia non fuerunt Deo accepti, num quam redduntur accepti, ne consequenter magis modo, quam antea influunt moraliter in aliquod præmiom : si ergo predict! actus ut primo eliciti a pcenitentp prædictum non exhibuere influxum, aut exhibere potuerunt ad movendum Deum ; pari ratione, nec post ablatum obicem. Unde constat instantiam oppositam in oppositum regerendam : nam quod opera meritoria peccato impedita, seu morlificata, post dimissum peccatum, iterum reviviscant ad influendum moraliter, provenit ex eo quod ut primo producta fuerunt Deo accepta, necnon ex Dei dispositione nobis manifesta ex Scriptura et Patribus ; sed operatione Sacramenti informis ex parte suscipientis numquam fuerunt Deo accepta, nec constat ex Scriptura et Patribus aliquando revictura : ergo id asserere est prorsus voluntarium, et potius divinare conjectando, quam verum ratiocinando concludere : atque ideo nullatenus influunt nec physico, nec moraliter respecta gratiæ ; subindeque ista non est effectua, qui possit Sacramento informi adscribi. Quo etiam argumento conficitur absolutioni non inesse virtutem moraliter influendi, ut considerans facile deprehendet, quin opui sit in eo diutius immorari, inierim audiamus D. Thomam infra q. 89, ari. 6, ubi ita loquitur : *Alio modo dicuntur opera mortua privative, scilicet, quia carant vita spirituali qux est ex charilate per quam anima Deo conjungitur, el per hunc etiam modum, omnia opera qu.v sunt bona ex genere, si sine charilate fiant, dicuntur mortua,* in *quantum, scilicet, non procedunt cx principio vHx, sicut si dicamus sonum cithara: vocem mortuam. Sic igitur differentia mortis, et vito in operibus esi secundum comparationem ad principium, a quo procedunt. Opera autem non possunt iterum a principio procedere, quia transeunt, el iterum eadem numero réassurai non possunt. Unde impossibile est, quod opera mortua iterum fiant virtuoso per ponitAntiam.*

81. Ad hæc respondere poteris, ita quidem esse si precise foret attendendum in hac parte ad id quod se tenet ex parte suscipientis, et ministri, quo pacto veram coucluditur, secus vero si Sacramentum consideremus quatenus est opus Dei, et se tenet ex parte ipsius, qua ratione est opus vivum semper manens in divina acceptione, subindeque proprius eflectus assignandus est, si non stante obice impediente, saltem eo deposito.

Hæc tamen responsio neutiquam satisfacit, quin manifest® falsitatis revincitur. Tum, quia non est magis nec majus opus Dei Sacramentum Pœnitentiæ, quam Eucharistia ; ut nobilitas, et excellentia hujus Sacramenti satis efficaciter declarant: el tamen Eucharistia ficte suscepta nullum habet effectum post fictionem depositam, ut expresse docet D. Thomas in 4, dist. 4, quæst. 3, art. 2, quæstiunc. 3, et est commune apud ejus discipulos : ergo quoi Pœnitentia sit opus Dei, minime probat sortiri suum effectam post amotam fictionem. Tum etiam : quoniam ea ratio (quæ quidem fuit D. Augustini agendo de Baptismo contra Donaiistas) probat quidem efficaciter Je Baptismo et de cæteris Sacramentis characterem imprimentibus : quoniam opus proprium Dei, quamdiu per manet, vel in se, vel in virtute relicta, nequit frustrari effectu : sed Sacramenta, quibus inest virtus imprimendi characterem, licet preterierint, ita sunt opera Dei, quod permanent in charactere ut in proprio p.-io illorum olïoclu, et virtute : ergo nequeunt non sortiri offectum gratiæ, quam intendunt, deposito impedimento. Cmleruin quando opus Dei nec in se, nec in aliquo sui perdurat: non est undo se exorat in jjffeclum, nec physico ut est evidens, nec moraliter, ut ostendimus.

Præterquam quod aliud est Deum supposito Sacramento informi, largiri ejus gratiam, aliud vero, quod ipsummet Sacramentum nullatenus existons effective ad gratiam concurrat cum ipso Deo. Primum non refert utpote incertum et a sola Dei voluntate pendens : sed nec infert causalitalem ex parte Sacramenti, quandoquidem supposito Sacramento informi non cogitur Deus ad dispensandam suam gratiam : atque ideo illam negando, nec ipsi Sacramento, nec ei, qui recepit, fieret injuria; sed pro libito potest vel negare, vel concedere, quin Sacramentum aliquando influat. Sicut supposito peccato originali impediente beatitudinem decreta fuit unio hypostatica, quin peccatum ipsum moraliter influxerit in adventum Christi. Et idem est de peccatis actualibus essentialiter suppositis ad Sacramentum Pœnitentiæ, quin aliquo modo influant in ipsum Sacramentum. Ad secundum vero non sufficit pura suppositio preteritionis, vel connotationis; alias quamplurima alia quæ non sunt Sacramenta, sed vel pure conditiones, vel excitantia signa, utputa, Crux, icones, et alia id genus essent causa gratiæ vero, et proprie, uti esse Sacramentum informe docent prædicti Authores ; quod esse falsum constat ex dictis superiori volumine tract, de Sacram, in gen. disp. 4, dub. 2. Sed insuper desideratur, quod ipfummet Sacramentum ut primo factum aiiquomodo moverit voluntatem divinam ad suo tempore impertiendam gratiam obice impeditam ; quod tamen non præslitisse constat ex dictis. Unde adseribere novum influxum, quem numquam habuit, nec habere potuit ex vi impedimenti, sine fundamento asseritur, nisi conditioni, aut cuilibet alteri connotato causalitatem moralem affigere velimus, quod est frivolum, el indignum assertu : quocirca solidius negatur.

82. His ergo et aliis discurrendi modis prælermissis, ut veritas nostre, ac comtwïs munis assertionis patefiat, et objectioni propositæ legitime occurramus, distinguendum est illud, quod se tenet ex parte Sacramenti, ut est institutum a Deo, ab eo quod se habet ex parte effectus, ut in rerum natura ponatur. Srepe enim contingit causam ex se in effectum propendere; cum tamen impediatur rcipsa effectus obice non orto ex ipsa causa, sed aliunde, vel ex parte subjecti vel ex parte termini, et ob defectum alicujus extrinseci, ut constat in naturalibus, et evenit in nostro casu. Nam licet Pœnitentia ex se, ut fuit a Christo Domino instituta, semper vergat in remedium peccati, illud destruendo media gratia sanctificante, et hoc non utcumque, sed omnino efficaciter, et infallibiliter; quin ex pane Sacramenti prout se tenet ex parte Dei, suboriri possit aliqua dubitandi ratio de ejus influxu, et efficientia. Hoc tamen non obest, quominus effectus Sacramenti ob impedimentum latens reipsa non ponatur in rerum natura, nec consequenter Sacramentum recipiens percipiat similiter ejus fructum. Quocirca recte admonent Suarez in præsenti sect. 2. Nuno dub. 2, et alii, ex parte subjecti ad fructum Sacramenti, semper subintelligi, *est bene dispositum,* vel *si non adsit impedimentum :* quia effectus, ut sit, non dependet tantummodo a principio efficienti, sed etiam a subjecto, » t causa materiali, quæ si non fuerit expedita ad recipiendum, obici est ad non existentiam efleclus. Quam observationem prædocucrat Angelicus Doctor in hoc art. sol. ad 5, inquiens : *Sacerdos ostendit hominem absolutum non solum significative, sed etiam effective : nec tamen loquitur quasi de re incerta : quia sicut alia Sacramenta, novæ legis habent de se certum effectum ex virtute passionis Christi licet possit impediri ex parte recipientis : ita diam ct in hoc Sacramento.* Nec ideo absolutio est conditionalis, ut aliquis possit obtendere; quia ilia conditio non se tenet ex parte Sacramenti, sed ex parte subjecti recepturi illius effectum, et insuper est conditio generalis ab omnibus præsupposita ex parte subjecti ; quantumvis absolute, et universaliter loquantur. Et conditio generalis non reddit absolutionem conditionaiam , ut constat in judice humano, cujus sententia conditionata non est, quantumvis similis conditio præsupponaturin reo.

Est etiam observandum, quod licet remissio voce tenus solum significet ablationem culpæ, et hoc pacto videatur eflectus privativus ; quia tamen remissio est ablatio privationis, qua peccatum ipsum constituitur, non fit absque forma positiva qualis

est gratia sanctificans. Sicut ablatio tenebrarum non aliter fit quam introductione lucis. Unde sicut reipsa coincidit introductio lucis cum ablatione tenebrarum, ita et justificatio impii cum remissione peccati, et non est ibi nisi unicus motus, licet interveniat duplex mutatio, ut explicuimus tract, de justificatione disp. I, dub. 1 et 2.

Veros, Ki«asl:" sensos.

33. Ex hac duplici observatione facile est legitimum conclusionis sensum eruero, et difficultati propositæ occurrere. Planus igitur illius sensus est remissionem peccati, seu 'iratiam sanctificantem esse effectnm per se primo inspectum ab absolutione Sacramentali, in quem essentialiter, et quantum est ex se collimat. Quod enim aliquando non sit, non oritur ex ipsa absolutione, sed ex defectu subjecti : ad eum sane modum, quo calefactio ex natura rei tendit in calorem, et illuminatio in lucem, quamvis contingat calorem, et lucem non semper introduci ex parte subjecti obsistentis calefactioni, et illuminationi. Et juxta hunc sensum concedimus objicienti, quod in Sacramento informi Pœnitentiæ nullus effectus remanet post Sacramentum, et quod peccata non sint remissa ; alioqui informe non esset : sed hoc non provenit ex defectu Sacramenti, quod quidem de se in remissionem actualem, et exercitam collimabat; sed oritur ex indispositione subjecti obsistentis gratiæ, et elevationi ad illam de facto inducendam. Unde adhuc in ipso Sacramento informi, quantum est ex vi Sacramenti, et partium essentialium ejus, effectus est peccati remissio, seu quod idem est, gratia remissiva peccati, non quidem quæ reipsa detur exercite, sed quæ agitur, quantum est ex parte Sacramenti. Et ratio est clara ; quia informitas, seu carentia fructus non provenit ex ipso Sacramento, sed ex subjecto illud indigne recipiente; atque ideo illius carentia non debet refundi in Sacramentum, sed in subjecti ineptitudinem. Quod magis fiet perspicuum § sequenti, ubi sensum verborum enucleabimus. Hinc ad fonnam objectionis principalis distinguenda est Major : Nullus effectus remanet exactive, et quantum est ex vi Sacramenti, negatur ; exercite ob indispositionem subjecti, conceditur; et concessa etiam Minori, negatur Consequentia ; nam ut remissio peccati designetur tanquam proprius effectus Pœnitentiæ, non requiritur, quod actu, et reipsa illum semper efficiat ; sed sufficit ex se, et ex sua institutione in illuni propendere, el quod reipsa semper, et infallibiliter, in subjecto disposito illum operatur. Dispositio autem subjecti sicut non est pars Sacramenti, sed quid præsuppositum ; ita non aufert correspondentiam, seu exigentiam ipsius Sacramenti per ordinem ad effectum, nec effectus ab ipso Sacramento, licet impediat existentiam istius. Ratio a priori est : quia licet sil de ratione causœ effectum continere, in iliumque quantum est de se inclinare; non tamen postulat essentialiter illum semper producere, nisi in subjecto capaci, et apto ad receptionem. Nec etiam est de ratione instrumenti subjectum disponere, et capax reddere, sed hoc aliunde debet supponi. Cum ergo in Sacramento informi subjectum sit incapax remissionis ob impedimentum latens ipsum pienitentem ; optime cohæret ct quod Sacramentum «spiciat ut proprium effectum remissionem, ut intentam ex vi Sacramenti; et quod illam in effectu pœnitens non nancis-cantur.

Evisw.

81. Nec momenti erit, si opponas Sacramento ipsi deficere elevationem ad productionem gratiæ, ut supra nos asseruimus : semel autem atque desit prædicta elevatio, jam Sacramentum nequit in gratiam propendere; quoniam absolutio Sacerdotis, ut constat ex ibi dictis, nihil intrinsecum supernaturale importat, nisi ad summum præsuppositive characterem Sacerdotalem, et finem extrinsecum remissionis peccati : omnia ergo quæ se tenent ex parte Sacerdotis proxime et immediate ad absolven lum, sunt intrinsece naturalia, quibus proinde non subest vis in finem supernaiuralem collimandi, qualis est peccatorum remissio : non ergo Sacramentum illud quantum est de se propendit in gratiam, ut in proprium effectum.

RefelS· ur.

Nam contra est, quoniam elevatio actualis ad productionem gratiæ non est pars intrinseca Sacramenti, nec intrinsece, et essentialiter concurrit ad ejus constitutionem ; cum partes ipsius essentiales non sint aliæ, quam materia, et forma. Unde elevatio est quid superadditum, et consequens Sacramenti constitutionem, et tantummodo confertur in ipsomet instanti productionis gratiæ, in quo Sacramentum terminatur, et completur. Cum autem Sacramentum informe gratiam de facto non producat ob impedimentum latenter ibi occurrens, inde est non illi competere actualem elevationem ad gratiam; nam idemmet est obici et gratiæ, et elevationi ad gratiam. Et ratio

ratio hujus est : quoniam Sacramenta, unico excepto Eucbaristitn, consistunt in usu, nec liabitualitor incst ipsis aliqua virtus supernaturalis, qua permanentor maneant elevata. Undo nocesso est recurrere ad actualem motionem, et elevationem Dei ; hæc autem cum non sit absque effectu, non datur nisi in ipsomel instanti in quo effectus producendus est, ut clare docet P-Пк d. Thomas 4 ad Annib. dist. 8, art. 5, inquiens : *Virtus communicalurJSacramenlo quando esi in suo termino, el complemento, non quando est simpliciter in successione.* Porro instans causalitatis Sacramentorum non est nisi completivum, et terminativum, in quo verum est dicere : *Nunc non «l Sacramentum, et immediate antea fuit,* ut constat ex supra dictis disp. præced. et uberius de Sacram, in gen. Atque ideo independenter ab elevatione, seu pro priori ad ipsam intelligitur Sacramentum constitutum essentialiter ex partibus sibi propriis. Hæc autem in Pœnitentia sunt actus supernaturales pœnitentis supra explicati, el absolutio Sacerdotis cum legitima potestate, et recta intentione conficiendi Sacramentum, quibus positis subsistit verum Pœnitentiæ Sacramentum, quod quantum est de se ex intentione ministri, et pœnitentis tendit in remissionem culpæ, et elevationem ad eam comparandam media infusione gratiæ ; quam tamen obice impediente, non assequitur, nec elevationem ad ipsam. Nec enim in his signis sensibilibus, qualia sunt Sacramenta, major supernaturalitas adstrui debet, quam qnæ supposita Christi institutione, illis adaptari potest.

gw 85. ünde ad formam objectionis respondetur distinguendo Majorem : *Sacramento informi deficit elevatio,* ut pars intrinseca illius, nego Majorem ; ut quid consequens ipsum Sacramentum, concedo Majorem, et subdistinguitur Minor : deficiente elevatione nequit propendere in gratiam, per rirlutem sibi intrinsecam, et receptam, concedo Minorem : ut recipien !am, vel ut instrumentum proxime elevabile si non esset impedimentum, nego Minorem ; et negatur utraque Consequentia. Quia illa tigna sensibilia, et consequenter naturalia, supposita Christi institutione, et consignatione rite posita a legitimo ministro ex recta intentione conficiendi Sacramentum, quantum est ex parte ministri, et pcenitentis, non in aliud quam in remissionem collimat : et consequenter gratia ut exacta, et peccatorum remissio illi respondens, quantumvis actu non detur ob impe limonium latens tam ministrum, quam ipsum pœnitentem. Sicut effectus illuminationis non est aliud quam lux, et calefactionis calor; esto quandoque, nec lux, nec calor de facto interveniant ob interpositionem vel corporis, vel majoris resistentiæ ex parte passi. Et (quod proximius ad rem accedit) Sacramenta vivorum non alium per se effectum respiciunt, quam augmentum gratiæ cum modo Sacramçntali cuique illorum proprio; cum tamen non semel primam gratiam etiam efficiant : quin inde inferatur augmentum gratiæ non esse ab illis per se primo inspectum, et intentum ex parte ipsorum, ct ministrantium.

86. Nec interest (ut tacitam objectionem præoccupemus), quod sit impossibilis Sacramento informi peccatorum remissio. Nam hæc impossibilitas est ex suppositione impedimenti existentis, cum quo est inconjungibilis ablatio peccati : non enim oritur ex ipso Sacramento rite, licet non recte, facto : nec ex parte absolutionis; quippe quæ ut prolata a ministro vere prospicit eam remissionem. Unde quod hic, et nunc non reipsa consequatur effectum, non infert impossibilitatem absolutam, nec in Sacramentum, nec in ministrum absolventem debet refundi. Atque ideo cohæret impossibilitas prædicta cum exigentia ex parte absolutionis, ut constat in exemplo illuminationis, cui respondet lux ; quin tamen clausa fenestra, vel alio corpore interposito, eam possit introducere.

Tertia obiecuo·

87. Secunda difficultas oritur ex opposita omnino radice ; quia nimirum non sunt peccata diluenda media absolutione sacerdotis, sed supponuntur remissa vel per contritionem, vel per præcedentia Sacramenta sæpius recepta Pœnitentiæ. In quo sane eventu (et quidem frequentiori præ ilio Sacramenti informis) non apparet quam remissionem efficiat absolutio, quandoquidem nihil peccati superest remittendum, sed tam quoad culpam, quam quoad pœnam est abrogatum : non ergo in hoc casu satis frequenti intervenit vera peccati remissio ; et consequenter minus recte assignatur ut proprius effectus hujus Sacramenti.

Secunda difficultas.

Nec audiendi sunt, qui docent peccata præterita jam confessa perse sola non esse materiam sufficientem hujus Sacramenti ;

Aliquorum sententia.

sed exigi peccatum novum saltem veniale ail ejas valorem. Tum quia oppositum constat ex dictis disp. 2, et falsitatis convincit ipsa perennis Ecclesiæ, et timoratorum consuetudo, apud quos nihil frequentius quam peccata pneterita deplorare, et ea sæpe saepius clavibus Ecclesial subjicere absolvenda, et remittenda. Tum etiam quia peccata pneterita, quia dimissa non extrahuntur amatoria remota Pœnitentiæ ; alioqui enim post actum contritionis de eis elicitum, nullum conficeretur Sacramentum, quod est plusjuam falsum, et satis absurdum. Ex quo rursus fieret, vel non esse explicanda in confessione, quod non est dicendum ; vel per Sacramentum in re susceptam nihil remissionis acquiri, quod est intentam objectionis.

Urpetyr › Quam uraere possumus exemolo satis vulgan, sed ad rem non minus proprio. Nam homini a vinculis corporeis, quibus irretiebatur, absoluto, frustra impenderetur iterata solutio, inanisque redderetur conatas a vinculis expediendi, quem constaret ab illis penitus expeditum, ut ex ipsis terminis constare videtur. Sed accedens ad Sacramentum perfecte contritus vel confessus accedit omnino absolutus, et ex peditus a vinculis peccati, quibus fuerat obstrictus, siquidem sacramento, vel contritione ipsa fuerunt confracta illa vincula. Ergo accedenti ad hoc Sacramentum cum perfecta contritione vel jam confesso nulla fit peccati remissio, atque ideo hæc non est proprius effectus absolutionis.

Antiqoorum sententia?. 88. Hac pressi difficultate veteres Theologi in varias abiere sententias, quas supra retulimus, et refellimus ex D. Thoma quin opus sit iterum in eo immorari. Inter recentiores vero etiam est discolor illi occurrendi modus, et pluribus minoris momenti prætermissis (ad prædictas sentIlccenlioratn diversitas. tont'as' ve^ statim subjungendam, redigendis), plausibilior est quam tradidit Cardini-).s LJf°. Lugo in pnesenti, disp. 13, sect. 3, n, 13, docens effectum absolutionis in casu argumenti esse remissionem novo titulo factam : quia remissio nihil aliud est, quam cessio juris, seu obligatio per cessionem juris non utendi jure acquisito ratione offensæ. Unde per repetitam cessionem sui juris ex parte Dei medio Sacramento, significatur voluntas efficax non utendi jure alias habito contra offensam. Et cum ad valorem illius cessionis non requiratur aliud, quam ponere titulum sufficientem, ut uti non possit jure suo, fit consequens quamlibet novam remissionem inductam per Sacramentum, afferro novum titulum remissionis.

Hinc num. 82 ad explicationem argu- ij«. menti negat Consequentiam. Hatio autem different'® in eo collocat, quod in solutione vinculi corporei objectum immediatum solutionis est ipsa corporea solutio, qua semel praestita, non remanet locus alteri solutioni, quocirca propositio redditur falsa ob defectunj objecti. In solutione vero vinculi spiritualis objectum immediatum per eam affirmatum, non est ipsa ablatio externa vinculi,sed actus internus voluntatis, quo ego interius cedo jure acquisito ex offensa, et me obligo ad non utendum eo jure. Unde licet peccatum sit remissum, possum iterum, atque iterum cedere, et me obligare ad non utendum jure olim habito : ut constat in humanis, in quibus creditor, vel offensus post extinctum debitum arctius se obligare potest ad non exigendum debitum, vel indignationem concipiendam. Et hoc est proprie cedere et remittere offensam. Hæc summatim perstricta est hujus Aulhoris solutio, quæ pluribus juniorum arrisit.

89. Sed re vera difficilior est, quam ip- Di&i-lis exflio-M. samet objectio, pro qua diruenda fuit excogitata. Et contra illam stat imprimis rationem disparitatis esse omnino voluntariam utpote in qua non redditur ratio, quare vincula corporea magis sint objectam illius propositionis : *Ego te absolvo a vinculis corporis,* et non sint etiam vincula spiritualia objectum absolutionis Sacramentalis : cum non minus ista versetur circa vincula spiritualia dissolvenda, quam prima circa corporea. Unde vel utrobique, vel nullibi debet fieri recursus ad voluntatem solvendi, ad quam recurrit ille Author pro vinculis spiritualibus; secus vero pro corporeis solvendis. Militat secundo, prin- Absjn cipium illud : *remissionem nihil aliud esse, quam cessionem juris,* veræ Theologiae non salis consonum : juxta quam remissio non solum importat cessationem juris ; vel cessionem Dei offensi, quæ extrinsece se habent respectu peccatoris; sed insuper addit donum aliquid supernaturale, vi cujus pœnitens transeat de inimico ad esse Dei amicum, ipsique acceptum. Hoc autem non fieri absque infusione gratiæ sanctificintis de fide tradunt communiter Theologi, ut vidimus tract, de Justifie, disp. 2, dub. 1 et constat ex Concil. Tridentino Trite sess. 6. abi nostram justificationem reducit ad justitiam Doi, non qua ipso in se justus est, quippe quæ solum extrinsece, et efficienter so habet; sed ad justitiam nobis intrinsecam, qua justi reddimur, et amici Dei. Cum hoc autem non bene cohtftret *remissionem nihil aliud esse, quam cessionem Juris,* siquidem ista cessio se tenet ox parte Dei, ex parte cujus se habebat vis exigendi compensationem offensæ ; nequit autem esse effectum causatum ad extra per Sacramentum in ipsum recipiente.

Est aiin D.TbiM. Est etiam contra D. Thomam maxime vero quæst. 28 de Verit. art. 0, ubi docet, quod remissio culpæ importat non solum ablationem absentiæ gratiæ, sed ablationem impedimenti gratia?, quod erat ex actu peccati præcedentis. Ubi S. Doctor manifeste docet in remissione culpæ coire ablationem peccati habitualis, quæ non est dabilis absque infusione gratiæ, cujus est privatio, ut constat ex ibi dictis disp. 1 et retractationem actualium : manifeste ergo opponitur D. Thomas asserendo *remissionem nihil aliud esse, quam cessionem juris* ftejor *ei parle Dei.* Nec est verius, quod subjunplio, gitur in eadem solutione hanc sui juris repetitam, aut saepius iteratam cessionem inducere novam remissionem, novumque titulum remissionis. Nam cessio juris quantumvis iteretur, aut repetatur ex parte offensi, quid proficit ad effectum Sacramenti, quam investigamus ; siquidem iste non se tenet ex parte Dei offensi, sed ex parte suscipientis Sacramentum ? Unde recurrere ad cessionem extrinsecam Dei est omnino extra rem, ct difficultatem intactam relinquere ; nisi asseratur remissionem peccati de facto fieri per condonationem extrinsecam, quod non debet admitti, ut constat ex dictis tract, de justificat, disp. 2, dub. 1, ubi ex Concilio, et communi Theologorum doctrina eam sententiam rejecimus.

fe!K-6ir «vr.ai- 90. Hinc etiam constat falsum esse dis- feto. crimen assignatum ex ea parte qua docet objectum absolutionis esse actum voluntatis, quo Deus cedit juri acquisito ex offensa : quoniam sicut justificatio non importat solam Dei voluntatem, sed infu- W ?ionem gratiæ, ut constat ex Tridentino loco citato cap. 7, et cap. Ii, ubi sub anathemate damnat docentes gratiam qua justificamur, esse tantum favorem Dei : ita et peccatorum remissio nequit explicari per nudam cessionem juris, quæ se tenet tantummodo ex parte Dei. Tum quia peccatorum remissio est effectus secundarius gratiæ absque ullo alio favore extrinseco diverso ab ipsa infusione gratiæ, ut ostendimus loco citato. Tum etiam, quia ut tenet ipsemet Cardinalis de Lugo n. 68, Logo sibi contra rias. verba Sacramentalia debent usurpari in eadem significatione, quam sibi vindicant ex hominum impositione, sed ex hominum institutione, seu impositione, non tantum significant actum internum voluntatis, sed etiam externum aliquid realiter ab actu interiori diversum : alias in ejus sententia verum esset dicere loquendo de vinculis corporeis : *Ego le absolvo,* quin a vinculis corporeis liberaretur. Ergo aliquid superest explicandum in illis verbis : *Ego le absolvo,* realiter diversum a voluntate interiori. Tum et maxime quia verba Sacramentalia non aliud significant, quam efficiunt, ut in confesso est apud ipsum, et reliquos Theologorum : sed verba absolutionis non efficiunt voluntatem internam Dei, qua cedit juri suo, cum ejus non sit dabilis causa, aJias esset quid creatum. Ergo cessio illa interna Dei non est effectus absolutionis. Unde instauratur vis confirmationis : nam sicut in absolutione vinculi corporei, objectum non tantum est intentio solvendi, sed etiam vinculum ipsum ut expediendum : ita in absolutione vinculorum animæ, non solum voluntas solvendi, sed ipsa vincula solvenda sunt objectum absolutionis : sed voluntas solvendi vincula corporea, si ea fuerint jam dissoluta, nullum habet effectum, ut conceditur : ergo absolutio a vinculis spiritualibus, nullum effectum jure vindicat, si ea præcesserint dissoluta, ut supponitur in casu argumenti.

IJobora tur amplius 91. Deinceps refellenda venit eadem solutio ex ipsorum terminorum Mitiori cohærentia, ne dicamus contradictione, quam inculcat prædictus Author alioqui gravis, ut e sua societate observarunt alii præcipuc vero Joannes Dicastillo in præ- Joan. Dicas lilio. senti disp. 5, dub. 6, n. 111. Nam ubi est extinctum totum jus exigendi debitum alias habitum, non est locus cessioni juris : sed in casu argumenti ex parte Dei fuit extinctum universum jus exigendi debitum alias contractum ex peccato : ergo non est locus cessioni juris ex parte Dei. Consequentia est in forma. Major præterquam quod ex ipsis terminis constare videtur, facile probatur, et explicatur : nam sicut ubi non est offensa, non potest esse jus contractum ex offensa, ita ubi non est jus, nequit inveniri cessio juris, quæ sit abso-

Juta, et efficax ; nisi ad summum condilionata ex parte objecti, si aliquando sit, vel esset. Nam sicut jus contractum ex offensa supponit essentialiter ipsam ollensam : ita cessio juris supponit jus cedendum ; alias enim esset cessio chymerica, vel ut minimum condilionata, non vero absoluta, et efdcax, qualis debet esse voluntas Dei, qua remittit peccata. Minor etiam constat : quia in casu argumenti supponitur remissum peccatum vel per contritionem perfectam, vel per Sacramentum cum fructu receptum : sed hoc ipso supponitur extinctum ex parte Dei jus contra peccatum, quandoquidem pnedicluni jus fundatur in peccato, et offensa Dei irrogata : ergo si utcumque supponitur admissum, ex consequenti supponitur ex parte Dei extinctum jus contra peccatum, et offensam. Quid ergo superest cedendum, nisi ptena temporalis, de qua non disputatur. et potest esse remissa, ut infra ostendemus? Aut qualiter toties se obligare poterit ad non utendum jure suo, quod non est, nec esse supponitur ? Quod enim aliquando fuerit, sicut non probat non esse extinctum, ita non evincit posse illud denuo cedi. Id enim quod aliquando fuit, si modo non est, perinde est, ac si numquam fuisset, ut illi cedatur. Cum ergo nulla esset ratio cedendi, si numquam fuisset ; nnlla prorsus est ratio ce iendi, aut denuo se obligandi, si modo non est jus cedendum, ut non esse supponere debemus ad intentum arsumenti.

Et ut id evidentius appareat, ponamus peccatum esse omnino remissum quoad culpam offensam, et omnem reatum, ad pœnam æternam, et temporalem, quin aliquid supersit delendum, ut possibile esse nemo ambigit, et de facto evenisse in negatione D. Petri tam credibile est, ut impium esset negare. Cui ergo jure cedendum esset ex parte Dei erga D. Petrum accedentem ad Sacramentum post tam amplam, tamque perfectam naclam remissionem ? Profecto non apparet. In eo autem eventu verum et proficuum esset Sacramentum; nuila vero cessio juris, quod aliquo modo foret Petrum damnandi titulo offensæ ; alias esset remissa, et non esset remissa. Ergo in casu remissionis proposito accedentis ad Sacramentum ineptus, et complicatorius est recursus ad cessionem juris, quod supponitur non esse, quasi re vera esset. Nec enim Deus potest exigere debitum, ubi debitum non est, nec consequenter cedere juri, quod non habet, nec habere potest non stante peccato nec in se, nec in sua causa, nec in abominatione divina, in qua non remanent peccata post remissionem, juxta illud Apostoli ad Rom. 8 : *Nihil damnationis esi* iis, *qui sunt in Christo Jesu.* Et Ezechiel. 18, n. 22 : *Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est non recordabor.* Bo- ώ 111. b.

92. Si autem ex prædicto Authore objeceris, tum quod semel offensa remissa, potest quis iterum atque iterum se obligare ad idem, sicut semel professione emissa, potest religiosus iterum atque sæpius ejus renovatione, constringi. Tum etiam (quod magis ad rem accedit) nam omnino deleta culpa, queit homo de ea pœnitere, et hoc concurrente dolore, verum Sacramentum perficere ac frequentare; quin ad hoc obsit, quod delictum sit omnino purgatum : non ergo oberit, quod sit remissum ex parte Dei, quominus ipse Deus valeat, quantum est ex se, eam pluries remittere, se obligando ac proprio juri cedendo, ut etiam contingit in humanis. Objetlb ei eo- dem Auttere.

Respondetur hujus objectionis motivum, in quo est nervus solutionis, quam impugnamus, viribus destitui, si animadvertatur discrimen a D. Thoma constitutum inter offensam humanam, et divinam, earumque quoad remittendi modum diversitatem. Ait itaque S. Præceptor infra quæst. 86, art. 2, in corpore : *Hoc interest inter gratiam Dei, el gratiam hominis, quod gratia hominis non causal, sed præsupponil bonitatem veram, vel apparentem in homine grato ; sed gratia Dei causal bonitatem in homine grato, eo quod bona voluntas Dei, quæ in nomine gratis intelligilur, est causa omnis boni creati. Unde potest contingere, quod homo remittal offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua mutatione voluntatis ejus, non autem conlingere potest, quod Deus rcmillal offensam alicui, absque immutatione voluntatis ejus.* Ex quibus constat admittendum esse Antecedens, si sermo"sit ut revera est, de offensis in homine commissis, ad quarum condonationem non requiritur nisi cessio juris, vel obligatio jure non utendi, quin aliud expectetur. Secus vero est de condonatione divina, quae vere sit absoluta, et efficax : quippe hæc non importat nudam cessionem juris ex parte Dei, aut solam obligationem non utendi jure suo, ut sonare videntur illa verha : *Demissionem nihil esse, quam cessionem juris,* quibus utitur Lugo ; sed importat gratiam intrinsece immutantem voluntatem Diluilcr ex D. Thoa. D.Tboa.

voluntatem creatam, et quantum est de se excludentem quælibet peccata, quæ inveniat in subjecto. Undo neganda est Consequentia, utpote quæ non infertur ex illo Antecedenti, quinimo opposita est deducenda. Nam quia voluntas Dei remittentis peccata est omnino efficax, nec supponens sed faciens objectum ; nequit ita remittere peccatum, ut non apponat in voluntate creata gratiam incompossi bilem cum peccato : sed quoties homo justificatus accedit ad Pœnitentiæ Sacramentum, in sententia Cardinalis Lugo remittitur peccatum, siquidem vere absolvitur : ergo recipit homo novam gratiam exclusivam peccati. Consequentia constat, Minor est doctrina prælaudati Theologi. Majorem suadet discrimen assignatum a D. Thoma. Hinc vero legitime subinfertur, quod sicut prima peccati remissio non est *nuda cessio juris,* aut *mera obligatio non irascendi,* ut ipse loquitur, sed importat infusionem gratiæ, in quo stat formalis remissio : ita nec secunda, aut multolies iterata, quippe omnes sunt ejusdem rationis, et energiæ, quoad munus sanctificandi, et remittendi ex parte termini, quidquid sit de effectu exercitæ expulsionis, nihil referentis.

tdra. Id quod adhuc urgeri potest vel ipso exemplo ab humanis desumpto. Siquidem nec prima, nec sæpius repetita condonatio offensæ in humanis importat aliud, quam *nudam cessionem juris,* vel *obligationem non irascendi ;* eo quod omnes sunt ejusdem rationis : ergo e converso oppositum statuendum est in condonatione divina, de cujus ratione est non aliter remittere, quam apponendo vel primam, vel majorem gratiam, qua vel primo expellatur peccatum, vel magis ab eo homo elongetur, ut explicabimus.

*£.> 93. Unde etiam praecluditur refugium ad novo titulo factam remissionem, quoties intervenit novum Sacramentum. Quoniam ut sit novus titulus remissionis novæ, oportet esse novam gratiam remissivam ; non vero sufficit cessio juris quasi speculativa, hæc enim non reperitur ex parte Dei ut operantis per Sacramenta cum fructu recepta; sed semper comitatur nova gratia essentialiter incompossibilis cum peccato in qua debet fundari ille novus titulus novæ remissionis ; non vero in sola voluntate extrinseca Dei, vel in cessione T . juris, quæ etiam est extrinseca, ut intendit 1-a ille Theologus.

I toi· In quo stat discrimen hujus doctrinæ a | doctrina aliquorum Thomistarum quorum princeps in hac parie fuit Mag. Nuno in præsenti dub. 2. Hi enirn quamvis ad novum titulum refugiant in casu argumenti, toto tamen cœlo distant a Cardinali Lugo; siquidem novos eos titulos remittendi revocant in novam gratiam superadditam mediis Sacramentis productam, in quo nihil sinistrum docent, aut communi Thomistarum sensui substantialiter adversum, sed solum differunt in mo lo loquendi. Cum tamen Lugo totum negotium referat in cessionem juris extrinsecam, et iteratam voluntatem non exigendi debiturn, aut jure Dei proprio non utendi, ut constat ex ejus verbis. Quod notatu dignum censuimus, nedum quis apud Nuno, vel alium D. Thomæ discipulum novum illum titulum novo Sacramento inductum offenderit una cum Cardinalis Lugo sententia veram sententiam confundat, sicut Magister Prado in præsenti dub. 6, § 3, num. 39.

Nuno.

Lugo. Martiiiez de Prado.

94. Nec favet Lugo ad novam obligationem, vel novum titulum ex parte Dei sustinendum, primum illud exemplum renovatæ professionis, quasi hac iterata quotidie, quotidie etiam nova consurgeret obligatio. Hoc enim falsum est, et nulla ratione probabitur : quoniam licet laudabilis sit ea reiterata obligatio, et non parum juvet ad firmandam, et stabiliendam voluntatem in professione jam facta, non tamen auget, aut promovet novam obligationem, alias tot committerentur peccata infractione voti, quot præcessissent replicatæ professiones. Quod est falsura, et ipsi societati adversum, ut constat ex ejusdem Constit. part. 5, cap. 4, § 6, ubi cavetur votorum renovationem nullam inducere obligationem, prout refert Dicastillo ubi supra n. 112, et docet Sanchez lib. 7 de Matrimonio, disp. 27, n. 25. Et evidentius apparet in Matrimonio, cujus millies repetitus consensus supra primum, quo contractum fuit legitime, nullum titulum, nullamve majorem obligationem indicit. Unde illud exemplum matrimonii spiritualis media professione in adversarium retorquetur, et contra ipsum militat.

Dieastillo, Sanchez, Medina illi adversi.

Ad secundum exemplum de dolore erga peccatum jam dimissum, constat ex supra dictis disp. 2, n. 43 et sequent, ubi explicuimus qualiter peccatum remissum sit materia Pœnitentiæ, et quo pacto virtus Pœnitentiæ circa illud versetur. Quoad præsens vero respondetur numquam homini constare omnino certo, et intalli-

Dispellitur exemplum.

biliter sibi esse dimissa peccata, quantumvis repetita Sacramenta Pœnitentiæ susceperit, nisi intervenerit divina revelatio. Et ideo semper potest de eis pœnitore, et Sacerdoti absolvenda manifestare, et quidem cum ingenti fructu, ut constat ex Extravagant! *Inter eundas,* in qua monemur hujusmodi confessiones esse salubres, et ex salis frequenti, nec minus commendata Ecclesiæ, et timoratorum consuetudine. Quod si vero vel revelatione, aliove infallibili signo aliquanlo constiterit veterum peccatorum perfectam indulgentiam fuisse concessam, non idcirco excludendus est eorum dolor, nec deserendus accessus ad hoc Sacramentum : quia licet non adsit ullum peccatum saltem veniale (quod raro accidet) delendum per Sacramentum, nec ullæ peccatorum praecedentium reliquiae, adest tamen radiculis, et virtualis illorum expulsio inclusa in ipso augmento gratiæ, modo infra explicando. In quo sensu etiam est virtualis remissio ex parte Dei, quæ splendet in augmento gratiæ per Sacramentum collatæ : non vero *nuda cessio juris,* aut pura voluntas obligandi se, ut illa solutio comminiscebatur, et in quo solo sensu eam reprobamus, ut minus veritati consonam.

95. Legitima ergo solutio difficultatis n. 26 propositæ concedit casum, quod nihil supersit remittendum exercite accedenti ad Sacramentum in quo nullum est inconveniens, licet ut in plurimum, et fere semper adsint venialia medio Sacramento purganda, supposita eorum displicentia, cum confessione' ; negat tamen Consequentiam, quoniam adhuc in illo casu effectus absolutionis est remissio peccati, non quidem actualis; et exercita, sed aptitudinalis, et in radice; quatenus videlicet media prodicta absolutione augetur gratia remissiva peccati. Quod quidem peccatum excluderet, si in subjecto inveniret : illud enim de facto non excludere, non provenit nec ex defectu gratiæ, aut illius inclinationis, nec similiter ex defectu Sacramenti : quippe tam istud quam illæ tendunt in remissionem peccati, quantum est de se. Et ratio a priori desumitur ex institutione hujus Sacramenti : ex qua constat illius propriam gratiam esse medicinalem, et sanativam. Nequit vero intelligi medicina absque ordine ad morbum, in cujus medelam instituta est, nec consequenter gratia aliqua medio hoc Sacramento communicata, cui non competat esse remissivam peccali, sicut non est dahilis gratia Baptismi, in qua non sit vis expulsiva peccati originalis. Nam ut docet Aug. I'ræceptor D.Tbo». in i, dist. 18, q. I, ar. 3, quæsliuuc. 2 ; *Idem judicium est de effectu quem potestas* clawum *aclualiler exercita complet in eo in quo contritio tempore prxeessit, el de effectu baptismi, qui jam habenti gratiam datur.* Cujus rationem tradiderat S. Doctor in corpore principalis articuli dicens : *Eodem modo se habet potestas clavium, qua* est in Sacerdote ad effeclum Sacramenti Pœnitenlix. sicut se habet virtus, qux est in aqua Baptismi ad effectum Baptismi. Baptismus autem, et Sacramentum Pcenilentix conveniunt quodammodo in effectu, quia utrumque contra culpam ordinatur directe, quod non est de aliis Sacramentis,* Quocirca gratia utriusque Sacramenti ita est illorum effectus, ut in esse termini semper importet esse remissivam, et destructivam peccati; quamvis aliquando, quia non invenit nec remittat, nec destruat.

Porro ut id reddatur magis perspicuum, Observanimadvertendum est remissionem peccati valio· ita esse effectum Pœnitentiæ ut est Sacramentum, quod potior causa prædictæ remissionis sit gratia, ut præclare docuit S. Doctor infra q. 86. art. 6, siquidem Sacramentum est tantummodo causa instrumentalis, gratia vero principalis, quin indigeat favore aliquo extrinseco Dei, aut elevatione aliqua ad illud destruendum. Et idcirco immediate ante in eadem solutione ad argumentum *sed contra* praemiserat An- D.Thoa. gelicus Preceptor remissionem culpæ *esse inseparabilem effeclum* gratiæ, per quam principaliter culpa remittitur. Quo fit in visceribus ipsius gratiæ ut est effectus, seu terminus per se inspectus, et productus media Pœnitentia; includi vim expulsivam peccati, a qua in esse termini nequit proscindere. Quia tamen actualis expulsio est effectus secundarius ipsius, sine quo proinde conceptus ejus primarius potest salvari; bene cohæret, et quod de facto non remittatur peccatum, quia non est, et quod ipsa gratia ut remissiva est, vel si mavis, ut quantum est ex se remittens, sit effectus absolutionis. Licet enim non semel effectus secundarius separetur a primario, ut inductive constare potest; numquam tamen reperitur conceptus primarius, quin contineat in radice de se sufficienti secundarium, et illius exigentiam aptitudinaliter importet. Quocirca recte animadvertit Suarez in pros. sect. 2, η. 20 in fine : Sagesse discrimen inter effectionem gratiæ, et expulsionem peccati : nam ex vi form® semper, et infallibilitor datur gratia, non stante obice; non tamen semper actualitor remittitur peccatum per absolutionem, nisi subintellecta conditione, *quod sit peccalum.* El quoad hoc non dicil semper actum , sed aptitudinem. Unde sicut ad infallibiliter actu inducendam gratiam præsupponi debet non existentia obicis; ita ad expellendum actualiter peccatum pnerequiritur ejus existentia, et ea non stante non idcirco deficit effectus primarius Sacramenti, qui quidem non est actualis sanatio, sed gratia sanativa, et medicinalis. Et in hoc sensu tradita solutio est D. Thomæ, et discipulorum, quos superlluum est recensere.

teiiil- 96. Objicit tamen contra earn Lugo : ϕ›· nam verba illa *Ego te Absolvo,* ex hominum institutione non habent significare collationem gratiæ, sed remissionem debiti, et solutionem vinculi : ergo esto in hoc Sacramento causent gratiam, ipsa tamen de se eam non significant : atque ideo proprius illorum effectus non. est gratia remissiva, sed cessio juris, vel obligatio non utendi jure acquisito per offensam. Hanc consequentiam probat ex eo, quod in verbis Sacramentalibus duplex assignanda est significatio, et quam habent ex hominum impositione, et quam sibi vindicant ex institutione divina. Et quidem si de hac secunda fiat sermo proculdubio, inquit, et efficitur, et significatur gratia ; secus vero, si loquamur de prima, juxta quam solum exprimitur iterata voluntas condonandi, et juri suo cedendi.

Λΐϊν. 97. Hoc tamen nihil refert, siquidem dum investigatur effectus absolutionis ut est forma hujus Sacramenti, non fit sermo de effectu naturali ; quem tantummodo ex hominum impositione nata est habere; sed de effectu supernatural!, qui ipsi respondeat ex institutione divina, quique est ipsi proprius ut sacramentaliter significanti. Hoc autem modo nequit alius assignari in casu objectionis quam gratia rcmissh'a peccati, quin adsit locus illi cessioni juris, quod non est, licet aliquando fuerit, ut supra ostendimus, et potest iterum breviter urgeri ad hominem contra ipsummet Lugonem. Nam licet peccatum aliquando fuerit, quia tamen in casu objectionis supponitur remissum, non est locus ejus iterat® expulsioni, quae se teneat ex parte peccati ; non enim ob aliam rationem confugii prredictus Author ad cessionem juris ex parte Dei, et novam obligationem eo non utendi ; sed in casu objectionis non supponitur jus aliquod *ex* parte Dei, quandoquidem omnino supponitur peccatum cxtinctum. Ergo non est locus cessioni novæ, nec novæ itidem obligationi jure non utendi, quod revera non est, licet aliquando fuerit : atque ideo v pl nullus offectus assignandas est absolutioni, quod non debet admitti, vel incunsequenter recurritur ad novam juris cessionem, cui non est magis locus, quam expulsioni peccati.

Ad hæc. Gessio illa juris, et nova obii- confirm, gatio ex parte Dei ad non utendum jure alias habito est quid supernaturale, et effectus proprius sacramenti in sententia hujus Authoris : atque ideo debet significatione sacramentali explicari : non ergo pertinet ad significationem humanam, qu® competat vocibus ex hominum impositione, quippe, quæ non se porrigit nisi ad naturalia. Nisi velit nobis obtrudere significationem Sacraraentalem, quæ sit mixta ex naturali, et supernaturali, et quod quaelibet earum expresse tendat ad significandum effectum supernaturalem. Quod tamen est falsum, et a nobis rejectum de Sacrament, in genere disp. 2. dub. 2, § 3, et exibidem dictis n. 30.

Respondetur ergo in forma ad objectio- Regnem concedendo in verbis absolutionis si- Pon£io· gnificationem ex impositione hominum. Hæc tamen ad munus Sacramenti non se habent formaliter, sed tantum fundamentaliter, quatenus verba ut ita significantia simul cum materia assumuntur a Dto ad significandum, et simul efficiendum sacramentaliter proprium effectum Sacramenti. Unde totum illarum complexum est immediatum substractum significationis Sacramentalis, cui subinde respondet, et respondere debet effectus proprius Sacramenti, non vero substracto, aut ali^yi parti ipsius. Et consequenter inaniter introducitur effectus Sacramentalis, qui correspondeat absolutioni, prout ex hominum impositione significat, quandoquidem non ingreditur constitutionem significationis Sacramentalis, nisi per modum substracti, et fundamenti. Et in hoc sensu concesso Antecedenti, negatur Consequentia et suppositum illius : quia verbis iliis ut ex hominum impositione significantibus non debetur aliquis effectus Sacramentalis , quippe prout sic non significant in sensu formali sacramentaliter ; sed se habent ut fundamentum significationis Sacramentalis, qua signum

formaliter constituitur in ratione signi, ut loco citato explicuimus.

tonfcr-maîur. Porro quod illa verba : *Ego te absolvo, ex* hominum impositione non significent nisi cessionem juris, vel obligationem voluntatis condonantis, non refert ob disparitatem supra ex D. Thoma assignatam inter condonationem humanam, et divinam : et a Deo non assumuntur ad condonationem humanam, sed ut significant divinam remissionem, non aliter unquam factam, aut faciendam, quam media gratia remissiva peccati : in qua semper est remissio aptitudinalis, et actualis, si adsit peccatum; vel eo deficiente, aptitudinalis. Praeterquam quod etiam est falsum illa verba practice sumpta solum exprimere voluntatem condonandi ex hominum impositione : nam hoc modo accepta etiam important expeditionem, ac dissolutionem externam vinculorum; alioqui sola illarum prolatione maneret homo a vinculis corporeis absolutus, quod est evidenter falsum.

C<mür-zuatïû dissol- 98. Unde constat solutio ad confirmationem principalis objectionis, concedendo Antecedens, et negando Consequentiam. Ratio disparilatis est : tum, quod in homine jam a vinculis corporeis expedito, illa absolutio est pure speculativa, nihil faciens in subjecto : tum etiam, quia objectum illius locutionis proprium, seu materia circa quam, sunt vincula corporea dissolvenda, et enodanda : quæ cum jam sint, vel fuerint soluta, nihil superest agendum, et consequenter nequit vere ab illis absolvi, et idcirco falsa redditur propositio. In absolutione vero Sacramenlali fructuosa, de qua est sermo, semper ex parte termini elucet incrementum gratiæ, qua homo magis accedit ad Deum, et justior redditur, et consequenter magis recedit a peccato, quo avertimur ab ipso. Et in vi hujus iit major et major peccatorum remissio, licet non formalis, et expressa, bene tamen virtualis, et implicita, quatenus recipitur ex vi Sacramenti major gratia medicinalis, et sanativa.

Emergens diflicoltas. J 99. Hinc suboritur dubium, ex cujus determinatione magis res declaratur : an videlicet juxta hanc solutionem Thomistis communem, dicenda sit eadem peccati remissio tot titulis facta, quot fuerint repetita Sacramenta? vel appellari debeat major peccati remissio, quo major fuerit gratia per iterata Sacramenta producta? Ratio primam partem asserendi non videtur esse alia, quam quod privatio in facto esse non suscipit magis, et minus, ut est doctrina D. Thoma' quæst. 2t de Malo art. 9, et 0. 1, 2, q. 73, art. 2. Remissio autem peccati importat ejus exclusionem, et totalem exterminationem, sicut in naturalibus se habet exclusio mortis, ad introductionem vitæ : ergo remissio peccati non suscipit magis, et minus, quandoquidem nihil illius remanet : atque ideo* non est major remissio quæ lit per plura Sacramenta, quam per primum, sed dumtaxat multiplicantur tituli sufficientes ad jemissionem primo factam. Nec intererit recursus ad reliquias peccati, vel ad reatum, et alia damna ex illo provenientia. Tum quia non fit sermo nisi de ipsa macula, et offensa peccati, quæ supponuntur ablatæ, et omnino remissæ. Tum et maxime, quia objectio, cujus enodationi instituimus, supponit remissionem totalem tam peccati, quam ipsum comitantium, et consequentium, ut inde eliciat effectum absolutionis non esse peccati remissionem, aut gratiam remissivam peccati. Et consequenter inepte fiet recursus suppositioni contrarius. Huic parti favere videtur Magister Nuno in præsenti dub. 2, cui subscribunt Henriquez, Aversa, Lugo licet ex diverso motivo, ut supra observavimus, quos refert, et sequitur Martinez de Prado dub. 6, quatenus absolute respondent remissionem, de qua est quæstio, fieri pluribus titulis, quin in ipsa aliquam majoritatem agnoscant.

Eu$a

Nuw. Heari-qü«. Arersx Lap. Àlartisti dePwSC

100. Re tamen attentius considerata, vaw. consequentius videtur doctrinæ D. Thomæ 4'*°‘‘*. et principiis a noms alibi ex ipso constitutis, quod per repetita Sacramenta fit major, et major peccatorum remissio, ut nuper innuimus. docinu. Id autem explicare haud arduum erit, si prius animadvertamus ex ipso S. Doctore quæst. 8, de verit. art. 6 : p.itos. *Remissionem culpæ non solum importare ablationem absenliæ gratiæ, sed ablationem impedimenti gratiæ. quod erat ex actu peccati præcedenti, non ut actus ille non fuerit, quia hoc est impossibile, sed ut propter illum influxus gratiæ non impediatur.* Hinc tract, de Peccatis disp. 16, dub. 3, §5, n. 74 statuimus, et tract, de Justif. disp. 1, latius prosecuti sumus, terminum a quo justificationis non esse nudam carentiam, aut privationem gratiæ, sed insuper importare omnia impedimenta, quibus præpeditur homo a consecutione gratiæ, qualia sunt peccata actualia moraliter permanentia, nondum retractata. Et hac ratione salvavimus (et salvant communiter Thomistæ)

mist®) loco allegato do peccatis dub. 5, §7, n. 15U, pluralitatem peccati habitualis in uno, et eodem peccatore : quia nimirum liccl privatio gratiæ non sit nisi una in esse rei, sicut non est, nisi una gratia ; in esse tamen termini, et privationis moralis tot sunt simul in eodem peccatore peccata habitualia, quot praecesserint actualia ; quia licet reipsa gratia non excludatur, nisi per primum peccatum actuale, quodlibet tamen eorum de se est illius destructivum, et novum apponit impedimentum ejus præsentiæ. Undo privationes gratiæ tot sunt raoraliter, quot fuerint peccata actualia. Qua etiam prorsus ratione ubi nuper disp. 18, dub. 1, § 3, n. 18, sustinuimus, carentiam visionis beatificæ, in qua consistit pcena damni, una cum sit in esse rei, eo esse majorem in ratione pœnæ damni quo plura aut majora intervenerint peccata : quo enim quis magis elongatur a forma, eo magis crescit, et augetur carentia formæ. Quocirca rectissime docuit •Angelicus Præceptor in 2, dist. 43, q. 2, art. 5, *quod magis cxcus dicitor, cui ex loto erutus est oculus, quam qui ex aliquo humore ad pupillam concurrente visum amittit, quamvis uterque cxcus sil.*. Quia nimirum ex fortiori causa oritur illa carentia, quam ista, et quo fortior est causa, aut major, eo etiam fit major elongatio a forma, subindeque carentia, aut privatio.

101. Ex quibus principiis locis citatis expensis, et ex professo firmatis satis, superque constat ad rationem excludendi formam, et inducendi ejus carentiam, non tam attendi ad ipsam formam, seu terminum exclusum (alias nunquam esset nisi una carentia, aut privatio, sicut non est nisi unica forma, aut terminus exclusus) quam ad titulos, seu causas exclusionis, ad quarum incrementum crescit carentia, seu terminus expulsus, licet non in esse rei ; bene tamen in esse termini, seu ratione exclusi. Constat insuper, quod licet aliqua privatio ex parte formæ dicatur in facto esse, quatenus nihil formæ relinquitur in subjecto; queit tamen illamet reddi major quasi intensive per ordinem ad causas, et obstacula, quibus magis elongatur a subjecto.

Ad hunc itaque sensum, licet peccatum in prima justificatione sit penitus exclusum, quoad maculam, et offensam, et consequenter nihil remaneat excludendum per sequentia Sacramenta, et (si objicienti videbitur) ipse etiam reatus ad pœnam temporalem sit extinctus, ita ut maneat absque illo onere aliquam pœnam luendi, ut osse possibile nemo ibit inficias. Adhuc per iterata Sacramenta fiet major, et intentior remissio in esse remissionis, licet non in esse rei. Cum enim remissio, ut supra audivimus a D. Thoma, non tantum importat exclusionem absentiæ gratiæ, sed etiam ablationem impedimentorum ejusdem gratiæ, ct per iterata Sacramenta Pœnitentiæ ex una parte pœnitens eliciat plures actus detestationis, quibus magis elongatur ab actibus contrariis gratiæ obsistentibus ; et ex alia per ipsa Sacramenta augeatur gratia sub ratione medicinalis, quo pacto est terminus, et effectus hujus Sacramenti ; consequens esse videtur eo majorem fieri remissionem quo magis iterantur prædicta Sacramenta; siquidem magis elongatur homo a peccato, et magis Deo conjungitur.

Expiica-

Id quod vigeri, et fulciri potest exemplis nuper adductis in contrario sensu arguendo. Nam licet privatio gratiæ voluntaria (quo pacto est ipsummet peccatum habituale) in esse rei sit tantummodo una, crescit tamen, et multiplicatur in ratione privationis moralis ad incrementum peccatorum actualium. Et similiter (quod est aptius exemplum) eo erit major pcena damni in damnatis, quo per plura peccata fuerit inducta, licet a parte rei non sit nisi una carentia visionis. Ergo e converso, eo erit major ac perfectior remissio peccati in esse beneficii, et moraliter, quo perfectior fuerit gratia remissiva, et quo actus Sacramentales ex parte Pœnitentis fuerint frequentiores. Et quidem si gratia augetur in esse gratiæ per quemlibet actum meritorium, esto non æque intensum cum gratia præexisteuti ut ex communi Theologorum statuimus tract, de Merit, disp. 4, dub. 4, quare non etiam augebitur per Sacramenta repetita Pœnitentiæ, in esse sanativæ, et remissivae, quin obstet peccatum esse jam remissum, ut obtendebatur in ratione dubitandi, quæ minime obest, ut constat ex dictis.

magis,

Confirm,

Nec oppositum docuit S. Doctor loco in ea allegato, quia ibi loquebatur de privatione ex parte formæ, quo pacto est privatio in facto esse, nec latitudinem admittit, cum nihil illius relinquat insubjecto. Cum quo stat ex causis a S. Doctore, et discipulis assignatis aliunde augeri. Nec similiter officit exemplum insertum privationis vitæ, quia est absoluta, et non respectiva,

Non ad[^a· D.Thom

non regulatur penes causas illativas mortis ; sed per formam cadavericam, cujus productio importat absolutam corruptionem vine. Remissio autem ita est exclusio absenti® gratiæ, ut simul connotet, ac respectai remotionem impedientium ipsius præsentiam, ut clare constat ex D. Thoma. Atque ideo quo hæc remotio fuerit major, et intentior, uti revera est, quando subjectum magis disponitur, vel per intentiores actus, vel per eorumdem iterationem, ac repetitionem, media Sacramenti frequentia, major, et intensior evadet remissio in esse remissionis. Quæ est etiam D.Thom. doctrina D. Thomæ in 4, dist. 18, q. I, art. 3, q. 2 ad 4, ubi ait quod *quanto major gratia recepitur, minus de impuritate peccati prxcedentis manet.* Hoc autem intelligi nequit absque majori, et intensiori remissione.

Obiec (io. 102. Sed hinc alia consurgit objectio contra communem Thomistis solutionem. Nam ex ea sequitur absque ullis peccatis aliquando commissis posse salvari veram peccati remissionem. Consequens est falsum, et ut tale a nobis supra rejectum : ergo etiam est falsum posse salvari veram, aut majorem remissionem, quamvis peccatum sit alias remissum. Cætera constant præter Majorem, cujus illatio videtur legitima : nam ut salvetur vera remissio peccati, nihil aliud requiritur, quam infusio gratiæ de se remissiva· peccati : sed esse remissivam peccati convenit gratiæ ab intrinseco, et ex suis prædicatis essentialibus : ergo eo ipso quod alicui communicetur gratia, confertur vera peccatorum remissio.

Ex quo ulterius fieret posse salvari verum Pœnitentiæ Sacramentum, quin vera peccata præcesserint ; cum ad excitandum eorum dolorem sufficiat ea esse existimata ; nam eo ipso tenetur homo de illis poenitere.

Objectionis contirmatio. Confirmatur, et explicatur vis objectionis in Sacramento Extremæ unctionis, cujus forma habet proprium effectum in homine nulli peccato aliquando obnoxio, utputa in infantibus, vel perpetuo amentibus. Id autem non aliunde provenit, quam ex eo quod forma inducit suum effectum ut de se exclusivum peccati, et reliquiarum ejus, si forte sinu ut constat ex verbis Jacobi Apost. in sua Catholica cap. 5 : *Ungentes* e«»n oleo, *el oralio fidei salvabit infirmum,* el ii in peccalû sii *remittentur ei.* Ergo si ad remissionem, quæ est effectus Pœnitentiæ, sufficit inducere gratiam de se oxpulsivam peccati, nulla erit ratio quare exigatur aliquando fuisse; cum hoc nihil reforat, dummodo nunc non sit; nec similiter erit ratio, cur quælibet infusio gratiæ non sit remissio peccati.

1® Jacobi in sua Canonica.

103. Respondetur ad objectionem negando sequelam, cujus falsitatem demonstrat Angelorum justificatio, qua gratiam adepti sunt, quin aliquod peccatum eis fuerit remissum. Et quod magis est, magisque rem illustrat, non est, nec fuit e Catholicis, qui gratiam sanctificantem humanitati Christi ausus fuerit negare ; cum tamen Catholice nequeat affirmari illi sanctissimæ humanitati penitus impeccabili aliquam fuisse factam remissionem, ex eo quod ei fuerit infusa gratia habitualis incompossibilis cum peccato. Quod quidem argumento evidenti est non qualibet gratiæ infusione peccata remitti ; alioqui etiam Adamo in statu innocenti® dimissum esset peccatura, quod non potest concedi. Hinc jam dehiscunt vires objectioni, quæ alias negotium facescere videbatur, et detegitur manifeste non esse idem conferre alicui gratiam incompossibilem cum peccato, ac ipsum peccatum remittere, si quidem quam optime stat primum sine secundo, licet subsistere nequeat secundum absque primo.

Pro cujus pleniori intelligentia recolenda sunt quæ tradidimus tract, de justificat, disp. 4, dub. 1 , ubi ostendimus cum D. Thoma justificationem Angelorum specie differre a justificatione impii. Hæc enim ex parte termini *ad quem,* importat remissionem, vel actualem, vel ad minus aptitudinalem peccati ; quam tamen non importat· justificatio nuda Angelorum, Christi, aut Adami, in quibus solum intervenire potuit simplex mutatio a non esse gratiæ ad esse illius. Unde D. Thomas locis ibi D.Thco. allegatis docuit, quod consummatio, seu perventio ad terminum importatur per remissionem culpæ, in qua justificatio consummatur, quocirca justificatio impii dicitur ipsa remissio, secundum quod omnis motus speciem accipit a termino : quia ultimum est remissio culpæ ad quam tota ista transmutatio ordinatur sicut ad finem. Ex quibus liquet remissionem culpæ non se tenere ex parte termini *a quo,* ut aliqui asseruere; sed complere ac formalizare terminum *ad quem.* Et ratio est satis perspicua, quoniam remissio peccati ita est effectus secundarius gratiæ, quod simul intendatur per se primo cum ipsa gratia.

Qw debtifl reioli.

Dicic-ras ratio-

Tum

Turn quin Pœnitentia tam ut virtus, quam ut Sacramentum semper concernit peccatum, el per sc primo tendit in ojras destructionem, quatenus est offensa Dei. Tum etiam : quia Pœnitentia ut Sacramentum per se, ot sua institutione est Sacramentum mortuorum, ut de Baptismo concedunt communitor Theologi. Tum deinceps, quia est Sacramentum iterabile, non solum circa nova peccata, sed etiam circa rite alias confossa. Ac denique quoniam sicut peccatum, est malum omnium maximum creaturæ rationalis, ita non esse peccati est ingentissimum bonum, quod illi obvenire potest. Ex quibus constat peccati remissionem non ita se habere ex parte termini *a quo,* quod non simul splendeat ex parte termini *ad quem* per se intenti. Constat insuper Pœnitentiam semper colliniare vel in absolutam destructionem peccati, uti accidit in confessione noviter facta peccati numquam alias confessi : vel in majorem, ac majorem illius elongationem a subjecto, removendo magis, ac magis inclinationes, ac incitamenta peccati, quod praestat ipsius iteratione Sacramenti, ac frequentia.

104. Hinc patet sequelae probationem f.i' esse invalidam : nam licet ad verum Pœnitentiæ Sacramentum sustinendum sufficiat accipere ex vi illius gratiam remissivam peccati, ut dicitur in majori facti syllogismi, est tamen falsitati obnoxium, quod eo ipso quod communicetur gratia incompossibilis cum peccato, detur gratia ut remissiva peccati, ut constat evidenter in exemplis adductis. Et ratio suadet : nam gratiam esse remissivam importat ex parte subjecti recipientis verum dolorem supernaturalem ex se tendentem in destructionem offensæ, quæ aliquando fuit, quæque, licet sit remissa, potest, et debet magis, ac magis detestari, siquidem aliquando peccasse, et Deum offendisse semper est de se dignum odio, et abominatione, atque ideo potens terminare dolorem. Ex parte vero Ministri affert intentionem vere absolvendi sacramentaliter a culpa, si non fuerit remissa. Quando autem jam fuerit ablata, et nihil pœnæ supponatur remittendum, ut ad majorem argumenti vim, hactenus supposuimus cum objiciente, adest gratia de se remissiva peccati, adepta media Sacramentali confessione, et in ea tamquam in causa formali justificationis connotando actus pœnitentis, quibus detestatur culpam confessam, explicatur vis remissiva peccati. Quod tamen neutiquam salvatur in communicatione gratiæ utcumqne, ut de se patet, et adducta exempla efficaciter persuadent. Unde Major sequentis syllogismi est falsa, et fallit etiam Minor : quia gratiæ non convenit esse remissivam peccati per modum compensationis, et satisfactionis, quo pacto est effectus Pœnitentiæ, nisi quatenus connotât Sacramentum, in quo includuntur actus virtutis Pœnitentiæ directe tendentes in destructionem peccati : quod quidem vel destruunt, vel magis ab eo elongant, et magis remittunt.

Nullités inconvenientis secundi.

Hinc diruitur secundum inconveniens subillatum ; nam hoc Sacramentum habet pro materia remota vera peccata, quæ quidem si numquam fuerunt, nequeunt obire rationem materiæ, quantumvis existimentur facta ob rationem supra disp. 2, num. 94 traditam. Semel vero atque fuerint, licet sint remissa, sunt vera materia, quia semper est verum ea fuisse, et semper ex dolore, ac pœnitentia dignum Deum offendisse ; quod licet reipsa non prosit ad remissionem jam factam, proficit vero quamplurimum ad augmentum gratiæ ut remissivae, et ad amovenda impedimenta gratiæ, quæ sunt actus humani defectuosi, et consequenter ad majorem, ac majorem remissionem aptitudinalem inducendam modo superius explicato.

Replica.

105. Nec oberit, si replices, hoc ad summum tenere in confessione mortalium, non vero si fiat confessio de solis venialibus, ad quorum remissionem non requiritur infusio gratiæ. Non inquam, obest, si ita opponas : nam esto venialia extra Sacramentum valeant deleri .absque nova gratia, dum non adsunt mortalia; secus vero est quando apponuntur ut materia destruenda medio Sacramento. Tunc enim indigent ad sui condonationem gratia propria Sacramenti, quæ est vel nova gratia, vel novum ipsius incrementum, quo remittuntur, vel remitti possunt ex vi absolutionis.

Diluitur,

Confirmationis disparius.

106. Ad confirmationis paritatem, circa quam non satis quiescit Lugo modo negans, modo affirmans veritatem Antecedentis, respondetur falsura esse Antecedens : quoniam extrema unctio non nisi eis, qui aliquando peccarunt, ministrari potest. Unde nec infantes, nec perpetuo amentes sunt capaces illud recipiendi. Et ratio sumitur tum ex Tridentino sess. 14, Trident, ubi docet hoc Sacramentum esse Pœnitentiæ consummativum. Tum ex D. Thoma 3 D.Thom.

p. q. 3*2. Addit, art. 2 et 3 in quibus statuit prædictum Sacramentum solum versari contra infirmitates, quæ sunt ex peccatis actualibus, quæque peccatorum reliquia dicuntur. Ex quo plane consequitur non remanere locum huic Sacramento in subjecto nunquam actuali crimine obstricto. Et ita docent communiter discipuli s.ijrcz. D. Thomæ, inde contra Suarez, Dicastillo pi plur?s› inferentes nec B. Virgini, nec aliis innocentibus prædictum Sacramentum esse ministratum, ut ex communi N.Fna- ac vera sententia testatur N. Franciscus a c,sias* Jesu Maria tract. 7, cap. 4, punct. I.

Hac autem veritate supposita, nullius roboris est confirmatio ad intentum objectionis; quinimo nostræ favet senteniite. Nam sicut Extrema unctio non habet locum, ubi nullum actuale præcesserit peccatum; bene tamen si aliquando fuerit, esto supponatur dimissum : ita et eodem prorsus modo Pœnitentia præexigit essentialiter præcedentiam peccati, sive remissi, sive nondum ablati, qua subinde deficienti, sive existimetur, sive non, nullum erit Pœnitentiæ Sacramentum.

§ IV.

Bepelluntur aliqui absolutionis sensus.

Discolor sensos a variis eico; iulus.

107. Ex hactenus dictis haud erit arduum legitimum absolutionis sensum deducere, et enucleare, quo alteri dubii parti liet satis. Porro in eo exponendo non est uniformior consensus, quam in explicando effectu; sed quippe illum sensum præfigit absolutioni, quia effectui, quem illi comminiscitur, magis congruere sibi videtur : inter quos nullus est, qui plene satisfaciat, quin aliqui eorum sunt, vel omnino falsi, vel diminuti, et plane insufficientes, nisi reducantur ad sensum ex D. Thoma assignandum ut eos percurrendo, et breviter refellendo palam constabit.

Primus, et antiquior tfjicitur ex Tridենt.

Et quidem primus, juxta quem homo vere non absolvitur a culpa, sed declaratur in facie Ecclesiæ absolutus, ut sensere Magister, et alii supra allegati, vel ex eo satis falsitatis convincitur, quod adversetur Concilio Tridentino sess. 14, cap. 6, ubi decernit, quod quamvis *absolutio Sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio; tamen non est solum nudum ministerium vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus judicialis, quo ab ipso* relut *a judice sententia profertur,* Quocirca can. 9, ita asserentes sub anathemate damnat, ac proscribit. Qua quidem comminatione non feriuntur nec Magister, nec alii viri Catholici, qui olim M»,- diu ante Concilium in ea fuerunt sententia; comprehenduntur tamen sub illa quot· quot post tam expressam determinationem CwK· illi opinioni vel favere, vel in totum adhærere conati sunt, uti sunt Novatores, et hæretici non admittentes potestatem clavium, vel eam in eo solo sensu usurpantes. In quo sane nedum adversantur Concilio; sed et manifeste Scripturæ Sacræ, Matth. 16, ubi non asseritur solvenda, Mse. quaecumque declaraveritis, sedquæcumque solveritis super terram, ut contra Theologum Svnchronum arguebat D. Thomas.

108. Nec etiam est verior alter sensus Alta ab aliis excogitatus, quasi nimirum per illar^® verba : *Ego te absolvo,* nihil aliud significetur, quam hominis deobligatio iterum eadem peccata confitendi, et sensus sit : *Ego te absolvo ab obligatione hæc peccata mihi confessa alteri Sacerdoti iterum confitendi.* Hic, inquam, sensus, in quem abiere Ea Gabriel, et alii Nominales, est prorsus '"JJ8 alienus ab Ecclesiæ mente, et hujus Sacramenti institutione. Primum constat, si- HcSîi. quidem ab Ecclesia edocemur veram potestatem clavium in legitimis ministris hujus Sacramenti. Vera autem potestas ligandi, et solvendi non recte salvatur in deobligando ab iteranda confessione recte facta : quandoquidem hæc deobligatio nascitur ex visceribus rectæ confessionis, ut perse patet. In quo ergo est clavium potestas, si nihil solvendum superest? Præterquam quod iste sensus vehementer alienat, et a propria extrahit significatione illa verba : *Ego te absolvo a peccatis tuis,* quia obligatio orta ex peccatis non est peccatum; unde absolutio nihil ageret circa peccata contra illa verba Salvatoris, *quodcumque solveris,* etc. Rursus evidenter fallit in confessione venialium, quam approbat Ecclesia univer.-alis, et faciendam monet; cum tamen nunquam fuerit obligatio ea Ecclesiæ judicio subjiciendi. Si autem non est obligatio ea confitendi, qualiter ab obligatione poterit absolvi?

Secundum etiam liquet : quoniam hoc Ewrt*· Sacramentum non fuit institutum ad deo- Ut 2 bligandum homines a confessione, quin Sjca- imo ad inducendum, et stimulandum illos, uwS ut reconcilientur Deo media compensa- iastiti- tione, et satisfactione, intervenientibus in liow. ipso Sacramento. Reconciliatio autem non fit

fitper deobligationom ab onere confitendi, sed per veram ipsius peccati remissionem media infusione gratiæ. Prœterea; quia juxta doctrinam Catholicam, tam necessarium est hoc Sacramentum ad remissionem actualium post Baptismum, quam sit Baptismus ad delendum peccatum originale. Unde sicut ridiculum, imo absurdissimum foret potestatem Baptismi in alio collocare, quam in virtute expellendi peccatum originale, in cujus medelam fuit institutum, ita non absimiliter amandari debent, non aliam virtutem agnoscentes in absolutione Sacramentali, quam deobligandi ob onere confitendi jam semel confessioni exposita. Inane profecto esset remedium, ubi nihil medendum esset, et æque inanis potestas, ubi nihil potestati erat subjiciendum. Non ergo potest esse legitimus absolutionis sensus : *Ego te absolvo ab obligatione iterum hzc peccata confitendi,* sed alius debet assignari.

109. Tertius sensus absolutioni abscriptus ab Hugo Cardinali, et Ricardo de S. Vietore locis supra citatis salvat quidem utcumque absolutionem, quatenus ea significatur liberatio a pœna æterna, non vero a culpa ; hanc quippe autumarunt a solo Deo remitti ; pœnam vero æternam peccato annexam a ministro media absolutione. Unde sensus legitimus, ut illi putant, est : *Ego te absolvo,* a reatu pœnæ æternæ, et ut voluere alii, *pœnæ temporalis,* juxta pœnitentis exigentiam, et conditionem.

Hic tamen sensus refellendus etiam venit. Tum, quia vel negant maculam, et solum agnoscunt reatum, quod est incidere in propositiones proscriptas, et ab Ecclesia sugillatas Michaelis Baii. Vel si aliquam constituunt differentiam, perperam, contra Concilia, et communem Theologorum sententiam separant remissionem culpæ a reatu pœnæ æternæ, quasi iste sine ilia possit subsistere, quod est aperte falsum ; cum in ipsa ablatione culpæ includatur remissio pœnææternæ; non enim stat jus ad gloriam per gratiam in remissione culpæ cum reatu, seu deputatione ad pœnam æternam, sicut non bene cohærent esse amicum, et inimicum, odio simul, et amore dignum. Tum etiam, quia detrahit potestati clavium, quæ non tam ad pœnam quam ad culpam se porrigit; siquidem prædicta potestas sacerdotibus concessa est potestas vere absolvendi a peccatis ; reatus autem sive ad pœnam æternam, sive ad temporalem, non est peccatum ; sed quid ipsum consequens : atquo ideo sensus absolutionis, qua illa potestas se exerit in proprium actum, non potest esse liberatio a solo reatu ad pœnam, sive æternam, sive temporalem.

Eo vel maxime : nam contingere potest nec alicui præsenti culpæ obnoxium, nec consequenter reatui ad pœnam, quem accedere recte dispositum ad Pœnitentiam, vel quia perfectissime contritus, vel quia jam luit omnem pœnam pro peccatis, ut de insigniter Sanctis, utputa Dominico, Francisco, et Theresia pium est credere, et tamen vere absolveretur, vereque proferretur illa forma : *Ego te absolvo :* ergo hujus verus sensus esse nequit : *Ego te libero a pana, vel æterna, vel temporali.* Confirm,

Porro id evidentius adhuc constat in confessione dumtaxat venialium, a quibus vere homo absolvitur, quin a reatu pœnæ æternæ, quem illa sola non inducunt, homo absolvatur. Et consequenter in hoc casu non habet locum illa expositio, siquidem peccatis venialibus separatim a mortalibus non debetur æternum supplicium, et aliunde evenire possit extinctum esse reatum ad pœnam temporalem.

110. Post hactenus recensitas explicationes absolutionis, ex communi Theologorum calculo reprobatas, aliam invenimus apud Cardinalem de Lugo, quam ipse trihuit aliquibus (eorum suppressis nominibus) quibus favere, vel ab eis non multum distare dicit Coninchum in præsenti. Et consistit in eo, quod per absolutionem significatur vage ablatio peccati, vel quoad culpam, vel quoad pœnam, vel quoad peccati reliquias. Hic tamen sensus nec illi, nec nobis arridet. Tum quia est satis confusus, et vagus, neutrum determinans. Absolutio autem sicut in se, et in verbis est determinata, ita determinatum sensum debet habere. Tum etiam, quia est dabilis casus, in quo nec culpa, nec pœna luenda reperiatur in subjecto, ut supra arguebamus. E converso, quod nec culpa, nec pœna dimittatur, ut in Sacramento informi. Sane in his casibus non admodum raris, falsus est ille sensus, atque ideo nequit esse proprius hujus fornue, quoad culpam, et pœnam, adhuc vage acceptas. Alius Scardfnati de bus adꝭ,,"p* Couinch.

Nec etiam tenet quoad peccatorum reliquias, ad quas tandem confugiunt prædicti sensus assertores. Tum quia peccatorum reliquiæ prout important ineptitudinem, et debilitatem moralem, quo pacto esse Nuiio ex

possunt reliquiæ peccati, et docet D. Thomas loco supra citato ex Addit, non pertinent ad Pœnitentiam, sed ad extremam unctionem, cujus est contra eos roborare, ac firmare subjectum. Tum etiam : nam esto per Pœnitentiam aboleri possint, adhuc urget casas, in quo ili» reliquiæ non supponantur, sed sint penitus vel modia poenitentia, vel aliunde profligata?, et extinctro : tunc enim esset locus absolutioni, quin essent reliquiae illae per absolutionem expiandæ, et consequenter illius sensus redderetur falsus contra id, quod intenditur.

si fiat recorm iiüÎid?" aan.

111. Si autem ad hoc evitandum fiat recursus ad ineptitudinem, inhabilitatem, ^"'^itatem physicam ex peccato contractam ut recurrere videntur Coninchus, et alii Societatis Juniores Lavman, Castro Palao a Prado relati ubi supra ; adhuc facilius repellitur : quoniam hi effectus physici vel non tandiu permanent post peccata, vel esto ita sit. adhuc non refert, nam effectus physici, de quibus est sermo, non terminant absolutionem, nec ea auferuntur, sicut nec cicatrices vulnerum per medicinam. Et quidem in eo sensu satis impropria esset illa locutio : *Ego It absolvo : et* alias esset manifeste falsa affirmando

Conf.

absolutionem, quam nec conferebat, nec conferre poterat. Eo vel maxime : quoniam haud facile explicantur prædicti effectus remanentes, quin confugiatur ad fomitem, seu concupiscentiam : nam indignitas, et cæteri alii media infusione gratiæ sanctificantis auferantur. Fomes autem, vel concupiscentia nec est materia Pœnitentiæ, nec tollitur per absolutionem, sed remanet ad agonem, et certamen, ut docuit Tridentinnm sess. 5, can. ultimo de peccato originali. Unde non cadit sub absolutione, nec subinde per eam valet significari.

Eodem Uti· laborat sensus exposi- tu.' a Coniu- dio.

112. Ex quibus liquet falsum etiam esse illum sensum, quem absolutioni tribuit idemConinch. in pnes. disp. i, dub. 8, n. 55, scilicet : *Ego libi peccala remillo, quanhim ex conftssione'polui cognoscere tc esse eorum reum, et esse bene dispositum ad eorum remissionem.* Longissimus sane est hic sensus, et longe aberrans ab scopo : nam sensus absolutionis non pendet ex advertentia, vel inadvertentia Sacerdotis, sed ex voluntate Christi. Unde quod sacerdos ex confessione cognoscat dispositionem poenitentis, faciet quidem ad impendendam, vel retrahendam absolutionem . non vero constituit autejus significationem, aut sensum.

113. Non absimilis ost alius de novo tulo ratione obligationis permanentis in homine post peccatum quantumvis supponatur remissum, quem alii comminiscuntur. Displicet tamen quia non salis explicat, quæ, aut qualis sit ea obligatio tandiu permanens post ablatum, ac remissum peccatum. Nam vel est ipsum hominem peccasse, et se indignum reddidisse : et hoc non cadit sub absolutione, sed permanet in statu gratiæ, nec deliciet in ipsa gloria juxta illud tam verum, quam commune principium, quod ad præteritum non datur potentia. Vel est aliquid connexum cum peccato, et ex ipso ortum ducens. Et hoc rursus, vel est aliquid physicum, vel dumtaxat obligatio moralis : et neutro modo cadit sub absolutione cujus proprius sensus, nisi verba alienentur a propria significatione, dehet esse liberatio a peccatis, qua fiat reconciliatio intenta cum Deo offenso. Hanc vero reconciliationem non fieri per absolutionem a confitentibus peccata clarissimum est, sicut et quod talis absolutio improprie dicetur absolutio.

Et ut rem istam satis prolixam, et non admodum opportunam, utpote fundatam in variis, ac satis dissitis hominum apprehensionibus, non vero in alio solidiori principio, tandem conficiamus, consulendus est D. Thom, in hoc articulo ubi hos, et alios dicendi modos penitus demolitus est ratione plane efficaci, qua falsitatis convincuntur sub hac breviori forma ex ipsomet articulo fideliter decerpta. Nam *cum Sacramenta novx legis efficiant quod figurant, oportet quod forma Sacramenti significet id quod in Sacramento agitur proporlionaliter materiæ Sacramenti. Materia autem Panitenlix sunt peccala removenda : ergo eorum remotio significari debet a Sacerdote per illa ego te absolvo, quæ habent rationem formæ.* Non autem removentur, aut removeri significantur aliquo illorum sensuum, quos hactenus recensuimus, ut ex se, el ex dictis constat : nullus ergo illorum est legitimus, et proprius. Majorem primi syllogismi probat S. Doctor exemplo aliorum sacramentorum. Minorem supponit ex articulo præcedenli, et rursus ostendit ex eo quod peccata sunt animae vincula, a quibus media absolutione expeditur. Consequentia non indiget probatione. sicut nec Minor subsumpta, cujns veritas hactenus expensis comprobatur. Alius ergo sensus investigandus est, qui sit proprior, et verior.

D.Ttat

Confirmatur

MVr 'tijr Confirmatur et explicatur id ipsum. Nam in hoc Sacramento illud voro, absolvitur, quod exhibetur per modum materiæ : siquidem materia hujus sacramenti esi materia removenda, et destruenda ut constat. Quod autem exhibetur per modum materi® in hoc sacramento sunt sola peccata ; non vero cuncta alia ex peccato consequentia; hæc enim non sunt absque ipsis peccatis materia Pœnitentiæ : ergo quod vere absolvitur, et absolvi significatur, sunt peccata; et consequenter formæ sensus non debet excludere extinctionem peccatorum, in quam primo, et principalius collimat.

§V.

Legitimus absolutionis sensus ei D. Thomà proponitur.

; Secaah I ''f , irMxcramentaliler te absolvo, . te^· Mka. ; I ' 114. Dicendum est secundo absolutionis formam reddere hunc sensum : *Ego sacramentalis te absolvo,* seu (ut ipsius D. Thomæ verba usurpemus) *Ego sacramentum absolutionis tibi impendo.* Ita expresse docet S. Doct. in hoc art. sol. ad 5, et opusc. 22, cap. 3, sæpius allegato dicens: *Sed est sensus : Ego te absolvo, id est Sacramentum vel ministerium absolutionis libi impendo.* Quem quidem sensum a suo Magistro edocti propugnare, ac promovere conati sunt discipuli, posthabitis aliorum placitis, vel propriis adinventionibus, utpote quibus nulla, vel modica debeatur fides contra satis claram Magistri sententiam. Et licet magis versarL videamur circa modum loquendi, quam circa rem ipsam, servato apud omnes Catholico sensu in negotio justificationis, et Pœnitentiæ; re tamen ipsa est materia gravissima, ubi non tantum substantia, ut ita dicamus, verum et congruentior loquendi sensus, ac modus retineri debent ; quippe imminet periculum vel haereticis adeo in clavium potestatem exosis connivendi ; vel non, ut par est, Sacramentum Pœnitentiæ servandi : nec enim minus impinget qui alienum sensum tenuerit, quam qui aliquid potestati clavium detraxerit ; quocirca ut ûnurn, et alterum scopulum declinet, opus est hac via plane regia D. Thomæ incedat.

f.-Ji- *i-iX* t ' i Ratio conclusionis est : quoniam ille sensus est omnibus praeferendus, et consequenter tenendus, quem constiterit esse perfectum, et in omni eventu salvet veritatem formæ : sed hoc convenit sensui adscripto a D. Thoma absolutionis formæ : ergo hic est omnino tenendus, ac præferendus. Consequentia liquet. Major videtur certa, et insuper probatur : nam absurdissimum est, et difficile creditu in formis Sacramentorum vel a Christo Domino se ipso determinatis, vel ab Ecclesia ex Apostolorum traditione decerptis non esse sensum perfectum, et omnino verum, et aptum ad significandum, quod in ipsis peragitur Sacramentis : quippe alias sacramenta non essent vera signa, nec infallibiliter significarent ex institutione Christi ; quod apud Catholicos non bene audit. Minor vero probatur : tum quia in omni eventu, in quo verum conficiatur Sacramentum Pœnitentiæ, sive peccata denuo remittantur, sive non deleantur, vel quia sunt dimissa, vel quia subest latens impedimentum remissioni obsistens, ut accidit in Sacramento informi ; est verum dicere : *Ego sacramentaliter te absolvo, scu sacramentum absolutionis tibi impendo:* alias iste sensus est sensus perfectus, et absolutus ut constat : ergo huic sensui a D. Thoma præscripto formæ absolutionis, convenit esse perfectum, et in omni eventu verum. Tum etiam ; nam licet Sacramenta, quatenus se tenent ex parte Dei, et sunt ejus instrumenta, infallibiliter inducant, et afferant gratiam, aliquando tamen , vel ob indispositionem subjecti, vel ob alium interpositum obicem, eam non cum effectu efficiunt, nec consequenter actualiter significant ; sed sicut actuali frustrantur effectu, ita ex exercita significatione : ergo cum id etiam Pœnitentiæ contingat ut supponit D. Thomas, et cum ipso omnes discipuli contra Vasquez ; ille sensus formæ erit praeeligendus, qui adhuc in illo, et similibus casibus, perfectus evadat, et nihil falsura enuntiet. Constat autem hoc solum reperiri in sensu a D. Thoma assignato; si quidem in quocumque excogitabili casu, in quo verum conficiatur sacramentum, sive cum fructu, sive absque illo, est verum dicere : *Ego sacramentaliler te absolvo,* vel *Sacramentum absolutionis libi impendo.* Quod tamen non reperitur in aliis sensibus ; cum semper fallat quilibet eorum saltem in aliquo casu, ut constat ex dictis : ergo in solo unico D. Thomæ sensu salvatur et perfectio, et veritas requisite in forma Absolutionis.

objicit Lu8°- 115. Verum contra hanc explicationem insurgit Lugo, cui ea visa est difficilis disp. 13, sect. 3, n. 69. Tum quia in aliis Sacramentis verba formæ non significant

collationem Sacramenti, sed applicationem formæ ad materiam ; ergo illa verba non significant Sacramenti positionem, sed applicationem formæ ad materiam. Patet Consequentia : nam alioqui esset idem ac dicere : *Ego pono harc verba, qux sunt Sacramentum,* qnod est significare suimet positionem, et videtur nugatorium. Tum etiam : nam verba saeramentalia, cum significent ex hominum impositione, idem petunt significare intra, ac extra sacramentum : sed extra sacramentum non significant se ipsa reflexe, sed aliquid a se distinctum : ergo intra sacramentum non significant se ipsa, sed aliquid aliud. Tum denique (et fuit objectio Suarez; quia juxta hanc expositionem sufficit ad veritatem formæ collatio ipsius Sacramenti, quin detur alius effectus, quod est contra proprietatem verborum, quæ quidem directe significant remissionem peccatorum.

Suarez.

Non referre osiaidi-I8C

Cjjet.

116. Hæ tamen objectiones minime obsunt, aut falsitatis arguunt expositionem D. Thonaæ. Porro primam jam diu præoecupatam reliquit Cajetanus in commentario hujus articuli § *in responsione ad* 5, ubi observat in hac expositione non importari formam absolutionis in actu exercito, hoc enim pacto significaret se ipsam exercite, quod tamen est falsum : quoniam dicendo, *Sacramentum absolutionis tibi impendo,* non significat se absolutionis actum exercere sicut dicendo : *Ego te absolvo ;* sed significatur quasi objective, et signate ipsum sacramentum, et actus absolvendi ut præcipua ejus pars. Unde quoad sensum objective et quasi signate significatum, æquipollent : *Ego te absolvo,* et *Sacramentaliler te absolvo,* vel *sacramentum absolutionis tibi impendo,* licet in modo exercite significandi distinguantur.

vertex Cajet.

^r0 cuîus clariori luce rursus observat idemmet Cajet, absolutionem posse sumi dupliciter, vel ut recipitur interius in pœnitenle, et passive se habet ; vel active, et ut exit ab ipso ministro. In prima consideratione importatur, et significatur absolutio interior, seu quod idem est remissio peccati se tenens ex parte termini, media infusione vel augmento gratiæ : et hæc aliquando impeditur ratione latentis obicis. Si vero accipiatur, ut exterius exit a ministro Sacramenti, quo pacto se habet active, else tenet ex parte ministri, non aliud significat, quam ministerialem, et sensibilem Sacramenti absolutionem ex parte ministri certissimam j licet contingentem ex parte recipientis ob suam culpam. Quam differentiam profunde calluit S. Præceptor, et ut explicaret significationem omnino infallibilem absolutionis, non recurrit od ipsam passivo acceptam, nec illam significari voluit utpote aliquando deficientem ; sed solum attendit ad absolutionem prout a ministro exeuntem, sub qua ratione solum significat ministerialem exhibitionem absolvendi, prout sic infallibilem, ad inducendam remissionem passivam, seu absolutionem passive acceptam.

Ewn-IW pris? diWt» Ciri-nilis Lugo.

117. Ex hac duplici observatione constat quam immerito ut difficilem rejecit Lugo expositionem D. Thomæ, cum sit clarissima, et nullius sit dabilis casus, in quo fallat, si adsit verum Sacramentum. Constat insuper per hanc explicationem significari objective, et signate, quod exercite per eam fit : et quia exercite absolvendo applicatur forma materiæ, hoc idem significatur signate sacramentaliter absolvendo ; nequit enim aliter explicari Sacramentalis absolutio quin cadat supra materiam propriam. Unde penitus evanescit prima impugnatio Logo Cardinalis : nam sicut in hac propositione : *Ego Baplismi Sacramentum tibi impendo,* non significatur ex verborum forma bapVzandi actum exerceri actualiter ; sed qnod illa verba *ego te baptizo,* reddunt hunc sensum : *Sacramentum Baplismi tibi impendo,* in quo forma applicatur materiæ ; alias non esset Sacramentalis baptismus : ita et eodem prorsus modo in præsenti.

Deficit SKicii ilapugutw.

Corruit etiam secunda : quia licet significatio vocum, quam sibi vindicant ex hominum impositione, non varietur sive intra, sive extra Sacramentum, sed semper sit eadem, tamen intra Sacramentum ista se habet omnino fundamentaliter, et præsuppositive ad significationem Sacramentalem, quæ alterius longæ rationis est : prius enim debent esse formalia verba, et formaliter significantia ex impositione humana, quam assumantur ad significandum Sacramentaliter. Est tamen prorsus a veritate alienum, quod idemmet effectus, aut idemmet sensus ipsis verbis sub utraque respondeat significatione. Nam ut subsunt institutioni humanse, solum eis queit adaptari, quod communi hominum conceptioni congruit, nimirum expeditio, aut liberatio a vinculis praescindendo a modo, et qualitate illorum. Ut vero assumuntur ad significandum sacramentaliter, explicare debent remissionem, ac relaxationem vinculorum.

vinculorum, prout ox pario ministri certissimain ; quidquid sit de remissione passive accepta, quam non signifient infallibiliter, ut constat ex observatione secunda. Hinc subtilissime monuit Cajet, ubi nuper observatam iri differentiam inter Deum dicentem : *Ego te absolvo.* Et inter ministrum eadem verba proferentem nam in primo casu explicatur remissio tam active, quam passive omnino certa, siquidem Deus, quem nihil latet, non ea proferret nisi amovendo obicem ex parte pœnitentis, et idcirco absolutio ex utraque parte evaderet infallibilis. In secundo vero est quidem infallibilis, et omnino certa absolutio active sumpta, et prout oritur a ministro ; non vero passive ut se tenet ex parte pœnitentis, cujus obex fugit ipsum ministrum, nec potest eum tollere. Quocirca dum absolvit ; nihil aliud explicat, quam quod Sacramentum de se absolutum impendit. Ex hoc autem non sequitur, ut causabatur in objectione, quod illa verba reipsa reflexe significent, sed tantummodo quod objective, et signate explicetur in una, quod exercite exercebatur in alia : quod tam longe abest, ut abnuamus, quod potuit intendimus cum D. Thoma, et verum censemus,

ťώťť:- tir Ad tertiam, ex Patre Suarez desumptam anu. concedimus sequelam, quam esse veram satis evincit exemplum Sacramenti informis, in quo absque ullo fructu datur verum Sacramentum modo superius explicato, et proprio loco uberius expendendo. Unde sensus absolutionis non venandus est ab effectu exercite producto, sed a virtute, a qua habet esse absolutivum, et de se induclivum effectus. Quocirca ipsemet Suarez non parum extollit, et recte usurpandum sentit illud Hugo de S. Victore lib. 2, ar? de Sacrament, part. 14, cap. 8, nimirum, *hanc formam magis significare virtutem tuam, quam eventum,* quo optime declaravit ad investigandum, et stabiliendum verum sensum absolutionis, non tam ad effectum reipsa productum, quam ad institutionem, et qua habet esse de se absolutivam, et remissivam, attendi debere, quoniam forma solum significat, ut oritur a ministro, et constituit Sacramentum, virtutem remissivam, ac subinde ejus legiii- j^^mus sensus non aptius explicatur, quam fei-j per illa verba : *Ego ministerium absolulio-* nh *tibi impendo,* seu, et in idem recidit, D.b» *fyo sacramentaliter te absolvo.*

118. Sed hæc cum ita esse, et mentem D. Thomæ continere videntur, ecce aliquos S. Doct. discipulos, quos suppressis nominibus refert Arauxo in præsent. dub. 2, num. 34, aliter Magistri expositionem interpretantes judicant, enim illa verba *impendo tibi Sacramentum absolutionis* idem prorsus sonare ac ista : *Confero tibi gratiam remissivam peccati,* atque ideo pro eodem accepta iri. Et ut id magis firment, vocem illam *Absolutionis,* non accipiunt active, pro ut se tenet ex parte ministri ; sed passive, et ex parte termini, quo pacto significat ipsam gratiam remissivam. A quo dicendi modo etiam est P. Suarez, quem alii sequuntur. *p.* Suarez· impir- &nalor·

Si autem illis opposueris, eum sensum in casu Sacramenti informis falsum reddi, siquidem in eo non confertur gratia sanctificans, atque ideo non esse sensum legitimum absolutionis, quæ semper ac fiat verum Sacramentum, debet esse vera. Respondet pro illis Arauxo, nihil referre formam in eo eventu evadere falsam, dummodo eadem significatio essentialis retineatur : nam significatio est essentialis formæ ; cum tamen veritas ipsi accidentaliter conveniat. Unde sicut stat hanc propositionem *Petrus currit,* semper significare *cursum Petri;* quamvis contingat aliquando esse falsam Petro non currente; ita cohæret absolutionem semper significare gratiam ; licet falsa aliquando sit. eo quod res significata non ita se habet a parte rei. Cui expositioni minime D. Thomam adversari autumat Arauxo. ad calcem solutionis. Respon- Vr へ 0

119. Hæc tamen doctrina nobis non arridet, et quia falsa, et quia adversa doctrinæ D. Thomæ : quippe absurlum est verum Sacramentum falsa significatione constitui ; sed Sacramentum informe est verum Sacramentum : nequit ergo falsa significatione constitui. Constitueretur autem, si formæ in eo casu deficeret veritas significationis; siquidem Sacramentum non constituitur in ratione signi, nisi per significationem ; hæc autem falleret in prædicto eventu, quandoquidem significaret gratiam, quam non conferebat : ergo etiam falleret in ratione signi, et consequenter in ratione Sacramenti. Rursus : nam sicut repugnat vero constitui falsum, ita e converso falso nequit constitui verum : sed Sacramentum informe tam in ratione Sacramenti, quam in ratione signi est verum Sacramentum : ergo nequit constitui nisi per formam, quæ sit vera tam in ratione Duplicet prima, Confiim.

formæ, quam in ratione signi ; sub utroqué enim munere indivulse concurrit forma ad constitutionem Sacramenti. Major videtur ex ipsis terminis nota. Minor etiam
g videtur supponenda : quoniam absurdum est, et nostro judicio minime devorandum quod verum Sacramentum (quale supponitur. quod quantum est ex parte Dei, et ejus ministri, ordinatur ad veram peccatorum remissionem', constituatur falsa significatione, enuntiante aliquid, quod a parte rei non est : nec contra hoc affertur aliqua instantia : nam quæ fieri posset de Sacramentis invalidis, frivola et inanis est : siquidem ibi nullum conficitur Sacramentum, ut cum quis super vinum, aut acetum diceret : *Hoc est corpus meum.* In nostro autem casu intervenit vera materia. veraque forma, et nihil deficit ad veritatem, et essentiam Sacramênti hic et nunc præter ejus effectum, qui sub nnlla ratione est de essentia Sacramenti, sed quid omnino consecutum : ergo forma, qua hic et nunc constituitur hoc Sacramentum, debet esse vera, et in ratione formæ, et in ratione significantis: ac proinde non aliud, nec aliter significat, quam sit aparté rei : sed a parte rei non datur gratia j er hoc Sacramentum : ergo nequit illam significare, alioqui enim esset falsum signum, et itidem falsum Sacramentum.

Robore- 120. Confirmatur, et explicatur 1°. Quo-
J“rn niam in hac parte non mediocriter laplIαtv. borant Theologi, atque hinc, et inde satis dissident non solum in exponenda verborum significatione, sed etiam in vero sensu significationis tenendo, ut constat ex supra dictis; hic autem labor superfluus foret omnino, si posset subsistere veritas Sacramenti cum falsitate enuntiationis, ut liquet : ergo nc hoc dicatur, non tantum tenendum est utcumque Sacramentum, sed insuper asserendum*nihil intervenire falsi ex parte absolutionis in prædicta hypothesi.

ftrgeior Urgetur et explicatur 2° ex ipsomet
£tCbn °' exemplo in contrarium adducto : nam quod in hac propositione Petrus currit, significetur invariabiliter cursus Petri, non tollit quominus falso enuntietur per eaminet propositionem de Petro cursus, eo uou currente; et consequenter tam in enuntiando, quam in significando sit falsa propositio, quia non significat nisi enuntiando, nec etiam enuntiat nisi significando complexe cursum Petii : ergo sicut illa propositio nullatenus est vera, ob defectum objecti; consimiliter nec evadet vera Hla propositio : *Ego le absolvo,* non stante gratia per eam juxta hunc dicendi modum slgnificala : nou ergo valet verum constituere Sacramentum : atque ideo vel in prædicta casu neganda est veritas Sacramenti, quod non decet verum D. Thomæ discipulum ; vel asserenda, et adslruenda est veritas significationis in prædicta forma.

121. Tandem rejicitur : quoniam veri- I·Λ> 15L tas vel falsitas sive in significando, sive in enuntiando non desumitur nisi ah adæqualione, et conformitate cum re significata; ex eo enim quod res est, vel non est ; propositio dicitur vera, vel falsa : ergo sicut non stante objecto enuntiationis, non stat veritas in enuntiando ; ita deficiente objecto significationis, deficit veritas significandi, et consequenter verum Sacramentum falso significaret, fallcretque in ratione significandi, quod durius videtur, quam quod non detur Sacramentum informe.

Ad hæc et traditur ratio a priori dif- Cirta, ferentiæ!, nam quod eademmet invariata propositio in materia contingenti de vera transeat in falsam, et e contra, provenit ex eo, quod veritas, et falsitas non sunt determinate de essentia talis propositionis, et quia prædicatum contingenter advenit subjecto. Quod secus accidit propositionibus necessariis, vel etiam contingentibus ut subsunt infallibilitati divinæ præscientiæ, et determinationis ; quo pacto semper sunt veræ omnino infallibiliter, nec obeunt vicissitudinem veritatis, et falsitatis, ut in confesso est apud omnes. Sed formæ Sacramentales in significando servant modum propositionis secundi generis, non vero illarum omnino accidentalium. Ergo earum sensus semper est verus, dummodo evadat verum Sacramentum, ac subinde nequit aliquando vere, aliquando falso significari. Cætera constant pneter Minorem, quæ suadetur ex D. Aug. lib. de adult, D. As* conjug. ubi ait : *Non est turpis, nec diffi- ;nsl. citis post patrata et purgata adulteria reconciliatio conjugii, ubi per claves regni calorum non dubitatur fieri remissio peccatorum* Cui testimonio allegato a D. Thoma in hoc art. sol. ad 5, attexuit Angelicus Præceptor : *End·: nec Sacerdos indiget speciali revelatione sibi facta, sed sufficit generalis revelatio fidei, per quam remittuntur peccata : unde revelatio fidei dicitur Petro facta fuisse.* Ex quibus constat veritatem absolutionis ut significantis remissionem subesse divi: .0 revelation',

revelationi, atque ideo ita ilohere esse veram, ut numquam ait falsa in significando : et idcirco subjunxit S. Doctor : *Esscl aulem perfectior expositio ; Ego te absolvo, id est Sacramentum* (non gratiam) *absolutionis libi impendo.*

Wj* 122. Si forte dicatur absolutionem de se semper significaro gratiam ; quod vero eam non semper inducat, esse per accidens defectu subjecti, non vero defectu formæ, quæ applicatur. Fatemur utique ita esse ; K ' sed hinc contendimus sensum verum semper formam retinere, ac proinde non esse illius legitimum sensum *confero tibi gratiam,* ut illi asserunt Authores ; alias in casu prædicto falleret prædicta forma. Unde præter hactenus objecta, iterum opponimus. Quoniam sensus essentialis formæ non debet esse alius, quam qui ipsi in omni eventu veri Sacramenti conveniat; cum quia essentialiter præscindunt ac accidentalibus ; tum quia sicut forma semper est eadem, ita et formalis ejus sensus. Sed formæ absolutionis, ut subest institutioni divinæ solum competit esse illativam, et inductivam gratiæ, quantum est de se : ergo sensus illi essentialis neqtiit esse actualiter inferre gratiam ex parte termini, ut adversarii loquuntur, sed solum ex parte ministri, et quantum est de se. Minor constat : tum quia verba in diffinitione non dicunt actum, sed aptitudinem. Tum etiam quia de essentia Sacramenti non est absolute, et semper inducere proprium effectum, nisi in subjecto disposito. Unde sicut est extra essentiam Sacramenti dispositio ex parte recipientis, ita et actualis productio effectus : solum ergo illi competit ex se, et ex parte principii esse effectivam, non vero ex parte termini semper efficere, alias evaderet falsum signum. Et ideo *per Sacramentum absolutionis* non venit significanda absolutio passive accepta, sed activa, et quantum est ex parte Sacramenti,

123. Quod autem hæc sit mens D. an? Thomæ, clarius est, quam longa indigeat SThw- disputatione : quandoquidem semper curæ S. Doctori veritatem in verbis, et sensu formæ, servare, ut constat ex locis supra relatis, maxime vero ex hoc articulo, ubi cx veritate formæ consecrationis, et aliorum Sacramentorum verum absolutionis sensum elicuit, dicens : *in Sacramento Eucharistiæ, quod consistit* in *ipsa consecratione materise, exprimitur veritas consecrationis,* etc. Nec ob aliam rationem in solutionibus argumentorum excludit verba deprecativa a ratione formæ, nisi quia redderetur sensus falsus, utpote qui non accipitur deprecative, sed absolute, et ad instar sententiae. Qua etiam ratione refellit expositionem Magistri inquiens : *Quod ista expositio : Ego te absolvo, id est absolutum ostendo, quantum ad aliquod quidem vera esi, non tamen perfecta : Sacramenta enim novæ legis non solum significant, sed etiam faciunt, quod significant. Unde sicut Sacerdos baptizando aliquem, ostendit hominem : interius absolutum per verba, el facia, non solum significative, sed etiam effective : ita etiam cum dicit : Ego te absolvo, ostendit hominem absolutum, non solum significative, sed etiam effective.* Sed in nostro casu efficientia non se tenet ex parte termini, sed dumtaxat ex parte principii, et quantum est ex parte ministri, ut constat : ergo et significatio non ex parte termini absolutionis, seu ex ipsa passive accepta, ut illi volunt, sed ex parte principii, seu absolutione active considerata teneri debet. Minorem, et Consequentiam probat simul discursus S. Doc- D.Tiicm. toris^per hæc verba : *Nec tamen loquitur quasi de re incerta : qui sicut alia Sacramenta novæ legis habent de se* (hic non recurrit ad terminum, sed ad ipsum Sacramentum) *certum effectum ex virtute passionis Christi* (en alium recursum ad principium) *licet possit impediri ex parte recipientis, ita etiam in hoc Sacramento.* Ergo juxta D. Thomam, nec certitudo, nec sensus absolutionis regulari debent, acpræscribi penes terminum, sed penes principium, seu quod se tenet ex parte Sacramenti active, non vero passivo : atque ideo juxta mentem S. Doctoris in illis verbis, *Sacramentum absolutionis tibi impendo,* non significatur gratia ex parte termini, sed virtus se tenens ex parte principii, eo quod magis significatur hac forma virtus ; quam eventus, ut etiam docuit Hugo supra relatus, et clarius liquet ex ipsomet S. Doctore opusc. 22, in quo rem istam prolixius enucleat, et illis discipulis ah Arauxo relatis minime favet, ut totum illud opusculum sedulo meditanti palam fiet.

§ VI.

Quæ supersunt objectiones enodantur.

124. Contra hactenus dicta nulla est Duplex •referenda, aut refellenda sententia ; quæ objectio*

enim modis relatis dicendi poterant favere, inter proponendum proposita), et convulsa» sunt, quin opus sit in eo diutius immorari. Supersunt tamen duæ objectiones, quibus oportet occurrere, ut ex nullo capite veritas nostræ sententiæ dehiscat. Et mittimus scopulum vetustatis, in quem illisisse D. Thomam criminatus est Launoius, ut refert Contempson in præsenti diss. 1, cap. 1, spéculât. 3, quasi S. Doctor novam, et non veterum Patrum doctrinam in hac parte introduxerit : siquidem scopulus iste est pure phantasticus, et nulla ratione probandus. Et enim doctrina S. Doctoris in hoc art. non est alia: quam quæ a Patribus, et ab Ecclesia, et sacris Conciliis cernitur approbata, ut constat evidenter ex adductis testimoniis, et ex illis, quæ luculentius expendit S. Doctor opusc. 22, contra illum Theologum sibi coævum, cui simile quid objicienti, ac opponit Joannes Launoius, res-
D.lhra. pondet D. Thomas cap. 2 : *Dicendum quod nec Magister formam posuit, nec legitur de alia forma, qua aliquis sanctorum sil usus, nec etiam legitur, quod aliquis istam formam negaverit.* Et ut jam veluti ex antecessu se a nova vindicaret calumnia de contradictione cum Guillelmo Antisiodorcnsi, Guillelmo Parisiens!, et Hugo Cardinali, subnexuit S. Doctor non constare hos insignes Theologos oppositum sensisse. Sed esto ita fuisset, nihil referre, quandoquidem eorum autboritas præjudicare non posset authoritati, et communi sententiæ Magistrorum Parisiensium Parisiis regentium, et quod magis est, verbis Christi Domini, *quod est majus omni authoritate.* Quibus verbis objectus scopulus Launoii, et aliorum magis novitati sub specie vetustatis quam veritati deferentes, penitus evanescit. Hoc, inquam, omisso.

Prima 0 **jei** 125. Objicitur primo : nam si absolutio esset vera in sensu explicato, et Sacerdos vere absolveret a culpis; nihil remaneret post absolutionem ministri, quod absolveretur a Deo, consequens est falsum : falsum ergo est Sacerdotem a culpis absolvere, et quod absolutionis verba in prædicto a nobis sensu sint intelligenda. Consequentia cum Majori tenet : quia si Sacerdos ut minister Christi, ejusque vicem gerens, vere absolvit, qua alia opus est absolutione? Falsitas consequentis ostenditur ex SS. PP. oppositum expresse aflir-
Cypriiin. mautihus : nara Cyprianus lib. episl. 2. ita ait : ipse legem *dedit,* til *ligata in terris.' etiam in calo ligata essent, solvi autem possent illic, qux prius in Ecclesia solverentur.* Hilarius vero cap. 16 in Matthaeum sic liiîi-MJ. Petrum alloquitur : *0 beatus cadi janitor, cujus arbitrio claves xterni aditus traduntur, cujus terrestre judicium prxjudicala authorilas sit* in *calo, ut quæ in terris, aut ligata sunt, aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant ct in calo!* Id quod disertius adhuc expressisse videtur D. Ber- D.Bff. Mri. nard. serm. 1 in festo Apostolorum dicens : *Qui claves regni tam singulariter accepit, ut procédai sententia Petri sententiam cali.* Similia passim docent alii SS. PP. ut videre est apud N. V. Ubaldensem torn. 2, Widen. de Sacrament, cap. 144. Quibus confici videtur adhuc post absolutionis ministerium ex parte Sacerdotis superesse absolutionem Dei consequentem ad ministri sententiam ; alias enim vix, aut ne vix quidem, intelligibile est, qualiter sententia cceli subsequatur ad sententiam sacerdotis : non ergo iste ita absolvit a culpa, ut hactenus assertum est, nec consequenter absolutio sacerdotis habet pro effectu sibi proprio remissionem illius, aut reddit sensum hactenus explicatum.

126. Ad objectionem concedenda est Solritsr. sequela Majoris, si ejus sensus fuerit nihil culpæ remanere post absolutionem sacerdotis a Deo rursus absolvendum : quia nihil damnationis manet in vere pcenitentibus post absolutionem sacramentaliter factam, ut supra tetigimus, docent uniformiter Theologi, quin in hoc possit esse dissidium. Ad hujus improbationem allegatis Patrum testimoniis innixam variæ adhibentur explicationes. Nam Vasquez ex Vapo Augustino *de vera, el falsa Pœnilentia,* ea D. A.· verba intelligenda esse censet, quatenus 'J5t· *Deus, el omnes ordines caleslis mililix, el omnes sancti in mea gloria laudant nobiscum, et cbnfirmant, quos ligatis, et solvitis super terram,* ut habetur cap. 9 aut 10, illius libri. Juxta quam absolutio sacerdotis approbatur, et conGrmatur in coelis. Et in hoc sensu praecedit absolutio ministri, et subsequitur absolutio confirmativa Dei. Alii praedicta testimonia protrahunt usque Aiiona inteOi-geniti. ad diem judicii vel particularis, vel universalis, in quo ultimo decernendum est, et juxta sententiam a sacerdote latam premium, vel poena sunt reddenda. Alii Ali3$ sessa ea tenus ea verba existimant vera esse, quatenus Deus absolutionis intuitu confert gratiam remissivam peccati homini Ilias. vere pœnitenti. Quas omnes expositiones

nes refert, et approbat Lugo in præsenti disp. 13, sect. 3, n. 85 et 86.

‹»r·. 127. Sed profecto, licet utcumque verum videantur præ se ferre sensum, non tamen undequaque placent, nec ita ut par orat, cohærent principiis apud omnes inconcussis. Juxta quæ ipsamet absolutio sacerdotis, est etiam absolutio Dei, quin interveniat duplex; caque diversa, ut expositiones illæ Hitio sonare videntur. Et ratio est, quam supra ttsdi'.' tetigimus, et ex vera philosophia suponimus. Nam eadem actio instrumentalis (quidquid sit de præsupposita praevia ex parte instrumenti), corresponde! principaliter agenti superiori, et ministerialiter instrumento ipsi, quin ibi formaliter loquendo interveniat nisi unica, et indivisibilis actio ab uno et altero agente ordine prædicto descendens. Id quod adhuc clarius est in sententia non adeo communi, non agnoscente actionem præviam præsupositam, aut præintellectam ex parte instrumenti : quippe hujus sententiæ patroni dumtaxat admittunt unicam, et indivisibilem actionem, quæ respondeat agenti principali, et ejus instrumento. Aliunde vero catholice nequit negari sacerdotem instrumentaliter concurrere ad absolutionem formaliter acceptam, quandoquidem solus Deus est causa principalis absolvendi, et minister solum se habet instrumentaliler. Ex quo fit legitime consequens unicam tantummodo intervenire absolutionem Deo principaliter et sacerdoti instrumentaliler respondentem. Et hanc illationem ut legitimam concedit Lugo docens in hac disp. 13, unam et eandem esse absolutionem Dei, et hominis.

Hinc detegitur perspicue defectus illarum iiteïs expositionum. Nam ea confirmatio, et coe- H®'· lestis approbatio, quam adstruit prima, vel est nova voluntas ex parte Dei superaddita voluntati absolvendi : vel est ipsamet absolutio Dei, quæ simul est volitio sui ipsius indirecta, quo pacto actu amoris non tantum amamus objectum, sed amare volumus, ut de omnibus actibus voluntatis docet D. Thomas, et est indubium? Si dicatur primum, est prorsus a veritate alienum : quia scientia visionis non est distincta a scientia approbationis, sed eodem actu ex parte Dei per scientiam visionis, et causal et approbat, ac confirmat remissionem, sicut eodem itidem actu et absovit cum ministro, et vult etiam absolvere. Unde non est locus expectandi novam confirmationem, et approbationem in posterum faciendam. Si propter hoc dicatur secundum : restat illis explicare qualiter in eademmet actione sit præcedentia ex parte ministri, et posterioritas ex parte Dei. Et dum hoc non explicant, allegata testimonia relinquunt inexplicata ex vi primæ expositionis.

Secunda etiam deficit : quia protrahere Secundo, usque ad diem judicii sive particularis, sive universalis ultimam determinationem, non admodum favet potestati clavium, qua de præsenti vel solvuntur, vel ligantur peccata. Unde ut ea non pessum eat, oportet in absolutione præsenti a Deo, et ministro indivisibiliter facta explicare istius præ illo præcedentiam erga absolutionem, de qua agebant SS. PP. non vero de alia nemini dubia.

Præterquam quod si ea Patrum testimonia recte perpendantur, manifestum erit nec levissimum illis inesse vestigium admittendi prædictam expositionem, quippe solum commendant acceptam dignitatem Petri solvendi de præsenti, quod simul in coelis solvi promittitur, ut constat ex ultimis verbis Hilarii : *Statuti ejusdem condi-* niia- *tionem obtineant in calo,* quæ non ad futurum sæculum, sed ad præsens pertinere videntur, quasi in eodem temporis instanti, in quo homo absolvitur in terris, simul absolvatur in coelis. Idque communi fidelium intelligentia satis comprobatur absque ulteriori ponderatione. Nam licet verum sit in ultimo judicio sive universali, sive particulari ultimam latam iji sententiam vpl approbationis, vel reprobationis, quod nullus Catholicorum ibit inficias; simul etiam est verum non manere suspensum effectum absolutionis usque ad illum diem, sed transire in rem judicatam de præsenti in terra, et in coelis, alias enim non remitterentur in cœlis, quæ remittuntur in terris. Et de hac absolutione in coelis nunc facta procedit difficultas, an præcedatur necne absolutione sacerdotis, et quomodo? Unde per eam expositionem non solvitur sed intacta relinquitur objecta dubitatio : quoniam si Deus vere absolvit cum ministro, ut necessario fatendum est; nihil solvendum manet, ab ipso Deo post absolutionem ministri, cujus contrarium affirmant prædicta testimonia.

128. Eodem laborat defectu ultima ex- ultima positio : nam *Deum conferre gratiam pa-* expiica- *nitenti absolutionis intuitu :* vel importat rejecta, distinctam absolutionem posterius a Deo faciendam post absolutionem sacerdotis?

vei importat eandemmot absolutionem a Deo simul cum sacerdote faciam? Si hoc dicatur, superest illa utentibus explicare praecedentiam, et anterioritatem unius pr® alia, quod non adhuc præstitere. Si autem eligatur primum, tenentur concedere duplicem absolutionem ex parte Dei, et consequenter duplicem voluntatem absolvendi, alteram conjunctam cuma bsolutione sacerdotis. alteram vero solius Dei post absolntionem ministri exhibendam. Ex quibus prima absque secunda non sufficiat; atque ideo non eo ipso quod minister simul cum Deo absolvat pœnitentem legitime, hic est vere absolutus coram Deo, cum in eo signo adhuc non intelligatur illa porterior voluntas propria solius Dei, et subsecuta ad priorem voluntatem. Quod erit asserere illam priorem voluntatem non esse efficacem ad remittendum, et consequenter nec absolutionem sacramen talem, usque quo adsit alia voluntas posterior, contra id quod Patres, etConcilia docent de efficacia Sacramentorum in significando, et efficiendo.

Fieret insuper Sacramenta propria causalitate non attingere instrumen taliter gratiam, cum hæc non producatur ex vi prioris absolutionis a Deo, et ministro factæ, sed ex vi posterioris, quæ ita est propria Dei, ut non sil, aut esse possit ministri. Qualiter ergo iste propria absolutione causabit gratiam ea non productam nec producendam ?

Quid s«iliat Logo.

129. Porro primum horum inconvenientium minime latet devoratum iri a Cardinali Lugo, siquidem disp. 7 hujus tract, sect. 9, § Verior explicandi modus a num. 160, autumet dupliciter fieri posse condonationem peccati : vel pure extrinsece absque infusione gratiæ; vel etiam intrinsece per ejus receptionem. Et ad primam utcumque fulciendam tot in Deo voluntates multiplicat, totque accumulat subtilitates, ut eis magis pungi, quam erudiri mentem scripserit socius Dicastiilo disp. 5, dub. 6, n. 118, eundem sub junioris nomine inconsequenti® redarguens. Nec etiam praeterit recursus ad causalitatem moralem, ut vitet secundum sub illa tum de impotentia efficiendi gratiam.

Dicastitio.

Verum unum, et alterum omittimus, et ab eo impugnando data opera supersedemus. Tum quia ea doctrina de condonatione extrinseca, salis superque refutata manet ex dictis tract, de Justifie, disp. 2, ubi statuimus cum æque communi ac vera Theologorum sententia non posse fieri condonationem peccati, absque mutatione intrinseca peccatoris, et absque infusione gratiæ habitualis. Tum etiam, quia causalitas illa pure moralis Sacramentorum novæ legis nec vera, nec satis consona est Conciliorum, et Patrum sanctionibus, ut fuse monstravimus tract, de Sacramentis in genere disp. -i per totam. Quapropter impræsentiarum sufficere existimamus ex principiis illi doctrina* oppositis; communiter receptis, et suis propriis locis stabilitis, ac vindicatis defectum expositionis ab ipso adhibitæ, detegere, et expugnare. Porro id bene confici ostenditur clare instaurando sub alia forma impugnationem superius factam. Quoniam Deum conferre gratiam pœnitenti intuitu absolutionis a ministro faciæ, non est Deum vere absolvere, sed quod minister absolvat, et Deus gratiam largiatur : sicut Deum conferre præmium intuitu meritorum non est Deum mereri, sed suppositis meritis ut objecto, præmium largiris sed juxta tertiam explicationem a Lugone adhibitam, Deus intuitu absolutionis confert gratiam : ergo Deus non vere absolvit. Quod tamen est falsum, et contra ipsummet authorem beno docentem eandem esse absolutionem Dei, et hominis, illius principaliter, istius ministerialiter : et consequenter non potest asseri Deum intuitu absolutionis in terris conferre gratiam in ccelis, quin simul negetur Deum vere absolvere, quod est contra unaninem SS. PP. sententiam, et veram Theologiam vel saltem concedatur aliam esse in Deo voluntatem absolvendi a voluntate infundendi gratiam.

rcatar iixwe· nifûüt 1

Hoc autem esse falsum ostenditur. Nam voluntas absolvendi ex parte Dei est simul cum voluntate absolvendi ex parte ministri, et utraque voluntas includitur in ipsa absolutione exercita; quis enim neget Deum non velle absolvere, dum absolvit, et eadem ratio debet esse de ministro recte in hoc ministerio se gerente. Ergo eo ipso quod Deus simul cum ministro absolvat, Deus cum ministro remittit peccatum : Peccatum autem non remittitur alisque infusione gratiæ : ergo ex vi voluntatis remittendi adest indistincta voluntas conferendi gratiam remissivam : non est ego alia voluntas absolvendi a voluntate infundendi gratiam : quare ipsi superest explicandum, quomodo *post sacerdotis sententiam Deus ejus iluitu vult producere gratiam, etc., atque ita sacerdos præit, el subsequitur Deus,* ut concedit num.

Nisi

Niai velit per voluntatem absolvendi non induci remissionem culpa*, usque durn superveniat altera voluntas infundendi gratiam, quod est supra improbatum ; vel pro priori ad infusionem gratiæ admittat condonationem extrinsecam, quæ correspondit, det priori illi voluntati absolvendi. Unde ulterius fiet justificationem impii medio Sacramento coalescere parlim ex condonatione extrinseca, parlim vero ex gratia intrinseca; quod non ita cohæret cum doctrina Patrum, et Conciliorum, praesertim Tridentini sess. 6, cap. 7, docentis unicam causam formalem nostræ justificationis esse justitiam Dei, non extrinsecam, qua ipse justus est; sed qua intrinsece nos reddit justos per interiorem renovationem in nobis receptam.

130. Plana itaque, et omnino vera explicatio prædictorum testimoniorum est unam, et eandem esse Dei, et hominis absolutionem, unicamque in ea importari voluntatem efficacem remittendi, et simul infundendi gratiam, quin ulterior actus desideretur, ut rebatur ille Author. Cum hoc tamen recte cohæret absolutionem ministri prout ab eo oritur, et ejusdem parte se tenet præire seipsam prout se tenet ex parte Dei. Et in hoc sensu vera esse, ut sonant allegata Patrum testimonia, existimamus, quin ad eas angustias, et præcisiones illius doctrinae redigi cogamur. Ratio autem hujus, quo communior omnibus aliis Sacramentis, eo nobis videtur solidior, ne dicamus, evidentior : quoniam significatio, et efficientia instrumentalis Sacramentorum nova legis non exercentur formaliter nisi in ipso ultimo instanti prolationis verborum, in quo perficitur et completur verborum legitimus sensus, nt constat ex dictis tract, de Sacramentis in genere disp. 4, dub. 5. In quo quidem instanti coeunt et significatio, et efficientia Sacramentalis, licet ex parte ministri præcesserit verborum successiva prolatio, et significatio vocum ex impositione humana; quæ est fundamentalis significatio ad significationem Sacramentalem. Porro ex hac ratione omnibus Sacramentis communi quoad rationem significandi, et causandi, tam plane colligitur absolutionem ministri præcedereabsolutionem Dei, quam certum, et indubitatum est partes successivas motus anteire prius ultimum terminativum, seu mutatum esse, in quo Deus cum ministro absolvit, et peccata remittit. Et hoc in dubium vertere est nodum in scirpo quœrore. Unde absque ulla ambage allegata testimonia Patrum intelliguntur de præcedentia absolutionis ministri, quæ antecedit absolutionem Dei, instantaneam in ultimo termino prolationis verborum, in quo completur absolutio, infunditur gratia, et remittitur peccatum.

Quo autem jure id ita asserendum est, constat insuper ex N. V. Ijvaldense in contrarium allegato in illo capite 144, ubi agit contra Wicleff negantem Sacerdotem, imo Episcopum quemquam absolvere posse, qui prius non fuerit absolutus a Deo. Quod contra evenire monstrat priedictis, et aliorum Patrum testimoniis. Unde bæreticum alloquens inquit : *Cælerum noveris absolutionem divinam in hominem ab humana absolutione sacramenlaliier præveniri* quia nimirum Sacramentalis absolutio sensibiliter, et successive prolata antecedit absolutionem divinam instantané in ultimo instanti prolationis operantem. Quo nihil aut verius, aut clarius, quin aliquis Patrum adversetur, ut totum illud caput percurrenti fiet obvium. Hinc constat quam bene componatur absolutionem Dei, et hominis esse unam ; et quod ex parte hominis Sacramentaliter praecedat toto illo tempore peolationis verborum usque ad ultimum instans, in quo Deus principaliter, et sacerdos instrumentaliter eadem absolutione producunt gratiam, et fit remissio. In quo tamen componendo maxime sed absque causa laborat, et nondum assequitur prædictus Author.

131. Secundo objicitur (et est replica contra hujus sotutionem), nam verba ut prolata a Sacerlote significant vere remissionem culpæ : ergo pro eo signo pro quo intelliguntur verba prolata, intelligitur culpa remissa; sed pro eo signo non intelligitur nec est gratia : ergo ante gratiam est vere remissa culpa. Prima Consequentia ex qua pendet subsequens enthymema, patet cx antecedenti : tum quia verba illa ut antecedunt, sunt vera, et ideo debent esse objecto conformia, et consequenter debent significare prædictam remissionem. Tum etiam, quia illis ex parte termini debet respondere aliquis effectus ; non est autem alius, qui possit assignari, quam remissio pecccati : ergo hæc corresponde! absolutioni prout oritur a Sacerdote, et ex parte illius se tenet; et consequenter vel Deo nihil relinquitur absolvendum, ut intendebat prima objectio supra posita : vel ante infusionem gratiæ est vere pecca-

Secunda

tum remissum quod est falsum, siquidem peccatum non remittitur absque infusione gratiæ.

tego respon- det· Ven AO1UÜÛ.

132. In solutione hujus objectionis non bene quiescit Lugo, sed modo in unam, modo in alteram partem se vêrtens, jam condonationi extrinsecæ, jam intrinsecae adhæret, ubi supra disp. 13, n. 88, et sequentibus.

Sed respondetur ex dictis § precedent!' distinguendo Anteceden *Significant remissionem culpæ passice acceptam, seu ex parte termini sonper habitam,* negatur Antecedens : *active, seu quantum est ex parte ministri sacramenlaliler absolventis,* conceditur. Sed neganda est Consequentia : quia sensus absolutionis non est : *Confero tibi gratiam,* sed, *confero tibi Sacramentum de se collativum gratiæ,* quod est significare gratiam, seu remissionem active, non vero passive, ut constat ex dictis. Ad primam Consequenti® probationem, quæ non magis urget in praesenti, quam in formis aliorum Sacramentorum, in quibus æque militare non est, qui non videat, respondetur verba ut successive proferuntur, semper esse in fieri ut ita dicamus, usque ad ultimum instans prolationis illorum, in quo considerantur in facto esse. Veritas autem ipsorum cum consistat in indivisibili non intelligitur, nec est usque ad prædictum instans in quo vere, et infallibiliter significant remissionem, quantum est ex parte Sacramenti, et ministri. Unde tempore intermedio, quod excurrit ante illud instans, possunt dici ad summum vera initiative, aut in fieri, non vero formaliter, et absolute : sicut enim figura domus non salvatur in fieri partium, sed in tota domo completa, nec significatio enuntiationis in solo subjecto, aut copula, non sub intellecto prædicato; ita nec veritas informis Sacramentorum quterenda est in sensu formali, usque ad instans terminativum prolationis illorum. Id quod satis liquet in forma Eucharistia?, Baptismi, et aliis, quin majori expensione indigeat.

Secundi Vnnü.0

Ad secundam etiam patet ex supradictis, effectum per se intentione ex vi absolutionis esse remissionem peccati, seu gratiam remissivam illius. Hic autem nondum est usque ad ultimam verborum prolationem, ut constat ex dictis de Sacramentis in genere loco supra citato : sicut nec effectus aliorum Sacramentorum intelligitur esse usque ad ipsum instans. Unam, et alteram D.Tiiom. solutionem nos docuit D. Thomas : primam quidem supra qumst. 78, art. 2, in corpore per hæc verba : *Quia ita se habent formæ Sacramentales ad significandum effectum Sacramenti, sicut se habent formæ artificiales ad repr.rsentandum effectum artis. Forma autem artificialis est similitudo ultimi ejfeetus, in quem fertur intentio artificis, sicut forma artis in mente ædificatoris est forma domus ædificalæ principauté)·.* Secundam vero in eadem qnæst. art. 4 ad 3, dicens: l'û *conversiva, quæ est informis horum Sacramentorum. consequitur significationem, quæ in prolatione ultimo' dictionis terminatur: et uieo in ultimo instanti prolationis verborum prodicta verba consequuntur hanc virtutem, in ordine tamen ad præcedentia. Et hæc virtus est simplex ratione simplicis significati, licet in ipsis verbis exterius prolatis sil quædarn compositio.* Ubi S. Doctor adhibitam solutionem firmat, et una, quæ opponi possent præcidit. Rationem autem a priori communem huic, et aliis Sacramentis, in quorum quolibet similia argumenta fieri solent a recentioribus, traddit S. Doctor art. 5 illius quæstionis, inquiens : quod *sicut conceptio intellectus practici* non *præsupponit rem conceptam, sed facit eam : ita veritas hujus locutionis non præsupponit rem significatam, sed facit eam.* Et in responsione ad tertium similis omnino îormæ, ei, quæ nobis opponitur, docet; quod *significatio hujus locutionis præinlelligitur rei significatæ ordine naturæ, sicut causa naturaliter est prior effectu; non tamen ordine temporis : quia hæc causa simul hvbet secum effectum. Et hoc sufficit ad veritatem locutionis.* Quæ ultima verba observare optamus in confirmationem doctrinæ supra traditæ circa studium D. Thomæ in nulla tenus admittenda falsitate verborum pro formis hujus, et aliorum Sacramentorum. Quo contra discurrebant illi S. Doetons discipuli, contra quos ibi agebamus.

DÜBIUM III.

Quæ verba sint absolutioni essentialia?

Expediti ab effectu absolutionis, et sensu, reliquum est, ut de verbis quibus prædicti effectas, et sensus respondent disseramus. Cum enim plura ea sint tam antecedentia, quam subsequentia, nec omnibus illis simul assignati effectus, et sensus convenire debeant, ut in confesso est apud omnes ; oportet inter illa discernere ; et non necessaria a necessariis, seu essentialiter

essentialiter requisitis segregare. Ul ergo certa ah incertis separemus, ob oculos ha-
fjseii. benda est regula a Tridenlino præscripta
Tn*eul* sess. 11, cap. 3. Ubi loquens do partibus hujus Sacramenti inquit : *Docet prxlerea soncta Synodus Sacramenti Pœnilcnlix formani, in qua prxeipue ejus vis sita est, in illis ministri verbis positam esse : Ego te absolvo, etc., quibus quidem de Ecclesiæ sancta more preces quadam laudabiliter adjunjuntur; ad ipsius tamen forma essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti ministralionem sunt necessaria.* Hactenus sancta Synodus,

Pi»» 134. Ex quo manifeste habemus omnia verba antecedentia, ut *Misereatur tui, Do-*
it^ *minus noster,* etc., usque ad illa : *Ego te ab-*
rtS solvo› uon ess0 de essentia Pœnitentiæ, et
■oastn- consequenter absque illis posse confici ve-
lj'r' rum Sacramentum. Et hujus rationem
D.Thoia. tradiderat D. Thomas in præsenti. art. 3, solut. ad 1, docens : quod in *Sacramentali absolutione non sufficeret dicere : Misereatur* tui *omnipotens Deus, vel absolutionem et remissionem tribuat tibi Deus, quia per hæc verba Sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit, ut fiat : Prxmiltitur tamen eliam in Sacramentali confessione talis oratio, ne impediatur effectus Sacramenti ex parte pœnitentis.* Unde non est credendum
Coicil. Concilium Coloniense in Enchiridio sub titulo de Sacramento Pœnitentiæ ut refert
bgo. Lugo disp. 13, sect. 1, n. 8, reprobare voluisse unum prædictorum verborum, quando ex Gersone dicit debere retineri brevitatem, et simplicitatem verborum absolutionis, nec utilem esse illam aliorum verborum, aut precum additionem ; cum Tridentini Patres ea dicendi morem laudabilem commendent. Quia forsan loquebatur de aliis pro nutu, et devotione Sacerdotis adjectis, non vero de illis, quæ communiter perenni Ecclesiæ observatione, et maturo judicio præmittenda assignantur. Esto tamen id vetare voluisset, nihil refert, nam ut initio sessionis sexiæ
Cwtil. Concilii Florentini habetur, *absonum est a ratione, postpositis Conciliis generalibus privati Conventus rationem habere.* Quocirca nullus catholicorum est, qui ea verba intra absolutionis essentiam collocet, vel ut inutilia rejiciat : sed valde proficua esse, ne impediatur fructus pœnitentiæ ex parte recipientis, omnes agnoscunt. Accedit Conci-
"iii5!' Hum Moguntinum celebratum anno 1549, non minoris authoritatis, quam Coloniense, eam consuetudinem non abjecisse, sed approbasse cap. 24, ubi inquit : *Non tamen prohibemus, ut idoneo loco, seu ante absolu·lioncrn, seu post eam, orationes pro petenda delictorum venia adjungant.* Unde apud plerosque invaluisse conjectamur, *Supplicationis, vel obsecrationis* nomen, quo hoc Sacramentum communiter appellabant, ut etiam supra vidimus ex D. Thoma.

Ob eandem prorsus rationem non etiam ingrediuntur constitutionem essentialem formæ illa verba absolutione posteriora : *Passio Domini nostri Jesu Christi,* etc., quippe quæ in omnium sententia supponunt applicationem formæ jam factam, et obtentum effectum Sacramenti. Unde solum deserviunt ad includenda opera pœnitentis postfacienda, et magis satisfactoria reddenda : ipsa enim prorogatio satisfactionis Sacramentalis (ut tam docte, quam cotholice docuit Cajet, in comment, ad art. 2, q. 90), virtute clavium, et augere nata est gratiam, ct plus valere ad satisfaciendum pro peccatis. Quamobrem et Confessores, et pœnitentes errare affirmat ; illis levem satisfactionem bene dispositis imponendo ; hos vero, quia vel imposita renuunt, leviorem imponi satagunt. Utrumque enim procedit ex non satis agnita virtute Sacramentalis satisfactionis : *plus enim valet unus jejunii dies, aut unum psalterium ex impositione confessionis, quam sine tali impositione :* nam satisfactio Sacramentalis valet non solum secundum se, sed etiam ex virtute clavium; cum tamen quæ non est Sacramentalis, dumtaxat valeat secundum se, utpote quæ a clavibus non emanavit. Quocirca peracta absolutione, recte et utiliter subjungitur ; *Passio Domini nostri Jesu Christi: quidquid boni egeris, etc.* Quin omnia ista ad essentiam absolutionis pertineant.

e,ism pftS!fc- riora· cajet,

135. His citra dubium constitutis, plus difficultatis continet, an invocatio Sanctissimæ Trinitatis fieri solita immediate post absolutionem illis verbis : *In nomine Patris, et Filii, ct Spiritus sancti,* sit de essentia Sacramenti, ita quod absque illa invalide ministretur.

An tis invoca-

Pro parte affirmativa referri solent ex antiquis Durandus in 4, dist. 22, q. 2, art. 2, ubi tantummodo id probabiliter dici posse affirmat, non vero absolute docet. Aureolus ibi quæst. unica art. 3 Major. dist. 14, q. 2, ex recentioribus vero unicus Hieronymus Llamas ei suffragatur 4 parte Methodi cap. 2, § I, asserens invocationem Trinitatis tam esse de substantia Sacra-

pars afflrma- Durand, Aareol Major. Hierony-

menti Pœnitentiæ, quam sit de essentia Baptismi. Ratio autem desumpta ex Du-•r&ndoea est : quia in omni Sacramento, in cujus forma exprimitur actus ministri, debet fieri aliqua expressio principalis agentis; siquidem actus non tribuitur ministro, sed agenti principali : sed in absolutione Sacramentali exprimitur actio ministri : ergo in absolutione Sacramentali debet fieri aliqua expressio Dei principalis agentis. ac proinde vel praemittenda est necessario Dei aut Christi authoritas : vel necessario superaddenda est in fine Sanctæ Trinitatis invocatio, ut constat sub ejus nomine, ac virtute impendi absolutionem. Id quod recentior nuper relatus confirmare sibi videtur, cum ex Apostolo 2, ad Corinth. 2, *si quid donavi robis, ex persona Christi donati,* ubi Apostolus non sibimet, sed Christo defert donationis beneficium : tum ex eo quod pœnitentia est secunda tabula post naufragium, ei se habet ad instar Baptismi. Jn Baptismi autem forma intervenit invocatio sanctissimæ Trinitatis, ut omnes concedunt : ergo etiam in pœnitentia.

Feihianentuxa.

e ad Corinth. e.

Vera sccUiiha.

136. Communis tamen, et vera aliorum o?inium Theologorum sententia negat invocationem illam perlinere, ad essentiam formæ absouiionis. Docet tamen esse conveniens eam invocationem apponi, et revera ira fit communiter loquendo juxta præscriptum Ritualis Romani, ubi tam antecedenler, in illis verbis : *Dominus Jesus Christus te absolvat, el ego aulhoritate ipsius,* etc., quam consequenter fit recursus ad sanctissimam Trinitatem dicendo : *Ego te absolvo a peccatis luis in nomine Patris,* etc. Et quia res est pene indubitata, sufficiet in medium adducere D. Thomam in solut. ad. 2, præsentis articuli, ubi fundamentum oppositam diluit, el rationem differenti» inter Baptismum, et Pœnitentiam tradidit : *Quia tamen Sacerdos sicut minister absolvit, convenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad primam authoritatem Dei, scilicet ul dicatur : Ego te absolvo in nomine Patris, cl Filii, el Spirilus sancti, vel per virtutem passionis Chrisli,* vel *aulhoritate Dei, sicut Dionysius exponit* 7, cap. *Caleslis hierarch. Quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in Baptismo, talis oppositio relinquitur arbitrio Sacerdotis.* Ubi manifeste docet non omnia, quæ sunt convenientia in administratione Sacramentorum, esse eidem necessaria necessitate, ut ita dicamus, essentiali. Unde Durandi argumento id tantum conficitur, quod sit congrua Trinitatis invocatio ad absolvendum; non tamen evincit ad essentia» formam constituendam perlinere. Et ratio differentia» est, quod convenientia verborum intervenientium in Sacramentorum administratione venari debet ox ipsomet Sacramento, et significatione, et ex ejus principali causa; ex quibus capitibus non tam attenditur ad essentiam praecise, et solitarie acceptam, quam ad omnia sive intrinseca, sive extrinseca utcumque intervenientia; et idcirco plura possunt esse convenientia, quæ tamen essentialia non sint. Et hæc quidem subesse possunt Ecclesiæ judicio, ac determinationi, ut ea præcipiat, vel prohibeat, et inolescere potest consuetudo vel proferendi, vel subticendi absque aliqua formali vicissitudine Sacramenti. Secus vero est de iis, quæ sunt essentialia : hæc enim unice pendet ex institutione divina, quæ sicut invariabilis est, semel atque unam partem determinaverit, ita reddit invariabilem formam, et essentiam Sacramenti, quod nec Ecclesia nec quilibet alius mutationem inducere valeat. Quocirca solemne principium est inte. Theologos nihil Ecclesiam posse circa materam, et formam Sacramentorum, sed solam esse inspiciendam, et sectandam institutionem divinam ; quæ est prima, et unica radix Sacramentorum. Cum vero in Baptismo constet determinatione divina circa invocationem Trinitatis, secus autem in Poenitentia, hinc merito collegit S. Doctor (et ei subscribunt communiter Theologi) eam invocationem esse essentialem Baptismo, non vero Pœnitentiæ.

Bituale Bomanua.

■ D.Tiios.

137. Unde Major assumpta a Durando est universaliter falsa, quia licet omnis Sacramenti minister concurrat instrumentaliter in virtute Dei, non tamen est necessarium ut semper importetur, et explicetur id fieri virtute Dei, quippe quo i supponitur in omni instrumento, videlicet ut agere nequeat absque motione, et influxu causæ principalis. Unde eo ipso quod actus sit ab illo ut Dei ministro, ibi intelligitur ipsummet actum principalius esse a Deo, quin necessario sit major expressio. Nec instantia Baptismi urget. Tum quia hoc est speciale in hoc Sacramento, præ cæteris juxta illud Christi Domini Matth. 28 : *Baptizantes eos* in *nomine Patris, el Filii, el Spirilus sancti :* quod non ita repetitur expressum in aliis, ut recte observavil D. Thomas. Tum etiam (et est congruenti»

Falsa est Du* raadi. Propositio.

Maii.28.

* 3

• j · ·*?

«

congruentia? rallo unica pro Baplisrno) quia in Baptismo, cum sit prima janua ad introitum Eccleeiæ, iit solemnior professio fidei, cujus profundior, ac sublimior articulus est mysterium Sanctissima! Trinitatis : atque ideo oportuit illius fieri mentionem in ipsomet introitu. In aliis vero Sacramentis sicut supponitur ut fundamentum Trinitatis confessio, ita non requiritur ejusdem tam expressa invocatio. Hinc absque ulteriori impulsu ruit illius Recentioris confirmatio, quia licet Apostolus omnia fateatur in nomine Christi donasse, et eadem ratio est de Sacramentorum ministris; est tamen falsitati obnoxium, quod in omnibus nomen Christi, aut Trinitatis expresserit. Unde constat ad primam probationem. Ad secundam constat ratio discriminis Baptismi a Pcenitentia, quia verba Scripturæ, quæ maxime salvari debent, ut docet D. Thomas opusc. 22 in Pœnitentia, nec minimam mentionem faciunt invocationis Christi, aut Trinitatis, cum tamen illam Baptismo adscribant, ut liquet ex illo allegato cap. 28 Matth. Nec etiam illius meminit Concilium Tridentinum, ut constat. Quamobrem ut voluntaria, et absque ullo fundamento in re gravissima nova in hac parte sententia repelli debet, uti expungi jussa e5t>teste Prado in præsenti n. 44, in indice expurgatorio Hispano anno 1640.

138. Nec obest, si opponas authoritatem Concilii Moguntini coacti anno 1549, quod habetur tom. 2. Conciliorum parte 4, ubi agens de Sacramento Pœnitentiæ, et accedens ad absolutionem cap. 24, inquit : *Sacerdotes vero, qui confessionibus audiendis dant cperam, absolutionis formam non intiment pluribus membris, sed planis, et simplicibus verbis depromant : Ego te absolvo a peccatis tui in nomine Patris, el Filii, et Spiritus sancti :* ergo ex mente hujus Concilii Trinitatis invocatio pertinet ad absolutionis formam.

139. Nam respondetur negandam esse Consequentiam : quoniam ibi Concilium non intendebat exponere verba tantummodo essentialia absolutionis, sed solum proponere formam ut fieri solitam absque aliis ambagibus ab aliquibus forsan excogitatis. Et hoc pacto firmat convenientiam omnium illorum verborum in quibus omnibus certo certius est adæquatam absolutionis formam contineri. Non tamen discernit, aut discernere studuit inter verba essentialia, et convenientia. Unde quod solum ex testimonio evincitur, est omnia illa verba esso convenientia, quod non imus inficias, sed affirmamus cum D. Thoma, ubi supra, et communi Theologorum suffragio. Non vero prohat omnia esse essentialia, ut constat ex Concilio Tridentino.

Porro si quod versatur dissidium inter Theeio-Theologo» est circa obligationem recitandi ea. Nam sunt, qui existiment vix excu- diota, sari posse a culpa gravi illa omittentem, de quorum numero est Granados in præ- Granasenti n. 9, sed profecto excessisse vide- t,os* tur, nullum tantæ gravitatis assignans fundamentum : nam quod obtendit de authoritale Doctorum ea inter formæ essentialia annumerantium, rumosum, et falsum est, cum oppositum sit penitus exploratum, ut videre est apud Prado in præsenti, ubi Prado, plures pro nostra, nullum vero pro adversa, nisi modernum Llamas, refert sen- Llamas, tentia.

Alii vero sentiunt illorum verborum Altin°· transgressionem esse peccatum veniale semengrave, utpote quæ contrariatur et intenüa· tioni Ecclesiæ, et communi consuetudini. Quod tamen fundamentum, si est efficax, potius mortalem, quam venialem culpam evincit, siquidem contraire intentioni Ecclesiæ, et communi consuetudini in re gravissima, qualem esse præsentem, non est qui ambigat, grave delictum est, nisi ignorantia invincibilis, vel pravitas excuset materiæ. Unde minus recte Bonae. B?aade Pœnit. q. 4, punct. 1, n. 2. Nuno ad ^un3· hunc art. dub. 2, ad 4. Aversa q. 12, - sect. 3, unum negant, et alterum affirmant, nisi velint ea verba *in nomine Patris, et Filii, ct Spirilus sancti,* ad materiæ parvitatem reduci. Quod tamen ægre salvare poterunt, si conferantur cum illis : *Ego te absolvo,* in quibus absolutionis essentiam ipsi constituunt.

140. Quapropter veriorem censemus verior Soti doctrinam in 4, dist. 14, q. 1,art. 3, se^cia' ad 1, § *similiter,* ubi tenet prædictorum soiô. verborum omissionem nullatenus esse peccatum ; non quidem læthale, ut ostensum est contra Granados, et fert communis aliorum Theologorum assensus. Nec etiam veniale, secluso contemptu. Nam ut docet D. Thomas in præsenti ad 3, *talis oppositio* D.Thom. *relinquitur arbitrio Sacerdotis :* sed quod relinquitur arbitrio Sacerdotis, non cadit sub obligatione Sacerdotis ut non transgrediatur; vel non amittat : ergo nulla est Sacerdotis obligatio apponendi verba pro-

prio arbitrio relicta. Patet consequentia : quia non stat peccatum veniale absque obligatione illud vitandi : ergo si non est obligatio non omittendi ; non est, aut osse potest obligatio sub peccato veniali ea verba proferendi. Quam sententiam ut Theologis communem amplectitur Prado ubi supra et Joannes a S. Thoma art. 3, § *Inquires,* ut nimium scrupulosos arguit oppositum docentes. Nec in oppositum arget. quod obtendebatur de intentione Ecclesiæ, et communi consuetudine talia verba proferendi. Siquidem illarum neutra inducit majorem quam congruenti® obligationem. utpote non fundatam in verbis Christi, vel in Ecclesiæ tra iitione positive id praecipiente, vel in Doctorum, quibus stare oporteat, authoritate. Et in hoc sensu explicare debet communis consuetudo præfata verba recitandi, quasi ea non extrahantur ab arbitrio Sacerdotis, ut dixit D. Thomas, licet sit optimum consilium eis uti, et ut tale communiter sit receptum. Unde non interveniente contemptu, libere potest eis uti, ve! non uti Sacerdos ; et eo quidem securius, si vel minima intervenerit causa.

Prado. Join, a S.Tbom.

In quo stet diffieal-tatis cardo.

141. Exclusis itaque ab essentia absolutionis deprecationibus ipsam antecedentibus, et consequentibus, cardo difficultatis vertitur ad illa sola verba : *Ego te absolvo a peccatis tuis.* An nimirum omnium illa sint de essentia formae in hoc Sacramento, nec ne? Sed quia hoc stare potest dupliciter : vel quia omnia explicite debeant importari a forma, vel quia forma nequeat salvari absque illis, vel implicite, vel explicite, neutrum horum determinando, importatis; statuendum est citra controversiam, aliqua illorum verborum ut explicite posita non pertinere ad essentiam formæ. Nam imprimis particula *ego* non est pro explicito necessaria, quandoquidem idem prorsus significatur per verbum *absolvo* solitarie acceptam, ac per illa duo *Ego absolvo* : nam ut est Grammaticorum regula, *prima, et secunda persona fere numquam explicantur.* Quocirca optime Angelicus Doctor supra q. G6, art. 5 ad 1, docuit illud *Ego* quod additur in forma nostra, *non est de substantia forma:, sed ponitur ad majorem expressionem intentionis.* Ubi licet loquatur de forma Baptismi; quoad hanc particulam eadem prorsus est ratio de Pœnitentia. Unde particula *Ego* solum est necessaria ad constituendam formam, vel explicite posita, vel ut implicata in verbo *absolvo :* ut communiter docent Theologi, quidquid in contrarium reclament Llamas, Fagundez, et Becanus, apud Leandrum tract. 5, disp. 5, q. 2.

D.Tiitun.

142. Contrarium ob oppositam causam tenendum est do particula *Je :* hæc enim non utcumque sed explicite apponenda est, ut essentia form® subsistere valeat : siquidem Concilia tam Florentinum, quam Tridentinum, et plura alia, quæ possent rcferri, semper, et uniformiter eo pronomine significante personam absolvendam expresse utuntur, nec aliter nos formam docent, quam distincte proferendo : *Ego te absolvo.* Aliunde vero non continetur persona determinata in verbo *absolvo* ex parte objecti, sed est indifferens ad unam, vel plnres, ut patet : ergo absque ulla formidine, aut dubio asserendum est particulam *Je* explicite significatam pertinere ad essentiam formæ ; et consequenter quod si ea subticeretur in absolutione, nullum conficeretur Sacramentum. In quo etiam conveniunt Theologi, contra Enriquez lib. 1, de Pœnitentia cap. 11, ɳ. 3, littera P. Vivaldum de Absolut, n. 97. Caramuelem in Theologia fundamentali n. 1580, docentes absolutionis formam salvari in hoc solo verbo, *Absolvo,* sed horum positio ut omnino singularis, et in re gravissima absque urgenti fundamento male apud plerosque alios audivit, ut testatur Aversa de Pcenit, q. 12, sect. 2, g septimo demum.

lia» F‘y· b «>. «Rt

Iɬ,

fridat,

Uêtn-

Cv> nSct

Awn.

Observat tamen et bene Cajetanus in summa verbo *Absolutio,* cui communiter subscribitur, loco pronominis *Je* substitui posse pronomen Kos honoris, aut reverentiæ causa, ut si Rex, aut alius supremæ authoritatis absolveretur. Et vice versa loco pronominis *Ego* Archiepiscopus absolvens, et pluraliter assuetus loqui posset dicere : *Nos te absolvimus* quin Sacramento adversaretur. Peccaret tamen in omni sententia, quia recederet a verbis per Ecclesiam determinatis in forma hujus Sacramenti, sicut peccaret dicens : *Ego tibi remitto,* quibus Ecclesia non utitur.

ob-wi-th) Cija

Unde tandem perstrigitur disceptatio ad particulam *a peccatis luis;* pertineant, necne ad essentiam formæ? aliis penitus eam excludentibus, aliis inter partes non quidem essentiales, sed integrates accensentibus, ad instar capitis, vel brachii in homine, aliis denique ut essentialiter requisitam affirmantibus. Pro veritatis autem declaratione sit

Sum

BtS.

§1.

f'erior sententia eligitur, cl probatur.

w 143. Dicendum est particulam *a peccatis* tufa pertinere ad absolutionis sacramentalis essentiam, subindeque hanc cohalescere essentialiter adequate ex omnibus his simul sumpti : *Ego te absolvo a peccatis tuis.* Subillata pars hujus assertionis facile constat ex prima : nam si semel ly *a peccatis luis* sunt de essentia absolutionis, debent conjungi cum antecedentibus, et faciunt omnia sensum perfectum, quo sacerdos significat remissionem vice Dei, et quantum est ex vi sacramenti factam. Primam vero illius partem innuimus, et supposuimus hic ut in suo proprio loco statuendam trac. de Eucharist, disp. 9, dub. 3, § 4, n. 36, eaque ut veriori usi sumus ad explicanda et præscribenda verba pro forma consecrationis calicis. Et eundem sensum quem ibi innuimus, et applicuimus decisioni illi, retinemus, et observamus in præsenti. Quod et pro sua etiam sententia usurpant authores ibi, et hic nobis adversi ex una ad aliam gradum facientes, ut vi-
itaù- dere est apud Martines de Prado in præ-
Mj. senti dub. 4. Joanne a S. Thoma tract, de Eucharistia disp. 29, art. 1 et tom. 1,
" *a' in 1 p. in approb, doct. D. Thomæ disp. 2, art. 4, § *sed respondetur,* et alios S. Docto-, ris discipulos nihil minus deferentes ad constitutionem formæ sacramentalis his verbis *a peccat is luis* in Pœnitentia, quam pro Eucharistia illis *Qui pro vobis effunde-*
inao. [ur) e[Ct Unicum si excipiamus Arauxo in præsenti § *Dico secundo,* ubi recedens a communi aliorum Thomistarum doctrina, asserit praedicta verba nec esse de integritate sacramenti, nec similiter eorum omissionem esse peccatum grave. Quod tamen constanter rejiciunt ut alienum a veritate alii S. Doctoris discipuli. Quocirca pro hac nostra sententia accensendos judicamus, quotquot pro illa retulimus, et sunt non pauci, et merito et numero. His aidimus aliquos disertius pro ea militantes Pa-
SM. lud. in 4, dist. 22, q. 3, art. 2, n. 5. Pe-
£s:; trumSoto lect. 4, de Confessione g *jam de*
i®, *forma* Joann. Viguerium in institut. cap. 16. Raynerium verbo Absolutio,
j(*. cap. 5, ubi etiam Joann. Nicolai ejus ad-
atku' ^onalor» Aversa q. 12, sect. 13, eamque
" ' ut probabilem ab intrinseco, et ab extrinseco refert et approbat Mag. Joann. Martinez de Prado in præsenti dub. 4, num. 35, suffragantur ex extraneis inter Antiquos Angelus verbo *Confessio.* Major in 4, Aneei.
dist. 14, q. 2. Gabriel ibidem, ex recentioribus Vasquez, Dicastillo disp. 5, dub. 2, Vazquez,
et alii plures ab ipso allegati, si recte, ut ipse præmonet, intelligantur. Nam illorum sensus est omnes illas particulas formali--ter sumptas perlinere ad essentiam absolutionis, non vero materialiter acceptas, quo pacto has, vel illas voces important.

Et ratio est quoniam in sacramentorum formis, non tam attendi debet ad grammaticalem, seu materialem verborum sonum, quam ad formalem illorum sensum ; quidquid sit de his, aut illis materialibus vocibus, quippe harum ablatio, vel appositio eatenus officere possit valori, et integritati formæ, quatenus formali ejus sensui vel adderet, vel detraheret. Quæ fuit doctrina D. Thomæ supra q. 60, art. 8, D.ihom.
ad 2, ubi ait : *Quod verba perlinent ad formam Sacramenti ratione sensus significati ? et ideo quæcumque fiat additio, vel subslraclio verborum, quæ non addat aliquid, aut subtrahat debito sensui, non tollitur species Sacramenti.* Cum ergo absolutio sacramentalis quocumque modo vere proferatur, importare debeat peccata, alioqui enim absolutio sacramentalis non esset : hinc asserimus inepte illa excludi a ratione partis essentialis, ut expresse, et formaliter prolata.

4 44. Sic ergo exposita nostra conclusio Fundamentum vera sententia?.
probatur primo ex Sacris Conciliis Florentino, et Tridentino, quorum PP. tam uniformiter in hac parte sunt locuti, ut sicut uno ducebantur spiritu, ita in unam, et eandem videantur conspirasse sententiam. Verba Tridentini dedimus initio hujus Concil. Trident.
quæstionis, audiamus Florentinum in de- Concil. Florent.
creto Eugenii pro instructione Armenorum, ubi accedens ad quartum, quod est Pœnitentia, Sacramentum, § *Quartum,* inquit : *Forma hujus Sacramenti sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit : Ego te absolvo, etc.* Ergo ex mente hujus Sacræ Synodi ad formam absolutionis non tantum pertinet dictio illa : *Ego te absolvo,* sed etiam alia contenta sub illa conjunctione *El cætera.* Patet hæc Consequentia : nam si quod continetur sub illa conjunctione *et cætera,* non esset de essentia formæ : vel excessisset Concilium comprehendendo sub illa, quod non debebat comprehendi, siquidem particula *elc.,* comprehensiva, et conjunctiva est, non autem exclusive ; vel etiam defecisset, non ex-

eludendo ab essentia formae, quod juxta oppositam sententiam excludi debet. Unde rursus fieret non satis certam formam Annenis pro hoc Sacramento tradidisse. Quorum nullum debet admitti. Porro quod continetur sub ilia dictione *et extera* non est aliud quam ly α *peccatis* ut ex adverso opinantes etiam docent : nam cuncta alia in omnium sententia manent exclusa per ipsummet Concilium, ut constat ex præ-libatis in limine quæstionis. Ergo ex mente Concilii Florentini particula *a peccatis* non debet excludi ab essentia form®, ut quid essentialiter exactum.

Confirm ex Th·* dent.

Confirmatur, et explicatur ex Concilio Tridemino ubi supra. Nam quod Sacra Synodus negat positive precibus absolutioni adjungi solius, defert, et tribuit verbis contentis sub ea particula *el extera* : sed preces illas nequaquam spectare ad essentiam forma· manifestissime docet, quod esi alias a ratione partium essentialium positive excludere : ergo verbis contentis sub particula prædicta attribuit rationem partis essentialis ; et consequenter ex mente Concilii illa verba n *peccatis luis* forrnaliter sumpta nequeunt excludi a ratione partium essentialium. Utraque Consequentia constat ex præmissis : quæ etiam liquent ex eodemmet Concilio : nam loquendo de forma quoad sibi essentialia, in qua præcipuam vim sitam esse docet, sub eadem periodo, et servato eodem prorsus loquendi modo absque interruptione, affirmat positam esse in illis verbis ; *Ego le absolvo,* etc. Quæ nisi violenter detorqueantur, nequeunt non includen· alia formalia verba ultra illa : *Ego te absolvo,* alioqui enim ineptissime conjunctio i la *etc.* superaddita fuisset. Cum tamen illico preces recitari solitas ad vitandam omnem ambiguitatem a ratione partium essentialium positive excluserit subjungens : *ad ipsius tamen fornix essentiam nequaquam perlinere, ne: similiter necessarias esse ad ipsius Sacramenti administralionem.* Ubi supponere videtur alia prieccdentia tam expressa, quam contenta sub illa particula *cl extera* pertinere ad essentiam formæ, et ad Sacramenti administralionem esse necessaria.

AÎÎ9 conürmatio.

Eo vel maxime : nam si prædicta verba non pertinent ad essentiam formæ; juxta mentem Concilii, aceenseri debent sub precibus de Ecclesiæ more recitari solitis, quæ nec sunt de essentia absolutionis, nec necessariæ sunt, et idcirco libere possunt excludi. Hoc autem est manifesto oppositum textui ejusdemmet Concilii, ut ipsum vel leviter percurrenti constabit et penitus reddit inutilem conjunctionem *el extera ab* ipsomet appositam (quod nec ipsi adversantes, uno, vel altero excepto, asserere audent, sed inter una, et alia verba discrimen agnoscunt), ergo ne hoc cogamus asserere, tenendum est particulam *a peccatis* pertinere ad essentiam formie. Sequela .Majoris videtur clara : nam ibi Concilium unum affirmat, et alterum excludit : affirmat quidem essentiæ formam sitam esse in illis verbis : *Eap te absolvo ct cælera.* Ubi nullum est negationis vestigium. Negat tamen preces dici solitas ad formam essentialiter perlinere, et simul esse necessarias : ergo quod continetur sub illa particula et *cælera,* quod in omnium sententia est ly *a peccatis,* vel reduci debet ad affirmationem Concilii, quo pacto habemus intentum, vel contineri sub exclusione, et negatione illius, et consequenter nec pertinent ullo modo ad essentiam, nec aliquomodo necessariae sunt. Quod manifestissime opponi videtur Concilio.

145. Quod insuper roborari ulterius potest ex Concilio Moguntino, cujus expressum testimonium pro hac assertione nos liherat ab omnia alia ponderatione, ut verba ex ipso supra relata clare testantur. Porro licet superaddiderit etiam invocationem sanctissimæ Trinitatis, quam non esse de essentia formæ inter omnes convenit, non idcirco quoad alia rejiciendum est, quasi non necessaria expresserit; quandoquidem ipsummet Concilium præmonet ad absolutionem Sacramentalem superflua, et intricata verba esse resecanda, et dumtaxat plana, et simplicia apponenda, qualia sunt : *Ego te absolvo a peccatis luis.* Quo loquendi modo nihil superfluum, sed omnia Sacramento necessaria recensuisse manifestum est; alioqui enim sibimet ipsi contradiceret, aliud agendo, et aliud docendo : non ergo ex mente hujus Concilii excludi debent prædicta verba a ratione essentialiter formam constituendi. Ultra quæ Concilium Tridentinum alia omnia collocat extra essentiam formæ, et nequaquam necessaria ad Sacramenti administraiionem reputat. Cum autem Moguntina Synodus celebrata fuerit anno 1549 et Tridentin® fuerit impositus finis die 26 Januarii anni 1564, ut constat ex ejns confirmatione, anno 5 Pontificatus Pii IV, subesse potuit Moguntinum correctioni, et

D.Q CoKfl.

Qod temptt ista Coscilb 5int celebnaa- pics'iv

ot explicationi Tridentini, et in quo non consistorii factam non fuisse, non debet tide destitui. Constat autem Tridentinum per dictionem *el extera* superadditam ad *Ego to absolvo,* non correxisse Moguntinum, sed compendio explicuisse, quod in eo expressius continetur : et quod resecuit, suat tantummodo preces inter quas debet accensori Trinitatis in vocatio : ergo quoad omnia alia convenisse tenendum est, atque ideo asserendum omnia illa esse de essenlia formæ.

Fre- aSw- uto.

146. Frequentior Conciliorum expositio est\ ^ta se gessisse illorum Patres apponendo illam dictionem, *el cælera* ut abstinerent a controversiis, et opinionibus Theologorum circa alia verba præter : *Ego U absolvo,* nihil de illis determinando, quin potius optionem dando cuiquam illorum suam partem tuendi. Ita post Estium in 4 dist. 14, §3. Labat, Prado, et alii recentiores tam intra quam extra scholam D. Thomæ.

Efc fite.

147. Hæc tamen expositio minime arridet. Tum quia ille loquendi modus est decisivus, et affirmativus; decernit quippe esse aliquid addendum, et in hoc nihil deferl-discursibus, et Theologorum opinionibus; sed tantummodo quid sit superaddendum occuluit (quidquid illud fuerit) et hoc tantummodo reservat a Theologis decidendum. Constat autem ex communni Theologorum assensu invocationis trinitalis non esse necessariam, nec consequenter addendam : relinquitur ergo ex mente Concilii superaddendum osse particulam a *peccatis* cum alia non supersit, et aliquid super adjiciendum doceat. Probatur hæc Consequentia : nam Concilia illo loquendi modo aliquid superaddendum docent; alias inutilis, et omnino superflua foret appositio illarum vocum *cl cælera* : sed nihil supereddendum restat præter voces illas *a pectatis,* quando quidem omnia alia subsequentia penitus ab omnibus extra essentiam formæ collocantur : ergo necessarium est asserere ex Conciliorum mente non esse exclusam particulam *a peccatis.* Tum etiam : quoniam æque voluntarium, ac a veritate alienum existimamus eo loquendi modo se excussisse Concilia ab opinionibus Theolegorum, quasi inter eos ventilandis; cam potius ita se gessisse, compendio, aut brevitatis ergo sit longe verius, et ita certum, ut quamlibet dubitandi rationem excludat : non ergo eo loquendi modo abstinuisse voluere Concilia, ut obtenditur ab opinionibus Theologorum, sed compendio, et brevitatis causa reliquerunt ut indubium aliquid additum iri essentiale pro absolutionis forma.

Ex ω- demmcl Concilio fclciiur.

Antecedens non aliunde melius probatur, quarn ex ipsomet Concilio Tridentino (idem omnino est de Florentino; in eademmet sess. 14, cui est appendix doctrina de Extrema unctione post cap. 9, de *Operibus satisfactionis.* Capite ergo primo de Extrema unctione ad ipsius formam accedens inquit : *Formam deinde esse illa verba : Per istam unctionem, elc.,* omnia et alia alto silentio præteriens. Ubi evidenter constat eundem servasse modum proferendi non omnia essentialia, sed aliqua proferendi expresse, alia vero indicandi ut indubie necessaria ad essentiam formæ, quin vel apparenter quis suspicari possit oppositum ut de mente Concilii : ergo idem, et ob eamdem omnino rationem dicendum est de mente Concilii circa absolutionem sacramentalem, et consequenter per illas voces *el extera* non se exemisse Concilium a diversitate opinionum, sed brevitatis causa apposuisse, et oppositum affirmare est falsum et prorsus voluntarium absque ullo in Concilio fundamento.

Quod enim quis obtendere posset nimirum in illis verbis *Ego te absolvo* reddi sensum perfectum ; secus vero in istis, *Per istam unctionem, elc.,* protinus corruit. Tum quia si ille sensus esset ita perfectus, ut praetenditur, superflue adderetur *el extera* in prima forma sicut necessario additur in secunda ob imperfectionem sensus. Tum et maxime nam adhuc posito illo perfecto sensu, addidit Concilium ly *cl calera :* ergo censuit aliquid addendum contineri sub illa particula; sicut addendum est necessario in illa verba : *Per islam unctionem, etc.,* quippe eandem energiam servat utrobique illamet particula *et cælera,* et ejusdem omnino rationis est, nisi voluntarie magis in una, quam in alia detorqueatur.

Aliorum solutio.

148. Aliorum solutio, quæ apud recentiores Thomistes satis invaluit, est, appositionem illius parliculæ *el cælera* indicare sub illis contentum pertinere quidem ad partem integralem absolutionis, non vero esse illius partem essentialem. Si autem eos per contemur, quid sibi velint in præsenti hac partium differentia ? Respondent uniformiter cum Joann, a S. Thoma, et Martinez de Prado ubi supra, partes essentiales requiri, et sufficere ad valorem,

Joan, a SpJ‹hjom

seu essentiam Sacramenti ; partes vero intégrales desiderari ad fructum ipsius. Quo-
/~'circa partes essentiales absolutionis sunt illa verba : *Ego te absolvo,* partes vero intégrales alia videlicet *a peccalis tuis.* Fructus autem Sacramenti non adest, usquequo tam paries essentiales, quam intégrales
J'braca rttio. expresse apponantur, et proferantur. Et reddunt rationem, quod licet alia? illarum partium sint essentiales, aliæ vero intégrales; omnes tamen sunt de substantia Sacramenti, quin aliqua sit accidentalis : et consequenter una debet concurrere ad Sacramentum substantialiter integrandum, subindeque ipsius fructum obtinendum.

Displicet. 149. Sed nec etiam ista solutio satisfacit : nam licet ea partium essentialium, et integralium distinctio in se vera sit, ut liquet in compositis naturalibus, utputa homine, in quo necessarium est distinctionem admittere; et hinc transferatur ad artificialia qualia sunt Sacramenta, inepte tamen quoad praesens applicatur: quoniam semel atque Ly *a peccatis* non pertinerent essentialiter ad absolutionem ; nec etiam se haberent ad instar partis integralis. Tum quia Concilium nullum praestat fundamentum ad eam distinctionem ex parte formæ adstmendam. Totam enim partium diversitatem ad materiam, et formam reducit; materiam autem subdividit ut in sui partes in contritionem, confessionem, et satisfactionem, nulla mentione facta partium ex parle formæ, ut constat ex sæpe allegata sess. 14, cap. 1, et can. 4. Quod etiam observavimus in D. Thoma infra quæst, 90, art. 2, ubi meminit illius distinctionis partium, et in forma nulla in-
D.ThoHj. tegralium agnoscit Verba S. Doctoris : *Respondeo dicendum quod duplex est pars, ut dicitur in 5 SIetaph. scilicet pars essenliæ, el pars quantitatis. Partes essenliæ sunt naturaliter quidem forma, et materia. logice autem est genus, et differentia. Hoc autem modo quodlibet Sacramentum distinguitur in materiam, el formam, sicut in partes essentix. Unde et supra dictum esi, quod sacramenta consistunt in rebus, el verbis. Sed quia quantitas se tenet ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes materiæ. Et hoc modo Sacramento Pœnitenlix specialiter assignantur partes* (ut dictum est) *quantum ad actus pamilentis, quia sunt materia hujus Sacramenti.* Nullam ergo diversitatem partium integralium ex parte formæ deferre possumus S. Doctoris alumni huic Sacramento, quin manifeste ipsius verbis, et menti contradicamus ; cum speciale sit hujus Sacramenti habere partes intégrales tantummodo ex parte materiæ, non vero ex parle formae. Et consequenter doctrina illarum partium alias vera, et apprime necessaria claudicat iu præsenti ob non rectam applicationem.

Tum etiam, quia de ratione partis in- Urjdir.
tegralis ut condistincta? ab essentiali est ut proprius aliquis effectus distinctus ab essentiali ipsi respondeat, quo quidem effectus essentialis integretur, ut patet in satisfactione, quæ quia obiit munus partis integrantis Poenitentiam ipsi defertur aliquis proprius effectus, qui non competat aliis, utputa vel augmentum gratiæ, vel major remissio pœnæ, ut supra tetigimus ex Cajetano, et infra magis expendemus. Id quod etiam liquet in partibus integrantibus homines (quo exemplo utuntur etiam adversarii) nulla enim illarum est, quæ propriam operationem ab operatione aliarum partium distinctam non habeat, ut constat in corde, cerebro, brachiis, etc. Sed hactenus non fuit assignatus aliquis effectus. qui competat illis verbis J peccatis *luis,* præ iliis, *le absolvo.* Ergo illa verba *A peccalis luis* non subeunt rationem partis integralis. Minor constat : quoniam ille effectus vel est remissio culpæ, et hic est etiam proprius absolutionis ; vel est augmentum gratiæ, et hoc non est, cur absolutioni denegetur ; vel diminutio pœnæ, quam sola particula *a peccalis* nequit causare, adhuc supposita absolutione, cum non sit nisi expressio materiæ Sacramenti, ut non supponat pro aliis, sed determinate pro culpis absolvendis : ergo non est effectus proprius *absolutionis,* qui sit diversus ab effectu illorum verborum *a peccalis* vel designetur.

Tum denique, quia non est contra ratio- Ulterior· Impugnatio.
nem partis integralis sacramentalis supponere effectum proprium, et essentialem Sacramenti : imo de ejus ratione est ipsum supponere sicut et essentiam, et partium essentialium constitutionem. Sed verba illa *a peccalis* non supponunt effectum proprium, et essentialem absolutionis. Ergo nequeunt esse partes intégrales absolutionis. Consequentia legitime infertur ex praemissis, quarum Majorem satis probat exemplum satisfactionis, quæ est pars integralis Pœuitentiæ; siquidem satisfactione dum supponit essentiam Sacramenti, sed etiam remissionem culpæ media infusione gratiæ ; quocirca solum collimat ut in proprium scopum ad luendam pœnam, et

et rcatum culpæ extinguendum, vol in quid similo : Minor etiam constat ex ipsismot Authoribus ea distinctione utentibus : quippe omnes asserunt nondum esse absolutionem culpæ, usque dum verba *a jwcatis* proferantur. Unde vel inconsequcnter procedunt, vel asserere debent prædicta verba esse Sacramento essentialia; non enim recte cohæret esse partem integralem, et non supponere essentiam, el fructum Sacramento essentialem. Recolantur quæ diximus, et expendimus loco supra citato de Eucharist, ubi hanc distinctionem partium essentialium, et integralium etiam ibi ut male applicatam repulimus.

D;^l" ptie. 150. Unde constat non interesse rationem ab illis Authoribus traditam. Nam licet partes intégrales non accidentales, sed substantiales dici debeant, et sint ; est tamen falsitati obnoxium, partes intégrales, præire debere effectum essentialem Sacramenti : quia sicut de illarum ratione est integrare, et quasi complere Sacramentum, ne mutilum, et imperfectum maneat, ita etiam est supponere et essentiam et fructum Sacramenti. Atque ideo dum Concilium addidit illa verba *el cætera* sub eodem tenore, sicut voluit indicare sub illis contentum præcedere effectum ; ut ipsi concedunt; consequenter etiam docuit ad essentiam, et non ad integritatem, ut intendimus pertinere. Et ratio est : quia posita significatione essentiali Sacramenti, statim in ipsomet terminationis puncto adest illius si. effectus essentialis ; non enim ad effectum sibi essentialem præstolatur quod est extra essentiam ; sed ad instar agentis naturalis necessario operantis se habet : alioqui enim decedens ante partium integralium positionem, cum solo Sacramento quoad essentialia, migraret absque ejus fructu, quod videtur et absurdum, et durum. Si ergo Concilium, ut ipsi explicant, voluit non conferri fructum absolutionis ante prolationem illorum verborum J *peccalis,* signum est prædicta verba inter Sacramento essentialia annumerasse, non vero ad partes intégrales reduxisse.

t'iàï ziei cX- w. **t Φ· Hinc occluditur aliorum effugium (quibus suppetias veniunt Contenson in Plenti dissert, unica, cap. 1, spéculât. 3, prope initium, Labat, disp. 3, et alii) asserentium eo locutionis mudo usa fuisse Concilia, ut ostenderent reliqua verba præter : *Ego te absolvo,* esse necessaria necessitate præcepti, ut omitti absque peccato non possent ; non vero quia illa ut essentialia cum cæteris computarent.

Hoc, inquam, effugium facile occluditur : tum, quia nullum est indicium in Conciliis talis præcepti, ac subinde illud statuere ut ex mente Concilii potius est divinare, quam aliquid firmum asserere. Et sane si ita res esset, eodem modo posset quis affirmare formam extremae unctionis osse illa dumtaxat verba : *Per islam unctionem;* reliqua vero contenta sub ly *el cætera* addita a Conciliis non esse essentialia, sed sub praecepto tantummodo obligare. Quod est evidenter falsum. Et ratio est eadem : quia eum loquendi modum observarunt Concilia pro forma utriusque sacramenti, ut ponderavimus supra et constat ex ipso textu ; et consequenter, vel in utroque vel in neutro illud præceptum statuendum est. Tum etiam, quia præceptum sicut supponit libertatem ex parte personae, itr non cadit supra aliam materiam, quam liberam ex parte objecti : sed juxta contextum Concilii, et modum loquendi, contentum sub ly *et cætera* non est materia libera respectu formæ absolutionis : ergo non cadit sub præcepto distincto a prolatione formæ. Minor, in qua esse potest difficultas, probatur : quia contentum sub illis verbis, *et cætera* copulatur, et conjungitur cum verbis antecedentibus : *Ego te absolvo,* ad eum sane modum, quo se gerit Concilium in assignanda forma Extremæ-unctionis : sed nullus hactenus docuit verba contenta sub ly *et cætera* in Sacramento Extremæ-unctionis esse libera ad ipsius formam : ergo non est asserendum esse similiter libera pro forma Pœnitentiæ verba contenta sub ly *et cætera.* Unde si quod est præceptum, non est distinctum a præcepto ipso absolutionis supposita legitima confessione pœnitentis, sed in idem cum illo recidit.

Funda_ mentum q,"l]^ subterfu- ρΓ^,Γ_ nuntur. 152. Porro hoc, et alia relata opposite opinantium subterfugia prosternere possumus sequenti discursu : etenim sicut non est in alterius a Christo potestate Sacramentorum formas decernere, ac præfigere, ita non est nisi Sacrorum Conciliorum eas explicare, et observandas, ac tenendas in Ecclesia authoritative proponere. Theologis autem licet quidam opinari, et difficultatibus occurrere, et quæ conformia fuerint, et Christi, et Conciliorum verbis, rimari, et in publicum eruere. Unde ex sententiis inter se dissidentibus illa præeligenda est, quæ conformior fuerit Concilio-

rum verbis sincere, et plane intellectis, dummodo alias absurdum non sequatur, aut inconveniens aliquod non devoretur : id enim postulat et veritatis amor, et sincerum addiscendi studium; nam quæ ex aliena institutione pendent, non nostris discursibus mediendasunt, se l prout verba indicant accipienda, ablegatis interpretationibus, ei expositionibus voluntariis; alioqui enim nihil firmum, aut fere certum ex Conciliis, imo nec ex Scriptura posset deduci. Constat autem sententiam a nobis propositam esse conformiorem sensui, et verbis Conciliorum plane, sincere, et ut communiter proferuntur, intellectis, nec ex hac sententia, sequitur absurdum, aut imminet periculum cum tamen ex oppositis satis urgens immineat, et ad illud vitandum precavere cogantur adversariorum plerique, et fere omnes, ne particula *a peccatis,* omittatur ob periculum frustrationis : ergo asserendum est ex mente Conciliorum illa verba *a peccatis* ut expresse prolata pertinere ad essentiam absolutionis

Confirmatur, et explicatur ex D. Thoma TkoM. opusc. 22, cap. 1, ubi contra Doctorem negantem absolutionis formam, et sensum ab Ecclesia receptum ita arguit : .Ipostolus 2 *ad Corinth, cap. 2,* dicit : *Ego quod donavi, si quid donavi, propter vos* in *persona Christi. Gloss, si ergo Magister petitione discipulorum donavit, cui voluerint, peccatum, multo magis discipuli prece Magistri idem facere debent. Et ut ratum ei cui donavit, ostenderet apud Drum, subdit. Et hoc feci in persona Christi, id est, ac si ipse Christus donaret. Donare autem peccatum est absolvere a peccato : ergo convenienter minister dicit : Ego le absolvo a p ccalo.* Ex quo discursu magis perspicue habemus primo nou esse extra essentiam absolutionis illa verba *a peccatis,* idque esse de mente D. Thomæ; alioqui enim non bene impiignasset S. Doctor illum Theologum negantem, et essentiam, et sensum formæ absolvendi. Habemus secundo vocem illam *convenienter* in consequenti positum non usurpasse S. Doctorem pro quocumque convenienti® modo, sed essentiali, quasi inferret : *ergo convenienter absolutionis essentia explicatur his verbis : Ego te absolvo a peccatis.* Ad eum sane modum quo docet Baptismi formam convenienter exprimi illis : *Ego tc baptizo, etc.* Cum enim Sacramenta sint quid artificiale, et ad placitum Christi institutoris ; nequit aptius explicari eorum qnidditas, quam exponendo verborum convenientiam ex parte formæ ad finem proprium cujuslibet eorum Undo cum Pœnitentia, et ejus forma non alium primarium scopum habeant, quam culpæ remissionem, et Dei ac hominis reconcilia·lionem, idem erit .licere, et inferre apud S. Doctorem : Eryo *convenienter dicit ministcr : Ego le absolvo a peccato,* ac docere convenienter assignari absolutionis essentiam illis verbis, et consequenter omnia illa esse de ejus essentia. Et sane si hæc non fuisset S. Ductoris mens, neuliquam adversarium prolligasset.

153. Nec refert aliis locis ut in 4 sen- otyte lent, et in hoc articulo ubi ad absolutionis essentiam explicandam se accinxit, et data Dike, opera ei incubuit, non meminisse S. Doctorem illarum vocum *a peccatis.* Quia nui·libi S. Doctor illas exclusit, quinimo clare, et manifeste admisit, ut evidenter constat ex iisdemmet locis, maxime vero ex art. 3, in quo versamur, ubi, rescissis aliis, hæc formalia verba habentur : *Hoc Sacramentum consista in remotione cujusdam malerix, scilicet peccati, prout peccata dicuntur esse materia Pœnitentiæ : talis autem remotio explicatur per absolutionem.* Ex quibus aperte sequitur peccatorum remotionem semper importari per absolutionem : non ergo exclusit S. Doctor peccata ab absolutione. Unde nequeunt non ex ipsius mente pertinere essentialiter ad absolutionis essentiam. R

154. Nec iterum refert, si opponas, quæ Alton hactenus expendimus ex Conciliis, si quid probant, id tandem efficere, ut non solum prædicta verba expresse prolata, sint de essentia absolutionis, sed etiam quod sit de absolutionis essentia; quod expresse proferantur. Consequens est falsum : ergo etiam est falsum prædicta verba pertinere ad atsolutiônis essentiam. Probatur Major eodem argumento, quod supra usi sumus : nam juxta seriem contextus ultra verba illa : *te absolvo,* docet Sancta Synpdus aliquid aliud esse proferendum, illud nimirum quod cuntineter sub ly *ct extera :* hoc autem nequit aliud esse quam ly *a peccatis :* ergo vel nihil probamus ex Concilii Triikm. testimonio, vel ex ejus mente elicitur pertinere ad essentiam absolutionis aliqua alia verba proferre præter *Ego te absolvo.* Falsitas autem Consequentis ex se manifestatur, et ex D. Thoma in hoc articulo, D.Thûu. ubi post verba nuper relata, addidit : *Talis autem remotio significatur a Sacerdote, cum dicitur t dicitur : Ego te absolvo ;* ergo ex monte D. Thomæ per sola illa verba *ego le absolvo* absque aliis adjectis significatur essentialiter peccatorum remissio : non ergo est de essentia absolutionis, quod alia a prædictis verbis proferantur.

^5. Propter hanc objectionem non jjiiisB. desunt Authores graves intra Scholam D. Thomæ, quibus placeat illatio, prout jacet, quocirca docent nullum esse absolutionem datam sub illis tantum verbis : pans te a^v0' 8unt Paludanus, Petrus X·„ Soto, Aversa, et alii relati a Prado in præiP$o senl* ' η· ^6. *^uxla quam sententiam tam verum est esse de absalutionis essentia omnia ista verba : *Ego te absolvo a peccatis tuis,* quam quod omnia illa debeant expresse proferri. Et inter has propositiones nullam agnoscunt rationis differentiam. Et profecto ita res dicenda videbatur, si ex adverso non staret principium aliud æque solidum, ac ab omnibus receptum, supra ex D. Thoma indicatum, nimirum in Sacramentorum verbis non tam ad sonum, quam ad sensum aciem dirigi oportere, atque ideo dummodo idem formalis sensus semper retineatur, nihil referre, quod verba materialiter vel supprimantur, vel explicentur, si tamen re vera juxta communem acceptionem ibi intelligantur. Quod quidem principium sancitum videtur ab Eugenio IV, in de- Γ creto Unionis Concilii Florentini, ubi ad valorem Baptismi solum spectasse conspicitur ad formalem verborum significationem nihili habens materialem eorum mutationem, dum asserit non tantum per ea verba *ego te baptizo,* sed etiam per alia verum confici Baptismum, si eundem sensum retineant, ut constat ex illis verbis : *Non negamus tamen, quin et per illa verba baptizentur, etc., verum perfici Baptisma.*

vj. 156. Sane ex isto principio indubie col- l à* ligitur essentiam formæ dupliciter explicari posse; vel per verba communia, et communiter recepta, vel per verba æquipollentia. Et hoc adhuc dupliciter, vel ita ut verba verbis æquipolleant, quod fit unum verbum alterius loco substituendo, nt si diceres : *Demitto libi,* loco illorum *absolvo le :* vel taliter quod æquipollentia sit tantummodo quoad sensum formalem; non vero quoad voces materiales, ita ut vox TOC' correspondent. Alterutro enim horum r.n inodorum fiat æquipollentia, non detrahitor essentiæ formæ, nec consequenter desinunt ipsi esse essentialia, vel implicite, vel explicite verba ipsam constituentia, eo modo quo ob ipsa vel implicite, vel explicite importantur, ut constat in Petro, cujus essentia est esse hominem, in quo implicite continentur hæ voces *animal, et rationale,* quin aliqua illarurn explicite posita sit extra essentiam hominis, licet non semper explicite apponantur. Quocirca idem est formaliter Petrum esse hominem, ac esse animal rationale, quamvis non semper explicentur conceptus *animalis,* et conceptus *rationalis;* semper tamen atque explicantur sunt de essentia Peiri.

Qua observatione a nemine, ut credimus conei- neganda, facile omnia conciliantur, et ex- lianlllr plicantur. Siquidem Concilia licet præfixerint pro formis Sacramentorum verba determinata ; non tamen excludere voluerunt æquipollentia in utroque sensu nuper indicato, ut constat ex Florentino in decreto Eugenii. Sed sensus illorum est, semper esse de essentia formæ vel explicite, si explicite importentur, vel implicite, si implicite, et æquipollenter significentur. Nam ut supra audivimus a divo Thoma ; D.Thom. verba non pertinent ad formam Sacramenti nisi ratione sensus significati, seu prout induunt rationem signi : atque ideo dummodo sin eadem in ratione signi formaliter, non refert materialis alia variatio.

157. Unde ad formam objectionis ne- objecganda est illatio, quam non recte probari constat ex ipsomet exemplo Concilii Flo- diruitor, rentini, ex quo liquet, quod licet omnia illa verba : *Ego te baptizo,* etc., sint essentialia formæ : non tamen est ipsi formæ essentiale, quod his determinate verbis profertur; hoc enim non negat Concilium, quin asserit, dicens : *Non negamus tamen.* Unde licet Concilium Tridentinum asseruerit omnia ista verba : *Ego tc absolvo a peccatis tuis,* esse formæ Pœnitentiæ essentialia, ut revera asseruerit; non tamen ideo negavit non posse sub aliis verbis illam formam explicari, et consequenter ad hæc stante veritate illius propositionis ab ipso assertæ, stat veritas hujus : *Non est de essentia absolutionis, quod sub his determinate verbis ut explicite appositis proferatur.* Et constat etiam exemplo Petri, cujus essentia est, quod sit homo, non tamen est de ejus essentia, quod per has voces explicetur, sed vel per has, vel per animal rationale, aut alias.

Ad hujus improbationem constat ex se- probicunda observatione de duplici æquipollen- lio tia, vel quoad sensum, et vorba simul, vel tluli‡

Albo.

tantum quoad sensmn : ex quibus secundam concedimus illis verbis : *Ego te absolvo,* quia ibi subintelliguntur peccata. Et ratio est : quia ly *a peccatis* dupliciter potest significari : vel explicite in se ipso, et hoc modo postulat expressionem omnium verborum, et omnia pertinent explicite ad essentiam absolutionis expressius significatam. Vel importantur implicite in circunstantiis Confessionis præsuppositæ, et hoc pacto implicite ad absolutionem pertinent. Hoc autem non ideo est ut multi adversariorum existimant, quod ly *a peccatis* non sit de absolutionis essentia; sed quia non est de ejus essentia, quod semper explicentur; nec ex eo quod quando explicantur non pertineant explicite ad ejus essentiam ; quando quidem prout sic explicite eundem formalem sensum retinent. Quod credimus attendisse Angelicum Praeceptorem dum loco a nobis allegato expresse in absolutione posuit, *a peccato, in* hoc vero articulo, et aliis locis illius expressam mentionem non fecit in Consequentia, licet in præmissis peccatorum meminisset ; quasi doceret illam particulam semper esse de absolutionis essentia vel implicite, vel explicite, modo explicato. Unde constat ad probationem in contrarium desumptam ex S. Doctore, et constat similiter differentia harum propositionum : *JJe essentia absolutionis est particula a peccatis eo modo quo importatur ab absolutione.* De essentia *absolutionis est, quod explicite apponantur,* quarum prima est vera, et docta a Concilio; secunda vero falsa, et non de illius mente. Quod quia non observarunt Authores illi; unam et alteram veram censuerunt.

Nisi mavis S. Doctorem in hoc articulo non in alium scopum collimasse, quam statuere formam absolutionis impensam iri sub modo indicativo, non vero deprecativo, ut constat ex contextu, et processu articuli. Ad quod non oportebat mentionem facere aliorum verborum. Quocirca in argumento. *Sed contra* et in ipso corpore articuli asseruit formam Baptismi esse illa verba : *Ego te bapliso,* cum tamen alia supersint necessaria : et in hoc sensu usurpavit illa : *Ego te absolvo,* non excludendo reliquas.

Confira·..

158. Quæ omnia roborare, el explicare possumus exemplo consecrationis calicis, cujus omnia verba sunt de essentia illius formæ; aliter tamen, et aliter; siquidem illorum aliqua ita sunt de ejus essentia, ut expresse proferri debeant, cum sint prima, et non sint alia in quibus implicari valeant, qualia sunt hæc : *Hic est calix Sanguinis mei,* reliquia vero : *æterni testamenti, mysterium fidei* quæ in aliis contineri, et importari possunt, quamvis ad essentiæ formam pertineant; non tamen ita est de essentia formæ illorum expressio, quod absque illis explicite prolatis non subsistat veritas Sacramenti. Semel autem atque explicentur, ad essentiam illius expresse pertinent, ut constat ex dictis loco citato de Eucharistia, et in hac ipsa materia, quam versamus, immediatius elucet. Nam pronomen *Ego* essentialiter perlinet ad absolutionem ; licet non sit essentialiter requisitum, quod expresse ponatur, quia includitur in verbo *absolvo.*

Referuntur adverse sententiæ.

Trijta ama «aie- *yi·*

159. Triplicem, eamque invicem oppositam in hac parte sententiam enumerat Prado in præsenti dub. 4. Quarum prima docet essentiam absolutionis salvari in illis verbis : *Ego te absolvo,* quin aliquid aliud superaddatur. Pro qua referuntur D. Antonius 3 p. tit. 17, cap. 21, f 1. Innocentius, Hostiensis ibi allegati, Gajetanus in summa verbo *absolutio.* Sylvester verbo *absolutio* 6. Soto in 4, dist. 14, q. 1, ar. 3. Armilla in summa n. 4. Victoria q. 106. Petrus de Ledesma tract. 4 de Pœnit. cap. 3. Nuno in præsenti, dub. 3. Arauxo ibidem, Gonet. art. 1, pro qua etiam deferunt D. Thomas in præsenti, quatenus nullius alterius verbi fecit mentionem, quam illorum *ego te absolvo,* pro forma pœnitentiæ, quod non est credibile fecisse sanctus Doctor, quin diminute processerit, si verba alia necessaria omisisset. Cui accedit Catechismus Romanus part. 2, de Sacram. Pœnit. cap. 15, non alia usurpans, quam illa verba : *Ego te absolvo,* eaque esse perfectam hujus Sacramenti formam ad finem capitis diserte affirmat. Hinc alii plures extra scholam D. Thomæ, quos refert, et sequitur N. Franciscus in præsenti, absolute prædictam sententiam defendunt.

d. As- ue<.

cajeb. s-^e?

Vifiôrâ. petri> dek· dessi. Nua. Ani». GcsfL

Sed profecto omnes isti Authores, et alii plures, qui possent recenseri, si recte intelligantur, non censendi sunt adversi in eo, quod affirmant; et cum alias non expresse doceant oppositum nostræ assertionis, non est cur contra eos procedatur, et quod

fns-

quod attinet ad Doctorem Angelicum manifestum est utroque loco, ubi rem discutere intondebat ita se gessisse, ut in primo ex opusculo siepe in hac disputatione allegato expressam mentionem fecerit peccati (quod Martinez in littera D. Thomæ versutissimum non advertisse miramur, dum ait nullibi 8. Doclorem meminisse illius verbi *a peccalis).* In secundo autem verum eslsubticuisse illud verbum. 8ed hoc nobis argumento est idem formaliter esse apud D. Doctorem unam, ac aliam formam, et so invicem æquipollere, atque ideo non debere negari particulam *a peccalis ex* mente D. Thomæ alterutro, imo utro ex iis modis pertinere ad absolutionis essentiam. Vel assignetur locus, in quo S. Doctor positive illius expressam probationem excluserit, quasi minime ingredientem constitutionem essentialem absolutionis. Et idem dicendum existimamus de Catecbismo; non enim exclusit particulam *a peccatis,* sed tantummodo docuit eam esse perfectam formam, ratione videlicet æquipollentiæ supra expositæ. Cum quo cohærel, quod si ea verba expresse recitentur, cuncta illa constituant essentialiter formam; siquidem expresse affirmant, quod implicite in alia continebantur. Cujus aptum exemplum est superius adductum Petri sub ratione *hominis,* vel sub ratione *animalis rationalis* explicati.

0:64 FU dIε- 160. Unde constat, si quod est discrimen hujus a nostra sententia, in eo dum- '-yi' taxat versari, quod nos affirmemus prædicta verba ut expresse apposita pertinere ώ- ad essentiam absolutionis: quod tamen illi non tam expresse docent, quamvis non positive excludant, solum intenti ut pro essentiali forma adstruerent illa : *Ego te absolvo,* ob æquipollentiam aliis expressioribus ibi subintellectis. Quod et nos ultronei fatemur, quin descendamus a prima; quando quidem ejus formæ essentia potest sub his, vel sub aliis verbis disertius exprimi eodem formali sensu utrobique retento; et quod sub istis verbis implicabatur, sub aliis expresse ad essentiæ formam pertineat, cujus innumera suppetunt exempla, quæ omittimus, ut ex istius sententiae argumentis rem efficacius monstremus.

■*f·'^* 161. Arguitur ergo ex P. Suarez disp. 19. sect. 1, η. 21. Nam supposita Confessione illa verba : *Ego te absolvo,* satis determinata gaudent significatione; solet enim materia determinare formam, et forma materiam. Cum ergo hæc forma sit veluti sententia super hanc accusationem prolata, salis determinate significat absolutionem in tali causa, et materia : ergo significat absolutionem *a peccalis,* etiam si illud verbum *a peccalis* formæ non apponatur. Et confirmatur : quoniam in judicio humano non oportet in sententia exprimi culpam, sed audita accusatione, et tota causa, judex fert sententiam vel absolutionis, vel damnationis, qua vel immunis, vel tali pcena dignus declaratur reus : ergo similiter in præsenti. Præterquam quod verbum *absolvo* absolute prolatum, quasi per antonomasiam, et juxta communem sensum non aliud, quam internam absolutionem significat.

Est imbeeilie. 162. Sed certe fundamentum istud si ad amussim foret discutiendum, plura in eo notatione digna invenirentur, nam prima illius propositio dubia est, negatur a pluribus : nam adhuc supposita Confessione verbum *absolvo* remanet indifferens, vel ad consuras, vel ad debita aliena, vel ad propria alia, quæ non sunt peccata. Unde nisi restringatur aliunde ad peccata, nondum intelligitur Sacramentalis absolutio. Et quidem si ita esset, ut opinatur Suarez, prorsus inutilis, ac superflua esset adjectio Conciliorum per ly *et estera :* quando quidem nihil superesset essentiale absolutioni, ut supra ponderavimus. Adde quod ut bene docet Lugo, verba Sacramen- Lngo. talia debent esse talia ut excludant indifferentiam; *quia Christus voluit formam hujus Sacramenti esse talem ut secundam se ipsa verba significent sufficienter.* Ita ad verbum disp. 13, sect. 1, n. 25, et rationem tradiderat immediate, quoniam si conveniret illis *significatio ex circumstantiis, significalio non tribueretur solis verbis, sed etiam eircunstantiis,* quod est contra Christi institutionem.

• Nec firmior est secunda propositio, quod contra materia soleat determinare formam, et D-Tt.om. forma materiam. Cujus oppositum statuit D. Thomas supra quæst. 60, art. 7, hac ratione : *[n omnibus compositis ex materia, et forma principium determinationis est ex parte forma, quæ est quodammodo finis, et terminus materiæ : et ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quam determinata materia : materia enim determinata* (non a forma, sed aliunde) *requiritur, ut sit proportionate determinate forms. Cum igitur in Sacramentis requirantur determinate res sensibiles, quæ se habent in Sacramentis sicut materia, multo magis requiritur*

i» t'ù *determinato forma verborum.* Ubi ut vides, formalis determinatio non in materiam, eed in ipsam formam revocatur a 8. Doctore, nec illam mutuam materiæ ail formam determinationem a Suario positam admisit, quin art. immediate præcedenti determinationem formæ, et indifferentiam detulit materiæ; *Aqua enim* (inquit rem explicans exemplo Baptismi) *significare potest, el ablutionem propter tui humiddatem, el refrigerium propter sui frigiditatem. Sed cum dicitur : Ego te baptizo, manifestatur, quod aqua utimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.* Determinatio ergo Sacramentalis ex parte formæ venari debet, et non in materiam erga formam reduci : quoniam materiæ determinatio non refunditur in formam, sed e converso, ut modo nos docuit D. Thomas.

Fallit Cônse-qutDiù. 163. Unde Consequentia illata a P. Suarez non ex illo principio ut ab ipso accepto, sed ox auo longe diverso, et verius applicato, quod nobis subministrat Angelicus O.Tbôa. Doctor, deducenda est, nimirum, quia sicut *Augustinus dicit* (verba sunt S. Doctoris in art. citato ad I), *super Joan. Verbum operatur in sacramentis, non quia dicitur, id est, non secundum exteriorem sonum vocis, sed quia creditur, id est, secundum sensum verborum, qui fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non exdem voces sint.* Quia ergo idem formalis sensus est in absolutione, sive exprimantur peccata, sive subticeantur, et subintolligantur; idcirco eadem est formaliter absolutio, illis subintellectis, aut expressis. Quo Fu consequens unam alteri æquipollere, el consequenter, sive ut expresse importata peccata, sive ut subintellecta semper ad essentiam absolutionis pertinere. Id quod vel ipso Confirmationis exemplo, quo ititur Suarez comprobatur : nam licet in judicio humano ad ferendam sententiam non semper delicta exprimantur, et hoc pacto non sit de ejus essentia illorum manifesta prolatio ; semper tamen atque explicentur ad ipsam essentialiter pertinent, et ita contingit in præsenti.

Præterquam quod judicii humani a pcenitenliali est latum discrimen quoad plura alia nulli indubia; et idcirco nec quoad hoc trahi potest argumentum efficax ex uno ad aliud. Sed sola voluntas divina habenda est pro regula in foro Pœnitentiæ. Ex hac autem constat interdum peccatoJO3U.20. runi meminisse, ut cum Joan. 20 dicitur : Quoftiin *remiseritis peccata remittuntur eis, el quorum retinueritis retenta sunt ;* interdum vero ut subintellecta roliquieso, ut cum apud Matth. 16 commissum est tro : *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in colis ; el quodcumque solveris super terram, erit solutum et in calis.* Ex quibus haud obscuro colligitur, sive implicito, sive explicite importentur peccata in absolutione, semper ad ejus essentiam pertinere. Undo qui docent in illis verbis : *Ego te absolvo,* essentiam absolutionis sacramentalis consistere, non idcirco negare convincuntur, particulam a *peccatis* expresse appositam esso extra ejus essentiam ; sicut e converso, qui asserunt ly *a peccatis* esse do essentia absolutionis uon ideo negant essentiam absolutionis etiam salvari in solis illis vorbis : *Ego te absolvo,* in quibus subintelliguntur peccata, , et utrobique salvatur idem formalis sensus propositionis ; qui quidem est apud omnes idem, licet voces sint diversæ, ut inquiobat D. Thomas.

164. Nec refert essentiam consistere in ρ⌈*⌈.;. indivisibili, atque ideo nullam ipsis posse fiere additionem essentialem. Nam hoc fa. verum est de essentia objective, et quoad sensum significata, quomodo subire nequit adjectionem essentialem ; secus autem est de verbis eam significantibus, vel implicite, vel explicite, ut suadet exemplum supra adductum de Petro, cujus essentia explicari potest per esse dumtaxat hominem, vel per animal rationale, quin nec homo, nec animal rationale extrahantur ab essentia hominis implicite, vel explicite significati. Quo exemplo retunduntur argumenta ornnia in oppositum, quin opus sit omnia illa singillatim percurrere, maxime cum eorum vis in unum, et idem caput reducatur, quod nimirum in verbo *absolvo* sufficienter aliarum vocum splendeat energia, ut videre est in Lugo disp. u5o. 13, sect. 1, num, 18, et inter discipulos D. Thomæ in Nuno, Candido, et Gonct. Genu. Quibus cum asserimus identitatem formalem sensus, qui quidem sufficit ad essentiam, et valorem Sacramenti; sed non ideo excludendum censemus ab essentia forma.·, dum exprimitur ly *a peccatis* oh rationem sæpe dictam, depromptam ex doctrina, et loquendi modo Conciliorum.

165. Secunda sententia extreme oppo- s«en<h sita intendit, quod vox illa *a peccatis* ita 9f“£B" est de essentia absolutionis, ut absque l ' illius formali appositione, non subsistat vera Sacramentalis absolutio. Eam præ cæteris

caderis urgere, ne promovere assumpsit
Aw». Aversa, ubi supra, Lum ex Concilio Tridentino, turn a ratione, ut videre est apud prado, dub. 4, η. 27. Omnia tamen ejus argumenta consulto omittenda dixinuie, quia solum probat ly *a peccatis* e880 essentiale formai; non tamen evincunt esse essentiale formai, quod semper explicentur, et seorsim proferantur. Hoc enim Concilia non docuero, sed loco illorum alia æquivalenlia vel quoad sensum, vel quoad voces substitui posse permisere, ut constat ox supra dictis ; undo vel negari debet principium illud 1). Thomæ ab omnibus aliis Theologis receptum quod magis sensus, quam sonus vocis sit attendendus; vel eo ut par est. admisso concedi debet ad essentiam, et valorem Sacramenti sufficere illa verba : *Ego te absolvo,* quorum formalis sensus est idem practice, ac *ego le absolvo a peccatis luis,* supposita, ut supponi debet, confessione.

‘f"ï '\u0308. ' '\u03b8\u03b8* ^erl*a’ et u*l^ma in *iac parte sententia docet sola ilia verba *le absolvo esse* formæ essentialia ; reliqua vero *a peccatis* esso de integritate substantiali ; nec tamen anto illorum prolationem dari effectum
Fnd«. absolutionis. Ita docet Martinez a Prado ubi supra num. 35, post alios plures pro sc allegatos. Cum tamen illorum plurimi,
Cjjh, ut Cajet. Soto, Ledesma, Deza, et Joannes a S. Thoma in. præsenti non huic, sed
si." noslræ suffragentur sententiæ, licet Joannes a S. Thoma in approbatione doctrinae
sn«s.D· Thomas loco supra allegato alteri adhaeret opinioni. Pro qua

Arguitur primo a paritate formæ con-
araSa, secrationis vini in sanguinem Christi. Nam priora verba usque ad novi *et ælerni lulamenli* ita sunt de essentia formæ, quod non excludant sequentia a ratione partis substantialiter integrantis, quamvis eam essentialiter non constituant, ut supponunt hi Authores ex a sc disputatis, et constitutis tract, de Eucharistia : ergo pariter in præsenti theologizari debet. Antecedens supponitur, et Consequentia probatur reddendo paritatis rationem : nam ideo Antecedens est verum, quia priora vorba sufficienter significant conversionem vini in sanguinem Christi ; aliunde vero sequentia, et determinant prædicatum, et pertinent ad integritatem locutionis quocirca nequeunt non ad substantiam conversionis perlinere. Hæc autem omnia æque quidem tenent in forma absolutionis; quando quidem prima vorba *le absolvo*

sufficienter explicant essentiam remissionis, et alias posteriora expressius eam significant, ita ut supponere faciant pro peccatis, et non protrahatur ad alia deluta : ergo non magis hæc perlinent ad absolutionis essentiam, quam illa ad essentiam consecrationis calicis ; et consequenter utrobique obeunt prædicta verba rationem partis substantialiter integrantis, non vero essentialiter constituentis.

quibuscum agimus, authoribus ultronee concedentibus, ante illorum prolationem non percipitur absolutionis offectus. Quod argumento est omnia illa osse essentialia in sensu toties explicato : siquidem solis partibus essentialibus existentibus, essentialem sortitur effectum quodlibet Sacramentum. dummodo non sit obex ex parte recipientis.

dam'3* arcumeatnn), 168* *^rDUJtur secuQdo a priori, ut inquit Prado. Nam Christus instituit Sacramenta composita ex materia et forma, ut quædam artificialia ad instar compositi naturalis : sed in corpore naturali sunt partes intégrales, et substantiales diversæ rationis a partibus essentialibus : ergo etiam in sacramentis distinguenda est duplex ratio partium, et essentialium, et integralium. Probatur Minor hominis exemplo, in quo ultra materiam, et formam, reperiuntur brachia, pedes, digiti, et alia membra ipsum integraliter constituentia : ergo si in Pœnitentia discurrendum est per analogiam ad corpus humanum, oportebit illi assignare ultra partes essentiales, partes etiam intégrales. Et cum alias satisfactio sit pars ex parte materiæ integralis, unicum superest, ut etiam ex parte formæ assignetur pars etiam integralis.

Enervarvfdnribus capitibus. 169. Illius tamen venia hæc ratio non a priori, sed mera congruentia, et in pluribus deficiens jure appellari debet. Si quid enim ea probaretur, esset quidem in omnibus Sacramentis ex parte formæ reperiri partes integrates, cum omnia instituerit Christus ut composita artificialia ad instar compositi naturalis. Quod tamen est falsum, et rejectum a D. Thoma ubi supra: nullam enim diversitatem partium præter essentiales, materiam videlicet, et formam agnovit S. Doctor in Sacramentis, nisi in Pœnitentia, in qua ex parte materiæ subdividit partes essentiales confessionem, et contritionem a satisfactione, quæ est pars integralis.

Fallit insuper applicando comparationem Sacramentorum quoad sui constitutionem cum composito naturali determinato, qualis est homo. Cum tamen longe aliter res se habeat siquidem nec D. Thomas, nec communiter theologi in eo sensu illam propositionem accipiunt, sed magis universaliter, et distributive. Cujus proinde légitima intelligentia reducitur ad hanc formam : *Christus Dominus instituit Sacramenta ad instar compositi naturalis : sed omnia composita naturalia constant essentialiter ex materia, et forma ut cx partibus essentialibus : ergo etiam Sacramenta constant ex materia, et forma ut ex partibus sibi essentialibus.* Et in hoc sensu legitima est illatio, et post D. Thomam communiter a theologis recepta. Sed hinc non licet descendere ad peculiares conditiones compositorum naturalium, inter quæ aliqua sunt homogenea, alia hetherogenea, uti viventia, in quibus diversa membra ad diversa officia distinguuntur, et idcirco partes essentiales jure postulant diversitatem partium integralium, sine quibus salvetur essentia. Hoc autem non apparet, quo fundamento possit applicari sacramentis, quantumvis ex Christi institutione sint composita artificialia, et materia, ac forma essentialiter constituantur : non enim ea constat instituisse Dominum ad instar hominis, sed ad instar compositi naturalis.

Unde ad argumenti formam concessa Majori neganda est Minor, non enim in omnibus compositis naturalibus est illa partium diversitas ætherogenea, ut patet in aqua, et aliis, et ad ejus probationem concesso Antecedenti, iterum negatur Consequentia, quoniam hoc Sacramentum, sicut et reliqua alia non servant analogiam cum omnibus compositis naturalibus quoad suas rationes specificas, sed dumtaxat quoad rationem communem compositi naturalis, secundum quam postulant essentialiter ex materia, et forma constitui, quidquid sit de aliis conditionibus cuilibet composito prout ab aliis differenti convenientibus. Quamobrem prædicta verba vel debent essentialiter ad absolutionem pertinere, ut ostendimus, vel ita sunt extra ejus essentiam, quod rationem partis integralis non obtineant, ut illi intendunt.

sieoa forai dissoiô-tur.

Decisio appendix.

Appeadix diflicatta? Lago. 170. Hinc decisa relinquitur difficultas jndicio Cardinalis Lugo gravis circa efficientiam horum verborum, an videlicet correspondent dumtaxat istis : *Ego te absolvo;* vel etiam illis, *a peccatis,* quando adduntur? Ex dictis, inquam, constat perspicue ejus decisio. Quia cum Sacramenta non sortiantur effectum, nisi in ultimo instanti prolationis omnium essentialium, ut modo supponimus ex alibi dictis : et particula *a peccatis* pertineat ad essentiam absolutionis in sensu explicato ; plane consequitur

sequitur non induci offectum absolutionis usquo ad ultimam illorum verborum prolationein.

Rursus probatur ex ipsomot Lugo, prædicta disp. 13, sect. 1, g 3, ubi eam difficultatam versans negativo) adhieret sententi®, n. 34, dicens, *quando adduntur voces illæ a peccatis luis non concurrere, ad effectum, sed hunc dari ante earum prolationem.* Cum tamen num. 35 immediato doceat ex Conciliis Florentino, et Tridentino prædicta verba pertinere ad formam hujus Sacramenti vel explicite, vel saltem implicite, in quo abs dubio nostram statuit sententiam. Et subjungens inquit, quod sicut *pronomen ego necessario requiritur vel seor*rim, *vel saltem inclusum in verbo absolvo, sic potuerunt idem dicere de illis verbis a peccatis tuis propter eandem rationem, et sicut pronomen ego aliquando explicilum concurrit, sic illud a peccatis luis posset aliquando explicite positum concurrere.* Quae si vera sunt propriam sententiam deserunt, et nostram manifeste lirmant, quocirca illorum cohaerentiam optemus. Nam ea quæ pertinent ad formam hujus Sacramenti, concurrunt ad ejusdem Sacramenti effectum : sed in sententia Cardinalis Lugo juxta Concilia præfata illa verba pertinent ad formam hujus Sacramenti : ergo illa verba concurrunt ad effectum ejusdem Sacramenti.

Confirmatur, et explicatur insistendo eidem argumento ad hominem ab exemplo pronominis *ego,* quo ille utitur : quoniam eadem prorsus ratio est, ut ipse testatur, de illis verbis *a peccatis tuis,* ac de pronomine *ego :* sed pronomen *ego* explicite positum concurrit efficienter ad effectum Sacramenti : ergo illa verba expresse prolata concurrunt efficienter ad talem effectum; nam alias diversa esset ratio inter illud, et ista, quod ipse negat. Ex quo ulterius sequitur, quod si semel posita efficienter concurrunt, semper atque explicentur, sibi vindicant eundem influendi modum, cum sit eadem concedendi ratio semel atque semper fuerint apposita.

Confirmatur et explicatur amplius. Nam quæ pertinent ad formam, eatenus influunt in ejus effectum, quatenus ad ipsam pertinent. Unde si implicite in ea continentur, implicite influxus illis debetur ; si autem explicite ipsam constituant; explicite itidem cum ipsa influunt, ut constat in pronomine *ego :* sed verba *a peccatis,* vel seorsim prolata, vel ut inclusa pertinent ad formam absolutionis, ut asseritur, et bene : ergo seorsirn, et explicite posita nequeunt non eodem influxu potiri, quo ipsa forma ; alioqui enim aliter pertinerent ad formam, ac exhiberent influxum, et non benoargueretur quod deberetur influxus pronomini *ego* seorsirn, et expresse prolato. Patet utraque Consequentia; siquidem non aliter influunt, quam pertinent ad formam, ipsarnque complent, ac constituunt : ergo eorum influxus adstruendus ac regulandus est penes modum inclusionis, vel expressionis in forma, atque ideo in illis principiis perperam, et incoqsequenter negatur verbis, *a peccatis* seorsirn, et expresse prolatis influxus in effectum absolutionis; siquidem expresse pertinent ad formam absolutionis.

171. Dices ex eodem Lugo id quidem ita esse, quoties verba illa interposita fuerint propositioni, ut si dicas : *Ego a peccatis luis te absolvo,* secus vero, si ipsi postponantur, ut fit regulariter, dicendo : *Ego te absolvo a peccatis tuis.* Et rationem disparitatis assignat; quod in primo casu nondum est oratio perfecta; in secundo vero illa verba *a peccatis tuis* postposita supponunt absolutam, et perfectam orationem, et consequenter perfectum ejus sensum, et solum deserviunt ad majorem, et clariorem verbi significationem. Influxus autem respondet formæ, ut facienti sensum perfectum, et quia illis verbis interpositis nondum est sensus perfectus, ut liquet ; idcirco superest locus influxui prædictorum verborum; secus vero, si postponantur.

Repiieat Lugo.

Hac tamen doctrina non elevantur vires productarum impugnationem, nec adstruitur consonantia illorum principiorum. Porro quod in illis verbis *te absolvo* solitarie acceptis contineatur absolutus, et perfectus in rigore sensus, probat quidem non esse necessarium ad valorem addere alia, quod ultro concedimus, et concessimus ratione practicæ æquivalentiæ unius ad alteram; non vero infert illis semel positis, et expressis, non pertinere ad essentiam, ut constat in pronomine *ego,* in quo ipsomet Authore teste, militat eadem omnino ratio.

Dispelliar replica.

Quod vero asserit de interpositione, in quo stat tota disparitatis ratio, levissimum est : quoniam verba non influunt, nisi quatenus pertinent ad essentiam formæ, ipsamque essentialiter constituunt : hoc autem non sibi vindicant interposita, vel postposita, sed ex determinatione Christi,

infirmatur rursus

et Ecclesiæ approbatione : ergo quod interponantur, vel postponantur, nec aufert, nec confert influxum, sicut, nec quod pertineant, vei non pertineant ad essentiam. Unde evidenter peccat in reddendo non causam pro causa ; sive enim verba transmutentur, interponantur, vel postponantur, dummodo idem formaliter sensus propositionis retineatur; non ob id desinunt pertinere ad essentiam formæ, et debitum sibi influxum exhibere. Quæ est doctrina D.Ti.en. d, Thomæ supra quæst. 60, art. 8, ad 3, per verba sequentia : *El idem esi etiam dicendum de transpositione verborum : quia si tollit sensum locutionis, non perficitur Sacramentum, sicut patet de negatione prxpoeita, velpostposito signo. Si autem sil (alis transpositio. qux sensum locutionis non variet, non tollitur veritas Sacramenti, qux secundum quod Philosophus dicit nomina el verba transposita idem significant.* Atque ideo quod ly *apeccalis* interponantur, vel postponantur, sicut non aufert eandem significationem Sacramentalem ab omnibus illis verbis simul sumptis ; ita nec impedit influxum; quippe qui non respondet interpositioni, vel postposition!, sed sensui, et consequenter perperam conceditur in uno, et negatur in altero casu.

Dfcsonai Conci· liis. 172. Est insuper illa doctrina adversa textui, et seriei Conciliorum, quibus non modicam violentiam infert. Nam illorum pressus authoritate dice compulsus est in *rigore esse verissimum illa verba a peccalis luis perlinere ad formam hujus Sacramenti, vel explicite, vel saltem implicite :* constat autem Concilia prædicta verba postposuisse : ergo ex mente Conciliorum satis perspicuum est prædicta verba ut postposita esse de essentia formæ, et consequenter adhuc ut postposita instuere in effectum Sacramenti. Consequentia est legitima, Major Lugonis ubi supra, et Minor constat ex utroque Concilio, et ipsomet Lugone palam profitent! ly « *peccalis* contineri sub ly el *cætera* a præiatis Conciliis adjectum : sed appositum, et additum est post verbum *absolvo* : ergo ex ipsorum Conciliorum mente, et serie prædicta verba ut postposita, et non tantum ut interposita pertinent ad formam absolutionis. Quare detorqueri non possunt ad præintentam interpositionem, quin ingens illis irrogetur violentia.

Effu- 8ium' 173. Nec favet (ut ad primum caput redeamusj quod in ejus patrocinium potest adduci, nimirum in verbo *absolvo* præposito, contineri implicite ipsa peccata, ot consequenter non suppetere aliquid essentiale formæ, nisi majoris claritatis gratia ; quare posteriora verba superaddita uihil novi afferunt, quin supponunt ipsam formam quoad essentialia, subindeque offectum remissionis sibi essentialem.

Nam contra est. Tum quia si ita esset, superflue additum fuisset a Conciliis ly *el extera,* siquidem nihil suppetebat essentiale form®, et Concilia ibi distinxerunt inter essentialia, et non essentialia, maxime vero Tridentinum. Constat autem contentum sub ly *el extern* pertinere ad essentiam ut vel ipsis verbis monstratur, in viquorum docet ipse Lugo aliquando seorsim posita peccata ad essentiam formæ pertinero. Ergo signum est non ita contineri peccata in verbo *absolvo,* quod excludat ab essentia formai posteriora verba seorsim prolata·. Tum etiam, quia inde sequeretur nunquam nec pronomen *ego,* verba *a peccalis* expresse apposita pertinere ad essentiam formæ, siquidem sufficienter illud, et ista continentur in verbo *absolvo;* cujus oppositum docetur ab ipso, ut ejus verba fideliter relata manifeste testantur. Tum denique quoniam si prædicta verba ut seorsim posita supponerent effectum absolutionis, supponerent ex consequenti sensum absolutum, et essentialem formæ, qui proinde non variaretur qualibet particula prædictis verbis addita, variatur autem addita particula vocibus illis *a peccalis:* et mutatur sensus totius formæ, ut si diceres : *Ego te absolvo a peccalis alienis, vel a peccalis futuris,* vel quid simile : ergo signum est prædicta verba seorsim posita non ita esse extra essentiam, et sensum formæ, ut nihil ad sensum, et essentiam referant. Consequentia patet, et sequela videtur clara : quoniam si ante illa verba expresse posita tam absolutus est sensus, quod nihil referat illa addere ; similiter non intererit post illa addere alia, ut mutetur sensus, et essentia formæ : non enim apparet rado, quare verba immediata nihil officiant, aut efficiant, et verba remotius posita, et cadentia supra ea, quæ nihil officiunt, aut efficiunt, possint variare essentiam, et sensum, istumque de vero, ac legitimo in spurium, et falsum traducere. Minor vero probatur ad hominem ex hujus Authoris doctrina, quam tradiderat in eodem g, n. 29. Nam si formæ consecrationis panis *Hoc est Corpus ineum,* adderetur ea vox *aereum,* profecto tota essentia, totusque

Prrdl· diW a liflià

que verus formæ sensus traduceretur, el detorqueretur in falsum, quin obesset verba priora osse veram, ac legitimam formam consecrationis panis : sed eadem est ratio de hac forma : *Ego te absolvo a peccalis alienis;* extrahitur enim a proprio, et legitimo sensu ad peccata non propria : ergo falsum omnino est non variari formam per appositionem particulæ supcradditæ ly *a peccalis.*

Vel si hæc propositio admittit duplicem intentionum, alleram rectam quoad priora verba : *Ego le absolvo,* alteram non rectam quoad posteriora ; sed neutiquam officientem priori ut statuit ille num. 37, cur non etiam idem dicendum erit de illa forma consecrationis : *Hoc csl Corpus meum ærcum,* quam tamen absolute, et sine aliqua restrictione num. 29, docet esse nullam, et merito. Esset enim animadvertendum in illum, qui ita consecraret, vel absolveret cum recursu ad duplicem intentionem internam, quam non exprimunt verba externa. Quocirca rectissime omnes has te- j.Ttaï. chas elidens D. Thomas opusc. 22, in quit. *In Sacramentis verba habent efficaciam ex institutione divina, unde tenenda sunt verba determinata consonantia divins institutioni.* Ex institutione autem divina ex Conciliis, et perpetua Ecclesiæ traditione satis manifestis constat prædicta verba pertinere ad essentiam absolutionis alterutro horum modorum explicito, vel implicito, quin aliquis eorum determinate excludatur, teste eodem Lugone : ergo quando explicite, et seorsim apponuntur nec sunt extra formam, nec effectum formæ supponunt, alioqui enim solum essent de essentia formæ ut implicita, et subintellecta, quod est contra Concilium, ut contra eundem Lugonem.

■*#· 174. Unde ad formam objectionis respondetur, quod licet in verbis illis *te ab-* jolvo solitarie, et seorsim acceptis, suppositis aliis circunstantiis, subintelligantur practice peccata, et in vi hujus fiat æquivalentia quoad sensum totius absolutionis, tamen eo ipso quod sub una, et eadem intentione recte absolvendi, alia subjungantur explicite, non perficitur absolutio quoad illorum omnium terminationem, nec consequenter ad positionem verbi *absolvo,* resultat effectus; quando quidem ratione expressionis aliorum verborum excluditur eorumdem subintelligentia, et continentia implicita. Porro quamvis (tacitæ objectioni occurrimus) non sit in potestate ministri suspendero effectum Sacramenti, est vero in ipsius facultate validam formam exhibere his, vel illis verbis e.undem formalem sensum retinentibus, et eandem formalem propositionem constituentibus. Ita quod in una subintelligitur, in alia formaliter explicetur. Quoties autem adest formalis explicatio non remanet locus subintelligentia}, et e converso quoties aliquid subintelligitur non est aditus explicationi, alioqui enim concurrerent in eadem positione ejusdem vocis implicatio, et explicatio, quod ex terminis videtur falsum. Quare ut in verbo *absolvo* subintelligantur peccata, oportet illud seorsim et solitarie acceptum proferre, ut contingit quando non explicantur : his vero expressis et formaliler determinatis, nec essentia, nec effectus formæ præintelligi possunt.

Et in hoc sensu (ut aliquorum scrupulum dispellamus) docuit Angelicus Doctor loco D.Thom superius allegato ex quæst. 66, pronomen *ego* non esse de substantia formæ in Baptismo, quia nimirum non est de essentia illius formæ expresse, et formaliter vocem illam apponi; non tamen est de ejus essentia illam expresse prolatam excludere, quod erat necessarium ut non pertineret ad essentiam formæ, dum seorsim apponeretur. Qua observatione haud obscure colligitur ad sententiam Eminentissimi Lugo, et illi suffragantium utcumque tuendam non sufficere hanc propositionem : Aon *est de essentia absolutionis, quod ills voces Ego, et a peccalis tuis seorsim, et expresse apponantur ;* cujus veritatem non negamus, sed adstruimus : ut constat ex dictis in decursu Dubii, sed desiderari aliam, videlicet : *De essentia absolutionis est ; quod prædicta verba seorsim, et explicite non proferantur.* Quæ tamen in ipsius adhuc sententia est falsa, et nullatenus probatur aliquo scripturæ, Conciliorum, aut inconcusso Theologorum suffragio. Quin imo ex Conciliis habemus essentiam absolutionis consistere in illis verbis : *Ego te absolvo,* et in aliis contentis sub particula *et estera* quæ non sunt alia præter peccata vel expressa, vel subintellecta.

175. Hæc cum ita esse censeamus, ex Au illis oritur alia difficultas minime prætermitti digna; an scilicet citra culpam pos- ilia sint in absolutione verba *a peccalis* voluntane omitti ? Cum enim non sit de cis. ejus essentia ea verba seorsim, et expresse recitari; consequens esse videtur absque illorum expressione absolutionis formam

salvari, subindeque nullam esse obligationem saltem gravem, ea formaliter proferendi. Et hanc partem sectantur ex Thomisti Arauxo ubi supra, ex extraneis vero non pauci, quos refert, et sequitur Leander disp. 2, q. 8, non bene pro ea annumerans Soto, cum expresse loquatur de invocatione Trinitatis, et aliis recitari solitis, de quibus in limine hujus Dubii. Granados vero disp. 6, sect. 1, n. 9, et Diana part. 11, tract. 6. MiscelL resol. 21, solum in articulo mortis agnoscunt obligationem gravem, secus vero decursu vite. Sed qua ita asserant, ratione, nos latet. Nam ea obligatio nequit aliunde subesse, nisi vel ratione irritum reddendi Sacramentum ; et hæc semper urget, atque ideo semper tenetur minister illi occurrere, et quamlibet irreverenti® frustrandi occasionem procul pellere, quin specialior urgeat ratio in hoc, quam in illo tempore. Vel provenit ex ipsomet articulo mortis oh periculum nullum recipiendi Sacramentum, et mortis æternæ damnationem incurrendam, et hæc est longe a prima diversa, nec oritur ex ipso Sacramento, sed se tenet ex parte subjecti illud recipientis. Unde consequentius asseritur, vel nunqnam, vel semper urgere jus ea verba aut recitandi, aut subticendi, siquidem sermo est de obligatione Sacerdotis ministrantis non vero de Sacramentum recipiente, aut periculo illius.

■^aflhoa-IJV3. Armo. Leander firaco-dm. Diana. IlepeP IbEîar.

176 Communior, et subinde verior, cui adstipulamur. sententia docet nunquam licere illa verba prætermittere, sed diserte, et formaliter proferenda esse. Unde graviter laberetur, qui ea voluntarie omitteret. Ita docent communius Thomiste pro tertia sententia supra relati, inter quos Prado id ut sibi indubitatum statuit, quamvis enim probabile sit ex omnibus illis verbis aliqua non esse essentialia, est vero penitus improbabile aliqua illorum licite citra culpam gravem posse omitti. Sicut probabile est hæc sola verba : *Hic est calix Sanguinis mei,* esse formæ consecrationis vini essentialia ; non tamen est probabile omnia posteriora usque *ad remissionem peccatorum,* posse citra gravem culpam reticeri. Et idem constat in reliquis Sacramentis, circa quorum formas sunt satis probabiles sententiæ, aliis tot, aliis plura verba essentialia assignantibus, cum tamen neutiquam sit probabile illorum aliqua absque gravi culpa posse subticeri ob periculum irritum faciendi Sacramentum.

Vers sententia Themis· tarum. Pndo.

Cum enim stet probabilitas cum falsitato objecti a parte rei, et veritas Sacrament non pendeat ex judicio humano, pones quod regulatur probabilitas ; sed ex divino, cui res a parto rei conformantur, profecto difficulter periculum evaderet, qui plus justo propria) sementim deferens, in re adeo gravi juxta illam procederet, et ita gerendum esse Sacramentum, ut ipse autumat judicaret. Quo circa subtilis Doctoris tam pie, quam docte, et prudenter loquentia monitum auscultatu dignum, censemus, dum similem difficultatem versans circa formam consecrationis calicis, de qua stant non pauca\ opiniones, ita consulit in 4, dist. 8, q. 2, g *de isto* versu £x *hoc patet : Nec est tutum alicui se putare valde peritum de scientia sua, et dicere : Volo uti præcisc istis verbis pro consecratione sanguinis : sed securior est simplicitas. Volo ista verba proferre sub ea intentione- sub qua Christus instituit ea esse proferenda, et quæ ex Christi institutione sunt de forma, dico* ul *de forma, et quæ ad reverentiam, ad reverentiam*. Unde, ita docent Gontenson, Labat, et quotquot asserunt illa verba esse partes intégrales formæ. Extra scholam D. Thomæ idem tuetur Suarez de Pcenitent. disp. 19, sect. 1, n. 21, ubi existimat nunquam rationabiliter omitti, cum nec moraliter possit accidere causa, quæ ad id cogat, nec in eo aliqua sit utilitas, quin ingens periculum frustrationis Sacramenti, quod quilibet sub culpa gravi vitare tenetur, ei adhærent Fagundez, Filliucius, et plures alii.

Eiregias Sroti 6.«.-lias. Corns, Smts.

177. Ex quibus colligitur nullatenus absque gravi culpa posse prædicta verba omitll· tum ob nuper dicta, tum quia licet *te absolvo* quoad sensum æquipolleat isti : *Ego te absolvo a peccatis luis,* ut constant ex dictis; non licet pro arbitrio uti æquipollentibus, sed tenenda, et usurpanda sunt verba determinata, consonantia divinæ institutioni, ut paulo ante nos docuit D. Thomas. Quare licet ad valorem ista vel illa sufficerent, ad licite tamen ministrandum exigitur eademmet materialia verba usurpari, ut constat a simili Baptismi, in cujus administratione graviter offenderet dicens : *Ego te absolvo in nomine genitoris, geniti, el ab utroque procedentis,* ut omnes docent contra Cajetanum, et cominus apparet in hac forma Pœnitentiæ : *Ego tibi peccata remitto,* quam nullus ut invalidam rejiciet, sed nec ut licitam approbabit. Tum et maxime : quoniam in Sacramentorum

D.Ttea. Cajet.

Sacramentorum administrationo tenetur graviter minister sequi opinionem tutam, et ab omni suspicione, seu periculo liberam, ut constat ex decreto SS. P. Innocentii XI, dic 2 Martii anno 1679, quo inter alias plures succensuit, ac proscripsit hanc propositionem : *Non est illicitum* in *Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicla tutiore.* Sed inter has duas sententias extreme oppositas tutior est ita, quam illa, ut vel primam docentes negare non audebunt : ergo tenendum, ac asserendum est in administratione pœnitentiæ neutiquam licere omissionem prædictorum verborum; quin potius graviter delinquere voluntarie præfata verba non expresse usurpantem. Unde derisibile judicat Prado n. 41, oppositum ut certum asserere, et merito, cum sit satis dubium, et nulla ratione, ut bene vidit Suarez, ad praxim reducendum.

DUBIUM IV.

tjlrumabsolutio Sacramentalis sub conditione lata, sit valida, et licita?

178 ut ab hac difficultate brevius, ac facilius nos expedire possimus, rescindonda sunt propria hujus materiæ a non ita propriis, et vere alienis a nostro instituto. Si enim jura, vel canonica, vel civilia consulenda essent in materia de conditionibus, prolixus sane, et absque ullo fructu redderetur labor; cum sit res latissima, et latissime hinc inde a pluribus exagitata. Nec etiam ad decisionem præsentem, quæ possint intervenire conditiones in judicio pure humano, ut validum, vel nullum evadat. considerabimus ; hoc enim est alterius fori, et magis ad Causidicos, quam ad Theologum attinens : quare amandari debet recursus ad legem : *Actus ff. de regulis juris* ad legem *Cedere diem ff.* de verb. significat, et ad alia capita utriusque juris, quatenus generatim agunt de conditionibus licite, vel illicite apponendis. Hæc enim omnia sicut aliis sunt opportuna, ita in præsenti minus idonea, si quidem hoc judicium est pure Sacramentale non aliam regulam, quam Christi voluntatem instituentem habens. Et ideo quæ pro humanis, et pure legalibus sententiis suis locis traduntur, nec possunt, nec debent huic recte adaptari. Quod enim in Matrimonio id forte sit necessarium, eo quod ante rationem Sacramenti habuit, et habet rationem contractus naturalis, in vi cujus normam-aliorum contractuum, quod ad licitum, vel illicitum debet servare, subindeque a regulis juris non discedere; id quidem probat in aliis, quæ pure Sacramenta sunt, locum non habere; si quidem non juribus, sed Christi verbis, et Ecclesiæ traditione probari, vel improbari debent, juxta illud D. Cyprian, lib. 7, epist. 54, *ipse legem dedil ul ligata in terris, etiam in terris ligata essent.* Quod ideo præmittimus, quoniam apud non paucos offendimus (et dubio procul offendent alii) non modice, excurrere in allegandis, et aggerendis textibus unius, et alterius juris pro valore, vel invalidatione actuum judicialium, et ex uno in aliud argumenta perducunt, nostro quidem judicio tam inutiliter, quam inefficaciter ob non pauca inter ea discrimina.

Et ut alia omittamus in præsenti dub. sequenti clarius detegenda, hoc unum interest, quod aliæ sententiæ non per se excludunt conditionem aliquam appositam; cum tamen absolutio Sacramentalis nullam licite admittat, quin adsit aliqua gravis causa, quæ ad ejus positionem cogat. Et ratio est generalis pro omnibus Sacramentis, quarum formæ nulla apposita conditione applicari debent, atque ita observari constat perpetuo universalis Ecclesiæ usu, nec est fundamentum aliquod oppositum asserendi, ut ex communi Theologorum consensu docet N. Franciscus a Jesu Maria de Sacram, in genere cap. 7, dub. 6, et nos ipsi supposuimus tomo superiori in eodem tract, disp. 7, dub. 2, g 4, n. 43.

Hoc autem motivum æque urget in absolutione : tum ob verba Christi hoc Sacramentum instituentis, quæ non sunt conditionalia, sed absoluta, tum ob Conciliorum doctrinam, qua absoluta, et non conditionata præscribitur forma : *Ego te absolvo, etc.,* ut liquet ex supra dictis. Quocirca D. Thomas in hoc articulo, præcipue vero solut. ad 4 statuit collatam fuisse Apostolis potestatem operandi instrumentaliter ad remissionem peccatorum. Hæc autem potestas non est sub aliqua conditione illis commissa, sed absolute, et simpliciter. Et ideo solutione ad 5 docet Ministrum loqui non quasi de re incerta, sed ut certum effectum habente ex virtute passionis Christi : unde ex parte ministri nulla esse debet conditio, nec licite potest apponi, si non interveniat aliqua rationabilis causa. Porro quod ex parte subjecti ad percipiendum effectum absolutionis de-

beat supponi hæc conditionalis, *si sil recle disposilum ;* hoc non reddit absolutionem conditionatam. cum quia hæc conditio est generalis omnibus Sacramentis, et conditiones generales, et generaliter exacta? non reddunt Sacramentum conditionatum. Tum quia ea conditio se tenet ex parte subjecti, quod debet esse capax ne dum Sacramenti, sed etiam effectus ipsius; non vero se tenet ex parte formæ, nec apponitur ab ipso Sacerdote. Præsens antem difficultas solum procedit de conditionibus libere a sacerdotibus apponendis.

Qc.r<-lionis 1110135.

Quoiuplex sit conditio,

179. Ut ergo quaestionis titulum extricemus supponendum est cum Cajetano in summa verbo *Absolutio* tripliciter posse conditionem apponi, vel de præterito. utputa dicendo *ego le absolvo si jam ablala restituisti.* Vel de præsenti. ut si diceret : *Ego le absolvo, si esi libi attritio supernaluralis,* vel tandem de futuro absolvendo sub conditione in posterum extitura. Et hoc adhuc dupliciter vel taliter quod absolutionis fructus non suspendatur in futurum, sed percipiatur de præsenti, quamvis in posterum maneat onus implendi præceptum, ut frequentius accidit in satisfactione. Vel ita ut effectus absolutionis suspendatur, et absolutio ipsa porrigatur usque ad purificationem conditionis in futurum. Quibus suppositis facile decidilur difficultas sequentibus assertionibus.

§ UNICUS.

Triplici assertione nodus dissolvitur cum *appendicibus.*

Assertio pmna'

ISO. Dicendum est primo justa, ac rationabili causa interveniente, tam valide. quam licite impenditur absolutio sub conditione de præterito. Est communis Theologorum sententia, quin opus sit aliquem in particulari referre. Et probatur quoad illam partem, quæ affirmat validam esse absolutionem cum conditione de præterito. Nam potissimum, imo et unicum iundamentum excludendi conditionem a Sacramentorum formis est suspensio effectus usque ad illius positionem : sed conditio de præterito non suspendit absolutionis fructum, nec reddit absolutionem vere conditionatam : ergo absolutio cum conditione de præterito ex genere suo non excludit effectum absolutionis, et consequenter rite potest apponi justa id exigente causa. Minor hujus syllogismi constat : nam propositio conditionalis purificata con« ditione transit in absolutam : sed conditio de præterito jam fuit purificata, quando impenditur absolutio : ergo conditio de præterito apposita absolutioni non suspendit ejus effectum. Major etiam liquet: non enim alia ratione ablegari debet a qualibet forma Sacramentali conditio, nisi quia effectus Sacramentorum sunt infallibiles, utpote qui non pendent ex voluntate humana, sed ex divina principaliter, et infallibiliter operante, positis omnibus ad Sacramenta requisitis. Quod enim pendeant in fieri ab intentione ministri, non refert, nam hæc ut sit recta debet esse conformis voluntati Christi et Ecclesiæ, quam constat ex ipsius verbis, et hujus traditionem esse absolutam, et infallibilem, subindeque absque ulla ex parte Dei conditione sortiri effictum ad instar causarum naturalium, quæ si non impediantur, illico se exerunt in effectus. Hinc Consequentia probatur : quoniam ut tenet commune Philosophorum proloquium, *Ubi affirmatio est causa adxquata affirmationis, negatio est causa adxquala negationis;* atque ideo si suspensio effectus est ratio adæquata excludendi conditionem ; non existente suspensione, nulla est ratio non admittendi conditionem, justa id exigente causa.

Ca viter, cosditio de preterit.

Hujus autem exigentiae motivum oriri quidem potest, vel ex parte ministri, vel ex parte suscipientis. Sane ex parte illius, vel quia immemor, vel quia alio distentus rationabiliter hæret anceps, an protulerit verba, vel non. Quo casu ne dum potest, sed etiam tenetur sub conditione dicere : *Si non es absolutus, ego te absolvo,* nam supposita confessione, et recta dispositione pœnitentis tenetur minister perficere sacramentum , et obviare periculo ipsum inabsolutum reliquendi. Quod fieri nequit in casu rationabilis dubii, nisi conditionalitermodo prædicto absolvendo. Diximus, *rationabilis dubii:* quoniam ut bene observavit Granado in præsenti sec. 3, non cuilibet scrupulo, timori, aut suspicioni, illico cedendum est; alioqui enim qualibet levissima causa apponerentur conditiones non absque gravi injuria, et irreverentia Sacramentorem, contra id quod Christus docuit et Ecclesia in eorum administratione faciendum præscripsit. Qui enim sub conditione absolvit, ex modo absolvendi indicat incertitudinem, quam tamen vitare tenetur, nisi aliunde cogatur, ut certum Sacramentum evadat, et ita evenit in casu prædicto.

Granato

Conditio de præ-tei >to k-ne*.

prædicto. Jlinc arcen las, el procul abigondas ease conelat conditiones inutiles, et neutiquam necessariae, ul si diceret · *Si heri ambulasti, ego te absolvo;* hæc quippe, et aliæ similes nequeunt apponi absque irrisione, et gravissima Sacramenti injuria. Qui onim ita so gereret se exponeret periculo Sacramentum irritum reddendi, et aliunde gratiam Sacramenti vinciret ridiculis, et omnino impertinentibus conditionibus contra praescriptum Ecclesiæ in te gravissima.

Ei apii Quod vero ex parte recipientis aliqua possit suboriri causa dubitandi, et consequenter conditionaliter absolvendi, constat in casu tum restitutionis , qua proxime obligatur, tum occasionis proximae abjiciendae, de quibus absolventi non constat, cum ipsi constiterit de obligatione ; vel ' quoties pcenitens tam dubie manifestat peccata ut nihil certi ex confessione habeatur, nec adest recursus ad peccata certa. In his enim et similibus casibus haud raro occurrentibus, tam valide, quam licite potest apponi conditio, ut certitudini consulatur sacramenti. Unde et tenetur Sacerdos dicere, *si restituisti, vel ab occasione proxima recessisti, rei materiam coram Deo sufficientem apposuisti, ego te absolvo, etc.* Profecto si in his, et similibus casibus aliter se gereret minister, ingenti periculo se exponeret vel irritum vel illicitum conficiendi Sacramentum. In quo nullum, quod sit momenti, apud Authores invenimus desi-

181. Dicendum est secundo conditiones & de præsenti nec invalidum, nec illicitum reddere Sacramentum, si justa eas apponendi affuerit ratio. In hac etiam assertione conveniunt communiter Theologi Gajetano astipulantes. Ejus fundamentum est prorsus idem, ac præcedentis. Nam conditio, quæ non suspendit effectum Sacramenti, non illud reddit invalidum; sed conditio de præsenti non suspendit effectum Sacramenti, usque ad aliud tempus, ut patet : nam si vera est, statim Sacramentum sortitur effectum. Sin autem, nullum conficitur, sed debet iterari tam confessio, quam absolutio : ergo non reddit irritum Sacramentum. Alias potest intervenire urgens motivum illam apponendi : ergo ex hac parte non constituit Sacramentum illicitum, seu quod idem est, illicite ministratum. Minor subsumpta probatur in casu dubii usus rationis in pueris, vel in amentibus, nec non in dubio rcctæ dispositionis ex parte pcenitenti», vol materiæ sufficientis, ac demum quoties rationabiliter manet anceps sacerdos circa vrtam pœnitentis. In omnibus enim his casibus, ut alios pluies possibiles omittamus, tenetur sacerdos apponere conditionem cuique propriam, ut ex una parte subveniat pœnitenti medio Sacramento, et ex alia occurrat periculo irreverentiæ, et sacrilegii imminentis indignum vel incapax absolvendo. Et ideo si accedat Sacerdos ad absolvendum hominem , quem videt exanimem, de quo proinde rationabiliter dubitet, an e vita exciderit; procul dubio absolutioni conditio apponenda est, ut consulatur Sacramento, et caveatur periculum illud frustrandi.

182. Nec audiri debet Caramuel in sna Theologia fundamentali, ubi fundamento 66, g 14, η. 1879, lotus est in negando nemini subesse posse dubium de vita, et morte hominis adulti. Et rationem, non qua suadetur tantum, sed qua demonstretur, tradere sibi videtur ; nam ubi ratio aliqua gravis succurit, evidens est non esse locum prudenti dubio ; sive enim istud sit negativum, sive positivum quamlibet rationem gravem excludit, et- consequenter ubi adest aliqua ratio gravis, non remanet dubium, vel negativum, vel positivum. Atqui in morte hominis adulti aliqua gravis ratio succurrit : non ergo circa mortem hominis est locus alicui dubio, sive negativo, sive positivo. Probatur Minor : quia possessio fundat rationem gravem omni opinione certionem : sed in nomine stat possessio pro vita, non vero pro morte : ergo quousque certo habeatur ut mortuus, semper censendus est vivus, et ut talisr eputandus, atque ideo nequid sub conditione absolvi. Cara- Γβ™π4αΓ.

Sed contra, nam hujusmodi propositiones vel ambiguæ, vel vix probabiles sunt : quoniam adhuc stante ratione gravi pro una parte contradictionis, potest stare alia æque gravis pro opposita, et consequenter manet judicium anceps, quin alicui earum determinate adhaereat : quia licet inter mortem, et vitam reipsa non detur medium in homine; datur tamen inter judicium affirmans esse vivum, vel mortuum ob indicia vehementia, quæ occurrunt pro morte, et possessione, quæ stat pro vita. Unde stat probabiliter esse vivum, et probabiliter esse mortuum. Et in hoc eventu nequit certo impendi absolutio, nec certo negari, sed debet conditionaliter ferri ; alioqui enim certo peccaret minister ob periculum 2:.

frustrandi Sacramentum mortuo applicatum, vel illo injuste privandi vivum.

Qoid Je s licot. in fotu-rum.

183. Major difficultas est circa conditionem de futuro, quod est tertium membrum ex supra recensitis. Porro si conditio de futuro non in id tendat, ut effectum absolutionis usque ad tempus futurum pertrahat, sed ita absolvat, quod non ultra remaneat, nisi onus implendi opus impositum ; non apparet quare damnati debeat absolutio ; si quidem hoc modo facta, non est formaliter conditionata. sed absoluta, et praeceptiva, et reddit hunc sensum : *Ego te absolvo cum onere cras hoc vel illud recitandi, vel restituendi.* Hoc enim pacto imponitur satisfactio post absolutionem adimplenda, quin absit, sed potius pars integralis sit Sacramenti. Et in hoc sensu nulla est, aut esse potest controversia, quoniam ibi non est conditio de futuro, sed obligatio operis in posterum faciendi.

DopliCb terse habet 'detu'0 tnro.

184. Duplici ergo alio modo se habere potest conditio de futuro, et quilibet eorum est difiicuhati obnoxius. Primo quidem si dicatur absolutionem, quando profertur, nihil operari defectu intentionis, quia nimirum ex parte ministri non erat intentio absolvendi tempore prolationis ; sed solum post purificatam conditionem. In quo casu tam absolutio, quam ejus effectus manebant suspensa : valeret tamen illa prima absolutio, quatenus manebat virtualiter, et moraliter perseverabat usque ad conditionem , et ea posita absolutio, quæ fuerit conditionata transibat in absolutam, et absolutum induebat effectum. Et in hoc sensu non defuisse Theologum, qui hoc propugnaret, ut speculative probabile stando rationi testatur Lugo sect. 5, n. 108

Cardina-lis Logo.

185. Alter modus explicandi conditionem de futuro consistit in eo, quod tempore prolationis vera sit intentio obsoivt-ndi de præsenti; dependenœr tamen quoad effectum a conditione de futuro, ita ut non ponatur ille usque ad positionem conditionis. Juxta quem sensum, qui est germanior, et communius concipitur, absolutio non suspenditur, sed dumtaxat remissio ; et ideo purificata conditione statim pullulat effectus, secus vero si conditio non apponatur. Ad eum sane modum, quo in aliquorum sententia, contractu matrimoniali conditionaliter inito, ad præsentiam conditionis apiositæ, statim transit in absolutum absque ulio alio contrahentium novo actu, et incipit ligare, quos defectu solius conditionis minime vincie-

bat. Unde difficultatis nodus in quolibet horum sensuum dissolvendus est, ut cuilibet tergiversationi præcludatur effugium,

186. Dicendum ergo est tertio nullam esse absolutionem cum conditione de futuro alterutro horum modorum factam. Ita communiter Theologi, quin aliquis hactenus fuerit ausus oppositum determinate, et in publicum eruere ex his quos consuluimus, et sunt non pauci, unicum si excipias Navarrum, de Pœnitentia dist. 6, cap. 1, in principio, n. 62, 63 et 64. Ubi dubitat de assertionis veritate, nec illam audet absolute definire, nescio quo argumento ex cap. Præterea 2, *de Appellationibus,* in quo supposuisse videtur Celestinus Pontifex validam esse excommunicationem sub conditione; quamvis si interponatur appellatio ante conditionem impletam, suspendatur.

Nnwr.

pS-rd. Ce!ô> 65$.

Quam dispar tamen unius ab altero sit ratio, nemo est, qui non videat ; nam excommunicatio est effectus juris distinctionis extern®, ad quam ferendam non intervenit actus proprie Sacramentalis, qualis est absolutio ; hæc enim concernit forum internum. Nec etiam excommunicatio petit, vel habet materiam certam, sed vagam, et dubiam, cujus oppositum opposita de causa postulat absolutio ; nec similiter hactenus in Ecclesia fuit præscripta excommunicationi determinata verborum forma ad ea innodandum, vel ab ea expediendum ; cum tamen absolutio, nisi sub determinata verborum forma valide nequeat conferri. Ex quibus, et aliis pluribus cuilibet obviis discriminibus liquido constat excommunicationis veritati non obesse conditionem de futuro, secus vero absolutioni : atque ideo inepte fieri argumentum ex illa ad istam; alioqui enim non minus impendi posset absolutio per internuntium, aut Scripturam, quam communiter dari consuevit excommunicatio, quod est falsum, et absurdum.

Ratio p cwdi· siosif.

187. Unde omissa illa Navarri hæsitatione, ut nihil ad præsens referenti, probatur primo conclusio ratione supra insinuata. Quia conditio, quæ vel impedit, vel suspendit effectum Sacramenti, nec licite, nec valide potest apponi : sed conditio de futuro adjecta absolutioni impedit, et suspendit effectum absolutionis : ergo nec licite, nec valide illi potest apponi. Major constat, nam qui serio intendit, et intendere debet verum conficere Sacramentum juxta præscriptum Ecclesiae, nec licite, nec valide

valide potest apponere, quod ipsi Sacramento, et ejus effectui direc adversatur. Minor vero probatur ex ipsa Sacramentorum institutione, ax qua habent esse signa practica secum infallibiiiter afferentia gratiam, si ex parte recipientis non sit obex : sed conditio de futuro hoc impedit, cum suspendatur gratia usque ad positionem conditionis : ergo conditio de futuro impedit fructum absolutionis, atque ideo reddit Sacramentum inefficax, et invalidum.

Catiin. Confirmatur, et explicatur evertendo primum modum explicandi supra indicatum. Quoniam ex Christi institutione, traditione Ecclesiæ, et diffinitione Conciliorum forma absolutionis debet exhiberi per formalia, et expressa verba, et his ita expressis, ac formalibus verbis præcipua Sacramenti vis allegata, et promissa Tr&it. est, ut expresse docet Tridentinum : sed hoc penitus evertitur per conditionem de futuro illo modo explicatam : ergo in illo explicandi modo non recte salvatur, quin pessum it veritas Sacramenti. Cætera constant præter Minorem, quæ facile suadetur : siquidem remissio, quæ inibi fieret, non quidem fieret per verba formalia, utpote quæ elapsa sunt, et in se non remanent : nec similiter queunt aliquo vero influxu, qualis debetur Sacramentis, ad effectum concurrere ; ergo tantummodo fieret intenta remissio per verba virtualia. virtualiter seu moraliter existentia : cum tamen fieri debeat per formalia verba in quibus præcipua Sacramenti vis sita esse dicitur.

Eo vel maxime : nam si sufficerent verba virtualia, et non requirerentur formalia ad inducendum effectum absolutionis, nulla esset ratio irritandi absolutionem datam per nutus, internuntium, et scripturam. Consequens est falsum ut constabit ex infra dicendis : ergo etiam illud ex quo sequitur.

ürçetar. Ad hæc. Quod verba præcesserint non facit quod ipsa se ipsis eleventur ad producendam gratiam siquidem ipsa per se ipsa non influunt, sed quatenus moraliter permanent : ergo verbis formalibus ut formaliter prolatis non defertur remissio, sed tantum ut moraliter permanentibus, quod est contra propriam rationem, et institutionem hujus Sacramenti, ex quibus habet verbis formaliter talibus constitui.

Confirmatur, et explicatur secundo diruendo ex eadem radice motivum alterius modi explicandi. Etenim Sacramenta novæ legis ex sua institutione habent esse signa practica producentia gratiam in eodemmet instanti, in quo forma applicatur materiæ; quod nullus sanie mentis negare poterit, quin aperte Ecclesiae, et Conciliorum doctrinæ refragetur : ergo contra valorem Sacramenti erit apponere formam cum conditione suspendenti effectum usque in futurum. Probatur Consequentia, quando quidem operaretur minister contra institutionem ipsius Sacramenti, et de signo practice, et absoluto ipsum redderet conditionatum, qualiter non fuit a Christo Sacramentorum Authore institutum. Et formam absolutam, qua uti debet absolvens, faceret conditionatam, quo nihil magis adversum essentiæ Sacramenti.

Urgetur, et explicatur ulterius. Nam minister ut verum conficiat Sacramentum, tenetur se confirmare intentioni Christi, et Ecclesiæ : sed qui absolveret sub conditione de futuro suspendenti in crastinum v. g. illius fructum, non se conformaret intentioni Christi, et Ecclesiæ, quin potius aperte illi resisteret : non ergo verum conficeret Sacramentum. Major et Consequentia non indigent probatione, Minor vero liquet, nam intentio Christi, et Ecclesiæ cunctis fidelibus nota, et manifesta fuit, quod Sacramenta novæ legis in ipsomet puncto applicationis formæ ad materiam vel toto illo decurrenti tempore ministerii (ut ab opinionibus præscindamus), sortirentur effectum infallibiiiter absque ulla hæsitatione ex parte Sacramenti : sed absolvens sub conditione, quasi dominus, et non minister Sacramenti, et gratiæ illius illam vellet suspendere usque ad positionem conditionis : ergo operaretur ita absolvens contra intentionem Christi, et Ecclesiæ, atque ideo nullum reipsa Sacramentum efficeret.

Robora- tar.

188. Sed ecce urget instantia Matrimonii, quod esse verum Sacramentum novæ legis nemo ambigit; et tamen sub conditione initum suspenditur ejus effectus donec purificetur conditio; quin inde sequatur aliquid contra ejus essentiam ne dum in ratione contractus, sed etiam in ratione Sacramenti. Id quod adhuc magis urgeri, et explicari potest in conditione debiti cui maxime acct dit peccati remi sio medio Sacramento. Et tamen condonatio debili potest fieri sub conditione de futuro, ita ut ea impleta, statim obliget condonatio : ergo similiter in absolutione Sacramentali

Matrimonii instantia nulla ostendi tur.

theologizari poterit absque inconvenienti irritandi Sacramentum.

Ιπω '* 189. Horum exemplorum occasione latissime excurrit Lugo in præsenti a num. 120, usque ad num. 133, ubi plura immiscet de contractibus, et eorum valore, quæ nec licet, nec labet examinare; sed alio, ubi propriam sedem sibi vindicant remittenda sunt. Disparitas quoad primum est, quoi Matrimonium, qua ratione est contractas naturalis, iniri potest et absolute, et condilionale nedum inter præsentes, sed etiam inter absentes, et longissime distantes, sicut et cæteri contra status civiles. Qua vero supennduit rationem Sacramenti ex Christi elevatione, sicut non confert gratiam Sacramento propriam, donec purificetur conditio, ita non etiam obit rationem Sacramenti perfecti, et completi usque ad positionem illius : sicut enim non obtinet rationem contractus absoluti. dum est dependens a conditione, sed est conditionatus, ita nec est absolute, el simpliciter Sacramentum ; sed ut ita dicamus; conditionatc, donec verificetur conditio; et consequenter nihil mirum posse illius effectum suspendi usque ad positionem absolutam ejusdem in ratione Sacramenti. Hujus autem non est alia ratio, quam Christi institutoris voluntas, quæ contractum matrimonialem ad rationem Sacramenti elevavit : et ideo quoties in ratione contractus manserit conditionatus, nequit obire rationem perfecte, et practice significandi, quæ est de essentia Sacramenti.

Nou sufficit punit- easse conditio- nem. Nec etiam sufficit utcumque purificari conditionem, ut in rationem Sacramenti resiliat; sed post Tridentinum requiritur, ut de substantia illius, assistentia parochi, et testium, adimpletio conditionis, vel saltem veridica testificatio, dummodo antea non præcesserint ad contractum conditionutum, sicut communiter non præcedunt.

N. Cars. Ut ox communi sententia docet N. Cursus Moralis de Matrimonio cap. 2, dub. 2, ubi pro ea *eotentia refert Ledesma, Coninch. Bonacina, Trullench, etplures alios. Quod argumento est toto præcedenti tempore non objisse perfectam, et absolutam Sacramenti rationem.

ma. Coninch. Itona- ciua. Trul- louch.

Nun teaere i hat doctri- nam j. ostendi ton 190. In nostro autem casu hæc doctrina nec apparenter habet locum ; siquidem ab initio posita sunt omnino necessaria ad essentiam, et valorem Sacramenti, nimirum materia proxima ex parte pœnitentis, et forma absolute ex parte ministri Unde vel debet illico sortiri offectum ipsa absolutio, ut Christus statuit, vel debet esso nulla ob contraventionem intentionis Sacerdotis intentioni Christi, qui noluit gratiam Sacramenti ex parte sua, ct sui vicarii manere suspensam. Unde exemplum retorqueri debet in eo utentes sub hac forma. Nam quoties matrimonium tam in ratione contractus, quam in ratione Sacramenti est perfectum, quin sub neutra ratione aliquid illi deficiat; non suspenditur, aut suspendi valet ejus effectus ex intentione ministri. Sed Sacramento Prenitentiæ nihil deficeret ex sibi essentialibus in casu argumenti, nisi recta intentio faciendi quod praescribit Ecclesia, et Christus determinavit. Vel ergo est nullum Sacramentum, vel si est verum, nequit ejus gratia suspendi in crastinum ob conditionem appositam.

Opposi- tus discar- sts tens. 191. Et hæc quidem intelligi debent huc admissa illa sentantia, quam supponere videtur objectio, nimirum promissionem conditionatam matrimonii purificata conditone, sortiri effectum absque novo consensu ratihabitionis promissionis factæ, atque ideo absque ullo alio actu transire in matrimonium absolute post adimpletam conditionem. Si vero teneamus oppositum, quod affirmant graves discipuli D. Thomæ, ut Cajet. Soto in 4, distinet. 29, q. 1, art. 1, conci. 3. Ledesma 3 p. q. 47, ari. 5, dub. 7, conci. 2. Bartholomæus de Ledesma, Bjsilius, N. Cornejo, Gonet, disp. 4, art. 5, n. 114, ex extraneis Suarez, et alii plures, quos refert N. Cursus moralis, et videtur approbasse D. Thomas in 4, dist. 29 et infra q. 47, art. 5, dum docuit quod si conditio est de futuro, et contingens, *tunc idem est judicium de tali consensu, sicut de consensu, qui fit per verba de futuro, unde non facit matrimonium.* In hac (inquam) sententia, quæ magis semper arrisit, et solidior, ac sanior nobis videtur, totaliter argumenti vires dehiscunt, et illo exemplo magis conclusio posita roboratur. Tum quia nullum est matrimonium, quod nun petat novum consensum absolutum post conditionem impletam ; et si deficiat novus consensus, deficiet matrimonium in ratione Sacramenti : non ergo constituebatur in ratione Sacramenti per promissionem conditionatam, et ilem dicemus dc absolutione. Tum etiam quia de ratione Sacramenti novæ legis est in sui primo fieri concurrere ad gratiam physice instrumentaliser, quantum est de se, ut est inconcussa

Cijel Solo. Leda- Ω1. Basi- ώώ N. Cor- Sawn, D.Ttoo.

concussa Thomistarum doctrina ; sed matrimonium non concurrit neque concurrere potest physice ad gratiam, quin existât physice; non autem exislit physice, quin interveniat novus consensus ; siquidem conditio nec est Sacramentum, nec pars Sacramenti, sed quid adventitium, et omnino extraneum : non ergo oblinet ralionem Sacramenti ox vi consensus conditional], nec similiter absolutio itidem sub conditione lata. Quare ut objectio teneret, opus erat recurrere ad ratihabitionem, et novam absolutionem ministri, cui non est locus; cum contingere possit, vel e vivis jam discessisse, vel longissime stare, ubi non ipsi constare queat de adimpleta conditione. Et ideo ex nullo capite urget prædicta instantia.

FfKls- iiir. 192. Nec refert coincidentia in ratione contractus, et ratione Sacramenti, respectu matrimonii, ut ex adverso opinantes causari possunt. Nam ratio contractus supponitur ad rationem Sacramenti, et non est eadem utriusque essentia, sed longe alia, quoniam sub ratione contractus præsupposita permittit iniri, sive absolute, sive conditionate de futuro, ut cæteri alii contractus legales. Sub ratione autem Sacramenti. quæ est elevatior, importat essentialiter esse signum practicum, et infallibile gratiæ in ipsius administratione recipiendæ. Et ex hoc capite excludit conditionem de futuro, quia gratia suspendatur, ut reliqua alia Sacramenta.

Crjrtzr Præterquam quod sub prima consideratione non regulatur, nisi per leges positivas, et humanas ad mutuam inducendam obligationem inter contrahentes; at vero sub secunda non aliam habet regulam, quam voluntatem Christi decernentis omnia Sacramenta novæ legis absque ullo inter ea discrimine esse signa practica, et infallibilia gratiæ in ipsorum administratione, et receptione nanciscenda?. Quare quoad hanc partem illa exceptio Matrimonii ut voluntaria, et absque fundamento abjici debet. Si qua enim versatur differentia inter matrimonium, et cætera Sacramenta, ea quidem se tenet ex parte contractus præsuppositi ; et quia ad legitime paciscendum, etiniendum contractum non requiruntur formalia verba, sed sufficiunt, vel rescripta, vel nutus, vel interpositi nuntii, quantumvis longissime distent, et invicem sint incogniti contrahentes; idcirco potest quolibet ex his modis contractus matrimonialis celebrari. In ratione vero practice significandi gratiam, quo pacto superinduit elevationem, et rationem propriam Sacramenti, nulla est exceptio hujus ab aliis Sacramentis novæ legis; atque ideo inepte ab una ad aliam Iit argumentum, quin imo oppositum ut conformius D. Thomæ, et veritati tueri debemus ejus discipuli, quidquid Sanchez, et alii extra ejus Scholam aliis principiis ducti nobis obstrudant. Sanchez,

Est vero observandum cum Lugo disp. 13, sect. 6, num. 150, in hac materia præstare argumentum ab aliis Sacramentis ad unum Pœnitentiæ, quam unius ad alterum. Quocirca urgentiorest instantia aliorum Sacramentorum, quam unius tantum matrimonii; nam alioqui ex hoc Sacramento recte argueretur ad alia omnia, et consequenter omnia solis nutibus, et inter absentes possent rite, el recte celebrari, et alia plura absurda deduci possent. Lugo.

Et hinc constat ad secundum exemplum condonationis debiti sub conditione- de futuro, quam quidem, quia pure humana est, concedimus obligare, et effectum sortiri posita conditione. At vero condonatio. quæ fieri debet media absolutione, quia divina est, et debet præscribi juxta Christi voluntatem satis manifestam ex Scriptura, Conciliis, et Ecclesiæ traditione non patitur moras suspensionis, et dilationis a conditione de futuro ; sed vel in ipsa absolutione nanciscenda est, vel nulla absolutio evadet, ut constat ex dictis. Dispelli- tar exem- plum

-193. Si vero inquiras quid dicendum sit de hac absolvendi forma : *Ego te absolvo si Deus scit luam crastinam restilutionem ?* Respondetur de ea non satis convenire inter Authores. Nam sunt qui prædictam absolutionem ut omnino nullam succenseant, ut Coninch. p. 64, art. 8, dub. 2, conclus. 2. Aversa quæst. 12, de Pœnit. sect. 4, § *si demum* Suarez tom. 3, in 3 p. disp. 79, sect. 9, § *ex didis,* quibus a se relatis adhæret Prado in præsenti dub. 7, n. 10. Eam tamen esse validam affirmant Lugo ubi supra an. 134. Bernal disp. 17, de Sacramentis sect. 2, β 5, num. 100, Arriaga, disp. 50, sect. 3. Martimon. disp. 52, sect. 4. N. Antonius a Spiritu sancto de Prenit. tract. 5, disp. 2, sect. 7, num. 41. Nec dissentit Suarez disp. 13. sect. 3, β *sed urgebis.* Respon- altg^U5 quesiiun- culæ· coninch. Aversa, Suarez, Prado, Lugo, Beroaid. Mani-' nius.

194. Nos autem censemus distinctione opus esse ; nam vel ponitur pro conditione sola scientia Dei, vel eam etiam ingredi- distme- lioue rdetur”

ditur crastina restitutio, ita ut tota illa propositio se habeat ut pura conlitio ad absolvendum. Si tantum scientia Dei sumatur pro conditione; profecto non redditur invalida absolutio, quia cum ea sit praesens, eadem ratio militat de illa, ac de condicionibus de praesenti, atque ideo suscribendum est Lugoni, et cum ipso relatis. Nec in hoc sensu refragari debent Authores primæ sententiæ affirmantes conditionem de præsenti non reddere nullam absolutionem.

Qualiter scientis Sei conditio- *ingredi* possit,

Si vero non solum Dei scientia ingrediatur conditionem, sed etiam ipsa restitalio crastina, quo pacto adest duplex conditio æquivalenter, et quasi mixta ex una de præsenti, et altera de futuro, quamvis ut subest scientia Dei, ita sit infallibilis, et necessaria necessitate suppositionis; asserendum est absolutionem esse nullam, in quo etiam debent convenire Lugo, et alii secundam sententiam amplectentes. Et ratio est, quia conditio de futuro, quantumvis ea sit necessaria, suspendit effectum absolutionis usque ad terminum præfixum in conditione, ut uniformiter supponunt utriusque sententiæ patroni : sed conditio quæ suspendit fructum absolutionis destruit, et irritam facit absolutionem : ergo cum illa conditio sit de futuro, oportet affirmare esse adversam, et repugnantem absolutioni. Quam sensum secuta

CaHuma' Congregauo.

v*^elur ^acra Cardinalium Congregatio, dum prohibuit anticipatam Missarum oblationem pro illo, quem Deus præscit primo eleemosynam largiturum, idqne explosit ut scandalosum, et nimirum abhorrens

ClemooL VIIL Barbosa.

a vetusto Ecclesiæ more jussu Clementis VIII, ut refert Barbosa tom. 1 de potest. Episcopi allegat. 24, num. 12, vel ut inquit Lugo in præsenti num. 138, de

Paul, V Caédi M- Guevara,

mandato Pauli V, ad instantiam Cardinalis de Guevara Præsulis Hispalensis. Et ratio decidendi est omnino eaiem ; quia nec est in potestate Sacerdotis suspendere fructum sacrificii hodio celebrati, usque in crastinum; quoniam applicatio valoris vel comitatur celebrationem, vel ab ipsam præsupponitur, nec in incertum vadat. Nec etiam est in facultate ministri instruinentaliter operantis suspendere, et quasi in æquilance relinquere fructum absolutionis, quem non aliter Deus decrevit expendere, nisi inedia sui Vicarii intentione; atque ideo hac suspendente effectum usque ad tempus in conditione præfixum apponitur obex inlluxui, et rartsalitati divin.e, quæ est ut ita dicamus ligata, et affixa positioni Sacramenti. Porro discrimen inter hanc, et illud exemplum solum stat in eo, quod in applicatione valoris Sacrificii illo modo facta non est defectus ex parte ipsius sacrificii, quia ad ejus essentiam non prærequiritur determita applicatio pro hac, vel illa persona, sed se ipso cedit in cultu Dei, et ejus valor non recte applicatus accrescit Ecclesiæ thesauro. At vero in appositione conditionis de futuro in Sacramento redundat defectus in ipsum Sacramentum, quod essentialiter postulat intentionem recte absolvendi conformem intentioni Christi ; et hæc deficit quoties appositi fuerit conditio de futuro.

a ù 'I3*5^-

195. Hinc rursus inquires : An si Sacerdos ex ignorantia apponeret conditionem de futuro ; cum tamen vellet, ut protinus sortiretur effectum, non expectata conditione, utrum verum conficeret Sacramentum? Respondetur affirmative, quoniam in illo casu perinde se haberet conditio, ac si non fuisset apposita, et salvaretur vera, et absoluta intentio non adversa institutioni Sacramenti. Peccaret tamen gravissime ita absolvens, siquidem ex modo absolvendi indicaret conditionatam exhibere conditionem pluribus titulis illicitam, ut asseruimus, et invalidam, si suspenderet effectum. Quia vero in facta hypothesi ex intentione proferentis non suspendebat effectum, et reipsa coram Deo erat absoluta, idcirco teneret. E converso vero (ut aliam interrogationem fieri solitam decidamus) si absolveret Confessarius absolute, cum intentione tamen differendi effectum pro aliqua mora temporis; valeret quidem absolutio, sed non minus graviter delinqueret, et in vanum dilationem vellet, quia posito semel Sacramento non est in potestate Sacerdotis protrahere, aut impedire effectum illius et in prædicta hypothesi non suspenderetur. De quo videri potest Granados in præsenti disp. 6, sect. 3, n. 23.

Cc«b-

Alia qaæi- lis^a detist

196. Præter has quæstiunculas est et alia hic resolvenda scilicet : sitne licita, aut valida absolutio dimidiata, et partialis? Quod dupliciter potest iutelligi, vel ita ut sit partialis, et dimidiata ex parte formæ, et in hoc sensu nemo est, qui affirmet ; sed incunctanter docent omnes scholastici nec licite, nec valide posse dimidiari absolutionem. Et ratio est manifesta, quia licet absolutionis verba essentialia sint plura, omnia tamen per modum unius substernuntur

Aiien,ei graMK qsÆSt». Dî^« sessas.

Mα

tio.

nuntur significationi Sacramentali, quæ est prorsus indivisibilis : ergo nec hæc, nec ejus substractum in ratione substracti patitur mediationem, aut divisibilitatem ; sed vel omnia debent coire ad veram, et licitam formam Sacramenlalem ; vel nihil Sacramenti formaliter permanet, si dimidietur, et dividatur ejus forma.

An ex paHe ^eat nrtii-lis?

Vol est sensus posse formam dimidiari, ex parte peccatorum, taliter quod aliqua absolventur, aliqua vero inabsoluta remaneant. Et hoc quidem aliqui locum habere existimant adhuc præscindendo ab ea quæstione infra discutienda, *an unum peccatum possit sine alio remitti,* et ab alia inferius etiam enodanda de peccatis reservatis Superiori, *qualiter vel ab illo, vel ab inferiori impendi debeat absolutio, dum quilibet pro suo Jure absolvit.* His itaque præcisis difficultatibus gravioribus, Joannes de Medina Codice de Confessione, q. 2 : *De absolutione obliti* non improbabiliter sustineri posse affirmat, absolutionem Sacramentalem non se porrigere ad peccata ea memoria lapsa, sed sistere tantummodo in expansis seu explicatis. Tum quia nullus judex recte fert sententiam, quæ sit valida, et justa super incognita, nam ut bene usurpat Concilium Tridentinum sess. 14, cap. 2, verum alias proloquium, *quod ignorat medicina, non curat.* Sed Sacerdos absolvens agit judicem inter Deum offensum, et hominem peccato obnoxium : ergo Sacerdos media absolutione non fert sententiam, et consequenter non absolvit de peccatis in confessione oblitis. Tum etiam, nam alias non subesset oneri peccata e memoria excisa confitendi, siquidem supponebantur remissa per priorem absolutionem ; et non est rationi, et æquitati consonum semel a debito absolutum subjicere obligationi iterum debitum propalandi, et detegendi.

Jm5. de JWin tffiH d(oM-bite c#«I· tOQ.

Trident.

αώο muj *until* tew,

197. Alia via incessit Raphael de Aversa q. 12, de Pœnit. sect. 4' in fine, asserens negandum non esse dolo, et malitia Sacerdotis posse absolutionem dimidiari valide. Et hoc altero ex his modis, vel mentaliter limitando intentionem ad hæc peccata v. g, injustitiae, exclusis aliis contra charitatem ; vel etiam ore proferendo : *Ego te absolvo a peccatis sacrilegii tantummodo.* Quolibet enim horum modorum limitetetur absolutio, tenebit quidem quoad illa peccata a Sacerdote determinata, non vero quoad alia exclusa, siquidem pœnitens bona fide præstolabatur absolutionem integram ; et non est ratio ipsum cogendi ad iteratam illorum peccatorum, de quibus fuit absolutus, confessiosionem. Quare si aliquando ad ejus notitiam pervenerit limitatio Sacerdotis, admonendus erit confessionis faciendæ de solis illis peccatis, supra quæ non cecidit absolutio.

Utraqae sententia est faisaex rridcnt·

198. Neutra tamen harum sententiarum sustinenda est, prima quidem quia periculosa, et manifeste falsa, utpote quæ opponitur doctrinæ Concilii Tridentini illo capite 5, in contrarium allegato, ubi de peccatis e memoria excisis ita inquit : *Deliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse inlelligunlur, pro quibus fideliter eum Prophela psal.* 18 *dicemus. Ab occultis meis munda me, Domine.* Ubi manifestissimum est oblita peccata virtute absolutionis dimitti, non quidem directe, quia expressa non sunt, sed indrecte ; alias non apparet qualiter possent in confessione includi. Quæ etiam fuit doctrina D. Thomæ in 4, dist. 21, q. 2, art. 1, dicentis virtutem clavium se directe porrigere ad abolenda confessa, et indirecte etiam oblita, et inde infert cum ad memoriam fuerint redacta, esse onus confessionis ea subjiciendi, *ut suppleatur quod defuit Sacramentali confessioni.* Et ita tenent omnes alii Theologi contra prædictum Joannem de Medina de potestate clavium non bene merentem, ut supra vidimus, .quatenus sensit peccatum virtute contritionis remitti, non vero virtute Sacramenti, nisi quoad exclusionem a regno coelorum; et absque duce commentus æst absolutionem, quæ non sit reconciliativa, et hanc dimidiari posse judicavit, secus vero de absolutione reconciliativa. Quæ quidem distinctio nemini post ipsum arrisit, cum vel non sit non vera absolutio, vel debet in reconciliationem cum Deo ut in proprium scopum collimare.

Pia). 18.

D.Thom.

Ratio decisionis.

Et hinc sumitur ratio in oppositum. Quoniam juxta doctrinam Concilii, et omnium Theologorum forma absolutionis, in qua præcipua Sacramenti vis sita est, pon alium finem habet, quam Sacramentum Pœnitentiæ, quod essentialiter constituit : sed nullum est Sacramentum Pœnitentiæ, quod non sit medicinale, et de se reconcilialivum hominis cum Deo ; ergo nulla est absolutionis forma, quæ non sit reconciliativa. Unde sicut non admittitur in Ecclesia nisi unicum specie athoma Pie*

*t-

nitentiæ Sacramentum essentialiter reconciliativum, ita non debet admitti absolutio, quæ reconciiiiativa non sit.

199. Porro motiva in oppositum allegata levissima sunt ad pondus tamæ difficultatis sustinendum. Nam quod primo objicit facile dispellitur ex eo, quod sententia Sacramentalis directe solum versatur circa peccata in confessione expressa; virtualiter tamen, et indirecte fertur in omnia, et quælibet occulta : sicut enim dolor ex parte pcenitentis debet detestari ne dum quæ cognoscit, sed etiam quæ ipsum latent; quia oportet esse universalem, et ex motivo universali, quod nullum peccatum vel formaliter, vel virtualiter non excludat, consimiliter et absolutio. Cujus non est alia ratio nisi quia sive pœnitens, sive confessanus tendunt, et tendere tenentur in reconciliationem hominis cum Deo medio illo Sacramento. Non est autem vera reconciliatio, quæ inimicitiam importatam in peccato gravi admittit. Unde Major illius discursus, esto teneret in judiciis pure humanis, in quibus non fertur sententia, nisi juxta allegata, et probata in foro externo a cæteris supersedendo; secus vero in judicio interno, et Sacramentali. Nec Trident, recte allegatur in oppositum Tridentini authoritas; si quidem illa propositio non cadit supra oblita, sed supra scienter ac voluntarie suppressa, ut liquet manifeste integram periodum referendo : *Qui vero secus faciunt, et scienter aliqua relinent, nihil divinx bonitatis per Sacerdotem remittendum proponunt Si enim erubescat xgrolus vulnus medico delegere, quod ignorat, medicina non curat.* Et in hoc sensu explicata Majori, et concessa Minori, nulla est Consequentia.

Dilaitur alterum moiivuou

Paris debilitatis est secundum motivum, ut constat ex nuper tradita Doctrina D. Thomæ : quamvis enim peccata oblita remissa fuerint ex vi absolutionis; dum memoriæ occurrunt, debent subjici Ecclesiæ ministris, cui hactenus ob memoriæ lapsum subjecta non sunt. Et id quidem non ut iterum dimittantur, sed ut suppleatur defectus alterius Confessionis, et Ecclesiæ præceptum execution! mandetur, quo urgentur fideles omnia sua peccata memoriæ occurrentia directe absolvenda proponere. Unde graviter delinqueret, qui ea manifesta non curaret. Quare prædictam sententiam ut falsum, et singularem rejicit Prado § 2, n. 14.

200. Secundam vero sententiam, ut improbabilem refutat Suarez, disp. 31, sect. 1, conci. I, et merito. Nam semel atque pœnitens sit bene dispositus, et Sacerdos serio intendat verum conticere Sacramentum; nequit non absolutionem integram impendere supra omnia peccata ipsi manifesta : quia omnia illius per modum unius sunt materia necessaria absolutionis; nec est in ejus potestate hanc prte illa materiam gravem seligere; sed vel omnia, vel nulla debet comprehendere; quia cum non sit arbiter, sed nudus minister Sacramenti, non illi subest potestas aliter absolvendi, quam Christus instituit, et Ecclesia docet. Constat autem ex utroque capite, nec non ex Concilio Tri- Tridwt. dentino hoc Sacramentum ordinari ad plenam, atque perfectam peccatorum remissionem, cujus proinde fructus est reconciliatio cum Deo, nulla tenus cohærens cum peccato gravi : ergo eo ipso quod Sacerdos serio absolvere intendat, et Sacramentum conficere, tenetur ab omnibus absolvere, et quamlibet inter peccata segregationem abigere; alioqui invalide contra Christi institutionem, et Sacramenti finem procedet. ■

Si vero non serio, sed joco se gerere velit in ejus administratione, ex hoc ipso convincitur ludibrio ipsum exponere nec consequenter velle perficere, ut constat ex diffinitione Tridentini sess. 14, can, 9, τήά«ι. ubi similes absolutiones ut irritas, et nullas damnat. Atque ideo a nullo absolvet, quasi nullum pœnitens confessus fuisset. Nec est simile de absolutione a censuris, quæ quia non est pure Sacramentalis, ut supra diximus potest applicari uni, et non alteri censuræ; nisi in casu absolutionis - Sacramentalis mox applicandæ, ut consuevit præmitti : tunc enim ab omni censura debet necessario absolvi, ne impediatur fructus absolutionis Sacramentalis, quod tamen est per accidens ad absolutionem Censurarum. Ex quibus liquet, quam merito summus Pontifex Innocent. XI, law- anno 1677, die 2 Martii proscripserit hanc propositionem : *Licet Sacramentaliler* exj»a- *absotvere dimidiate lanium confessos, ralione magni concursus pernitentium, etc.* lua.

Maneat ergo inconcussum, et nulli dubitationi obnoxium, sacramentalem absolutionem nec in se ipsa, nec per ordinem ad peccata valide aut licite dimidiari posse in sensu ab illis Aulhoribus intento. Quid vero dicendum sit, intervenientibus casibus

bus reservatis, a quibus dumtaxat superior absolvat, remittendo ad inferiorem pro non reservatis, ex infra differendis circa casuum reservationem constabit.

DUBIÜM V.

Utrum absolutio Sacramentalis possit valide absenti scripto vel internuntio conferri?

I Sutos fani. it illi. Snfiz D. An- 18». Îîire- tra. fitU- Kg P.j'^'

201. Quæstionem aggredimur satis celebrem, et acriter utrinque non diu ante a Theologis agitatam, vix enim editur liberde hac materia, in quo illa prtecipuum non sibi vindicet locum, et merito; utpote quæ est scitu dignissima, et viam sternit ad aliam, quæ de confessione non minori partium contentione discutitur, imo aliqui unam alteri ita annectunt, ut unam et eandem esse velint, cum tamen res sit diversa. Ut ergo expeditius difficultatis scopum attingamus, non abs re esse censemus quid de illa inter partes circumferatur, et invicem reponatur, auscultari. Porro veteres Theologi tam subobscure locuti fuerunt, ut partem affirmativam tenuisse videantur, et eis ascenset P. Suarez in præsenti, disp. 18, sect. 3, η. 2. D. Antonin. Turrecremata, Paludanum, utrumque Soto, quasi licitam aliquando autumaverint absolutionem absentis. Tdque enixius prosequuntur ex recentioribus ejusdem Societatis Theophylus Raynaudus in dissert, de epist. confess. P. Tyrso tom. 3. Select, disp. 35, sect. 1. Matheus Asoya in suis Selectis disp. 6, *de forma absolutionis,* quibus præluxit Fagundez dicens banc opinionem de absolutione absentis in eodem sinu Prædicatorum, et Thomistarum natam, adultam, et extinclam fuisse, qua phrasi illius originem, cursum, et occasum in Patres Dominicanos, refundit quasi non alii illi fuerint prodromi.

Verum relatos D. Thomæ discipulos, et alios ab eo crime (si verum crimen est, et non magis laude dignum, adhuc proprias opiniones a vero deviantes confundere ac ^sepelire) vindicat Martinez de Prado tract. de Confess. q. 3, dub. 1, § V, expensis formalibus eorum verbis: et ante illum Arauxo, Joannes a S. Thoma. Gonet. hie ac tandem Vincentius Baronius l p. suæ Theologi» Moralis, disp. 1, sect. art. 3, reclamaverant ex adverso reponentes aliquorum veterum (non Thomistarum) eam sententiam de absolutione licita, et valida absentis pridem abolitam, in Hispaniam redivivam, ct e cineribus suscitatam apud P. Societatis pullulasse, et ut testabatur P. Dufay tract, de Pœnitentia, prædicta sententia non solum privatim in Collegiis, utputa Vallisoleti, Salmanticæ, et Compluti tanquam sanior e suggestu dictabatur, sed etiam luci publicæ data fuerit ab Henrico Enriquez in sna Summa morali, et deinceps a P. Emanuele Saa in ejus Aphorism's Antuerpi® anno 1599 et postea Lutetiæ anno sequenti, cujus verba refert Gonet in præsenti. Addit vero Joannes a S. Thoma eo rem perductam fuisse, ut ea sententia ad praxim, et fideliam usum redigeretur, ut rumor erat. Et hoc in causa fuit Clementem VIII adeundi, ipsumque de hac re consulendi, ut ejusdem peremptorio judicio, ac sententia lites, et contentiones in dies succrescentes sedarentur, et quid in re tam periculis obnoxia, quam fidelibus necessaria, tenendum foret, statueret, ac ex cathedra determinaret, uti factum esse constabit ex infra subjiciendo decreto.

P. D'J- Henriquez. Emanuele • Saa. Gonei. S.Thoni. clemens VIIf-

202. His circa quæslionis notionem citra præjudicium partium auditis ex ipsismet Authoribus inter se dissidentibus, ut difficultates inter se discernamus animadvertendum duximus aliam esse hanc difficultatem ab ea, quam alioqui versant de absolutione moribundi, qui vel nullum signum contritionis dedit, vel si aliquod exhibuit non fuit in præsentia sacerdotis, sed eo absente : de quo proinde non illi queit constare, nisi ex testimonio) fide digno, et relatione adstantium petitioni confessionis. Hæ enim duæ quæstiones male confunduntur, et non melius hic pertractantur, quando quidem altera pertinet ad tractatum de confessione, ubi propriam sedem habet, siquidem istius nodus non revocatur ad absolutionem, sed hujus vi ae efficacia supposita, reducitur ad confessionem ipsam, an nimirum sufficiat, quod confessio fiat per relationem adstantium, præsentibus pcenitente. et sacerdote, vel non? vel casu quo nullum signum contritionis dederit morti proximus, et rationis impos; an sit absolvendus, necne? Quod quidem longe diversum est a puncto præsenti, ut ex ipsis terminis liquet, de absolutione in absentem directa, sive ea sit per nuntium, sine per epistolam, uti fieri solet absolutio a censuris. Nam quidquid sit de morti proximo, elingui, et sensibus destituto, an sit, vel non sit absolu-

Discretio hujus quæslionis ab alia.

tionis capax ob defectum confessionis extern», quam aliqui sentiunt desiderari formalem, alii sufficere autumant, vel virtualem, vel interpretativam, de quo infra, adhuc superest ambigendi locus : an semel confessus, vel per se ipsum, vel per epistolam, aut internuntium, absens tamen a Sacerdote possit absolutionem accipere. Et hic est nervus totius difficultatis quæ ad Ctaaeas VHf. Clementem VIII delata est. et quæ ad praxim reducebatur quoad partem affirmativam.

Discrd-hor.is nhn. Et quidem rem ita esse convincitur sequenti discursu, nobis evidenti. Nam si ea necessitas intercederet inter illa dubia, quam juniores intentare præsumunt ; tam certum esset absolutionem posse absenti conferri, sive in scriptis, sive per nuntium, quam est certum posse, et deberi impendi morti proximo impoti confitendi, vel signum aliquod exhibendi, quod tamen protulit in absentia sacerdotis : sed est omnino certum, et communiter receptum hominem in eis angustiis constitutam posse, et debere absolvi adveniente sacerdote, et pœnitenti præsenti : ergo etiam erit omnino certum posse et debere absolutionem conferri absenti, sive per litteras, sive per internuntium^ Major nequit negari, nisi affirmando quod intendimus, uon esse connexionem necessariam inter illas difficultates. Minor vero constat ex Cârtbà' ptiease. C°n<fili° Carthaginensi 4, cap. 76, ubi dic*tur · li *penitentiam infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, et accipiat paalientiam, et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem.* Idem decrevit Concilium Arausicanum sub his uerbis : *Subito obmutescens baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis prxteritæ testimonium aliorum verbis habet, aul p'xscnlis in suo nutu.* Consequentia vero est legitima, sed Consequens penitus falsum, utpote expresse damnatum a Clemente octavo, ut infra videbimus. Non ergo est connexio necessaria inter eas difficultates, sed separari, et seorsim examinari debent.

sio(>os. Hinc salis liquet præsentis difficultatis decisionem esse debere magis universalem, et independentem a casibus particularibus, quales sunt illi de morti proximo, et sensibus destituto, vel aliter impedito ad confitendum adhuc Sacerdote præsenti. Si quidem quæstionis titulus non restricte, sed amplius procedit, et porrigitur ne dum ad ægrotos, sed etiam sospites nulli infirmitati obnoxios, quicumque illi sint, dummodo absint a sacerdote. Unde prius constare debet, an possit, vel non possit in absentem absolutio ferri, et deinceps juxta hanc determinationem particulares casus debent resolvi, supposita tamen sem· per Sacerdotis absentia ad actualem absolutionem Si enim hæc non supponatur, ut in casu moribundi non supponitur, quin adstruitur præsentia, non comprehenditur præsenti diflicultate. Pro cujus-decisione sit.

Vera difficultatis resolutio.

Ven SfOW-tii.' I 203. Dicendum est nullam esse absolutionem Sacramentalem absenti quomodo traditam, vel per rescriptum, aut epistolam, vel per internuntium. Hanc conclusionem, quam ut indubiam semper sectari sunt discipuli D. Thomæ (quidquid alii intendant), ut omnino certam amplectuntur omnes Theologi post decretum Clementis octavi mox subjungendum, quo eam ex cathedra definivit. Et colligitur efficaciter ex doctrina Concilii Tridentini sess. 14, cap. 2, ubi docet post Baptismum crimine aliquo contaminatos sisti debere ante tribunal Pœnitentiæ, ut per Sacerdotis sententiam liberari possint : ergo sentit Concilium præsentem esse debere absolvendum ; alioqui enim non juberetur sisti apud judicem ; cum confessio queat fieri per nutus et signa aliqua externa, quin verba formalia proferantur, ut mulis accidit. Nec apparet ratio, cur pœnitens debeat esse præsens ad confitendum, et non sit etiam præsens ad beneficium absolutionis, a quo reportat commodum; cum tamen in confitendo illud non subeat, sed potius angorem, et tristitiam. Constat autem Concilium exigere præsentiam realem, et physicam pœnitentis, dum jubet eum sistere ante sacerdotem : ergo similiter jubet præsentiam Sacerdotis ad absolvendum, subindeque sicut nulla est confessio absentis ex mente Concilii, nulla etiam erit absolutio, quæ non feratur in præsentem. Dedoti-

Id ipsum docuit D. Thomas in 4, dist. 16, q. 3, art. 4, asserens : *Dlilius esse in extrema necessitate confiteri laïco præsenti.* D>T)103,

quam

quam sacerdoti absenti. 8i autem Sacerdos absous valido posset absolvere ; id quidem non esset utilius, quando quidem vere absolveretur ah illo; et a Laico nullam accipere posset absolutionem : ergo ex mente D. Thomæ nec confessio, nec absolutio factæ in absentia sunt validæ, et sacrainontales.

Ttwh)· 201. Deinde probatur ratione Theologica· Quoniam Sacramentorum formæ, nec licite, ne valide conferuntur, et applicantur, nisi juxta Sacramentorum institutionem ex Christi voluntate præscriptam, et perenni Ecclesiæ usu observatam, ut ex se liquet : sed de institutione, et essentia hujus sacramenti est, quod absolutio impendatur, et applicetur reo præsenti : ergo tam illicite, quam invalide applicarentur, et impenderetur absenti. Consequentia constat, et Minor ad quam revocari potest difficultas ex pluribus capitibus probatur. Primo quia absolutio est, et esse debet actio Sacramentalis, alioqui enim non ea conficeretur Sacramentum Pœnitentiæ, contra id quod intenditur. Actio autem Sacramentalis et omnium præcipua nequit absenti applicari, ut constat in omnibus aliis Sacramentis, quibus repugnat in absentem ferri; non enim Baptismi, Confirmationis , Ordinis, aut Lucharistiæ formæ, materiæ, applicari possunt, quæ physice præsens non sit. Nec ab hac regula excipitur matrimonium ob supra dicta. Esto tamen illi hoc privilegium concedatur ob speciale, et ipsi propriam rationem contractus naturalis ; non inde recte trahitur argumentum ad cætera Sacramenta, atque ideo nec ad Poenitentiam, ut constat ex dictis, quin imo vice versa arguendum est efficacius a pluribus Sacramentis ad unum. Tum etiam quia Pronomen *Te* non importat minorem præsentiam, aut demonstrationem, quam pronomen *Hoc,* ut constat etiam a paritate aliorum Sacramentorum, in quibus illud pronomen postulat eamdem physicam præsentiam demonstrativam, ac in Eucharistia pronomen *Hoc.* Sed forma Eucharistica in matenam absentem physice relata est contra Christi institutionem, atque ideo nulla, ut omnes asserunt, et asserere tenentur. Ergo similiter dicendum est de forma absolutionis, de cujus essentia est illud pronomen explicare. Tum præterea ex ratione judicii Sacramentalis pro foro interno, de cujus ratione est, quod pœnitens sit simul reus, actor, et testis, quod illi pro se, et contra se credatur et judex audiat, exquirat, dubitet, et interroget, donec parveniat in cognitionem causæ, et dispositionem, ac voluntatem pœnitentis exploret, dum actu absolvendus est. Hæc autem omnia nequeunt innotescere Sacerdoti in absentia absolventi, et ut alia omittamus, qualiter dignoscere poterit, sitno actualiter peccans absolvendos? vel an retractaverit voluntatem? vel ab occasione destiterit? et alia sexcenta, quæ ignorare non debet, et quantum fas est homini, perspecta habere Sacerdos in absolutionis prolatione. Tenere ergo et cum periculo irritum faciendi Sacramentum absentem absolveret.

Usus E^æe" quem DUIT D.Thom. c?DP“c,t tum.

205. Huc maxime accedit perpetuus Ecclesiæ usus : nam ut docet D. Thomas 22, q. 10, art 12, *ipsa doctrina Catholicorum Doctorum ab Ecclesia authoritatem habet;* quare Concilium Tridentinum sess. 14, sæpe in hoc opere allegata, et alleganda cap. 5. non aliunde probat confessionis Sacramentalis necessitatem pi o hoc Sacramento, nisi ex ipsius institutione prout ab universa Ecclesia intellecta, et universaliter recepta. Hæc enim est certa, et infallibilis veritatis regula, et idcirco D. Thomas ubi nuper docuit *magis standum esse aulho-* D.Thom. *rilali Ecclesiæ, quam authoritali, vel Augustini, vel Hieronimi, vel cujuscumque Doctoris.* Constat autem nunquam fuisse in Ecclesia universali usum absolvendi sacramentaliter non physice præsentem; nec hoc modo fuisse intellectam Sacramenti institutionem ergo signum manifestum est semper ut illicitam, et invalidam habitam fuisse ab Ecclesia talem absolutionem ; quidquid sit de hoc, vel illo Authore aliter opinanti, quem forte invincibilis ignorantia juris quoad illicitum excusaverit; quod nostra nec refert, nec definire incumbit. Major hujus discursus est certa, Minor, quam forsan aliqui non adeo veram censebunt, constat a posteriori, siquidem quam primum ad Ecclesiæ notitiam pervenit hujus Sacramenti usus inter absentes, controversiam magna utriusque partis contentione inter Ordinis Prædicatorum Theologos, et Socieiatis, summus Pontifex ad se advocavit, ct re mature, et ut par erat, auditis aliorum Ordinum doctissimorum suffragiis, hinc, et inde librata, ex cathedra litem dirimens ejus probabilitatem, si qua illi erat, abrogavit, et ad usum redigi prohibuit sequenti decreto, quod ad litteram transcribimus.

Decretam Pœnitentiam.

Die 20 *mensis Junii, anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi* 1602, m *generali congregatione S. Roman*, et universalis Inquisitionis habita in Palatio Aposlolico in monte Quirinali coram SS. Domino nostro Clemente divina procidentia Papa VIII. Proposita quxslione, utrum liceat per litteras, seu internuntium Confessorio absenti peccata Sacramentaliter confiteri, et ab eodem absente absolutionem oblinere? Sanctissimus Dominus noster, auditis votis Patrum Theologorum, et re cum Illustrissimis, et Reverendissimis Dominis Cardinalibus, contra hxreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, mature, ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per litteras, seu internuntium, Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, et ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam, ct scandalosam damnavit, ac prohibuit : przcepitque, ne deinceps ista propositio, publicis, privatisque lectionibus, concionibus, ei congressibus doceatur, neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, iniprimulur, aul ad praxim quovis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, defenderit, aul imprimis fecerit, aul etiam de ea disputative* tractarent, nisi *forsan impugnando, vel ad praxim sive directe, vel indirecte deduxerit, prxler excommunicationem lalx senlenlix, quam ipso facto incurrat, et a qua non possit, pr&ter quam in articulo mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgenti, el* S. *Ilomanx Ecclesix majori Panilenliario, nisi a pro tempore existenti Romano Pontifice, absolvi, aliis etiam panis arbitrio infiigendis subjaceat.* Ex quo manifeste liquet in Ecclesia universali, nec permissam, nec toleratam fuisse illam sententiam ; non enim ita severe iu illam supremum Caput animadvertisset, si eam aliquomodo probabilem, et praxi dignam existimasset : et ut amplius non serperet, sed penitus obrueretur, et sepeliretur, eam absolutionem invalidam prorsus declaravit. Quod abs dubio jam pnestitisset, quovis tempore illi proposita esset ea quæstio ; non enim dogmaticæ propositiones temporum vicissitudinem experiuntur ; licet quandoquidem dissimulate in libris terantur, donec ad Lydium lapidem deferuntur, et earum pondus examinatur.

Sinhtra *°tai!oC" l ’

206. Hoc ictu perculsi illius sententiæ quem non poterant in totum declinare; linire tamen agressi sunt dicendo summum Pontificem ea censura solum damnasse illam propositionem ; non quia invalida, sed quia illicita erat sive confessio, sive absolutio in absentia facta.

Cæterum hæc explicatio non invaluit, sed ipsismet Authoribus displicuit; quandoquidem si dumtaxat foret prohibita, quia illicita, non vero quia nulla ; saltem in aliquo casu summe urgenti posset reddi licita : sed summus Pontifex diserte asseruit in nullo casu esse probabilem, subindeque nec licitam, nec quovis modo ad praxim debere reduci : ergo non tantum censuit esse illicitam, sed etiam nullam, et invalidam, et utroque modo illam præscripsit.

Ah P. Surf: eipêji- W.

Unde hac expositione omnino posthabita, fidentiusarripueruntaliam, quam primo tradidit P. Suarez in præsenti disp. 21, sect. 4, ubi docuit mentem Pontificis fuisse damnare totam illam propositionem copulativam, non vero êjus partes divisive acceptas : quasi esset sensus prædicti decreti, illicitas, et invalidas esse confessionem, et absolutionem in absentia factas ; non vero esse illicitam semper, et invalidam Confessionem factam absentia, dummodo absolutio obtineatur a Sacerdote præsenti : nec similiter erit nulla absolutio facta absenti, dummodo confessio facta fuerit ipsimet Sacerdoti præsenti. Fundamentum fuit, quia conjunctio et copulat, et non disjungit extrema copulata. Et cum quæstio proposita esset : *Utrum liceat per litteras, seu internuntium Confessorio absenti peccata Sacramentaliter confiteri, et ab eodem absenti absolutionem obtinere.* Summus Pontifex solum damnavit hæc extrema ut copulata, nimirum absolutionem, et Confessionem in absentia factas; non vero divisive, seu disjunction accepta ; alioqui nunquam liceret, nec valeret confessio facta in absentia Sacerdotis; quod esse falsum constat in morti proximo, et sensibus destituto, quem esse absolvendum docuit idemmet Pontifex de illo casu interrogatus.

Non litCS lit eipûsi- iio bî.

207. Verum ista expositio tantum abfuit, ut animos aliorum Theologorum ex adverso instantium sedarit, quod potias impulit ad eam diruendam, et ut extortam, et supremæ determinationi adversam iterum Bomam deferre. Et merito quidem, nam ea semel admissa, penitus elidebatur decretum Pontificium ; cum non minora, nec absurdiora imminerent pericula ex absolutione facta in absentia, vel confessione itidem exhibita, adhuc divisive, quam ex illis simul acceptis ; nec magis consuleba-

Rejicitur.

tur

tur institutioni, et veritati hujus Sacramenti, prout erat in Ecclesia receptum in confessione, et absolutione divisive, quam in illis copulativo, licet clariora essent copulative acceptis, quam disjunction.

Ctfiir. Præterquam quod, si summus Pontifex tantummodo proscripsisset copulativam illorum extremorum, quælibet illius pars divisive ah alia esset vora, licita, et valida saltem in casu urgentis necessitatis, ut de se liquet. Atque ideo tam licite, quam valide posset quis confiteri dum Romae degeret, quam qui absolveret Parisiis existais Romam profectum. Quid enim vetaret me confiteri Rom» per litteras cum Petro Parisiis vivente, quo ergo absolvendus pergerem in vi confessionis per litteras Romæ factæ? Et e converso me Parisiis viventem absolvere Petrum existentem Romæ, cujus ibi confessionem audieram. Hoc enim negari non posset si illa expositio teneret ; si quidem neutra illarum damnata fuerit secundum se, et seorsim accepta. Sed quis non videat quam lata aperiebatur janua qualibet occasione accepta, confitendi cum absenti, vel ab ipso absente absolutionem per litteras recipiendi, et plurima alia absurda devorandi contra institutionem, et usum ab Ecclesia, et in Ecclesia fidelibus observatum, et receptam ? Quare ipsemet Clemens VIII, prædictam interpretationem male accipiens jusi» ejus Authorem Romam vocari jussit, et ex ejus libro illam radi, et expungi simul com tota illa sect. 4, præcepit, uti factum fuisse constat ex testimonio authentico Notarii S. Inquisitionis Licentia Michaelis de Velasco Salmantic» subscribentis in ipsomet 4, tomo impressionis Conimbricensis 31. Martii anno 1606, eam quæ vidisse, et prædictum tomum ita expunctum, et correptum in nostra bac Salmanticensi bibliotheca servari fidem facimus.

P.Tyr- Quod ideo sub hac firmitate attestamur, quia apud aliquem illorum offendimus prædictam sectionem in illo libro desiderari, quasi minus bene expunctam, aut incuria typographorum omissam.

Alia aar. 208. Sed adhuc illi explicationi insis- ptüM tentes, respondent prohibitione, seu ex- iwj. punctione illa a prædicto libro, non lædi sententiam P. Suarez ; siquidem Pontifex eam sententiam minime sua probabilitate expoliavit; quia non ob aliam causam id præcepit, nisi quia nolebat, ut ipso vivente. ejus Bulla ab alio declararetur, ut As-jj. probat Amicus disp. 11, n. 61, ex ipso Clemente, qui sufficienter post, suam mentem declaravit vivre vocis oraculo : nam rogatus, an moribundus, qui ante adventus Sacerdotis signa contritionis osten lit, si deinde obmutuit, debeat a Sacerdote præsenti Sacramentaliter absolvi ? Respondet, debere; quin et se illum absoluturum, et insuper Parochum aliter facientem puniturum ; nec talem casum suo decreto comprehendisse ut Cardinalis Bel- Cardinalis Beflarmin. Armacanus. larminus, et Archiepiscopus Armacanus se ab ipsomet Pontifice audisse testati sunt anno 1608, die 16 Aprilis. Ita fere ad verbum P. Tyrso supra laudatus sect. 2, et ante ipsum Theophyius Raynaudus, so. Tneophylus Raynaud· Amicus, et novissime Moya. Moya.

Unde validum existimant confici argumentum pro sententia, et expositione Suarez. Nam si semel moribundus potest absolvi a Sacerdote, qui ejus peccata non audivit, solo testimonio illorum qui adfuerunt, dum signa daret; pariter absolvi poterit, qui scripto sua peccata sigillatim exposuit, cum litteræ fidem faciant dispositionis pœnitentis aliter jam non potentis se explicare. Cum ergo primum sit de mente Pontificis, plane conficitur secundum ipsi non abversari, atque ideo probabilem remanere post prædictum decretum expositionem adductam a P. Suarez, et sententiam illi innixam. Et hoc idem argumento est non illam expunxisse Pontificem, quia falsam, et propnæ ipsius menti adversam, sed quia noluit ab alio, quam a se ipso suam mentem exponi, et Bullam a se editam declarari.

209. Verum dum ista perlegimus, et Falsa luci public» donata conspicimus, absit esl bæc omnino, ut interpretandi licentiam , et tatio. conjecturam probemus. Hac enim interpretationis regula servata, quod decretum, quæve Superiorem prohibitio integra permaneret? Quas conjecturas quis non posset aggerere ad propriam sententiam indemnem servandam, si semel licitum esset affirmare aliquando Pontifices ita se gerere, quod proscribant explicationem ; non quia falsam, nec propriae menti adversam, sed quia nolunt eorum sententias ipsis viventibus ab aliis exponi, et adhuc legitime interpretari? Prolecto, qui ita respondet, non bene consulit sincero veritatis zelo, quem in supremo Ecclesiæ capite par est revereri, et ut bene animadverit Vincen- ViQceute tius Baronius sect. 4, § 3, minus habet Baron, detractam Clementis famam, et veritatis curam, quam unius Authoris, correctam

sententiam. Quid enim piaculi habet cuilibet, quantumvis superiori sententiæ veram intelligentiam apponere, sanumque sensum in publicum edere? Vel ergo male exposuit Suarez, vel Clemens male se gessit in ferenda contra eum sententia? Sane ex hoc dilemmate absurdior est secunda, quam prima pars; atque ideo fateri oportet, recte prohibuisse Pontificem, non solum absolutionem, et Confessionem in absentia collective, sed etiam divisive, ut illicitas, et invalidas ; quas tamen Pater Suarez aliquando licitas, et validas divisim sumptas affirmabat, et affirmare cogebatur in vi expositionis.

Dfmonstmur existtionis falsius.

210. Et quia res est facti, operæ pretium est testimonia, nulli tergiversationi obnoxia in medium adducere, et sic per suas partes traditam solutionem refellere. Qu°d ergo Clemens VIII responsionem P. Suarez non ex motivo prædicto, sed ex opposito expungi, ac radi jusserit, constat evidenter : siquidem post obitum Clementis, causa P. Suarez iterum ad Paulum V delata, et omni cura hinc et inde controversa, editum, ac promulgatum est sequens decretum : Zhe 4 *Julii* 1605, *proposita causa P. Frar.cisci Suarez Jesuitæ, el consideratis iis, quæ scripsit torn. 4, in* 3 *p.* S. *Thomæ, sect.* 4, *disp.* 21, *interpretando decretum felicis recordationis Clementis Papæ YIll, die* 20 *Junii* 1602 *: quo damnavit hanc propositionem, videlicet, licere per litteras, seu internuntium Confessorio absenti peccata Sacramentaliler confiteri, el ab eodem absolutionem oblinere : ac etiam mature discussis iis. quæ idem P. Suarez adduxit in defensionem suæ interpretationis, auditis volis Illustrissimorum Dominorum Cardinalium, Sanctissimus decrevit dictam interpretationem non subsistere, et ideo amovendam esse ab ejus libris, juxta decreta alias facta a felicis recordationis Clemente Papa V]H, de quibus in actis S. Officii.* Huic tam express® prohibitioni, qua clarior desiderari non poterat, accessit aliud edictum 20 Julii ejusdem anni sub tenore sequenti : *Ex libro P. Suarez Jesuitæ tom. ad* 3 p. *disp.* 23: *sect.* 1, *num.* 12, amoveantur *infr a scripta verba, videlicet. Atque ex hac resolutione, etc., usque in absentia Confessoris. Idem P, Suarez corrigat suum librum et antequam evulget, ostendat huic Congregationi.* Ac tandem in eadem congregatione generalis Inquisitionis die 18 Augusti expeditum fuit tertium decretum penitus, ac radicitus evellens prædictam expositionem per hæc verba : *Sanctissimus decrevit extorno* 4, *P. Suares Jesuilx ir.* 3 *p. S. Thomæ disp.* 21, *de Confessione, sectionem quartam, cui lituIus esi :* Utrum de necessitate confessionis sit, ut pœnitens Sacerdoti absenti immediate, et per se ipsum revelet peccata sua? *totam esse amovendam, nec aliam ejus loco subrogandam.*

c^eBS Aiiod decretum contra P. Sw* m editum a Paulo V.

Decretum tertium Sacra Congregationis Λ idem.

Uliimum CiSMra Contregdecretum.

211. Ex quibus luce clarius est non ideo abolitam, et rasam illam expositionem fuisse, quia vivente Pontifice factam; sed quia falsam, et minime cohærentem menti Pontificum : atque ideo tam collective, quam divisim esse damnatam, et proscriptam illam propositionem. Unde mirum est post tot prohibitiones, et iteratas censuras non ab uno solo Clemente (quod sufficiens erat) sed etiam a Paulo V, nec in una tantum modo congregatione generalis Inquisitionis coram Sanctissimo, sed in secunda, et tertia de eadem re habitis^ adhuc subsistere velint praelaudari Theologi, et orbi obtrudere intendant, non esse adversum Pontificum decretis, quod ipsis decretis diserte prohiberi constantissimum est. et ita certum ut facilius creditu esset non fuisse aut Clementem VIII, aut Paulum V, vel saltem talia decreta non edidisse, quum quod in illis ea expositio sugillata non fuerit. Quo circa consultius coajil· Cardinalis de Lugo, Martinonus, et alii non pauci minime verentur in utroque sensu iwraii a sententia Suarez desciscere, et nullate- Cjr^w' nus admittendam affirmare. Unde falsum Lugo, est, et neutiquam sustinendum summos Pontifices Suarez sententiam sua probabi- etiii. litate non expoliasse, ut indubie asserebatur. Nec certior est conjectura de facta prohitione propositionis, non quia falsæ, sed quia vivente Pontifice adhibitæ ; alioqui enim nulla esset tam rigida prohibitio, ut supra innuebamus.

Non est solidior secunda, nimirum Pon- Smiii tificem suam mentem declarasse in absolutione moribundi sensibus destituti, quem pars tenetur sacerdos absolvere ex adstantium testimonio. Nam hæc difficultas longe alia est a sententia P. Suarez, ut ad qutetionis limen supposuimus, et probavimus, de quo rursus infra tract, de Confessione, ubi eam prolixius examinabimus. Idque evidentius quacumque alia probatione liquet ex ipso facto Pontificis ; qui quidem consultus circa absolutionem *moribundi, respondit fore absolvendum, el male actu*rtim (fides sit apud Tyrsum) *qui non absolveret ;*

veret; cum tamen semper perstiterit in censura contra P. Suarez, nec illam usquam verbo, et scripto revocaverit, ut constat ex testimonio Armacani, quod retulerunt Dicastillo, Lugo, el alii. Ibi enim proponitur duplex qmestio, quarum primæ respondetur affirmativo, et eatis consone sacris Canonibus et Conciliis supra allegatis; secundæ voro negative ut melius illius testimonii verba monstrabunt, quæ subjungimus.

212. *Occurrente casu, quo quispiam, etiam* tatoa-silunc *demum, quando videat se in peri-* tiaa· *culo Vila constitutum, declarat, sive voce, sive scripto, sive alio quocumque signo exteriori se velle Sacramenlaliter confiteri : si superveniens postea confessorius reperiat eum magnitudine periculi, in quo incidit, ita aggravatum, ut licet adhuc spiret, tamen nec confessionem facere possit, nec in prxsen-* lia. *illius dare ullam significationem voluntatis confitendi, quam antea declaravit se habere. Quærilur, an possit nihilominas eundem Confessorius Sacramenlaliter absolvere?*

Pro solutione istius casus, quæ el conformis plane sit antiquis Canonibus, el nominalim doctrinae S. Leonis Magni epistl. 91, *ad Theodorum Forojuliensem Episcopum, et pariter in nullo dissentiat a decreto, quo Clemens octavus prohibuit, el damnavit hanc propositionem ; * licere per lileras, seu internuntium a Confessorio absolutionem obtinere. * Observandum est esse rem distinctam confessionem sacramenlalem, et voluntatem, seu votum, aut desiderium sacramenlaliter conflendi : id est, confessionem ejusmodi re ipsa faciam, vel attentatam, el tantum in volo, seu desiderio habitam.*

Rursum votum, seu desiderium ita confi- lendiposse esse, *vel internum tantum, quod proinde solius Dei judicio sit subjectum, vel exterius etiam signis declaratum per quæ innotescat confessorio, eum qui absolvendus est, ejusmodi desiderium, seu votum habere, sive illa sint exhibita in prxsenlia ipsius Confessorii, ita ul ab ipso audita sint, vel visa, sive in ipsius absentia, ita ul non, nisi per testimonium aliorum, qui audierunt, vel viderunt notitiam de illis acceperit.*

Quam ob rem sunt distinclx quaestiones, tsita, *quarum una proponebatur : Utrum liceat per litteras, seu internuntium Confessorio ab-*senti *sacramenlaliter confiteri? Altera adhuc quxritur : An quando aliquis in absentia Confessorii declaravit aliquo signo exteriori se velle sacramenlaliter confiteri, si superveniens Confessarius eum inveniat ita constitutum, ul non lanium non valeat peccati ullius confessionem facere, sed nec illius suae voluntatis signum aliquod in prxsenlia illius exhibere ; possit nihilominus ex notitia per testimonium aliorum accepta de signo ante adventum suum exhibito, eum sacramenlaliter absolvere^* En status quæstionum, earumque notissimam differentiam ; quin inter se confundi, et permisceri possint, et debeant, nisi luci tenebras offundendo. Sed non est minus distincta resolutio, quam Illustrissimus Armacanus prosequitur hoc verborum tenore.

Quæ cum ita se habeant. Clemens VIII decrelo suo merito damnavit, ac prohibuit, quod in prioriquxstione proponebatur, scilicel licere per litteras, seu internuntium Confessario absenti sacramenlaliter confiteri, hoc nimirum sensu, ul sic facta confessio censenda sil sacramentalis : eaque damnatio, ac prohibitio conformis csl doctrinae Concilii Tridenlini, in qua traditur, quod Christus dominus eos, qui se post Baptismum crimine aliquo contaminaverint, ante tribunal Sacramenti Pœnilentiæ tanquam reos sisti voluit. Hinc jam manet subruta prima illa sententia independenter ab alia moribundi, ad quam perveniens Armacanus sic prosequitur immediate, et absque ulla verborum interpositione. Qualiter 'gDat' Artna- resolwu

Sed· quoad posteriorem quaestionem, cum non tantum sit certissimum, Clementem Pontificem non intendisse damnare, seu prohibere, quod quispiam per litteras, seu internuntium confessario absenti declaret se velle ei confiteri, ideoque eum accersal ut prxsenti confiteatur; sed etiam mihi semper fuit persuasissimum, quod incidente casu, qui in quxstione illa exprimitur, Confessarius superveniens possit, ac debeat Sacramentaliter absolvere juxta antiquos Canones, et nominalim juxta doctrinam S. Leonis Papæ in citata sua Decretali, in qua quod agat de Sacramenlali absolutione etiam intellexit S. Thomas 3 *p. q.* 84, *art.* 3 *ad* 2. *Hoc ipsum privatim communicavi Clementi Pontifici, idque. postquam in officio S. Inquisitionis improbata essel interpretatio sui decreti a Theologo quodam facta, tanquam non essel in eo damnata, ac prohibita utraque divisim pars propositae quaestionis : ac respondit mihi sua Sanctitas, non fuisse sibi propositum damnare, seu prohibere quod absolutio Sacramentalis impendatur incidenti casu expresso in posteriori illa quaestione.* (Non vero addidit se illum absoluturum, et in Sacerdotem non ita facientem

animadversurum, ut ex hoc Illustrissimo Archiepiscopo, et Bellarmino refert P. Tyrso post Amicum, et alios) sic testor anno 1624. 6 *Junii uti adhuc feci ante annas aliquot Pelrus Lombardus Arthiepiscapus Armacanus Primas Regni Hibernia:.*

Qoa (Me labor

213. Quod quidem testimonium, ne alicujus fraudis arcesseretur, asserit Dicastillo de Pœnit. disp. 9, dub. 9, a praedicto Armacano propria manu signatum datum fuisse P. Francisco Florentino, etP. Leonardo Lessio tunc temporis Romæ degent bus, et inde exemplaria missa ad aliquos Theologos Lovanienses, testatur Coninbus opusc. de absolutione moribundi. Pono ex illo constant, quæ ad efficaciter evertendam præjactam evasionem, et quæ in illa continentur desiderari videbantur, quin aliis rationibus, et testibus indigeamus. Nam in primis falsum est, et nulla fide dignum Pontificem sua probabilitate Suarii sententiam non expoliasse ; cum de illa nec mentionem fecerit, sed ea in praeterito statu relicta, solum asseruit non prohibuisse aliam sententiam de absolutione moribundi, quæ conformior est antiquis Canonibus. In quo profecto nullum praestitit signum probabilitatis illius sententias; sed alterius propositæ determinationi studuit.

Biam. Dkas- tilJd.

Coninth.

Nec etiam est verius suam mentem déclarasse vivæ -vocis oraculo circa sententiam Suarez, cum ea Pontifici non fuerit proposita, ut diserte affirmat ipsemet Pontifex ; sed alia, *de qua adhuc qusriiur,* ut asserit Armacanus, et merito; sunt enim inter se diversæ, ut supra innuebamus, et altera damnata, alia multorum Theologorum calculis probatur; et ultra Canones, et decreta Pontificia, unico D. Thomæ suffragio, præ mille aliorum doctorum particularium praestanti, quod suo loco exhibebimus.

Disparitalis ratio a posteriorl·

214. Unde solum restat illis locus a paritate unius ad alterum casum arcuendi, in quo validum contineri argumentum in favorem expositionis prædictæ gloriantur, ut ex Thyrso audivimus. Sed certe (ea est ingeniorum diversitas) aliis, nec immerito, satis debile videtur, et ex uno ad alium casum satis expeditam disparitatis rationem agnoscunt, eamqiie duplicem : aliam a posteriori supra insinuatam de approbatione unius sententiæ, et condpmnatiunc alterius. Incredibile autem est sapientissimos, ac supremos Ecclesiæ Theologos, quorum auditis suffragiis proscripta fuit illa expositio, eam connexionem latuisse : ergo si expositione illa damnata, obligationem absolvendi moribundum sensibus destitutum approbarunt, argumento efficaciori est ex una aliam inefficaciter deduci, et consequenter non adeo valide, ut ipsi clamant, ex sententia moribundi ad expositionem Suarez arguitur. Alia (et a priori) itat ratio disparitatis est, quod licet ad veritatem hujus Sacramenti intervenire debeat, et confessio ex parte pœnitentis, et absolutio ex parte ministri, sine quarum aliqua nullum erit Sacramentum ; aliter tamen, et aliter : nam ex parte formæ requiruntur determinata verba formalia, et modo humano prolata, ut ex supra dictis constat. Confessio autem, quia se tenet ex parte materiæ non tantam postulat determinationem; sed quæ sufficiat in casu necessitatis ad exprimendum dolorem·internum de peccatis commissis, quæ, ut possit, pœnitens manifestet : nam ut docet Angeli-D.Tto eus Doctor infra q. 9, supplem. art. 4, *in eo qui usum linguæ non habet, sufficit quod per scriptum* (sed in praesentia) *aut per nutum, aut interpretem confiteatur : quia non exigitur ab homine plus, quam possit, quamvis homo non possit, vel debeat baptismum accipere, nisi in aqua, quia æqua est omnino ab exteriori, el nobis ab alio exhibeatur: sed actus confessionis est a nobis. El ideo quando non possumus uno modo, debemus secundum quod possumus confiteri.*

Unde quovis horum modorum ea fiat, instante ad id necessitate, dummodo fiat in praesentia Sacerdotis ; potest, et debet absolvi infirmus, perinde enim se habet, ac si per interpretem loqueretur, et certus redditur Sacerdos de praesenti dispositione infirmi. Secus vero esset, si per litteras, aut in absentia confessio fieret, ut valide, et licite fieri posset autumabat Suarez, et ad praxim aliqui reducebant, licet non publice, ut rumor eat, tunc enim Sacerdos nulla ratione fieret moraliter certus de praesenti infirmi dispositione, siquidem post scriptas litteras, et nuntium missum potuisset vel mutare voluntatem, vel in novum peccatum incidere, vel Sacramentum respuere. Quare nisi temere, non posset Sacramentalem absolutionem percipere, nec Sacerdos illam impendere, quoad in praesentia, vel per se, nutibus saltem, vel per adstantes, mediis quibus fieret sensibiliter praesens praeterita confessio, ratum habuisset scriptum, vel dictum per internuntium. Et hoc quidem supposuit

!Dlr.ou.gnpposuit o. Thomas, vol Author opus-
Jitor culi 65. ubi ex co probat non negandam
4-W· unctionem infirmo sensibus destituto ante
adventum sacerdotis ; *quia si infirmus,*
Ï inquit, *qui petit unctionem, amisit notitiam,*
I *vel loquelam, antequam Sacerdos veniret ad*
! *eum; nihilominus ungat cum Sacerdos : quiu in tali casu debet etiam baptizari, et a peccalis absolvi,*

ïβ«η· 215. Et hæc quidem dicta sunt occa-
,^a siono validi apud adversarios illius argu-
I i!M menti, a paritate desumpti, ut illius ex nunc indicaremus disparitatem inter confessionem, et absolutionem, quam certius
i est illis angustiis non irretiri, sed semper
' ut licite, et valide liat, fieri debere in præ-
I sentia, et non per nutus, signa, litteras, aut internuntium, sed disertis, et expressis more humano verbis ; quamvis ex interpretatione Suarez idem etiam, et ob
I æque urgentia motiva de absolutione di-
I cendum esset. Quod forte in causa etiam fuit illam interdicendi, ut bene prævidit
Lr;0. Lugo. Si enim divisum non sunt prohibits partes illius hypothetical propositionis, quælibet illarum sustineri, et ad praxim reduci posset. Et hoc merito summis Pontificibus displicuit. Quare in præ-
•senti sufficiat absolutionem, quæ nostra refert, ab eo periculo vindicasse ; quæ ad confessionem, et illius qualitates, ac modum attinent, suo loco reservantes.

feÿ- Constat vero ex modo dictis non in idem recidere casum moribundi a sensibus
tos. alienati, de quo consultus fuit Pontifex
J cum casibus expositioni Patris Suarez
I annexis; atque ideo merito hanc fuisse
I interdictam, et in illo evæntu approbatam
! a Pontificibus absolutionem.

1'Jaiii Constat etiam ei, qui per litteras, aut
I fob. internuntium confessionem fecit in absen-
! tia Sacerdotis, si postea eo adveniente,
I vel quia arcto carcere inclusus, vel quia
I adstent fidei hostes, quos par sit non ad-
I vertere, quid agatur, et nullum signum
i externum præbeat præter litteras ad Sa-
! cerdotem missas ; huic inquam non posse
Iu·· valide absolutionem impendi. Et ratio
l est : quia perinde se habet hæc concessio,
I ac in absentia, et per litteras facta, quæ
I reprobata est, et prohibita : nam quod
I Sacerdos sit præsens, si pœnitens rationis
I cumpos, qualis supponitur carceri inclu-
I sus. et hostibus fidei circumseptus, nullum
I externum signum exhibeat, nihil refert, ut Sacerdos moraliter certus reddatur de præsenti dispositione pœnitentis, cum potuerit post epistolam scriptam mutasse voluntatem, et in novnm peccatum incidisse, et in pravo affectu actualiter permanere. Qua ergo ratione valide absolvi poterit?

Rursus confessio facta per litteras absque ullo alio nutu, aut signo hominis non est confessio humana, nec actus itidem humanus, sicut locutio per litteras non est proprio loquendo humana locutio. Sed ad veritatem hujus Sacramenti requiritur ex parte pœnitentis, maxime si sit rationis compos, humana confessio aliquo signo externo manifesta; quia actus confessionis, et est a nobis, ut dixit D. Thomas, et est materia a pœnitenti proxime apposita : ergo hac deficienti, ut deficere supponitur in præsenti; non potest valide conferri absolutio ob defectum materiæ proximæ ; Sacramentum enim non conflatur ex sola forma, sed requirit materiam, quæ in præsenti non est peccatum scriptum, sed ab ipso pœnitenti aliquo vitali signo, vel per se, vel per interpretem in præsentia Sacerdotis manifestatum, ut constat ex institutione Christi per Tridentinum declarata, juxta quam pœnitens ut reus coram Sacerdote debet sistere.

Confirmatur. D.Thom

216. Hinc dispulsa manet doctrina P. Tyrso Tyrso docentis sect. 2, supra citata n. 8, in prædicto casu valide absolutum esse hominem vinculis obstrictum; quin aliquod signum expectetur præter litteras in absentia scriptas, et nullatenus exterius aliquo nutu approbatas. Si enim ita absolvere, esset validum, et eo pacto verum conficeretur Sacramentum adhuc post tot Pontificum decreta; nulla ratione convinci, aut cohiberi posset, qui adhuc post illa sustinere vellet validam esse absolutionem absenti, et longe distanti faciam. Quid enim refert præsentia physica pœnitentis, si ea nihil magis Sacramento cooperatur, quam si esset longissime distans? aut qua ratione litteræ sufficient ad certitudinem judicii absolutionis in præsentia pœnitentis, quin necessaria sit illarum ratihabitio, et approbatio exterius manifesta, et non eædem litteræ in absentia sufficient? Non enim certior redditur Sacerdos de actuali dispositione pœnitentis in uno, quam in altero casu; nec aptior materia Sacramenti apponitur in illo, quam in isto.

217. Manet etiam rejecta Jacobi Bail, et aliorum sententia docentium impendi

aliorum explosa sentefl* u».

posse absolutionem ei, qui nullum contritionis signum, aut absolutionis desiderium dederit; esto pie vixerit, et suæ salutis immemor non fuerit. Tum quia de ratione hujus Sacramenti est, quod constet accusatione, aliquo signo sensibiliter manifesta; est enim judicium, in quo pœnitens media confessione obtinere contendit culparum remissionem. Judicium autem non perficitur, nisi audita confessione rei; et nulla est sententia, quæ non supponat probationem criminis, vel per testium depositionem, vel per ultroneam, aut saltem coactam confessionem. Tum etiam: quia nullum est Sacramentum, ubi nulla est materia sensibilis, et sensibiliter subjecta formæ: sed in illo casu non apponitur aliqua materia sensibilis, ut supponitur: nullum ergo in illo eventu erit Sacramentum, et consequenter tam illicite, quam invalide proferetur forma: sicut invalide consecraret, cui panis triticeus non apponeretur consecrandus.

Infirmos molivuffi.

Nec ponderis est, quod fuerit salutis memor, aut confessionem generalem Missæ in serviendo dixerit, ad quæ capita Authores illi confugiunt. Nam illa sicut non ordinantur ad hoc Sacramentum, ita non fortiuntur rationem partis ipsius; quia de ratione panis est in suum totum colliniare. Unde generaliter loquendo, nec nutus, nec signa, nec alia quaecumque bona opera externa sensibiliter manifesta sufficiunt ad obtinendam absolutionem adhuc in casu urgentis necessitatis, si non explicent votum, aut desiderium confessionis, et consequenter subjectionis ad claves Ecclesiæ, vi cujus dumtaxat obire possunt rationem partis Sacramentaiis. Quare prædictam sententiam, ut omnino improbabilem, si pro ut jacet intelligatur, rejiciunt communiter discipuli D. Thomæ.

Quæ in contrarium possunt objici, diruuntur.

Objectiones ia oppositutu.

Licet ex adverso contra statutam veritatem de absolutione dumtaxat præsentis, nulla militet sententia; sunt tamen aliquæ objectiones, quibus obnubilari videtur, et oportet eas dissipare.

218. Objicitur ergo primo a paritate judicii humani, in quo non expretatur præsentia rei, ad ferendam sententiam in ejus causa: sed absolutio est sententia judicialis, et strictissima; ergo ut eam ferat Sacordos, non erit necessaria præsentia pœnitentis, et consequenter urgente saltem necessitate poterit absenti conferri.

Respondetur objectionem nimium probare, atque vel ex eo solum spernendam esse. Unde concessis praunissis, negatur Consequentia, quoniam absolutio non est utcumque sententia, sed Sacramentaiis, de cujus ratione est exerceri inter praesentes, ut constat ex ejus institutione, et acceptione Ecclesiæ. Hoc autem non exigitur in aliis sententiis judicii humani, teste ipsamel experientia. Et inde oritur quod Sacerdos nequit absolvere, nisi juxta praescriptum Ecclesiæ, et institutionem Sacramenti; quia judex subordinatus, ut valide, et licite operetur, tenetur servare normam a superiori praescriptam; alioqui ut irritum, et prorsus attentatum quidquid ab ipso actum fuerit, habendum est, et liquet in ipso judicio humano, in quo inferior non potest valide prætergredi dispositione Superioris. Cum ergo ad Sacramentale judicium, qua Sacramentale est, sit necessaria præsentia tam rei, quam judicis; nequit iste validam ferre sententiam, nisi adstante pœnitente. Unde objectio in illa utentem regerenda est.

219 Sed contra hoc instatur (et est seeunda objectio) quoniam ea præsentia tam pœnitentis, quam Sacerdotis videtur voluntarie exacta; non enim fundatur in expressa Christi ordinatione, aut præcepto, de quorum neutro constat: nec in consecutione necessaria ad Christi institutionem, sive ex parte materiæ, sive ex parte forma?; siquidem eo ipso, qiiod hoc Sacramentum fuerit institutum per modum judicii. videtur consequi ex natura sua posse inter absentes celebrari, ut exerceri solent alia judicia. Quod vero sit Sacramentale, ad quod caput reducimus rationem disparitati,s solum probat, hoc judicio, quia Sacramentale est, obtineri infallibiliter gratiam; non vero quod exuatur conditionibus judicii humani inter absentes licite, etvalide exerciti. Et constat in Matrimonio. quod licet sit verum Sacramentum; non idvi<v amittit, quæ sunt de ratione contractus naturalis, atque ideo quam optime iniri potest inter absentes. Non ergo est contra rationem Sacramentalis judicii, quod inter absentes exerceri possit, saltem in casu urgentis necessitatis. Eo vel maxime, quoniam ad matrimonialiter contrahendum requiritur, et sufficit notitia consensus inter contrahentes, quæ ut in plurimum non acquiritur ab ipsis contrahentibus nisi por alios: ergo similiter.

I^.a' 220. Respondetur ad hanc replicam negando ejus assumptum, et ad probationem illi insertam dicimus prædictæ præsentiæ necessitatem fundari quidem in ipsiusmet Sacramenti institutione, prout eam declarasse constat Concilium Tridentinum docens crimine aliquo post Baptismum lapsos sisti debere ante hoc tribunal; qua phrasi explicuisse praedictam præsentiam constanlissimum est apud omnes; et ita usu receptum fuit ab initio Ecclesiæ diu ante Tridentinum. Radix autem hujus exigentiae sumitur ex diverso modo non semel supra indicato procedendi in hoc Sacramentali judicio, ac in civili, et forensi. Nam in Pœnitentiæ foro proceditur ad auferendam culpam, prout est in animo interno, et voluntate peccantis; non vero prout de illa constat externe ex allegatis, et probatis ex aliorum fama, et notitia. Quare ipsi pœnitenti creditur pro se, et contra se; quod secus accidit in judicio exterioris fori. Et hinc provenit neutiquam Sacerdotem posse rite, et recte absolutionem impendere, quin illi certo constet de animo interno pœnitentis, et de statu intrinseco ejusdem, sicut male, et inutiliter inforo externo procederet judex ferendo sententiam non examinatis testibus, et causa. Unde necesse est quod voluntatis dispositio adsit in ipso instanti absolutionis, nam ut docet D. Thomas infra quæst. 86, art. 2: *Offensa peccati mortalis procedit ex hoc, quod 'voluntas hominis est aversa a Deo, per conversionem ad aliquod bonum commutabile, unde requiritur ad remissionem divinæ offenses, quod voluntas hominis sic immutetur, ut convertatur ad Deum cum detestatione conversionis prædictæ, et proposito emendæ.* Et insuper quod Sacerdoti constet ita esse; nequit autem constare si pœnitens absens sit, ut patet: quam ob rem absolutio, quæ daretur, esset absque cognitione causæ, et consequenter nulla. Nec contra hoc urget instantia Matrimonii, ad quam constat ex dubio antecedenti, et ex ibi dictis potest retorqueri, vel dissolvi absque ullo negotio.

, Talai.

1Fi·:3.

ia.

Et ad id quod additur, ex modo assignata disparitate inter judicium Sacramentelle, et forense, sumitur etiam alia differentia: quia cum matrimonium includat rationem contractus, non major exactio poscitur ad indagandam alterius voluntatem, quam ad civiliter contrahendum: ad hoc autem sufficit aliorum testimonium fide dignum, vel scripto, vel verbis, vel alio modo exterius significatum, nihil curando de interno consensu, aut animo, pravus, aut bonus sit; quippe quod non pertinet ad obligationem externam inducendam. Ad judicium vero pœnitentiale animæ opposita de causa requiritur; atque ideo nihil mirum hoc non posse valide exerceri inter absentes; secus vero illud.

Observandn·

Porro omittendum non est has et simiIes instantias ut nimium probantes esse repellendas; si enim in aliis quam pluribus non tenent, ut non tenere, debet supponere arguens; quæ erit ratio, quæ non sit voluntaria, cur illa duo exempla valere debeant quoad absentiam respectu absolutionis? Quare consequentius dicitur nec in hoc etiam tenere, vel ex eo solum qnod est judicium Sacramentale; et qua Sacramentale postulat præsentiam, et rei et judicis, ut in aliis Sacramentis exigitur præsentia ministri, et recipientis.

vincent, Baron·

Et ut id altius calleat Lector, observet ex Vincentio Baronio tom. I suæ Theologiæ moralis, sect. 3, art. 3, Sacramentum Pœnitentiæ, quia judicii instar institutum est, medium tenere inter Matrimonium, et cætera Sacramenta, subindeque ab illis extremis aliquid sibi vindicat. Nam ex parte formæ convenit cum aliis Sacramentis in forma determinata, et sub verbis præscriptis ab Ecclesia, et quod præsenti applicentur, eodem prorsus modo, quo forma Baptismi, Ordinis, et Eucharistiæ. Ex parte vero materiæ patitur latitudinem, quia licet confessio sit de jure divino, et neminem rationis compotem post peccatum deobliget, non tamen petit determinata verba, sed sufficiunt signa, vel nutus, vel etiam scriptura, aut interpres; alioqui enim surdi, muti, et ignotæ linguæ deobligarentur a confessione, etiam si esset copia confessoris. Et in hoc quidem convenit cum matrimonio, quod inire possunt quilibet illis, vel aliis obicibus praepediti, dum modo rationis expertes uon sint. Differt vero ab illo, in eo quod sicut absolutio est a judice voce tenus vitaliter loquenti coram reo, ita sufficit confessio quolibet modo facta sit a pœnitente in præsentia Sacerdotis, ut verum, ac prudentiale judicium formare possit.

Alia observalio.

Observet præterea; semel non requisita essentialiter præsentia rei, et judicis pro Sacramentali judicio, consequenter faten-

dum erit non esso de mandato, et institutione Christi modum secrete confitendi soli Sacerdoti ; cum id fieri possit per litteras, et in absentia, aut alio modo, in quo nullum sit secretum. Hoc autem non bene cohæret cum doctrina Concilii Tridentini sess. 14, can. 6, ubi definit : Si *quis dixerit modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quod semper Ecclesia catholica observavit, el observat, aliepum esse ab institutione, et* ■*mandato Christi, d inventum esse humanum, anathema sit.* Quare nemini licet nec confiteri, nec absolvere in absentia per litteras, aut nuntium, aut alio quovis modo. Semel vero atque non liceat, nec etiam valet absolutio, aut confessio : quoniam hoc Sacramentum nequit valide ministrari cum peccato mortali cognito ex parte pœnitentis; quia cum sil reconciliativum hominis cum Deo, necessario postulat displicentiam actualem cujuslibet peccati mortalis cdjus sit notitja : quare eum non bene pœnitet, qui cum illa accer dit absque displicentia, sed præ existent! peccato addit sacrilegium.

Replie*-ter ex Scoto. Thomas Canturi.

221. Sed adbuc replicatur, et urgetur ex Scoto in 4, dist. 17, ubi refert S. Thomam Canluariensem, cum absens esset a sede ApostpUca, ab eadem absolutionem postulasse, et nactum fuisse. Similiter D. Cyprianuslib. 3, epist. 17, ait lapsos per epistolam reconciliationem ab ipso efflagitasse, et apu<i Eusebium legitur Serapionem ægrotantem misisse ad Presbyterum etiam infirmum, ut ipsum absolveret. Si autem absolutio non posset absenti impendi, neu? tiquam ab absenti fuisset petita, ct quod magis est, obtenta, cujus oppositum constat ex relatis historiis omni fide humana dignis. Et ne tota hujus causæ ratio ad historias pure humanas devolvatur, idem argumentum sumitur ex cap. Qualis 30, quæst. 5, ubi dicitur pœnitentiam adulteræ per scripturam recipiendam : non autem reciperetur absque absolutione : ergo non tam ex humanis historiis, quam ex ipso jure Canonico liquet absolutionem recte posse absenti conferri.

b-Cy-pnaB·

Cap. 30 q. a.

Hespon-jsio.

222. Respondetur commentitium esse, et absque ullo prorsus fundamento aliquando licitam, aut validam fuisse in Ecclesia absolutionem, quæ vere fuerit Sacramentalis, et absenti impensam; et ex illis historiis oppositum evidentius colligitur, et veritas conclusionis urgentissime confirmatur. Nam quod attinet ad D. Thomam Cantuariensem non ad obtinendam

Cur accesse-rit ad Pontifi-cem S- Tho-Bmo-nio.

alisojutiorçpn) a peccatis, sed tantummodo a censuris scripsissq manifestissimum est ex ipso Pontificis rescripto ad epistolam ah illustrissimo eodem Martyre Romani mis^api, in qqo ita illum Pontifex alloquitur : Si *recolis qliquitl commisisse, de quo propria le debet conscientia remordere, quidquid sil, Sacerdoti, qui discretus, el providus habeatur, tibi consulimus per pffnjkp· Horn confiteri ; et* nos de *Beatorum Petri, el Pauli Apostolorum* ejus *meritis confidentis te ab eo, quod est commissum, absolvimus.* Ex quipus constat duplicem intervenisse absolutionem ; aliam Sacramentalem, et hæc depiapdata est a Pontifice Sacerdoti provido, et discreto, qui haberi possetpræsens ; aliam vero a censuris, si quas forte incurrisset, ob nescio quam conniventiam regiæ voluntqti contra immunitatem Ecclesiæ, quam concesserat S. Thomas ob rectum finem, ne in deterius causa verteretur. Hanc tamen absolutionem, quae in absentes quam optime fertur, ipse summus Pontifex e Roma misit, jlli injungens, ut deinceps a Missarum solemniis, et celebratione non abstineret : haneque tantum,-modo a Pontifice S. Martyr postulaverat. Videatur Baronius torn. 12, ad an? num 1164, ubi totam epistolam Alexandri III, ad litteram refert, et ex illa clare colligitur prædictam historiam potius favere, quam officere communis assertionis veritati.

Id quod haud obscurius colligitur pr epistola D. Cypriani, in qua habentur sequentia : *Si qui infirmitatis periculo occupati Fuerint, non expeclenl prxsentiam nostram, quin ad Presbyterum quemcumque pr<esentem{ vel si Presbyter repertus non fuerit, ct urgere exitus cœperil, apud Diaconum quoque exomologcsim faecre delicti* sui *possint.* Ubi luce clarius est non fuisse sermonem absolutione Sacrameutali, quam certo certius est nunquam Diaconos impendere potuisse. Loquebatur ergo de alia absolutione canonica, quæ cadere poterat supra poenitentiam publicam, quam in foro externo ad majorem populi ædificatipnem, et certitudinem de reconciliatione facta acceptare, el imponere mos erat. Et sane e:to, loqueretur de vera absolutione, nihil pqntra nos inde eliciebatur, siquidem pro ea, utcumque illa sit, ad præsentiam vel Presbyteri, vel Diaconi Cyprianus remittebat.

W·'

Non adeo fide dignus est Serapionis casus ob minorem Eusebii certitudinem : eo

QiM i Sen-piKL

cowmen, ut jacet, admisso, nulla ibi fit mentio do absolutione in foro interiori propria Pœnitentiæ ; sed loquebatur de reconciliatione externa, et publica lapsorum ob pcgalam fidem coram Tyranno; ob quam causam presbyter· infirmus ab alio similiter ægrotante poscebat, ut ad pacem, et reunionem Ecclesiæ recipi mereretur. Sod hoc non *pst* ad rem.

Ca?at ar. Nec etiam officit caput *Qualis* ex jure Canonico allegatum, quia ibi non agitur de Pœnitentia Sacramentali, sed de alia, quam adultera exhibebat marito, qua se fideliorem fore profitebatur. Quare Ula scriptura non eratSacramentalis confessio, sed merum testimonium de illius adulterae resipiscentia, quo fidelium scandalo satisfiebat ; ad eum sane modum, quo Inquisitores non solent reconciliare bæreticos, ut bene observat Lugo, quin prius in scriptis confiteantur, et abjurent hæresim in foro externo absque ullo recursu ad forum Pœnitentiæ. Idque satis liquet ex épigraphe ipsus capitis, quod est quartum illius quæstionis, et est hujusmodi : *In contrahendo conjugio ista sunt observanda ;* sed prope finep docetur conjugem nunquapi propter hominem esse separandam; *el si fornicata fuerit, non dimittenda, sed illa vivente, altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non possidebunt, et poenitentia illius per scripturam recipienda.* Ubi perspicuam est sermonem esse de pœnitentia erga maritum; non vero circa Deum, seu Sacramentali. Et hæ,c quidem de absolutione, quæ est hujus disputationis scopus. Quæ confessionem concernunt, suo loco discutienda sunt.

223. Inquires tamen, quæ, aut quanta intervenire debeat distantia inter pœnitentsm, et Sacerdotem, ut unus alteri censeakir.lur præsens, et validum fiat Sacramen•^*tom? Respondetur ex dictis tract, de Eucharist, disp. 4, dub. 6, § 1. Ubi simili interrogationi occurrimus circa præsentiam materiæ Eucharistia?, hanc difficultatem, nec raetaphysice, nec mathematice *esse* dicendam ; quolibet enim illorum modorum præsentia determinetur ad certam, ac determinatam distantiam, fallet designalio. Quare absolute dicendum existimamus eam requiri, ac desiderari præsenr Ciam, quæ sufficiet ad verificamium unum alteri esse moraliter, et humano rnodo præsentem in prudentum judicio : Quæ vero adhuc certo non pertingat, reddere dubiam absolutionem, et consequenter sub eodem iterandum Sacramentum. Si vero certo constiterit oppositum, sive circa præsentiam, sive contra illam, oppositum etiam ob oppositam causam est sustinendum, vel affirmando, vel negando valorem Sacramenti. Porro in re nulli principio nixa certiorem non reperimus regulam, post illam mature consideratam, et varios hinc, et inde dicendi modos consultos.

Varia

Nam quod aliqui docent distantiam vigipti passuum esse sufficientem, parum constans est ; siquidem intra illam distantiam potest interponi obstaculum, quo censeatur moraliter absens, ut si esset domus, vel paries intermedius.

An

Ex quo elicitur nec duorum passuum distantiam certo statui posse : nam ut bepe asserit Leander tract. 5, disp. 2, q. 31, alios a se consultos referens, et etiam aoprobat Prado q. 3, de qualitate confessionis, § 6, ad valorem absolutionis non sufficit prope domum infirmi existere, imo nec prope cubiculum clausum, quando quidem nullo sensu percipitur, nec moraliter censetur præsens ad hoc, ut in foro externo valeat fidem facere de iis, quæ intra cubiculum aguntur, nisi magno strepitu interveniente; quanto minus de his, quæ intra conscientiam sunt, ut possit de illis judicium ferre media absolutione. Praeterquam quod ut etiam docet Prado ubi nuper, pœnitentem non videns, nec videre valens ratione absentiæ corporalis nequit absolvere. Quare sola ea distantia non oberit valori absolutionis, quæ non auferat præsentiam moraliter humanam, quæque sufficiat, ut inxicem colloqui, et si opus fuerit, interrogare, et respondere permittat ; aliter namque ægre salvaretur præsentia humana ad hoc præcipue judicium necessaria. Quid enim refert a longo videre hominem, ut illum valide absolvere quis debeat, si illum nec audire, nec alloqui distantia patitur? Hoc enim perinde est ac absent.em solvere, quod nec licet nec valet ut constat ex dictis. Cum enim pars essentialis hujus Sacramenti sit vocalis, aut exterior confessio, qua media judex venit in notitiam pœnitentis conscientiæ, illa requiretur distantia, quæ sufficiat per se loquendo, et ad audiendam confessionem, et ad circa ipsam interrogandum confitentem, non vero major; nec una Sacramenti pars absque alia a Sacerdote exhibeatur.

passos, PrâilO·

ijem Mani-

Alia

224. Hic disputat Lugo : An forma absolutionis possit a pluribus ministris simul

Lugo.

proferri? Quia tamen ad ejus decisionem, plura intertexere opus erat, quæ pertinent ad art. 10 hujus quæstionis, in quo agitur de hujus Sacramenti iteratione, illo eam mittimus, et discutiendam reservamus; interim pro certo statuentes, seclusa ignorantia, aut alia urgentissima causa non interposita, numquam licere pœnitenti a pluribus simul absolutionem accipere snb unica confessione. Quia cum hoc sit contra morem universalis Ecclesiæ, et contra convenientem usum hujus Sacramenti ; abs dubio graviter peccaret, qui piares absolutiones sub una confessione a pluribus simul acciperet; et ex hoc ipso redderetur indignus absolutione, et nullum perficeretur Sacramentum ; quando quidem sciens, et volens ad illud peccando accedebat: et qui ita absolvendus accedit, est irrisor, et non pœnitens ; siquidem dum pœnitet, agit quod pœnitet, vel etiam actualiter peccat eodem, vel alio genere peccati, ut docet D. Thomas art. nuper citato. Ut ergo illi difficultati sit locus, supponenda est invincibilis ignorantia, vel alia urgentissima causa, vel naufragii, vel alterius periculi imminentis, quæ ad eam cogat, si non ex parte pœnitentis, cui semper unus, qui absolvat, sufficiet; saltem ex parte Sacerdotum absolvere simul intendentium ex una, vel pluribus confessionibus exceptis ab eodem homine. A quo nunc supersedemus usque ad citatum locum.

ARTICULES IV.

Ctruvi impositio iu m m h Sacerdotis requiratur ad hoo Sacramentel.

Ad quartam sic proceditor. Videtur unod impositio rnjouem Sacerdotis requiratur ad hoc Sacramentum : dicitor enim Mar. ait. Super ægros manus imponent, et bene habebunt : ægri atrtem spintoaliter sunt peccatores, qui reeipiuui bonam habitudinem per hoc Sacramentom : ergo in hoc Sacramento est manus impositio facienda.

2. Præl. In Sacramento pœnitentiæ recuperat homo Spiritum sanctura amissum : unde ex persona pœnitentis dicitur in Psal. 50 : Redde itiihi læiitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me : sed Spiritus saneius dator per impositionem manuum : legitor enim Act 8 quod Aposioh imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum saucium, ct Mat. 10. dicitur, quod oblati sunt domino parvuli, ut eis manus imponeret : ergo in hoc Sacramento est facienda manus impositio.

3 Prat. Verba Sacerdoti* in lioe Sacramento nou sunt majoris efôraciæ, quam in aliis Sacramentis : sed in aliis Sacramentis non sufficiunt verba minritri, nisi aliquem actum exerceat : sicut in baptismo simul cum hoc, quod Sacerdos dicit : Ego tc baptizo, requiritur corporalis ablutio. Ergo etiam simul cum hoc quod Sacerdos dicit : Ego te absolvo, oportet quod aliquem actum exerceat circi pœoitentem. imponendo ei manus.

Sed contra est, quod cum Dominus dixit Petro : **Qua**cumque solveris super terram, etc., nullam mentionem de manus impositione fecit : neque etiam cum omnibus Apostolis simul dixit : Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Non ergo ad hoc bacramentum requiritur impositio manuum.

Respond. Dicendam quod impositio manuum iit Sacraiuentis Ecclesiæ Iit ad designandum aliquem copiosam gratia, eftetum : quo illi quibus manus imponunisr, quodammodo per quandain similitudinem contiouiutur ministris, in quibus copia gratia/ esse debet. Et ideo manas impositio lit in Sacramento Confirmationi^ h Suo confertur plenitudo Spiritus saucii, et in Sacramento 'rdinis, in quo confertur quædam excellentia poteshtii i« divinis mysteriis. Unde ct 2 ad Tim. 1, dicitor : Ressuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Sacramentum autem Pœnltenlte jwa ordinatur ad consequrihlam aliquam excellentiam gratiæ, sed ad remotionem peccatorum : et ideo ad hoc Sacramentum non requiritur manuum impositio, sicut etua nec ad baptismum : in quo tamen lit plenior remissio peccatorum.

Ad primum ergo dicendum, qnod illa manos impositio non est Sacramentalis, sed ordinatur ad miracula pedcienda, nt scilicet per contactum manus hominis saucii· lirati, etiam corporalis infirmitas tollatur : sicut etiam de Domino Mar. G, quod infirmos inanibus impositis ceravit. et Matth. S, legitur, quod leprosum mundavit per contactum.

Ad secundum dicendum , quod non quælibêt acceptio Spiritus sancti requirit manus impositionem : quia etiam in baptismo accipit homo Spiritum sanctum, nec tamea Ct ibi manus impositio : sed acceptio Spiritus sancti cum plenitudine requirit manus impositionem, quod pertinet ad Confirmationem

Ad tertium dicendum, quod in Sacramentis, quæ perciuntur in usu materia· minister habet aliquem actum corporalem exercere circa eum, qui suscipit Sacramentum ; sicut in Baptismo, et Confirmatione ct Extrema unctione: Sed hoc Sacramentum non consistit in usu alicujus wateriæ exterius apposita» : Sed loco materiæ re habent ea. quæ sunt exparte pœnitentis. Unde sicut in Eucharistia Sacerdossola prolatione verborum super materia veiflcit Sacramentum, ita etiam sola verba Sacerdotis absolventis super pœnitentem, perficiunt absolutionis Sacramentum. Et si aliquis actus corporalis esset ex parte Sacerdotis necessarius, non min is competeret crucis signatio, quæ adhibetur iu Eucharistia, quam manus impositio in signum , quo per sanguinem crucis Christi remittuntor peccata : et tamen non de necessitate hujus Sacramenti, sicut nec de necessitate Eucharistke.

Conclusio : negat necessitatem impositionis manuum in Pœnitentia.

COMMENTARIUS.

1. Post assignata absolutionis verba necessaria, jure pergit D. Thomas ad designandas actiones ex parte ejusdem ministri. Et quia solum de manuum impositione super absolvendum subesse poterat aliqua dubitandi ratio ; idcirco omissis aliis, ad eam tantum modo animum et calamum direxit. Conclusio fuit negativa, et probatur optime in Argumento, *sed contra* ex Evangelic, ex quo non constat vel minima mentio de manuum impositione, sed solum quod Petro dictum fnit : *Quodcumque solveris,* et Apostolis : *Quorum remiseritis peccata.* Cum vero Christus sit Sacramentorum Author, ea solum pro illis sunt necessaria, quæ Christus præscribere voluit, ac determinavit : non autem decrevit manuum impositionem, ut constat : non ergo hæc necessaria est ad hoc Sacramentum. Vel foret dicendum Christum non omnia pro Sacramentis necessaria in eorundem

rundem institutione præstitisse, quod est absurdum.

KTUn. o. Eandem veritatem demonstrat S. Doctor opusc. 20, cap. 4, ubi explicat aliqua Scriptune testimonia, quæ male intellecto applicabantur huic Sacramento ; cum tamen Confirmationi inservire debeant, vel

Act S. aliis finibus. Ut est illud Act. 8, *imponebant manus super illos, el accipiebant Spiritum sanctum;* quoniam illa impositio fuit loco Sacramenti Confirmationis, quod da-

Mμ 2ī. iii tur per majores ministros, et illud Matthau ult. *super ægros manus imponent, cl bene habebunt,* quæ nisi ridicule nequeunt referri ad impositionem Sacramentalem, si quidem pertinent ad gratiam gratis datam sanitatum, seu signa virtute Christi supra infirmos facienda, ut evidenter constat ex textu. Ex quo etiam constat neutiquam pertineread Pœnitentiam, quoddiciturMatthæi 19 : *Oblati sunt parvuli, ul eis manus imponeret,* nam parvulis non exhibetur Sacramentum Pænitentiæ; sed quia mos erat apud Judæos, ut constat ex Remigio, non benedicere nisi per manuum impositionem, ut a Christo Domino benedictionem acciperent parvuli, oblati sunt. Quod vero as-

AM. seritur Act. 8 : *Cum vidisset Simon, quod per impositionem manuum Apostolorum, etc.,* intelligitur de Confirmationis Sacramento, quod manuum impositione Apostoli conferebant.

3. Ratio autem S. Doctoris est hujusmodi : quia manuum impositio solum fit in illis Sacramentis, in quibus percipitur plenitudo gratiæ, seu copiosus gratiæ effectus : sed in Sacramento Pœnitentiæ non recipitur plenitudo gratiæ, nec copiosus gratiæ effectus : ergo in Sacramento Pœnitentiæ necesse non est, quod interveniat manuum impositio. Majorem probat S. Doctor, ex eo quod manuum impositio designat continuationem, ac communionem per quandam similitudinem recipientis Sacramentum cum ejus ministro, in quo debet esse copia gratiæ : quocirca solum fit manuum impositio in Confirmatione, in quo confertur plenitudo Spiritus sancti ad roborandum, et confirmandum hominem contra hostes fidei ; et in Sacramento Ordinis, in quo recipit ordinatus excellentiam potestatis in divinis mysteriis juxta illud 2, ad Timoth. 1 : *Ressuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Probat deinde Minorem ; quia Pœnitentia non ordinatur ad excellentiam gratiæ, sed ad remissionem peccatorum, et ideo ad hoc Sacramentum non requiritur manuum impositio, sicut nec ad Baptismum; cum tamen fiat plenior remissio peccatorum.

4. Circa quem discursum statim sese Diflicnl- Ms: (3S oflert difficultas conferendo articuli primi doctrinam cum ea, quam in præsenti statuit. Nam ibi solutione ad primum manifeste affirmat in omnibus aliis Sacramentis à Pœnitentia, et Matrimonio, conferri excellentiam gratiæ ; quia in omnibus illis adhibetur aliqua materia exterior sanctificato : quare melius significant abundantiam sanctitatis ex virtute Christi, quasi ex quodam exteriori principio. Secus vero est in relatis duobus Sacramentis, in quibus materia, et pars essentialis illorum sunt actus humani sensibiles, non vero aliqua alia exterior materia. Hic autem excludit Baptismum, et quod magis est, Eucharistiam, a plenitudine gratiæ, vel ejus excellentia, ut patet in ultimis verbis, et in sol. ad 3 ; ergo vel sibi contradicit D. Thomas, vel præsens discursus non tenet, vel saltem diminute processit non explicando, quæ, et qualis sit illa copiosa gratia manuum impositioni alligata. 1

5. Ad hanc difficultatem, quam inter- Expedi- prêtes D. Thomæ vel omisere, vel non 1αΓ· prævidere, respondetur negando Consequentias illatas, utpote male deductas : quia hoc quod est communicari excellentiam gratiæ, vel abundatiorem ejus copiam mediis Sacramentis, provenit ex duplici capite ; vel quia habent materiam extrinsecus appositam, ex vi cujus tam ex parte formæ, quam ex parte materiæ significatur provenire ex virtute extrinseca Christi Domini gratiam sacramentalem. Et in hoc sensu in omnibus aliis Sacramentis præter Matrimonium, et Pœnitentiam, confertur excellentia gratiæ, ut statuit D. Thomas, et nos-exipso docuimus super primo articulo ; siquidem omnia illa postulant materiam externam, et externe appositam. Secus vero est de illis duobus Sacramentis, quorum materia proxima sunt actus humani sensibiles modo ibi explicato. Vel quia ultra hoc omnibus illis commune, adest specialior adhuc alia ratio, quare in aliquibus significari debeat copiosior adhuc gratiæ fructus, quam in aliis. Et hæc sunt Confirmatio, et Ordo, in quibus ad id significandum requiritur præ aliis manuum impositio. In Confirmatione quidem, quia, ut inquit S. Doctor supra D.Thom. quæst. 72, art. 2 : *In hoc Sacramento da-*

li<r piijntludo Spiritus smicli ad *robur 4pi-* rilual··, *ipa.J competit perfecti' ælali,* et hoc robur non datur in Baptismo, ut probaverat S. Doctor, art. 1, immediato. Et idem liquet in Ordine, ut constat ex hoc eodem præsenti articulo, ubi illa assignat potestatem in divina mysteria, qua non poliuntur alia Sacramenta, nec eorum fiobilissimnm Eucharistia; quin imo per Sacramentum Ordinis designatur homo mediate, vel immediate (ut omnes Ordines comprehendamus· ad peragendam, et conficiendam Eucharistiam, et ctetera alia Sacramenta ministranda. Unde licet aliis Sacramentis præter Pœnitentiam, et Matrimonium. conveniat excellentia gratiæ, in quibus includitur Baptismus; adhuc tamen est specialior, ac copiosior ejus fructus iu illis, in quibus fit manuum impositio, quod non competit nec Baptismo, nec Eucharistiæ. nec eti.im Extremæ Unctioni. Pœnlientiæ vero denegatur ex utroque capite, quia solum ordinatur ad remissionem peccatorum, sicut Baptismus, et quia non habet materiam exterius appositam. Unde omnia consonant, nec est ulla iu D. Thoma contradictio, aut defectus.

Duplex error, '4*1 irrepsit circa mausum iroposi-tionem.

6. Est tamen observatu dignum circa impositionem manuum in hoc Sacramento irrepsisse duplicem errorem ex dumetio adversum. Primus fuit cujusdam Theologi S. Doctoris Syncroni, qui conari ausus est formam hujus Sacramenti invertere, ut constat ex dictis dub. 1, hujus disputationis : et insuper statuere, u! omnino necessariam necessitate Sacramenti manuum impositionem. Quem errorem quoad utramque sui partem expugnavit, et extinxit S. Doctor opusc. 20, non semel allegato, nec noil in præsenti in hoc ari. 4, et in primo hujus quæstionis. Alius error fuit Wicleph dëcidentis manuum impositionem, quam olim apud plerasque Ecclesias invaluisse non est dubium, non tantum pro Sacramento Confirmationis, verum etiam pro Pœnitentia. Contra quem egit N. Waldensis toni. 2 de Sacram, cap. 147. Porro ex illa consuetudine manus imponendi pœnitentibus orti sunt düo illi errores, alter, quod ut necessaria necessitate Sacramenti intrudebatur; alius vero, quo ut omnino impertinens, superflua, et nunquam licita spernebatur. Sed uterque, ut dicebamus, suffocatus eat ab Ecclesiæ Ductoribus, et cum eorum Authoribus sepultus. Quapropter universalis Ecclesia media, ac plane regia, via incedens manuum impositionem

Primas foil ei;ine-tus a D.Thoa.

Sccuadns qai fuit Wicicptj, quem cipu-

N. Waldensis.

Media vn

Ecclesia.

pro hoc Sacramento nec ex toto ddinnat, nec ut penitus necessariam docet. Non tpiidem reprobat; si quidem do eu fit mentio in Concilio Niceno. 1, cap. 9, in Coricilio Cartaginensi 3, cap. 32. Cariàginonsl 4, cap. 76. Arausicano cap. ult. ét D. Cyprianus opist. 14, 15 et 16, illum morem approbat, et olim, qui orant in probitentia manuum impositione reconciliabantur, ut refertur dist. 50, can. *PirnitenicJ* et 26. qu. 6, canone, *Qui recedunt,* et can. *Is qui.* Unde D. August, lib. 5 de Baptismo ail : manus *impositio,* quo nomine Pœnitentia vocabatur, non *sicut Uaplisnais, repeti non potest.* Et ideo communiter docent Theologi post Magistriim Soto in i, di»t. 14, q. I, art. 4, eam consuetudinem , si in aliqua nunc viguerit Ecclesia observari, et licite retineri posse. Quia tamen necessaria non est, nec ex institutione hujus Sacramenti colligitur, milia de ea fit. mentio in Concilio Flurentmo, nec in Tridêntino. àtquë ideo per non fisum abolita est, et in desuetudinem abiit. Et hinc constat huh esse nècêssaria necessitate ulla, sive medii, sivëpræcepti, nec ut laleni a tota Ecclesia accipi, aut unquam acceptam fuisse.

Ccuct Nirjh uiu. Cimjr *il&M* ‹. Cirtfp-L ArthbP ur.ii, U.Cj. pros. to. tisIsI, to. 0* *t tr.tx.* D. *SI-* Oil.

7. In responsione ad tertium est etiam dignum, quod observe.ur discrimen ihtêr Sacramenta, quæ habent materiam externam : nam ea, quæ usu perficiuntiif, ui sunt Baptismus, Confirmatio, Ordo, et Extrema unctio, ultra prolationem formæ supra debitam materiam, exigunt ex parte ministri aliam actionem externam, quæ versetur circa recipientem Sacramentum, qualis est applicatio ipsius materiæ subjecto, et hanc vocant communiter Theologi materiam proximam, aliam vero remotam , ut constat in Baptismo , ciijus materia remota est aqua, et ablutio Sacerdotis, materia proxima, sine qua non perficeretur Sacramentum, nec forma valeret. Quod secus accidit in aliis tribus Sacramentis, Eucharistia videlicet, quia non consistit in usu; Pœnitentia, et Matrimonio, eo quod non est illis materia exterius adveniens. Unde sola verborum formæ prolatione absque ulla alia actione perfici hæc Sacramenta docet S. Doctor, et ptaxis ipsa testatur.

fhtn W®*. D.Th.'2.

8. Hinc consequi necesse est ceremoniam signandi panem ante consecrationem, aut pronitentem in absolutione non esse necessariam necessitate præcëpti, in quo aliqui tantisper hæsisse videntur. Nam quando

Anii t*4"* ehj

quando 8, Doctor omnem aliam actionem cxletnani ab 01r Sacramentis exclusit dfl eorum perfectionem ; non tam locutus est do perfection^ essentiali, et quoad substantiam t .quæ compatitur cum peccato, quam de perfectione nullam importante, aut includente gravem deformitatem/ sive 6x parte recipientis, sive ex parte tninistrainis. Et in hoc sensu interpretantur D. Tlwmain ex extraneis Suarez, et Vasquez,

NtiPi $«‹?.

discipulis vero Soto, Nuno, Aruuxo, et Prado, et consequenter affirmant illam ceremoniam signandi non esse necessariam adhuc necessitate praecepti.

Suto, N»). Anno, hlfe.

9 8ed esae in contrarium D. Augustiiiiiï see. 19, de Annunciatione, ubi ait : *Hujus crucis mysterio, el universaliter omnia Èèclesiaslica Sacramenta in hujus virtute perficiuntur.* Et quod magis premit, Stephauus Papa VI, in, epistola ad Episcopos Orientis, qute habetur àpud Baron, ad ann. 886, ita docet : *Per venerandam crucem omnia dona Sacerdotalis ministeriiperficiuntuf.* Quæ iegre absque præcépto Ecclesiastico salvantur. Similia passim est invenire aphd veteres Patres, quos refert Prado in præsenti : ergo si non necessitate Sacramenti : necessitate tamen præcëpti, opus erit vel ad consecrandum, vel ad absolvendum uti signo crucis super materiam propriam cujûslibèt illorum Sacramentorum; nam aliâs absque veneranda cruce Sacérdotati ministerium perficeretur, quod contradicit Pontificis doctrinæ.

ûfcuœ vleltr D. Au-pit

Bm

Noa [·Ï;·.4r iett

10. Hæc tamen non ôbesse docent communiter Theologi contra Landrmetet lib 2, *ile velere clerico monacho,* ep. 89, asserentes nullam esse mortalem culpam praetermittere illam ceremoniam in Poenitentia, utpote quæ non est præcepta absolute, sed qua conveniens ad significandum peccala remitti iri virtute passionis Christi. Nec aliud intendunt, aut significant verba Augustini, et Pontificis : quia cum Sacramenta nullam virtutem habeant, quam a Christi passione derivatam, sicut ejus cruce omnia perficiuntur : ita convenientissimum est, ut etiam ritibus, ac ceremoniis eorumdem Sacramentorum explicetur cruce signando, vel ad consecrandum, vel ad absolvendum. Et in hoc sensu nedum ex parte Sacerdotis ritus observantur, qui tamen in præcépto non sunt, verum et ex parte pœnitentis : sed non ideo displiciendi, quin observandi, ut eos observare hortatur Catechismus Romanus parte 2, cap. 18, dicens : *Quem peocalorutn pwnilel, is se humüi, âc demisso animo ad pedes Sacerdotis dejicit, iit cum se tam humiliter gerat, facile possit (ignoscere superbite radices evellendas esse, el cap.* 43 *addit : quosdam ritus ac ceremonias Ecclesiæ aulhoritate additas esse, quæ etsi ad Sacramenti rationem non spectant, ejus tamen, dignitatem, magis ante oculos ponunt. Cum enim aperio capite ad pedes Sacerdolis abjecti demisso in terram vultu supplices munus tendentes, altaque hujusmodi chrisliante humilitatis signa dantes, qux ad Sacramenti rationem necessaria non sunt, peccala confitemur, ex iis perspicue inlelligimus, cum in Sacramento coelestem vim agnoscendam, tum a nobis divinam* mi» *sericordiam summo studio requirendam.* Et hoc modo adstruunt SS. PP. necessitatem crucis ad perficienda Sacramenta. Et ideo secluso contemptu non erit gravis noxa cruce non signare in Pœnitentia super absolvendum.

fo·

articulus V.

Ulrtim huc Sacramentum sit de necessitate salutis?

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod hoc Sacramentum non sit de Necessitate salutis : qtiia super illud Psll; 125 : Qui seminat in lacrymis, etc., dicit gioss. Noli esSé ifislis, si adsit tibi boua voluntas, unde ruetlitur pax : sed tristitia est de ratione pœnitentiæ, secundum illüd 2 Corinlb. 7 : Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur : ergo bona voluntas sine ptenitentia sufficit ad salutem.

1. Pnet. Proverb, lô, dicitur, universa delicta opert charitas. Et infra 15 : Per misericordiam, et fidem purgantur peccata : sed hoc ^aeramentum non est, nisi ad purgauduin peccati : ergo habendo charitatem. et fidem, et misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine pœnitentiæ Sacramento,

5. Præt. Sacramenta Ecclesiæ initium habent ab ids* litatione.Christi : sed sicut legitur Joan. 8. Christus mulierem adulteram absolvit absqufi pœnitentia; ergo videtur quod pcpuilenlia non sil de necessitate salutis,.

Sed contra est, quod Dominus dicit Luc. 8 : Si pœnitentiam non habueritis omnes simul peribitis.

Respondeo. Dicendum, quod aliquid est necessarium ad salutem dupliciter; uno modo absolute : alio modo ex suppositione : absolute quidem necessarium est ad salutem illud, sine quo nullus salutetn consequi potest : sicut gratia Christi ; et Sacramentum Baptismi, per quod aliqn in Christo renascitur. Ex suppositione autem est necessarium Sacramentum pœnitentiæ : quod quidem est necessarium non omnibus, sed peccato subjacentibus : dicitur enim 9 Para. ult. et tu Deus justorum non posuisti poenitentiam justis, Abraham, Isaac, et Jacob his, qui tibi non peccaverunt. Peccatum autem cum consummatum fuerit generat modem, ut dicitur Jacob 1. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quod peccatum removeatur ab eo, qudd-quidem non potest fieri sine pœnitentiæ Sacramento, in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem Sacerdotis, simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati ‹ sicut enim dicit Aug. super Joan. : Qui creavit te sine te, non justificabit te sine te. Unde patet quod Sacramentum pœnilênliæ est necessarium ad salutem post peccatum, sicut medicatio corporalis, postquam homo in murbum periculosum inciderit.

Ad Primum ergo dicendum, quod gloss, illa videtur esse intelligenda de eo, cui adesi bona voluntas sine interpolatione, quæ fit per peccatum : talis euim non habet tristitiae causam : seu ex quo bona voluntas tollitur per

peccatum, non potest restitui, sine tristitia» qua quis dolet de peccato prrierito, quod pertinet ad poenitentiam.

Ad secundum dicendum, quod ex quo aliquis peccatum incurrit, chantas, fides, ct misericordia non liberant hominem a peccat », sine pœnitentia : requirit enim charitis» quod homo do'ea·. de offensa in amicum commissa, et quoi amico homo studeat satisfacere : requirit etiam ipsa fides ut per riitutem passionis Christi, quæ in Sacramentis Ecclesia· operatur, qnæral justificari a peccatis : requirit etum, et misericordia ordinati, ut homo subveniat pœnitendo ssæ miseriae, quam |»cr peccatum ineurritsecundum illud Prov. II : Miseros facit populos peccatum : unde Eccles. 3. diriiur : Miserere aoimæ tn.v, placens Deo.

Ad tertiora dicendum, quod ad potestatem exeelientiæ, qnam solas Christus baboiu ut supra dictum est, pertinuit» qcod Christus efcctnm Sacramenti pœnitentiæ, qui est remissio peeatorum contulit mulieri adaîieræ sioe exterioris pœnitentiæ Sacramento, licet non sine interiori poraileotla, quam ipse in ea per gratiam est operatas.

Conclusio esi bimembris: Sacramentum Pænitentiæ est simpliciter necessarium ex suppositione peccati post receptum Baptismum ; non vero ea suppositione ablata.

Veritas hujus Conclusionis constabit ex disputatione sequenti ubi necessitatem hujus Sacramenti exponemus, et elucidare studebimus articuli doctrinam.

ARTICULUS VI.

Ulrtm P.rniterUia sil tfcuxda tei><la past naafrafiim ?

Ad Seiluro sic proceditur. Videtur ηαο-ɗ Pœnitentia sit non secunda tabula post naufragium : quia super illud Isa. 3 : Peccatum suam, quasi Sodoma prædicaverunt, dicit gloss. Secunda tabula post naufragium, est peccata abscondere : Pœnitentia autem non abscondit peccata, sed magis ea revehi; ergo pœnitentia non e?tsecundj tabula.

2- Prælerea. Fnudamentam io ædifleio, non tenet secundum, sed primum locum : pœnitentia autem in spirituali ædiûcio est fundamentum, secundum illud Heb. 6 : Noo rursus jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, unde et pnecedit ipsum Baptismum, secundum illud Act. 2 : Pœnitontiam agite, el baptizetur nnosqnisque vestrum; ergo Pœoitenth non debet dici secunda tabula.

3. Præterea. Omnia Sacramenta sunt quædam tabulæ; id est remedia eoutra peccatum : sed Pœnitentia non tenet secuudum locum inter Sacramenta, sed magis quartum, ut ex supra dictis patet; ergo Pœnitentia non debet dici secunda tabula post naufragium.

Sed contra est, quod Hiero, dicit quod secunda fabula post naufragium est Pernitentia.

Respondeo. Dicendum, quod id quod est per se, naturaliter prius esi eo, quod e>t per accidens : sicut et sobriantia prior est accidenti : Sarramenta autem quædam perse ordinantur ad salutem hominis, sicut Baptismus, qui est spiritualis generatio, et confirmatio, quæ est spirituale augmentum, et Eucharistia, quæ esi spiriisale nutrimeuturn : Pœuiteoth autem ominatur ad salutem bomrai-, quasi per acciden^ supposito quodam, scilicet ex suppositione peccati : nhi enim homo peccaret actœüiler. Pœniie.itia non indigeret : indigeret tamen Baptismo, et Confirmatione, ct Eucharistia; sicut et in vita corporali non indigetet homo medicatione nisi infirmaretur : indigeret autem homo perse ad vitam generatione, augmento, et nutrimento ; ct ideo Pœaileulii tenet secundum locum respectu status integritatis, qui confertur, et conservatur per Sacramenta praedicta : unde, et metaphorice dicitur secunda tabula post naufragium. Nam primum remedium mare transeuntibus esi, ut conserventur in navi integra. Secundum autem remedium est post navem fracum, ut quis tabulæ adhæreal : iu etiam primum remedium iu mari hujus vite est, quod homo integritatem servet : Secandum autem remedium est, si per peccatum inlegnulem nerdiderit, quod per Poenitentiam redeat.

Au Primum ergo dicendum, quod abscondere peccata contingit dupliciter. Eno modo dum ipsa peccata fiunt: est autem pejus peccaro publice, quam occulte : torn quia peccator publicus videtur ex majori contemptu peccare: tum etiam quia peccat cum scandalo aliorum : et ideo quodihm remedium est iu peccatis, quod aliquis iu occulto peccet. El secundum hoc dicit gloss, quod secunda tabula post naufragium est peccata abscondere· non quod per hoe tollatur peccatum, sicut per Pœmtentiam, sed quia per hoc peccatum fit minus; alio modo, aliquis abscondit peccatum prius factum per uegligentiam confessionis, el hoc contranahir Pœnitentiæ. Et sic abscondere peccatum, non est secunda trabula : sed magis contrarium tabulæ : dicitur enim Proven 28 : Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

Ad secundum dicendum quod Pœnitentia non potest dici fundamentum spiritualis ædificü simpliciter, id esi, in prima ædiücatione : sed est fundamentum in secunda reædtâeatiane, qua* fit per destructionem peccati, Nam primo redeuntibus ad eum, occurrit Pœnitentia. ΛρυMo· lus tamen ibi loquitur de fundamento spiritualis doctrina» : Pernitentia autem, quæ Baptismum praecedit, noa est Pœnitentiæ Sacramentum.

Ad tertium dicendum, quod tria præeedenlia Sacramenta pertinent ad navem integram, id est ad statum integritatis, respectu cujus Pœnitentia dicitur secunda Libnfa.

Conclusio : Pœnitentia rectissime dicitur, et est secunda tabula post naufragium.

COMMENTARIUS

1. Conclusio prout jacet deünita videtur a Concilio Tridentino çanone 2, sess. 44, sub his verbis : *Si quis Sacramenta confundens ipsum Baptismum Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint ; atque ideo Panilentiam non recte secundam post naufragium tabulam appellari, anathema fit.* Ubi duo statuit ; quibus duo percelluntur errores ; alter negantium distinctionem Baptismi a Pœnitentis contra quos egimus, supra disp. I; aiter vero sectariorum nostri temporis irridentium hanc metaphoricam locutionem, ut prorsus ineptam; cum tamen aptissima sit ad explicandam reparationem lapsi, quamque teste eodem Concilio sess. 6, cap. 14, *secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam SS. PP. apte nuncuparunt.* Trilat

2. Et ne quis hæreat circa ordinem hujus articuli ad præcedentem, animadvertat, semel ostensa Sacramenti necessitate, quod præstitit S. Doct. art. 5, rectissime procedit ad examinandum modum, seu qualitatem necessitatis, an nimirum sit ad instar primae, vel secundæ tabulæ? Et quia apud SS. PP. praecipue vero D. Hieronymum, a quo primo, ut aliqui volunt, ea locutio cœpta est, usurpari videtur metaphora secundæ tabulæ, huic Sacramento adaptata, simul et semel Angelicus Doctor, et rectam procedendi methodum servavit, et veritatem locutionis SS. PP. sub metaphora contentam explicuit. Artit?· lorea recto* orJe. Hieronya. Poldrt D.Thoa. meuphon.

3. Porro ejus energiam optime elucidavit

nel

vit S. Doctor considerando totum mundum voluti marc, in quod omnes ascendunt medio Baptismo, qui ad instar navis se habet, integræ quidem, et illtesæ, quatenus medio baptismate denuo generatur homo in vitam spiritualem, quin aliquid veterum culparum purgandum et diluendum supersit: in quo proinde post commune naufragium naturm humanæ, secure, et tranquille transire potest homo sub innocentia baptismati praesentis vitæ fluctus, et ad felicitatis portum appellere. Hac vero baptismal! nave lethal is culpae naufragio illisa, et confracta, nullum superest remedium perditionem, ac mortem evitandi, nisi pœnitentia juxta illud : *Nisi pœnilen-*
Ir. 13. *liam egeritis, omnes quidem peribitis. Luc.* 13. Et idcirco dicitur secunda tabula post naufragium : nam sicut diruta navi, et in partes collisa videre est homines asseribus, seu tabulæ primo occurrenti, ne submergantur, affixos, et ad hoc unum remedium applicitos; ita post gratiam baptismalem amissam nulla spes remanet elabendi a periculo damnationis nisi media Poenitentia, cujus proinde necessitatem prius debuit probare D. Thomas, ut hic redderet rationem, cur secunda tabula post naufragium apte appellaretur.

Qurc 4. Est itaque secunda tabula, non quia praecesserit prima, aut quia subsequatur
ata'·», tertia, ut aliquis opinari possit ; sed quia est secundum remedium post primum, et universale Baptismi, quo non fracto, veluti integra navi, non esset locus Pœnitentiæ, sicut nec in statu innocentiae, sed illico transirent homines ad felicitatem æternam, quia ut inquit sanctus Doctor, *primum remedium mare transeuntibus est, ut conserventur in navi integra,* qualis est Baptismus, quique est primum totius naturæ remedium. Quare nomine *naufragii* non hic intelligitur peccatum originale,
Nw sed personale post Baptismum. Nec hic
■^r servatur ordo ad reliqua Sacramenta, alias non diceretur hoc Sacramentum *secunda,*
M!1' sed *quarta* tabula, siquidem per se supponit Baptismum, Confirmationem, et Eucharistiam ; quoniam hæc tria Sacramenta pertinent ad navem integram, id est ad statam integritatis adeptum per Baptismum, respectu cujus integritatis, et non respectu Sacramentorum, Pœnitentia dicitur secunda tabula. Et ratio sancti Doctoris est optima : nam sicut generatio, robur, et nutrimentum per se pertinent ad vitam integram corporalem; sic Baptismus, Confirmatio, et Eucharistia in ordine spirituali. Medicina autem sivé in corporalibus, sive spiritualiter accepta non habet locum, nisi supposita infirmitate, et consequenter semper atque sumatur, est remedium supponens fractionem, et divulsionem ; atque ideo secundum per ordinem ad integritatem prius habitarn. Nec hanc denominationem amittit, quantumvis plura succedant peccata, et Pœnitentiæ tabula non semel sed pluries assumatur; nam hoccine remedium semper, et præsto adest quotiescumque illud arripere opus fuerit, et quia est universale cuilibet, et omnibus naufragantibus ; idcirco semper conservat nomenclaturam secundæ tabulæ, quam accipit ex ordine ad primum, et universale remedium Baptismi. Hinc constat, qua impudentissima audacia invectus fuerit Calvinus, dum lib. 4. Tnst. cap. 19, Calvin, blasphemo calamo scripsit : *Ementitum hoc Sacramentum ornarunt, quo decebat elogio; secundam esse tabulam post naufragium. Quia siquis vestem innocentiae in Baptismo perceptam corruperit, per Panilenliam reparare potest. Sed dictum est Hieronymi. Cujuscumque sil, quia plane ineptum sil, excusari nequit, si ex eorum sensu exponitur.* Sed quidem aptissime, et verissime illius sensus fuit a D. Thoma expositus. -

ARTICULUS VII.

Utrum hoc Sacramentum fuerit convenienter in nora lege institutum.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod hoc Sacramentum non fuerit convenienter institutum in nova lege. Ea enim quæ sunt de jure naturali, institutione non indigent ; sed pœnitere de malis, quæ quis gessit, est de jure naturali : non enim potest aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat : er/o pœnitentia non fuit convenienter instituta in nova lege.

2. Præterea. Illud quod fuit in veteri lege, instituendum non fuit in nova : sed etiam in veteri lege fuit Pœnitentia : unde, et Dominus conqueritur Hier. 28, dicens : Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens : Quid feci? ergo Pœnitentia non debuit institui in nova lege.

3. Præterea. Pœnite.itia consequenter se habet ad Baptismum cum sit secunda tabula, ut supra dictum est : sect Pœnitentia videtur a Domino instituta ante Baptismum : nam in principio praedicationis suæ dixisse Dominus legitur Malth. 4 : Pœnitentiam agile» appropinquavit emm regnum coelorum; ergo hoc Sacramentum non fuit convenienter institutum in nova lege.

1. Præterea. Sacramenta novæ legis institutionem habent a Christo, ex cujus virtute operantur, ut supradictum est : sed Christus nan videtur instituisse hoc Sacramentum, cum ipse non sit usus eo, sicut aliis Sacramentis, quæ ipse instituit ; ergo hoc Sacramentum non fuit convenienter institutum in nova lege»

Sed contra est, quod dicit Dominus Luc. ult. : Oportebat Christum pati, ct resurgere a mortuis die tertia, et praedicari iu nomine ejus pœnitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes.

Respon. Dicendum, quod sicut supra dictum est, iu hoc Sacramento actus pœnitentis se habet sicut materia :

id iatem quod est ex qui Operatur ul minister Christi. $e h^bel ut formale, et completivum Sacameali : materia vero etiam ia altis Satramealis pnrexibtit a oniri, ut aqua, vel 3b arte ut pacis t sed qjoJ talis materia ad Sxranienlx'.i adamatur, institaue iadsget bût detemiaaate : sed forma Saerasenti, ei vtrte» tatifiur e$t ex insUIsliove Christi, ex cajas passione profuit virtus Sacrameniurtim. Sieergo htjw Sacramenti matera præezisut a natura (ex nalunii enim ralioue bomo motetur ad p-rniteodem de milia, quæ feeit), sed quod hor, vel illo modo homo ppaitallMi agat, est ex institutione divina : unde, et Dominus in principe prædicanonis '..lixii hoainibai, ul non solam nœniwreni, sed etitm penileaInm agerent, Signihèles drîermiQatGs modos aciujin, qui rbiuiruntur ad hoc Sacnmentofii : sed id> quoti palmet ad oiliciam micitrorum, determinavit Minh. 16, abi diti! Petro : Tibi daU caves regni ttrioruat, etc. EffUic-ua autem hujus Sartameati, el originem viriatis ejas, uaniieshxvit post resurrectiuaem Lue. uiî obi dixit, quod oportet prædieare in uomiac ejus pœdkutiam, e: remissioaem peccatoraci in omnes gentes, prihnissé de pusioae. el re^urteêiione : ex tirtbte 5. nominis Jesu Cfirisu patientis, e! resurgentis, fcvc Sacrameotem tôtaeùm bahei in remissionem pteriorum : et sic patet convenienter hoc Sacramentum in nuta lege iuMduhKQ faiSSe.

Ad primam erga dieofetan, quod de jure oatmli est quod aliquis p rrJte: de motis qua* fwt. quantum 3d hoc, quod dotet fecisse, ei doloris remedium qtxxrai per aliquem môdtm, et riod etiam aliqua signa doloris os· Jat, brut et Niiiîîîiüe fecentat, ut Joaæ 3 lifiter. Iu quibus umeo ififfaid im adjunctum tder» quam conceperant n. prædteDw Jooæ, ct scilicet hocagereut sub speteèhe consôiuesdæ *i* beo, secuudara illud, quod ibi teilur : Qeis scit si rarertoltr, et igwcat Deas, et revenais a furore *irx* >w, rc nou reribimns? S<M sicut alia, quæ «ou! *de* jure naturali determinitionem aectpemt rx io>iiiutionc leek diiiaæ, at ia secunda prie dictum est, ita etiam et Pœaiientù.

Ad secdftdttm dicendum, quod ea quæ sunt juris naturalis diversimode determinationem acripmm ia veteri, et iα nova lege, secundam quod congruit imperfeeiitmi ve.eris legis, et perfectioni ftovm, unde et Pœhiteaha in veteri legetliqwm (ktermiaatiouem habuit, quando quidem ad dolorem, ul esset magis in corde, qiaim ia eilenvribas sigois, secundum illud Juel 3 : Scind ne corda vestra,- et non vestimenta vestra : qaantem autem ad remedium doloris quærendum, ut aliqno modo ministris Dei pecau sua confiterentur, ad minus in geuerali. Unde Domiuus Levit. 5, dicit : Anima, quæ peccaverit per iguoruliam offerret arietem iiumjeulaiaa de gregibus Sacerdotis juxta mensuratam æslimalionmque peccati, qui orabit pro eo, quod nesaeas fecerit et dimittetur ei : in boe euim ipso, quod oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quodammodo suum pectitum Sacerdoti confitebatur, 6t secundum hoc dicitur Proverb. 28 : Qui abscondit scelera sua, non dirigetur : qui autem confessas farni, et reliquerit ea, misericordiam consequetar : nondum autem erat instituta potestas clavium, que a passione Christi derivatur, el per cousequeens nondum erat institutum, quod aliquis «oletet de peccato cum proposito subjiciendi se per coufessiouem, el satisfactionem riaxibus Erclesi.l· sub spe consequenda? veniæ, virtute passionis Christi.

Ad Tertiam dicendam, quod si quis recte consideret ea, quæ Dominus dixit de necessitate Baptismi Ju. 3, tempore præeesserunt ea, quæ (dixit Matth. tde necessitale Pœnitentiæ. Nam id quoa dixit Nicodemo de Biptismo. fuit aute iucarcerationem Joan, de quo postea sabditur, quod baptizabat : illud vero quod de Pœnitentia dixit 51atlh. I, fuit post mearcerationtui Joanuis : Si tamen prius a-! Pœuiieniiain induxisset, quam ad Baptismum, hoc Wcp esset quia etiam ante Baptismum reqoirilur qœdam Pivnitenlia : sicut el Petrus dixit Aci. 2 : Pœnitentiam agite, el baptizetur unusquisque vestrum.

Ad Quartum dicendum, quod Christus non esi usos BaptisinOÿ quém ip*e iustituit : sed est bapt-zatas bap·tftmo Jo. ut 4upn dictum est : sed oec utram active usus est tuo ministerio, quia ipte non baplinbat communder, sed discipuli ejus, ut dicitur Jo. 4, quamvis credendum sit. quod discipulos suos baptizavent, ul Aug. dicit ad Ccieucianum : usus autem hujus Saerameuli ab eo instituti» nullo modo sibi competebat : nec quantum ad hoc, quod ipse pœniteret, in quo peccatum non fuit, nec quantum ad hoc, quod hoc Sacramentum aliis praberet : quia ad (istOB.IcndaiD misêricordiam, et virtutem sham effectui hujus Sacramenti, sine Sacramento pimbebat, ut buprt dictum esi. Sacramentum autem Eucharistie, et Ipso sumpsit, el aliis dedit : lain, ad coiumeudaudam excel·lenitam hujus Saerameuli : tum quia hoc Saeremeuluni est memoriale suæ passionis, in qua Christus est Sacerdos, et hostia.

Prima conclusio : Materia Pœnitentiæ fuit in lege veteri.

Secunda conclusio : Sacramentum Pterii·* teuü© convenienter fuit institutum in nova lege.

Pro elucidatione hujus articuli, et articuli quinti præcedôntis huc remissi oportet instituere novam disputationem, in qua de Pœnitentiæ necessitate, et institutione disseramus. Quamvis enim una, et altera ex hactenus expensis in hoc tractatu satis superque constare possit, et hac una ratione efficaci probari, nimirum ab actu ad potentiam, adjuncto alio principio per $e noto sub hac forma : Quod Christus instituisse constat in nova lege, necessarium, et convenientissimujn est; non enim creditu dignum est mundi Redemptorem piissimum instituisse pro hominum salute minus necessaria, aut superflua, sicut nec non valde fini redemptionis convenientia : sed ex hactenus sparsim dictis in præcedentibus disputationibus liquido constat Sacramentum Pœnitentiæ fuisse institutum a Christo Domino in lega gratiæ cum reliquis Sacramentis ; ergo Sacramentum Pœnitentiæ, ne dum necessarium, sed etiam convenientissimum est in lege gratiæ. Quamvis, inquam, hoc unico argumento ab hac disputatione nos liberare possemus; sunt tamen plura, compellentia ad seorsim præsentem disputationem instituendam, tum ut aliis morem geramus, tum ut methodum D. Thomæ servemus, tum ut horum articulorum duc-* trinam, aliquibus difficilem aliqua luce donemus, et quod magis est, ut Pœnitentiæ originem, et progressum in medium eruamus. Unde sit

DISPUTATIO IV.

De necessitate, et institutione hujus Sacramenti.

1. Ut ordinem præstitum a Divo Thoma indivulse observemus, prius de necessitate, deinceps de convenientia institutionis Pœnitentiæ sermonem habebimus. Quare bimembris erit disputatio ; et ut ad ejus- [illegible] pnorem partem accedamus operæ pretium

prfetiuin foret ëxplicaro qüot modis aliquid sit, et dicatur necessarium. Sed quia pluries se obtulit occdsio in variis nostri Cur-,-us tractatibus eos exponendi, maxime vero tract, de Eide, disp. G, dub. 1, ubi lato de hoc puncto egimus, nec nôn tract, de Sacramentis in genere, ubi Sacramentorum necessitatem exposuimus, et tract, dë Eucharistia, in quo qualibet fuerit ne-·ccssaria explicare oportuit, idcirco aliis termini acceptionibus nunc omissis, duplicem necessitatem, prædictis locis uberius explicatam, usurpamus. Potest ërgo aliquid dici necessarium vel necessitate medii, vel necessitate pnecepli tantum, quoruin notiones ex ipsis terminis liquent. Nam iiëtessarium necessitate præcepti illud dicitur, quod tantum sub præcepto cadit, et absque quo, sicut ët absque præcepto, finis consequi potëst. Et ideo sicut potest esse caUsa legitinia non adimplendi præceptuiii (loquimur dé positivo) vel quia àôndum fuit intimatiiin, vel quia oblitum invincibiliter vel quia ejiis ntm odeurrit màtéfia : ita dtest hoitid ab éo dëoblisari legitime, et illo minime arctâri, quin fraudetur assecutione finis. Necëssariiim veto necessitate medii ita ëst annexum fini, ut absque eo finis intensus haberi non possit, quocirca ideo appellatur necessariunl necessitate medii, quia est uniciim medium in finem cbllimans, fiée supërëst aliud illuin assequendi, sivô id proveniat ex natüfa rei, sive ex institutione divina.

Porro hoc medium adhuc stare potest dupliciter, vel ita ut determinate sit in re necessarium, quo pacto infantibus nëcessârius ëst Baptismus realiter susceptus, quia sine ejus reali susceptione, nullatenus nanciscerentur salutem æternam. Vel saltem soluiii sit necessarium iri voto, quatenus adesse debeat votum, seu desiderium illud medium apponendi, licët re ipsà non apponatur. Et hoc modo Eucharistia est necessaria, vel in ie, vel in voto, et Baptismus adultis. Rursus votum istud, vel potest esse explicitum, vel tantum implicitum, quia nimirum in alio actu continetur, ut iu assensu præmissarum virtualiter continetur assensus conclusionis, et in actu intentionis efficacis electio mediorum.

Ùt ergo primam disputationis partem expediamus, examinandum superest an, et qualiter Sacramentum Pœnitentiæ sit necessarium? vel in re, vel in voto explicito, vel implicito? ad quod nos accingimus in hoc primo dubio, quæ ad secundam partiun disputationis perliriéftt iri sequentibtis decisuri.

DUBIUM

Utrum Sfici'imeiiluiii Ptènileilliæ sit neôtifiariuni, el *qualiter?*

Ultra memoratos necessitatis modos, Quolu adhuc necessitas est duplex, ut sumitur ex D. Thomtl in Hoc articiilo 5, ad quem necessi perlinet hoc dubium : vel absoluta, vel ex ,as' positione. Et sane si necessitate absoluta procederet difficultas, illico amandanda foret, siquidem nulla est, aut aliquando extitit dubitandi ratio, quæ rationabilis esset circa necessitatem Pœnitentiæ, si nullum unquam extitisset peccatutti Pœnitentia diluendum. Sicut enim apertissime impingeret, qui medicinam quæreret ad tuendam salutem, et pellendam infirmitatem, si ned debilitatem, aüt saltem illius periculuni experiri horl posset ; ita in vanum abiret, qui necessitatem Pœnitentiæ investigaret, si nulla esset, aul esset-posset peccati infirmitas , Pœnitetitiæ medicina sananda. Quocirca in cohfesso est apud omnes pro statu innocenti® nullum fuisse Pœtiitefitiad Sacramentum ; Cum ëo permanente, nullum peccati viilrius incurreretur : qui enim sub prædicto statu delinqueret, ptotinus ab eo decideret, et àd naturam lapsam pertineret.

Quate supponimus, et suppdnutrt omnes Supposi Sacramentum Pœnilëntiæ non essé absolute, et simpliciter neëessarium. Et ratio est, quam articiilo quinto tradit D. Thomas; quoniam illud est absolute, et simpliciter necessarium, sine quo nullus salutem consequi potest, uti se habet gratia per Christum, et Sacramentum Baptismi, sine quo in re, vel in voto suscepto nUllüs assequitur vitam æternam : séd absque Pœnitentia aliqui consequuntur* æternatti salutem : ergo Pœnitentiæ Sactamentum non est absolute, et simpliciter necessarium Minorém probat S. Doctof e£ illo D.Thom Paralip *El tu Deus jusloruin* Para- *non posuisli poenitentiam justis, Abraham, Isaac, et Jacob, his qui libi non peccaverunt.* Ergo Sacramentum Pœnitentiæ uon est nisi pro peccatoribus institutum juxta illud Christi Domini : *Non veni vocare justos, sed peccatores et non est opus medico bene habentibus,* et consequenter absque illo vita æterna est assequibilis. Et procedit suppositio adhuc supposito peccato origi-

nali, in cujus remedium institutus est Baptismus, ut constat ex prima et secunda disputatione. Unde solum superest examinare necessitatem Sacramenti Pœnitentiæ post actualia peccata, et Baptismum susceptum : quidquid sit de Pœnitentia legis naturæ, et gratiæ, de quo infra.

Catholic# veritatis assertio prima.

priai *conclu-tio.* 3. Dicendum est primo, Sacramentum Pœnitentiæ esse necessarium necessitate medii in re, vel in voto ad abluenda peccata post Baptismum commissa. *Hæc est* Catholica veritas non semel supra indicata, et probata, maxime vero disp. t et Trident. 2, quamque frequentius Theologi amplectuntur. Eam ante Tridentinum omnes SS. PP. ut Catholicum dogma tenuerunt, asseruerunt, et promovere curarunt, ut viAWBSt. dere est apud Augustinum pluribus in locis, maxime vero epist. IS, ad Honoratum, et libro 1, de adulterinis conjugiis cap. ult. ubi æquiparat necessitatem Baptismi, et Pœnitéhûæ; constat autem Baptismum alterutro ex his modis, in re videlicet, aut in voto esse necessarium adultis. Ergo etiam Pœnitentiæ Sacramen-
Leo. D. Ambroi. D. Chry-SQ&L tum. Idem docent Leo Papa epist. 91, cap. 2 et 3. D. Ambros. lib. 3, de Pœnit. D. Chrvsost. et communiter alii SS. PP. quos sequens Concilium Tridentinum sess. 14, cap. 2, docuit Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem esse necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus. Et canone 6, sub anathemate damnat negantes confessionem Sacramentalem [quæ dari non potest absque vero Pœnitentiæ Sacramento,} non esse ad salutem necessariam.

D.Thim. Idem docuit D. Thomas in 4, dist. 17, quæst. 3, art. 1, q. 1, dicens : *Illa Sacramenta, quæ ordinantur contra culpam, cum qua salus esse non potest, sunt de necessitate salutis. El ideo sicut Baptismus, quo deletur originale, est de necessitate salutis, ita el Pœnitentiæ Sacramentum.* Et in articulo 5 hujus quaestionis inquit : *El ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quod peccatum removeatur ab eo, quia* (ut immediate dixerat) *peccatum cum consummatum fuerit generat mortem, ut dicitur Jacobi* 1. *Quod quidem non potest fieri sine Panitenlix Sacramento, in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem Sacerdotis situl cum opere pernitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati.* In quibus satis perspicua, et efficax traditur conclusionis ratio, et catholica? veritatis fundamentum. Nam ut homo resurgat a morte peccati, et amissam vitam gratiæ recuperet, est omnino necessaria virtus passionis Christi, sine qua non est salus : hæc autem virtus dispensatur hominibus medio Pœnitentiæ Sacramento : ergo ad gratiæ salutem, ac vitam consequendam post peccatum actuale necessarium est Pœnitentiæ Sacramentum.

lira. Quod vero hæc necessitas non sit talis, quod postulet ipsum Sacramentum reipsa susceptum, sed quod sufficiat illius votum, qnod affirmatur in conclusione, constat ex eodemmec Concilio Tridentino, nec non Trita, ex Angelico Pneceptore. Ex illo quidem, D.Thu. quatenus cap. 4 illius sessionis docet aliquando contingere hominem contritione perfecta Deo reconciliari, *priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti volo (quod in illa includitur), non esse adseribendam.* Ex isto vero, dist. nuper allegata art. 5, ubi asserit, quod *contritio votum confessionis annexum habet,* et dist. 18 ejusdem libri, q. 1, art. 3, quæst. 1. Ubi contra quosdam negantes potestam clavium non se porrigere ad culpam, sed tantummodo ad pœnam, sic insurgit : *Quoniam si clavis nullo modo ad culpæ remissionem ordinatur, sed ad dimissionem pœnæ tantum ('ut quidam dicunt) non exigeretur votum suscipiendi effectum clavium ad culpæ remissionem, sicut non exigitur votum suscipiendi alia Sacramenta, quæ non ordinantur ad culpam, sed contra poenam.* Ubi supponit S. Doctor ad minus esse necessarium hoc Sacramentum in voto, et ideo 4, contra Gentes cap. 72, statuit claves Ecclesiæ efficaciam habere *in aliquo, antequam eis se subjiciat, si tamen habel propositum, ut eis se subjiciat.* In quo quidem ordine ad claves Ecclesiæ differt virtus Pœnitdntiæ hujus status a se ipsa ut attinebat ad veterem legem, in qua nullæ fuerunt claves. Quare initio hujus tractatus ex ipso S, Doctore supposuimus hanc differentiam, ut prius non egerit de Pœnitentia virtute, quam de ea ut Sacramentum ; quod aliqui obtendebant, et multi non observant prius de illa, quam de isto agentes.

dj 4. Hinc autem satis efficax desumitur FomlJ-ratio propositæ veritatis. Cum enim ex c<nlta·
Scriptura

Scriptura constet Petro, et aliis Apostolis, eorumquo legitimis successoribus promissas, imo et concessas fuisse claves regni coelorum ; hac loquendi forma manifesto significari voluit, quod sicut sine clavi aperienti januam nullus patet aditus ad domum occlusam : ita tandiu reseratum erit ostium regni cœlorum, hominum peccatis clausum, quandiu Sacerdotum clavibus non fuerit apertum. Quocirca apte, et æque profunde Leo supra laudatus epist. 91, scripsit : *Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per Baplismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparetur æternæ, ut qui regcneraliojiis donum violassent, proprio se judicio condemnantes ad remissionem criminum pervenirent ; sic divinæ bonitatis praesidiis ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum* (quo nomine absolutionem usurpat, ut constat ex supradictis cum D. Thoma ad art. 3) *nequeat obtineri.* Sed absque Sacramento Pœnitentiæ in re, vel in voto non reseratur ostium regni cœlorum, siquidem sine contritione, in qua est votum Pœnitentiæ, vel sine ipsa Pœnitentia in re non dimittitur peccatum post Baptismum ; ergo Pœnitentia ut est Sacramentum est omnino necessaria in re, vel in voto ad remittenda peccata. Patet Consequentia, quia illud est necessarium necessitate medii, sine quo finis obtineri nequit.

Leo.

Obi«-tio.

5. Nec refert si objicias paritatem Baptismi, qui quidem parvulis est necessarius in re ; licet adultis sufficiat in volo : sed tam necessaria est Pœnitentia sub ratione Sacramenti : ergo hæc erit aliquando in re necessaria, et non sufficiet in voto. Vel non bene coæquantur a Concilio, et Patribus Baptismus, et Pœnitentia, quoad necessitatem utriusque.

Diluitor.

Non, inquam, refert hæc objectio : quoniam in parvulis nullum esse potest votum Baptismi, cum sint rationis expertes, et consequenter dum parvuli sunt, necessarius est illis Baptismus in re; alioqui nullatenus, expiarentur a macula peccati originalis, quam contraxerant. Pœnitentia vero sub ratione Sacramenti non est instituta pro parvulis, nec pro aliis ante Baptismum; sed unice pro adultis post Baptismum lapsis. Et quia non semper adest confessoris copia, nequeunt obstringi ad reipsa suscipiendum Sacramentnm ; atque ideo non semper est illis necessarium in re, sed sufficit illius desiderium ad justificationem, dummodo interveniat perfecta contritio, in qua ex institutione Christi ' includitur votum Sacramenti, ut docet Tridentinum. Et hinc constat manifesta disparitas, quam prius tradidit D. Thomas D.Tborii. in 4, dist. 18, art. 4, q. 1, per hæc verba: *Sacramentum Pœnitentiæ eo quod habel actus suscipientis, quasi materiales, non potest dari nisi adultis, in quibus requiritur praeparatio ad suscipiendum effectum Sacramentorum. Sed Baptismus quandoque adulis,el quandoque pueris datur, et aliis carentiusu rationis. El ideo per Baptismum datur gratia, et remissio peccatorum pueris sine aliqua sui praeparatione praecedenti; non autem adullis.* In his enim eadem ratio est de contritionis voto circa Baptismum, quam sit in baptizatis circa Pœnitentiam. Unde si adsit confessoris copia, et urgeat præceptum accedendi ad Sacramentum, tenebitur quidem adultus ipsum recipere : nec aliter justificabitur, nisi actnaliter suscipiendo, vel propositum tempore oportuniori recipiendi habendo, quantumvis sibi contritus videatur; quia non est vera contritio excludens subjectionem ad claves.

6. Sed replicabis ex alio capite. Nam instatur, tota necessitas Pœnitentiæ videtur reduci ad hoc, ut sit remedium peccatorum actualium post Baptismum : sed hoc probat ejus necessitatem, quoad peccata venialia, quamvis nulli gravi homo reperiatur obnoxius ; siquidem peccata venialia sunt materia Sacramenti, ut supra diximus : ergo nullo peccato mortali existenti adhuc tenebitur homo ad suscipiendum Sacramentum.

Respondetur negando Minorem, quia Solvitur: Pœnitentia non fuit instituta, nisi pro peccatis lethalibus, quibus obseratur janua ccelorum. Peccata autem venialia ex se sicut non auferunt gratiam, ita nec jus ad gloriam; unde sola efficaci illorum detestatione absque ordine ad claves, aut Sacramentum possunt dimitti : et consequenter pro illis nullatenus est necessarium Pœnitentiæ Sacramentum. An vero quis teneatur ea confiteri ratione præcepti annuæ confessionis, casu quo nullo mortalia habuerit ? alia quæstio est suo loco decidenda. Si vero peccata venialia fuerint talia, quod dubium ingerant, an transierint, vel pertingerint ad mortalia, quod est esse dubia ; citra controversiam dicendum est pro illis esse necessarium in re, vel in voto prædictum Sacramentum ratione periculi

orti ex ipso dubio, ex vi cujus tenetur homo ea confiteri ut infra dicemus.

Tertia 7 Tertio, et difficilius objicies : nam ut remittantur peccata, sufficit actus charitatis; sed actus charitatis non dicit ordinem ad Sacramentum Pœnitentiæ, ut constat : ergo absque actuali Pœnitentia in re. vel in voto possunt remitti peccata læthalia, et consequenter neutro ex his modis est necessarium necessitate medii. Utraque Consequentia constat. Minor etiam liquet, nam independenter a Sacramento Pœnitentiæ tenetur homo Deum super omnia diligere, et consequenter est homini possibilis prædicta dilectio. Et hinc probatur Major, nam posita dilectione Dei super omnia non remanet peccatum mortale ; alioqui maneret homo conversus ad duplicem ultimum finem, cujus oppositum docent communius Theologi, et nos statuimus tract, de ultimo fine; et aliunde simul es.-ent peccatum, et gratia, cum actus charitatis non aliam radicem, quam ipsam gratiam, essentialiter postulet ergo ad auferendum peccatum mortale sufficit actus charitatis. Chrysost. Unde Chrysost. hom. 2, in 2, epist. ad Timoth, charitatis actum commendans pulchre ita ait : Si *ignis, ubi silvam occupaveril, omnia purgare consuevit; ita el charilatis fervor quocumque inciderit omnia perimit, atque perrumpit, quæ divinam segetem demoliuntur, emundatque humum suscipiendis, atque fovendis alte seminibus. Ubi charilasesl, omnia sublata sunt mala.*

Eo vel maxime : quoniam solo actu charitatis absque ullo ordine ad hoc Sacramentum constates Evangslio dimissa fuisse Luc. 1". peccata juxta illud Lucæ 17. : *Dimissi sunt ei peccata multo, quoniam dileiil mullum,* et quod magis est absque ullo actu, vel dilectionis, vel pœnitentiæ saltem externarum absoluta est mulier adultera Joan. 8; non ergo est simpliciter, et absolute necessarium ad purganda peccata Pœnitentiæ Sacramentum nec in re, nec in voto.

Respon- S. Respondetur hac objectione solum H0' probari cum gratia et chariiate semper conjungi actum, et habitum Pœnitentiæ virtutis, in quibus continetur votum Pœnitentiæ, ut est Sacramentum : non vero quod absque illo in sensu explicato peccaD.Thom, tum remittatur, ut constat ex D. Thoma art. 5, ubi similem, vel potius eandem objectionem diluens ait : dd *secundum dicendum , quod ex quo aliquis peccatum* I incurrit, chariles, *fides, ct misericordia non liberat hominem a peccata sine panilentia. Jlequirit enim charilas, quod homo do/eal de offensa in amicum commissa, ct qyod amico homo studeat satisfacere : rcquirjl etiam ipsa fides, ut per virtutem passionis* I *Christi, qua: in sacramentis Ecclesiæ operatur, qusral justificari a peccatis : requirit etiam ipsa misericordia ordinatq, ut homo subveniat poenitendo su.v miscriæ, quam per peccatum incurrit secundum illud Prov. 14·' Miseros facit populos peccatum. Unde Ec· clesiast. 3 dicitur : Miserere aniniæ lux placens Deo.* Et juxta hunc sensum explicatis praemissis neganda est utraque Consequentia. Quas non evincit elegans Chrysostomi testimonjum; quia ii.cet ea, et quam plurima alia non tam encomia, quaip vera praedicata charitati conveniant, et verissima sint; non tollunt, quin inferunt necessitatem Pœnitentiæ, tam ut virtus, quam ut Sacramentuni est, ut mqdo audivimus ex D. Thoma, et audire *nos* iterum jubet Augustinus lib. 5, homil. 4Q, eos Ârçrst. carpens, qui ad hoc Sacramentum accedere refugiebant: *Audite ipe, inquit, fideles agile Panilentiam, qualis agitur in Ecclesja : Nemo dicat, accidie ago apud Deum, novit Deus, qui mihi ignoscit, quæ in corde ago. Ergo sine causa dictum est, quæ solveritis in terret, erunt soluta in calo : ergo sine causa sunt datx claves Ecclesiæ. fruslrpmuf Evangelium Dei, verba Christi : promittimus, quod ille negat;* videlicet non esse remissionem absque recursu ad claves.

Ad illud quod additur, dicimus, tum hoc Sacramentum non fuisse institutum ante mortem Christi, ut constabit infra; atque ideo nibil mirum absque ordine ad illud dimissa fuisse peccata : tum etiam, potestatem excellentiæ, qua eminuit Christus non alligari Sacramentis a se institutis, sed absque illis potuis.se remittere peccata, et ita se gessit erga Magdalenam, adulteram, et alios plures. Sepus vero est de cæteris, quos praestituit Ecclesiæ clavibus subjici, ut salutem oblinerent.

g Π.

Ulterior ejusdem veritatis decisio.

9. Major est difficultas circa votum ipSjc u· sius Sacramenti, et ejus conditionem. Nam raenü aliqui sunt in eo, quod non est aliud vo- votant. tum hujus Sacramenti, quam aliorum : hoc enim ipso quod homo eliciat actum contritionis, vel charitatis, quibus justificetur

ficetnr extra Sacramentum, tonetur in proppsjto saltern omnia |)oj præcepta servare (alioqui Dump eppor omnia minimo ililigoret, nec vofum contritionis actum haboret) pt cpnspquenter ad præceptum jure divino confessionem accedere; et cuncta a]|'aannexa umicitiiu donuo instaurata? adimplero. Moc autem nihil speciale inducit pro hoc Sacramento , quod non salvetur in Eucharistia, et cæteris Sacramentis , quæ tamen non jdeo dicuntur necessaria in voto.

An ddkJt e=je npliei-ltlli.

Rursus, quia restat explicare; an prredictum vptum debeat esse implicitum, vel expljcitum, et neutrum videtur subsistere : siquidem votum explicitum difficile salvatur in casibus non raro contingentibus, ut mortis subito incussas, oblivionis naturalis ex imminenti periculo, vel aliis capsis subpftæ, vehementis in Deum amoris, quo extra se rapitur homo, et fertur in summam Dei bonitatem absque alterius objecti recordatione; et sic de aliis, in quibus vix est. aut esse potest locus emittendi alium aptum, quo proponatur ad hoc Sacramentum accedere. Implicitum vero votum uti non distinguitur ab ipsa contritione, non videtur ipducere majorem obligationem, quam servandi omnia Dei mandata; quod quidem ex ipsius contritionis visceribus «affertur. Et hoc modo reditur ad inconveniens primo objectum, quod non importet specialius votum hujus Sacramenti, quam aliorum; siquidem aptus charitatis, qut contritionis æqualiter tendit in observationem omnium præceptorum, æqualiterque omnia illis opposita detestatur. Ut ergo primæ difficultati occurramus, sequentem subjicimus conclusionem.

Stcath jio.

10. Dicendum est secundo contritionem importare votum hujus Sacramenti, quatenus vel formaliter per alium actum, vel virtualiter per se ipsum respicit Poenitentiam sub ratione medii unici ad salutem. Hanc conclusionem licet non ita explicatam docent communiter Tbomistæ, quibus alii subscribunt. Et probatur primo refellendo aliquorum dicendi modos, quos innominatos relinquunt Authores. Nam quod aliqui affirmant oatenus importari prædictum volam a contritione, quatenus peccatum non remittitur absolute, sed sub conditione futuræ Pœnitentiæ, prorsus amandandum est, ut a veritate alienum. Etenim contritio vel dependet a gratia essentialiter ut prpbabilius censemus, vel saltem ut satfe probabiliter alii asserunt connaturaliter ab illa oritur, vel tandem ut minimum ipsam sernper comitatur, quin sit dare instans, in quo gratia, et peccatum coexistant, ut ex communi Theologorum sententia statuimus contra Loream in tract, de justificatione. Ergo semel data contritione, adest remissio peccati absque recursu ad poenitentiam futuram. Palet Consequentia; nam alias simul essent gratia, et peccatum, vel hoc non remitteretur per contritionem usque ad adventum absolutionis. Unde hæc retardata, si homo decederet cum sola contritione abs dubio damnaretur; quod est absurdum, et apud Theologos catholicos inauditum·

Varii eijfr· P«i-tesli?. Prsus ii-au

Quod vero alii asserunt pFædictum yotum sistere in quodam auxilio virtute Sacramenti pollalo ad e'icientiam contritionis, satis frivolum, et commentitium est. Tum quia si Sacramentum non est, qualiter causare potest auxilium? Vel quod est fundamentum illud auxilium ipsi Sacramento attribuendi? Tum etiam quia votum contritionis subsequitur ad ipsam contritionem, maxime ei fuerjt explicitum; si autem implicitum cum ipsa ideiitificattir. Auxilium vero se tenet ex parte principii, atque ideo antecedit ipsam : non ergo votum contritioni adseriptum consistit in auxijjfl.

Deficit secandus.

iv4

jfTiFn •T"

11. Nec etiam, ut aliis placet, ,et in,-dicatur ratione dubitandi, consistit practise in proposito observandi præceptum divinum de Confessione. Nam contra est : quoniam hoc pacto non magis in coptritione esset votum Pœnitentiæ, quam Eucharistire, et aliorum Sacramentorum, imo aliorum Ecclesiæ præceptorum, cum nulla exp'icetur ratio specialis in Pœnitentia præ aliis, pt consequenter tam necesaria in voto ess.ent alia Sacramenta, imo et Ecclesiæ præcepta. quam est, et ^icitur a Conciliis, et Patribus Pœnitentja; quod nequit affirmari : ergo votum prædictum non consistit in proposito observandi præceptum de Confessione praecise. Consistit ergo prædjctum votum in eo, quod respiciat, vel medip alio formali actu, vel in ipsa virtualiter, et implicite contento P«enitentiam, pt est Sacramentum sub ratione medii necessarii ex Christi institutione ad remissionem peccatorum. Patet CQnr sequentia a sufficienti partium epumerar Lippe,

Displicet etiam tertias.

12. Deinde probatur secundo ratione efficaci, qua detegitur æquivocatio il|Lorum modorum dicendi. Nam Sacramenr

Ratio cllicax.

tum Pœnitentiæ ex sua institutione habet, quod sit medicina necessaria peccatorum actualium post Baptismum, sicut et Baptismus fuit institutus ad regenerandum hominem in vita spirituali : ergo votum importatum a contritione erga Pœnitentiam, debet intelligi, et explicari per ordinem ad ipsam, ut habet rationem rnedicinæ necessariae, seu quod in idem recidit, medii necessarii ad prædictam remissionem. Probatur htec Consequentia illo Antecedenti vero : nam votum speciale contritionis circa Pœnitentiam, et non circa cætera alia Sacramenta, aut praecepta (quod quidem votum supponimus, et supponunt aliter discurrentes, ut edoctum a Tridentino) non debet esse erga ea, in quibus Pœnitentia convenit cum aliis Sacramentis; alias non esset magis votum Pœnitentiæ quam aliorum ; sed debet esse circa propria ipsius Pœnitentiæ, ut ab aliis Sacramentis distincta.·. Proprium autem Pœnitentiæ, ut ab aliis Sacramentis diversæ est esse medicinam, et remediom ex institutione Christi ad remissionem peccatorum post Baptismum : ergo suh hac ratione terminat votum contritionis explicitum, vel implicitum.

Confirmatio. Confirmatur, et explicatur : nam licet in contritione includatur votum aliorum sacramentorum, etpræceptorum sub lethali obligantium, aliter tamen, et aliter, siquidem illa respicit contritio, ut rem pure præceptam. Pœnitentiam vero non solum, ut præceptam, quæ et ratio extrinseca, et communis, sed quia medicina est, et remedium unicum post Baptismum. Et inde oritur aliorum votum in ea implicitum esse votum observationis rei præceptae, quia praecepta est ; votum vero Pœnitentiæ est votum non tantum observationis rei præceptæ, sed etiam rnedicinæ, et remedii ex Christi institutione necessarii ad salutem. Alia enim Sacramenta sicut non ordinantur ad abluenda peccata, sed ad perficiendum hominem vel in se, vel simul in ordine ad membra Ecclesiæ; ita non respiciuntur a contritione sub speciali ratione rnedicinæ, et remedii necessarii. Unde sicut contritio ante Baptismum specialiter connotât Baptismum, ut primam Ecclesiæ januam , et remedium generale peccati originalis, sine qua connotatione, et respectu in lege gratiæ, nec esset vera contritio nec vere disponeret ad gratiam ; omnino pariter contritio post Baptismum non aliter est vera contritio, veraque iispositio ad gratiam, quam specialiter respiciendo Pœnitentiam, ut est Sacramentum medicinale a Deo ad instar rnedicinæ necessaria) institutum, quo ægrotus ad sanitatem pristinam redeat, et coelestis janua ipsi patefiat. Et in hujus signum semper instat praeceptum Sacramentalem Pœnitentiam accipiendi ; quod non accidit in aliis. Quare merito D. Thomas loco supra citato ex 4 sententiarum recognovit speciale votum in duobus Sacramentis, Baptismo, scilicet et Pœnitentia; quod tamen negat in alis neutiquam per se ordinatis ad remissionem culpæ : *quia Baptismus, et Panitentiæ* (verba sunt S. Doctoris ubi nuper dist. IS, quæst. 1, art. 3) *Sacramentum conveniunt quodam modo in effectu, quia utrumque contra culpam ordinatur directe, quod non est de aliis Sacramentis.* D.Tha.

Τιτὰ CvMÎlώ. 13. Dicendum est tertio votum hujus Sacramenti ad veram contritionem necessarium non debere semper, et indispensabiliter esse explicitum, sed sufficere vjrtuale, et implicitum. Hac conclusione respondemus secundæ dubitandi rationi supra indicatæ. Eamque ex antiquis defendunt Alexander Alensis 4 p. q. 76,Alaa£ memb. 2 et q. 18, novæ editionis memb. 2, art. 1. Richardus in 4, dist. 17, art. 2, Rithiri. q. 1. Adrianus ibidem q. 1, de Confess. Ainu, ex Thomistis Solo in 4, dist. 14, q. 1, Soto, art. 5, ubi existimat hanc veritatem non pluribus egere testibus : et subscribunt Arauxo in præsenti dub. 1. Candidus disp. Aram 24. Gonet disp. 1, art. 5. Labat dist. 1, dub. 2. N. Fransciscus ep. 2. Punct 3. n.fim- Eamque appellat Suarez disp. 17, sect. 3 communem, et practice certam, uti revera est, quidquid in contrarium dixerit Cano de Pœnitent. part. 5, conci. 3.

Quia vero assertio prædicta continet duas partes quarum altera negat, altera vero affirmat, oportet sensum declarare. Qua enim parte docet non semper, et indispensabiiiter esse necessarium votum explicitum Sacramenti; non illud quidem excludit, quin supponit aliquoties intervenire; et certe melius, ac securius esset, si nunquam abesset formale, et expressum desiderium ad Sacramentum accedendi. Quis hoc neget? Quia tamen ut supra tangitur in hoc eodem dubio , pro ratione dubitandi intervenit, et non infrequenter, vel ignorantia invincibilis, vel naturalis oblivio, vel quid hujusmodi, quod locum non det meminisse Sacramenti; idcirco asserimus, et asserunt allegati Doctores.

tores, et alii plures ah ipsis relati sufficere absolute, ct simpliciter votum implicitum Sacramenti. In hoc ergo sensu

irobi-Tnieat. 14. Probatur conclusio ex Concilio Tridentino sess. 14, cap. 4, ubi hæc habet : *Et ii contritionem hanc aliquando charilate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur ; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenli volo* (quod in illa includitur) *non esse adscribendam*. Ex quibus ad formam redactis sequens deducitur argumentum. Nam quod includitur in alio non est explicitum, sed implicitum, ut constat in effectibus causæ efficientis in ipsa non explicite, sed implicite, et virtualiter contentis, et videtur per se notum ; sed votum Sacramenti, quod est necessarium necessitate medii ad justificationem, includitur in contritione perfecta : ergo votum Sacramenti Pœnitentiæ, quod est necessarium necessitate medii, est votum implicitum praedicti Sacramenti.

CoiSra. Confirmatur, et explicatur. Nam quod votnm explicitum Sacramenti Pœnitentiæ esset necessarium , nequiret provenire, nisi ab uno ex triplici capite, vel quia sine illo vera contritio clari non posset in lege gratiæ; vel quia absque eodem non sufficeret vera contritio ad justificationem, ex Christi ordinatione, et institutione, qua voluit subordinare contritionem Sacramento; vel tandem, quia hujusmodi votum deberet substitui loco Sacramenti. Sed ex nullo horum capitum probatur necessitas voti explicit!, et formalis : ergo votum explicitum non est necessarium necessitate medii, sed sufficit implicitum ad remissionem peccatorum. Consequentia videtur perspicua ; siquidem in Majori referuntur motiva rationabiliter excogitabilia ad adstruendum prædictum votum. Minor vero quoad singulas exclusionis partes probatur : et quoad primam constat ex eodem Conci io Tridentino in eodem capite nec non sess. 6 de Justificatione cap. 14 , ubi eandem doctrinam nos docet; ex ea vero constat ad veram, ac perfectam contritionis rationem sufficere dolorem de peccatis propter Deum summe dilectum cum proposito non peccandi de cætero; nec aliud quidquam requirunt Theologi ad perfectionem contritionis. Sed ad elicientiam hujusmodi actus non requirit Concilium aliud votum, quam in ipso contentum, seu inclusum ; ergo ex mente, ct doctrina Concilii non requiritur votum expressum Sacramenti, sed votum contentum, seu implicitum,, et virtuale.

Debilius adhuc est secundum caput : quando quidem vera contritio est ultima dispositio ad gratiam, a qua dimanat in genere causæ efficientis, licet præcedat ex parte subjecti in genere causæ materialis, ut est constans doctrina D. Thomæ, et discipulorum; quidquid sit de dependentia essentiali, ejus menti conformiori, ut ostendimus tract, de ultimo fine et de charitate, et justificatione : ergo eo ipso, quod adsit vera contritio, adest similiter gratia cui repugnat coexistentia cum peccato. Et sane si ita non esset, ægre salvaretur illud Ezechielis 33 : *Impietas impii non nocebit ei, in quo cum die* (momentum intelligunt communiter interpretes nomine diei) *conversus fuerit ab impietate sua :* convertitur autem per veram contritionem. Ergo in eodem temporis momento, in quo fuerit contritio, non erit impietatis noxa. Nec Concilium agnovit aliam Christi ordinationem ad Sacramentum in contritione, quam votum in ipsa inclusum : atque ideo commentitia est alia expressior, et formalior. Kzeeh. 33.

Hinc corruit sua sponte tertia. Quia ut contritio supplere posset Sacramenti vices, supplere deberet ex consequenti ejus proprium effectum, et modum illum producendi ; alioqui enim haud facile capitur, qualiter, aut quomodo gerat Sacramenti vices. Constat vero contritionem non supplere, aut vices gerere Sacramenti ad hunc sensum, quod ejus gratiam Sacramentalem et propriam efficiat, aut ex opere operato causet; cum solum secum afferat gratiam sanctificantem, et hanc ex opere operantis : ergo contritio cum voto Sacramenti non gerit vices ipsius Sacramenti in sensu intento. Alioqui enim adultus ante Baptismum contritus re ipsa obtinuisset charitatem, et alios effectus Baptismi ob simile votum exactum in contritione ante Baptismum. Quod nemo dixit. Manet ergo perspicuum ex nullo illorum capitum recte probari necessitatem voti explicit! in contritione erga Sacramentum Pœnitentiæ.

Alia confirmatio. Confirmatur deinde : nam ad votum formale, seu explicitum Sacramenti est prorsus necessaria illius cognitio, et una cum hac cognitione advertentia ad obligationem, et institutionem ejusdemmet Sacramenti : sed Geri potest ut homo existens in peccato eliciat actum contritionis cum

ignorantia invincibili, vel oblivione naturali Confessionis Sacramentalis, ita ut nihil de ea cogitet : ergo possibilis est justificatio in vi contritionis absque voto explicite, et formali Pœnitentiæ. Palet Consequentia : quia non stat votum formale Pœnitentiæ absque cognitione actuali confessionis Sacramentalis, et advertentia itidem actuali ad ipsam. Præmissæ non indigent probatione.

Confirmatur demum, quia non minus est necessarius Baptismus, quam Pœnitentia ut constat ex Concilio Tridentino, et Theologorum unanimi assensu : sed actus contritionis cum voto implicito Baptismi sufficit ad salutem in adultis ; ergo similiter ipsemet actus contritionis cum voto implicito Pœnitentiæ valebit ad obtinendam culpæ remissionem. Minor, cui D.Tboa. s0], est difficultas probatur ex D. Tboma supra quæst. 69, art. i, ubi postquam q. 68, art. 2, docuerat desiderium Baptismi ad salutem sufficere in adultis, solutione ad 2, in qua se refert S. Doctor ad prædictam quæst. 68 et ad art. 2, explicat qualitatem prædicti voti dicens : .-id *secundum dicendum, quod (sicut dictum est) remissionem peccatorum aliquis consequitur ante Baptismum, secundum quod habet Baptismum in volo, vel explicite, vel implicite : et tamen cum realiter suscipit Baptismum, fit plenior remissio, quantum ad liberationem a lota pana, ita etiam ante Baptismum Cornelius, et alii similes consequuntur gratiam, el virtutes per fidem Christi, el desiderium Baptismi implicite, vel explicite.* Ubi palam sub paucis lineis, non semel sed bis asserit S. Doctor sufficere ad salutem votum vel implicitum, vel explicitum Baptismi. Si autem esset necessarium explicitum. non disjunctive, sed determinate loqueretur S. Doctor unum affirmando, et aliud negando.

tnaiol Paritatem hujus testimonii non admittit Arauxo in præsenti dub. 1, η. 47 in line : quasi mens S. Doctoris fuerit votum expressum' Baptismi esse ad salutem necessarium in lege gratiæ ; nullam vero aliam rationem, aut S, Docturis testimonium adducit, quod tamen desideratur, ut tam absolute affirmaretur non esse de mente D. Thomæ, quod bis in eadem solutione refricat 8. Doctor. Forsan h;ec erit, quod Angelicus Praeceptor sub illa disjunctione impliciti vel explicit! voluit explicare difterentiam necessitatis Baptismi ante promulgationem gratiæ, et post praedicationem ipsius : nam ante legem gratiæ sicut sufficiebat fides implicita Christi venturi, ita et Baptismi; secus vero in lege Evangolica, in qua sicut requiritur expresssa notitia Dei, ut Trini et Christi Redemptoris : ita est omnino necessaria cognitio Baptismi, et consequenter votum formale, et expressum illius. Quo respiciens D. Thomas fuit sub disjunctione locutus, ut singula singulis distribuerentur.

16. H®c tamen expositio D. Thomæ non est de mente ipsius, et impugnatur. Tum quia si ita esset absque ullo negotio, et majori claritate concederet S. Doctor in lege gratiæ votum expressum, et negaret implicitum. Tum quia locutio absoluta, et bis repetita non patitur eam distributionem, nisi sensum, et verba detorquendo. Tum etiam, quia S. Doctor, in corpore articuli non examinat, nec, determinat necessitatem Baptismi ante ejus notitiam, et promulgationem legis gratiæ ; hoc enim esset ridiculum, et penitus extra rem; sed facta, et explicata ejus institutione procedit ad investigandam ejus necessitatem in re, vel in voto, et hoc non vult S. Doctor necessario esse explicitum. Et hanc esse mentem D. Thomæ, et communem affirmat Prado ad q. 68, de Bapt. dub. 2, § 3, et ante ipsum Serra 22, q. 2, art. 7, conci. 2 et 3, p. q. 68, art. 2, cum aliis pluribus tam inlra, quam extra scholam S. Doct.

Tum denique ratione : quoniam adhuc in lege gratiæ non est magis necessarius Baptismus, quam sit exacta notitia Christi ejus institutoris, ut videtur per se notum : sed in lege gratiæ in aliquo casu sufficit ad salutem notitia implicita Christi Redemptoris, ut cum pluribus discipulis D. Thomæ sustinuimus tract, de fide disp. 6, dub. 1, § 3, conclus. 4, quam consulere poterit lector : ergo similiter licet in plurimum, et per se loquendo requiratur expressum, et formale votum Baptismi ; sufficiet tamen per accidens, et consequenter absolute præscindendo a casibus, votum illius implicitum, ut diserte asseruit S. Doctor in præallegato testimonio. Inde vero manifeste convincitur idem dicendum de Pœnitentia, cujus non est major necessitas, quam Baptismi ; quin imo quia est Sacramentum adultis proprium admittit in sui votum latitudinem dictam, quod in parvulis non habet Baptismus, ut docet S. Doctor loco supra citato

lato ex 4 sentent, distinct. 18, Non est ergo nd veram peccatorum remissionem necessarium aliud votum Pœnitentiæ, quam virtuale, et implicitum, nec aliud Concilium, quam contritione inclusum, id est virtuale, necessarium assignavit.

ftje· 17· Sed objicies. Votum in contritione contentum non est actus distinctus ab ipsa contritione, sed re ipsa coincidit cum illa ut est actus virtutis Pœnitentiæ : sed actus virtutis Pœnitentiæ, sou quod idem est contritio interior sola non est sufficiens ad remittendum peccata : ergo votum implicitum Pœnitentiæ non est sufficiens ad remittendum peccata, et consequenter Sacramentum Pœnitentiæ erit necessarium vel in re, vel in voto formali, eL expresso. Caetera constant præter Minorem, ijuæ Ck c î· probatur ex eo : nam in Concilio Complu- ^ṅ tensi sub Alfonso Præsule Toletano, quod postea approbatum est a Sixto TV, ut supra retulimus disp. 2, damnata fuit prima ʊı.ïï· conclusio Petri Oxomiensis ; quæ erat hujusmodi : *Peccala mortalia quantum ad culpam, el panam alterius sxculi delentur per solum cordis contritionem sine ordine ad claves,* et huic affinis fuit tertia similiter proscripta, ct perculsa : *Pravx cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia delentur sine ordine ad claves.* Constat autem votum implicitum Pœnitentiæ esse solam cordis contritionem : ergo juxta pnedictum Concilium sola cordis contritio insufficiens est ad remissionem maculæ ; et consequenter aliquid illi debet superaddi quo verificetur solam contritionem non sufficere; quod quidem non apparet esse aliud, quam votum formale, et explicitum. Rursum in Concilio Tridenlino sess. 6, cap. 14, decernitur pœnam æternam una cum culpa, vel Sacramento, vel Sacramenti voto remitti : hoc vero Sacramenti voto neutiquam intellexit Concilium cessationem a peccatis, aut eorum detestationem, aut cor contritum, et humiliatum ; quæ omnia paulo ante in eodemmet capite explicuerat : ergo significavit aliquid illis superadditum, nimirum votum formale et expressum. Item Joannis ultimo dicitur : *Quorum retinueritis retenta sunt ;* ergo quando quis nec re, nec voto accepit hoc •Sacramentum, cum Sacerdotes ejus peccata retineant, retenta sunt ; non enim remitti possunt absque ordine ad potestatem solvendi, seu quod idem est ad absolutionem Sacerdotis. Quem ordinem non importat votum implicitum.

18. Hac, prout jacet, objectione convictus 88. Magister Cano relect. de Pœn. part. 5, conci. 3, et paulo inferius § *sunt quoque argumenta non levia* oppositum nostræ assertionis sustinuit; quasi voto implicito Sacramenti non satis abiret nostra sententia ab illis propositionibus ab Ecclesia damnatis, et quod doctrinæ Concilii non bene cohæreret. Quod tamen est falsum, et quidem quoad conclusiones Petri Oxomiensis evidentissimum est toto coelo ab aliorum Theologorum sententia distare; siquidem ille perperam de Ecclesiæ clavibus sentiens soli contritioni independenter ab omni alio, deferebat vim remittendi ; non tantum extra Sacramentum, sed etiam intra ipsum : quocirca aliqua peccata a clavium jurisdictione subtrahebat, quasi minime necessaria confessioni subjici, in nullo eventu, quantumvis adesset Confessoris copia. Docebat insuper, et acerrime propugnabat clavium potestatem non versari circa culpam, et pœnam æternam ipsi annexam, sed dumtaxat circa pœnam temporalem ; ad cujus mitigationem, aut relaxationem deserviebat, ut constat ex prima illius conclusione damnata. Hinc descendens ad pravas cogitationes internas asserebat sola displicentia deleri ; quin opus esset alteri eas exponere, vel clavibus Ecclesiæ, aut Pœnitentiæ Sacramento aliquando submittere. Quod totum erroneum, imo et haereticum erat, et merito expertum e*t Ecclesiæ censuram, utpote Sacramenti Pœnitentiæ derisivum, et extinctivum.

Cano.

Petri Oxomen· sis doctrina aliena est a doctrina Tbfcolo· goram.

Nullum autem horum affine est cum nostra, et aliorum Theologorum sententia, juxta quam catholice propugnamus veram potestatem clavium ad culpam, et pœnam æternam potissime, et primario, et ex consequenti ad pœnam temporalem se porrigere. Et insuper nullum esse peccatum lethale, quantumvis internum, et occultum, quod Ecclesiæ clavibus submitti non debeat in re, si adsit opportunitas; vel saltem in voto, si deficiat ministri copia. Quia tamen hoc votum nos docet Concilium includi in ipsa contritione ex institutione Christi ; hinc asserimus, quod quamvis deficiat expressum desiderium, vel ob ignorantiam, vel ob naturalem incuriam, vel ob aliam subitam causam, quæ humano modo solet advertentiam ad Sacramentum subripere; non idcirco non justificabitur homo. Nam eo ipso quod in hoc statu prædictum actum eliciat, ut medium ad reconciliationem a Deo nanciscendam ; ibi

Ratio discriminis.

virlualiter, et implicite vult, et velle debet prædictam reconciliationem, ut a Christo Domino iu hac providentia præstitutam, et consequenter cum suborJinatione ad Sacramentum sub ratione medii necessarii suo tempore recipiendum. Et hoc sufficit ad hoc, ut virtute Christi ei deleantur peccata.

lÎrn'i dirnt·. formam ergo objectionis respondetur concedendo Majorem in hoc sensu, quod votum implicitum, seu inclusum in contritione non est actus realiter distinctus ab illa, uti esset votum expressum, et formale ; est tamen falsa Major si significet nihil aliud includere connotative, et in obliquo, quam ipsammet contritionem secundum se, et prout præscindens a Sacramento, ut constat ex Concilio diserte asserente ex institutione Christi includere votum Sacramenti ; quod tamen non includeret si Sacramenta non essent, aut Christus unum alteri non alligasset. In primo ergo, et absoluto sensu concessa Majori, neganda est Minor, cujus falsitas est manifesta iodependenter a lege gratiæ. Nam actus contritionis non ex adjuncto privilegio aliquo, sed ex natura rei, et comitatur, gratiam ex qua oritur, et expellit peccatum, sive in hac lege gratiæ, sive in lege veteri. Unde falsum est affirmare oppositum. Ad ejus probationem respondetur non ideo perculsum, aut sigillatum illum Doctorem, quia docuerit actum contritionis destruere peccatum, et afferre indispensabililer gratiam remissivam illius ; sed quia ut dictum est, excludebat subordinationem tam formalem, quam virtualem ad claves Ecc'esiæ ; et potestati clavium contraEcclesiæ doctrinam derogabat. Et quia in vi hujus affirmabat necessarium non esse manifestare Sacerdoti peccata occulta, sive ante elicitam contritionem, sive post ipsam; idcirco merito compulsus est Palinodiam canere, ne ut hæreticus amandaretur ab Ecclesia.

Instatur, |g Sed replicabis. Nam si votum inclusum in contritione est ipsamet contritio reipsa absque a iquo alio ex parte recti ipsi superaddito realiter ; concedens actum contritionis in lege gratiæ virtualiter, et implicite concedit subjectionem ad claves, et ad Sacramentum. Sed ille Theologus stabat pro vera contritione in lege gratiæ ; ergo virtualiter et implicite asserebat subjectionem ad claves : vel ergo male damnatus evasit, quod non est dicendum : vel ideo damnationem subiit, quia votum explicitum ad claves negavit.

Respondetur ad hanc renlicam distinguendo, seu magis explicando Majorem : concedens actum contritionis in lege grati® virtualiter concedit subjectionem ad claves, non excludendo necessitatem formalis subjectionis tempore opportuno concedatur : illam positive excludendo, quasi minime convenientem, et nullo tempore necessariam, nego Majorem, et sub eadem explicatione Minoris neganda est utraquo Consequentia. Nam qui veram contritionem in lege gratiæ concedit, ita in ipsa adstruit votum implicitum Sacramenti Pœnitentiæ, quod nec excludat explicitum ut maxime cpngruens, nec eximat contritum ab onere accedendi tempore debito ad confessionem Sacramentalem. Ab hoc tamen onere subtrahebat ille Theologus quemlibet contritum, et consequenter negabat expresse formale votum Pœnitentiæ Sacramenti, ut penitus superlluum; et eo negato consequens erat non admittere votum virtuale inclusum in contritione, et a Concilio assertum ; sicut nec Sacramentalem confessionem illorum peccatorum : et tamen prædictum votum in absentia formalioris, et expressioris præstat, quod formalius præstaret ; et non deobligat hominem ab onere submittendi se, et sua peccata adhuc post contritionem clavium potestati. Quod iile penitus rejiciebat, revocando totam obligationem confessionis ad jus mere Ecclesiasticum, ut probat ejusdem secunda in ordine assertio, quod *confessio de peccalis in specie fuerit ex aliquo statuto universalis Ecclesiæ non de jure divino.* In quo manifeste se opposuit Ecclesiæ, et confessionem non tam necessariam, ut est ab Ecclesia, et Theologis recepta, similiter explosit, atque ideo ex omnibus his capitibus bene penitus evasit, et illius doctrina, ut non orthodoxa prorsus eliminata. Unde manet perspicua differentia nostræ ab illius sententia.

Ad alia vero testimonia, quæ in sui patrocinium adducebat Cano facilis est expositio, non aliunde, sed ex jpsomet Concilio. Nam ea, quæ docuit capite illo de Justificatione exposuit sess. 14 de Poenitentia de voto incluso in contritione. Votum autem inclusum non est expressum sed virtuale. Ultimum vero ex Evangelio probat quidem necessitatem, sed non excludit votum implicitum aliquando sufficere ; et ideo omnia consonant.

Eï^ aw toi-

20. Adhuc tamen urgebis. Etenim posita contritione cum ea virtuali subordi- |tepiie- mr.

nations

natione ad Sacramentum, a qua in hac providentia nequit denudari, adhuc est locus voto formali, et expresso ejusdem Sacramenti, illudque non rejiciunt Theologi, quin exquirunt, et jure commendant : hoc autem essot falsum, si ea virtualis, et implicita subordinate contritionis sufficeret ad abluenda peccata : ergo ultra eam desideratur votum explicitum Sacramenti ia homine contrito. Major et Consequentia constant, et probatur Minor : siquidem illa subordinate virtualis inclusa pnestat virtualiter, et quoad eflectum id ipsum, quod votum formale, ut nuper dicebamus; ergo si semper in contritione includitur prædicta virtualis tendentia, seu quod idem est votum implicitum, superflue, et inaniter recurrerent theologi ad formale, et explicitum, utpote quod nec officiebat, nec proficiebat fini præintento reconciliationis cum Deo; quandoquidem omnino antecedenter, seu independenter ab illo contritio ipsa ex se sub institutione divina virtualiter ferebatur in Sacramentum, uti in proprium, et immediatum scopum.

J«;o> liiir. Ad hanc objectionem neganda est Minor, quam non evincit illius probatio, quoniam votum explicitum Sacramenti (quod agnoscimus, et commendant Theologi in homine contrito, et nunquam deesse esset melius, sicut et optabilius), non fundatur in exigentia intrinseca ipsius contritionis, cui ab intrinseco, et essentialiter in veriori sententia alibi a nobis firmata conjungi cum gratia competit. Sed se tenet ex parte Sacramenti se habentis per modum medii simpliciter necessarii ex institutione divina ad salutem post peccatum obtinendam. Quare semel atque homo eliciat actum contritionis extra Sacramentum cum advertentia ad ipsum, et obligationem impositam ad illud accedendi, tenetur expresse in voto illud habere, et Christi Vicario se velle submittere ; alioqui enim non vere conteretur respuendo medium explicite cognitum, ut a Deo præscriptum. Et hoc est, quod docent (et docemus) commendant (et commendamus) Theologi oppositam procedendi modum repellentes, ut omnino peccaminosum. Quia tamen (ea est humana fragilitas) aliquando contingit vel ignorentia pura, vel oblivione naturali; vel alia subita, et inopinata causa hominem præoccupari, dum conteritur, ne attendat, aut attendere possit, vel ad Sacramentum, vel ad obligationem ipsum recipiendi ; idcirco asserimus in hoc, et similibus casibus non exigi votum explicitum Sacramenti, sed sufficere virtuale et inclusum in ipsa contritione, ut nos docuit Tridentinurn. Non ob id tamen excusatur ab onere Sacramentum, prout opportunitas tulerit, vel recipiendi, vel expresse optandi, et quaerendi.

Assignatio conjunctionis.

21. Si autem quis causam quaerat tam intimae dependentiæ contritionis a Sacramento Pœnitentiæ, vel quare hominem contritum, et sibi reconciliatum iterum submittere voluerit Christus Dominus sui ministro? Respondetur bono nostro id factum esse, nimirum ut nobis de remissione peccatorum a se pollicita, minus dubitare liceret, ut eleganter declarat Catechismus Romanus 2 p. cap. U, per hæc verba : *Vehementer enim pendere animo de intima pœnitentia opus esset, cum de suo quisque judicio in iis, quæ agit, merito timendum sit. Ut igitur Dominus huic noslræ soliciludini subveniret, Pœnitentiæ Sacramentum instituit, quo per Sacerdotis absolutionem peccata nobis remissa esse consideremus, conscientiæque noslræ ob fidem, quæ Sacramentorum virtuti merito habenda est, pacaliores redderemur. Nec enim aliter accipienda est vox Sacerdotis peccata nobis legitime condonantis, quam Christi Domini, qui ait paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Quamlibet enim magnus, et fervidus videatur contritionis dolor, de ejus tamen sufficientia non constat, sed semper dubitare fas est, et dubitarunt SS. PP. donec fuerit Sacramento Pœnitentiæ ratus factus, et Sacerdotis sententia confirmatus. Unde D. August, epist. 118 ad Honoratum inquit : *Si ministri desint, quantum exilium sequitur eos, qui de isto sæculo, vel non regenerati exeunt, vel ligati?* id est non absoluti. Quocirca lib. 1, de adultérin, conjug. cap. ult. Ecclesiæ desiderium exposuit, ne absque reali susceptione Pœnitentiæ fideles excidant e vita, dicens : *Quæ Baptismatis, eadem reconciliationis esi causa, si forte pœnilenlem finiendæ vilæ periculum præoccupaverit ; nec ipsos enim ex hac vita sine arrha suæ pacis exire velle debet mater Ecclesia.*

Catechismus Romanos.

D. August.

Nec alio respiciebat Leo Magnus supra relatus, dum epist. 91, sic loquitur de eo, qui absque hoc Sacramento vitam finierit : *Si enim aliquis eoriim, pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo, a munere indulgentia præsenlis exciderit, cl priusquam ad constituta renv dia perveniat, temporalem vitam humana condi-*

Leo Magnus.

tione finierit, quod manens in corpore non receperit, consequi erutus carni non poterit. Nec necesse est nos eorum, qui sia obierint, merita. adusque discutere, cum Dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod Sacerdotale ministerium implere non potuit, $næ justitias reservaverit, ita potestatem suam timeri volens, ut hic terror omnibus prosit, et quod quibusdam tepidis, aut negligenlibus accidit, nemo non metuat. Mullum enim utile, ac necessarium est, ul peccatorum reatus ante ultimum diem Sacerdotali supplicatione solvatur.

Quibus satis ostendit, quantum intersit realis Pœnitentiæ susceptio ad timorem pellendum, et plenam homini de sua contritione securitatem invehendam. Hæc ergo inter alias, non tenuis causa extitit obligandi hominem contritum, ut accederet ad Sacramentum adhuc post elicitum dolorem, et reintegratam amicitiam cum Deo, quies nimirum, et securitas, quam patitur humana fragilitas. Quod si aliquis adhuc pungit scrupulus, et angor stimulat post receptum Sacramentum, nullatenus se tenet ex parte Sacramenti, aut Dei medio illo absolventis; sed ex parte dispositionis in pœnitente, de qna nequit habere plenam, et omnimodam certitudinem, qua penitus sedet conscientiam; cum tamen, non suscepto Sacramento, urgeri posset ex utraque parte, ut sibi accidisse testatur Augustinus lib. 9, Confess, cap. 4, sic cum Deo alloquens : *Et insinuati sunt mihi* in *profundo nutus lui, et gaudens in fide laudavi nomen tuum, et ea fides me securum esse non sinebat de proteritis peccatis meis, qux mihi per Baptismum tuum remissa nondum erant.*

D. Aὺgd'J.

Ultima Bssertio,

22. Dicendum est ultimo Sacramentum Pœnitentiæ etiam esse necessarium necessitate præcepti divini; ita docent Catholici doctores, quin opus sit aliquem in particulari referre, et sequitur ex dictis. Nam sicut Deus est Author gratiæ, et gloriæ, ita et mediorum ad eas provehentium; quocirca destinando hominem ad gloriam ipsum elevat per suam gratiam, ut unicum medium ad gloriam : sed homo lapsus post Baptismum tenetur sub præcepto divino ad procurandam gratiam, et abjiciendam a se culpam : ergo etiam tenetur sub eodem præcepto ad suscipiendam Sacramentalem poenitentiam, et consequenter hæc est illi necessaria necessitate divini præcepti. Utraque consequentia constat : prima quidem, quia qui sub præcepto aliquo tenetur ad finem, sub eodem præcepto tenetur ad medium unicum, quod suppetit ad consequendum finem. Hinc probatur secunda : quia medium unicum assignandi gratiam post peccatum est Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel in voto : ergo nequit non esse necessarium necessitate præcepti divini, si semel praeceptum divinum obligat hominem lapsum in peccato post Baptismum ad consequendam gratiam, et abjiciendam, ac removendam culpam. Jam probatur Minor. Nam quilibet homo rationis compos tenetur ex divino præcepto intendere, suæ æternæ saluti ex elevatione ad finem supernaturalem, ad quam est evectus per Christum, cujus regnum non est de hoc mundo, ut ipse de se ipso testatur. Sed homo lapsus post Baptismum non deobligatur ah hoc præcepto; cura non amittat esse elevatum ad finem supernaturalem : ergo homo lapsus tenetur sub prædicto præcepto ad procurandam gratiam, sine qua non est gloria, ac subinde Pœnitentiam Sacramentalem, sine qua vel in re, vel in voto nulla est gratia.

In hac assertione magis expendenda non moramur, quia quæ ad eam pertinent, concernunt magna ex parte institutionem confessionis, cujus necessitatem infra investigabimus; et quæ ibi dicenda sunt anteponere non congruit methodo D. Thomæ, quam in animo est observare. Quare sufficiet vel indicasse in communi neccessitatern sub præcepto divino hujus Sacramenti; quod videbatur exigi ad plenam hujus dubii decisionem juxta ea, quæ in ejus limine prælibavimus.

§ III.

Quz obstent supradiclis assertionibus, refelluntur.

Objtioks solito et iliqsom seleatiz. Peins 0x«mosl.

23. Omissis Haereticorum deliriis, vel penitus amandantium Sacramentum Pœnitentiæ, vel illum cum Baptismo immiscentium, et confundentium, de quibus disp. 1, hujus tract, dub. 1, et cum eis relicto Petro Oxomiensi, de quo supra, ex iis, qui catholice scripserunt non desunt, qui si non ex toto, ex parte tamen, necessitatem Pœnitentiæ diminuant asserentes solum esse necessariam necessitate præcepti divini positivi. De quorum numero fuit Gabriel in 4, dist. 17, quæst. 1, art. 1 et 2, litera D. C. et H. cui adhæsisse videtur Joannes de Medina Cod. de Pœnit.

Gabriel. Jojn Media.

nit. tract. 2 de Confessione. Alii vero solum agnoscunt necessitatem hujus Sacrament) ad auferendum reatum pœnæ ©terme, non vero ad abstergendam maculam peccati a reatu diversam : Ita Hugo Victorious in summa tract. 9, cap. 11, et lib. de Sacrament, parte 14, cap. 8. Ricardus do S. Victore lib. 1, de potest, ligandi cap, 12, et relatus Joannes Medina de Pœnit. tract. 2, quæst de effectu absolutionis, quos supra retulimus agendo de sensu, et effectu absolutionis. Novissime vero ex subjectis Delgadillo de Pœnit. cap. 10, dub. 2, pro se allegans Hugo, Jansenium, D. Bonaventuram, et Alensem, docet Sacramentum Pœnitentiæ non esse medium necessarium nec in re, nec in voto, sive implicito, sive explicito. Possunt etiam pro hac parte referri, quotquot'necessitatem confessionis excludunt, cum ea sublata, auferri necesse sit ipsum Sacramentum. Sed quia hoc directe pertinet ad tract, de Confessione, sat fuerit retulisse refragantes necessitati Sacramenti in communi prout a nobis expositæ. Quocirca si quæ fuerint hujus positionis motiva indifferenter proponemus, cavendo descendendum ad ipsius partes, de quibus erit specialius examen suis locis.

24. Arguitur ergo primo. Quoniam hoc Sacramentum institutum fuit, ut illo subveniretur lapsis post Baptismum : Sed si esset necessarium ad instar medii unici, neutiquam fuisset iliis subventum, quin ejus onere plus gravarentur, coacti illud recipere, vel amissam gratiam nunquam recuperare : ergo ne hoc dicatur, asserendum est non esse necessarium necessitate medii; imo nullo modo, siquidem melius foret illud instituere sub libertate ad illud accedendi, vel alia via ad gratiam descissam cum Deo redeundi. Probatur Minor : Tum quia in lege gratiæ arctior esset via salutis, quam in lege veteri, in qua solo actu contritionis pristinam gratiam delinquentes obtinebant. Tum etiam : quia major occasio datur fidelibus deficiendi positis necessitate, et præcepto hanc unam viam arripiendi ad salutem, ut constat ; non ergo bene subventum esset humanæ fragilitati eam necessitatem in Pœnitentia adstruendo, et consequenter dicendum est nullatenus esse necessariam in sensu a nobis intento.

Wn». Respondetur ad hoc argumenturp Majorem esse falsam absolute, quia licet hoc Sacramentum fuerit a Christo Domino in fidelium levamen, et commodum institutum, oportuit tamen attendere ad jus divinum læsum, et injuriam Deo irrogatam, juxta quam non recte eum pœniteret, qui offensæ compensationi non incumberet, et totis viribus non studeret : quia in *Pœnilentia* (verba sunt D. Thomæ infra quæst. 90, d .TIio m. art, 2), *fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, et secundum arbitrium Dei, in quem peccatur : quia hic non quæritur sola rcinlegratio justitias, sed magis reconciliatio amicilix : quod fit dum offendens récompensai secundum voluntatem ejus, quem offendit.* Unde opus fuit præstiluere modum determinatum, quo consuleretur hominum debilitati, et simul instaurationi amicitiæ, servata illæsa divina justitia, institutendo Sacramentale judicium, in quo unum, et alterum coadunantur.

Data tamen, et permissa Majori, ne- Gate-ganda est Minor, cujus probationes diruit Catechismus Romanus ubi supra cap. 37, dicens : *Quamvis concedamus contritione peccata deleri ; quis ignorat illam adeo vehementem, acrem, incensam esse oportere, ut doloris acerbitas cum scelerum magnitudine æquari, conferrique possit? At quoniam pauci admodum ad hunc gradum pervenirent, fiebat etiam, ul a paucissimis hac via peccatorum venia speranda esset : quare necesse fuit ut clementissimus Dominus faciliori ratione communi hominum saluti consuleret. Quod quidem admirabili consilio effecit, cum claves regni calestis tradidit.* Porro insigne privilegium est cum sola attritione medio Sacramento posse justificari; facilius siquidem erumpere potest homo in detestationem imperfectam, quam in præstantissimam, qualis est contritio; cum tamen in veteri lege illa sine ista non sufficeret, sed irremediabiliter damnaretur homo, quamlibet attritus esset, si non fuisset contritus : nec ahundantior gratia illi daretur, quam ex opere operantis actibus respondebat; modo vero ex opere operato virtute passionis Christi ultra debitum gratia rependitur in Sacramento. Unde illud onus, qualecunque sit, accedendi ad Sacramentum his, et aliis privilegiis uberrime compensatur, et superexceditur, ut oculatissime præcavens similem objectionem docuit Tridentinum cap. 5, sess. 14, Trident, dicens : *Ipsa vero hujusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia gravis quidem videri posset, nisi tot, tantisque commodis, et consolationibus levaretur, qua omnibus digne ad hoc Sacramentum*

accedentibus per absolutionem certissime conferuntur. Quo testimonio maxime confirmatur, quod supra asseruimus designando causam obligandi hominem contritum ad realem Sacramenti susceptionem, et plures objectiunculæ, quæ excogitari possent, quarum aliquas usurpavit Delgadillo ubi supra, et enervantur, et diruuntur.

Ddga-dillo.

Secus-deni ar-gument.

25. Arguitur secundo. Nam hoc Sacramentum eatenus foret necessarium, quatenus absque illo nec tollerentur peccata, nec aperiretur homini janua regni ccelestis, qu» illis occluditur; sed absque hoc Sacramento auferri possunt peccata, et his non occluditur ostium regni coelestis : ergo ad nullum horum effectuum est hoc Sacramentum exactum. Minor quoad primam partem constat ex dictis, et ex Concilio Tridentino, asserente sola contritione peccata dimitti : quoad secundam vero eam probant Ricardus, Medina, et cum illis sentientes, quoniam peccata non impediunt ingressum in cœlestem patriam ratione sui. sed ob reatum ex illis contractum ad pœnam æternam, cui opponitur possessio regni coelestis : ergo vel nulla est necessitas hujus Sacramenti, vel si qua illius inest, ad summum erit ad auferendum reatum ad æternam pœnam, non vero peccata quoad culpam.

TrideE-lii.

Rittr-<fas. Medina Coi&pl.

^etuf0' Respondetur ad argumentum negando secundam Minoris partem, cujus probatio non urget : quia cum nullus queat esse reatus pœnæ æternæ absque gravi culpa, tota ratio excludendi a regno est macula, seu culpa, ad quam necessario sequitur reatus pœnæ æternæ, et temporalis. Unde illa media gratia ablata, penitus removetur reatus ad pœnam æternam, et diminuitur debitum pœnæ temporalis cum proportione ad dolorem, et displicentiam culpæ. Quare simul cum culpa liberatur homo a debito pœnæ æternæ*, quod non compatitur cum jure ad gloriam acquisito per gratiam. Sicut enim jus ad gloriam connectitur gratiæ, et non stat absque illa ; ita e converso jus ad pœnam æternam, quod est reatus, et oritur a culpa, et non magis durat, quam illa, ut constat ex Concilio Tridentino, et unanimi Theologorum assensu. Unde hoc argumento utentes, vel inconsequenter loquuntur, ve) nullam hujus Sacramenti necessitatem admittere compelluntur; cum non sit magis necessarium ad auferendum reatum, quam ad abstergendam maculam.

Trident,

26. Tertio arguitur. Remissio peccatorum habetur per martyrium : sed martyrium potest sustineri absque contritione, et absque Sacramento : ergo, nec contritio, nec Pœnitentia important necessitatem hactenus explicatam. Consequentia constat. Majorem, praeterquam quod universali Ecclesiæ approbatione recipitur in cap. cum *Marthx* de celebratione missarum; *injuriam facil Martyri, qui oral pro Mac-tyre,* docuit expresse D. Thomas in 4, dist. 4, quæst. 3, art. 3, questiunc. 3 ad 1, abi martyrio defert vim destruendi peccata non solum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato ex ipsa reali imitatione Christi, quem sanguinis effusione confitetur; eamque prius asseruerat D. Augustinus lib. 13 de Civitate Dei, cap. 8, ubi conferens Baptismum cum Martyrio, tantum istud valere docet ad gloriam, quantum ille ad regenerandam animam; imo S. Cyprianus in exhort, ad Martyres præfert Martyrium, dicens : *Hoc Baptisma in gratia majus, in potestate sublimius, in honore pretiosius.* Jam Minor, quæ est difficilioris probationis, suadetur ex eodem principio : quia non videtur plus exigi ad martyrii effectum, quam ad fructum Baptismi : constat autem in adultis sufficere attritionem cum Baptismo re ipsa suscepto ad percipiendam gratiam baptismalem : ergo similiter sufficiens erit ad martyrii coronam obtinendam. Minorem hujus secundi syllogismi expresse tradidit D. Augustinus loco citato de civitate Dei, inquiens : *Quicumque, etiam non percepto generationis lavacro, pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittendum peccata, quantum si abluerentur sacro fonte Baptismatis. Qui enim dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua, el Spiritu sancio, non intrabit in regnum calorum, alia sententia istos facil exceptos, ubi non minus generaliter dixit : Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor el ego eum coram Patre meo, qui in extis est, et alio loco, qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Eam etiam asseruit D. Thomas infra q. 87. art. 1 ad. 2, his verbis : *Dicendum quod passio pro Christo suscepta, sicut supra dictum est, oblinet vim Baptismi : el ideo purgat ab omni culpa, et veniali, et mortali, nisi actualiler voluntatem peccato invenerit inhærenlem.* Constat autem in homine attrito non esse voluntatem actuaiiter peccato inhærentem, alioqui enim non esset attritus : ergo ex mente utriusque Doctoris Sanctissimi non plus exigitur in adultis ad martyrium sustinendum, quam ad recipiendum baptismum; et consequenter quolibet eorum dimittitur peccatum homini attrito. In attritione vero non continetur votum Sacramenti Pœnitentiæ, sed debet explicari, et contingere valet non superesse locum, vel quia dormiens pro Christo occiditur, vel quia subito rapitur, et mortem oppetiit ; ergo de primo ad ultimum convincitur, nec in re, nec in voto adhuc implicito esse necessariam Sacramentalem Pcenitentiam.

Ttr.ii b^| û|. itaU ffai d,as- f'4 cipriu. p.Thoa. d.Ai- P*. 1

n.™. 27. Ab hoc argumento facile nos expedire possemus negando Consequentiam, cum aliquibus Thomistarum, quia in illa attritione includeretur Sacramenti votum. Sed oportet doctrinam in eo contentam radicitus enucleare, et expendere, ut quod verum est, lectori innotescat. Tangit enim illud argumentum gravem difficultatem directe pertinentem ad quæstionem 124 D.Tton.Secunda secundæ, ubi D. Thomas, et ejus Wii interpretes agunt de martyrio, ejusque .Tirtas virtute : nec non ad q. 66 hujus tertiæ iusiu- partis, in qua occasione solemnis illius tsr< divisionis Baptismi in Baptismum fluminis, flaminis, et sanguinis, disputatur, an Martyrium reddat hominem ex attrito contritum, sicut Baptismus, et Pœnitentia, ubi plures refert sententias Martinez de Mirti- Prado tom. 1 de Sacramentis tract, de Hide Baptismo dub. 12, et cum aliquibus re- Pnii. centioribus Thomistis parti adhæret affir- mativæ, quam etiam tuentur Serra loco Sen. citato ex 22, et Gonet disp. 1 de Bap- Gwet. tismo, et in præsenti. Partem vero negan- Pro tem sectantur nec merito, nec numero in- porte, feriores D. Thomæ discipuli, quales sunt hhfe Pahidanus in 4, dist. 4, quæst. 3, conci. 1. Ks. Wrest. Sylvester verbo *Baptismus* 1, quæst. 2, mw. Xartieos num. 3. Soto in 4, dist. 3, quæst unie. ie Le- artic. 3. *Quod antem* Martinus de Le- tes). desma 1, p. 4, quæst. 7, art. 11. Melchior Cuo. Cano relect. de Poenit. part. 3, f verum îiaei. sententiacontraria.Bannez 2,2, quæst. 24, Armo. art. 6, dub. 5 ad 7. Arauxo ad prædictam SjWtS. quæst. 66, num. 7. Sylvius ibidem art. 11. fcta- Sebastianus Oxomensis 3 p. q. 66, art. 12, fiass ubi etiam kellisonus dub. 3, quibus adde Oies, Cajet, art. 2, q. 124, ex 2, 2 et N. Gor- Mise- nej0, et ex extraneis plurimos, quos sequi- 113. tur, ct refert Vasquez tom. 2, in 3 p. Oja. disp. 153, cap. 3. F. Cw- U'tw.

-a- 28. Gui sententiæ tam clare videtur fa- liiMt. visse D. Thomas, ut merito dixerit Magister Bannez ubi supra sibi videri expressam D. Thoma.· 2, 2, quæst, 124, art. 2 ad 2, ubi docet S. Doctor verum martyrium a duplici virtute procedere, a fortitudine, ut ab eliciente, et a charitate ut imperante. Et ut ibi bene observat Cajetanus, loquitur Cajet. S. Doctor de vero Martyrio coram Deo, et non secundum hominum opinionem. Hoc autem pacto sustinere mortem propter fidei veritatem, est actus charitatis imperative : nam eo ipso præfert homo Christum propriæ vitæ, et omnibus ilii temporaliter profuturis, sive intrinsecis, sive extrinsecis, utputa honori, gloriæ, et famæ, quæ quid minus sunt, quam ipsa vita; imo ipsa etiam spiritualia dona, quatenus huic temporali vitæ annexa postponuntur. Hoc vero est Deum super omnia appretiari, ac diligere : non ergo stat verus martyrii actus absque charitate. Etenim sicut actus, quo Deus, ut finis æternæ felicitatis super omnia diligitur, et cunctis aliis rebus præfertur, nequit non a Charitate elici; ita actus, quo ipso facto tot illa incommoda, et bonorum jactura propter Christum sustinentur, nequit non a Charitate imperari. Si iautem non propter Christum hoc medo prælatum, et .præpositum sustinerentur, coram Deo non esset verus martyr, sed martyr diaboli, ut recte observavit Cajetanus, qui etiam est ab hac sententia.

Expressius adhuc locutus est D. Thomas D.Thoia. in hac 3 p. q. 66, art. 12, in corpore articuli, ubi probat excellentiam martyrii ex eo quod Spiritus sanctus operatur *in Baptismo sanguinis effectum perpetissimum dilectionis secundum illud Joan.* 5, *majorem hanc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et solutione ad secundum respondet/ *quod effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sil sine Charitate, ex quo patet, quod baptismus sanguinis includit baptismum flaminis, el non e converso. Unde ex hoc ipso probatur perfectior.* Et solut. ad 3, probat S. Doctor eandem excellentiam non solum *ex parte passionis Christi* (ad quod caput adversarii confugiunt), *sed etiam ex parte Spiritus sancli,* quasi esse non posset absque illius concursu media dilectione superius explicata. Quare optime asseruit Cajet, ubi supra g *primum autem,* quod Cajet, si quis in peccato mortali existens, superveniente persecutione, in voluntarium actum se ipsum offerendi pro Christi fide, et passioni, ac morti se exponeudi erumperet, statim charitateni a Deo haberet, ita quod charitas infunderetur in termino de-

liberationis, ac propositi, et principio imperii aclus talis, et sic totus aclus martyrii esset imperatos a charitate ; aliter namque martyrium non esset. Si quidem, ut ubi Tiwa. nuper asseruit D. Thomas, *effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sil sine* CajeL *Charitate.* Et hac Cajetam observatione obturatur effugium dicentium loqui S. Doctorem de charitate comitante martyrium in sui termino, non quæ se teneat ex parte principii. Quam interpretationem ideo exclusit Cajet, quia obsonam, et litteræ minime cohaerentem consuerat.

Vera sententia alibi indicator.

29. Juxta hanc ergo sententiam, quam tract, de Bonit. et Malitia, disp. 6, dub. 1, n. 35, cum N. *Cornejo* veriorem censuimus, et modo amplectimur, ut expressam D. Thomæ, respondetur ad argumentum supra positum, concedendo Majorem, et negando Minorem. Cujus probationibus ex utroque S. Doctore Augustino, et Thoma decerptis, ut perspicue occurramus, ob oculeshabenda est illa Angelici praeceptoris distinctio de Baptismo, secundum quod est actus virtutis, ac meritorius; et secundum quod est realis imitatio, et non symbolica, ac Sacramentalis, uti est Baptismus. Quæ duæ rationes licet ex diversis capitibus, eidem martyrio conveniunt, ipsumque indivulse comitantur : nam realis imitatio Christi sanguinem, et vitam pro eo fundendo respicit immediate ut causam realiter exemplarem, et non pure representative ipsum Christum ; siquidem ejus fidem testatur, et protestatur ipsomet opere realiter exhibito. Ex hoc vero capite supponit necessario alteram rationem sub conceptu virtutis, sub qua ratione postulat ab intrinseco oriri elicitive a fortitudine, et imperative a charitate. Et ratio est : quia cum martyrium sit actus omnium difficillimus, ut nemo ibit inficias, in quo omnium gravissima urget tentatio, et homo lapsus in peccato existens absque specialissima gratia saltem auxiliante nequeat nedum gravissimam, verum neque gravem tentationem vincere, ut ex communi sententia docuimus, tract, de Gratia, disp. 2, dub. 8, g 3, palam fit ad sustinendum martyrium non solum requiri gratiam in adultis, sed et specialissimam quidem.

Aliud jet.

Cui motivo aliud est affine, quoi supra indicavimus ex doctrina Cajet, nam perferre mortem vel pro Christo, vel ob purum Unem virtutis (quorum alterum est necessarium ad veram rationem martyrii, nt ex D. Thoma docuimus tract. 11 de Bonit. et Malitia disp. 6, duh. 1, η. 35), claudit conversionem efficacem ad bonum virtutis, vel ad ipsum Deum, tanquam ad ultimum finem (siquidem supra vitam, et omnia temporalia, imo et spiritualia creata diligitur) nec non ad impletionem omnium præceptorum, inter quæ maxime elucet praeceptum charitatis : hæc autem omnia haberi nequeunt absque charitate : ergo si martyrium hæc omnia includit necessario, ut verum martyrium sit; martyrium ut est actus virtutis necessario postulat elici a fortitudine, et imperari a charitate juxta illud Apostoli 1, ad Gorinth. 13, jî *tradidero corpus meum, ila ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Et ideo asseruit Angelicus Doctor : *Baptismum sanguinis includere Baptismum (laminis.*

o riaü-li

30. Ex illa autem radice duo proveniunt. Primum est non esse singulare in martyrio esse actum virtutis, quippe quod ipsi cum aliis virtutibus est commune. Quod vero est in ipso heroicum, et singularissimum, est ipsa realis vitie profusio, qua testificatur Martyri, non in affectu tantum, quod aliis actibus potest convenire; sed in effectu per reaiem sui capitis imitationem, fidem, et Christi charitatem, qua pro membris in sacrificium se obtulit.

Dg;& cons»' (irisa.

Alterum est (et bene observandum) martyrio deberi gratiam ex opere operantis, seu qua parte est actus virtutis ortum ducentis a Charitate ut a primo, et universaliori principio; unaqueex opere operato, sive, ut aptius dicamus, ex opere ipso tolerato ; et aliquando contingit unum sine altero reperiri, id est conferri gratiam ex ipsamet effusione sanguinis, et profusioue vitæ, quin præcesserit nec formalis actus fortitudinis, aut actus aliquis charitatis, ut constat in pueris innocentibus, et evenire potest in dormientibus,, de quibus eodem modo quoad hoc, ac de usu rationis carentibus discurrendum est : siquidem bi omnes absque ullo formali actu sola materiali passione, et reali imitatione Christi importata in ipsamet tolerantia passionis liberantur a culpis, et nanciscuntur gloriam. In adultis vero, et ratione utentibus, quia more adultorum justificandi sunt, et gloria non per modum hærediiatis, sed per modum coronæ illis conferenda ; uterque titulus, el actus virtutis, et operis operati, seu tolerati debet coire, cum inseparabiles invicem sint, ut constat in suscipientibus vivorum Sacramenta, quibus licet debeatur gratia

gratia ox opero oporato ipsius Sacramenti; nunquam tamen confertur, quin præcedat dispositio, et huic ex opere operantis aliqua debetur gratia, distincta quidem a gratia intuitu ipsius Sacramenti conferenda. Porro non ox solo charitatis titulo debere actibus præmium, non tantum accidentale, verum et essentiale, in confesso est apud omnes, et ex professo ostendimus tract, de Merito disp. 4, dub. 5, per totum, ubi supposito Charitatis influxu ex pluribus aliis capitibus meritum, atque subinde præmium augeri authoritate, et ratione firmavimus.

Hanc sane distinctionem alte callentes mat- SS. PP. praecipue vero Augustinus, et 'b?.'*'l hornas, nominati (et fere omnes in idem djpjs. possent referri) martyrium non ex eo, quod illi commune est cum actibus aliis, sed ex sibi propriissimo, singulari, et supra omnem laudem extollendo, merito commendarunt, non quidem negantes primum, sed supponentes, ut fundamentum alterius, sine quo proinde, quod excellentissimum est in martyrio non subsisteret. Hinc D.TbûiB. d . Thomas locis in argumento adductis ad probationem Majoris, diserte, et absolute docuit martyrium ex opere operato remittere omnem culpam, et pœnam non minus ac Baptismum, imo et rationabilius ex reali nimirum imitatione Christi, in Baptismo symbolice tantummodo præsignata. Hinc etiam prohibuit Ecclesia pro Martyribus orari, de quorum perseverantia in gratia non licet dubitari, semel atque verum illorum fuerit martyrium, atque ideo rectissime illud Baptismo praetulit. Hinc D.ac- denique D. Augustinus loco citato ad P*. probationem Majoris ultimi syllogismi martyrium passos tam certe salvari, quam lavacro baptismati ablutos indubitanter asseruit, et ipsius Christi testimonio comprobavit. Idque fidelissimus ejus discipulus Doctor Angelicus amplexus est loco citato in argumento ex hac 3 p. q.. 87, art. 1 ad 2. Neuter tamen illorum uspiam negavit, aut a vero martyrio exclusit, conceptum virtutis in illo a fortitudine eliciendum, et a charitate imperandum.

D.Ttan. Et quod attinet ad D. Thbmam, loco allegato, in quo haerent aliqui discipuli, constat ex ipsomet testimonio, in quo se refert S. Doctor ad citatam quæstionem 66, ut demonstrant illa verba : *ul supra dictum est,* et appingitur in margine, q. 66, art. 12. In quæstione vero 66, art. 12, clarissime docuit S. Doctor, et quod effusio sanguinis sine charitate non habet rationem Baptismi, et quod martyrium includit charitatem, et art. antecedenti in corpore docuerat, *quod per Baptismum sanguinis consequitur aliquis effectum Sacramenti ex passione Christi, in quantum quis ei conformatur, pro Christo patiendo.* Hæc autem conformatio in adultis non debet esse pure materialis, ut fuit in parvulis, et innocentibus, vel potest esse in dormientibus, et nihil minus quam de martyrio cogitantibus; sed debet esse formalis ex amore, et imitatione saltem virtuali Christi procedens, quæ esse, aut fieri non potest sine charitate imperante. Charitas autem quia importat amicitiam, importat ex consequenti displicentiam, et detestationem peccati, in quibus est votum Sacramenti, ut nos docuit Concilium sæpe allegatum; in eosque facillime erumpet in vi obligationis præcepti Pœnitentiæ, ad quam tenetur. Unde nunquam decedet absque pœnitentia in re, vel in voto.

31. Nec oppositum suadet S. Doctorem Eipli- addidisse, *nisi actualiter voluntatem, pec- D cato invenerit inhærentem,* in quo vim faciunt oppositum defendentes. Nam eo ipso quod voluntas actualiter peccato inhæreret, obicem martyrio poneret; sed non eo ipso, quod actualiter non peccet adultus, est ad martyrium idoneus, sed requiritur ulterius fortitudinis actus, et conversio supernaturalis efficax in Christi passionem, vel in bonum virtutis, ubi includitur virtualis ad Christum relatio. Unde ex vi testimonii D. Thomæ vel concludent adversarii absque supernaturali attritione, aliove actu posse dimitti peccatum adulto per martyrium, vel nihil contra nos evincunt, ut intuenti constabit. Hinc probationes argumenti dirutæ manent.

32. Ultimo arguitur, et instatur, absque Citimo ulla pœnitentia posse hominem salutem ari“hur. adispici. Nam potest Deus assumere naturam hominis peccatoris, et sibi hypostatice unire : in quo casu nullus esset locus, nec Sacramento Pœnitentiæ, nec virtuti Pœnitentiæ; non quidem isti, quia non esset idem homo, qui peccaverat, et Pœnitentia non versatur circa peccata aliena, sed circa propria. Quamobrem homo Deus esc incapax hujus virtutis, ut constat ex dictis tract, de gratia Christi, ubi contra Suarez, et alios eam veritatem stabilivimus. Qui autem est incapax eliciendi actura poenitendi, in quo stat materia proxima Sacramenti, incapax est recipiendi Sacramen-

tum : non ergo istud est necessarium ad salutem necessitate medii indispensabilis homini peccatori.

Hoc autem discursu simul excluditur necessitas Sacramenti, et virtutis Pœnitentiæ, ut ex ipso constat ; et ex hac parte ut multum probans rejiciendum esset. Sed quia infra necessitatem virtutis Pœnitentiæ ostensuri sumus, oportet illum ex nunc debellare. Solutio autem genuina in ipsomet continetur argumento, quatenus indicat in eo eventu, cujus possibilitatem non imus infipias, non eundem hominem esse futurum ex parte suppositi, seu personæ, cui absolute tribuitur bene, vel male agere, non autem naturæ, ut est commune Philosophorum, et Theologorum principium, quod a[, objectionibus Vasquez, cui soli fuit infensum, vindicavimus tract, de Incarnat. disp. i. dub. 7, §2. Semel autem atque persona sit diversa, cessat jus pœnitendi, ac satisfaciendi, quippe quod non competit naturæ, sicut nec satisfactio, sed personæ. Unde licet natura, quæ fuit personæ ratio peccandi, sit eadem ex parte naturæ. seu quoad prædicata essentialia ; quia tamen non fuit, nec esse potuit peccandi principium huic personæ, ad quam est evecta, sed alii, a qua est separata, idcirco in hac persona non tenetur ad pœnitendum, nec ad alia Sacramenta novæ legis, sicut nec Christus tenebatur; non emim illa instituta sunt pro capite, aut pro personis divinis; séd pro membris, et suppositis pure humanis. Et in hoc sensu procedit, et disputatur a Theologis quæstio, non vero in illo statum quaestionis destruente. Hinc refellemus infra, et ex nunc rejicimus Gonet. qui ex principio contento in argumento intendit excludere necessitatem virtutis Pœnitentiæ ad remissionem peccati mortalis, quando quidem non servat statum quæstionis, et sensum.

Addimus vero ad pellendum quemlibet dubitandi scrupulum, in ea hypothesi satis superque compensatam iri Pœnitentiam sub utraque ratione et Sacramenti, et virtutis ex rigore justitiae, qua persona illa divina posset, si vellet, satisfacere pro culpis illius humaniiatis in aliqua persona commissis : atque ideo nullatenus egeret Poenitentia, quæ sub ratione virtutis est imperfecta, et potentialis justitia; et sub ratione Sacramenti supponit defectum ne- ^Uni *n natura» se(l io persona terminante, et suppositante naturam.

33. Inquirere autem, quid dicendum foret, casu, quo illo natura semel assumpta dimitteretur a persona divina, et ad propriam personalitatem regrederetur (qui est alter casus metaphysicus), curiosius est, quam utilius. Respondetur tamen ex vi peccatorum praecedentium nulla pœnitentia indigere. Cum enim prædicta natura sanctilicaia fuisset personaliter sanctitate substantiali, eaque majori, ac præstantiori, quam quæ provenit a gratia habituali, ut de humanitate Christi docuimus, et docent jam communiter theologi, tract, de Gratia Christi disp. 1, dub. 1, et ex vi prædictæ sanctificationis depositum fuerit ex parte Dei odium erga illius peccata, et plenissime offensae remitti ; evidentissimum esset illi naturæ nihil expiandum superesse, nec peccata præterita iterum reditura quoad jus exigendi satisfactionem; quoniam peccata non reviviscunt, sicut merita, ut est Theologorum sententia. Quare licet cum gratia, et aliis virtutibus infusis simul ipsi pœnitentia infunderetur, solum deserviret, vel ad peccata futura abstergenda, casu quod non remaneret impeccabilis, vel ad ornatum, et una Deo gratias agendum pro misericordia relaxante delicta, ad quod munus eam dixit D. Thomas in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 3, q. 3, permanere in beatis.

34. Contra secundam assertionem nullam invenimus sententiam relatu dignam; nec mirum, cum deservierit tantummodo ad explicandum votum Sacramenti contritioni annexum formaliter, vel virtualiter in illa inclusum. Circa quod discolor erat explicandi modus, aliis illis istis vocibus utentibus, ut constat ex prima assertionis ratione.

35. Contra tertiam directe militant Durandus in 4, dist. 17, q. 2, n. 6. Alensis 4 p. quæst. 18, memb. 2, art. i, ex Thomistis Cano ubi supra, et refertur Ferrariensis in 4 contra Gentes cap. 72, in quo tamen, si consulas, nihil reperies, quod nostræ sententiæ adversetur ; non enim in illius capitis decursu meminit de eo, quod votum debeat esse explicitum, vel implicitum, sed totus in. eo fuit, quod requirebatur propositum, quidquid fuerit de modo illius propositi. Unde non est ratio illum recensendi pro sententia Magistri Cano refragantis communi sententiæ ob motivum inter proponendum assignatum, et dirutum, quod est præcipuum.

36. Secundo arguit sub hac forma : Nulli haeretico, vel schismatico remittitur culpa,

culpa, nisi formaliter, nt explicite proponat Ecclesiæ uniri, atque ab ea veniam peccati implorare : ergo sola contritio, qui est actus virtutis, non satis est ad remissionem peccatorum sin· ordine ad claves Ecclesite. Antecedens asserit D. Augustinus de vora, et falsa pœnitentia cap. 12. Sacramentum igitur Pœnitentiæ esse ad salutem necessarium hunc in modum est diffinitum.

D. AufSSt.

Illius tamen venia, hoc argumento non elevantur vires nostræ assertionis. Unde respondetur, vel negando Antecedens in foro interiori, et coram Deo : vel eo dato, et admisso, negando Consequentiam, ut inefficacem. Ratio primi est : quia licet in foro externo nullus hæreticus, aut schismaticus ad Sacramenta admittatur, quin prius expresse, et formaliter profiteatur lidem abjuratam, vel ob schisma discissam, et dilaceratam ; non est tamen ratio cuilibet illorum denegandi recursum ad Dei misericordiam se convertendo efficaciter in Deum, ut in ultimum finem super omnia dilectum, maxime in subito casu, in quo nec adest copia confessoris, nec memoria Sacramentorum Ecclesiæ ; alioqui enim pro aliquo instanti, aut temporis mora esset in statu desperationis, cum inculpabiliter desit notitia Sacramentorum, et nullum ipsi supersit remedium, nec occurrat obligatio implorandi Sacramenti auxilia. Quippe nullum est peccatum ita grave, quod nisi pro illo instanti, in quo fit non sit remissibile ex divina misericordia, ut est manifesta D. Thomæ, et Theologorum doctrina, nec præceptum contritionis ita est constringendum, et arctandum ad Sacramenta, ut absque illorum expressione nequeat Deus peccata dimittere ; hoc enim ut bene arguit Arauxo, est contra libertatem divinam, et contra voluntatem expressam salvandi hominem, in quocunque instanti ingemuerit ex toto corde. Maxime quando nos docet Concilium in ipsa contritione includi Sacramenti votum, et humana fragilitas tam crebras experiatur incurias vel ipsarum rerum, quas in pretio, et æstimatione habet. Eo præsertim, quoniam in ejusdemmet sententia Cani æque necessarius est Baptismus pro originali, ac Poenitentia pro actualibus culpis : sed ut nos supra docuit D. Thomas, Baptismus solum est necessarius disjunctive, vel explicite, vel implicite, non vero determinate : non est ergo fundamentum adstruendi majorem, seu determinatam necessitatem pro hæretico, aut alio quovis peccatore. Quare quid durius nobis videtur tarn inopem constituere peccatorem, ut nullus ipsi remaneat aditus ad æternam salutem, quin præ memoria habeat explicite Sacramentum Pœnitentiæ, et nunquam illius inculpabiliter obliviscatur, semel atque elicuerit actum contritionis. Nec id existimamus de mente Augustini in eo loco, sed locutus est S. Doctor ut in plurimum, et per se loquendo.

hirsutat et fsoùtsr.

iniI0·

37. Veniamus ad assignandam rationem, dato Antecedenti, negandi Consequentiam, cujus defectus est arguere ab una particulari, in qua est specialis ratio ad universalem, in qua ea non militat, λ'am quod hæretico, vel schismatico, ut nanciscantur salutem, stricto jure incumbat explicite, et formaliter iterum Ecclesiæ unitatem adoriri, ab eaque veniam implorare, ut in Antecedenti asseritur, provenit quidem, ex eo quod ab Ecclesiæ gremio directe abscesserint, vel clare fidem illius abnegando, vel eam, ut par erat, universaliter, et indivulse non amplectendo. Ut ergo eos vere, et digne poeniteat, et veniam impetrare possint; opus illis est explicitum, ac formale desiderium iterum adeundi Ecclesiam, et inter ejus membra annumerandi, ut Ecclesiæ suffragiis ac bonis operibus foveantur, et adjuventur. Quod, et non aliud continent verba Augustini in illo capite, quæ sunt hujusmodi : *Laboret itaque pœnilens in Ecclesia esse, el ad Ecclesiæ unitatem tendere. Nisi enim unitas Ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori, sua opitulatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, et pietas fidei expostulat credere, quod omnes eleemosynae totius Ecclesiæ, et orationes, et opera justitiae, et misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem suam. Ideoque nemo digne poenitere potest, quem non sustineat unitas Ecclesiæ.* Hæc autem doctrina congruit quidem hæreticis, et schismaticis, qua talibus, et probat in illis, expressum desiderium iterum redeundi ad Ecclesiam, ejusque unitatem impetrandi, ut cum fructu resipiscant. Minime vero tenet in aliis peccatoribus, quantumvis enormiter lapsi fuerint ; qui alias tam bene merentur de Ecclesiæ fide, et unitate, ut nec per iota unum, vel minimum apicem contra illarum aliquam abierint, vel senserint. Atque ideo in illis militat specialis ratio, quæ non urget in istis,

Causa consequentiam

D.An-g'sl*

et fallit illatio illorum ad istos, ut patet.

Illatio. Pies V

38. Ex hactenus dictis liquido infertur merito damnatam fuisse a Pio V et Gregorio XIII idam propositionem Michaelis Buii. quæ est 62 in ordine : *Per contritionem etiam cum charitate perfecta, et cum volo suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen extra casum ncctssitatis, aut martyrii sine actuali susceptione Sacramenti.* Cujus oppositum constat perspicue ex Concilio Tridentino, et doctrina Theologorum uniformiter affirmantium citra omnem dubitationem vere contrito peccata dimitti, vel id proveniat ex Dei promissione, ul asserere videntur Scotistæ, vel quia naturaliter contritio, etsi a gratia non procedat, ipsam tamen comitatur, ut alii autumant, et est communius extra scholam D. Thomæ; vel quia ab ipsa gratia, ad quam ultimo disponit, procedit, ut docet D. Thomas, et graviores ejus discipuli, apud quos censetur probabilius connexionem cum gratia esse contritioni essentialem, nt post plores, tract, de justificatione disp. 2, dub. 6, et de Gharitate disp. 4, dub. 3, a nobis relatos, novissime tenei sapienti&simus Magister Lemos tom. 3, dissert. Théologie, lib. 3, parte 2, tract. 2, cap, 30, n. 469, quatenus docet per nullum auxilium omnino distinctæ speciei a gratia, et charitate posse Dei dilectionem haberi. Quam sententiam locis citatis stabilitam, et pluries alibi insinuatam in decursu totius nostri cursus eo libentius amplectimur, quia ab hoc uno solo Magistro in doctrina D. Thomæ versatissimo, et sui Magistri, et veritatis acerrimo vindice (ut ejus opera, et inita certamina, in materia de auxiliis in urbe coram supremo capite testantur) comprobatam invenimus. Ex hoc ergo principio Theologis communi manifeste falsitatis convincitur illa Baii propositio ; cui si adjungatur doctrina Concilii in hoc dubio allegata, fit perspicuum non posse Catholice sustineri, atque ideo merito fuisse ab Ecclesia proscriptam, et censura inustam.

JJirtJel Biius recte damnatas.

Magister Leœos, œ 3'

Ali ad consectarium ostendens jàiireren-loin netewi-Sam menti »b iliis,

39- Rursus infertur manifestum discrimen inter hoc, et a'ia Sacramenta, et præcepta excepto Baptismo, qui est ejusdem necessitatis. Nam posito vel in re, vel in voto hoc Sacramento, in sensu explicato, infallibiliter justificatur homo, nec aliter a POCCat's enodari, quam vel ipso Sacramento, vel desiderio illius exacto ad contritionem, vel in ipsa incluso. Et licet forsan per accidens aliquo aliorum Sacramentorum quis assequatur primam gratiam, ot consequenter peccati remissionem ; semper tamen est cum voto, et obligatione accedendi ad Pœnitentiam, ut ad medium justificandi. Ad adimpletionem vero aliornm praeceptorum in particulari non justificabitur infallibiliter homo, ex vi observationis : non enim ex eo quod quis jejunet, vel facta observet, uliudve hujusmodi praeceptum adimpleat, protinus adipiscetur salutem. Et esto justificaretur, non ideo respicit alia præcepta, quatenus media sunt ad resurgendum a peccatis, sed quatenus est necessaria illorum observatio, ne novam maculam peccati incurrat; atque ideo ut homo præservetur a peccatis, non vero ab illis purgetur. Quæ est maxima differentia, minime a Delgadillo ubi supra, et aliis Scotistis animadversa, ob quod non aliam agnoscunt necessitatem, quam præcepti. Unde ut a veritate alienos rejiciunt nedum Thomistas, sed alios plures Theologos docentes Sacramentum Pœnitentiæ esse absolute necessarium necessitate medii ad remissionem peccatorum. Quocirca prælaudatus Author tract, de Pœnit. cap. 11, dub. 2, n. 9, hanc sibi firmam elicit propositionem : *Quando aliquis finis potest haberi sine reali positione alicujus, absque fundamento asseritur, quod illud, aut illius votum, seu affectus est medium necessarium ad consecutionem illius.*

Ejii illiiio.

Porro hanc propositionem probat ex eo, quod Sacramentum Pœnitentiæ in re susceptum non est medium ad justificationem necessarium : ergo nec affectus recipiendi hoc Sacramentum potest esse medium. Patet Consequentia : quia Sacramentum in affectu nequit habere majorem efficaciam, quam habet in re. Quis enim dicat, quod ad salutem v. g. consequendam deambulatio excogitata, et volita, seu implicite contenta est magis necessaria, et efficax, quam realiter in se ipsa exeeuta.

Enervi! sr.

40. Verum enim vero fallit ista ratiocinatio, et est merus paralogismus , in quo arguitur a propositione disjunctiva, et confusa ad unam determinatam determinate : ut cum dicitur : *Oculus requiritur ad videndum,* quia reddit suppositionem confusam, et indeterminatam, non bene infertur : *Ergo dexter determinate,* vel *sinister determinate :* quia licet non sint nisi duo oculi, dexter, et sinister, nu lus tamen determinate importatur in prima propositione, sed uterquein confuso. Unde solum inferri debet : *Ergo vel sinister, vel dexter,*

vd

vtl aliquis oculus requiritur ad xidcndum. Qua; observatio licet videatur surnmulialicii, el tyronibus propria, cet tamen utilissima, nec subindo a provectioribus despicienda : siquidem legitimus arguendi ot inferendi modus non pro summulis, sed pro gravissimis rebus, el tuenda Ode fuit institutus, et a sacris Doctoribus edoctus. Unde qui in eo deficit, nihil concludit, in quacumque materia arguat. Et ita accidit in præsenti, quia nec concilium, nec ex illo Theologi determinate docent Sacramentum Pœnitentiæ in re susceptum esse determinate medium simpliciter necessarium ad obtinendam gratiam, cum id fieri posse adslruant, et satis perspicue, per veram, ac perfectam contritionem absque reali Sacramenti susceptione. Nec etiam in eo sunt, aut esse potuerunt, quod sola contritione determinate possit impetrari venia; siquidem attritio cum reali Sacramento sufficit ad reddendum hominem de attrito contritum, et consequenter Deo gratum, et a peccatis liberum, ut expresse
Trident. docet Concilium Tridentinum, et evincit hoc Sacramentum, sicut et Baptismum esse Sacramentum mortuorum, quod proinde non postulat gratiam præhabitam in subjecto ex vi suæ institutionis. Quod ergo docent, est quod expresse determinat Concilium de utroque Sacramento : de Baptismo quidem sess. 6, cap. 4, absque illius lavacro regenerativo, aut ejus voto fieri non posse spiritualem regenerationem sicut scriptum est : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua el Spirilu sancto, non potest introire in regnum Dei* : de Pœnitentia vero sess. 14, cap. 4, sine ejus reali susceptione aut voto in contritione incluso nullatenus fieri reconciliationem. Sub qua disjunctione nec determinate assignant Sacramentum, nec itidem determinate postulant contritionem ; licet semper connotetur Sacramentum in re suscipiendum, si opportunitas dederit.

41. Ex his autem principiis a quibus
Braîsr
U3. nullus Scotista se valet expedire, inferunt alii Theologi Pcenitentiam (idem dicito de Baptismo) sub ratione Sacramenti esse necessarium necessitate medii simpliciter talis, ut peccator nanciscatur remissionem, arguendo sub hac forma : Illud est necessarium necessitate medii simpliciter talis, sine quo nulla alia via potest obtineri finis : sed sine Pœnitentiæ Sacramento in re, vel in voto nulla est via nanciscendi gratiam remissivam peccati : ergo Sacramentum Pœnitentiæ vel in re acceptum, vel in votis habitum est medium ornnino, et simpliciter necessarium ad consequendam gratiam remissivam peccati. Consequentia est in forma absqne ullo defectu. Major præterquam quod ex se constat, formaliter, et in propriis terminis docetur ab illo Authore ubi supra dub. 1, capitis undecimi, et a nullo Scotista potest negari, cum sit expressa sui Magistri. Minor vero est Concilii Triden-Lini locis nuper adductis. Quare illa propositio fundamentalis supra relata penitus corruit, et manifeste falsi tatis convincitur.

Ad objectionem vero, supposito defectu ex parte formæ jam explicato, ex parte materiæ respondemus etiam peccare, in non reddendo causam pro causa, quæ est alia fallacia. Nam quod contritio cum voto Sacramenti præcise sit potens ad inducendam remissionem, non provenit ex eo, quod votum Sacramenti sit efficacius ipso Sacramento realiter suscepto; hoc enim falsissimum est, et a nullo Authorum nostræ sententiæ hactenus excogitatum, quin e converso efficacius debet esse, et revera est, Sacramentum ipsius voto, et plenior, ac abundantior gratia confertur in ipso, quam per ipsius votum; siquidem ex opere operato, et simul operantis tribuitur in reali susceptione ; cum tamen in ejusdem voto ex opere tantum modo operantis, et juxta mensuram contritionis. Quæ fuit expressa doctrina D. Thomæ 4, contra gen- D.Thom,
tes cap. 72, per hæc verba : *Considerandum tamen est, quod sicut Baptismus efficaciam aliquam habel ad remissionem peccati, etiam antequam actu suscipiatur dum est in proposito ipsum suscipiendi, licet poslmodum pleniorem effectum conferat in adeptione gratiæ, et in remissione culpæ, cum actu suscipitur, sic el claves Ecclesiæ efficaciam habent in aliquo, antequam eis se actu subjiciat, et si tamen habeat propositum, ut eis se subjiciat : pleniorem tamen gratiam, et remissionem consequitur, dum sc eis actu subjicit, confitendo, el absolutionem percipiendo,* Quod ergo contritio afierat gratiam expellentem peccatum, habet ex se, quatenus est ultima ad illam dispositio; et includit, vel supponit modo infra explicando conversionem in Deum tanquam ultimum finem, ex quo capite excludit consortium cujuslibet peccati mortalis. Quod vero ad id præstandum colliniet in ipsum Sacra-

Uberior °" enodauo'

mentum medio desiderio illud recipiendi, quam primum oportuerit; provenit quidem ex eo quod Pœnitentia est medium universale pro omnibus lapsi a Christo Domino post Baptismum institutum; pro qua ipsa contritio substituit interim atque se offerat opportunitas illud recipiendi, ut liquet ex supra dictis. Et in hoc sensu Sacramentum Pœnitentiæ in re, et determinate acceptum non est medium necessarium. et conceditur Antecedens objectionis. Sed negatur quod inde inferebatur, ut male illatum, et in se falsum. Nam supposita Christi ordinatione, qua voluit quemlibet lapsum post Baptismum sisti debere ante hoc tribunal, contritio non valet, nisi ut substituens pro Sacramento. In cujus signum quantumvis contritus sibi videatur homo, tenetur accedere ad Sacramentum si adsit, non tantum ut præservelur a novo peccato, sed ut medium infallibile remissionis generaliter institutum apponat. Quod non tenet in aliis præceptis, et Sacramentis, ut ex se constat.

Tszqaez. 42. Hinc tandem obiter refellitur doctrina Gabrielis Vasquez ad art. 5 hujus quæstionis dub. unico num. 27, ubi docet homini per contritionem justificato solum inesse obligationem sub præcepto suscipiendi pœnitentiæ Sacramentum, non respiciendo illam per modum medii simpliciciter necessarii. Hoc, inquam, ex dictis refellitur, et rejicitur : siquidem contritio non aliter justificat, nisi ut substituens loco Sacramenti, et in ejus absentia, usque dum sit opportunitas illud suscipiendi realiter, et idcirco non ita plenam remissionem importat. Unde ut illam Sacramentaliter, et plenius consequatur, opus est ad illud accedere sub ratione medii plenius, et abundantius sanctificantis præ sola contritione cum voto, ut mirifice exD.Tbom. plicuit Angelicus Praeceptor loco immediate allegato ex 4, contra Gentes inquiens : *Quia igitur in ipsa confessione, et absolutione plenior effectus gratis, et remissione confertur ei, qui prius propter bonum propositum ulramque obtinuit, manifestum est, quod virtute clavium minister Ecclesiæ absolvendo aliquid de pana temporali dimittit, cujus debitor remansit panilens post contritionem : ad residuum vero sua injunctione obligat pœnitentem, cujus quidem obligationis impletio satisfactio dicitur :* et paulo inferius, quasi immediate subjunxit : *El ulterius debilitas naturalis boni curatur dum homo a malis abstinet, et bonis assuescit Deo spirilum subjiciendo per orationem. carnem vero domando per jejunium, ut sit subjecta spiritui.* Non ergo Pœnitentia amittit rationem medii, per hoc quod praecesserit contritio, ne hæc respicit pœnitentiam, nisi ut est medium a Deo præstitutum.

Præterquam quod ex ista Vasquez doctrina sequitur non aliter contineri in voto contritionis Pœnitentiam, quam alia Sacramenta, et præcepta, quod esse falsum constat ex dictis. Sequela constat, quia contritio non respicit Sacramentum Pœnitentiæ, nisi ut præceptum : sed hoc modo etiam respicit alia Sacramenta, et mandata divina : ergo nulla esset diversitas Pœnitentiæ ab aliis in voto contritionis, contra id, quod docent Authores nostra sententiæ, et ipse Vasquez sectari videtur in discursu quæstionis.

DUBIUM II.

An sü de jure naturali hominem pœnilere de culpis in illarum remedium.

43. Absoluta prima disputationis parte, News· in qua ostendimus hujus Sacramenti ne-Pff^ cessitatem in lege gratiæ, illico pulsabat fit animum considerationem protendere ad d legem naturalem, et scriptam, in quibus abs dubio fuere peccata aliquo modo luenda : quocirca se se offerebat difficultas, fueritne ibi aliqua pro illis medicina? et qualis ? Quaecumque enim assignetur debet ea esse pœnitentia, juxta illud : *Si pœnitentiam non egeritis, omnes peribitis.* An & Semel atque id supponatur, interim insurfail git alia interrogatio : Fueritne aliquod veTtfîû rum illius legis Sacramentum pro peccatis Pffsiactualibus, sicut in omni sententia Theoteitat logorum pro originali in lege natura Swj- assignatur aliquod remedium illius utputa Eaîsn' oblatio externa infantis, vel quid hujusmodi, et in lege scripta circumcisio, quæ primo incepit ab Abraham ob id appellato : *Paler circumcisionis.* Alioqui enim illis naturæ statibus Deus de necessariis non providisset, nec in illa Ecclesia fuisset remedium generale pro adultis. Quod videtur absurdum, et minus consonum divinæ pietati. Hanc profecto difficultatem hujus loci satis propriam libenter arriperemus disceptandam, si non alio loco non minus proprio decisa, et explicata mansisset tract, videlicet de Sacramentis in genere disp. 3, dub. 3, § 2, ubi agentes de Sacramentis veteris legis, opus luit ad complementum illius difficultatis, descendere ad Sacramentum Poenitentia), et nostram mentem sive DThoa. ui proprius loquamur, D. Thomæ sententiam declararo probando ox ipso Angelico Præceptoro in utraquo illa lego verum Pœnitentiæ Sacramentum. Quam sententiam ibi sancitam in hoc tractatu amplectuntur N'ôiX ejus discipuli Nuno art. 7 hujus quæstioS.Tt-S: nis dub. unico. Joann, a sancto Thoma, Gonel, et fero omnes si bene explicentur. Nec contra eam occurrit aliqua dubitandi ratio, cui diluendro oporteat operam dare.

TX. tit. Si cui vero scrupulum ingesserit illa propositio Tridentinisess. 14, cap. 1 : *Porro nec ante adventum Christi pœnitentia erat Sacramentum,* intelligenda est, de Sacramento ejusdem rationis cum Sacramento legis gratiæ, in quo est verum judicium, vera accusatio, vera denique absolutio, cum vera clavium potestate, quibus respondet gratia ex opere operato abluens maculam peccatorum. Et hoc pacto nullum fuit verum Sacramentum ante Christi adventum, et institutionem, sed cuncta erant egena, et vacua, ut docet Apostolus. Quare XiM. Pœnitentia ut bene observat Nuno in præsenti, si sumatur in tota sua amplitudine significandi, non explicat, vel significat speciem infimam, sed subalternam, sub qua continetur tres species infinaæ Pœnitentiæ, quæ sunt longe divers® rationis, nimirum illa, quæ satis imperfecta, et confusa fuit, legis naturalis ; et altera magis determinata, sed absolute egena, quæ pertinuit ad legem scriptam; ultima tandem, et omnium absolutissima, ac perfectissima propria legis gratiæ, depositis umbris, et figuris veteris legis, ut elegan-S.Tkn. ter et profunde explicuit Angelicus Doctor in hoc artic. 7 ad 1 et 2, et hanc vel aliam ita perfectam non fuisse ante adventum Christi docuit Concilium. Quem etiam SsiJ. sensum tenent Soto, et aliqui Thomistæ specie tenus nullum alium Pœnitentiæ Sacramentum agnoscentes, quam in lege gratiæ a Christo Domino institutum. Quibus in prædicto sensu nullus Catholicorum queit refragari.

J;'? 44 Illis ergo motivis ab illa quæstione supersedentes, quia D. Angelicus in hoc art. expresse affirmat de ratione naturali esse hominem post peccatum pœnitere; aggredimur examinandam in hoc dubio veritatem illius propositionis, quam aliqui vel negant, vel non bene explicant : in sequenti declaraturi, an intra naturæ ordinem sint vires ad verum, et absolutum actum contritionis adhuc naturalem eliciendum? Et indo gradum faciemus ad præcipuam difficultatem hujus disputationis circa institutionem Sacramenti Pœnitentiæ in lege gratiæ, in qua Deus suæ liberalitatis divitias abundantissime, ac sapereffluenter erogavit. Ne tamen distinctionis defectu tenebras in lucem offundamus , animadvertendum est rationem naturalem se habere posse dupliciter, vel secundum sibi propria, et destitutam lumine fidei aut cognitionis supernaturalis : vel ut illa, et ista associatam, quo pacto agnoscit suam elevationem ad finem supernaturalem in æternum permansurum, et præmium, ac supplicium repromisa bene, aut male in hac vita degentibus. Qua distinctione supposita sit

? 7

8

Vera D. Thomæ sententia proponitur.

45. Dicendum est ex ratione naturali præcise sumpta, haberi dolendum, ac poenitendum pro peccatis absolute, et absque aliqua determinatione. Si vero sumatur ut fide instructa, directe attingit dolorem naturalem dictando indirecte supernaturalem. Hanc conclusionem quoad utramque sui partem, sustinent communiter D. Thomæ discipuli Soto in 4, dist. 14, quæst. art. 7. Nuno ad prædictum art. dub. unico. Martinus Ledesma in quarti quæst. 26, art. 1. Arauxo in præsenti dub. unico. Prado dub. 10; ex extraneis Vega lib. 13, super Trident, cap. 75. Suarez in comment, ad art. 7, et disp. 1, sect. 2, n. 5,

De jure naturali esi Pœnitentia.

D.Tbom. Soto. Nuno. Martin, de Ledesma. /Vrauxo. Prsdo. Vega. Suarez.

Sed ante illius probationem est observandum nomine *Pœnitentiæ* quam præ se fert titulus non intelligi Sacramentum aliquod, cui competat ratio signi adhuc in eo sensu, in quo Sacramenta legis antiquæ illud munus exercuere. Hoc enim pacto evidentissimum est non haberi posse ex ipso jure, aut lege naturali, quatenus obligat creaturas ad pœnitentiam ; sed relatum iri in Dei voluntatem omnino liberam, et absolutam, qua hominum imbecilitati providit in omni statu de remediis, vel ad tuendam animæ salutem, vel ad eandem, semel, aut sæpius amissam, instaurandam, et rursus acquirendam. Quamobrem D. Thomas in 4, dist. 17, quæst. 3, art. 1, quæst. 2, Sacramenta non detulit juri naturæ, sed altiori providentiæ, quæ est jus

divinum, a quo immediate habent esse. Nec etiam est sermo de Pœnitentia sub ratione virtutis, sub qua non pertinet ad hanc quæstionem, sed ad sequentem ubi cum D.Thom. Thoma de illa disseremus. Procedit ergo sive titulus, sive conclusio illi respondens de actibus humanis, qui alias habent rationem materiæ remotæ in hoc Sacramento, quales sunt dolur, et detestatio, sive procedant a virtute aliqua, quæ vera virtus sit, sive aliunde, a quo præscinditur. Et sensus est de jure naturæ esse, hominem pcenitere male actorum, ac de illis dolere, dolore quidem naturali, sive a sola natura fide non illustrata procedat, sive ab eadem fide instructa ortum ducat; quoniam fides in præsenti supponitur quidem non influens, sed ut manifestans objecta alias occulta, quorum semel habita notitia, non ipsa fides, sed natura ipsa erumpit in detestationem peccatorum modo in conclusione compendiosius exposito.

Primx partis prohalio. 46. Prima ergo pars assertionis probatur explicando principium D. Thomæ : quia ratio naturalis dictat bonum esse faciendum, et malum esse vitandum, non ob aliud nisi quia bonum (et loquimur de bono honesto morali), est conforme rationi, et malum illi dissonum : ergo sicut ratio naturalis inclinat, ac dirigit ad prosequendum bonum, ita retrahit, et cohibet a perpetrando malo ; ejusdem quippe rationis est accedere ad bonum, ac recedere a malo ipsi opposito. Sed prosecutio boni moralis secum affert illius complacentiam, cum sit ejus naturalis, et elicita inclinatio primaria. Ergo recessus a malo infert naturalem illius displicentiam. Ex displicentia autem, ac dissonantia cum ratione oritur dolor, sub quo nomine comprehenditur pœnitentia. Ergo pœnitentia de male actis est conformis rationi naturali, ab eaque ut a principio oritur : de *jure ergo* D.Thom. *naturali esi* (ut recte D. Thomas docet) *quod aliquis panileat de malis, quæ fecit, quantum ad hoc, quod doleat fecisse, el doloris remedium quaerat.* Probatur hæc Consequentia ex antecedentibus : nam eo ipso quod peccatum sit malum naturæ rationalis, quam deturbat a rationis statu, et subjicit sensibilibus, nequit non esse recte rationi dissonum, eique displicere; nam si in morbis naturalibus natura suimet solicita naturaliter nociva fugit, et semel hausta expellere, ac ejicere contendit; id quidem impensius curabit eademmet natura ratione ducta. Nequit autem eximi, ut ita dicamus, peccatum aut foras oxpell! quam illius doloro, displicentia, ac retractatione : est ergo de jure naturali (quod quidem peccato non extinguitur totaliter), quod homo doleat, ac ipsum pœniteat, contra jus naturale deliquisse, vel jus ipsum naturale violasse. Doctrina Antecedentis pneterquam quod est per se nota, est etiam D. Thomæ pluribus in locis, et d.TW, compendiose ab ipso traditur supra q. 34, art. 3, ad 1, per hæc verba : *Liberum arbitrium non eodem modo se habet ad bonum, et ad malum ; nam ad bonum se habet per se, et naturaliter, ad malunt se hebet per modum defectus, et præter naturam. Sicut autem dicit Philosophus in* 2, *de Calo : posterius est quod est praeter naturam eo, quod est secundum naturam, quia id quod est præter naturam, est quaedam excisio ab eo quod est secundum naturam.* Unde evenit semper inclinari naturam ad bonum, et resilire a malo, in quod excidit.

47. Confirmatur, et explicatur. Quia Celts, constat quam plurimos philosophos, sola ratione naturali ductos, utpote quos penitus latuere mysteria supernaturalia, commendasse displicentiam, ac pœnitentiam peccati : ergo signum manifestum est 3e jure naturali esse detestationem, et pœnitentiam peccatorum. Consequentia constat, quoniam ibi non urgebat in illis nisi nuda naturalis ratio, nec in alium scopum, quam in praemium naturale eorum conatus collimabant. Antecedens mullis eorum testimoniis suaderi poterat, quorum aliqua dedimus ad hujus tractatus limina, sufficiat nunc eos indicasse : et imprimis Seneca in tragediis sic inquiebat : *Quem* peniti *panitet peccasse, pene est innocens.* Perian- der Corinthus, peccatorem monuit : *Cum peccaveris, subeat te pœnitentia.* Aristotvero Arisi 7, Æthicorum cap. 5, non aliud agnovit discrimen inter intemperatum et incontinentem, nisi quod ille, quia non pœnitet, incurabilis est, est autem medicabilis iste, quia pœnitens. Inde Ovidius 1, de Ponto Ori Deos placari docuit, cum bene pœnitentes aspiciunt : *Sæpe levant panas, ereplaque lumina reddunt, cum bene peccati paniluisse vident.* Quo argumento aggressus est Celsum Origenes lib. 3, contra eundem dicens : Aon *solum contra nos mentitus eil Celsus, dicens plane constare ingrata, et consuetudine confirmata vilia, nec castigando quidem, et panis coercendo emendari, sed etiam contra serio philosophiae deditos, nec desperantes virtutem recuperare ut rem impossibilem* Orie- nts.

impossibilem homini. Sentiebant ergo Philosophi possibile esse homini recuperare virtutem, utrumque non per vires supernaturales, quas penitus ignorabant : ergo media pœnitentia, ac displicentia peccati intra naturæ ordinem contenta: ergo intra rationis rectæ jura continetur, quod hominem pceniteat de culpis contra jus ipsum naturæ commissis.

Pisiiin- Girfior. Qa0d vero ea pœnitentia non semper sisteret in corde, sed exterius sensibiliter aliquando manifestari deberet, testatur quidem, ipsa naturalis, ac prona naturæ aptitudo ad significandum exterius vel lacrymis, vel aliis signis illud, quod intra conscientiæ sinus continetur Quod autem illud non esset a natura ipsa determinatum, sed quandoque his, quandoque aliis mediis, aut sacrificiis uterentur, manifeste colligitur ex diversitate rituum, ac sacrificiorum pro gentium differentiis observata. Nam licet in republicis bene institutis aliqua fuerint sacrificia pro peccatis, ea porro tam diversa fuere, quam gemes essent inter se dissitæ, ac discordes ; nec hoc adhuc omnibus erat commune, sed plane difforme, ut prolixum foret percurrere, et constat in ipso legislatore divino, qui non eandem pœnitentiæ formam præscripsît

D.Tbm. hominibus leste D. Thom. art. 7, ad 2 : *Ea quæ sunt juris naturalis diversimode determinationem accipiunt in velere, el in nova lege, secundum quod congruit imperfectioni unius, et perfectioni alterius.* Quod argumento est ex ipsa lege naturali non habuisse certam regulam poenitendi, nt diximus in conclusione, sed determinationem accepisse ex lege super adjecta ad naturalem, hominibus a natura insitam. Id quod majorem lucem accipiet, si recolantur, quæ loco supra citato de Sacramentis in genere, authoritate, et ratione fulcivimus circa Sacramenta leeis naturalis, in quibus nec S. Thomas, nec discipuli, vel alii Theologi paulo majorem invenerunt determinationem, quam quæ cuilibet propriæ rationis ductu a se ipso prescribebatur. Ergo si hoc ita fuit, ac fuisse constat in lege naturali circa ipsa Sacramenta, quibus justificabantur; non est alium inibi invenire certiorem pœnitentiæ modum, quam a quolibet sibi praescriptum ex instituto ipsius legis naturalis, non omnes uniformiter, sed quemlibet sub proprio dictamine dirigentis, atque ideo ex jure naturæ habetur determinate pœnitentia, non vero pœnitentiæ modus, ut statuit D. Thomas in præsenti, et da- D.Thom.
rius in 4, dist. 17, qu. 3, art. 1, q. 2, ad 2, ubi docet, quod *in lege naturæ sufficiebat interior recognitio peccati apud Deum; sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum protestari.* Non ergo ex ipsa lege naturali habetur determinatus modus exterius poenitendi. Ad majorem suprapositi fundamenti elucidationem consulantur quæ scripsimus tract, de Peccatis disp. 2, dub. 2, ubi latius prosecuti sumus contrarietatem naturæ rationalis cum peccato, et plures objectiones diluimus, quas non incongruum erit perlegere, ut hujus principii veritas magis eluceat.

48. Secunda vero pars assertionis pro- Secanda
batur. Nam eadem naturalis ratio, quæ ob ass^l'°'
commensurationem , et alligationem ad pars,
bonum naturale, nequit nisi quæ conformia sunt principiis naturalibus dictare, si semel instauratur, et illuminatur de mysteriis supernaturalibus, juxta qualitatem luminis illustrantis, potest se exercere in actus naturales, qui indirecte, et ex consequenti se extendant ad actus supernaturales : ergo ratio naturalis fide illustrata directe attingendo pœnitentiam naturalem, indirecte, et mediate potest dictare supernaturalem. Consequentia constat, et Antecedens probatur, et explicatur simul : quoniam lex naturalis dirigendo, et promovendo ad proprium finem simul reprobat quæ illi fini directe, vel indirecte, mediate, vel immediate adversantur : nam ex ipso quod ratio naturalis dictet pœnitentiam esse agendam ob peccata contra finem naturalem perpetrata, ex consequenti affirmat, supposita per fidem notitia finis supernaturalis, etiam debere agi ex illo motivo sibi per fidem noto ; quippe nulla est ratio asserendi pœnitentiam pro delicto intra ordinem naturæ contra Deum illius finem, quæ non æque militet in offensa, aut culpa contra Deum authorem supernaturalem ; atque ideo illamet ratio, quæ immediate, et directe dictat primum, ex consequenti, et mediate dirigit ad secundum, siquidem contra rationem naturalem est, quod non pceniteat hominem peccati contra Deum sub ea ratione, qua noscitur offensus. Sicut quia ratio naturalis dictat parendum esse cuilibet superiori legitime præcipienti, eadem met ratione naturali probatur supernaturalis praecepta esse adimplenda, et eorum violatio est contra jus naturale. Similiter quia de jure naturali est Deum esse colendum ; semel

atque fide constiterit Deum esse in Eucharistia . ipsum lumen naturale dictat cultum Deo ibi exhiberi. Cum ergo ratio naturalis dictet pœnitentiam esse agendam absolute, et in communi, ut constat ex probationibus pro prima parte assertionis ; interveniente fide, qua altior finis detegitur, et recondita mysteria revelantur, eademmet naturalis cognitio se extendet, et porriget mediale, et ex consequenti ad pœnitentiam supematuraiem, cujus omissio est contra jus naturale.

Objectio.

49. Nec refert, si objicias, lumen naturale neutiquam sufficere ad attingendum objectum supernatural, quippe quod superat vires, et efficaciam totius nature sive creatæ, sive creabilis, ut verior doctrina tenet. Et hac ratione statuimus necessitatem gratiæ supernaturalis ad credendum, et assentiendum mysteriis supernaturalibus, etpræcepta supernaturalia adimplenda tract, de Gratia disp. 2. Et urgebis. Quia vel ratio naturalis associata fide, ex illius consortio vindicat sibi aliquid supernatural, quo elevetur; vel non ? sed remanet intra vires ipsius legis naturalis, sicut antea erat. Si primum asseratur, destruitur status quæstionis, quæ solum versatur circa jus naturale nude acceptum, et hoc asseruit D. Thomas dictare pœnitentiam, naturalem quidem, et penitus insufficientem ad remissionem peccati. Si propter hoc affirmetur secundum, urget sane replica ; quia lumen naturale quantumvis in consortio, et assistentia fidei, non promovet nisi ad dictamen pure naturale, nec redditur per assistentiam fidei potentior, aut eflicacior, quam erat sine illa; quodlibet enim fidei consortium est pure exlrinsecum ; perinde se habens, ac si non esset.

Armo respon-so.

50. Nec satisfacies, si cum Arauxo in præsenti dub. unie, respondeas naturam inferiorem ex conjunctione ad superiorem perfici intra proprium ordinem, ut possit aliquid, quod ab illa sejuncta non poterat. Sic imaginativa hominis ex conjunctione ad intellectum potest circa singularia discurrere ; cum tamen hunc discursum ex se non habeat, ut constat in Brutis. Unde haud dissimiliter naturalis ratio supernatural! conjuncta, illi re associata distare poterit pœnitentiam supematuraiem saltem mediate et indirecte, quatenus deservit, et requiritur ad conservandum illaesum jus naturale. cui contradicitur violando obligationem supernaturalis precepti.

Non inquam, satisfit ista responsio. Diau, Tum quia facile dicitur naturam inferiorem perfici, ac roborari ex commercio, ac conjunctione cum Superiore ; sed non eadem facilitate intelligitur, in quo consistat robur illud, ac major perfectio, quam accipi de novo affirmatur. Nam semper instat objectio : vel est aliquid intrinsecum denuo adveniens, vel non? Primum non conceditur ; alias non remaneret lumen naturale intra limites nature, sed elevaretur saltem quoad modum ; quod est destruere quæstionem. Si eligatur esse quid extrinsecum, etiam urget; quia non redditur potentior, aut robustior natura illa assistentia extrinseca, nec ad ejus presentiam acquirit .vires, quibus ante illam non potiretur; siquidem non mutatur in melius, et potentia in melius non immutata remanet æque ac antea impotens. Tum etiam (et est ratio potius urgens in contrarium) nam quod cogitativa hominis, quia radicatur in anima rationali, a principio suæ dimanationis ab illa, secum trahit quoddam vigoris participium, quo se exercere potest in aliquem discursum, quem secundum se, vel prout in bruto elicere non valebat, id quidem verum est, et constat in calore animalis, in quo habet vim producendi sanguinem, et alios humores, quorum nullum idem specie calor ignis producit, aut producere valet in ligno. Ex hoc autem potius sequitur oppositum solutionis : quia jus naturale, seu dictamen rationis nec radicatur in fide, nec aliquid ab ea emendicat intrinsecum, quo permanenter, ut ita dicamus, quasi elevetur ad agendum, vel proponendum aliquid, quod antea non sibi erat concessum : nulla ergo ratione asserendum videtur, aliquo modo se porrigere posse ad superiorem pœnitentiam, ad quam sine fide erat impotens, atque ideo ratio naturalis non aliam pœnitentiam dictat cum fide, quam absque illa, et consequenter fallit secunda assertionis pars.

Ven respce-no.

51. Non, inquam, refert, si ita objiciatur, sed procedit ex non satis penetrata radice nostri fundamenti : quippe quo nihil minus intenditur, quam quod actus pure naturalis possit attingere directe, et primario objectum formaliter supernaturale. Hoc enim non aliud esset, quam asserere eundemmet actum esse, et non esse naturalem, quod est implicatorium. Quocirca loco in objectione citato ex tract, de Grat. universalem doctrinam statuimus ex diametro oppositam huic dicendi modo, juxta quam

quam nec credere, nec «peraro, nec Deum diligere ut finem supematuraiem possibile cuiquam est ox viribus puro naturalibus. Cætorum cum hoc cohieret viros ipsas naturales supposita notitia rerum supernaturalium, vel per fidem, vel per aliud lumen supernaturale habita, amplius ox parte objecti, seu materiæ circa quam so porrigere saltem indirecte, mediate, et quasi virtualiter ad aliquid aliud, ad quod seclusa illa notitia non extenderetur; quin ex vi hujus, actus ille naturalis intrinsece immutetur, aut modificetur aliquo supernatural!, nec extra sphæram naturalem reponatur.

Oiser- n ' Ad cujus lucem, et clariorem intelligentiam animadvertere oportet (quod supra innuebamus) fidem, seu lumen supernaturale se habere posse dupliciter cum lumine naturali, vel ex parte principii influendo cum ipso lumine naturali, vel ex parte termini, et objecti, detegendo, nimirum aliqua objecta, vel præcepta lumini naturali incognita, et occulta, ad quæ tanquam ad materiam circa quam ratio naturalis se porrigat mediante materia naturali sibi propria. Si primo modo accipiatur consortium fidei, non imus inficias, quin affirmamus actum procedentem à virtute naturali ut associata fide ut minimum esse quoad modum supematuraiem. Et ratio ipsa convincit : nam implicat causam actu influere in effectum quin effectus explicet, et contineat in se rationem illam, secundum quam causa influit; alioqui enim influeret, et non influeret, daret esse, et non daret e*se effectui : sed fides sub prima consideratione se tenet ex parte principii naturalis cum ipso fluens : ergo in actu illis per modum effectus correspondente splendere, et explicari debet, quod est proprium fidei, ut instituentis, atque ideo supernaturalitas saltem quoad modum.

SS uaniis ntio· ..5?–Si vero se habeat secundo modo, nihil sane additur ipsi actui naturali, quo supra se, et supra proprias vires elevetur, sed adhuc adæquate sistendo intra ordinem naturalem, queit excitari ad aliquid amplius, quam antea excitaretur. Cujus præter supradicta sunt alia manifesta exempla. Nam seclusa fide, ratio naturalis nihil minus quam de Deo clare inspiciendo, aut de ejus possibilitate cogitaret : illustratione tamen fidei de ejus possibilitate supposita, ipsamet ratio naturalis conjectari posset, et potest rationes probabiles, et congruentias possibilitatis ejusdem; et insuper evidenter ostendere omnia argumenta in oppositum nihil concludere, ut ox communi Theologorum doctrina statuimus tract, de Visione Dei disp. 1, dub. 3. Similiter (ut cominus rem attingamus) amor Dei naturalis ante elevationem neque directe, nec indirecte pertingeret ad præcepta supernaturalia sive positiva, sive negativa, utpote quæ nullatenus essent cognita; supposita tamen eevatione hominum ad finem supematuraiem, cui ea innotescit, illico amor Dei ut Authoris na· turæ connotât eorum non violationem ut omnino necessariam, magis, vel minus juxta expressiorem, aut minus claram illorum cognitionem ; quin in prædicto amore ex vi hujus aliquid supernaturale inveniatur, ut constat ex dictis loco citato de Gratia dub. 4, num. 138.

Applicatio doctrinal· tradite. 53. In hunc ergo sensum discurrendo de Pœnitentia dicimus unam, et alteram esse de jure naturae, et utrumque intra ordinem naturalem contineri; aliter tamen illam, ac istam : nam illa ut in plurimum esset non adeo perfecta, utpote regulata imperfecta cognitione, qua vix cogitaretur de aliquo extrinseco nocumento ex parte Dei; non enim omnes forsan Dei offensam ex peccato pariter nanciscerentur; sed ipsis conscientiæ stimulis agitati *re-medium doloris* quaererent, ut consultissime scripsit D. Thomas nullius alterius damni extrinseci mentionem faciens.

Diximus, *ul in plurimum,* ut non comprehendamus subtiliores, ac peritiores, quos nec latuit Deum hominum delictis offendi, et illorum poenitentiis placari, ut constat ex Ovidio, et aliquibus Republicis, quarum legislatores bene instructi, et sacrificia et poenitentias pro tota republica instituerunt sola rationis naturalis ductu, quibus placaretur Deitas, quam in confuso colebant.

Pœnitentia vero, quae fidem modo explicato supponeret, licet naturalis, esset firmior, et aptior, utpote procedens a cognitione naturali supponente fidem illuminantem, et docentem Deum offendi determinate a culpis, et pacari poenitentiis.. Et talem fuisse pœnitentiam Ninivitarum sub spe veniæ ex fide conceptae; hoc docuit D. Thomas, et in eodem sensu asseruit ibi p.Thom aliquid fuisse adjunctum fidei ex prædicatiione Jonæ. Porro sicut assensus Philosophi Christiani de existentia Dei ad praesentiam fidei eam affirmantis est firmior, ad hunc sensum quod nullam dubitationem admittit, nec ex parte subjecti, nec ex

parte objecti; ex eo quod fides, quod nec falli potest, idem affirmat, quod lumen naturale ex suis principiis concluserat; quin tamen praedictus assensus intrinsece immutetur, aut ad superiorem ordinem evehatur, licet intellectus firmius illi adhæreat in praedicto sensu : haud dissimiliter pœnitentia illa, quæ supponeret fidem, extrinsece quidem foveretur ex manifestatione finis supernaturalis, quem indirecte, et mediate attingeret in sensu explicato. In quo etiam admittimus solutionem ex Arauxo inter arguendum datam; si vero majorem aliquam perfectionem, aut modificationem velit, et omnimodam similitudinem inter exemplum imaginativæ hominis intendat; ipsi refragamur, et ob rationem in ejus impugnatione indicatam radicationis in anima, quæ neutiquam potest applicari fidei, et lumini naturali, ut ibi recte probatur, quin contra nos retorqueri valeat.

flefellilur Cajetani expositio.

Medina Com-pluL

54. Omisso Medina Complutensi, ut non satis bene sentiente in hac parte in suo illo Codice de Pœniientia cap. 2, sicut nec in aliis concernentibus hoc Sacramentum, ut supra vidimus : ex iis quos consuluimus, unicum dumtaxat offendimus Cajetannm in commentario hujus articuli; cui difficilis, imo falsa visa est doctrina S. Doctoris, si simpliciter, et absolute sumatur, quo pacto, inquit, magnam habent difficultatem, si non sunt fa'sa verba D. Thomæ. Tum quia si peccatum non fuit scandalosum, seu manifestum aliis, nulla apparet ratio naturalis ad signa doloris. Tum quia abstrahendo a documentis fidei dolor, seu tristitia de præieriio peccato nnllam videtur habere rationem remeiii; et propterea superfluum videtur dolere de malis præteritis. Accedit ad hæc, quod difficile est nosse, quid homo infra jus naturale solum stando cognosceret de absolutione peccati per aliud, quam per cessationem a peccando. His convictus ingeniosissimus Commentator propositionem illam D. Thomæ exponit de jure naturali supposita in homine cognitione fidei; ita quod supposita fide, non tamen ex fide, sed ex ipsa ratione naturali proveniat pœnitere, juxta ea quæ supra observavimus. Cui dicendi modo suffragari videtur Suarez disp. 1, sect. 2, n. 4, et 5, quatenus asserit satie incertum esse, an sola ratione naturali possit cognosci peccatum hominis esse injuriam, et oflensam Dei.

Cajeta·DOS deseri-tor

Suaiw,

55. Hæc tamen expositio, Cajetani venia, nobis numquam arrisit, sicut nec aliis Thomistis, et merito cum videatur directe opposita litteræ. Nam postquam dixerat S. Doctor esse de juro naturali pœnitentiam, statim posuit exemplum in Ninivitis, addens : in *quibus tamen aliquid fuit adjunctum fidei ex prxdicalione Jonx.* Si autem prima propositio redderet Cajetani sensum, hoc addere foret superfluum, ut constat; si quidem nullus teneretur de jure naturæ pœnitere, nisi supposita fide, et notitia supernatural! : ergo propositio D. Thomæ non reddit sensum restrictum, a Cajetano intentum, sed omnino absolutum independentem a fide juxta primam partem noslræ conclusionis.

sc:

Ad hæc : D. Thomas ob prædicationem Jonæ defert aliquid Ninivitis, quod illis non competit ex ipso jure naturali, ut ostendit illa adversativa, *in quibus tamen, etc.* Ergo sensit alios homines ex ipso jure naturali pœnitere debere, licet illud aliquid fidei Ninivitis concessum non obtinuissent. Patet Consequentia, nam alias nulla esset ratio magis adseribendi fidem, aut aliquid fidei illis præ istis.

Adde secundo, exceptio Ninivitarum, ut illis aliquid fidei tribuatur præ aliis, ortum duxit ex prædicatione Jonæ; sed hæc prædicatio non fuit facta aliis : ergo vel hi in sententia Cajetani non tenerentur ad pœnitentiam ex jure naturali post plura scelera commissa quod est absurdum, vel D. Thomas non fuit loculus de jure naturali ut fidem supponente, sed de illo absolute sumpto, licet fortius obliget supposita fide, quod nemo it inficias.

ülteriet IBpïï-gnatio superaturalis.

56. Dejicitur deinde instaurando fundamentum primæ partis assertionis. Quoniam independenter ajure divino, stando præcise intra ipsum jus naturale, quodlibet peccatum est contra bonum raiionis, et importat deordinationem naturæ rationalis, quatenus deflectit a regula prudentiæ, et convertit ad bonum commutabile, posthabito, et despecto culmine rectitudinis naturalis, secundum quam insitum est homini vivere secundum rectam rationem, imo et Deum super omnia diligere ut principium et finem lotius ordinis naturalis (quidquid de potentia diligendi in natura lapsa); ergo cum hæc recta ratio, licet diminuatur, et obscuretur

obscuretur peccatis, non tamon penitus ex· linguntur; ex illa incunjbet homini recedere a lapsu voluntario, quod absque retractatione prioris fieri non potest; hæc autem retractatio Geri nequit absque alio actu itidem voluntario retrahente a lapsu : ergo nec absque pœnitentia. Patet Consequentia : quia nomine Pœnitentiæ in præsenti non accipimus, nec accepit D. Thomas, contritionem perfectam supernaturalem, aut quamlibet aliam, quæ cum elfectu conducat ad linem supernaturalem; sed displicentiam et detestationem imperfectam, et confusam, intra ordinem naturæ; quamque elicere potest natura intellectualis absque consortio fidei, aut alterius doni supernaturalis.

D-Aa- Audiamus simul D. Augustinum lib. de duabus animabus cap. 14, ita asserentem : *Ul inter omnes sanos constat, utile est poenitere peccati. Quid ergo nunc in hanc rem divinarum scripturarum testimonia, quæ usquequaque diffusa sunt, colligam? Vox tliam est ista naturæ. Neminem stultum rei hujus notitia deseruit. Hoc nobis, nisi etiam penitus insitum esset, periremus. Potest aliquis dicere non se peccare, non autem sibi esse, si peccaverit, poenitendum, nulla barbaries hoc dicere audebit.*

ΛTïoιη. àk Confirmatur, et explicatur hoc ipsum ex eodem D. Thoma in 4, distinet. 19, quæst. 3, art. 1, quæstiunc. 2, ubi ait : *Quod Sacramenta sunt quædam fidei protestationes, unde oportet ea fidei esse proporlionala ; fides autem est supra cognitionem rationis naturalis, unde etiam et Sacramenta sunt* rupra *rationis naturalis diclamina. Et quia jus naturale est, quod non opinio genuit, sed innata quædam vis inseruit, ul Tullius dicit, ideo Sacramenta non sunt de jure naturali, sed de jure divino, quod est supra naturale.* Ergo quando D. Thomas protulit illam propositionem, *de jure naturæ est, quod aliquis panileal,* non comprehendit, sed excludit jus divinum, et consequenter tam Sacramenta, quam fidem, atque ideo independenter ab illis, viget jus naturale poenitendi.

57. Nec motiva recedendi a D. Thoma, Ci>ui qoæ opponit Gajetanus, urgent, aut aliquid Mi'J· probant. Non quidem primum : quia licet peccatum non fuisset scandalosum, aut aliis manifestum ; non idcirco non fuerat contra rectam rationem. Et ex hac parte esto, non peteret externa signa doloris ad vitandum scandalum ; non tamen excludebat, si vellet pœnitens. Si autem non vellet, sufficiebat interior dolor, et displicentia; nam ut inquit D. Thomas ubi nuper, D.Thom sol. ad 2, *in lege naturæ sufficiebat interior recognitio peccali apud Deum.* Et quidem si hoc ita fuit adhuc post fidem, et Sacramenta illius legis, quanto melius independenter ab illa, ut loquimur agendo de jure naturali secundum se minime cum fide connexo. Non est solidius secundum : quia licet nullum sit remedium efficax peccali intra ordinem naturæ ; intra ordinem tamen naturæ est vis insita conandi ad illius expulsionem, et quantum est ex parte effectus voluntas il'ud non commisisset ; hoc enim est conforme rectæ rationi. Quocirca plures Gentilium lumine fidei destituti solo rationis naturalis ductu offerebant libamina, et sacrificia, ut Deos sibi propitios, benevolos, et placatos redderent ut scribit Plato Plato, lib. 10, de legibus, et vidimus supra.

Et hinc ruit tertium, quia licet nihil attingerent de veritate absolutionis ; in illorum tamen animis erat quasi insitum, apud sapientiores praecipue Deos misereri, et remissionem largiri. Hinc Tullium de Tullius. Dei providentia non bene meritum ita redarguebat Lactantius lib. 6 Institut. Lactant, cap. 24 : *Nam si liberos nostros, cum delictorum suorum cernimus pœnitere, correctos esse arbitramur, et abdicatos, abjeclosque rursus tamen sustentamus, suscipimus, fovemus, complectimur, cur desperemus clementiam Dei Patris poenitendo posse placari?* Si autem hoc non esset maxime consonum juri naturali, et ex ejus visceribus ortum: nullum contra ethnicum licet doctissimum esset hoc argumentum. Signum ergo est (quidquid sit de rudibus, et stolidis, quos non adducimus in Consequentiam, ut innuebamus supra) apud plerosque intra jus naturale contentos absque ulla fidei notitia, ita viguisse rationis lumen, ut vel ipso solo agnovisse jus poenitendi, eoque expleto Deum pacatum ac sibi benevolum reddi. Quod sufficit ad veritatem propositionis D. Thomæ absolute, et absque ulla restrictione.

58. Hinc etiam colligitur quam veritatem contineat illa propositio : *Salis incertum esi, an el sola ratione naturali possit cognosci peccatum hominis esse injuriam, el offensam Dei,* ut obtendebat Suarez Cajetano asseritiens. Nam ut constat ex doctrina ejusdem Suarez disp. 3 de Pœnit. sect. 7, nec non lib. 7, de Gratia cap. 22, an. 8, absque ulla gratiæ et fidei cognitione potest cognosci solo lumine naturæ, et existentia Dei, et ejus providentia circa

humanas operationes. Ex quo (inquit loco citato de Pœnit. facile colligitur Deum offendi hominum peccatis, vel quia ejus præceptum, et obedientia contemnitur; vel quia in ratione finis ultimi aliquid ei præferlur. Et hac cognitione supposita naturaliter displicet homini ex hoc molivo peccatum, si quidem illa ratio mali, qua pungitur homo, et semper includitur in desertione boni secundum rationem, est propter se detestabilis ; quidquid sit de injuria formali extrinseea moraliter Deum afficienti, quam etiam plures Catholici Theologi sapientissimi vel non recognoscunt, vel non satis expediunt, ut ipsa experientia testatur. Atque ideo naturale erit homini remedium doloris quaerere, ut inquiebat D. Thomas, et ab illo se excutere, quod vere est de jure naturali poenitere independenter a fide præsupposita. Unde vel

iBcoase-Suarer immemor, vel inconsequens processit Suarez incertitudinem collocans in eo quod alibi ut certum affirmat, nisi velis doctiorem se ipso tract, de Gratia, et disp. 3, de Pœnit. tenuisse ut certum, quod disp. 1, non ita certum apparebat.

Et quidquid sit de noc, nec ipse, nec Cajctanus rationabditer queunt inficiari, quod apud /Ethnicos, quibus nullum fidei lumen affulsit, legitur de hostiis, ac sacrificiis pro Deo placando institutis, ut constat ex verbis supra relatis, et ex aliis historiis fide dignis. Quod sane argumento est apud plerosque intra ipsum lumen naturale invaluisse aliqualiter hominum culpis Deum offendi, et sacrificiis, ac poenitentiis benevolum reddi; et consequenter independenter a fide ex vi ipsius naturalis luminis oriri onus pœnitendi, præscindendo a modo, et determinatione pœnitentiæ : in quo fuit major aut minor expressio, ut obiter explicuit S. Doctor in eadem solutione ad primum.

Eipliea-u.Tbom. 59. Porro dum in ea solutione docuit S. Doctor ex ipso jure naturæ non fuisse determinatum modum pœnitendi, sermonem habuit de pœnitentia exteriori, ut Suarei. bene observavit Suarez in comment, num. 6 ; addit vero ad quam præsenbendam determinate quoad omnes accessit lex divina, qua cuncti tenerentur, si vellent a peccatis liberari. Quocirca adhuc in ipsa lege naturali fuerunt aliqua sacramenta, et inter illa Pœnitentia, ut constat ex dictis initio hujus dubii, eo quod prædicta lex semper supposuit elevationem ad finem supernaturalem, et consequenter fidem, et (præcepta supernaturalia, ex quorum adimpletioue illis obveniret vera salus. Undo Fins», quod hactenus dictum est de jure naturali, d debet intelligi do illo, ut a tide præscindenti, quo pacto intellecta propositio D. Thomæ legitime infert, quæ ibi docet S. Doctor, ut constat ex sequenti discursu. Nam quæ sunt de jure naturali seeundum se determinationem accipiunt ex institutione divina : sed de jure naturali secundum se est, quod fiat aliqua poenitentia pro peccatis : ergo hoc quod est pomitere pro peccatis determinationem accepit ex institutione divina. Qui discursus est clarissimus, et non posset æque bene disponi juxta expositionem Cajetani supponentis ex parte præmissarum ipsam Dei determinationem, quam S. Doctor intendebat probare. Ex illo autem ut a nobis confecto legitime subsumitur : sed homo seu natura humana fuit sub triplici lege, naturali, scripta, et gratiæ : ergo sub qualibet earum accepit determinationem poenitendi, aliam in lege naturali, aliam in lege scripta, et omnium ultimam, et perfectissimam in lege gratiæ, ut explicat S. Doctor. Unde etiam liquet Ethnica illa sacrificiorum, quia non determinatione divina, sed vel cujusque propria, vel saltem legislatorum pure humanorum præscribebantur, futilia, et prorsus inania fuisse ad nanciscendam reconciliationem intentam. Unde nullatenus veræ pœnitentiæ nomen sibi adseivere, quin imo inter vanas, et superstitiosas computari debent, utpote quæ innumeris scatebat erroribus adhuc intra ipsam legem naturalem. Deserviunt vero quam plurimum ad manifestandam vim insitam naturæ poenitendi post peccatum, quod est scopus hujus dubii. Ad ejus vero majorem elucidationem sequens dubium subserviet, in quo naturæ vires fide illius illustratae consideramus.

DUBIUM III.

/In *intra naturæ ordinem sint vires ad actus attritionis, vel contritionis eliciendos absque recursu ad gratiam supernaturalem, solo fidei lumine præeunte ?*

Qse foppc-Mutir. 60. Semel ostenso de jure naturae esse aliquod genus pœnitentiæ, videtur rationi consonum examinare ejus vires in ordine ad præcipuos, et magis notos pœnitentiæ actus, uti sunt attritrio, et contritio ; qui quidem proximius ad pœnitentiam pertinent,

nont, quidquid oit do eorum differentiis essentialibus, quas non est præsenti» ins· tiluti exponere ; sed pertinet ad quæstîonem sequentem, in qua agendum est cum D. Thoma de Pœnitentia virtute. Porro in quolibet eorum actuum debet importari propositum absolutum, et efficax non peccandi de cætcro; ac proinde excluditur a præsenti consideratione actus inefficax, et quasi conditionatus, qui potius velleitas, quam vera volitio appellari debet.

In quo vero consistat aliquem actum eSse efficacem, et ita absolutum, præterquam quod ex se liquet, satis, superque declaravimus tract, de Gratia disp. 2, dub. 3, § 1 et 7, quo eat lector, ne hic, ibi dicta refricando immoremur. Sed quia in tota illa disputatione non semel distinximus potentiam antecedentem, et consequentem, et illarum cuilibet proprium objectum, et terminum activitatis designavimus, juxta varios status naturæ humanæ in ordine ad bene operandum, diligendum Deum, et præcepta naturalia observandum, quod ibi fuit omnino necessarium cum ob majorem conciliandam claritatem, tum ad difficultates quæ plures erant, seorsirn evincendas, et explanandas. Quia, inquam, omnia illa nisi singillatim, et sub praedictis distinctionibus discuterentur ; recte expediri non poterant ; monuisse voluimus lectorem, in præsenti non ita disputationem institui ; sed illis suppositis, et praescindendo ab statibus, et ipsos status comitantibus, absolutius procedimus assumendo tituli terminos ut ipsi sonant, et est inquirere : Utrum in natura lapsa, possit absolute, et simpliciter homo ex viribus naturalibus, non concurrentibus auxiliis gratiæ, elicere contritionem pure naturalem efficacem absolute, vel saltem attritionem ?

Deçw HI RU– M. Et non proce iit quæstio de actu contritionis, qui sibi annexam infallib liter habeat justificationem : in hoc quippe sensu nullus catholicorum est, qui non doceat necessariam esse contritionem supernaturalem, et quidem merito, nam oppositum est plane hæreticum, et Pelagianum. Procedit ergo difficultas de ipsa contritione quoad substantiam ; quidquid sit de conducentia ad salutem, quam Pelagiaui pro aris, et focis, ut inquiunt, propugnabant, et Catholici ma'gnopere exhorrebant, et usque ad interitum persecuti sunt, ut constat ex dictis loco supra citato, ubi necessitatem gratiæ ad opera salutaria contra Pelagium, et Semipelagianos manifeete probavimus, et nullam esse legem conferendi auxilium supernaturale facienti, quod est in se, ex viribus naturæ, statuimus. Quam controversiam Ludovicus Molina in sua celebri concordia disp. 14, proponit sub his terminis : *Utrum liberum arbitrium cum solo concursu generali, attritionem, ct contritionem, quoad solam actus substantiam, elicere valeat?* Et hunc etiam sensum retinemus, praescindendo a praedictis distinctionibus.

Lndc- vicus Molina

Gl. In hac ergo difficultate, qnæ gravissima est, non abs re erit ipsum audire membro 1, ubi ita scripsit. *Negari non potest complurium esse scholasticorum sententiam, liberum nostrum arbitrium cum solo concursu generali Dei elicere posse non solum actum attritionis naturalem, id est dolorem de peccatis ex Dei Umore cum proposito amplius 'non peccandi lelhaliler; sed etiam actum contritionis naturalem, qui idem propositum non peccandi amplius lethaliter includat.* Et est sermo de homine existenti in peccato morali : De quo membro 4, subdit : *Ex dictis membro præcedenli facile intelligelur contritionem non solum mere naturalem, el quoad solam actus substantiam, sed etiam supernaturalem, qualis ad justificationem sine Sacramento requiritur, nec includere nec exigere dilectionem Dei super omnia efficacem, sed salis ad eam esse absolutam dilectionem Dei super omnia.* Et rursus in eodem membro § *His ita constitutis* : asserit sequentem propositionem : *Qui fidei lumine fuerit illustratus, cum solo concursu Dei generali elicere quoad solam actus substantiam potest propositum de quo disputamus.* Et immediate potest hæc verba : *Quoniam propositum ejusmodi est extra totam latitudinem gratiæ, nihil proinde conducens ad finem supernaturalem, estque unius actus in se mere naturalis, propriusque libero arbitrio.* Similia repetit, et inculcat, in tota illa disputatione, quasi ex communi Scholasticorum sententia. Eamque ita urget, explicat, ac expendit, ut aliquibus occasionem dederit illam ipsi veluti propriam adseribendi.

Verba formalia ?rlûbûæ<

At vero disp. 19, membro 6, oppositam et negantem sententiam referens, inquit : *Licet ex hactenus didis constet, posteriorem sententiam* (videlicet affirmativam), *non carere sua probabilitate lum ob Patrum aulhorilalem, quos eam affirmare retulimus, et Scholasticos, qui eam sequuntur : lum diam propter rationes, quibus eam confirmavimus : Quia tamen prior variis in iprovnciis*

Pro opposita senlen tia hæc verba sonare videntur.

communis censetur ïn *scholis, minusque tutum propter antiquos Patres, ft Concilia reputatur asserere, in arbitrio speciato in statu natura laps? esse vires sine speciali auxilio Dei, vel ad quamcumquc mediocriter difficilem, vehemenlioremve lenlaiionem in unico temporis momento superandam, vel ad eliciendum quemcumque difficiliorem actum naturalem, moraliter bonum; eaque de causa, neque- contritionem, neque attritionem, quoad solum aclus substantiam posse elici sine speciali auxilio Dei, propter difficultatem, qua in solo proposito amplius non peccandi lelhaliter, cernitur, debililalemque magnam, qua in arbitrio nostro post peccatum primorum parentum mansit.* Hanc inquam, cum retulisset sententiam, subjunxit : *Ego inierim dum posterior, vel ab Ecclesia non definitur, vel in scholis frequenlior non fit, ab illa priori discedendum non censeo.* Quibus propriam mentem videtur declarasse, et quæ disp. 14, expenderat, et affirmaverat, qualiter intelligenda essent, exposuisse. Quare (subdit) *qua tam hic, quam* 14 *disputatione in favorem posteriοris* (videlicet affirmativæ), *dicta sunt, ita accipiantur, ut proposita potius, quam asserta a nobis sint. Illa namque eo animo in medium protulimus, ut inlelligatur, quanta eis opinionibus insit probabilitas. Neque enim silere debuimus, quæ nobis de novo ea dare occurrebant, si forte temporis decursu ab illis probarentur.*

62. Qui ista legerit, existimabit forsan non fuisse de ejus mente liberum arbitrium cum solo concursu Dei generali posse elicere actum contritionis, aut etiam attritionis quoad substantiam, sed necessariam duxisse gratiam supernaturalem ad eorum actuum substantiam, subindeque non bene pro contraria sententia a pluribus referri; siquidem quæ disp. 14, adduxerat, firmaverat, ac expenderat, non tam a se diffinite, quam proposita, si forte temporis decursu ab aliis probarentur, dicta fuisse testatur. Sistere tamen oportet, et ipsum iterum audire in eadem concordia impressionis Antuerpiensis sub anno 1595, disp. 19, membro 6, § *Forte* (desiderato in impressione Oli^siponensi sub anno 1588)ubi ita loquitur; *Forte mira-*

Qu® sit sententÜ*erbT demonstraut.

^ur prudens lector, ut et mulli, lecta hujus Pπτηα *noi^ operis editione, datisque ad* ilOî *litteris, mirati sunt, quid causæ fuerit,* quod cum *tam hxc, quam* 14 disputatione adeo *firmis rationibus communes gravissimorum Doctorum sententias,* in quai *ulrobique non obscure propendimus* (bæ sunt, quod liberum arbitrium solo concursu generali potest efficere contritionis substantiam, seu entitatem, et quod eodem concursu valet quamlibet gravem tentationem superare) *corroboraverimus, contrariasque aliorum rationes, lam perspicue dissolverimus, everlerimusque membro hoc ultimo, ulramque quaslionem prates' nostrum morem isto definierimus modo, serio quidem cxcogilatis, atque adhibitis solutionibus rationibus nostris; sed ut qua aliorum, sic nostrum numquam explere potuere intellectum. Id sana ad quorumdam animos sedandos, pacemque, quoad fieri posset, servandam, factum a nobis fuit. Novit enim Dominus pro illorum temporum ratione, aliud nec mihi, nec ipsis obsequio expediens tunc fuisse; cum tamen facile, qui his lectis, qua in utramque partem nobis occurrebant, judex esse poterat, quid in se esset verum, quodque ea de re esset nostrum judicium.* Ubi a qua sit sententia manifestissime docet, et affirmativæ adhærens, quam dixerat censeri minus tutam, negativae contrarias rationes, tam perspicue dissolvisse, et eversisse arbitratur, ut solutiones serio excogitatæ, et adhibitæ suis rationibus pro sententia affirmante, nec aliorum, nec suum explere potuere intellectum. Unde quod affirmaverat a se dicta disp. 19, non tam asserta, quam proposita, ei forte aliis probarentur, intelligenda esse, non tam ex sententia, quam ad sedandos quorumdam animos, et pacem quoad fieri posse servandam, dicta fuisse censenda sunt, et consequenter ultra omne dubium judicare poterit lector quodnam ea de re illius fuerit judicium, nimirum posse liberum arbitrium solo concursu Dei generali elicere actus contritionis, et attritionis quoad substantiam, seu entitatem.

Quæ ideo ad litteram transcripsimus, et in ipso disputationis vestibulo, ut fundamentum jaceremus, nec circa ejus mentem aliquis sub bilance teneretur ; et liquidum fieret (quæ ipsi fuit ratio præter suum morem propriam sententiam, non ita palam, edocendi, sed sub specie, si forte decursu tempotis ab aliis probaretur,) nihil obstitisse, quominus ut Author, et præcipuus illius sententiæ, sive vera, sive falsa ea sit, patronas habeatur, et allegetur. Quod quidem aut facile suaderetur, si illius verba simul in unum collecta, fideliter non referrentur unico obtutu conspicienda.

§ I.

Vera el catholica sententia eligitur, cl probatur.

vtn 63. Dicendum est in homine lapso non esse vires proximas, et expeditas ad actum contritionis, quoad substantiam eliciendum, nec etiam ad attritionem absolutam, et efficacem. In bujus assertionis patrocinium superlluum est advocare testes, post additum Molinam de illa testimonium perhibentem, quod in variis Provinciis censetur communis in scholis, et minus tutum ejus oppositum, quocirca ab eis singillatim referendis abstinemus.

Fudi- Ut autem et sensus conclusionis, et ejus
*aua' fundamenta sive ab authoritate, sive a ratione petita melius percipiantur, ob oculos habenda est illius propositio capitalis supra relata, contra quam directe procedimus : *Qui fidei lumine fuerit illustratus, cum solo concursu generali Dei. elicere quoad solam aclus substantiam potest propositum de quo disputamus.* Cujus contradictorium affirmat conclusio, et probatur primo sub sequenti forma. Nam si homo lapsus, et in peccato existens elicere posset actum contritionis quoad substantiam cum solo concursu generali, et propriis viribus naturalibus; talis conversio non specialiter tribueretur Deo, nec esset ejus donum, aut ex speciali auxilio. Consequens est falsum utpote contra sacram Scripturam, Concilia, et SS. PP. Ergo homo lapsus, et in peccato existens, quantumvis supponatur lumine fidei instructus, nequit elicere contritionem, seu conversionem solo concursu generali, et viribus propriis adhuc quoad substantiam. Major est clara, et expresso intenta a Molina, ut ex ipso retulimus supra, est enim actus pure naturalis proprius liberi arbitrii, et extra totam latitudinem ordinis gratiæ. Minor vero
gÿ. probatur primo ex illo Scripturæ. Hie-
a·31· rem. 31 : *Converte me Domine, et convertar, quia tu Dominus Deus meus, postquam enim convertisti me, egi poenitentiam, el postquam ostendisti mihi percussi femur* maton. Ex quo testimonio Glossa deducit *ipsam quam agimus panilenliam solius Dei*
fefeu. *impleri auxilio.* Et Concilium Tridentinum
I inde necessitatem gratiæ excitantis intulit.
Si autem liberum arbitrium ex propriis vi-
! ribus efficaciter contereretur, jam esset conversus, antequam converteretur a Deo,
l et consequenter non bene postularet : *Convertе me Domine, et convertar;* sed potias vice versa : nec melius assereret egisse poenitentiam, postquam a Deo conversus fuisset, quin imo prius egisset poenitentiam, quam esset a Deo conversus : nec inde sive Concilium sive Glossa, vel alius recte posset colligere necessitatem auxilii supernaturalis, aut alterius gratiæ excitantis, aut supernaluraliter operantis; cum sola fidei illustratione ex viribus naturæ jam homo esset contritus, et efficaciter conversus in Deum.

64. Secundo probatur falsitas illius Ma- seconda
joris ex ilio Psal. 84 : *Converte nos Deus salutaris noster, el averte iram luam a nobis,* pro-
Thren. 5 : *Converte nos Domine, et convertemur.* Proverb. 8 : *Præparalur voluntas a* joan. 6*
Domino. Ezech. 3 : *Ego dabo vobis cor novum, el auferam cor lapideum.* Joan. 6 : *et 16·*
Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum, ejusdem *Joan.* 16 : *Sine me nihil potestis facere.* In quibus omnibus, et aliis innumeris passim obviis in sacra Scriptura manifestissimum est esse sermonem de auxilio, et dono Dei specialibus, et supra ordinem naturæ evectis. Si autem supponeretur in homine lapso vera contritio quoad' substantiam, et efficax conversio ad Deum viribus elicita naturæ; absolute, et simpliciter essent falsæ; siquidem antecedenter esset homo ad Deum conversus, et ejus voluntas non præpararetur a Domino, sed seipsam ex seipsa ipsamet præparasset, et antequam traheretur a Patre, ipsa propriis gressibus venisset ad Deum, cujus proinde non esset vias hominis dirigere, contra illud Psal. 36 : ptai, 35
A Domino gressus hominis dirigentur, et Hierem. : *Scio Domine, quia non est in homine via ejus, nec viri est, ut ambulet, et dirigat gressus.*

65. Probatur tertio Majorem illam esse Tertia
falsam ex Concilio Arauxicano 2, can. 19, P^^-j0
ubi ita docet : *Natura humana etiamsi in* Aram'
illa integritate, in quaesi condita, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit ? Idem docent Synodus Mile- synod,
vitana can. 4, et Tridentina, can. 3, sess. W?'**·
6, cap. 4, definiens : *Si quis dixerit sine prævenienle Spiritus sancti gratia, atque adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut panitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur : anathema Sil.* Sed homo fide instructus eliciens pro-

i

priis viribus actum contritionis, propriis viribus posset reparare quod perdidit, quandoquidem ex seipso absque auxilio speciali Dei se converteret iu ipsum Deum ut ultimum finem, a quo aversus fuerat, et vere pœniieret intra ordinerq naturalem, pœnitentia non qualicumque, sed absoluta, et efficaci, contra præfatas determinationes Conciliorum, imo et contra Apost. 2 Timoth. 2 : *Nequando Deus dei pimiienliam ad cognoscendam veritatem, el resipiscant a Diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Ergo* neutiquam asserendum est, quin contradicatur, et Scripturae, et Conciliis, posse hominem lapsum elicere contritionem dictam, ex viribus propriis.

Thi- «n°t · ·

EiPP. Quod attinet ad Patres, inter plurimos qui possent adduci, sufficiat unus pro mille

August. Augustinus manifeste convincens falsitatis Majorem illam, in cujus expugnatione persistimus; nam lib. 2 de peccatorum merit, et remiss, cap. 18, dicens : *Quod a Deo nos avertimus, nostrum est, et hæc est voluntas mala; quod vero ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, et adjuvante non possumus, et hæc est voluntas bona.* Non est autem major conversio ad Deum, quam quæ inducitur per contritionem efficacem, et amorem Dei super omnia absolutum. Ergo cum hoc juxta D. Augustinum fieri non valeat absque Deo excitante et adjuvante per suam gratiam ; plane conficitur esse falsum contritionem, et amorem Dei liberi arbitrii viribus gratia destitutis, et solo concursu generali ab homini peccatore elici posse. Contradictorie enim opponitur propositio D. Augustini, propositioni Molinæ, ut eas conferenti erit perspicuum : nam juxta illius Authoris doctrinam : *Mala voluntas cum solo concursu generali absque ulteriori gratia se potest convertere ad Deum amore absoluto, el efficaci contritione :* at vero juxta D. Augustinum : *Mala voluntas cum solo concursu generali absque ulteriori gratia excitante, et adjuvante, non potest converti ad Deum amore absoluto, et contritione efficaci.* Dum enim S. Doctor negat conversionem malæ voluntatis in bonam absque recursu ad gratiam, profecto excludit quamlibet conversionem absolutam, et efficacem, quæ non proveniat a gratia ; alioquin tam nostrum esset converti absolute, et efficaciter ad Deum, quam esset nostrum ab iho recedere ; siquidem neutrum fieri potest absque concursu generali.

Harum probationum vim elidere facil- y
]ime sibi videtur Molina, sequenti propo- w
sitione sibi perspicua, *quoniam propositum ejusmodi est extra totam latitudinem ordinis graliæ, nihil proinde conducens ad finem supernaluralem, estque unicus actus, in u mere naturalis propriusque libero arbitrio.* Quare arbitratur in præfatis testimoniis fieri sermonem de pœnitentia supernatural!, et conversione hujus ordinis, quæ conducant ad linem supernaturalem; et has nemo nisi Pelagius, aut Pelagianus, dicet posse elici absque gratia excitante, et adjuvante. Quocirca Concilia, maxime Tridentinum, non negarunt, quin supposuisse videntur, hominem actu absoluto, et firmo proposito diligere, sperare, ac pœnitere posse; sed addiderunt, *vit oportet* ad obtinendam *salutem,* quasi agnoscendo posse quidem liberum arbitrium : sed quia non, *ut oportet ad salutem,* idcirco indiget gratia præveniente, et adjuvante. Hæc in summa est tota illius doctrina, juxta quam distinguendo ordinem naturalem a supernatural!, facile conciliat amorem absolutum, et contritionem cum firmo proposito, et spe veniæ intra ordinem naturæ ; quin excludat gratiam ad conversionem supernaturalem unice necessariam, ideoque, ex Scriptura, Conciliis, et Patribus hoc secundum affirmantibus, et primum non renuentibus, imo supponentibus, nihil efficaciter contra ipsius doctrinam, colligitur, verte et catholicæ doctrinæ adversum, sed omnia consonant, et recte cohærent.

66. Hac tamen doctrina specie tenus, non autem in veritate occurritur præmissis testimoniis; et magis illuditur, quam elidatur eorum efficacia, quæ facile potest instaurari. Siquidem in illis, vel in pluribus illorum diserte affirmatur nullam esse poenitentiam, nullam itidem conversionem, quæ non sit a Deo excitante, præparante, dirigente, et adjuvante : ergo vel nulla est ifeiii- vera, et substantialis contritio absque gratia, quod intenditur : vel si est aliqua, ώ. jam absque Deo vocante, et excitante liberum arbitrium absque ullo speciali adjutorio intra ordinem naturæ potest facere vias suas, dirigere gressus suos, se ad Deum convertere : atque ideo falsum esset absolute, et simpliciter, quod affirmant Sacra Scripturæ testimonia, Concilia, et Patres. Nec consequenter ex illis recte probaretur necessitas gratiæ supernaturalis : quod est falsum, et derisorium SS. Patrum.

Id

Id sane consequi videtur clarum. Nam cuncta, quæ in præfatis testimoniis continentur, et quæ ad supernaturalem ordinem pertinere, nec audet, nec potest ille Author ut vere catholicus inGciari ; docet ipse reperiri posse in ordine naturali, ut est manifestum ; siquidem reperitur conversio efficax , amor absolutus Dei super omnia, propositum iterum numquam peccandi, spes venire cum vera contritione in ordine ad finem naturalem, et intra ipsum ordinem naturæ, in quo peccatur. Qua ergo gratia intra ordinem naturæ indigebit? certe nulla, et consequenter Ethnicus, quem penitus lateret (et latet plurimos) finis supernaturalis, non consulendus esset, nisi ut contritionem naturalem sibi naturaliter possibilem haberet, ut repararet naturaliter sua conversione, quod mala voluntate perdiderat. Unde male docuisset Concilium Arauxicanum ubi supra, quod sine gratia Dei non potest homo reparare, quod perdidit. Non enim perdidit sola supernaturalia, sed etiam aliquid naturalium, præcipue subordinationem ad finem natu- F pa" ra^em) est ^eus- Quare consultius D. “ Augustinus lib. 5 contra Julianum cap. 3, sic invehitur : *Quamtumlibel enim præbeat patientiam nisi ipse dederit, quis agit poenitentiam? A?i oblitus es, quod idem ipse Doctor ait : Ne forte det illis Deus poenitentiam, ad cognoscendum veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis.* Unde idemmet August, epist. 10G, agens contra inimicos gratiæ docentes, *quod pandentibus non datur venia secundum gratiam, et misericordiam Dei, sed secundum meritum el luboremeorum, qui per poenitentiam digni fuerint misericordia,* sic eos urget ; *fateantur secundum gratiam, el misericordiam Dei veniam panitenlibus dari non secundum merita eorum; quandoquidem ipsam poenitentiam donum Dei dixit Apostolus, ubi ait de quibusdam, ne forte det illis Deus poenitentiam.* Non est autem melior pœnitentia, quam contritio in eo ordine, in quo fuerit : nulla ergo est contritio quæ non sit donum Dei, vel oriatur ex dono ipsius Dei.

tota· 67. Confirmatur, et explicatur hoc ipD.A3- sum alio celebri testimonio D. Augustini J πλ lib. de Gratia Christi, cap. 45 dicentis : *Ipsam denique poenitentiam, quam procul-dubio voluntas agit, Domini misericordia, el adjutorio fieri, ut agatur, in decimo ejusdem operis dicit Ambrosius ita loquens : Bonæ lacrymæ, quæ culpam lavant. Denique quos Jesus respicit, plorant delictum. Negavit primo Petrus, et non flevit, quia non res·* pexerat Dominus. Negavit secundo, et non flevit, quia adhuc non respexerat Dominus. Negavit, ct tertio, respexit Jesus, el amarissime flevit.* Ergo ex mente utriusque S. Doctoris, ad eam pcenitentiam, quam proculdubio agit voluntas, qualis est vera contritio quoad substantiam, requiritur et misericordia, et adjutorium Dei; et consequenter ex illorum mente nulla potest esse contritio quoad substantiam, quæ non sit donum Dei, et ex ejus gratuito non procedat auxilio. Sane nec D. Petro deerat fides, nec notitia mysteriorum supernaturalium, nec insuper destitutus fuerat viribus in libero arbitrio, quas in aliis peccatoribus est reperdre, et cuilibet inesse affirmat Molina : si ergo flere poterat ex nudo libero arbitrio, sola illustratione fidei absque ulteriori auxilio, inepte recursum habuere Ambrosius et Augustinus, ad respectum Jesu in illum.

Con-firm. 2. Angust. Rursus urgetur, et explicatur ex eodemmet Augustino : nam ut homo lapsus vere doleat de peccato, requiritur, quod Dominus latenter agat misericorditer in anima, nec sufficit extrinseca assistentia, aut notitia intrinseca assistentiæ extrinsecæ : sed Deus in vi concursus generalis non agit misericorditer intus in anima : ergo ut homo eliciat veram contritionem quoad entitatem, et substantiam, non sufficit concursus generalis Dei. Probatur Major, et explicatur illis Augustini verbis statim ibi subjunctis : *Legant isti Evangelium, et videant Dominum Jesum tunc intus fuisse, cum a Sacerdotum principibus audiretur, Apostolum vero Petrum foris, el deorsum in atrio cum servis ad focum, nunc sedentem, nunc stantem, sicut veracissima, et concordissima Evangelistarum narratione monstratur. Unde non potest dici, quod corporalibus oculis eum Dominus visibiliter admonendo respexerit. El ideo quod ibi scriptum est. respexit eum Dominus, intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia Domini latente)' subvenit, coi' tetigit, memoriam revocavit, interiori gratia sua visitavit Petrum, interieris hominis usque ad exteriores laciqjmas movit, el perduxit affectum.* Ubi clarissime S. Doctor ultra illustrationem mentis, et memoriæ revocationem in ipso voluntatis affectu, et libertatis arbitrio, agnovit Dei adjutorium latenter intus ad dolorem perducens, quasi non aliter fieri posset conversio, ut re vera esse non potest.

Ultimo diruitur.

68. Tandem refellitur ex eodem 8. Doctore contra Pelagium lib. 1, cap. f9, ubi eleganti metaphora explicat quid possit homo sanus per gratiam, vel mortuus per culpam his verbis : *Unde si dux arbores, bona el mala duo sunt homines, bonus et malus; quid est bonus homo, nisi voluntatis bonæ, hæc est arbor radicis bonæ? Et quid est homo malus, nisi voluntatis malæ? Fructus autem harum radicum atque arborum facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt : quæ bona de bona voluntate procedunt, el mala de mala. Facit autem homo arborem bonam, Quando Dei accipit gratiam : non enim ex malo se bonum per se ipsum facit, sed ex illo, et per illum, et in illo, qui semper est bonus, nec tantum ul arbor sil bona, sed etiam ul faciat fructus bonos eadem gratia necessarium est, ut adjuvetur, sine qua boni aliquid facere non potest.* Ergo cum actus dilectionis, et contritionis sint actus perfectissimi, et hominem bonum constituant ea bonitate, qua major non detur intra ordinem naturæ. eos nequit facere homo ex libero solo arbitrio, nisi fulciatur, et adjuvetur a gratia ; alioqui enim ex malo seipsum per seipsum bonum faceret, contra expressam doctrinam S. Augustini.

Eomalur distinctio.

69. Sed age, et illam distinctionem, quam etiam eversimus tract, de Gratia disp. 3, ubi plura huc concernentia reperies, admittamus. Ponamus ergo cum ipsomet Authore illa duo et quod detur contritio quoad substantiam pure naturalis, et quod prout naturalis non conducit ad salutem, *sed remanet extra totam latitudinem ordinis gratiæ,* ut ille loquitur. Hac autem suppositione facta, statim sequitur, et quidem ni fallimur, necessario ad obtinendam salutem duo in eadem contritione invenire realiter distincta, et realiter separabilia; cum unum sine altero possit reperiri ; nimirum, et entitatem contritionis, quæ est quid naturale, utpote correspondons viribus propriis liberi arbitrii, et conducentiam ad salutem, quæ provenit a gratia, et excedit facultatem causæ naturalis, sive multiplicare velit duos actus realiter distinctos ad ista duo munera, sive in uno et eodem coadunari maluerit, quod nostra non refert.

smuur exilli.

Interest autem quam plurimum adnotare, quod inde necessaria illatione conficitur, scilicet ex illis duobus entitatem naturalem contritionis, quo pacto correspondit libero arbitrio, esse priorem seipsa ut est elfectus gratiæ, et conducit ad salatem, vel prloritate temporis, si voluerit esse actus realiter distinctos; vel saltem naturæ, siquidem entilas contritionis, et est proprius effectus liberi arbitrii, subiternitur elevationi, et conducenti®, ad salutem, qu® supervenit illi a gratia, et est qui i realiter separabile ab entitate : ut si liberum arbitrium se solo ageret substantiam contritionis, et postea adveniret gratia, qua ordinaretur ad finem supernataralem, in quo ut credimus, nnlla erit dissensio. Et esto esset, semper erit verum entitatem contritionis substerni elevationi, ut evehenti influxum naturalem ad supernaturalem ordinem; atque ideo influxum naturalem arbitrii præire ante influxum gratiæ.

Quo fit partem correspondere gratiæ, partem vero libero arbitrio, ex illis priorem esse liberi arbitrii parte correspondent gratiæ, siquidem conducentia ad salutem, qu® sola est effectus gratiæ, supponit entitatem contritionis ex se non conducentem ; quae tamen ut elevata per gratiam de facto ad salutem conducit. Et ratio horum omnium est clarissima, ab unaque, et eadem prorsus radice proveniens : quoniam gratia non destruit naturam, sed perficit, nec perimit, aut suffocat vires liberi arbitrii, quin potius elevat, atque evehit ad superiorem ordinem, conservando indemnia jura naturæ; quandoquidem non dispensatur gratia, nisi in defectum naturæ; et si omnia essent possibilia naturæ intra lineam naturæ, nullatenus foret aliqua gratia, quod videtur per se notum. Sed ut constat ex propositione capitali hujus Authoris, liberum arbitrium fide illustratum habet vires sufficientes ad actum contritionis quoad entitatem, in eumque se exercere potest solo concursu Dei generati : ergo liberum arbitrium tantummodo postulat concursum gratiæ ad conducendam, non vero ad entitatem actus contritionis : ergo cum hujus entitas prior sit, quam conducentia ad salutem, prior erit etiam influxus liberi arbitrii, quam gratiæ a quo proinde vindicabit actus contritionis entitatem, et a gratia conducentiam, quod est partem correspondere gratiæ, et partem libero arbitrio, et illam esse ista posteriorem. Atque ita esse dicendum in sententia ista, ut ab ejus Authore primo posita, et excogitata fuit, videtur perspicuum; quidquid de aliis subtilitatibus, et partialitatibus ex parte causæ, cum totalitate effectus.

efloctua, ad quas illius vindices, cum quibus modo non disputamus, confugerunt. Hoc quippe non est præsentis instituti, sed illam sententiam, et capitalem propositionem in suo fonte, et ul primo edoctam, et prælo datam expugnare, et refi-llere. Successorum vero doctrinam de partialitate influxus cum totalitate eflectus infra commodius ventilabimus agentes de Pœnitentiæ virtute, ubi ad eam difficultatem, quæ gravis etiam est, nos accingemus, et ostendere conabimur, non esse talem partialitatem influendi ex parte auxiliorum, aut virtutum supernaturalium cum potentiis naturalibus ad actus supernaturales ; sed unicum, et indivisibilem influxum, sicut est unicus, et indivisibilis effectus, statuemus, et munire studebimus.

kcbin iectruu. D.As- |ISt.

' Quanli ver0 haberi debeat illa doctrina, quodve judicium de illa fieri mereatQr, haud melius ostendere possumus, quam doctrinam doctrinæ conferendo, ex D. Augustino pro gratiæ necessitate in libero arbitrio acerrime decertante, et quam adversarii admittebant, quamve rejiciebant, et prorsus allegabant, palam referente. Ait ergo S. Doctor lib. 1, de Prædestinat. SS. cap. 2 : *Sed nunc cis respondendum esse video, qui divina testimonia, quæ de hac re adhibuimus ad hoc dicunt valere, ul noverimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem,* quæ subinde naturalis erat utpote ex naturæ viribus prodiens, *sed incrementum ejus ex Deo,* non quidem solo concursu generali, sed speciali, et supernatural! : ut constat ex sequentibus verbis, *tamquam fides non ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tamen augeatur in nobis eo merito, quo capit a nobis.* Unde infert, et rectissime : Aon *ergo receditur ab ea sententia, quam Pelagius ipse in Episcopali judicio Paleslino, sicut eadem gesta testantur, damnare compulsus est,* nimirum a nobis esse incipere, a Deo vero per suam gratiam perficere opus a nobis inchoatum. *Cur autem* (protequiturS. Doctor post plurima testimonia relata ex sacra pagina, et undequaque eorum sententia exposita) *non tolum tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituere, quod non habebat, ipse quod instituit, augeat, omnino non video ; nisi quia resisti non potest divinis manifestissimis testimoniis, quibus el fides, unde pietas exordium sumit, donum Dei esse monstratur, quale est illud, quod unicuique Deus partitus est mensuram fidei* fRoman. *el illud, pax fratribus, et chantas* (en actum amoris, a quo et contritio) *cum fide a Deo Patre, el Domino Jesu Christo, el extera alia.* Unde concludit : *Nolens ergo his tam claris testimoniis repugnare, et tamen volens a se ipso sibi esse quod credidit, homo, quasi componat cum Deo, ul partem fidei sibi vindicet, atque illi partem relinquat ; el quod est elatius, primam tollit ipse, sequentem dat illi, et in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem Deum.*

An sil similis doctrina doctrinæ?

71. An vero hæc doctrina distet quoad substantiam ab ida prima, juxta quam similis partitio fieri debet, ut salventur in libero arbitrio vires sufficientes ad actum contritionis quoad entitatem, et substantiam, et sola conducentia tribuatur gratiæ, ut expresse docuit citatus Author? non nostri, sed aliorum esto judicium. Illud solum affirmamus Obsequentias D. Augustini esse formale? si alias, maxime in hac parte, subindeque ratione formæ probare in qualibet maieria, cui applicentur, atque ideo non tantum evicisse initium fidei, et ejus incrementum esse donum Dei, verum et amorem, et contritionem ita absolutum, qualia depicta sunt formalibus verbis prædicti Authoris. Unde nullatenus admittendum est in doctrina D. Augustini hominem lapsum, et in peccato existentem posse elicere actum absolutum amoris Dei super omnia, aut contritionem itidem absolutam cum proposito unquam de cætero peccandi, cum spe veniæ, quin præcedat gratia ipse Dei non solum ut fiat, sicut oportet, sed etiam ut fiat quoad entitatem, el minus perfecte.

Monstra,-tur August- mens.

Porro id ita esse probatur manifeste ex eodem D. Augustino, qui quidem lib. 2, contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 8, omisso errore Pelagii solum ad facilius, non vero ad absolutum posse adstruentis gratiam ; de illis qui eam absolute necessariam censebant ad actuum perfectionem, sic loquitur : *Hoc enim nobis objiciendum putarunt, quod invito, et reluctanti homini dicamus Deum inspirare, non quanticumque boni, sed et ipsius imperfecti cupiditatem, Fortassis ergo ipsi eo modo saltem servant locum gratiæ, ul sine illa putent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem; perfecti autem non facilius peritiam posse, sed nisi per illam omnino non posse.* In quo abs dubio a Pelagio discedebant. Quo nihil conformius sententiae, quam impugnamus, cujuscumque illa sit.

Redarguit August, adversarios.

Illos vero redarguens S. Doctor, inquit, tum : *Si enim sine Dei gratia per nos inci-*

pii cupiditas boni, ipsum cxplum erit meritum, cui tanquam ex debilo gralix venial adjutorium. Tum: ut responderet(Dominus) *futuris etiam istis, in eadem ipsa Evangelica sententia non ait : sine me nihil potestis perficere, sed facere. Nam si perficere dixisset, possent isti dicere, non ad incipiendum bonum, quod a nobis est, sed ad perficiendum esse Dei adjutorium necessarium. Verum et audiant Apostolum. Apostolus vero tanquam sententix dominicae expositor apertius utrumque distinxit dicens : Quoniam qui in vobis bonum opus capit, perficiet usque in diem Christi Jesu. Sed in Scripturis sanctis apud eundem Apostolum ista, unde loquimur amplius invenimus. Loquimur enim nunc de boni cupiditate* (observet lector sequentia, et conferat cum illa sententia) *quam si voluntario vis incipere, a Domino perfici* videant *quid respondeant dicenti Apostolo : Non quia idonei sumus cogitare aliquid, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Cogitare ait aliquid utique bonum : minus est autem cogitare, quam cupere. Cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamen cupimus omne quod cogitamus, quoniam et non numquam el quod non cupimus, cogitamus. Cum igitur minus est cogitare quam cupere . potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, el proficiendo postea cupere, quod antea non cupiendo cogitavit, quomodo ad id, quod minus est, id est, ad cogitandum aliquid boni, non sumus idonei, tanquam ex nobis melipsis. sed sufficientia nostra ex Deo est, el ad id quod est amplius, id est ad cupiendum aliquid boni sine divino adjutorio idonei sumus ex libero arbitrio?*

Boni prove*'' a gratia.

Ii. Et sane, si ad cogitandum, et cupiendum aliquid boni requirebat S. Doctor> et vi argumenti urgentissime extorquebat gratiam Dei in peccatore, qualiter non exigeret eandem, et majorem gratiam ad Deum super omnia diligendum amore vero absoluto, et ad efficaciter conterendum cum proposito itidem absoluto nunquam iterum peccandi sub spe veniæ, qui sunt actus omnium perfectissimi, in quo se exerere poterat liberum arbitrium : Rursus si ad cogitandum de Deo, ejusque bonitate, cogitatione tali, quæ excitet illum amorem, requiritur illuminatio fidei, ut illa sententia statuit, ac supponit, siquidem loquitur de homine fide instructo, qua ratione potest negari ad prædictos actus esse necessarium Dei speciale auxilium ; cum ex doctrina D. Augustini quid majus sit cupere aliquid boni, quam illud cogitare. Inconsequenter ergo, et contra manifestam D. Augustini sententiam asseritur actum contritionis quoad entitatem procedere a libero arbitrio, et quoad conducendam, vel prout oportet, a gratia ; quandoquidem quoad utramque rationem, vol quoad nullam debet esse illius effectu?. Et ideo sicut non esset audiendus, qui utramque illam rationem penitus deferret libero arbitrio, seclusa gratia ; ita et ob eandem omnino rationem amandari debet, qui partem tribuit gratiæ, et partem libero arbitrio.

Vljs A-i

Pergit S. Doctor, et adhuc magis argumentum premens exeeratur illam sinistram inteiligentiam dicens : *Neque enim, et hic Apostolus ait, non quia idonei sumus cogitare, quod perfectum est, tanquam ex nobismetipsis, sed cogitare aliquid, ait, cui contrarium esi nihil. Unde est illud Domini, sine me nihil potestis facere. Sed nimirum quod scriptum est, hominis est prxparare cor, et a Domino responsio lingux, non bene intelligendo falluntur, ul existiment cor prxparare, hoc est bonum inchoare sine adjutorio gratis? Dei ad hominem pertinere.* Adsit, ul sic intelligant filii promissionis, tamquam cum audierint Dominum dicentem, *sine me nihil potestis facere, quasi convincant eum dicentes : Ecce sine te possumus cor prxparare.* Quæ autem melior, aut major cordis præparatio, quam Dei super omnia dilectio, ac cordis absoluta contritio? Profecto qui eas ex proprio libero arbitrio eliceret, Deum sine Dei adjutorio diligeret, et sine Deo cor præpararet, quod adhorruit Augustinus, et post continuatas consequentias, ex his, et aliis ad idem sacris testimoniis, initio capitis sequentis, quod est nonum illius libri, ita inquit : *Avertat enim Deus hanc amentiam, ul in donis ejus, nos priores faciamus, posteriorem ipsum, quoniam misericordia ejus prxveniet me. El ipse est cui fideliter, veraciterque canlatur : quoniam praevenisti eum in benediclonibus dulcedinis. Et quid hic altius intelligitur, quam ipsa de qua loquitur, cupiditas boni?* Ergo ex mente D. Augustini clarissime constat neutiquam liberum arbitrium posse ex se ipso absque gratia præveniente diligere Deum super omnia, aut contritionem elicere adhuc quoad substantiam ; alioqui enim prius se faceret liberum arbitrium, posteriorem Deum, quem praeveniret ab ejus gratia non praeventum, nec adjutum. Non ergo stat illa distinctio contritionis quoad substantiam, et quoad conducentiam,

D. Asset

conducentiam, quam admisimus exercitii gratia; quin sequantur partitio, et divisio, prioritas ex parte hominis, et posterioritas ex parte Doi a D. Augustino deducta cx simili sententia, et efficaciter explosa. Quare concludamus cum ipso S. Doctore ubi nuper cap. 9, in fine ad illud Psal. 76 : *Ego dixi : nunc capi : hæc mulatto dealers excelsi. Cum ergo dixisset, nunc capi, non ait, hxc mutatio arbitrii mei, sed dexterx excelsi. Sic itaque gratia Dei cogitetur, ul ab initio bona mutationis suæ* (et quæ melior contritione cum proposito de cætero non peccandi, non utcumque, sed absoluto, sed sub spe veniæ) *usque in finem consummationis; qui gloriatur, in Domino glorietur, quia sicut nemo potest inchoare sine Domino, nemo potest perficere sine Domino.*

73. Nec declinabit horum testimoniorum vim, qui dixerit illis egisse D. Augustinum contra Pelagianos, et Semipelagianos non admittentes gratiam, nisi vel ad facilius posse, vel ad perficiendum, et augendum actus bonos a naturalibus viribus prodeuntes : in quorum meritis et exigentia fundabant necessitatem gratiæ. Contra quam doctrinam urgentissime processit S. Doctor, siquidem cum Deo componebant partem sibi assumendo; et quidem priorem, et partem Deo tribuendo revera posteriorem. Hoc autem non militat in hac sententia, quam impugnamus, in qua nullum meritum, nullave exigentia adstruitur circa gratiam , aut dona supernaturalia, sed solum docetur supposita illuminatione fidei, liberum arbitrium se exercere posse inactum naturalem dilectionis, et in actum itidem naturalem contritionis; qui remaneant extra totam latitudinem gratiæ absque ullo merito, ullave ipsius exigentia.

74. Hoc tamen effugium ex supra ani-
D.As- madversis manet occlusum, nam ut olim dicebat Augustinus, *res a nobis, non sola wrba quærunlur,* et de Juliano alibi, *quod sic sententiam temperabat, ut et sua, et nostra voce posset defendi.* Quidquid ergo sit de vocibus, qui re ipsa concedit in libero arbi-
trio lapso per peccatum vires ad absolute, et quoad substantiam eliciendam contri-
I tionem intra ordinem naturalem cum pro-
! posito non peccandi ita firmo, qualem supra
i vidimus, nequit duo negare, et quod homo ante receptionem gratiæ se ipsum per se ipsum de malo facit bonum contra illud
5 V** D. Augustini : *Facit homo arborem bonam, quando Dei accipit gratiam ; non enim ex malo se bonum per se ipsum facit, sed ex illo, el per illum, el in illo.* Si quidem absque gratia se restituit ad unionem cum ultimo fine, quam disciderat peccato. Et quod liberum arbitrium adhuc sub gratia non ex viribus gratiæ elicit in ipsa justificatione eundem actum ; quin gratia illi præstet nisi conducentiam ad finem supernaturalem, quam exhibere non poterant vires naturales : quia ut supra arguebamus, gratia non destruit vires naturales : ergo eundem influxum exhibet liberum arbitrium sub gratia, quem exhibebat sub peccato : sed sub peccato elicere poterat sola illustratione objectiva, et extrinseca fidei actum contritionis quoad entitatem et substantiam : ergo eundem, et eodem modo quoad entitatem elicit sub gratia : ergo in justificatione impii non tota justificatio respondet gratiæ, sed pars, quæ est entitas contritionis, adseribeada est libero arbitrio, et pars deferenda est Deo.

Conclu dît August

Contra quod rectissime urget Augustinus, et convincunt ejus testimonia, nullatenus ita dividendum esse; sed quod totum est deferendum Deo, quasi nihil ibi sit, quod non sit ex auxilio Dei ; subindeque nihil quoad entitatem, et substantiam proprium libero arbitrio ex propriis viribus agenti. Et hinc bene excludit S. Doctor, et excludimus cum ipso, concursum liberi arbitrii. Quare consulto in fundamento supra posito nostræ assertionis solum ab inconvenienti processimus, et probavimus, clarissimis testimoniis, quibus ægre occurri potest, semel posito actum contritionis quoad entitatem, et substantiam fieri posse viribus naturæ solo concursu generali; conversionem hominis non tribui Deo ut cui primo respondeat, nec inter ejus præcipua dona accenseri debere : quod esse falsum constat ex allegatis, et productis testimoniis. Hinc rursus omnes Consequents D. Augustini, si formales sint, præsenti materiæ optime applicantur ; si quidem prior est natura, quam gratia, et prior pars correspondet naturæ, posterior gratiæ : ad priorem non indiget homo alia gratia, quam extrinsece illuminante. De aliis vero minime curamus, satis ducentes ostendisse eam doctrinam non ita bene doctrinæ D. Augustini cohærere. Illam vero aliqua censura inurere, et an sit vel non sit cum doctrina a D. Augustino expugnata accensenda, nostrum non est determinare illud pro rato habendo Consequentias D. Augustini esse formales, et ex vi formæ conclu iere. De materia alii judicent.

S

Eodrni *veritas ex D. Thoma fulcitur, el plura ejus testimonia sinistre intellecta vindicantur.*

Proba- DJholi.

75. Si clara sunt allata testimonia, non sunl minus perspicua statim subjungenda ex I). Thoma pro eadem confirmanda veritate. Et licet ea plurima suppetant, selectioni, et urgentiora eligemus, et quæ in propriis tei minis rem confecisse videantur. Nam ut homo eliciat actum contritionis, quæ vera contritio sit, requiritur conversio in Deum cum detestatione primæ conversionis ad bonum commutabile, et cum proposito emendae : sed praedicta conversio nequii Geri absque virtute Pœnitentiæ superraturalis : ergo actus contritionis nequit Geri absque gratia supernatural!. Totus syllogismus videtur expressus D. Thomæ infra quæst. 86, ari. 2, in corpore ubi ita habrt S. Præceptor *: Offensa peccati mortalis procedit ex hoc, quod voluntas hominis est aversa a Deo per conversionem ad bonum commutabile, unde requiritur ad remissionem divina offensa, quod voluntas hominis sic immutetur,* ul *convertatur ad Deum cum detestatione conversionis predicts, el proposito emendx, quod perlinet ad rationem Panilenlix secundum quod est virtus. El ideo impossibile est, quod alicui peccatum remittatur sine Panilcnlia, secundum quod est virtus.*

D.Thom.

Ex quo iterum conficitur argumentum insistendo in principiis D. Thomæ in illo articulo. Nam cum peccatum sit offensa Dei, eo mo lo remittitur peccatum a Deo, quo remittitur ipsius offensa ; sed offensa Dei ut Authoris adhuc naturæ non remittitur absque gratia Dei; ergo neque peccatum remittitur absque gratia Dei. Discursus est legitimas, et expressus a S. Doctore : *Cum enim peccatum sil Dei offensa, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam : offensa enim directe opponitur gratis; ex hoc enim aliquis dicitur alteri esse offensus quia repellit eum a gratia sua.* Ergo cum per amorem absolutum Dei super omnia, et contritionem itidem absolutam excludentem affectum peccandi de cætero, reducatur homo in Deum finem naturalem; Geri haudquaquam potest, ut non interveniat gratia Dei. Vel si non intervenit, ut non intervenire prætenditur; ex viribus naturæ absque gratia Dei offensi restituetur homo in gratiam ipsius Dei offensi, contra expressam doctrinam D. Thomæ, dicentis, quod *gratia Dei* cutualj, *bonitatem in homine grato, eo quod bona voluntas Dei, qux in nomine gratis inlelligitur, esi causa omnis boni creati.* Prius ergo quam homo eliciat actum contritionis, quo se convertat in Deum, debet præcedere gratia Dei convertentis ipsum hominem : atque ideo non ex viribus naturæ, sed ei auxilio, et gratia Dei elici potest actus contritionis.

76. Hanc ultimam Consequentiam confirmat, et probat aliud S. Doctoris testimo· Penium depromptum ex quæst. 85, sequenti art. 5 : *Alio modo,* inquit S. Docior, *possumus loqui de Pernitentia quantum adactus, quibus cooperamur Deo in pœnitentia operanti; quorum actum primum principium est Dei operatio convertentis cor secundum illud Thren. ult. : Converte nos, Domine, ad te, el convertemur.* Et post, alios intermedios actus assignatos, concludit : *Sic igitur patet, quod actus Panilenlix a timore servili procedit sicut rr primo motu affectus ad hoc ordinato, a timore autem filiali sicut ab immediato, et proximo principio.* Non ergî) ex mente D. Thomæ actus contritionis potest prodire a libero arbitrio hominis, qui non est Glius, sed inimicus Dei tam ut Authoris naturæ, quam ul Gnis supernaturalis : sub utraque enim ratione offenditur per peccatum saltem post elevationem naturæ humante, et illustrationem fidei, quam supponit contraria sententia. 5»)

Ce»fe»

Confirmatur ex eodem S. Doctore præ- dicta quæst. 86, art. 5, ubi non agnoscit S. Doctor aliquam contritionem, quæ non supponat Deum convertentem, el tangentem cor hominis. Et ideo solut. ad 3 inquit : *Quod ipse etiam motus Umoris procedit ex actu Dei convertentis cor, unde dicitur Dealer.* 5 : *Quis det eos talem habere mentem, ul timeant me? el ideo per hoc non excluditur, quin procedat cx actu Dei convertentis cor ;* unde sic arguitur. Quod procedit ex actu Dei intus tangentis, et moventis cor, non procedit ex libero arbitrio solo Df-i concursu generali : sed actus contritionis juxta D. Thomam, et veritatem in Scriptura conspicuam juxta Hicrem. 31 : *Postquam convertisti me, egi poenitentiam,* procedit ex actu Dei convertentis hominem : ergo actus Contritionis non procedit a libero arbitrio cum solo concursu generali Dei. Et qui hanc Consequentiam negat, nedum adversatur D. Thomæ (quod erat sufficiens), sed (quod magis est, et quam

quam plurimum refert), manifesto Scriptum testimonio; siquidem antequam convertatur a Doo,jam homo agit pœnitentiam, et non qualemcumque, sed importantem veram, et substantialem contritionem.

77. Nec momenti erit iterum hic refricare distinctionem jam expugnatam de contritione naturali, et supernatural!, quasi hujus tantummodo, non vero illius meminerit D. Thomas : atque ideo illius argumenta bene probant de contritione conducente ad salutem, quæ supernaturalis est, non vero de contritione mere naturali, qu® sola potest haberi ex libero arbitrio cum solo concursu generali.

Non, inquam, est alicujus momenti ista responsio. Tura quia jam supponeretur absolute, et simpliciter homo conversus ad Deum, antequam esset a Deo excitatus, et tactus, contra expressam doctrinam S. Doctoris. Tum quia jam natura prævenisset gratiam, et abstulisset offensam : nam ut audivimus a S. Doctore : *Offensa directe opponitur gratiæ ; ex hoc enim aliquis dicitur alteri esse offensus, quia repellit eum a gratia sua : nec aliter Deus remittit peccatum, quam remittendo offensam.* Remittitur autem peccatum per amorem Dei super omnia, et per contritionem juxta illud : *Dimissa sunt ei peccata mulla, quia dilexit multum.* Ergo cum dilectione Dei super omnia adhuc naturali, et simili contritione, non staret Deum finem naturalem esse homini offensum : et consequenter ante gratiam Dei esset in Dei gratia ex viribus naturæ, quod est absurdissimum, et minime a catholicis sustinendum : et ut illud procul ablegaret Doctor Angelicus, ad quamlibet veram contritionem, quam pœnitentiæ nomine usurpavit, recurrit ad gratiam prius tangentem, et excitantem, ac prævenientem. Quod et fecisse constat Concilium Tridentinum, sicut alias in hac parte maxime attendens, et præ oculis habens doctrinam D. Thomæ, ut patet ex sess. 6 de justificatione, quæ videtur desumpta ex ipsamet littera S. Doctoris.

78. S^d redeamus ad principia Angelici Praeceptoris. Nam ut inquit loco supra citato ex quæst. 86, art. 2, ut Deus remittat offensam, et hominem accipiat in suam gratiam, non alia requiritur poenitentia, quam quod *voluntas hominis sic immutetur,* ut *convertatur ad Deum cum detestatione conversionis ad bonum commutabile, et proposito emendæ, quod perlinet ad rationem virtutis.* Sed supposita illa distinctione, homo ex ipso libero arbitrio cum solo concursu generali, et illustratione fidei converteretur ad Deum cum detestatione conversionis ad bonum commutabile, et proposito emendæ, absque ulla alia gratia ex parte Dei ; ergo posita prædicta conversione absque ulla alia gratia remitteretur offensa Dei. Consequens est directe oppositum Consequentiis, et præmissis D. Thomæ, et in se falsissimum : ergo signum manifestum est D. Thomam eam distinctionem ut omnino futilem, et vanam quoad præsens reputasse, atque ideo absolute, et simpliciter statuisse nullam esse contritionem, nullamve pœnitentiam veram, quæ non supponat specialem gratiam ex parte Dei juxta illud: *Postquam convertisti me, cgi pœnitentiam.*

Urgetur amplius assumendo aliud principium S. Doctoris. Nam juxta S. Doctorem. contritio quæ respicit Deum non ut absolute offensum, sed sub ratione aliqua particulari, non est vera contritio, nec vera pœnitentia : sed contritio de qua disputatur, respiceret Deum non absolute, sed sub aliqua ratione determinata, nimirum sub ratione ultimi finis naturalis. Ergo juxta doctrinam D. Thomæ nulla est vera contritio, quæ tantummodo attingat Deum ut finem naturalem. Major, a qua pendet Consequentia, supposita Minori propria contrariæ sententiæ, est S. Doctoris in prædicta quæst. 86, art. 3, ubi docet, *quod non potest esse vere pœnitens, qui de uno peccato pœnitet, et non de alio : si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum, quod requiritur ad rationem veræ pœnitentiæ, sequeretur, quod de omnibus peccatis panileret.* Ergo juxta D. Thomam, qui conteritur propter Deum sub una ratione et non absolute, non est vere contritus, et consequenter contritio mere naturalis juxta S. Doctorem, non est vera contritio, nec vera pœnitentia ; quandoquidem non attingit finem supernaturalem nec indirecte, ut supponere vi letur Author illius propositionis.

Quod si hoc non supponere velit, absurdior, et intolerabilior infertur Consequentia, reassumendo iterum principium S. Doctoris. Nam illa est vera contritio, quæ dolet de omnibus peccatis absolute, et respicit Deum ut absolute, et simpliciter offensum ; quippe quæ fundatur in dilectione absoluta, et minime restricta Dei super omnia : sed ex viribus naturæ seclusa motione speciali

Dei, potest elici prædicta contritio a libero arbitrio cum solo concursu generali : ergo seclusa gratia, ex vilibus naturæ potest liberum arbitrium dolere, et vere pœnitere de omnibus peccatis absolute, in ordine ad Deum absolute offensum. Ex quo manifeste sequitur ex viribus naturæ posse hominem obtinere cratiam sanctificantem, quod est intolerabile. Nam ut inquit D.Thoc. S. Doctor art. G, illius quæstionis in solutione ad argumentum : *Sed contra, aclus pccnitentix virtutis habel, qucd sine eo non possit fieri remissio culpæ, in quantum est inseparabilis effectus gratiæ, per quam principaliter culpa remittitur.* Si enim vera et absoluta pœnitentia est inseparabilis effectus gratiæ, et illa haberi potest ex viribus naturæ nulla interveniente gratia, qua excitetur, et praeveniatur homo; ex eisdem viribus habebitur remissio culpæ, quæ est maxima gratia, imo et ipsa gratia.

Eo vel max;me, quoniam aversio a Deo, quam inducit, et secum trahit peccatum, aufertur per conversionem ad ipsum Deum, ut docet Angelicus Præceptor q. 8G, sæpe citata art. 4 ad 1. Sed conversio ad Deum ut bonum incommutabile potest elici a libero arbitrio cum solo concursu generali : ergo liberum arbitrium absque gratia potest a se excuure aversionem a Deo, et consequenter seipsum per seipsum a pec- D.Thom. cato liberare , cum tamen S. Doctor oppositum ibi docuerit recurrendo ad gratiam, ut ea media fiat conversio ad Deum, et ejus aversio abigatur, ut liquet ex illis verbis : *Et ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quia per gratiam tollitur aversio mentis a Deo.*

Molînæ Vum.' Quæ omnia ideo ex hac 3 p. retulimus, ut constat, qua veritate dicere potuerit D.Thom. p. Molina disp. 14, membro 1 : *D. Thomam co loco cum communi aliorum Doctorum sententia consenlire, nec 3 p. quidquam scripsit, quod huic doctrinæ refragetur.* Cujus oppositum constat ex dictis. Videatur S. Doctor 1, 2, q. 109, ubi art. 6, solut. ad 1 ait, *quod conversio hominis ad Deum fit quidem per liberum arbitrium : sed liberum arbitrium ad Deum converti non potest, nisi Deo ipsum ad se convertente secundum illud Hierem.* 31 : *Converte me, Domine, et convertar.* Quo nihil clarius, et manifestius contra Molinæ assertum, et contra sententiam, quam ipse appellat communem. Sed quia prædictus Author constanter affirmavit immediate ante verba ex ipso relata *luce clarius esse* D. Thomam eo loco communi aliorum Doctorum sententiæ consensisse; oportet illum locum, vel illa loca salutare, ut, si ita fuerit, sanctissimo Doctori adhæreamus; vel re ita non se habente, ipsum vindicemus a sententia, quam (licet suo judicio plurium scholasticorum,) ut propriam noluit sectari, quia minus tuta pluribus in Provinciis, et opposita communis in scholis reputabatur.

79. Objicit ergo primo D. Thomam in 4, dist. 17, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. 1 ad 6, ubi in hunc modum loquitur. Ad sextum dicendum, quod contritio est a Deo solo quantum ad formam, qua informatur; sed quantum ad substantiam actus est ex libero arbitrio, et a Deo, qui operatur in omnibus operibus, et naturæ, et voluntatis. Constat autem ex doctrina D. Thomæ, et communi omnium sententia, Deum cum agentibus naturalibus ad opera naturalia concurrere solo concursu gtnerali : ergo solo concursu generali concurrit Deus cum libero arbitrio quoad substantiam contritionis juxta mentem D. Thomæ : atque ideo prædicta contritio illo modo accepta non excedit vires liberi arbitrii ; nam excessus solum revocatur a D. Thoma in formam, qua informatur, non in substantiam operationis.

Hoc argumentum solum potest morari eos, qui D. Thomam superficialiter legerint; siquidem manifestum omnino est loqui ibi S. Doctorem de contritione ut est actus virtutis, et pars Sacramenti ; sub quibus rationibus nedum quoad formam, sed etiam quoad entitatem est supernaturalis; siquidem est actus proprius, et immediatus virtutis supernaturalis, et a solo Deo infusa, quæ est Pœnitentia. Quocirca S. Doctor in argumento *sed contra* præ- o.T'κα. dicti articuli sic arguit : *Naturalia non fiunt gratuita secundum communiorem opinionem : sed naturale dicitur quod est anU gratiam, el sic attritio inter naturalia computabitur : ergo non potest fieri contritio, cum sit gratuitum donum.* Cui discursui non respondet S. Doctor, quod argumento est non falso conc udere, nec adversari doctrinæ articuli, alioqui enim illi occurrisset, ut de more habet, quando in argumento *sed contra* continetur aliquid adversum doctrinæ articuli. Ex illo autem manifeste habetur contritionem non esse naturalem, nec gratiam præcederp adhuc quoad entitatem, de qua erat difficultas, sed subsequi, *quia est gratuitum donum,* qt

et consequenter quoad entitatem supernaturalis, alias nihil probasset illo argumento. In illp ergo articulo inquirit D. Thomas : *Utrum contritio sit dolor de peccatis assumptus cum proposito confitendi, el satisfaciendi?* Et in corpore articuli do* cet in contritione plura posse considerari, scilicet ipsam substantiam actus, qui est dolor; ejus objectum, quod est peccatum ; illius modum, quod sit actus virtutis, et ordinetur ad confessionem, et quod sit voluntarie assumptus, id est ex electione. Nomine vero *aclus quoad substantiam,* non usurpat aliquam entitatem ipsius substractam aliis formalitatibus, seu respectibus : sed ipsam entitatem contritionis absolute, et præscindendo ab aliis, sive quæ se teneant ex parte principii, sive ex parte objecti, sive ex parte modi, quo pacto solemus dicere, *voluntas absolute, vel intellectus quoad substantiam,* hoc est independenter a connotationibus, quin aliqua proprie substantia ibi explicetur, sed solus ille conceptus objectivus præcisus, quin affirmentur, vel negentur alia reipsa ibi intrinseca, et essentialia. Et in hoc sensu affirmat S. Doctor dari illam diffinitionem quantum ad ipsam substantiam actus, per hoc quod sit *dolor,* quæ est ratio generica, et absoluta, nec explicans, nec excludens ex vi hujus supernaturalitatem. Quod vero sit actus virtutis, quæ est ratio differentialis, et ordinetur ad alias Sacramenti partes, sicut et quod fiat ex electione, explicatur per subséquentes particulas. Hinc contra illam particulam *assumptus* formaverat sextum argumentum sub hac forma : *Contritio nobis a Deo datur : sed quod datur, non assumitur : ergo contritio non est dolor assumptus.* Ad quod respondet distinguendo aliquid esse in contritione quod proveniat a solo Deo, nimirum charitatem gratiæ annexam, et hanc dicit formam contritionis, utpote quæ illius est inseparabilis effectus, ut supra docuerat : et aliquid quod est a Deo, et a libero arbitrio, ex quo habet ille actus, quod sit assumptus, id est cum electione factus ab ipso homine, et simul datus a Deo. Si autem datus, gratiose quidem, et ut habens rationem doni gratuiti, subindeque supernaturalis. Unde consulto addidit, a Deo *qui operatur in omnibus operibus et naturæ, el voluntatis.* Sane non dixit reduplicando, *ut operatur in omnibus,* quo pacto excluderet influxum supernaturalem, qui non in omnibus operibus et naturæ, et voluntatis reperitur ; sed absolute, et specificative locutus est, quasi diceret : ipse Deus qui operatur in omnibus operibus et naturæ et voluntatis, dat nobis contritionem absolute, non quidem operandi ut agens naturale, quo pacto se explicat in operibus naturæ, sed agendo gratiose in operibus voluntatis, quibus absolute resurgere possit a peccato : qua ratione est agens supernaturale. Et in hoc sensu in quæstiunc. 2, illius articuli expressit contritionem non posse esse informem, quia Charitatem consequitur. Si autem ad illam sequitur juxta D. Thomam; non illam antecedit in eo sensu, quem sibi, et nobis obtrudere voluit prædictus Author. Unde nihil concludit ex D. Thoma contra toties a se expressam sententiam.

Iterum objicitur Angelicas Doctor.

80. Opponit secundo, et meminisse monet, ex sententia D. Thomæ Charitatem supernaturalem, et gratiam esse formam ipsius contritionis, a qua proinde accipit et esse meritoriam vitæ æternæ, et esse supernaturalem. Id quod aperte (inquit) docet tum 1, 2, q. 113, art. 8, et alias sæpe, tum etiam in 4, art. 1, citata quæstiunc. 3. Atque inde hac quæstiuncnla probat actum attritionis non posse fieri contritionem, quia absque charitate, et gratia non est supernaturalis ; et adveniente charitate, et gratia quibus redditur supernaturalis, transit ad aliam speciem superiorem ; et hinc convincitur eandem numero attritionem non posse fieri contritionem, quoniam actus naturalis, et supernaturalis nequeunt ad eandem speciem pertinere.

Explicatur D.Thom

Respondemus nihil solemnius apud D. Thomam, et ejus discipulos, quam quod Charitas sit forma virtutum, licet non sit idem explicandi modus apud interpretes; quod nostra impræsentiarum non refert, sed pertinet ad tract, de Charitate ubi disp. 7, dub. 3, eam difficultatem versavimus, Unde concedimus, gratiam et Charitatem esse formam contritionis, sed inde non colligitur a gratia et Charitate habere esse supernaturalem, alioqui enim actus fidei, et spei hominis existentis in peccato mortali non essent quoad entitatem, et substantiam supernaturales, quod dicere est falsissimum, et indignum viro catholico : quandoquidem Charitas est etiam forma illarum virtutum. Imo in homine peccatore non remanerent habitus fidei, et spei informium quoad substantiam supernaturaies, quoi est absurdius.

Quod argumento est non ab eadem radice oriri supernaturalitalom actuum, aut habituum, ac eorum formationem; sed unum ex genere suo reperiri posse absque alio. Atque ita accidit in attritione supernatural), et timore servili, qu® sunt supernaturalia, quin tamen habeant formationem Charitatis, et gratiæ. Unde licet daretur contritionem a gratia media Charitate non prodire; non idcirco evinceretur ex hoc D. Thomæ testimonio supematuralem non esse.

Vera D.Tboa. sentea-lia.

81. Quia tamen nobis certius videtur, sancto Docton contormius imo expressam ipsius mentem numquam elici veram contritionem, quin gratia et charitas influant, ut alibi accuratius ostendimus, et satis indicant verba supra relata; idcirco respondemus contritionem esse effectum inseparabilem gratiæ, subindeque numquam esse informem. Unde sicut accipit a gratia, et charitate formationem, ita et snpernaturalitatem, media tamen virtute Pœnitentiæ, cujus est immediatus actus.

Betor-ipetar argo-neatua.

Et argumentum in adversarios retorquendum est ex ipso D. Thoma : nam si semper docuit, ut docuisse constat, contritionem numquam esse informem, manifestum est numquam non illam supematuralem censuisse.

Addítur ratio quare attritio non fit contri-tio.

Ad illud quod additur ex quæstinnc. 3, addimus et nos falsum esse quod assumitur. Nam quod attritio numquam evadat contritio, non provenit ex illa radice, sed ex alia, et plane efficacissima, quam in primo argumento *sed contra* assignat D. Thomas sub hac forma : *Quorum principia sunt diversa omnino, eorum unum non potest fieri id quod est alterum : sed attritionis principium est limor servilis ; contritionis autem limor initialis : ergo attritio non potest fieri contritio.* Sane uterque timor est supernaturalis, et consequenter etiam illorum actus : atque ideo quod unus non fiat, aut in alium transire nequaquam possit, non provenit ex eo quod attritio sit naturalis, et contritio supernaturalis, sed ex certiori principio a D. Thoma indicato.

Replí-cator ex D. îhom.

82. Sed contra insurgit ex eodem D. Thoma in argumento *sed contra* seeundo, ubi affirmat attritionem esse naturalem ex eo solum, quod antecedat gratiam : ergo sentit S. Doctor nihil esse supernaturale ante gratiam. Consequentia constat, et Antecedens probatur illo testimonio supra adducto ex argumento *sed* D.Thom. *contra,* quod secundo loco formavit S. Doctor sub hac forma : *Naturalia non fiunt gratuita secundum communiorem opinionem : sed naturale dicitur quod est ante gratiam, et sic attritio inter naturalia computabitur ; ergo non potest fieri contritio, cum silgra·tuitum donum.* Ubi in eo dumtaxat condislinguit contritionem ab attritione, quod hæc quia eet ante gratiam, est mero naturalis; illa vero quia subsequitur, evadit supernaturalis. Ex quo ulterius sequitur actum contritionis quoad substantiam seu entitative sumptum, quo pacto prævenit gratiam, esse pure naturalem ; subindeque non excedere facultatem liberi arbitrii secundum sibi propria.

Respondetur distinguendo Antecedens : *ei eo quod antecedat gratiam,* communiter dictam, conceditur; gratiam habitualem, seu sanctificantem, negatur Antecedens, et sub eadem distinctione concedenda, et neganda est Consequentia. Ut tam distinctionem, quam D. Thomæ argumentum calleamus, breviter observare oportet, gratiam sumi posse dupliciter, vel universaliter, quo pacto ambit omnia auxilia, habitus, gratiam sanctificantem, et quidquid quomodolibet evehitur supra cursum naturalem rerum, et illarum vires, ac concursum superat. Vel sumitur pressius, ac strictius pro sola gratia sanctificante; quæ quia est veluti finis in quem cuncta omnia collimant, obitque in hoc ordine rationem naturæ, sibi absolute, et simpliciter nomen gratiæ vindicavit, utpote a qua sola præ ceteris aliis donis supernaturalibus accipit homo esse Deo gratum, sanctum, et amicum. Unde licet esse sanctum, gratum, et Dei amicum convertatur cum gratia, ab eaque ut proprius effectus formalis proveniat; non tamen ab ea ita procedit esse supernaturale, siquidem ante ipsam donantur a Deo quam plures illustrationes, auxilia, motiones, imo et aliquæ virtutes supematurales, ut constat in dono Prophetiæ, dono linguarum, charactere Sacramentali, fide, et spe, et innumeris aliis, quæ longum esset annumerare, quæque independenter a gratia, continentur intra ordinem supematuralem, ut contrapositum ordini naturali, et ab illo ex æquo diversum.

Quando ergo D. Thomas dixit *naturalia non fieri gratuita,* usurpavit naturalia contra totum ordinem supematuralem, quo pacto sunt membra adæquate se excludentia : et est evidens naturalia non fieri supernaturalia, ex eo quod antevertunt ordinem

nem graliro : et ideo major illius syllogismi, videtur perspicua imo et per eo nota. Et in hoc sensu accepit Minorem D. Thomas in huc secundo argumento *sud contra,* et ix illis legiiime intulit Consequentiam, nimirum quod attritio non potest fieri contritio, quia hæc est donum gratuitum. Nam scopus illius quiestiuneuhe orat investigaro, an attritio posset fieri contritio, ut ipsius épigraphe manifestat. Sed quia attritio poterat esse naturalis, licet imperfectissima adhuc intra lineam attritionis, vel poterat es-e sublimior, et elevatior, ex altiori, et vere supernatural! motivo ortum ducens;ex utroque motivo negavit S. Doctor posse fieri contritionem duplici argumento. In quorum primo loquendo do attritione supernatural!, arguit : quia attritio supernaturalis procedit a timore servili, contritio vero a timore Gliali, seu initiali; et quæ procedunt essentialiter a diversis principiis, ita sunt diversæ rationis ut unum non possit in alium transire. Quod est clarissimum. In secundo idem negavit attritioni naturali, non ex illo motivo, licet posset, sed ex alio universaliori, quia nimirum naturalia non fiunt gratuita, sed
›ϑ hi attritio reputatur inter naturalia : ergo
***. nequit fieri gratuita, et consequenter nec
pwa contritio, *quæ est gratuitum donum.* Ex
jenio quo evidenter colligitur numquam D. Tho-
ÜJ5. mam agnovisse contritionem naturalem, sed omnem, et quamlibet semper habuisse gratuitum, et supematuralem, et argumentum retorqueri debet contra doctrinam præallegati Authoris infeliciter in hac parte allegantis D. Thomam. Siquidem apud S. Doctorem invenimus duplicem attritionem, et naturalem et supematuralem; numquam vero contritionem, quæ non sit donum gratuitum, et consequenter supernaturale.

Γιώι 83. Porro admittenda esse intra limi-
acto, tes naturæ attritionem naturalem cum D.
mn- Thoma constat ex dictis dub. 2, ubi S. Doc-
ÎJW tor nos docuit esse de jure naturæ aliquam
I sini pœnitentiam : hæc autem non-semper est supernaturalis, sed quandoque naturalis, utpoto quæ procedit ex ipsa dissonantia peccati cum recta ratione ; vel ex ipsamet fæditate, ac turpitudine naturali ; vel ex damnis a peccato peccatori obvenientibus, Quæ omnia naturalia sunt, et naturalem attritionem inducunt. Atque hanc fuisse mentem D. Thomæ in testimonio illo nobis
Izsw· objecto testatur sapientissimus Mag. Le-
mos lib, 3 Panopliæ gratiæ part. 2, tract. 2, cap. 36, num. 549, Si vero rationi naturali adjungatur alia superior notitia fidei modo ibi in secunda parte conclusionis explicato, assurgere poterit ad concipiendum plus doloris de peccato; numquam tamen perveniet ex viribus ipsius naturae (nisi aliunde fulciantur, et roborentur) ad attritionejn perfectam, quæ supernaturalis sit, et excludat omnem affectum peccandi de cætero, et procedat cum spe firma veniæ : hoc enim non est naturæ lapsæ; et conversæ ad bonum commutabile, ut ad ultimum finem, sed altiorem postulat radicem.

Et hinc obiter manet explicata præsens assertio quoad attritionem efficacem, quam exclusimus a viribus naturae contra doctrinam illius Authoris. In quo ulterius roborando non immoramur : nam quæ dicta, et dicenda sunt de contritione, proportione servata applicari debent attritioni, quæ sit perfecta in suo genere, et in illo importet, quæ attritioni supernatural! Concilium Tridentinum in illo ordine attribuit, ut possit medio Sacramento disponere ad gratiam impetrandam. Et in hoc sei su illam non admittimus, nec admittunt Theologi alii, quibus teste ipso Molina, minus tuta videtur opposita doctrina, quasi plus deferens infirmitati naturæ a Deo aversae, quam Concilia et Patres hactenus detulere.

84. Sed contra urget, et ultra objicit D Thomam, ubi supra art. 2, quæstiunc. 6, ubi ait : *Ad sextam quæslionem dicendum, quod contritio potest dupliciter considerari, scilicet quantum ad sui principium et quantum ad terminum Dico principium contritionis, cogitationem, qua quis cogitat de peccato, et dolet, et si non dolore contritionis, saltem dolore attritionis : terminus autem contritionis est, quando dolor ille jam gratia informatur.* Et inde infert luce clarius esse D. Thomam stare pro attritione naturali perfecta, cum proposito non peccandi de cætero, et spe veniæ. Heplica ex D. Thom.

Sed respondemus illegitimam hanc esse illationem, quippe quæ nec levissimum lucis vestigium habet, ut deducatur, in D. Thoma : qui solum docet ex cogitatione peccatorum suboriri aliquando dolorem qui sit attritio ; sed non asserit, nec erat asserendi locus, quod illa attritio sit naturalis ; sed quod non est gratia sanctificans usque ad terminum contritionis. Quod verissimum est, quia tam attritio supernaturalis quam contritio disponunt ad gratiam sanctificantem, illa remote, et ista proxime. Respondetur.

Ita vero disponere non habent ex libero arbitrio ex viribus naturalibus operante, sed ex gratia Dei impellente, excitante, ac coopérante juxta exigentiam cujusque illorum actuum. Et nulla operatio ex viribus naturæ proxime, vel remote disponit ad gratiam. Unde potius sequitur neutram illarum esse naturalem.

Eo vel maxime, quia cogitatio illa, ex qua ortum duceret illa attritio, debet esse supernaturalis, ut liquet ex testimonio Augustini supra relato ex lib. 2, contra duas Epistolas Pelagian, cap. 8.

Ultijaa objeciio eiD. Thorn,

85. Ultimo opponit S. Doctorem in 2, dist. 5, q. 2, art. I, ita scribentem : *Dicendum quod ad eliciendum actum conversionis sufficit liberum arbitrium quod se ad habendam gratiam per hunc actum préparât, el disponit : sed efficacia conversionis ad meritum non potest esse nisi per gratiam. Unde unus el idem motus esi conversionis liberiarbilrii, in quo gratia infunditur, qui est dispositio ad gratiam, secundum quod exit a libero arbitrio, el meritorius secundum quod gratia informatur, el* simile est in motu contritionis, quo primo justificatur impius. Ex quo testimonio efficax argumentum videtur desumi. Nam exclusa qualibet gratia, ad eliciendum actum contritionis, sufficit liberum arbitrium : ergo independenter ab omni gratia potest liberum arbitrium elicere actum contritionis quoad entitatem et substantiam. Antecedens est expressum D. Thomæ, et Consequentia probatur ex ipso Antecedenti : qnia D. Thomas solum recurrit ad gratiam, ut salvetur in contritione esse meritoriam, quod ab alio quam a gratia nequit accipere : sed actus contritionis quoad entitatem, et substantiam non est meritorius : ergo juxta D. Thomam actus contritionis independenter ab omni gratia potest elici a libero arbitrio quoad entitatem, et substantiam. Patet Consequentia : quoniam sub illa ratione, sub qua non est meritorius, elicitur a libero arbitrio teste D. Thoma : sed non est meritorius quoad entitatem, sed id sibi vindicat ab informatione gratiæ : ergo quoad entitatem solum respondet libero arbitrio absque ulla gratia.

Aliquosotio.

86. Nec difficultatem elevant Thomistæ suum Magistrum interpretantes, quasi voluerit solum habitum quemdam gratiæ gratis dalæ, ab aliquibus sui temporis commentum excludere; non vero auxilia supernaturaba fluida ante infusionem gratiæ communiter a Deo dispensata.

Nec magis placet aliorum effugium arbitrantium eo loci D. Thomam adstruxisso dependentiam contritionis a gratia ut principio efficienti, cum priontate ejubdem contritionis in genero causæ materialis : quo pacto se tenet ex parte liberi arbitrii, ipsique ut proprius etlectus respondet. Et sub hac consideratione non explicat nec informationem gratiæ, ad quam præparat, nec vim meritoriam ab ipsa gratia emendicatam.

Neutra, inquam, harum evasionum satisfacere videtur, sed efficaciter refellitur ex eodem D. Thoma ibi paulo ante verba relata, ubi ita arguit : *Qu\a si homo facit, quod in se est, Deus dat-ei gratiam. Ad hoc autem faciendum non exigitur aliquid aliud.* En ubi omnem aliam gratiam excludit, et arbitrium constituit nudum ab omni superaddito dono, nec relinquit aditum ad illam prioritatem metaphysicam. *Illud enim* (prosequitur S. Doctor) *ad quod non potest per se liberum arbitrium, non est in homine. ut faciat illud. Illud enim in nobis esse dicitur, cujus nos domini sumus.* Non sumus autem domini vel minimi (si minimum potest dici, quod tantum refert) auxilii gratiæ : ergo quando Angelicus Preceptor asseruit in libero esse arbitrio motum contritionis, sermonem habuit de libero arbitrio nude, et absque omni gratia ipsi addita per modum virtutis. Non absimilia sunt alia verba ejusdem S. Doctoris dist 28, ejusdem libri quæst. 1,art. 4, ubi corpus articuli sub his verbis concludit : *El ideo aliis consentiendo dicimus, quod ad gratiam gratum facientem habendam ex solo libero arbitrio, se homo potest prxparare faciendo enim quod in se est, gratiam a Deo consequitur; hoc autem solum in nobis esi, quod in potestate liberi arbitrii constitutum est.*

87. Haud parum negotii facessere potest hoc testimonium, et argumentum in illo fundatum, cui literam D. Thomæ superficie tenus percurrere mos fuisset; sed illam medullitus penetranti tam longe abest, ut videatur convincens, quod potius veram doctrinam hactenus stabilitam vehementer confirmet, et oppositam dispellat. Ad cujus clariorem intelligentiam præmittere oportet utroque loco ex 2 sententiarum egisseS. Doctorem de præparatione ad gratiam gratum facientem : in primo quidem ex dist. 5 loquendo de Angelis, de quibus inquirit : *Utrum angeli indigue-rint gratia ad hoc quod converterentur in Deum ?*

Dis-

Deum ? in secundo investigando de homine : *Utrum jiossil se præparare ad graliam* sine *aliqua gralia?* Et utrobique meminit sontenliœ aliquorum asserentium ante gratiam gratum facientem infundi a Deo alium habitum gratiæ permanentem, quem dicebant *gratiam gratis datam.* Obtendebant enim a solo Deo absque ullo hominis concursu provenire, el gratiam gratum facientem, et gratiam gratis datam illius comitem præviam, et inseparabilem : cum hoc tamen discrimine, quod gratia illa gratis data concurrebat ad substantiam operationis; alia vero superveniens, ut redderet ipsam operationem meritoriam. Unde totus fuit, et debuit esse Angelicus Præceptor in evellendo ut minime opportunam illam gratiam gratis datam disponentem ; etadstruendo ex parte liberi arbitrii ipsius cooperationem, qua se ad gratiam ultimam disponeret. Et loco illius quam S. Doctor rejiciebat, substituit dispositionem ex parte liberi arbitrii, quasi ab illo absque illa gralia ab illis commenta posset elici operationis substantia; quin ex vi hujus excluderet, aut excludere opus esset auxilium divinum, et supernaturale ad actum conversionis quoad entitatem ; imo potius illud et supposuit, et explicuit, ut ex dicendis fiet perspicuum.

Ajiriinr D.THœ. 88. Porro hanc esse et fuisse mentem D· Thomæ evidenter constat : nam in ilia dist. 5, quæst. 2, art. 1, ita inquit : *Quidam enim dicunt, quod ad conversionem meritoriam exigitur duplex gratia. Una gratum faciens, quæ informat conversionis actum, et meritorium reddit. Alia gratis data, a qua elicitur substantia actus, et quæ liberum arbitrium inclinat ad volendum. Sed istam graliam ponere non videtur necessarium, elc.* Et merito, nam ad volendum sufficit arbitrii ipsius libertas, et ad excitandum ulrumque ut velit, quidquid sit de modo volitionis, sufficiunt occasiones, instructiones, et flagella, quæ ibi commemorat S. Doctor. In art. vero 4, dist. 28, consultius eam formam refellit, vel ex eo principalius quia sequeretur processus in infinitum, nam eadem ratione quoad gratiam gratum facientem obtruditur illa gratia, ad hanc utpote habitualem esset etiam alia necessaria, *el tunc redibit quæstio de islapræparalione, utrum in eam possit homo ex se, vel non; el sic vel abirelur in infinitum, vel erit devenire ad aliquam gratiam, ad quam homo per se præparare potest se, el non est ratio efficax, quare hoc magis sit in una gralia, quarn in alia.* Quocirca totam rei causam revocat 8. Doctor ad gratiam gratum facientem, et ad liberum arbitrium, ut se ad illam disponat. Non quidem ex viribus propriis; hoc esset Angelicum Doctorem inter Pelagianos accensere, et intolerabilem injuriam ne dum ipsi, sed etiam toti Ecclesiæ illum Angelicum Doctorem proclamanti irrogare : sed ex motione auxilii divini supernaturalis mediante gratia sanctificante, cujus est ultima dispositio actus contritionis, et a qua ut a principio efficiente oritur. Et idcirco asseruit, quod *unus, et idem motus est conversionis liberi arbitrii, in quo gratia infunditur, qui est dispositio ad graliam, secundum quod exit a libero arbitrio, et meriterius secundum quod gralia informatur.* Ubi non tantum formationem, sed etiam entitatem conversionis Deo tribuit, et ejus gratiæ, quoniam actus contritionis ex vi illius influxus, quo exit a gratia, accipit et entitatem, et vim meritoriam. Quamobrem ipsemet S. Doctor in eodemmet art. 4, dist. 28, contra nos allegato secundo argumento, quod erat hujusmodi : *Illud quod est in potestate hominis, non est necessarium, ut homo ab alio petat : sed quod homo præparelur ad graliam, petendum est a Deo, ut patet in Psalm.* **1,8:** *Deduc me Domine, etc. Ergo præparalio ad gratiam non est in potestate hominis.* Respondet S. Doctor hominem se disponere ad gratiam esse in potestate hominis, supposita gratia Dei. Un ie inquit : *Ad secundum dicendum, quod homo non potest se ad gratiam præparare, nec aliquod bonum facere sine Dei auxilio. Et ideo rogandus est ut nos ad se convertat, el etiam alios. Nec tamen oportet, quod illud auxilium semper silper aliquem habitum infusum; sed potest esse per mulla, quæ exterius sunt salutis occasio, et per ipsum actum interiorem, quem Deus in nobis causât.* Ut accidit illis, qui non perfecte conteruntur. In qua doctrina perpetuus fuit S. Doctor quin opus sit allegare 1, 2, quæst. 112 et hanc 3 p. pluribus in locis passim obviis.

Unde illa propositio D. Thomæ, in quam offendit Author sæpe allegatus, *quod si homo facit quod est in se, Deus illi non denegat graliam,* quamque S. Doctor non semel inculcat, non illum sensum continet, quem illi comminiscitur; sed quem illi tribuit proprius Author, et sane verum, et a Catholicis omnibus receptum, ut ex ipso constat præsertim quæst. 24, de Verit.art.

5, *ad primum dicendum,* inquit, *quod videtur nobis, quod convertamus nos ad Deum, quia hoc facere possumus, sed non sine divino auxilio. Unde ab eo petimus Thren.* 4 : *Converte nos, Domine, ad te, et convertemur.* Et ad 2 ait *quod nos aperire cor nostrum Deo possumus, sed non sine divino auxilio. Unde ab eo petitur* 2 *Machabxor.* 1 : *Adaperiat Dominus cor nostrum. Et sic dicendum est ad alia; nam nec prxparare, nec velle homo potest, nisi hoc Deus in eo operetur ul dictum esi.* Plura huc convenientia scrip.rimus tract, de necessitate gratiæ disp. 2 et 3, quo eat lector, ut pleniorem notitiam hauriat, et verum vero consonare perspiciat. Hinc constat veram esse utramque solutionem inter proponendum datam, et nihil obesse earum impugnationem, utpote procedentem ex sinistra D. Tbomæ inteliigentia. Nam homo vere est Dominas se con· vertendi sed sub auxiîo gratiæ; et vere D-u$ illi gratiam conferet, si faciat ex viribus ejusdem *gratiæ,* quod in se est. Et ideo semper rogandus est Deus, nt conversionem incipiat, prosequatur, et perficiat, ut inquiebat Augustinus.

•3

Ratione probatur eadem conclusio.

Datio conelusionis.

89. Ex dictis et expensis || præcedentibus facile est colligere rationem Theologicam, qua efficaciter evincere quique poterit conclusionem. Nam quæ procedere necesse est a Deo ut Authore gratiæ, non ita sunt in potestate liberi arbitrii, quod possit ea facere ex viribus propriis absque interventione ejusdem gratiæ, ut ex se constat; alioqui enim natura posset idem quod gratia, et gratia redderetur debita nature, et consequenter non esset gratia. Sed libeium arbitrium hominis aversi a Deo indiget Dei gratia, qua ad ipsum efficaciter convertatur, ut c are probant testimonia hactenus allegata ex Scriptura, Conciliis, et Patribus Augustino, et Thoma. Ergo liberum arbitrium hominis aversi a Deo nequit se ad Deum convertere efficaciter absque gratia ipsius Dei. Præmissæ constant, et Consequentia legitime infertur ex illis.

Deinde probatur ratione desumpta ex

D.Thom. β Thoma 1, 2, q. 109, art. G, quam ad sequentem formam reducimus Nam supposita elevatione, et illustratione fidei, quam non negat, sed potius adstruit i P. Molina, liborum arbitrium hominis lapsi, formalité?, et expresso est aversum a Deo sub utraque ratione, el linis naturalis, et supernaturalis. Sed cum hac formali, et explicita aversione non stat potes· tas proxima et expedita ad eliciendum vel amorem Dei super omnia adhuc ut finis naturalis, vel contritionem absolutam, ct efficacem cum spe veniæ, et proposito de cætero amplius non peccandi, ut inteudit prædiclus Author. Ergo liberum arbitrium hominis lapsi non habet vires ad eliciendam prædictam conversionem. Major constat; siquidem ex fide tenemus quolibet peccato mortali vitam æternam amitti ; non autem amittitur nisi per utramque illam aversionem, supposita ex fide cognitione finis supernaturalis. Consequentia probatur ; quia potentia proxima, et expedita non importat præcise eniitatem potentiæ, quæ semper eadem est, nec admittit variationem, sed postulat remotionem impedimentornm sive intrinsece adhærentium, sive aliunde proveniant : nec aliunde melius venari potest potestas proxima, quam ex proportione cum actu, et expeditione a quolibet alio sive extrinsece, sive intrinsece retardante : ergo si hoc non reperitur in libero arbitrio respectu conversionis prædictæ, liberum arbitrium viribus destruitur ad ejus elicientiam. Quare tota difficultas reducitur ad Minorem, quæ sic probatur : P Nam eo ipso quod homo sit aversus a Deo ultimo fine, Deus ut ultimus linis nequit se tenere ex parte principii influentis, et ad se trahentis, quin prius se gratiose convertat ad creatnram. Quoniam ut recte inquit D. Thomas, secundum ordinem agentium est ordo finium; quocirca ad ultimum finem non convertitur homo, nisi per morionem primi agentis : ergo sicut homini voluntarie averso ab ultimo fine non debetur conversio ad ipsum ; ita nec debetur concursus primi agentis ad prædictam conversionem : ac proinde absque illo ut primo agente supra debitum creaturæ, hæc semel lapsa nequit elicere illam conversionem per proprias vires, quas proxime expeditas non habet. 1 Protaüo.

Secundo : nam finis in operabilibus seeprata-habpt sicut prima principia in cognoscendo : sed homo destitutus primis principiis nequit assentiri conclusionibus, nec eas ad sua prima principia reducere, ut est perspicuum : ergo homo aversus a Deo sub omni ratione ultimi finis, nequit elicere propriis viribus conversionem sui ipsius in

in Deum ut ultimum finem. Undo Ficut intellectus absque primis principiis, esto retineat lotam entitatem potenliæ, non est tamen proximo, et expedito potens vel ad conclusionem, vel ad ejus reductionem in sua prima principia, haud dissimiliter, nec voluntas semel aversa a Deo est proxime potens ad se convertendum ultimo in ipsum Deum ut finem.

Tertii pk- Probatur tertio eadem Minor. Quoniam eo ipso quod homo sit aversus a Deo declinavit a statu rectitudinis naturalis, et recessit ab ordine debiti finis præponendo bonum sensibile, et commutabile bono incommutabili : ergo si semel operatur ex viribus propriis, impossibile est non plus amare bonum commutabile amore efficaci, quam incommutabile. Probatur Consed.Tti3· quentia : quia ut ostendit D. Thomas in 3, dist. 27, q. 1, art. 1 et 3, contra gentes cap. 160, nemo potest agere nisi secundum exigentiam propriæ formæ, quæ est principium agendi, et regula operandi : sed propria forma voluntatis, secundum quam agit in ordine ad finem, dum homo est in peccato, est bonum commutabile, prælatum bono incommutabili : ergo nequit agere nisi in ordine ad bonum commutabile a se prælatum; et consequenter ex viribus sibi propriis operando nequit se in pristinum statum dilectionis super omnia restituere, nisi aliunde fulciatur, et in debitum finem revocetur ; per amorem enim (inquit S. Doctor) *amans fit unum tum amalo, quod est facium forma amantis :* atque ideo si hoc est bonum commutabile, nequit ad bonum incommutabile converti, nisi prius ametur.

Cair- 90. Confirmatur, et explicatur primo alia a D. ratione desumpta ex D. Thoma loco supra citato ex 1, 2. Quoniam homo ex libero arbitrio gratia destituto nequit se præparare ad gratiam, et amicitiam iterum cum Deo instaurandam, ut est de fide, et fuse ostendimus tract, de Gratia disp. 3; sed conversio ad Deum ut ultimum finem est dispositio ad gratiam : ergo homo ex viribus propriis agendo non potest elicere sui conversionem in Deum tamquam in ultimum finem. Probatur Minor, quia nomine dispo.-itionis, aut præparationis nihil aliud intelligunt sive Philosophi, sive Theologi, quam illud, quod et tollit impedimentum ex parte subjecti, ipsumque determinat, et aptat ad unam formam præ alia : quocirca se ad gratiam præparare nihil aliud est quam ad Deum sub ratione ultimi finis fc convertere, *sicut ille* (verba sunt D. Thomæ) *qui habet oculum aversum a luininc solis, per hoc se préparai ad fespiciendum lumen solis, quod oculos suos converti versus solem.* Ergo conversio in Deum ut ultimum finem erit dispositio ad iterum contrahendam amicitiam cum Deo fine naturali. D.Thom.

Confirm, Eo praesertim, quia prædicta conversio aufert, et removet aversionem oppositam, sicut accessus ad unum terminum excludit aversionem ab eodem termino, non enim bene cobæret conversio ad Deum finem naturalem, cum aversione ab eodem fine naturali. Et si hæc duo non repugnant; pariter non repugnabit fuga, et prosecutio, amor, et odium ejusdem objecti sub eadem ratione; nec esset unde convinceretur ita docens. Ergo cum conversione prædicta non stat aversio a Deo, et consequenter ex vi illius disponitur homo ad gratiam removendo obicem ipsi gratiæ, et determinando subjectum, ipsumque ad illam aptando. Sane quæ major aptitudo excogitari potest, quam intima cum Deo ipso conjunctio ex vi amoris super omnia, et contritionis cum spe veniæ, et numquam amplius peccandi.

Robora- Urgetur et explicatur secundo insistendo tar. eidem principio. Nam ex opposito consequeretur illam conversionem esse, et non esse dispositionem ad gratiam, quod est manifeste implicatorium, nec potest concedi. Quod non esse est clarum, cum quia supponitur, tum quia est naturalis, et ninil naturale est dispositio ad gratiam. Esse vero probatur ex eodem principio : quia dispositionis nomine nequit intelligi nisi forma aptans subjectum, quæ connectatur cum forma ad quam præparat, et aptat ipsum subjectum, ut patet in calore, et aliis dispositionibus naturalibus, ad quarum analogiam, seu proportionem discurritur de dispositionibus supernaturalibus. Sei conversio naturalis quam secum affert naturalis contritio, ex una parte aptat voluntatem abjiciendo aversionem voluntariam a libero arbitrio; et ex alia vero est infallibiliter connexa cum contritione supernaturali ; cum ab ea non possit separari : ergo obiret munus dispositionis ad gratiam.

Confir- Ex quo rursus fieret non totam hominis conversionem esse effectum gratiæ; sed “a,ur· solam supematuraiem, quæ debebat supponere aliam priorem factam ex viribus naturalibus ipsius liberi arbitrii. Id quod

adhuc urget, quando liberum arbitrium agit sub gratia, et sub ea convertitur. Nam per hoc quod voluntas se convertat sub gratia, non ab ipsa tollitur efficere quoad entitatem, et substantiam, quod sine gratia valebat efficere; quandoquidem gratia nec destruit, nec impedit efficaciam, et virtutem naturalem voluntatis. SeJ hæc absque gratia potest efficere actum contritionis, quoad entitatem, et substantiam, ut ait Molina : ergo adhuc ut sub gratia agens illam eo modo eliciet. Qualiter ergo ilia entitas contritionis ut est prior gratia non erit dispositio ad gratiam ? et quomodo tota hominis conversio erit effectus gratiæ, si ipsa contritio quoad substantiam est solius naturæ quin ad eam sub hac ratione influat gratia, ut non influere est perspicuum juxta illam doctrinam ?

Confirmatur, et explicatur secundo ex contradictione alia, quam nequit declinare oppositum asserens. Nam liberum arbitrium nequit per contritionem se convertere ad Deum ut super omnia dilectum absolute, quin ex vi hujus excludatur aversio ab ipso Deo immediate illi opposita, et ex consequenti conversio ad bonum commutabile : sed impossibile est homini per proprias vires removere aversionem a Deo ut ultimo fine : ergo impossibile est libero arbitrio propriis viribus elicere prædictam conversionem. Consequentia liquet, et Major videtur perspicua : quia sicut repugnat hominem per peccatum se convertere ad bonum commutabile, quin ex vi hujus importetur aversio a bono incommutabili ; ita e converso, non stat opposita conversio, quin excludatur aversio a fine opposito; eadem quippe utriusque ratio esse debet, ut consideranti fiet manifestum. Minor videtur clara : quia impossibile est hominem esse simul conversum, et aversum ab eodem objecto : sed per contritionem esset conversus, et per peccatum aversus : ergo impossibile erit hominem elicere contritionem, stante aversione a Deo ; alioqui enim vel posset viribus propriis a se excutere peccatum, quod est absurdum ; vel stante peccato, esse ad Deum ultimo, et absolute conversum, quod est es.-e ultimo conversum, et ultimo aversum et manifeste implicatorium.

Effu-81™' 91. Dices hanc contradictionem facillime elidi distiuguendo in Deo duplicem rationem ultimi finis, quarum una reperiri potest sine alia : vel ut est ultimus finis intra ordinem naturalem, qu;e quidem ratio potest absque alia salvari, ut si Deus hominem ad altiorem finem non evexisset: vel qua ratione est finis supernaturalis, quæ est elevatissima, et sibi subjiciens tam naturalia, quam supernaturaiia. Casu autern quo homo eliceret prædictam conversionem, esset quidem conversus secundum quid, et restricte ai Deum ut tantummodo explicantem munus finis naturalis ; a quo tamen esset aversus sub altiori, et universaliori ratione finis supernaturalis. In quo nulla est contradictio.

Pri/jj. /i14' Sed contra est primo : quoniam utsupra dub. antecedenti observavimus, et fusius prosecuti sumus tract, de Gratia disp. 2, dub. 4, supposita elevatione, et illustratione fidei, sicut amor naturalis Dei super omnia indirecte attingit ipsum ut finem supernaturalem; ita et conversio ad ipsum ut finem naturalem, indirecte, et ex consequenti importat conversionem ad finem supernaturalem; æquo enim passu gradiuntur quoad hoc : ergo sicut amor Dei super omnia Authoris naturæ non compatitur cum odio Dei ipsius ut finis supernaturalis, ut loco citato expendimus, ita et conversio ad Deum at finem naturalem non cohæret cum aversione ab eodem ut fine supernatural! : atque ideo non elevatur contradictio, sed manet in suo robore.

Eaem-" 92. Contra secundo, et est major explicatio præcedentis impugnationis : nam contritio elficax, et absoluta, qualem hactenus descripsimus, et citatus Author concedit libero arbitrio absque gratia, debet importare plenam subjectionem totius hominis ad Deum in omnibus, ad quæ lumen naturale quoquomodo se habeat, aut porrigat, alioqui enim nec esset plena conversio, nec totaliter hominem ad Deum reduceret adhuc intra lineam ordinis naturalis; siquidem aliquid amplius hujus ordinis foret, quod non attingeretur a contritione, seu conversione ; et sic Deus non respiceretur sub ratione ultimi finis simpliciter adhuc in ordine naturali ; cum adhuc complacere posset homo in aliquo; quo indirecte saltem violaretur ipsum lumen naturale, utputa in non observatione præceptorum supernaturalium, quod est contra ipsum lumen naturale. Ergo impossibile est, quod homo ex libero arbitrio eliciat prædictam conversionem, quin directe respiciat finem naturalem, et indirecte, et ex consequenti finem supernaturalem ; atque ideo quin absolute, et simpliciter

simpliciter ad Deuni sub utraque ratione sit conversus. Aliunde vero supponitur aversus a Deo ut authoro supernatural), ipslquo infensus, et ab hoc nequit se extricare, aut expedire per vires naturæ, ut est de fide : ergo casu quo ita posset converti ex libero arbitrio, simul esset absolute, et simpliciter conversus, et aversus, quod est implicatorium.

Cqeiii. Eo vel maxime : nam prædicta conversio regularetur notitia, non qualicumque, sed valde universali et explicita bonitatis, et beneficiorum Dei in utroque ordine tam naturæ quam gratiæ, ut constabit ex verbis ejusdem Authoris infra fideliter referendis; ad quam proinde si sequitur conversio, debet esse universalis, et satis ampla, siquidem inclinatio elicita voluntatis sequitur ad formam apprehensam. Qua D.Twn· ratione D. Thomas, et communiter Theologi probant a priori voluntatem divinam ex intellectu divino, quia *natura intellectualis ad bonum apprehensum per formam inlelligibilem habet inclinationem,* de quo egimus, et agunt Theologi cum ipso S. Doctore 1 p. q. 19, art. 1. Ergo si prædicta conversio supponit notitiam fidei tam bonitatis divinæ, quam beneficiorum ejus, ita expresse, et distincte; et hæc est potens ad movendum affectum ad amorem Dei super omnia, et conversionem ita efficacem, ut ille nobis obtrudit ; plane non erit ratio, quare non sit ampla, et universalis erga Deum absolute, et absque restrictione : et consequenter in vi illius erit homo absolute, et simpliciter conversus ; aliunde vero catholice debet adstrui aversus a fine supernaturali; esset ergo conversus, et aversus simul ab eodem Deo.

Primæ confirmationi nostræ responderi potest, ex alio capite accipere entitatem, et ex alio disponere prædictam conversionem; nam primum vindicat a libero solo arbitrio, secundum vero a gratia. Et quia hæc non subest voluntati creatae, sed divinæ; idcirco licet liberum arbitrium sit potens ad eniitatem conversionis, nequit tamen seipsum disponere per elicientiam illius, quin superveniat gratia, qua entitas illa evehatur' ad superiorem ordinem. Unde illatæ consequentiae fallunt unum ab altero non discernendo, et ex primo ad secundum inepte pervenitur.

93. Hoc tamen effugium consistit tan- f' tummodo in verbis, et præterquam quod probationes illius Minoris intactas relinquit, ut facile qui eas calluerit, perspiciet, involvit aliam contradictionem ibi indicatam, quam oportet detegere, et expendere. Ei quidem supponit confirmatio, et supposuimus ab initio de fide esse nullum opus naturale, sive proxime, sive remote disponere ad gratiam : et ex hac suppositione catholicis irrefragabili, legitime inferri existimamus non posse a libero arbitrio elici contritionem ita absolutam, et efficacem, quæ excludat omnem voluntatem peccandi cum spe veniæ, et propter Deum summe dilectum, quin interveniat gratia supernaturalis. Et oppositum asserere est contradictoria affirmare. Etenim contritio, Instau in quolibet ordine ea ponatur, ex genere £uor suo, et propria formali ratione, importat esse actum pœnitentiæ perfectissimum, qui includere postulet, et supponere amorem Dei super omnia. Unde si ea fuerint in ordine supernaturali, in hoc ordine excludit offensam Dei, réintégrât amicitiam divinam, et expellit offensam; quocirca vel in suo termino exigit necessario gratiam sanctificantem, ut plures volunt, vel ut verior opinio sustinet, eam ex parte principii supponit ; et aliquo ex his modis omnes testantur actum contritionis supernaturalis disponere ad gratiam. Si vero contritio constituatur naturalis, ut constituit sæpe allegatus Theologus, ratus eam hoc modo non excedere vires liberi arbitrii in homine lapso; in hoc ordine debet habere naturaliter, quod proportione servata, conceditur eidem in ùrdine supernaturali. Et ratio est perspicua ex modo tactis. Quia cum contritio, in quocumque ordine sit, semper comitatur amorem Dei super omnia, a quo in nulla catholica sententia potest divelli juxta nuper dicta, in nullo ordine admittit aversionem a Deo, in quo quidem ordine illa fuerit. Unde contritio naturalis in ordine naturali debet secum afferre, et simul naturaliter præstare, quod supernaturalis contritio superuaturaliter exhibet, et importat, consequenterque amorem Dei super omnia, conversionem ad ipsum, et ablationem offensæ in illo ordine, utpote incompossibilis cum amore Dei super omnia, et conversione præfata.

Quo ut indubio supposito, instauratur principium illius confirmationis. Nam quod convenit contritioni supernaturali in ordine supernaturali, congruit etiam contritioni naturali in ordine sibi proprio, et naturali, ut non negat prædictus Author, et constat ex toto membro 4 illius disputationis. Sed contritio supernaturalis ex

suamet entitate supernatural!, et qua supernatandis est. absque ulteriori ad alia recursu, importat amorem Dei super omnia, excludit peccatum et disponit ad Dei gratiam, et amicitiam. Ergo idem dicendum est de contritione naturali intra ordinem naturalem, intra quem importat amorem Dei super omnia, excludit aversionem ab ipso, affert propositum non peccandi de cætero cum spe veniam nanciscendi. Præmissæ constant, et Consequentia est legitima, sed minime admissu digna, utpote ex qua sequitur partem dispositionis ad gratiam immediate oriri a natura, et sic naturam saltem partialiter se disponere ad gratiam per actum a se elicitum absque gratia. Si enim præparatio ad gratiam non est aliud, quam ad Deum conversio, et idcirco contritio supernatural est præparatio, et dispositio intra ordinem supernaturalem, quia intra eun» dem ordinem convertit ad Deam ; cum contritio naturalis per suaramet entitatem sit ad Deum naturalis conversio, ex suamet eniitate sibi vindicat disponere, et consequenter erit fiispositio, ut Ipgitime inferior ;·non antem erit, ut catholice supponitur, quæ est manifesta implicatio.

Erasio. 94. Si forte ad hoc vitandum obtendatur adhuc intra ordinem naturalem non obire rationem dispositionis illam conversionem ; quia cum offensa gravis peccati non possit remitti jub una ratione, quin sub omni expellatur, et ad hoc requiritur supernatural!» gratia, palam fit nihil referre ad disponendum actum entitative naturalem.

Exeind,tar' Contra est, et instauratur vis argumenti. Nam si quæ ratio urget, ut peccatum non possit auferri sub una ratione, nimirum injuriæ naturalis, quin destruatur simul sub alia videlicet offensæ supernaturalis ; æque mifitat ut homo nequeat conteri de peccato sub una ratione, et non sub alia; et consequenter quod liberum arbitrium non possit elicere amorem, et contritionem naturalem, quin .-imul, et ex vi ejusdem possit elicere contritionem supernaturalem.

Assumplum, lmm' Hanc vero non potest efficere absque gratia : ergo nec il am. Minor et Consequentia non indigent probatione. Assumptura vero videtur manifestum, quia cum contrariorum ead^m sit ratio, ea iem prorsus debet esse conversionis, et aver.-ionis circa Deum ; sed non est «labilis aversio a Deo ut fine naturali, quæ simul non etiam avertat a fine supernatural!, maxime vero stante, et præounte lumine fidei, ut pneire supponit quoMio : ergo similiter uon erit dabilis conversio pure naturalis ad Doum authorem naturæ, quæ secure non alierat annexam conversionem ad eundem ut finem surpernaturaiem : hanc autem exigere gratiam nemo ambigit : ergo etiam ad illam requiritur quod est intentura. El in hoc sensu accipimus illud D. Fulgentii D.ft-tract, de Charilate a l Eugipium : *Malevolus* & animus non *impedit charilatem alteri, quia non habet sibi. Cum autem coeperit habere exordium, ul ita dixerim charitatis, nec malevolus potest esse, neo sterilis.* Et quodnam majus charitatis exordium, quam hominis ad Deum conversio orta ex absoluta ejus dilectione, cum qua malevolas esse non potest, nec sterilis? si autem est malevolus; ergo nec conversus ad Deum ut absolute, et super omnia dilectum.

95. Confirmatur et explicatur : nam ea-coitra. dem subordinatio, quæ est in objectis, ut objecta sunt, debet splendere in illorum attingendis : sed Deus ut finis naturalis subordinatur sibi ut fini supernatural!, et sub hac expressione diligendus proponitur per fidem : ergo actus qui in Deum tendit ut in finem naturalem sub præ.licta notitia fidei, nequit non exprimere subordinationem ad finem supernaturalem. Major constat, quia non alia ratione violando præceptum naturale se avertit homo formaliter, et expresse a fine supernatural! ; nisi quia supposita elevatione, et notitia illius per fi iem tenetur homo ita præcepta naturalia adimplere, quod non excludat, quin saltem quoad modum includat suhordinationem ad finem supernaturaem. Nec etiam alia ratione primo lapsus fuit angelus, nisi quia saltem quoad modum abjecit subordinationera ad Deum ut finem supernaturalem instante præcepto, ut osten iimus tract, de Angelis, et loco supra citato ex tract, de gratia disp. 2, dub. 4 explicuimus. Unde licet daremus in alio rerum ordine non elevationis naturæ humanæ ad superiorem finem, posse inveniri conversionem ad Deum pure naturalem, non tamen id concedi potest in hac providentia, et supposita explicita fide prædietæ elevationis, qualem supponit Author, cum quo disputatur.

Al hæc conversio ad Deum ut finem Urgeia. naturalem super omnia, nequit haberi nisi attingatur ip«e Deus super omnia dilectus ut est finis naturalis : sed ut est finis naturalis proponitur subordinates fini supernatural! : ergo nisi sub hac expressione fiat

fiat ad cum convenio, non est vera conversio naturalis ad Doum super omnia. Major constat in conversione Angelorum peccatorum, quæ quia instante præcepto, non fuit expressa saltem ex parte modi ad Deum sub illa ratione, evasit peccarninosa, et non fuit conversio vera, sed aversio, et gravissimum superbito crimen; non ob aliud nisi quia felicitatem naturalem ita sibi voluit, ut respuerit suburdinationem ad superiorem ordinem, saltem quoad modum agendi, quamvis expresse id non voluerit, utpote. errori obnoxium ob ea quæ diximus loco citato de Angelis. Minor etiam liquet, quia Deus nequit proponi, per filem, nisi quatenus author gratiæ omnia, et se ipsum ut naturæ Authorem sibimet subjicit, ac subordinat. Quare conversio, quæ supposita fide, et notitia supernatural! excluderet suhordinationem prædictam; abs dubio esset defectuosa intra propriam speciem, utpote quæ non se porrigeret ad omne id quod objectum exigeret. Unde probatur Consequentia : nam ubi aliquid excluditur ex parte objecti, non attingitur super omnia ; sicut ubi aliquid latet cognoscibile, ex vi illius cognitionis impeditur comprehensio ; quia de ejus ratione est, ut nihil lateat cognoscentem. Ergo conversio facta ad Deum ut Authorem naturæ, quæ non importat subjectionem ad eundem Deum ut Authorem supernatural·™, non est absoluta conversio : vel si id habet, nequit elici a natura absque auxilio gratis concesso. Nam ut recte urAк«· gebat olim Augustinus lib. de gratia, et lib. arbit. cap. 18 : *Unde est in ômnibus Charilas 'Dei, et proximi, nisi ex ipso Deo ? Nam si non ex Deo, sed ex hominibus, viceruntPelagiani : si autem ex Deo, vicimus Pelagium.* Et sane certum est ibi, et ubique S. Doctorem eo colliniasse, ut illuni amorem absolutum, et contritionem naturalem, qui sunt actus perfectissimi, aut quemlibet alium ita perfectum exclu ieret a naturæ viribus, et in gratiam revocaret contra id, quod asserebant Pelagiani. Quocirca totus semper fuit in negando prædictos actus libero arbitrio, quippe qui si darentur, abs dubio inferrent connexionem, el meritum inter opera ipsius naturæ, et graliæ. Et ut eam exploderet S. Doctor, invicte negavit ulla illorum operum esse a natura, sed omnia detuiit gratiæ, ut evidens fiet cuilibet ipsum consulenti.

Unde manet perspicuum, quod sicut non datur aversio a Deo, quæ secum non afferat ejus abjectionem, et sub ratione authoris naturæ, et ut est author gratiæ; ita ex libero arbitrio haud haberi potest conversio ad ipsum ut finem naturalem, quæ non includat, aut importet conversionem simuhaneam ad finem supernaturaIem : et consequenter ex inseparabilitate aversionis sub utraque consideratione, recte concludi inseparabilitatem conversionis ad Deum, quoad unam et alteram rationem; atque ideo vel neutram, vel unam et alteram gratiæ adseriptam iri. Est autem dc fide viribus naturalibus non posse hominem a peccato resurgere : ergo Theologice asserendum est non posse hominem eisdem viribus elicere conversionem hactenus descriptam, et propriis Authoris vocibus infra describen lam, a qua importetur amor Dei super omnia, et dolor peccatorum, quales nec forsan natura integra eliceret p-rfectiores ; sed debere provenire a gratia.

96. Nec oberit effugium præcepti naturalis didgendi Deum, et ad ipsum se convertendi, quo obstringitur homo intra ordinem naturæ, quantumvis lapsus, et a peccato obnoxius supponatur. Ex quibus videtur inferri, vel quod homo possit prædictum præceptum adimplere, vel quod non peccet illud non adimplendo, seu violando : siquidem nemo peccat, in eo quod vitare non potest. Porro absurdum est hominem non peccare, nec Deum naturaliter super omnia diligendo, nec ad Deum se naturaliter convertendo, maxime' quando prælucet ii lei lux de obligatione et de beneficiis homini a Deo largiter collatis. Ergo ne hoc dicatur, asserendum est hominem lapsum ex viribus naturæ posse contritionem elicere qua quoad substantiam adimpleatur præceptum naturale dilectionis, et contritionis.

Praeluditur ex August.

Non, inquam, obesi istud effugium, quin confirmat, et roboiat principium, quod assumpsimus in probationem conclusionis, ut ex mox dicendis constabit; dum tamen interim audiamus D. Augustinum similem objectionem sibi objectam refellentem ubi nuper dicendo : *Sedeat ergo inter nos judex Apostolus Joannes, et dicat nobis : Charissimi diligamus invicem. In his verbis Joannis, cum illi se extollere cœperint, et dicere : ul quid nobis hoc praecipitur, nisi quia ex nobis habemus ut invicem diligamus?* En objectionem ipsam contra nos intortam. Auscultemus solutionem, qna meliorem non optamus. *Sequitur con-*

D. August.

linuo idem. Joannes confundens eos, el dicens : quia dilectio ex Deo esi. Non itaque ex nobis, sed ex Deo est (Perpendatur ratio S. Doctoris). *Cur ergo dictum est. Diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est. nisi quia per præceptum admonitum est liberum arbitrium, ut quæreret Dei donum?* Et ut nihil dilectionis, aut conversionis a se habere liberum arbitrium ostenderet, immediate subtexuit : *Quod quidem sine suo fruclu prorsus admoneretur, nisi prius acciperet aliquid dilectionis, ut addi sibi qu£reret unde quod jubebatur impleret,*

Extu'rdi* Aapst θ~· Tribus duo docet S. Pater directe, et immediate adversantia doctrinæ, quam impugnamus. Primum est stare posse præceptum, quo homo adstringatur, quin actu supponantur vires proximæ ad illius adimpletionem necessariæ in homine lapso; nam eis sua culpa se indignum reddidit. Quocirca asseruit Angelicus Doctor 2, 2, q. 2. art. 5 ad J, *quod si* in potestate hominis esse dicatur aliquid, excluso auxilio gratiæ; ad multa tenetur homo, ad quæ non potest sine gratia reparante, sicut ad diligendum Deum, et proximum, et similiter ad credendum articulos fidei. Quem sensum retinens Concilium Tridentinum sess. 6, cap. **11,** sancivit Deum impossibilia non jubere, sed quod jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat, ut possis. Unde bene cohæret non posse hominem per liberum arbitrium gratia destitutum se exerere in adimpletionem præceptorum naturalium ; et quod peccet ea non adimplendo ut obtendebatur : quia præceptum non tantum obligat, sed etiam admonet, ut quæratur Dei donum, quo non violetur. Nam principium illud Concilii, et Patrum licet expressius teneat in præceptis supernaturalibus; non tamen excludit præcepta naturalia, et ad quæ homo per peccata redditur debilis, imo insufficiens sine gratia. Secundum nihil referre prætensam illam præexisteniiam fidei, ad illos actus eliciendos a libero arbitrio ; si huic nihil virium superaddatur, quia, ut inquiebat August. *sine fructu prorsus admoneretur, nisi prius acciperet, unde quod jubebatur impleret.* Quantumvis enim homo illuminetur per fidem, non ex eo solo robur accipit, si non prius aliunde fulciatur : atque ideo ex eo quod præcedat illustratio fidei, non bene probatur potestas in libero arbitrio, nisi potestas ad solam legem instruentem reducatur, quod non est tolerabile.

Angust.

98. Nec refert si immediato opponas : homo lapsus, eandem potentiam habet ad contritionem ex libero so o arbitrio eliciendam, quam ad diligendum Deum super omnia : sed ad hunc actum habet potentiam antecedentem, et absolutam : ergo etiam ad prædictam contritionem, et consequenter possibilis erit contritio ex viribus naturæ solius absque recursu ad gratiam. Utraque Consequentia constat. Minorem docuimus, et firmavimus tract, de Gratia disp. 2, dub. 4, § 1, ubi homini lapso detulimus potentiam antecedentem ad dilectionem naturalem Dei super omnia, qua quidem potentia redditur absolute possibilis actus. Major etiam constat : quia nec perfectior, nec subinde difficilior est contritio intra ordinem naturæ, quam intra ipsum ordinem di ectio Dei super omnia : ergo non major, sed eadem ad utrumque requiritur, et sufficere videtur potentia ; atque subinde si datur hæc in homine lapso ad dilectionem Dei naturalem, non debet negari ad contritionem.

99. Non, inquam, refert, si ita opponatur, ut liquet ex prænotatis in limine quæstionis, et quæ etiam prælibavimus loco supra citato de Gratia initio illius dubii 4, ubi solum nos accinximus ad nudam entitatem potentiæ secundum se accept®, præscindendo a cunctis aliis, quæ ex peccato obvenire, et obesse poterant, et ad actum dilectionis itidem secundum se acceptum, prout ex parte objecti nihil importat, quod sit extra lineam objecti super omnia diligibilis. Et hoc pacto concessimus, nec modo refragamur, potentiam antecedentem ad amorem Dei secundum se, et ut præscinditur ab omnibus aliis, qnæ obici esse possunt illius exeeutioni, ex quocumque capite se teneant. In præsenti autem, ut jam præmonuimus, comprehendimus omnia undecumque circunstantia, sive aversionem ipsam a Deo, sive privationem gratiæ, sive pravam inclinationem ad bonum sensibile, et debilitatem ad bonum rationis, et ut unico dicamus verbo, quidquid ex parte liberi arbitrii consequens, et concomitans ipsum peccatum se teneat : inter quæ non distinxit Author cum quo agimus, sed absolute processit, ut constat ex ejus verbis, supra relatis, nec consequenter nos distinguimus. Unde sicut ille absolute, et absque ulla restrictione detulit arbitrio humano potentiam ad se convertendum in Deum, et conterendum ex viribus naturæ, ita in eodem sensu

sensu nos illam negamus. Constat autem potestatem ab eo adstructam osso practicam, et omnino expeditam, ut homo so cxerere possit in ejus actum, prælucente, ac præmonstrante fide vel Dei supplicia ob peccata, vel ejus innumera beneficia. Hanc vero negamus, et negavimus in illo dubio § 2, et hoc satis erat objectioni diluenda?,' quin aliquid minus consonum ex illa, et ista doctrina consurgeret.

100. Sed quia major illius propositio non undequaque nobis probatur, illius occasione oportet principium a nobis assumptum amplius expendendo præsenti materiæ applicare, et ostendere differentiam maximopere observandam inter actum dilectionis, et contritionis, ut illi assignare possimus potentiam in homine lapso ad dilectionem Dei super omnia; secus vero contritioni, ut contritio est. Pro cujus luce præmittere oportet nomine contritionis duo posse importari, vel puram detestationem, displicentiam, vel etiam odium peccati, ut oppositi bono, quod diligitur. Et hoc pacto accepta nulli dubium esse debet oriri immediate ex ipsa Dei dilectione, sive naturali, sive supernatural! juxta conditionem dilectionis : nam eo ipso quod quis accedat ad terminum aliquem diligendo, recedit ab opposito, et displicet illi; quin ad hanc displicentiam major desideretur efficacia, aut virtus, ut de se constat. Unde in eo sensu, in quo homini lapso conceditur potentia ad diligendum Deum super omnia, concedi similiter debet facultas odio habendi peccata, in quo nequit esse dissidium. Si vero contritio accipiatur prout importat displicentiam peccati cum intentione removendi offensam, et reatum illi annexum : quo pacto non tam est fuga, quam prosecutio, et persecutio objecti, quod destruere intendit, est specialis pœnitentiæ actus, importatque specialem difficultatem, quæ non elucebat in ipsa primo modo accepta, ut de se liquet : atque ideo postulat ad sui elicientiam specialem virtutem Pœnitentiæ; et idcirco immediate non oritur ex amore, seu dilec-
I tione objecti, sed ab alio proximo principio,
quodcumque illud sit, ut ab eo in præsenti
; præscindamus, quod infra examinandum
est. Quam discriminis rationem accepimus
.ha. ex D. Thoma infra q. 85, art. 2, ubi illud
I docet solutione ad 1, sub his verbis : *Si*
f *trgo inactu pœnitentis consideretur sola dis-*
i *plicenlia peccati praterili, hoc immediate*
i *ad charitatem perlinet, sicut et gaudere de bonis proderitis; sed intentio operandi ad deletionem peccati praderiti, requirit specialem virtutem sub charilale.*

101. Hinc fieri constat, quod licet voluntati hominis lapsæ secundum se consideratе, et ut præscindenti a peccato, et peccato annexis, quomodo explicatur potentia antecedens, concedatur potentia ad Deum absolute super omnia diligendum ob rationes loco citato assignatas : non idcirco absolute concedi debet homini lapso ut lapso eadem potestas ad contritionem : sed sicut absolute negatur homini potestas ad superandam quamlibet gravem tentationem sine auxilio gratiæ, ut catholice docet major, et melior Theologorcm cohors, quibus subscripsimus disputatione illa 2, dub. 8, consimiliter eam negamus homini lapso ad contritionem ob illudmet principium ibi, et hic prosecutum, ex quo clare evinci existimamus intentum, si illud ex præmissa observatione instauremus. mano,

Nam implicat hominem ex viribus propriis posse elicere contritionem quoad entitatem, et substantiam, si ex viribus propriis non habeat virtutem proximam ad ejus elicientiam : sed homini lapso non sunt vires proximæ ad eliciendam contritionem adhuc quoad entitatem, et substantiam ; ergo homo lapsus non est proxime, et absolute potens ad eliciendam contritionem adhuc quoad entitatem. Consequentia est legitima. Major videtur per se nola ; siquidem eodem modo est aliquis potens, quo habet vires; atque ideo si eas proprias non habet, nullatenus ex viribus propriis potest dici potens, siquidem a se non habet. Nam quod ab alio possit petere (præterquam quod ad petendum a Deo, requiritur etiam gratia) non infert a se habere posse, sed ex alterius gratia juxta illud Apostoli : *sufficientia nostra ex Deo est,* quia ab eo postulamus, quod ex nostra potestate non habemus. Minor etiam liquet ex supradictis : quia forma a qua liberum arbitrium habet proximas, et expeditas vires ad recte eligendum, et se exerendum in opera virtutis ita nobilia ac perfecta, qualis est contritio, est ultimus finis, qui se habet ut principium omnino primum in operabilibus : sed homo lapsus est aversus ab ultimo fine sub omni ratione : ergo homo lapsus ex viribus propriis nequit elicere contritionem. instau- Apost.

102. Confirmatur:!0 Nam quoties ex continu parte actus primi est impedimentum inau-

fcribile a potentia non est potentia proxima, et ex propriis viribus potens ad actam secundam : sed homo lapsus ex parie actus primi suhest impedimento a se viribus propriis inauferibili : ergo humo lapsus non est proxime et expedite potens ad contritionem. Consequentia cum Majori constat. Minor vero probatur : quia homo lapsus est aversus a Deo ut Authore natur® : sed aversio ista ex una parte se tenet ex parte actus primi ; cum afferat privationem gratiæ dantis absolutum posse ad Deum diligendum : et ex alia sive aversio, sive gratiæ privatio sunt a libero arbitrio ex viribus propriis inauferibihs ; alias posset seipsum justificare, qnod est absurdum : ergo homo lapsus subest irapedimento a se viribus propriis inauferibili, et consequenter non est proxime potens a se, et absque recursu ad gratiam elicere contritionem. Probatur hæc ultima Consequentia ex præcedentibus : quia constituitur potens proxime, et expedite ad contritionem per amorem absolutum ultimi finis, et conversionem al ipsum, ad quod sub peccato est impotens, ut constat ex dictis loco citato, et hactenus ex illo in hoc dubio expensis ; ergo nullatenus viribus propriis se valet exerere in contritionem.

Coc-flrm. 2» Confirmatur secundo, quia si ob aliquam rationem posset ex viribus propriis, maxime quia est connaturale homini dolere de peccatis supposita illustratione fi iei, vel quia teneretur ad contritionem, et conversionem, vel ex utroque capite simul. Nullum vero sufficit ad hoc ut prælictas vires deferamus libero arbitrio absque recursu ad gratiam. Ergo inaniter ei conceduntur. Consequentia constat, et Major ambit illius Authoris motiva, ut infra videbimus. Minor veru probatur, quia si aliquod illorum capitum, vel simul sumpta, aliquid probaret; pariter evinceret posse hominem lapsum reportare victoriam cujuslibet gravis, et urgentis tentationis, supposito lumine fidei prohibentis succumbere peccato : est quippe naturale homini operari conformiter ad rectam rationem, et tenetur ita operari. Consequens autem est contra communem Theologorum sententiam. Ergo ex neutro illorum capitum aliquid probatur pro elicienda contritione ex viribus propriis.

Urgetur. Eo ve| maxime ; nam si ex illustratione fidei liberum arbitrium excitaretur ad contritionem naturaliter ; vel ea excitatio oriretur a tide, vel ab ipso naturali lumine? Si primum, jam contritio non esset naturali», sed supernaturalis, siquidem oriretur immediate a fide, quæ est quid emitative supernalurale, et a principio supernatural! nequit immediate ortum ducere aliquid, quod sit pure naturale, sed necessarium est ut saltem quoad modum sapiat indolem sui principii. Si autem immediate oriatur a lumine naturali, quantumvis illustretur extrinsece fidei notitia, nequii se in ultimum finem naturalem relucere, seu quod idem est, aversionem ab ipso excutere; cum sit primum principium totius ordinis, in quo humo se nequit constituere, nisi fultus ab ipso Deo, a quo fuit voluntarie aversus : et hoc fulcimentum non debetur homini voluntarie averso ab illo; et consequenter semper est necessaria gratia, quæcumque illa sit, de quo non disputamus.

103. Unde constat, quod licet demus, uti revera damus in homine lapso potentiam al amorem Dei, si tam potentia quam ille actus accipiantur secundum se, et præscindendo a peccato, quæ est potentia antecedens, eo quod illa dilectio non supponit per se peccatum neque etiam potentia secundum se, et quoad sibi connaturalia, sed omnia accidentaliter illi adjungitur : non inde cogitur idem asserere de contritione *. huic enim non accidentaliter competit supponere peccatum ; sed essentialiter, quia non est contritio, nbi non præcesserit peccatum, de quo sit conterendum. Unde majores vires exiguntur ad contritionem eliciendam, quam ad actum « dilectionis secundum se, ut liquebit hanc nolam, et a nomine negandam differentiam consideranti. Quare Major proposite objectionis est falsa, et probatio illi opposita.

104. Sed dices : etiam ad amorem naturalem, quem concedimus possibilem potentiæ antecedenti supponitur aversio ab ultimo fine; alioqui enim non solum esset constituenda potentia antecedens, sed etiam consequens : ergo vel ad utramque, vel ad neutram datur potentia antecedens.

Respondetur disparitatem esse, quod sehfar. aversio ab ultimo fine tollit potentiam consequentem tantummodo ad amorem : quocirca potius se tenet ex parte actus secundi, quem reddit incompossibi.em cum peccato. Ad contritionem vero se habet ex parte actus primi. Et ratio est : quia sicut voluntas non est proxime potens ad electionem mediorum, quin præcedat intentio finis,

finis, nec intellectus ad assentiendum conclusioni non supposito ussonsu præmissarum; quocirca positio, vel ablatio linis se tenet ex parte actus primi, et infert potentiam, vel impotentiam proximam ; et idem est de intellectu respectu præmissarum. Ita aversio, vel conversio ex parte finis ultimi se habet ad contritionem, atque ideo stante aversione, non est proxime potens voluntas ad contritionem. Cujus oppositum petit amor, qui est attingentia immediata ipsius finis, et ideo eo non stante adhuc stat potentia antecedens ad amorem secundum se.

Hinc dispellitur alia replica ab exemplo præmotionis. Nam ejus carentia non se tenet, ex parte actus primi, sicut nec ipsa præmotio; atque ideo homo non præmolus efficaciter adhuc est absolute, et simpliciter potens ad actum absque præmotione. Aversio autem ab ultimo fine se tenet ex parte actus primi ad contritionem cum privatione gratiae ; quia gratia est principium radicale, et Pœnitentia proximum contritionis ; et ejus loco ingreditur aversio cum privatione ; subindeque inducitur impedimentum inauferibile absque gratia ex parte actus primi 'se tenentis, et excluditur potestas proxima, et expedita.

|IV.

Consectarium notatu dignum,

105. Ex proximis dictis agnoscitur latum discrimen dilectionis naturalis a contritione : nam prior ille actus secundum se non excedit vires liberi arbitrii eodem modo accepti. Unde illum concedimus, et concedunt Theologi, si in puris naturalibus conderetur. Quocirca disp. supra allegata de gratia statuimus in bomine peccatore reperiri potentiam antecedentem ad praedictam dilectionem ob rationem nuper indicatam, et ibi latius expensam. Cum tamen eadem potentia non salvetur ad contritionem, ne Ium in homine lapso, sed nec etiam, si conditus fuisset in puris. Et ratio est eadem utrobique : quia homo conditus in puris, si se pt-ccato obstringeret, deficeret prorsus a rectitudine ultimi finis, ab eoque irremediabili ter se averteret, propriis viribus consideratis; siquidem se constituere non posset in illomet statu, a quo deciderat, nec Deum sibi pacatum reddere; quin eliceret actum dilectionis naturalis, quo vel peccatum a se excuteret, vel unurn, et alterum conjungeret, quod est manifeste implicatorium. Actus autem dilectionis se tenet ad contritionem ex parte actus primi, sicut intentio finis ad electionem, et assensus præmissarum ad conclusionem : ergo defectus prædictæ dilectionis inducit, et infert defectum non solum potentiæ consequents, sed etiam antecedentis ad contritionem. Non enim minus illa aversio se teneret ex parte actus primi, quam modo, nec magis esset auferibilis ab homine, quam quæ incurritur ab homine voluntarie se avertente a fine naturali per violationem præceptorum hujus ordinis.

106. Hinc inferimus,, et bene consequi arbitramur, nec in illo nec in isto ordine posse dari veram contritionem, quæ non sit supernaturalis, quantumvis concedatur amor Dei naturalis, ut concedimus et concedunt Theologi. Porro disparitatis ratio sumenda est tamquam ex prima radice ex dictis in hoc dubio, quibus si addantur, quæ importat peccatum mortaio in quocumque statu committi contigerit, haud obscure colligetur veritas hujus consectarii. Et quidem quodlibet peccatum lethale Deum qua Deus est absolute, et absque ulla limitatione offendere manifestum debet esse; siquidem illo avertitur homo ab ipso, non sub hac, vel illa ratione dumtaxat, sed sub omni vatione ipsum constituente in ratione ultimi finis. Deus autem non constituitur in ratione ultimi finis, nisi per illud quod ipsummet constituit in ratione Dei, et primi principii non solum hujus mundi, sed omnium possibilium, et omnium perfectionum excogitabilium. Unde peccans licet non in effectu, in affectu tamen ab omnibus illis recedit, omniaque illa posthabet, ac postponit bono commutabili, in quod convertitur; quocirca evadet injuria Deo in ie irrogata simpliciter infinita ; quia nimirum non recedit homo a Deo prout splendet in creaturis, qua solummodo attingitur lumine rationis naturalis; sed etiam ut est qui i ab ipsis distinctum, et infinite superius; quare recedendo a Deo fine naturali explicite, recedere necesse est virtualiter implicite, et interpretative ab ipso absolute, et ut finis supernaturalis est in se ipso.; licet ab homine sub ea expressione non attingatur : sufficit enim attingi sub universaliori ratione sub qua continetur esse naturale, et supernaturale. Sicut quia Deus sub universalissima ratione entis producit ad extra

hominem, nihil est in homine, quod non subsit influxui Dei, et si annihilaret hominem totus profecto in nihilum rediret; quamvis a Deo non nisi sub ratione entis suspenderetur influxus.

Conseil. 3. Hinc non posse dari veram contritionem, quæ supernaturalis non sit convincimur primo ex D.Thoa. d. Thoma 128 de Verit. art. 2, ad 5, ubi ait : quod *et si Adamus a solo statu naturæ decidisset, nihilominus tamen ad expiationem infinite offensæ, donum divin,τ gratis requireretur.* Ex quibus sequens formatur ratio sub hac forma. Quia contritio quæ vera contritio est, tendit primario, et directe ad compensandam Offensam, et injuriam Deo irrogatam per peccatura : sed injuria Deo irrogata per peccatum mortale est infinita, et supernaturalis ; ergo contritio, quæ vera contritio sit, debet esse supernaturalis. Major constat ex supra insinuata differentia, et amplius constabit ex dicendis ad q. 85. Minor autem probatur : quia si offensa irrogata Deo ut Authori naturæ, non esset supra vires totius naturæ creatæ, et creabilis (in quo esse supernaturale consistere tradunt communiter Theologi': intra ordinem naturæ esset aliqui I, quo expelli posset illa offeusa, ut videtur perspicuum : non est autem intra ordinem naturæ aliquid quo remittatur offensa irrogata Deo Authori naturæ : ergo prædicta offensa non naturalis, sed supernaturalis est. Probatur Minor ex dictis tract, de justificatione disp. 2, dub. 7, ubi late probavimus peccatum commissum in statu purorum, in quo nulla foret supernaturalitatis notitia, neutiquam deleri posse absque gratia sanctificante, quæ in omnium sententia supernaturalis est. Si autem intra ordinem naturæ esset aliquid quo remitteretur peccatum ; nullibi aptius, quam in illo statu, utpote omnino experti cujuslibet elevationis, assignari deberet : ergo si pro remissione peccati, et ablatione offensæ in statu purorum fit recurtus ad gratiam supernaturalem ; manifestum est non esse aliquid intra ordinem naturæ, quo remittatur peccatum commissum contra Deum authorem naturalem.

2 Probl'Uo' 107. Rursus probatur eadem Minor sequenti discursu. Nam illa offensa est supernatura is, quæ ad sui ablationem postulat concursum Dei omnino gratis exhibitum supra totum ordinem natuiæ (in quo non debet esse dissidium) ; sed intra totum ordinem naturæ non deberetur con cursus Dei, quo ex parte sua cederet offensæ, et ad so hominem lapsum reduceret : ergo talis concursus Dei foret gretis exhibitum, et supra totum ordinem naluræ. Major et Consequentia non indigent probatione, et suadetur Minor : quia si cui posset esse debitus prædictus concursus, maxime ipsi homini se convertenti ad Deum, ut ad ultimum finem (recurrere enim ad aliorum exigentiam est in incertum ire, et potius divinare, quam cum fundamento Theologizare) : sed homo lapsus nequit se convertere ad Deum, quin prius Deus se convertat ad hominem, ut passim clamant Scriptura, et Patres, ut vidimus supra, et hinc apparet illorum testimoniorum energia; nec homo discissus ab ultimo fine se in illum absque illo prius movente, et agente potest se reducere : ergo concursus ille nulli intra totum ordinem naturæ esset debitus ; et consequenter Deus non illum exhiberet, nisi operando supra ordinem, et exigentiam naturæ, et consequenter supernaturaliter.

Tenii 108. Tertio probatur eadem Minor : nam illa offensa est supernaturalis, quæ ita versatur contra Deum cognitum qua Deus est, ut ab illo sub omni ratione recedere velit : sed talis offensa est quæ committitur intra ordinem naturæ contra Deum : ergo talis offensa est supernaturalis. Major sumitur ex D. Thoma in 4, dist 16, q. 3, D-Tte». art. 2, q. 3, docente : *quod aliquando variatur species peccati sine hoc, quod intentio feratur ad circunslantiam : sicut fur ita libenter acciperet vas aureum non sacratum, sicut sacratum, el tamen in aliam speciem peccatum mutatur scilicet de furto simplici in sacrilegium.* Constat autem peccatorem ita libenter recessurum a Deo ut est Author supernaturalis, ac ab ipso recedit ut est Author naturæ ; non enim ipsum postponit bono commutabili, nisi qua Deus est. Quid ergo mirum quod illius offensa evadat allions ordinis, et consequenter supernaturalis : non enim res pensari debet ex re attacta explicite, in quo decipiuntur alii, sed ex affectu, et modo, ut clare convincitur exemplo D. Thomæ.

Ccsst-qswiii ptob. Hinc probatur prima Consequentia primi syllogismi : quia contritio, quæ est vera contritio, tendit ad placandum Deum media compensatione offensæ ipsi per peccatum irrogatæ : ergo si offensa est supernaturalis, contritio debet esse supernaturalis, et ex motivo supernalurali. Patet hæc Consequentia : quia non stat hominem esse vere contritum, et Deum esse illi

illi homini aliqua ratione offensum : ergo si sola contritio tendit directe in destructionem offenste, et nihil offenste manet posita contritione, nequit non et ipsa contritio evadere supernaturalis. Sic enim se habet contritio ad destruendam offensam, sicut ad abluenda peccata; nec in hæc tendit nisi quatenus important offensam Dei : sed contritio, quæ non detestatur omnia peccata sub universali ratione peccati, non est vera contritio : ergo quæ non tendit in compensationem offensæ, qua offensa est, et undecumque proveniat, non p.Tbou, est vera contritio. Minor est D. Thomæ, imo et totus discursus infra quæst. 86, art. 3, ubi ait : *Peccatum mortale non potest sine vera pœnitenlia remitti, ad quam pertinet deserere peccatum in quantum est contra Deum, quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus. Ubi autem est eadem ratio, est idem effectus. Unde non potest esse vere pœnitens, qui de uno peccato pœnilel, et non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem veræ pœnitentiæ) sequeretur quod de omnibus peccatis pœniteret.* Non ergo stat contritio de offensa sub una ratione, et non sub alia. Et consequenter omnis vera contritio, cum tendat in divinæ offensæ compensationem, qua offensa est; sicut in omnia peccata, qua peccati communem subinduunt rationem, debet esse, et revera est supernaturalis.

Otyt- ω' 109. Nec refert, si objicias, secundam Minoris probationem fallere, imo et totum discnrsum pati manifestam instantiam in amore naturali Dei, quem nullus it inficias, quoniam homini lapso non debetur influxus Dei ut authoris naturæ ad amorem naturalem, nec homo se ipso absque auxilio Dei se constituere valet in prædicta dilectione; et tamen nec influxus Dei in amorem, nec amor ipse evadunt supernaturales : ergo nec similiter contritio erit supernaturalis, ex eo quod concursus ad illam non sit alicui debitus, nec homo possit contritionem elicere, quin prius a Deo ad contritionem excitetur, et vocetur; in quo sistere videbatur tota vis illius probationis.

Et hinc totus discursus inefficaciæ redarguitur. Nam dilectio naturalis Dei super omnia, iia tendit in Deum, ut Authorem, et finem naturæ, quod simul indirecte, et ex consequenti se porrigit usque ad præcepta supernaturalia, et consequenter ad ipsum finem supernaturalem. Et tamen nullus hactenus docuit prædictum amorem esse supernaturalem : ergo nec similiter contritio, qua homo conteretur de offensa Dei Authoris naturalis. Ex quo rursus fiet æque esse possibilem, imo de fa>;to datam iri contritionem naturalem , ac amorem Dei naturalem ut recta proportio inter amorem, et dolorem servetur.

Non, inquam, refert ista objectio, licet specie tenus videatur difficilis, quia procedit ex non satis penetrata radice distinctionis inter amorem , et contritionem , quam confundit cum simplici odio peccati; cum tamen esse distinguendum inter illa constet ex supralictis in hoc dubio, ut nos docuit D. Thomas. Unde hac objectione recte probatur intra ordinem naturæ reperiri, et amorem Dei Authoris naturalis, et simplex odium peccati ex amore prædicti ordinis ortum, non vero suadet ita posse offendi Deum ut Authôrem naturæ, quod non evadat hujus offensa supernaturalis, nec consequenter quod contritio non sit et semper debeat esse supernaturalis. Quoniam talis debet esse quoad ordinem contritio, qualis est offensa, in cujus directam expulsionem collimat : sed offensa irrogata Deo Authori naturali est supernaturalis, utpote quæ auferri nequit absque gratia supernatural!, non qualicumque sed sanctificante : ergo contritio, quæ vera contritio sit, debet esse supernaturalis. Consequentia constat, quoniam contritio quæ vera contritio est, et non tantum apparens, est ultima dispositio ad iterum ineundam amicitiam cum Deo : sed intra ordinem naturæ non datur forma sanctificans naturalis, aut naturaliter expellens peccatum commissum contra Authorem naturalem, ut constat ex D. Thoma : non ergo intra hunc ordinem reperire est veram contritionem, quæ sit naturalis. Inanis profecto, et commentitia est ultima dispositio ad formam, quæ non datur, nec est possibilis, ut vel in naturalibus constat : esset quidem ultima dispositio, et non esset.

Refehitur.

110. Hinc instauratur secunda Minoris probatio, contra qqam directe militat objectio : nam offensa quæ postulat ad sui exclusionem sive ex parte Dei, sive ex parte creaturæ influxum omnino indebitum, ac proinde supernaturalem, est abs dubio supernaturalis : sed offensa Deo irrogata intra ordinem naturæ postulat influxum supernaturalem, siquidem nulla

Befelii- lur probatio- nem instau- rando.

naturali forma potest deleri, nec macula peccati, nec injuria ex illo inducta. Ergo influxus ad unam, et alteram requisitus nullo ex capite est debitus, et consequenter omnino est supernaturalis. Ratio est a priori : quia in nullo ordine, in quo non est forma, esse potest dispositio illius, quoniam dispositio non est nisi propter formam, si· cut nec media nisi propter finem : quocirca ex repugnantiaformæ recteprobatur repugnantia dispositionis ad illam, sicut ex repugnantia objecti bene affirmatur repugnantia habitus, vel actus. Constat autem repugnare formam naturalem formaliter sanctificantem, aut excludentem peccatum nec quoad maculam, nec quoad offensam : repugnat ergo contritio naturalis.

Dilnitnr je*10' Ad objectionem ergo quatenus huic fundamento adversari potest, respondetur hominem lapsum neutiquam posse in amorem naturalem Dei erumpere, quin prius sanetur per gratiam; nec similiter in contritionem perfectam absque eo quod interveniat eadem gratia. Et quoad hoc non est disparitas inter amorem, et contritionem in ipso instanti justificationis; uterque enim aclus ipsam postu'at in illo instanti, licet ex diverso capite; nam contritio ut principium eliciens ; amor autem Dei tantum ut removens prohibens, sive ut causam expedientem. Siquidem eo ipso quod homo a peccati nexibus exuatur, cessat impedimentum se exerendi in actum sibi proprium, et connaturalem, qualis est amor Dei super omnia atque ideo redditur potens proxime, et expedite ad illius elicientiam adhuc in illo instanti. Quia tamen connaiuralius est in ipsomet instanti gratiam se exerere in actum supernaturalem sibi proprium dilectionis Dei, in quo eminentius continetur adimpletio præcepti naturalis, idcirco non est necessarium erumpere in actum dilectionis naturalis, quamvis possit. Contritio vero cum sit ultima dispositio ad gratiam, a qua debet procedere juxta ea quæ tract, de justificatione disp. 3, dub. 3 et 4, statuimus, postulat eandem gratiam ut sui principium effectivum. Unde nec in ipso justificationis instanti, nec deinceps dum perseverat in statu justi, potest dari contritio, quæ non procedat a gratia sanctificante ut a principio radicali, et a Pœnitentia ut a virtute proxima. Pro cujus clariori differentia recoli debent, quæ expendimus disp. 2, de Gratia dub. 4, g 3 et 4.

Occludi- reilica. U1· Nec refert hominem tunc posse elicero amorem Dei naturalem, et consequenter odio habere peccata ex illo motlvo naturali, ut similiter possit do illis habere contritionem naturalem. Nam ratio disparitatis est, quod amor Dei naturalis in eo casu supponit rectiGcatam naturam, et culpam ablatam per gratiam, unde nihil mirum, quod natura ita restituta ad meliorem frugem, possit uti ipsis viribus naturalibus ad dilectionem Dei prout splendet in creaturis, et est illarum principium, quo pacto, vel ipsi peritiores Philosophi unatn primam causam omnium principium, et finem agnoverunt, et illorum principem Aristotelem dixisse fertur : *Causa causarum miserere mei.* Ex hoc autem amore naturaliter oritur odium, et displicentia peccati ut oppositi præcise illi bono, in quod tendit homo per illius naturalem dilectionem; quin aliqua major difficultas splendeat in uno, quam in alio actu. Contritio autem, qua contritio est, altius supervolat respiciendo ipsam Dei offensam, qua offensa Dei est, eamque expiare, ac compensare intendit media emollitione hominis contriti ; et inde importat specialem difficultatem, ad quam vires naturales non sufficiunt, ut manifeste convincit communis assertio nullam formam naturalem sanctificantem admittens; nec limitatur ad unum vel aliud peccatum, sed omnia abolere intendit. Quocirca Doctor D.Tboe. Angelicus infra q. 85, art. 1 ad 2, docuit, quod *Panitenlia habet quidem realiter generalem materiam, in quantum respicit •omnia peccata ; sed tamen sub ratione speciali, in quantum scilicet sunt emendabilia per actum hominis cooparenlis Deo ad suam justificationem,* vel perfectiorem justificationem, ut accidit in casu quem versamus. Unde semper prædicta contritio est supernaturalis, utpote cooperatio hominis cum Deo supernaturaliter agente ad remissionem offensæ, sub ratione communi offensæ, sub qua non coarctatur ad ordinem naturalem. Et sane quem non pœniteret de peccato, quia peccatum est, sed ob aliquam peculiarem rationem ; non vere, et absolute pœniteret, nec ad gratiam se disponeret.

Amplia dltD,13r' 112. Hinc ad replicam, quæ in totum discursum regerebatur, facile constat. Nam ita cum sit amorem Dei naturalem importare subjectionem ad ipsummet ut Authorem, et tinem naturæ; et prædicta subjectio in hoc ordine nequeat persistere cum aversione ab ipso ut fine supernatural»; quippe

quippe qua indirecte violatur jus supernaturaie, ut supra indicavimus, et accuratius prosecuti sumus locis allegatis ex tract, de Gratia, maxime vero illa disp. 2, dub. 4, § 3 et 4, nihil mirum, quod dilectio naturalis ita contineatur intra ordinem naturalem, quod mediate, et ex consequenti se porrigat ad impediendam violationem praecepti supernaturalis indirecte oppositam juri, et dilectioni naturalibus : atque ideo in homine elevato numquam separatur ab amore supernatural! proprio ipsius «ratiæ. Contritio vero absolutior, cum tendat ad extinguendam injuriam, qua injuria est contrit Deum, media compensatione : et quia offensa gravis contra Deum quomodolibet irrogata fuerit , importat mortem animae, et jus divinum in se ipso lædit, ac damnificat; hinc fit nullam esse gravem Dei offensam, quæ non sit supernaturalis, et quæ utramque rationem a Deo non avertat, atque ideo quod contritio, qua expiari debet, supernaturalis non sit.

Cujus si ulteriorem radicem quæras, facile elicies ex dictis : quia contritio supernaturalis, per cujus analogiam discurrendum est de contritione quam volunt naturalem, non tam tendit ad auferendum malum peccatoris, sed quod idem est, maculam peccati, qua ratione deturpat, et denigrat animam (hoc enim supponitur factum pro aliquo priori ab ipsa gratia in genere causæ formalis), quam in ipsam offensam, quæ est malum Dei, et inducitur per aversionem ab ipso, et hanc intendit destruere. Unde non respicit radicem offensa*, quod fuerit ex hoc, vel ipso motlvo facta; sed quia offensa est, et quia est Deo irrogata in se ipso, unde evadit supernaturalis in ratione remissibilis; quam et non aliam supernaturalitaiem illi deferimus.

i'i-·· 113. Unde novas réassurait vires nostra upj, resolutio, et retorquetur argumentum. Non enim ex alio principio distinguunt Theologi ordinem naturalem a supernatural!, quam ex eo quod in illo attingitur Deus, prout splendet in creaturis, et effectibus naturalibus ; in isto vero tendentia non sistit in creaturis, sed in ipsum, pro ut in se est, cuncta hujus ordinis collimant ; et penes hos duos respiciendi modos differunt ordo naturalis, et supernaturalis : sed offensa irrogata Deo intra ordinem naturæ afficit Deum in se ipso immediate, a quo evellit rationem ultimi finis ; hæc ergo offensa in se ipsa supernaturalis est. Patet Consequentia : si enim quod actus tendat in Deum prout est in se, est ratio adœquata ipsum constituendi in ordine supernatural!, cum quielibet Dei offensa Deum, pro ut in se est, moraliter afficiat; nulla profecto erit, quæ supernaturalis non sit. Sed dispositio ultima ad auferendum offensam supernaturalem per modum compensationis debet esse supernaturalis. Ergo cum hoc contritioni conveniat, legitime infertur nullam esse contritionem, quæ vere supernaturalis non sit. Contritio autem supernaturalis nequit fieri viribus naturæ. Ergo perperam conceditur a Molina ubi supra posse liberum arbitrium cum propriis viribus, et solo concursu generali Dei elicere contritionem quoad entitatem, quo pacto est supernaturalis.

114. Est tamen observatu dignum hactenus dicta processisse juxta nostram sen* tentiam, quam locis allegatis, eligimus circa amorem Dei naturalem, possibilem quidem, et naturæ puræ, et lapsæ secundum se, et proprias vires adhuc post peccatum relictas. Si vero quis maluerit oppositam amplecti (quæ est plurium, et satis gravium discipulorum D. Thomæ) quibus novissime adhæret Lemos tom. 3, tract. 2, cap. 30, num. 475, in nullo statu admittentium amorem Dei adhuc naturalem super omnia absque gratia, clarius detegitur falsitas prædictæ sententiæ. Si enim nec in natura pura admittitur possibilis prædictus amor ; qua ratione concedi poterit contritio naturalis, et amor itidem naturalis in homine lapso, et in peccato existent!. Quapropter in nulla sententia discipulorum D. Thomæ admittenda erit, sed ut a veritate aliena mandari debet positio illius Authoris, utpote contra sacrarii Scripturam, et SS. PP. praecipue vero Augustinum, D. Thomam, et contra veram Theologiam nullam agnoscentem contritionem non supernaturalem. Recolantur superius dicta in hoc tract, disp. 2, dub. 4. *Observat10·*

§ V.

Opposite sententiæ fundamenta referuntur, el refelluntur.

115. Oppositam sententiam asseruit Molina ubi supra esse quam plurium scholasticorum, et pro ea refert ex discipulis D. Thomæ Magistrum Cano relect. de Pœnit. pag. 121. Sotum in 4, dist. 17, q. 2, pppopiures referens,

art. 5, et Cajetanum q. 1 de Contritione, Sed quidquid sit de Cajet, qui non ita clare locutus fuit, constantissimum est Cano, et Soio in alio lonee sensu fuisse locutos, et quod attinet ad Magistrum Soto in illius distinctionis quœstione, et art. allegatis hæc habet : *Contritio vero nasci nequii, nisi ex auxilio speciali Dei supernaturali prævenienle liberum arbitrium, et simul infundente habitum Panilentiæ, ex quo actus contritionis elicitur; nec* in toto illo articulo agnoscit aliquam contritionem, quæ non sit ultima dispositio ad gratiam, et consequenter supernaturalis, ut illum percurrenti constabit. Quod enim ibi in solutione ad argumenta se referendo ad dicta lib. 1 de nat. et grat. cap. 22, admittat ex viribus naturæ posse haberi hunc actum : *Volo Deum in omnibus, et super omnia placere,* minime infert in eo fuisse, quod amor Dei super omnia absolutus, et efficax, nec similiter contritio, naturæ debeant tribui, exclusa gratia; alias se ipsum negaret, et sibi ipsi paucis interjectis lineis contradiceret. Sensus *ergo* illius est prædictum actum viribus elicitum naturæ esse inefficacem, non tamen perfectum, et executivum ut ejus verba declarant : *Quæ quidem dicitur dilectio Dei objectiva, id est, quæ Deum habet pro objecto, et requisita; non tamen infusa, et perfecta, et exeeutiva, atque efficax. Pari ergo modo potest esse similis detestatio offensx Dei,* nimirum inefficax, et imperfecta, quæ potius est velleitas, quam fixa voluntas seu volitio, de qua non est quæstio, sed de entitate contritionis, et hanc affirmaverat non aliunde nasci, quam *ex auxilio Dei prævenienle liberum arbitrium,* et infundente habitum Pœnitentiæ.

vindi- Magister Soto.

Scot. Gab. Oehatn. Petrus de Aliae. Marsit. Richiard. D. Bonavent. Vega a Molina relati.

Ex aliis vero annumerat Molina pro eadem sententia Scotum in 4, dist. 4. Gabriel in 3, dist. 26, q. 1 et dist. 14. Ochamum, Petrum de Aliaco, Marsil. Richardum, quibus accenset Palud. in 4, dist. 14, q. 2. Bonavent. ibidem dist. 17, art. 2, q. 3. Vega super Concilium Trident. lib. 7, cap. 33. Victoria in relect. de potestate Ecclesiæ q. x, n. 9. Et concludit neminem se legisse ex Antiquioribus Soto, et Cano, qui huic sententiæ adversetur, quocirca Majorem, Gregorium, Capreolum, ut ab ea non recedentes, vel saltem non negaturos adducit. Sed fides sit apud referentem, de qua alii dubitant, ut videre est apud Magistrum Lemos ubi supra cap. 27. Quod nostra refert, est fundamenta librare, ut indo quid ponderis illi insit, cordatus judicet.

116. Primum ergo, cui totum robur sententiæ Molina commisit, ipsiusmet verbis fideliter relatum, est hujusmodi : *Patio vero, quæ communi Doctorum sententiæ patrocinatur, hæc est. Quia præexistenU maxime lumine fidei, quo agnoscimus Deum conditorem nostrum, innumeraque, et maxima beneficia, tum naturæ, tum gratiæ, qux in nos contulit usque ad proprii sanguinis in cruce effusionem, quo insuper cognoscimus justis sempiternam felicitatem, impiis vero ignem sempiternum, exlremamque miseriam esse propositam, lethale autem peccatum tam extremum esse malum, adeoque divinam majestatem offendere, ut vel unum sil satis, ut qui illud commiserit, nisi de eo doleat, stnluatque nihil tale deinceps committere, supremam amittat felicitatem,* in *exlremamque incidat miseriam, procul dubio tam potens sit hæc cogilalio ad excitandam, et permovendam voluntatem, ut liberum arbitrium ejus, qui hæc sibi persuaserit, atque a proprio acumine, aut alterius suggestione, et hortatu rem attente consideraverit, cum solo concursu generali Dei elicere valeat, intuitu quidem extremorum malorum, in quæ alias incidet, dolorem, seu detestationem suorum scelerum cum proposito cavendi in posterum omnia peccata lethalia, in quo consistit attritio quoad substantiam actus; intuitu vero bonitatis, ac beneficiorum Dei, similem detestationem, ac propositum, in quibus posita est ratio contritionis quoad substantiam aclus, insufficientis ad salutem, eo quod peculiari impulsu Spiritus sancli excitata non sil, nec effecta.*

Vertu

In quo fundamento non possumus non annotare quæ immediate membro 2 subtexuit : *Non desunt hisce temporibus, qui periculosam, quin et errori proximam, celebrem hanc Scholasticorum sententiam arbitrentur, etiam si sermo esset de viro catholico, qui in eo esset lelhali peccato, qui neque fidei, nec spei adversaretur, de quo est sermo in ratione confecta.* In quo profecto iste Author non bene meretur nec de Doctoribus, nec de illorum communi sententia quasi ea sit, ut erronea censeri valeat, vel saltem errori proxima, quæ est sententia communis, et a D. Thoma, D. Bonaventura, et pluribus aliis scholasticis docetur : hoc enim non bene cohæret, nec apud cordatum quemlibet bene auliet. Unde vel non esse D. Thomæ, et aliorum scholasticorum communem illam sententiam,

tiam, ut revera non esse monstravimus, vel non esse tani gravi censura inurendam, tenendum est.

fâ? ai '*.**. InsuPer- nis ut errori proxima sugillatur; illius fundamentum ita expensum, et propositum erit deceptorium, et ruinosum, ac subinde protinus amandandum, utpote indignum, cui catholicus Theologus adhæreat; quin enodare, et si qua illi est difficultas, detegere, et extricare tenetur. Quo contra se gessisse laudatum Theologum manifestum erit cuilibet conferenti, quæ ex ipso nuper retulimus cum iis, quæ docet disp. 43, illius concordiæ juxta impressionem Olyssiponensem sub anno 1588, ubi pag. mihi 263, § *Reliqui motus,* sub eisdem fere verbis illudmet principium reassumitad explicandam gratiæ prævenientis rationem, dicens : *Dum intellectus illustratus jam lumine fidei supernaturalis, sempiternam beatiludinem homini a Deo praeparatam cogitat, bonitatem ac excellentiam illius, tam multa, et pràclara Dei opera, ac beneficia in hominem collata, de quorum numero sunt Christi incarnatio, ac passio, consideratque reliqua media, quae sibi ad vitam asternam consequendam abundantissime suppeditata sunt; naturaliter oritur in voluntate, non solum affectus ad beatitudinem, quo allicitur, et invitatur, ut cum amore concupiscentiae velit, sed etiam molus erectionis, quo attrahitur, et allicitur ad eam ipsam a Deo sperandam, et § Deinde* immediate sequenti inquit : *Cum intellectus lumine fidei illustratus, prscexistenteque actu spei supemcluralis in voluntate, Dei bonitatem, tum secundum se, tum erga nos considerat, et tam mulla, ac magna beneficia, quibus tam suaviter nos praevenit, naturaliter excitatur in voluntate motio affectus amoris, amicitis erga Deum, quo ea potentia allicitur, et ad Deum diligendum invitatur.* Et inde se accingit ad explicandum motus contritionis, et attritionis pure naturales procedere a libero arbitrio, eisdem ferme verbis, quibus supra in argumento proposito communis sententiæ ab aliquibus ut errori proximæ suggillatæ rationem expenderat.

QîiJ w. 117. Ex quibus duo sequuntur nulla tergiversatione eludenda : et quod in ea fuerit sententia, quæ a pluribus ut errori proxima, ipsomet teste, nuncupabatur : et quod non solum libero arbitrio detulerit actus contritionis, et attritionis absque gratia, sed etiam desiderium beatitudinis, amorem concupiscenti® erga illam , et amicitiæ erga Deum, et aliquid altius, quo exigitur ad sperandam eisdem viribus beatitudinem ; licet postea illis motibus se inserat Deus, ut ipse loquitur, illosque suo supernaturali influxu, non solum acuit, et incendit, sed etiam efficit supernaturales. Quod est supervenire gratiam ad influxum antea præstitum a libero arbitrio, ad eum sane modum quo dealbans parietem supervenit ad influxum parietem extruentis. Quæ non ideo appinximus, ut Authoris doctrinam aliqua nota inuramus quod maneris nostri non est, sed ut ex ipsiusmet confessione constet, quanti fieri debeat illa communis sententiæ notio, ab ipso formata, quantumque ponderis insit nostræ contra suam sententiæ, juxta quam nec vestigium periculi adest; cum tamen in admittente, et propugnante contritionem quoad substantiam naturalem insit ut aliqui censent, proximum incidendi in errorem juxta ipsius attestationem.

Qnid 118. Et sane quod ægerrime componi judicamus, et doceri semper optavimus, est quod ex una parte asserit hæc sententia, et ex alia sancit Ecclesia. Illa enim tenet *motui naturali voluntatis, quo afficitur ad res cognitas per fidem se quasi inserere Deum influxu supernaturali, quo quasi acuit illum motum, ut magis urgeat, et allidat, efficitque illum supematuralem :* ita disp. 33, § *Accipe ergo.* Addit vero § immediato *ex his palet, liberum arbitrium posse illos desiderare* (plane et supernaturales) *et petere a Deo, et quodammodo seipsum aptare, et disponere, ut juxta communem cursum, ac ordinem divinae providentiae facilius sibi a Deo donentur.* Id quod iterato affirmat § *Deinde* supra allegato, dicens : *Huic molui se inserit Deus, iliumque suo supernaturali influxu, non solum acuit, et incendit, sed etiam efficit supematuralem , qualis videlicet in suo ordine, et gradu est ad salutem necessarius. Influxus ergo, quo Deus in illum influit* (acuendo, et incendendo quidem), *appellatur auxilium gratiae praevenientis : motio vero, et affectus ut est a Deo per illum influxum, dicitur gratia praeveniens, et excitans liberum arbitrium.* Ex quibus patentissimum fit, quod supra deduximus, nimirum priorem esse operationem liberi arbitrii naturaliter agentis operatione supernatara i Dei, utpote qua se inserit Deus motui naturali ipsum acuendo, et supernaturaiizando, atque ideo se habere Deum uti se habet dealbans parietem respectu illum construentis : fit insuper hominem

se utcumque disponere ad cratiam prævenientem, et excitantem absque gratia, sed sola natnræ inclinatione attenta, supposita fide, ut diserte affirmatur. Consequitur tandem nomine gratiæ prævenientis nihil aliud intelligi, quam ipsam motionem, prout est a Deo. Constat autem ex immediate deductis, et palam assertis prius voluntatem velle, quam Deum se ille inserere, prius liberum arbitrium se aptare, ac disponere proprio, ac naturali influxu, quam elevetur, acuatur, et incendatur a Deo : ergo homo est qui ex propriis viribus prævenit Deum ab ipso adhuc non præventus, et idem homo se utcumque disponendo excitat Deum, a Deo non excitatus, ut sibi facilius a Deo donetur. Hæc inquam in hac sententia negari non possunt, ut transcripta verba declarant, quin interpretationem admittant, vel imposturæ argui possint. Et ut uno verbo rem concludamus, de toto ordine supernatural! ita theologizatur in hac sententia, ut influxus naturalis praeeat supernaturalem, isteque superveniat, ut dealbatio supervenit ad constructionem parietis.

Quid Ecclesia, docet.

C'nde superest, audiamus, quid doceat Ecclesia, et missis omnibus iliis testimoniis initio hujus dubii pro nostra sententia allegatis, quæ clarissima sunt, et Pθηβ innumeris aliis toto tract, de Gratia sparsim productis, vel ex illa frequenti Ecclesiæ oratione satis convincitur discrepantia. *Actiones nostras quæsumus. Domine, aspirandoprxveni, el adjuvando prosequere, ut euncla nostra oratio, et operatio, a te semper incipiat, et per le capta finiatur,* juxla quem orandi mo.lum confitemur nullam esse nostram actionem salutarem, non præveniri debeat a Deu, ab ipsoque adjuvari, ut ab ipso primo incipiat, et incepta per ipsum finiatur. Constat vero initium utcumque salutis esse esse diligere Deum super omnia, conterere de ejusoffensis, desiderare beatitudinem, illamque sperare, ut liquet in infirmitatibus naturalibus, a quibus ex seipsa aliquatenus convalescente natura, superveniens medicina perficit quidem, et consolidat, non tamen inchoat sanitatem, et idcirco sanitas primo tribuitur naturæ, deinde arti, ut constat ex Philosopho appellante medicinam ministrara naluræ» et 'Psius instrumentum. Ergo si initium dilectionis, contrition s, et aliorum mutuum prius habet esse a nalura, quam a gralia; nullatenus hæc putest esse salutis initium, nec consequenter excitans, et praeveniens gratia, motio Del potest rationabiliter dici ; quin imo ipsa Dei gratia debet appellari excitata, et proventa a natura, contra expressam Conciliorum doctrinam maximo vero Tridentini tota illa sess. 6, de justificatione, ubi specialius cap. 5, *declarat ipsius justificationis exordium in adultis per Jesum prævenienle gralia sumendum esse, hoc esi ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut qui per peccatum a Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se- ad suam ipsorum justificationem, eidem gratis: libere assentiendo, el cooperando disponantur.* Quocirca in fine prædicti capitis concilians , Sancta Synodus, nostram libertatem cum illa primo excitante ac prævenientê Dei gratia, quin haec illi adversetur, sed amico foedere conjungatur, in quo opposita sententia oflensionis lapidem comminiscitur, ita concludit : *Unde in sacris litteris cum dicitur Convertimini ad me, el ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonemur : cum respondemus : Converte nos Domine ad te, et convertemur, Dei nos gratia præveniri confitemur.*

Trito

In quibus oppositus procedendi modus evidentissimus est, siquidem juxta Tridentinum ita nos ad Deum convertimus, quod prius ab ipso convetti enixe postulemus, et postulare debeamus. In opposita vero sententia prius nos influxu naturali ad Deum vel per amorem, vel per contritionem, imo et spem tendimus; quam Deus nos excitet, trahat, et præveniat. Et hoc ut dixi, doceri semper optavimus, qualiter cohæreat illa doctrina toties ab illo Authore diserte tradita de præcedentia nostrorum actuum in ordine ad Deum supernaturaliter operantem cum doctrina in Concilio firmiter stabilita de præcedentia gratiæ Dei, ut excitantis, et prævenientis nostram voluntatem naturalem. Quare vel nulla gralia vere excitans, ac præveniens ex parte Dei constituenda est, contra expressa testimonia, tum Scripturae, tum Conciliorum, tum Patrum, et ipsam praxim Ecclesiæ nos eam orare, et flagitare a Deo docentis; vel si ea admittitur, ut revera nedum admittere, sed et confiteri tenemur, necessaria illatione consequi affirmamus, omnino falsum esse posse hominem ex suo libero arbitrio; quinpræveniat gratia Dei ipsum excitans, et adjuvans, elicere vel amorem Dei super omnia, vel contritionem, vel firmam spem adhuc naturales.

120. His itaque breviter annotatis occasione primi argumenti, ut ejus inefficacia ostendatur, plura alia producturi (si res postularet, et tractatu de gratia per totum, maxime vero disputationibus supra allegatis ea non discussissemus) respondemus ad argumentum negando hominem lapsum quantumvis fide instructum vel de Del bonitate, et beneficiis abundantissime in nos collatis, vel de suppliciis in æternum luendis, posse elicere prædictos actus, quin prius ejus liberum arbitrium a Deo præveniatur, et vocetur supernaturaliter inedia sua gratia. Tum, quia alias natura præiret gratiam, et hæc esset pedissequa naturæ, et ut nuper dicebamus, nullatenus salvari posset ratio gratiæ excitantis, vocantis, et prævenientis, quas gratiæ acceptiones nos docet Ecclesia, quæ errare non potest. Tum a paritate, nam sic se habet liberum arbitrium in ordine ad bonitatem divinam diligendam super omnia, et conterendum de peccatis vera, et absoluta contritione, absque gratia; sicut intellectus destitutus fide ad illum cognoscendum, et præbendum assensum rebus supernaturalibus : sed absque illustratione supernatural! nequit intellectus firmum assensum præbere alicui mysterio supernatural! ; alioqui enim nec illustratio divina, nec fides supernaturalis, præexigerentur ad firmiter credendum mysteria gratiæ : ergo similiter nec liberum arbitrium viribus gratiæ destitutum potest se solo elicere actum ita firmum ut est amor Dei super omnia, et ita efficacem, ut contritio. Nam ut supra audivi-
>h· mus ab Augustino : *Cur ergo dictum est, diligamus invicem* (quod est facilius, quam diligere Deum) *quia dilectio ex Deo est, nisi quia per præceplum admonitum est liberum arbitrium, ut quærercl Dei donum?* Perpende sequentia : *Quod quidem sine suo frwlu prorsus admoneretur, nisi prius acciperet aliquid dilectionis, ul addi sibi quærerel unde quod jubebatur, impleret.* Admonitio ergo fidei pure extrinseca voluntati prorsus sine fructu est, quin prius voluntas aliquod Dei donum accipiat. Et ideo concludit ibi S. Doctor : *Gratia nos facit legis dilectores, lex vero sine gralia non nisi præcaricalores facit :* et infra : *Si enim nos prius dilexerimus, ul hoc merito nos ipse diligeret, prius illum nos elegimus, ut ab illo eligi mereremur,* quod esse vanum testatur D. Augustinus, et divinæ veritati contradi-
...» cit. Gui doctrinæ affinis est alia D. Thomæ 3 contra Gent, cap. 151, ubi hæc habentur inter aliae quinque rationes : *Gratia gratum faciens est in homine divinæ dilectionis effectus : proprius autem divinæ dilectionis effectus in homine esse videtur, quod diligat Deum, hoc enim est principium in intentione diligentis, ut a dileclo redametur; ad hoc enim præcipuo studium diligentis tendit, ut ad sui amorem dilectum attrahat, el nisi hoc accidat, oportet dilectionem dissolvi.* Cum ergo argumentum procedat de homine existent! sub lethali peccato, teste illius Authore, et ab eo ut ultimo fine averso, consequens est non habere in se principium Deum super omnia diligendi, nec prius posse Deum diligere, quam a Deo sit dilectus, ut constat ex ratione nostræ conclusionis, quæ fundatur in hoc principio utriusque S. Doctoris, Augustini, et Thomæ. Hinc rursus manifestius convincitur minus posse se exerere in contritionem, quæ supponit essentialiter amorem sui ordinis cujus est ultima dispositio concomitans.

Effugium.

121. Nec elevat difficultatem hactenus expensam, et contentam in testimoniis hucusque productis evasio illa, qua se in tuto positum retur prædictus Author, nimirum Concilia, Patres, et testimonia allegata loqui de contritione supernatural!, et conversione itidem supernatural!, quas nemo ambigit a Deo, et non a libero arbitrio, nisi sub motione Dei debere procedere, et rationem ex ipsis sibi tradere videtur claram : siquidem loquuntur de contritione, et aliis motibus voluntatis, ut expediunt ad salutem : non autem expedit aut contritio, aut quilibet alius motus quantumvis alias perfectus ad salutem, nisi ut supernaturalis : ergo præallegata testimonia intelligi debent de contritione, et aliis motibus supernaturalibus. Ex quo minime infertur intra ordinem naturæ similes quoad substantiam motus reperiri non posse ; quin tamen ad salutem conducant, vel ex eo solum quod naturales sint, ut perperam asseruere Pelagiani.

Refellitur primo.

122. Hanc tamen responsionem pluribus convulsimus agentes de necessitate Gratiæ, et quoad præsens attinet, iterum refellitur. Tum quia id est, quod maxime displicet in hac sententia, idem tribuere naturæ, pro priori ad gratiam, quod juxta Scripturam, Concilia, et Patres adseribitur gratiæ. Quod quia in Pelagio et sequacibus vidit D. Augustinus, et totis viribus in illius doctrinam invectus est, nec aliis testimoniis de

ea victoriam nactus est, quam supra allegatis. Nec ideo adeo exosam illam habuit, quia meritum fundabant in natura respectu gratiæ, quod erat consequens; ed quia illosmet actus proprios gratiæ defrrebant naturæ ; quocirca non tantum excludebat meritum a natura respectu gratiæ, sed etiam actus ipsos, quoad entitatem, et substantiam, qui præcederent gratiam. Quare semper docebat gratiam non esse pedissequam naturæ, sed naturam in operando, pœnitendo, et se ad Deum convertendo subsequi gratiam. Quod quia planissimum est in doctrina D. Augustini, non fusius prosequimur.

Secando. 123. Tum etiam, quia contritio non habet, qnod expediat ad salutem, nisi ex illis capitüms, quæ annumerat Tridentinum prœdicta sess. 14, cap. citato, et can. 5. Sed ex eisiem capitibus elicitur contritio a libero arbitrio fide instructo, viribus propriis absque interventu gratiæ : ergo nequit non ut a solo libero arbitrio procedit, quin interveniat gratia, elici ut expediens ad salutem. Probatur Major in medium adducendo verba illius canonis, quæ ita se habent : Si *quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, el detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, (aditalem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vilæ, non esse verum, ct utilem dolorem, nec prærarc ad gratiam, etc., anathema sil.* Minor vero etiam liquet ex verbis argumenti supra positi, quæ cum istis collata vel nullam, vel fere nullam exprimunt differentiam. Ubi enim ad contritionem illam prætensam naturalem egregie ponderantur innumera, et maxima Dei beneficia tum naturæ, tum gratiæ usque ad proprii sanguinis in cruce effusionem, sempiterna justorum felicitas, malorum interminabilia, cum amissione beatitudinis, nec non peccatorum foeditas, et turpitudo, de quibus nisi doleat, statuatque nihil tale deinceps committere, supremam amittere felicitatem necesse erit, et in extremam incidere miseriam. Hinc efficaciter probatur Consequentia : quia non aliunde contritio habet conducere ad salutem juxta definitionem Concilii, quam ex proprio motivo ibi præscripto ; sed ex eodem motive per fidem proposito procedit contritio facta a libero solo arbitrio : ergo esset conducens ad salutem, et simul non esset esset qui<lem ut recto probatur, non esset, ut prætenditur in illa sententia.

Tridem•

Rursus. Esset supernaturalis, et non esset supernaturalis ; siquidem probatum est, et facto argumento convincitur contritionem ex illis motivis procedentem non posse non evadere supernaturalem : non vero talis evaderet, ut in illa evasione edocetur. Vel ergo contradictoria devorari debent ut simul vera, vel asserendum ineptam, et prorsus inanem esse illam responsionem; siquidem nulla vera contritio est, quæ non conducat ad salutem ut hujus ultima dispositio, sicut nulla est aut esse potest, quæ non sit supernaturalis juxta superius dicta.

124. Secundo arguitur insistendo ilii principio : quia cogitatio vel malorum imminentium ex peccato, vel immensæ Dei bonitatis in collatione beneficiorum, et simul in seipsa, potens est ad excitandam, et movendam voluntatem humanam, ut feratur in prædictam bonitatem, et detestationem absolutam peccati : sed hæc cogitatio reperitur in homine lapso per fidem instructo : ergo vera, ac substantialis contritio.

«IS.

Confirmatur primo. Nam negari non debet naturæ lapsæ, quod ipsi illustrate fide non est admodum difficile, quamvis enim vires naturales aliquod ex peccatis detrimemtum subierint ; non tamen penitus extinctæ fuerunt : sed saltem in absentia objectorum, et occasionum peccandi, non est difficile, quin et connaturalius naturæ elicere quoad solam actus substantiam propositum absolutum numquam deinceps peccandi lethaliter : ergo non est ratio denegandi libero arbitrio prædictum actum saltem in absentia tentationum.

Cstf.·· eiw.

Confirmatur secundo : quia naturale est homini, sibi proposita una e duabus molestiis inevitabiliter subeundis, minorem eligere, saltem in utriusque absentia : sed homini lapso proponitur per fidem extremam, et omnium maximam infelicitatem subeundam, si non conteratur de offensis Deo irrogatis : ergo naturale ipsi erit erumpere in absolutam earum detestationem, ut tantum malum effugere valeat. Idque (inquit citatus Author) quivis in se ipso experitur, si fidei lumine ante mentis oculos sibi proponat amissam felicitatem, seque innumeris malis circumventum sempiterno igne cruciandum.

se»· ira.

Respondetur

Respondetur ad argumentum negando majorem; nam vel illa cogitatio est ipsemet actus fidei, quo cuncta illa creduntur; vel supposito assensu pnestito ex fide, est cogitatio naturalis, qua homo confert tum bonitatem divinam, tum supplicia, cum peccatis, et offensis, contra Deum commissis. Et neutro modo sufficit ad alliciendam voluntatem, ut in prædictos actus erumpat ex propriis viribus, juxta illud Apostoli 1, Corinth. 2 : *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam tx nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Dto est.* Et quidem si illa cogitatio est ipsemet actus fidei; neutiquam ea sola inflammatur voluntas, ut possit adeo perfectum actum elicere, inde majores acquirji vires. Unde retorquetur argumentum dupliciter : primo : quia vel ex ipsa fide suppeditantur voluntati vires, vel non? si primum : destruitur argumentis intentio : quia vires provenientes a fide, ab iliaque ut a prima, et immediata radice ortæ, debent esse supernaturales, sicut et principium a quo dimanant : ergo si hæ vires a fide descendunt in liberum arbitrium ; jam liberum arbitrium non se solo, sed ex aliquo sibi intrinseco supernatural! eliciet prædictos actus. Si eligatur secundum : ergo quantumvis illuminetur voluntas, si ex ea illuminatione, nihil intrinsecum sibi vindicat, ita est impotens, quam si illuminatio non esset.

Secundo retorquetur argumentum discursu paulo superius facto a paritate : quia tam impotens est voluntas ad prosequendum bonum propositum per fidem, quam intellectus secundum se ad assentiendum objectis fide divina credendis, imo majus illatum est vulnus voluntati, quam intellectui per peccatum, ut est communis Patrum et Conciliorum doctrina : sed intellectus absque lumine fidei nequjt credere objecta credibilia : ergo nec voluntas absque auxilio gratiæ valet prosequi objecta per fidem proposita, nec consequenter detestari vera contritione peeeata ut sunt offensaDei, et injuria ipsius.

Si voluerit eligere secundam partem prioris dilemmatis, nimirum illam cogitationem esse naturalem, ad eum sane modum, quo discursus Theologicus est in se mere naturalis, licet illative versetur inter objecta supernaturalia fide proposita; clarius adhuc est non posse inducere liberum arbitrium ad contritionem : tum quia deficit primum principium, nimirum intentio finis ultimi, et amor efficax illius, absque quo non stat vera contritio de culpa : tum quia hæc cum offendat Deum in se ipso, in ratione detestabilis, et expiabilis est supernaturalis, sicut restitutio vitæ naturalis est supra sphæram agentis naturalis, etiam primi. Unde sicut in naturalibus apparet, licet homo se, vel alium queat spoliare vita; non tamen valet illam reproducere, vel hominem a se occisum in pristinum reducere statum; quin interveniat agens supernaturale : ita et ob eandem rationem est theologizandum de vita supernatural!, et consequenter de contritione, utpote quæ indivulse vitam spiritualem animæ comitatur.

Interrogatio. Responsio.

125. Si autern quæratur ad quid deserviat illa notitia fidei? Respondetur ex D. Augustino ubi supra deservire quidem quam plurimum ad cognoscendum statum, ad quem re laetus est homo ob scelera contra Deum commissa, et simul ut quaerat remedium non in se ipso, sed in Deo, cujus debet esse donum, juxta illud Ecclesiæ : *Converte nos Deus salutaris noster, et averte iram tuam a nobis. Deus in adjutorium, meum intende, Domine ad adjuvandum me festina,* et innumera alia sacræ paginæ testimonia, in quibus plane monemur nullum nobis superesse refugium post lapsum, quam Dei misericordiam, et auxilium enixe flagitare. Unde tantum abest, ut vera fides in actum perfectae contritionis ex viribus propriis habendae inclinet, aut moveat, quod potius rejicit, et solam spem in collatione divinæ gratiæ collocare studeat. Et hæc est humilis Sanctorum confessio, et proficua, qua non in operibus propriis, sed in solo Deo, a quo est nostra salus, tam in fieri, quam in facto esse, constituunt. *Quocirca* (verba suntT). Augustini ubi supra) *quod a Deo nos avertimus, nostrum est, el hæc est voluntas mala : quod vero ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, et adjuvante non possumus, et hæc est voluntas bona.*

Officium Ecclesiast.

D. August.

Hinc constat negandam esse minorem primæ confirmationis : quia non est utcumque difficilis homini lapso actus contritionis, quoad substantiam, sed etiam impossibilis, ut hactenus expensa satis declarant. Tum quia prædictus actus est supernaturalis, ut ostensum est. Tum quia esto non esset, adhuc deficit libero arbitrio esse constitutum in acta primo, sive in ultimo fine per rectam illius intentionem, sine qua non est proxime potens ad subsequen·

tes actus, ut demonstrat exemplum pra) missarum, in quarum defectu nequii homo ullam conclusionem elicere. Quod sane verum est, sive adsint, sive absint impedimenta extrinseca, vel tenuationes : quia prædictam impotentiam, non tam revocamus in illa, quam in defectum intrinsecum potentiae, non aliter auferibilem, quam gratia Dei, a qua prius, quam a libero arbitrio debet incipere nostra conversio.

«jntro3-dilolturi *26. Ad secundam confirmationem dicimus nihil minus inferri, ex illo principio, quam quod intenditur, si quidem tantummodo tenet in duobus damnis, aut molestiis, quarum quamlibet possit vitare homo propriis viribus: tunc enim naturale est homini, et recta dictat ratio, eligere minorem subire molestiam, et abigere majorem. Secus vero quando non est in hominis potestate se ab aliqua illarum expedire, nisi orando, et a poientiori *enixe* petendo auxilium ad fugiendam imminentem molestiam illico subeundam, nisi adjuvetur ut patet in illo, qui in lacum profundum incidisset, a quo nisi protinus exiret, ipsi immineret mors vel, a fera, vel ab hoste inducenda : hic enim cogeretur mortem oppetere, quæ est majus malum, quia e puteo propnis viribus se extrahere non poterat. Unde solum illi supererat refugium a Deo implorandi auxilium, cum a nullo alio posset impendi illi. Et ita in terminis accidit homini lapso, idque tantummodo monet fides, et testatur experientia; quantumvis enim homo ex se eonetur bene vivere, et se ad Deum convertere, numquam ad omnimodam perveniet detestationem, qualis importatur in contritione, quin prius excitetur^ et vocetur supernaturaliter a Deo, et ipsius gratia perfundatur.

Præterquam quoi frivolum est in rebus supra omnem experientiam, quales istæ sunt, experientiam in testem appellare. Quis enim unquam absque speciali revelatione expertus in se fuit veram contritionem? aut veram dilectionem Dei super omnia? Cum fide sanctum sit neminem absque revelatione esse certum de sua justificatione.

Additio. Addimus tamen ex hoc argumento cum confirmationibus illi adjunctis ad summum evinci odium, et displicentiam peccati; quia causa exlitit imminentium molestiarum, quas fides hominem docet; et quod quantum est ex se, non vellet peccasse, qui se illis obstrictum agnoscit ex illustrate fidei. Sed hic actus longe abeei a contritions, quia nec supponit amorem Dei perfectum, sed quondam ad summam velleitatom, nec tendit in Dei offensam destruendam, qua offensa Dei est, qairj potius oritur ex amore proprio, et bealitudinis in communi, quam nemo odio habere potest. Et do hoc non disputatur a Theologis, nec referi ad præsens.

127. Tertio arguitur, ot instauratur ; Ans. quia lumen ipsum naturale, ipsaque uio- ,ir-if- ralis Philosophia docent negari non debere viribus naturalibus liberi arbitrii, quod potest, cum solo concursu generali Dei, communi omnibus aliis causis secundis : sed liberum arbitrium hominis existentis in peccato cum solo concursu generali Dei potest habere propositum absolutum contritionis detestando peccata super omnia detestabilia propter Deum summe dilectum : ergo hoc illi negare ex propriis viribus, est contra ipsum lumen naturale, ec morali Philosophi® contradicit. Minor cui soli inest difficultas, probatur : quoniam hujusmodi propositum est extra totam latitudinem gratiæ, nec subinde conducit ad finem supernaturalem ; alias est unicus in se actus mere naturalis, propriusque libero arbitrio fide illustrato : non ergo ad illum ex parte Dei major influxus, quam generalis exigitur. Nec apparet [addit) quoi emolumentum sequatur ex eo, quod vires liberi nostri arbitrii usque adeo extenuentur, ut hunc, et similes actus naturales et simplices efficere non possit absque specialiori, ac supernatural! auxilio Dei.

Respondetur ad hoc argumentum ne- Solite, gando illius Minorem, cujus falsitas ex dictis est perspicua ; quoniam ille actus, esto unicus, el simpex sit (in quo non bæremus), est tamen proprius virtutis Pœnitentiæ, quæ quia est virtus per se infusa, est etiam supernaturalis. Actus autem virtutis supernaturalis, ab ipsa primo inspectus, et elicitus, nequit non ad ordim-m super.taturalem pertinere, potiori quidem titulo, ac ipsa virtus ; si quidem actus non est propter virtutem, sed virtus propter actum, et *propter quod unumquodque tale, et illud magis,* ut est commune proloquium. Id quod satis manifestant Aikmi. testimonia supra allegata, in quibus pro vera contritione semper fit recursus ad Authorem gratiæ, ut a quo primo incipere debeat ; ut est illud, *postquam convertisti* m? *egi pœnitentiam,* et illud, *converte nos Domine,*

Domine, et convertemur, et sic de reliquis. Dim. " Quocirca Concilium Tridentinum sess. G, cap. 5, stabilivit *justificationis exordium* in *adultis a Dei per Jesum Christum prxvenienle gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocalione, qua nullis eorum exislentibus meritis vocantur, etc.* Sed quia aliquando in sacra pagina explicari videtur nostram conversionem anteire motionem divinam, in quo est lapsis offensionis adversariorum; subjunxit sacra Synodus veram illius, et aliorum similium testimoniorum intelligentiam, semper primatum deferendo gratia dicens : *Unde in sacris litteris cum dicitur : Convertimini ad me, et ego convertar ad vos, libertatis nostra admonemur. Cum respondemus : Converte nos Domine ad te, el convertemur, Dei nos gratia præveniri confitemur.* Non possumus vero gratia praeveniri, si prius conversio a nobis incipiat ex viribus propriis, ut liquet, et manifeste attestantur verba supra allegata ex oppositа sententia; quandoquidem gratia supervenit conversioni naturali, eique se inserit, acuendo, et elevando, quod ex libero arbitrio supponebatur naturale, et ineptum ad adeptionem gratiæ. Quare necessario asserere oportet, si standum sit scripturae, Patribus, et Conciliis, prædictum actum esse supernaturalem, et proprium effectum gratiæ prævenientis antequam liberum arbitrium in ipsummet erumpat, aut erumpere possit ex propriis viribus. Nec oppositum docet lumen naturale, aut moralis Philosophia, ut obtruditur ab arguente.

Porro emolumentum, quo'd inde sumi- ja/oi mus, non est aliquod temporale lucrum, sed ipsa veritatis assertio, ex qua habemus toeatjr voluntatem non esse supra gratiam ; sed illi subditam, ac pedissequam; justitiam- ' que nostram non ita esse nostram quod prius, et immediatius non sit Dei sua libertate nos trahentis, allicientis, excitantis, moventis, operantis, et cooperantis ad vere diligendum, poenitendum, et nos in pristinum statum a quo excidimus peccando, reducendum. Ex quo ingens aliud emolumentum consurgit, nimirum humilitatis, et orationis, quarum prima nihil : esse nostrum, nisi peccatum, agnoscimus; secunda vero omnia referimus in Deum, a quo illa nobis provenire præstolamur. Ex ! opposito vero sequitur elatio, et superbia, quibus gloriari potest liberum arbitrium in se ipso, et non in Deo, contra illud iW· Apostoli 2 Corinth. 10 : *Fratres qui glorialur in Domino glorietur ; non enimqui sc ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat.*

128. Secundo respondemus ad idem argumentum, admittendo prædictum actum esse naturalem, juxta quem sensum concessa Majori, et prætermissa Minori, neganda est Consequentia, quæ male infertur ex praemissis : siquidem liberum arbitrium licet non fuerit extincjum per peccatum, est tamen destitutum illis viribus, quas in sua integritate possidebat, atque ideo plures actus naturales elicere posset integrum, quos tamen lapsum, et inlirmum nequit exercere, ut constat a simili, hominis sani, et aegroti, cui licet natura sit eadem , vires tamen sunt diversæ, nec omnia ad quæ valet homo sanus, valet etiam infirmus. Idque præcipue tenet in operibus perfectioribus, et ex sua specie nimis arduis. Cum ergo actus dilectionis, et contritionis sint ex sua specie omnium perfectissimi, et consequenter difficillimi, quos intra naturæ ordinem sit reperire ; consequens est adscribi nec posse, nec debere libero arbitrio lapso, et infirmo, nisi simul easiem illi tribuamus vires, cum libero arbitrio sano, et integro; quod vera Theologia non permit- H, tit, nec patitur Conciliorum et SS. Patrum doctrina. Quare in omni vera sententia ad eorum actuum elicientiam post lapsum requiritur gratia, vel, ut plures volunt, ut principium efficiens : vel, ut alii autumant, ut principium expediens potentiam ab obice peccati. Quam viam ut probabiliorem supra indicavimus, et uberrime prosecuti sumus locis ibi allegatis ex tract, de Gratia. Unde juxta hanc sententiam distinguenda est illa propositio : *liberum arbitrium cum solo concursu generali Dei potest elicere propositum nunquam deinceps absolute peccandi, quod sil absolutum et efficax cum spe veniæ.* Et quidem si intelligatur de libero arbitrio sanato, et expedito per gratiam, concedenda est : negari vero debet, si non præsuppo- r natur in subjecto gratia; quoniam stante peccato, sicut non potest ab illo se extricare per proprias vires : ita nec in illius perfectam detestationem erumpere, nec in amorem Dei super omnia, qui debet supponi, vel importari in ipsa contritione. Juxta vero aliam sententiam satis probabilem, et gravium discipulorum D. Thomæ, neganda est absolute illa propositio ob assignatam rationem.

Replia. v29. Nec refert, si urgeas : homo lapsus absque ulla supernatural! gratia potest habere hunc actum . *Volo Deo in omnibus placere :* sed in hoc actu continetur displicentia, et contritio omnium, quæ Deo displicent : ergo homo lapsus absque ulla gratia supernatural! potest elicere entitatem. et substantiam contritionis. Major videtur probari ex eo : quia in prædicto actu non apparet major difficultas, quam in isto : *volo honeste vivere;* siquidem qui honeste, hoc est in omnibus praeferendo bonum honestum, vitam duceret, abs dubio in omnibus Deo placeret : sed ad hunc actum sufficit inclinatio ipsa voluntatis in bonum honestum, seu quod idem est, rationi consonum : ergo etiam a i primum erit sufficiens ipsamet voluntas. Minor etiam videtur constare : quia non stat velle Deo in omnibus absolute placere, quin simul displiceant cuncta ilîa, quæ huic inclinationi adversantur, et Deo exosa sunt, in quo stat contritionis substantia.

Solutio· Non inquam, refert hæc objectio ; quoniam si in sensu ab objiciente intento prædictos actus accipiaturl, ut multum probans refellenda est : simili enim argumento quis probare posset, imo omnino eodem omnia praecepta, sive naturalia, sive supernaturalia adimpleri posse ex viribus naturæ, omnia et singula peccata adhuc levia vitari, et de hoc firmum propositum, imo et votum elici ; siquidem omnia continetur sub illo actu : *volo in omnibus Deo placere,* et, *volo in omnibus honeste vivere.* Quod tamen est falsum, et a nemine admittendum. Respondetur ergo ex doctrina D.Ttiom. D. Thomæ 1, 2, q. 94, art. 3 de actibus virtutis posse loqui dupliciter : vel secundum rationem communissimam actus virtuosi, quin ex vi hujus descendatur in particulari ad aliquam virtutis speciem, naturalem, vel supematuraiem·, vel in quantum sunt hujus speciei, puta justitia?, et non alterius, nimirum temperantiæ. Ad illos sub prima acceptione, sufficit ipsamet inclinatio voluntatis ad bonum rationis secundum se, et hoc pacto sunt de lege naturali. *Quoniam ad legem naturalem pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum suam naturam. Inclinatur autem unumquodque naturaliter ad operationem sibi convenientem secundum suam formam, sicut ignis ad calefaciendum. Unde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inesl quilibet homini ad hoc quod agat secundum rationem.* Si vero accipiantur sub alia consideratione magis speciali, prout sic non reperitur ad illos naturalis inclinatio ; sed desideratur superaddita virtus, vel naturalis, vel supernaturalis juxta qualitatem materiæ, et motivi illam attingentis, S

Si actus ille sumatur priori modo generalissime, et nullam speciem, nec naturalem nec supematuraiem determinando, aut includendo; concedimus fieri posse ex viribus naturæ ; hoc enim nihil aliud est, quam velle honeste, et secundum rationem vivere, quod non est supra voluntatis inclinationem. et vires, ut statuimus tract. 11, de Bonit. et malitia disp. 4, dub. 2, § 2, et sequentibus. Et in hoc sensu etiam concedimus displicentiam omnium, quæ prædicto actui adversentur, quæ est displicentia communissima, et sub universalissima ratione accepta In quo et non in alio sensu, credimus locutum fuisse sapientissimum Magistrum Soto ubi supra. Cæterum nec ille actus nec alius similis recte infert amorem absolutum, et efficacem Dei super omnia ; nec similiter contritionem, ut eliciendam viribus naturæ : quoniam sicut actus, quo quis desiderat beatitudinem in communi non infert determinate beatitudini desiderium in particulari ; sed cum illo cohæret deviare, et recedere ab illa peccando ; ita similiter cum illo desiderio Deo in omnibus placendi, et honesie vivsndi, componitur male vivere, et Deo in particulari displicere. Et ratio est eadem : quia neuter illorum actuum est efficax, sed velleitas quædam, vel ut proprius loquamur, simplex complacentia boni honesti ut pertinens ad partem speculativam; non vero efficax intentio illius practica : hæc enim non datur nisi quando intenditur determinate ultimus finis, ut assequendus per media determinata. Unde sicut stat complacentia boni absolute, quia nemo respiciens ad malum operatur, et displicentia similiter mali : quin liberum arbitrium sit potens absolute ex propriis viribus ad prosequendum quodlibet bonum particulare. sed necessariæ sunt virtutes tam naturales, quam supernaturales : ita bene componitur simplex mali displicentia speculativa, quæ committetur simplicem, et speculativam complacentiam boni, cum hoc quod est non posse ex propria virtute elicere contritionem ob specialem difficultatem in ilia repertam, vi cujus postulat specialem Pœnitentiæ virtutem, sine qua non sit vera contritio, sicut non est actus Charitatis

Charitatis sine vera virtute Charitatis. Quare sicut odium ortum cx Charitate circa peccata ut opposita bono divino in seipso, nec aufert necessitatem ulterioris, et specialioris pœnitentiæ, nec infert hanc a Charitate proficisci tamquam a principio proximo : ita actus ille placendi Deo, esto sit ex viribus naturæ, ut permittit, et ultronee fatetur solutio, non infert ab eodeminet principio oriri posse contritionem : hæc enim non importat utcumque odium peccati, sed addit motivum pro illo satisfaciendi, et illius offensam compensandi media subjectione omnium virium ad Deum; quod non est in facultate voluntatis non redactæ ad sanitatem per gratiam.

Ad objectionis ergo formam concessa majori in sensu explicato, neganda est minor quoad secundam partem ; quia licet exilio actu absque ulla difficultate oriatur simplex, et quasi speculativa mali displicentia; non tamen hæc pervenit ad rationem contritionis ob assignatam rationem disparitatis. Et ad minoris probationem constat non quamlibet displicentiam peccati coincidere cum substantia contritionis. Præterquam quod si contritio est, et debet esse supernaturalis, ut manet ostensum, et prædictus actus obtruditur ut naturalis, alioqui extra rem reduceretur ; planissimum est, nec coincidere cum contritione, nec ab eodem proximo principio provenire posse.

130. Quod si malueris aliter objectioni occurrere, dic illum actum non esse naturalem, nec proinde libero arbitrio deferendum nisi sub auxilio gratiæ, a qua elevetur pro ejus elicientia. Illius vero principium proximum erit vel auxilium supernaturale, ut aliqui probabiliter volunt, vel ipsum habitum spei supernaturalis, quæ remanet in peccatore, ut haud obscure colligitur ex D. Thoma 1, 2, q. 86, art. 3, ubi docet, quod *in ordine ad ta, quæ supra naturam sunt, ad nihil horum sufficit natura potentiæ : et ideo oportet ftri superadditionem habitus supernaturalis.* Ita in solutione ad 1, sed in corpore articuli statuerat, quod in ordine ad motum intentionis, secundum quem voluntas ordinatur in finem, sicut in id, quod est possibile consequi, datur spes. Qui ergo in prædicto actu apprehenderit veram intentionem recte vivendi secundum Deum, quo pacto addit supra complacentiam ; recurrere necesse habet ad influxum supernaturalem hujus virtutis pro hujus, et similium actuum elicientia; quandoquidem nullus eorum ita universalis et perfectus continetur intra sphæram liberi arbitrii gratia destituti. Sed hac via negato antecedenti objectionis, non erit facile probationem legitimam dare. Et retorquebitur objectio contra illa utentem : quia si ille actus, cum ita perfectus, ac contritio non sit, nequit elici a libero arbitrio absque gratia aliqua supernatural!, multo minus contritio illa. Quam solutionem indicavimus loco supra citato de Bonitate, et malitia num. 29 ad finem.

131. Quarto arguitur. Quia non minus difficile est assentiri mysterio Trinitatis, Incarnationis, et cæteris revelatis, quæ transcendunt lumen naturale, quam in objectorum allicientium, et occasionum absentia apud se statuere numquam deinceps lethaliter peccare : sed illud primum potest homo quoad actus substantiam absque gratia; non quidem assensu Christiano, et proprio fidei supernaturalis ; sed assensu mere naturali : ergo similiter poterit secundum eo fine ut assequatur felicitatem æternam, et poenas inferni effugiat; utpote quod est maxime consentaneum rationali naturæ, ac lumini rationis, quibus insitum est fugere malum, et appetere bonum.

Hoc argumentum clarius manifestat, quod supra indicavimus in hac prætendi sententia, nimirum omnes illos actus, quos supernaturales, et ad salutem conducentes statuunt Concilia, et Patres, quoad substantiam et entitatem, absque ulla ex hoc capite distinctione a natura elici cum solo concursu generali Dei. Unde solum illis superest, ut conducant ad salutem, ille respectus, seu modus, aut quod in illa sententia est verius denominatio supernaturalitatis, qua subinde posita, nihil illis entitatis, aut substantiæ superaddere necesse est. Quam tamen falsum hoc fundamentum sit, constat ex dictis tract. 14, de necessitate gratiæ disp. 3, dub. 3, ubi principium assumptum in hoc argumento convulsimus et § 4 statuimus non esse possibilem actum entitative naturalem, qui attingere valeat objectum formale nostne fidei : hoc enim nihil aliud esset, nisi vel necessitatem fidei supernaturalis negare, quandoquidem inanis foret recursus ad auxilia supernaturalia, et habitum infusum fidei ad credendum, si credi quoad substantiam possent mysteria divina ex viribus naturæ ; vel saltem assensum fidei chris-

tianæ initium ox nohis sumere, et non ex Deo; siquidem prius intellectus assentiret ex motivo naturali, et deinceps Deus illi assensui suffragaretur, ut ipsum eveheret ad ordinem supernaturalem, contra illud

Aposto-lus. Apostoli supra relati : *Non* guiu *idonei* sw-*cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.*

D. Au-gust. Super qurn ita D. Augustinus supra edam allegatus ; *Attendant hic, et verba ista per-pendant,* qui putani *ex nobis esse fidei ac-ceptum, et ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non rideat prius esse cogitar*f, *quam credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. Si ergo non* sumus *sufficientes cogitare* aliquid, *quasi ex nobismelipsis, sed sufficientia nostra ex J)eo est ; profecto* «on sumus *idonei credere aliquid quasi ex nobisniulipsis, quod sine cogitatione non possumus, sed suffi-cientia nostra, qua credere incipiamus, ep Deo est.*

Quod adeo verum est, ut ad praestandum assensum revelatis a Deo, nop sufficere lumen ex parte intellectus, fateatur melior Theologorum pars ; sed amplius desiderari ex parte voluntatis piam affectionem ad res divinas; et ea suppletur eviientia ob-jecti, ut determinet intellectum ad assen-liendum ; quocirca loco nuper adducto dub, 4, immediato sequenti statuimus ex illis et pnecipue ex SS, PP, specialem gratiam in voluntate, qua pie afficiatur ad credibilia, et moveat intellectum ad pro-prium actum assentiendi revelatis a Deo

netor-«|α-Γ meniam. 130 Ex hac autem doctrina ibi probata dehiscunt vires argumenti, et retorqueri debet in adversarium a contrario sensu, in quo vere inferunt præmissæ negationem poteutim in homine lapso ad contritionem, quin prius præveniatur, et sanetur gratia. Sed quia commemorato loco dub. 3, § 3, num, 40, concessimus dabilem esse as-sensum pure naturalem, quo quis credat Deo ul dicenti, el revelanti, et prædicium assensum intra suum ordinem esse infalli-bilem; et ex hac parte, vel doctrinae in-consequentia, vel paritatis ratio pungere posset ; oportet neutra illarum offendi ma-nifestare.

Doctrioa tradîîa TiBdiQ-lur* Et imprimis ex illa doctrina nullum ac-crescit emolumentum huic, quam impu-gnamus. Siquidem ipsiusmel Author in-genue fatetur se loqui de homine lapso habente fidem, et spem, ex quarum prima habet notitiam mysteriorum fidei, et ex secunda fiduciam consequendi veniam. Et hia priBventus homo çlicit, et assensum naturalem fidei, licet non ex fide, et actum similiter sperandi, quamvis non ab ipsa spe Theologica ; idemque da omnibus alii» actibus supernaturalibus autumat, quos in substantia non distinguit ab actibus natu-ralibus, Quod quidem satia manifestant illa ipsius verba ; *Etiam si sermo wit de viro catholico,* qui in *eo esset tclhali peccato, qpa neque fidei,* nec *spei adversaretur, dt quo* icrmo *est in ratione proxime confecta.* Quare loqui debet de notitia supernaturali fidei, et spe itidem supernaturali. Nos au-tem in prædicto loco sermonem habuimus de revelatione puro naturali lacta a Deo Authors naturte; cui diximus, et modo affirmamus, præstari debere in credendo assensum naturalem naturaliter infallibi-lem. Semel, namque dato Deum ut Aq-ifiorem natqralem de seipso aliquid ad ex tra reveRuse ; flagiüum foret debitam fidem illius dictis denegare; cum sub hac adhuc ratione nec fallere, nec falli possit, et con-sequenter nulla esset ratio non assentiendi veritati ah ipso propositæ, Ex hoc autem nec apparenter potest desumi inconsequep-tiæ scrupulus, quandoquidem tam assen-sus, quam ejus formale objectum conti-nerentur mira ordinem pure naturalem, atque ideo nihil mirum ad neutrum illorum desiderari gratiam adhuc in homine lapso.

Nec est eadem ratio de amore naturali Dei super omnia, ad quem illa opus esse affirmamus, ut patet in ipsa spe superna-turali, quæ componitur çum peccato, quin tamen amor Dei super omnia hujus ordinis illud non excludat. Et ratio est eadem : quoniam ulerque amor sive naturalis, sive supernaturalis, cum constituat in Deo ra-tionem ultimi finis, nequit cum peccato aliquo lethah componi; quocirca postulat gratiam ad sui elicieniiam in sensu supra explicato, et fusius locis ibi allegatis ex-penso. Assensus vero naturalis, qui tunc casu haberetur non importaret majorem incompossibditatem cum peccato, quam fides supernaturalis, quæ de facto est, et hanc de fide est non excludi alio, quam in-fidelitatis crimine; nec ipsam consequenter ulla alia peccala excludere, quin interve-niat gratia.

Assensus itaque contentus in argumento, ex una parte dicitur naturalis, ex alia vero versatur circa ubjecta formaliter superna-turalia, qualia sunt omnia mysteria illa ibi recensita ; et hæc viribus naturæ attingi assensu firmo, et infallibili prorsus implica-tonum

torium est; siquidem nullus actus, nullavo potentia queit ferri supra sphæram suai activitatis, et virtutis; et hac ratione implicat potentiam naturalem posse absque gratia elevante producere actum entitative supernaturalem, vel rem corpoream propriis viribus erumpere in actum pure spiritualem. Rursus : omnis actus mutuatur speçiem ab objecto formali primario, ut inductive posset ostendi; quocirca actum naturalem, naturale, et supernaturalem supernaturale objectum sibi vindicare neçesse est. Cum ergo prædicta objecta nobis fide revelata, sint ordinis supernaturalis, Ut vel ipsiusmet argumenti Author ultroneus fatetur, manifeste convincitur neutiquam posse terminare actum entitative, Qt quoad substantiam naturalem, ut loco citato latius prosecuti sumus, et melior, ac major Theologorum consensus affirmat. Quare nullo modo admittendum est illud principium, quantumvis ut indubium ab objiciente proponatur.

133, Sed age, et illud ad formam obhi-jectionis admittamus, quid inde? nam vit in ea proponitur, non minus difficile unum, quam alterum obtenditur; cum tamen e contra res se habeat ; quia difficilior est contritio homini lapso, quam firmus assensus adhuc quoad entitatem sive naturalis, sive supernaturalis ; atque ideo licet ex hoc capite secundus admitteretur, per formalem consequentiam neutiquam inferretur primus. Unde neganda iterum est Major argumenti. Ratio disparitatis est manifesta : tum quia licet utraque potentia fuerit vulnerata per peccatum, majus tamen vulnus inflictum est voluntati, quam intellectui, subindeque debilior illa, quam iste remansit. Si autem infirmior? non ergo ad omnia, ad quæ intellectus potest debilitatus, potest et voluntas infirma; atque ideo ex terminis non arguitur formaliter æqualitas virium. Tum etiam ex proxime dictis : quoniam assensus circa mysteria fidei, sive naturalis, sive supernaturalis ordinis ille fuerit, potest esse informis, et peccato præsens; contritio vero cum semper importet esse ultimam dispositionem ad amicitiam cum Deo, semper comitatur gratiam : in quocumque enim ordine fit vera contritio, est etiam vera Dei amicitia; et consequenter non est tam facile elicere contritionem homini lapso, quam est assentiri per fidem vel naturalem, vel supernaturalem mysteriis a Deo revelatis,

Cujus adhuc ulterior ratio est vel ipsa experientia contestata, nam licet fides aimul sit practice, et speculativa ; ejus tamen primarium, et immediatius munus est captivare intellectum in obsequium Jesu Christi quoad rationem cognoscendi speculativam; et ex consequenti descendere ad praxim. Unde reperies non paucos alte, et sublimiter sentientes de rebus fidei, iliisque omnino firmum assensum præbentes ; qui tamen appetitum a peccati illecebris cohibere non possunt, eo quod cum appetitus feratur ad res, et hæ fortius moveant in se ipsis, quam ut apprehensae, et cognitae, difficilius se expedit homo a peccato, et in Deum convertitur, quam ei credendo assentiatur, Conversio enim pertinet ad praxim, et assensus ad speculationem ; et difficilius est absolute bene operari, quam bene intelligere, et in rei notitiam devenire. Quare adhuc admisso hominem posse ex viribus propriis Deo ut supernaturalia mysteria revelanti assensum fidei quoad entitatem præbere ; neutiquam ex vi argumenti deducitur ex eisdem viribus posse habere contritionem.

Aitera disparités.

134. Tandem arguitur. Quoniam experientia compertum est non semel plures ad confessionem accedere, retento circa unum pravo affectu, cum animo firmo vitandi alia peccata lethalia ; sed propositum vitandi omnia peccata præter unum non est elicitum ex speciali auxilio Dei : ergo ad firmum propositum cavendi omnia non requiritur influxus specialis. Majoris nulla alia probatio affertur, quam experient;a indubie supposita. Minor inde suaderi videtur : quia propositum quod non est integrum, et universale omnium peccatorum cavendorum non oritur specialiter a Deo, oui nullum grave delictum placet. Jam Consequentia probatur : tum quia non apparet ratio, quare illud unum peccatum non possit detestari, et odio haberi ex eodem prorsus motivo, ac cætera alia detestata sunt. Tum etiam (et est ratio præcedentis probationis) quoniam illud unum supra alia non addit specialem difficultatem ; vel si quam importat, non est tanta ut sibi specialiter vindicet exigentiam auxilii præ aliis : ergo vel de nullo tenendum est posse inveniri propositum naturale, ut vitetur, contra experientiam vel absolute docendum est non esse supra naturam propositum vitandi omnia, exclusa gratia.

Ultimum argumentum.

Ad hoc argumentum, si sola ipsius forma consideretur, posset quis Majorem,

et Minorera admittere, et negare Cense quentiam ut non formalem; non enim valet ex terminis : *Homo potest hoc, et illud divisive absque gratia, ergo et omnia;* quoniam arguitur ab una determinata, a i copulativam, seu totum copulatum, qui est fallax arguendi modus : nullum enim præceptum naturale est, quod homo non possit servare absque gratia ; cum tamen ipsa necessaria sit ad omnia collective adimplenda. Similiter potest homo vitare quodlibet peccatum veniale absque gratia sanctificante : ei tamen impossibile est omnia collective cavere absque specialissima gratia, nulli alteri forsan concessa creaturae, quam beatissimæ À'irgini saltem in omni materia, ut statuimus tract, de necessitate gratiæ. Et esto homo absque speciali gratia posset vincere hanc, vel illam gravem tentationem, non inde posset inferri omnium victoria absque singularissima Dei protectione, et specialissimo auxilio ; si quidem ut ipsi termini significant, major desideratur virtus, et efficacia ad plures subigendas tentationes absque interruptione, pluraque continuo observanda præcepta, quam ad unum, vel aliud divisive, et secundum se acceptum. Nam ad primum requiritur virtus robusta, et perfecta imo sublimior ad conditionem naturæ fragilis, et defectibilis, ac defectibiliter operantis : ad secundum vero sufficit proportio cum hoc vel illo actu particulari, quam stare posse licet desit ad omnium actuum collectionem, ipsa experientia testatur, quam nisi cæcus non ibit inficias. Dnde ex eo quod liberum arbitrium hominis lapsi cum solo concursu generali posset dolere per attritionem naturalem de aliquibus peccatis; per formalem consequentiam non infertur posse sub eisdem tantummodo viribus dolere de omnibus. Et ratio est eadem utrobique, ut consideranti constabit; quin obsit utraque Consequenti® probatio, ob ailatas instantias, in quibus apparet earum falsitas.

Sed superest, ut percontemur authorem argumenti, de illa sua experientia, quam obtrudit : An qui ita accedit attritus de omnibus culpis gravibus praeter unam, cui manet affectus, vel ideo accedat indispositus, quia ipsum non pœnitet illomet dolore de Illa, sicut de aliis ? vel ideo quia ille dolor etiam si esset de omnibus, non est sufficiens adhuc cum sacramento ad nanciscendam gratiam, et consequendam veniam? Primum non potest defendi, utpote expresse damnatum ab Innocentio XI. anno 1679, die 2 Martii speciali decreto; ubi inter sexaginta quinque propositiones censura inustas, quinquagesima septima est hujusmodi : *probabile est sufficere attritionem naturalem modo honestam :* non ergo probabiliter potest asseri hominem ideo indispositum accedere ad consequendam gratiam cum Sacramento, eo quod ipsum attritione naturali do omnibus non poeniteat, quia esto omnium pœniteret, adhuc indispositus accederet.

Si autem affirmetur secundum, ut vere affirmari debet ; nihil inde contra nos, quia ex possibilitate attritionis pure naturalis neutiquam infertur possibilitas contritionis, de qua est potior difficultas, ut constat ex supra dictis in hoc dubio ex D. Thoma, et amplius constabit ex infra dicendis suo proprio loco de contritione, et attritione in particulari.

135. Hac adhibita responsione ex parte üeraformæ ad præmissas ex parte materiæ respondemus negando Minorem, quæ falsa ' se. est, et contra D. Thomam infra q. 86, art. Dits· 3 ad 1. ubi docet oppositum inquiens:dd *primum ergo dicendum, quod illud verbum Gregorii non est intelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu : quia interdum ille, qui plura peccata consuevit committere, deseril unum, non tamen aliud ; quod quidem fil auxilio divino, quod tamen non pertingit usque ad remissionem culpæ.* Ex quibus constat, tum quod licet homini non remittatur unum peccatum sine alio; conceditur tamen auxilium gratiæ, ut atteratur aliquoties de uno, quin attritionem habeat de alio. Tum etiam minime inferri attritionem esse naturalem, quia non versetur circa omnia peccata, sed circa aliqua; siquidem aliquando dispensatur auxilium singulare gratiæ ad aliqua, et non ad omnia. Unde licet experientia contenta in Majori sit vera ; non tamen descendit ad Minorem, in qua fallit, siquidem nulla potest experientia constare, quis actus, quæve attritio sit naturalis, vel supernaturalis? stat ergo attritionem esse supernaturalem, quæ tamen non se porrigat ad omnia peccata, sed dumtaxat ad aliqua manente pravo effectu circa alia.

Cujus radicem si quæras, duplex ea est. Prima desumitur ex ipsa attritionis natura, quia cum sit actus imperfectus ex sua specie, non ex se postulat omnimodam perfectionem, ex parte influxus agentis, sed

Rüij SoLatijns.

sed quandoque magis, quandoque minus, eo quod gratia non destruit, sed perficit naturam, eique ut in plurimum se accommodat in modo agendi. Porro natura semper tendit de imperfecto ad perfectum, eamque imitando gratia prius incipit a timore servili, et fide informi, et sic deinceps ut constat ex Concilio Tridentino sess. 6, cap. 6, et D. Thoma 1,2, q. 113, ubi justificationis ordinem descripsit, et nos latius expendimus ex ipso tract, de justificatione disp. 3, dub. 5, g4. Ex quo principio habemus, quod sicut in naturalibus Deus non quolibet influxu causât ultimam, ac perfectam dispositionem ad animam v. g. rationalem, sed gradatim, et paulisper se gerit influendo; haud dissimiliter non dispensat uniformiter auxilia gratiæ ad attritionem ; adque ideo non semper contra omnia peccata, sed aliquando in plura, aliquando in omnia, juxta praescriptum suæ inscrutabilis providenti®, et cooperationem liberi arbitrii, non quidem naturalem ; sed pedissequam, et subordinatam ipsi gratiæ, utpotequæ semper debet supponi ut præveniens, vocans, et excitans hominem ad attritionem supernaturalem. Quod ergo homo unum peccatum deserat per attritionem, non deserto alio, potest esse, et revera est, effectus divinæ gratiæ, et male revocatur ab arguente in facultatem naturalem liberi arbitrii independenter ab illa. Quod adhuc fiet magis perspicuum ex secunda ratione, quam tradit D. Thomas 1,2, q. 72, art. 1 et in hac 3 p. q. 86, art. 3 ad 3 et est hujusmodi.

136. Quoniam peccata gravia duo important principalius, et aversionem a Deo ut ab ultimo fine, ex quo capite irrogant injuriam, et offensam Deo, quem postponunt creaturæ, et conversionem ad bonum commutabile rationi dissonum, quod tam multiplex est, quam sint bona creata sensibiliter allicientia ad delectationem rectæ rationi adversam. Quare omnibus illis est communis ratio aversionis, et oftensæ, atque ipeo connectuntur in ratione remissibilium, ita ut unum sine alio remitti non possit. Cum tamen satis inter se differant ex parte conversionis ad bona particularia, a quibus sumi debet species peccati, utputa quod sit furti, et non sacrilegii. Et ex hac parte non important connexionem, sed potest unum absque alio detestari magis, aut minus, juxta majorem, vel minorem dissonantiam cum ratione. Verba D. Thomæ loco allegato ex 3 parte sunt : *Ad tertium dicendum, quod peccata quamvis non sint connexa quantum ad conversionem ad Ionum commutabile ; sunt tamen connexa quantum ad aversionem a bono incommutabili, in qua conveniunt omnia peccata mortalia, et ex hac parte habent rationem offenste, quam oportet tolli per pœnitentiam.* In quo discursu supponit S. Doctor quod jam tradiderat loco ex 1, 2 relato, ubi ita scripserat · *Aliter se habet intentio agentis secundum virtutem ad sequendum rationem, el aliter intentio peccantis ad divertendum a ratione. Cujuslibel enim agentis secundum virtutem intentio est, ul ipsius rationis regulam sequatur : et, ideo omnium virtutum intentio in idem tendit : el proplcr hoc omnes virtutes habent connexionem ad invicem in reda ratione agibilium, quod est prudentia sicul supra dictum est. Sed intentio peccantis non est ad hoc, quod recedat ab eo, quod est secundum rationem ; sed potius quod lendal in aliquod bonum appetibile, a quo speciem sortitur. Hujusmodi autem bona, in qua tendit intentio peccantis a ratione recedens, sunt diversa, nullam connexionem habentia ad invicem; imo etiam interdum sunt contraria.* Unde manifeste liquet, cur non sit dare veram contritionem, quæ ita sit de uno, et non sit de omnibus aliis vel formaliter, vel virtualiter : est tamen dare veram attritionem supernaturalem, quæ ita hæc vel illa detestetur peccata, ut tamformaliter, quam virtualiter alia non attingat. Quo occurritur tacitæ objectioni.

137. Ratio discriminis sumitur ex hac doctrina Angeli Præceptoris ; quoniam contritio directe, et formaliter tendit ad compensandam offensam divinam, qua offensa Dei, quæ est indivisibilis ratio, in qua omnia peccata sunt connexa : atque ideo vel tota ratio offensæ, vel nihil illius debet auferri per contritionem ; et consequenter vel omnia, vel nullum peccatum est remissibile media contritione : nec similiter contritio potest ita unius offensam attingere, quin vel formaliter, vel virtualiter ad alias oflensæ rationes excludendas se porrigat. Et constat a simili revelationis divinæ, cujus infallibili assensu negato circa unum articulum, nequit remanere fides Christiana circa alios, ut accidit in hæreticis. Motivum autem attritionis non est offensa divina, sed aliquid demissius, nec etiam est indivisibile, sed vel per pœ-^nas inferni, quas fides docet esse multi-

plices, vèl per turpitudinem, et fœdltatem ipsius peccati, quas etiam constat esse diversas, juxta majorem, vol minorem oppositionem cum nobiliori, aut ignobiliori virtute, ac tandem penes dissonantia cum recta ratione supernaturali, quæ etiam patitur suam latitudinem, sicut eam continent bona particularia, in quæ tendit intentio peccantis, ut dicebat D. Thomas. Non ergo necessarium est ad veram, et supernaturalem attritionem, quod omnia peccata simul detestentur, sed potest, et debet salvari vera, et supernaturalis attritio, in qua, et cum qua unum, et non aliud deseratur, ut in primo testimonio statuit S. Doctor. Quare vehementer de-
Moliu. ceptus est P. Molina, dum inter conficiendum hoc ultimum argumentum scripsit neminem oppositum dixisse, videlicet illam attritionem non esse naturalem : nam præ-
D.Thom. ter unum *pro* mille D. Thomam, prius id asseruerat Magister in 4, dist. 15, deinceps
Gratiaa. Gratianus in cap. Placuit, dist. 13, quos
Suafez. referl(ct sequam· Suarez in Gomment, illius art. 3, quæstionis 86, hujus 3 p. et debet esse commune inter discipulos Ang. Præceptoris.

DUBIUM IV.

Quonam tempore fuerit institutum Pœnitentiæ Sacramentum? Et quis ejus Author?

138. Supposita existentia hujus Sacramenti, quam stabilimus contra hæreticos in prima hujus tractatus disputatione, ejusque quidditate tam ex parte formæ in communi explicata, in quo secundam, et tertiam disputationem insumpsimus ; ad hujus complementum, in qua de necessitate, et institutione illius sermonem habemus, oportet examinare tempus institutionis, et quisnam* illius fuerit Author? Quibus expletis, quæ ad hoc Sacramentum in communi pertinere videbantur, elucidata manebunt. Et hinc obiter apparet rectissima procedendi methodus ab Angelico Præceptore observata, dum per articulorum seriem hactenus decursam ab existentia Sacramenti ad ejus quidditatem in generali, et ab hac ad ejus necessitatem, et institutionem, recto ordine processit, et non intermisso filo usque ad finem tractatum perduxit, acturus deinceps de *Pœnitentia sub ratione virtutis, ac postmodum de partibus Pœnitentiæ tam in communi, quam In particulari. Quod utinam immatura morte non prævêûtus consummasset ! Ex duobus autem, quæ tiiu-B^H lus præscribit, sumendum est exordium **. ab authore, a quo descendemus ad tempus institutionis. In uno vero, et allero supponi vidotur hujus Sacramenti institutio; alioqui enim inutiliter quaereretur tempus institutionis, nec magis idonee author instituens investigaretur. Et ultra communem omnibus aliis Sacramentis, in Pœnitentia est specialis ratio, quaro illius institutio supponi debeat, nam ut inquit Angelicus d.t u z. Doctor in 4, dist. 22, q. 2, art. 4 : *Sacramentum Panitentix consistit in determinato modo agendi panileniiam, qui quidem modus non est similiter apud omnes, nec* in omni *tempore : et ideo obligatio ad illum modum est ex aliqua institutione. El propter hoc Sacramentum panilenliæ institutionem habet.* B

139. Nec contra obest, quod eâ, quæ 0i.«- sunt de jure naturali, non indigent institutione. si quidem ipsam legem naturalem comitantur : sed de jure naturali est, quod quemlibet pœniteat de peccatis a se commissis : ergo pœnitere de culpis non habet aliam institutionem, quam ipsam legem naturalem homini insitam.

Eo vel maxime : quia pœnitentiæ virtus non habet institutionem, sicut nec aliæ virtutes adhuc supernaturales : sed Sacramentum Pœnitentiæ idem est cum virtute Pœnitentiæ : ergo Sacramentum Pœnitenliæ non habet institutionem.

Non inquam, obest, si ita objicias. Nam ad primum respondet ibi S. Doctor : *Quod lex naturalis dictat homini, quod sit panilendum* (ut constat ex dictis dub. 2 hujus disp.). *sed modus talis agendi pamitentiam, qui observatur in Sacramento Pœnitentiæ, non est ex legis naturalis dictamine, sed ex institutione.* Confirmationi occurrit Preceptor Angelicus inquiens : *quod Pernitentia est virtus quantum ad hoc, quod est de dictamine legis naturalis* (quia nimirum est de dictamine legis naturalis, quod sit virtus Pœnitentiæ, quin ex vi hujus determinetur, quod4talis virtus sif in se naturalis), *et ideo non habet institutionem, in quantum est virtus ; sed quantum ad modum determinatum, ex quo habet quod sil Sacramentum, el utcumque in una panitentia invenitur, el ideo eadem panilentia est Sacramentum, el virtus, et quantum ad aliquid de jure naturali, el quantum ad aliquid ex institutione.*

Hinc pitws Ulnft jûre nmahdandué vehit Petrus Oxoinensis, de quo supra, qui efficaciam remittendi peccata, quam Ecclesia agnos-
U!· cit, et semper cognovit in hoc Sacramento, non alicui ipsius institutioni detulit, sed ex jure naturali, et propria virtute provenire docere fuit ausus in sequenti propositione : *Sacramentum pœnitentiæ quantum nd collationem gratiæ Sacramentum naturæ est, non alicujus institutionis veleris tel novi testamenti.* Quæ est nona in ordino inter alias ex ipso ab Ecclesia digna censura inustas, ut locis citatis retulimus, easqüe omnes abjurare compulsus est, ut refertur in summa Conciliorum inter decreta Sixti IV. Quo supposito deveniamus ad Authorom immediatum, et tempus institutionis Poenitentiæ, in nuo non est momenti difficultas inter Catholicos post decisionem Tridehtiham.

Atd*hor hujus Sacramenti Christus asseritur.*

I tolas UO. Dicendum est Christum DominUm ^j[)' immediate instituisse Pœnitentiæ sacra-
liiiiti- mentum. Hanc conclusionem ut fide sanc-
lr' tam amplectuntur Theologi Catholici,
Ktai quotqüot post Concilium Tridentinum sôripsere, quod quidem eam definivit sess. 14. canone 1, Sub anathemate damnans oppositam per hæc verba i *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica Poenitentiam* ιὸη *esse tere, el proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccala labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo bomino nostro institutum, anathema sil,* Si autein Ecclesia vel alius a Christo Domino ipsum immediate, et per se ipsum instituisset, non vero ipsemet Christus, non vere, et absolute diceretur illius institutor, née sub anathemate damnaretur, qui assereret Christum Dominum non esse illius immediatum Aulhorem, ut constat a simili aliquorum sacramentalium, aut rituum ab Ecclesia conditorum, quorum non Christus, sed Ecclesia dicitur Author; licet hæc non propria, sed ab ipso emendicata potestate, ea et alia condiderit, ac instituerit. Quocirca sess. 21, cap, 2, docet ipsummet Concilium esse in Ecclesia potestatem mutandi ritus exerceri solitos circa sacramenta, pro rerum, temporum, et locorum varietate, immutata, et illæsa eorum substantia. Et ideo licet aliquando fuerit in usu communio sub utraque specie pro laieis, ut attestatur Concilium, eum decursu temporis ob justissimas causas abrogavit, et prohibuit, nihil omnino innovans circa essentiam, el substantiam Sacramenti Eucharistia», nec etiam aliorum. Quod argumento efficaci est, a nullo'alio quam a Christo Domino immediate omnia Sacramenta esse instituta ». nam alias, sicut erat in potestate alterius a Christo concedere Sacramenta, esset etiam illa pro rerum, et temporum, ac locorum varietate immutare ; quia nullum est fundamentum alterum, vel Ecclesiæ, vel alii concedendi, et aliud negandi; cum potestas innovandi comitetur facultatem instituendi. Cum ergo non sit alia ratio de Pœnitentia, ac de cæteris Sacramentis ; nullum ex Consequenti est fundamentum negandi hoc Sacramentum fuisse a Christo Domino immediate institutum.

141. Deinde probatur hæc veritas ra- Genera-
tione generali desumpta ex D. Thoma supra quæst. 64, art. 3 et 4, quoniam potes- D.Thom.
tas instituendi Sacramenta ita est propria Christi, ut nulli alteri fuerit communicata, quamvis absolute communicari poluerit, ut docet S. Doctor prædicto art. 4 ; sed institutio Pœnitentiæ provenit immediate a potestate instituendi Sacramenta i ergo institutio Pœnitentiæ ita est propria Christi immediate, ut nulli alteri de facto conveniat. Minor et Consequentia constant. Major vero probatur : quia potestas instituendi Sacramenta est potestas excellenti®, qua Christus Dominus præ cunctis aliis excelluit, ob intimam conjunctionem personalem cum Deo, in quo est authoritas impertiendi gratiam, et remittendi culpam. Cum autem sola Christi humanitas sit personaliter conjuncta cum divinitate, in sola Christi humanitate, vel, ut proprius loquamur, in solo Christo ut homine de facto potestas excellentiæ salvatur, atque ideo ipsi soli competit instituere Sacramentum Pœnitentiæ, sicut et cætera alia.

Confirmatur, et explicatur : quia nec Coniinn.
Ecclesia, nec ejus ministri possunt se ipsos instituere, aut de fundamento, cui innituntur, disponere : ut videtur per se notum ; siquidem eo ipso quod Ecclesia, et ejus ministri ab alio habeant esse, debent ex consequenti supponere quod ab alio recipiunt, nec illud de novo instituere valent; alioqui enim seipsos de novo fundare possent, et sibiinet novum esse communicare, quod est impossibile. Sed Ecclesia fundatur in fide, et Sacramentis.

Ergo sicut non habet fidem a se ipsa, sed a Christo ut capite, ita nec Sacramenta, et consequenter nec novam fidem, imo nec aliquod, nec aliqua Sacramenta instituere potest, sed id referendum est in Christum Dominum immediate. Qui fuit discursus D. Thomæ in 4, dist. 17. q. 3, art. 1, quæstiunc. 5, ubi inquit : *Ministri Ecclesiæ instituuntur in Ecclesia divinitus fundata, et ideo institutio Ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ. El quia Ecclesia fundatur in fide, el Sacramentis, ideo ad ministros Ecclesiæ nec novos articulos fidei edere, aut editos removere, aut Sacramenta nova instituere, aut instituta removere perlinet. Sed hoc est potestatis excellentia, quæ soli debetur Christo, qui est Ecclesiæ fundamentum.*

D.Tbom.

142. Secundo probatur ratione ejusdem S. Doctoris in præsenti art. 7. Quoniam Sacramentum Pœnitentiæ conflatur, et constituitur essentialiter ex actibus pœnitentis sicut ex materia, et ex legitima absolutione Sacerdotis tamquam ex forma, ut constat ex supradictis. Sed Christus primo instituit, ac determinavit complexum harum partium simul sumptarum : ergo Christus fuit primus hujus Sacramenti institutor. Major cum Consequentia est nota, et probatur Minor ex parte materiæ : nam licet actus pœnitentis antecedant Christi institutionem; cum ex jure naturali habeatur hominem debere poenitere post lapsum; non tamen ex jure naturali habent illi actus quod sint materia proxima, et determinata Sacramenti, subindeque ut obire possent munus materiæ Sacramentalis, opus fuit Christi institutione, et determinatione. Quoad formam vero, et virtutem ipsius clarius adhuc est, non ab alio, quam a Christi institutione habere esse, quandoquidem verba Sacerdotis ex se non sunt alterius efficaciæ, quam si ab alio homine proferrentur : ergo quod hæc verba sint determinata, et sensibiliter significent culparum remissionem, sortiri debent ex divina institutione Christi : atque ideo modus Sacramentaliter poenitendi non in aliud principium revocandus est, quam in Christi Domini determinationem, et voluntatem.

Ratio specialior. D.Tooru.

143. Sed contra hanc rationem statim se offert difficultas immediate opposita : nam quod diu antea præcessit Christum, nequit esse ex Christi institutione : sed Sacramentum Pœnitentiæ fuit in veteri lege, sive naturali, sive scripta, ut initio hujus disputationis ex alibi dictis supposuimus : ergo Sacramentum Pœnitentiæ non primo habuit esse ex Christi institutione. Eo præsertim, nam in lege scripta fuit vera confessio peccatorum, de quo extant plura Sacræ paginæ testimonia, præcipue vero in libr. Levit, et in Psalterio juxta illud Ps. 31 : *Dixi : confitebor adversum me injustitiam meam Domine, el tu remisisli impietatem peccati mei.* Accedebant insuper ad Sacerdotes, ut mundarentur peccato obnoxii : ergo signum est multo ante Christi institutionem fuisse verum Pœnitentiæ Sacramentum, et sic idem quod prius.

Cosira.

Objectio.

Hæc tamen difficultas levis est, et facile dispellitur, animadvertendo, quod aliqua Sacramenta fuerint in veteri lege, minime obesse; quominus Christus Dominus absolute, et simpliciter vere dicatur, et sit Author unicus, et primarius institutor Sacramentorum novæ legis : sicut nec quod fuerit, et sit lex naturalis, non tollit, quod Christus fuerit Author legis gratiæ. Unde sicut quod antea fuerit, vel remedium naturæ, vel in lege scripta circuncisio in antidotum peccati originalis, bene cohæret cum hoc, quod Baptismus non alium quam Christum sibi vindicet Authorem; ita similiter de Pœnitentiæ Sacramento asserendum est. Cujus optimam rationem tradidit Angelicus Præceptor in 4, dist. 22, quæst. 2, art. 3, quæstiunc. 2, *quia quando variatur aliquid, quod est de essentia rei, non esi eadem res numero, unde cum determinatus modus, qui in Ecclesia a pernitentibus observatur, sit de essentia hujus Sacramenti, hoc Sacramentum non fuit antequam iste modus pœnitendi esset. El quia iste modus non fuit ante Christi adventum, ideo nec Sacramentum Pœnitentiæ antea fuisse debet dici, quamvis esset aliquid simile etiam ante Christi adventum el aliquis modus pœnitentiam agendi.*

Dito» ih«m-L'i« preniss.

D.Tt:a.

In quo vero ille modus consisteret, explicat S. Doctor subjungens immediate differentiam pœnitentiæ in lege naturali, et scripta, et ex hac differentia diruitur confirmatio : *Nam in lege Moysi erat determinatus modus sed alius, quam modo sit,* nimirum ut explicat in hoc articulo 7, solut. ad 2, quantum quidem ad dolorem, ut esset magis in corde, quam in exterioribus signis, secundum illud Joel. 2 : *Seindite corda vestra, el non vestimenta vestra ;* quantum autem ad remedium doloris quærendant.

joêU.

rendum,ut aliquo modo ministris Dei sua peccata confiterentur ad minus in generali,
luit. s. Unde Dominus Levitici 5, dicit : *Anima quæ peccaverit per ignorantiam, oleret arietem immaculatum, etc., in hoc enim ipso, quod oblationem faciebat aliquis pro peccato suo quodammodo suum peccatum sacerdoti confitebatur. Sed tempore legis naturæ* (pro-
D.ThoM. sequitur D. Thomas in 4) *non erat aliquis modus determinatus ; sed quilibet secundum quod sibi veniebat in cor, modum pœnilendi sibi determinabat : quia Sacramenta omnia illius temporis* (ecce pœnitentiam illam inter Sacramenta recenset, quod observet S. Doctoris discipulus) *volo celebrabantur secundum Hug. Et sic Pœnitenliæ est Sacramentum, et veleris legis, et novæ legis, et legis naturæ* (Quod si animadvertisset Prado, non negasset Pœnitentiæ veteri rationem Sacramenti) *el in quantum est Sacramentum novæ legis, non fuit ante Christi adventum institutum, in quantum fuit legis naturæ, non fuit determinate institutum : sed admonilusfuil homo, ut sibi determinaret aliquem pœnilendi modum, quæ quidem admonitio non debuit esse ante culpam.* Qua doctrina cuncta elucidantur, et supra dub. 2 expensa lucem accipiunt.

144. Est vero observatu dignum, aliud jsse pœnitere, et aliud pœnitentiam agere : nam primum solum importat actum internum doloris ; secundum vero addit exteriora pœnitentiæ signa : quocirca profunde observavit D. Thomas in hoc ipso art. 7, Christum Dominum suæ prædicationis exordio indixisse hominibus non solum ut pœniterent, sed etiam ut pœnitentiam externam agerent. Unde quando in omni lege docet S. Doctor fuisse Pœnitentiæ Sacramentum, clarissime loquitur de Pœnitentia externa, quæ supponat, et comitetur internam; alioqui enim neutiquam statuisset in nulla lege Sacramenta, cum de earum ratione sit esse signa sensibilia. Quare si præscindatur ab institutione divina, adhuc in lege naturali, nullum ex vi juris naturalis foret Sacramentum Pœnitentiæ, utpote quod non habet esse ex vi ipsius legis naturalis, sed occasione ex culpis accepta conveniens fuerit ejus institutio, ut supra innuimus ad dub. 2, et docet S. Doctor loco immediato relato ex 4 sent.

145. Objicies secundo. Nam in lege gratiæ nullibi fit expressa mentio confessionis Sacramentalis, nisi in illo Jacobi 5, n. 16; *Confitemini alterutrum peccata ves-*
Ira, nec Christus usus est potestate clavium ad remittenda peccata : ergo signum est Christum Dominum non fuisse immediatum Authorem hujus Sacramenti. Probatur Consequentia, tum quia non potest esse Author Sacramenti, nisi simul instituerit omnes ejus partes, et constat in Matrimonio, cujus ideo Christus non dicitur Author, quia ejus partes essentiales non primo statuit. Tum etiam, quia Christum usum fuisse creditur illis Sacramentis a se institutis, quorum administratio, et usus non importabat indecentiam ipsi indignam, ut constat in Eucharistia; quam sibimet ministrasse dicitur, et in ordine, quo ,Apostolos insignivit illis Sacerdotium conferendo. Sed remittere peccata medio Sacramento Pœnitentiæ non affert indecentiam aliquam, quin imo præ se fert insignem excellentiam, et authorilatem : ergo cum constet hac Christum Dominum non usum fuisse ; constare consequenter videtur non instituisse, sed dumtaxat intimasse Ecclesiæ hoc Sacramentum ab ipsa instituendum.

Quid aliqui senserint.

Propter hanc objectionem hæretici omnino negant Sacramentum Pœnitentiæ fuisse institutum a Christo Domino. Et quod magis est, aliqui Doctores Catholici in ea fuerunt sententia, quod in Pœnitentia solum instituerit Christus id, quod se tenet ex parte Sacerdotis, et est in ipso formale, nimirum verba absolutionis, et potestatem clavium ; reliqua vero ex parte materiæ se tenentia, utputa confessionem, et satisfactionem Ecclesiæ judicio demandasse. Ita Alensis 4 p. quæst. 18, art. 2. Marsili in 2, quæst. 2, art. 2. D. Bonaventura in 4, dist. 17, part. 2, art. 1, quæst. 3.

Alensis. Marsilius. D. Bonav.

146. Hæc tamen sententia displicet aliis Theologis, quoniam licet ad utrumque salvandum aliquem esse alterius causam, sufficere videatur producere unionem extremorum, vel ipsa extrema ut unita reduplicative, quin desideretur influxus in partes secundum se, ut patet in naturalibus, in quibus homo producit alium hominem absque eo quod ejus partes efficiat : et in artificialibus, ubi dealbans parietem facit absolute album per hoc præcise, quod albedinem illi affigat; et ex hoc capite utcumque posset salvari in Christo praerogativa institutoris, et Authoris Sacramenti Pœnitentiæ, immo, et aliorum. Majus tamen quid intendunt Concilia, et Patres, dum eam excellentiam illi adscribunt, et ita

Displicet aliis. Delgaditto.

intelligent communitor Theologi, m&xirnp qui post Tridentinom scripsere. Et sano si ita discurrendum foret, plano confice-returjnulia ratione posse falsilatisconvinci, qui constanter affirmaret, nec materiam, nec formam hujus, immo nec aliorum Sacramentorum, a Christo praescriptas fuisse: sed aliunde habitae dumtaxat eas inter se univisse, ut adductum exemplum retorquendo palam constabit. Quod tamen est falsum, et minime admitti dignum.

Melior aiiorvm sensus.

Quocirca consultius alii Theologi oppositum ut fide sanctum affirmant, et quod attinet ad Confessionem, in quam impingunt sectarii, maxime Calvinist® post suum Prodromum Calvinum, standum est doctrinae Concilii Tridentini, in quo est plenior fides, quam in alio quolibet Theologo quantumvis sanctitate, et doctrina praecellenti. Ait ergo Sancta Synodus cap. 5, ex sess. 14, sa?pe citata : *Ex institutione Sacramenti Pernitenti*jam explicata, universa Ecclesia Semper inlelligit, institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem, el omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessariam existere.* Unde falsum est Antecedens objectionis, quoad primam illius partem, quia non solum in illa Jacobi epistola, sed etiam in pluribus aliis locis, in quibus fit mentio de hoc Sacramento; ex consequenti fit etiam de ejus partibus, quarum una est confessio Sacramentalis. Concedimus tamen non usum fuisse Christum hoc Sacramento, quia ita non congruit; siquidem aliud est instituere

Trident.

Qu® Sacramenta Chrism seipso wœistraverit.

Sacramentum ab aliis ministrandum, et conficiendum ; aliud vero ipsum semet institutum conficere, et ministrare, sed êx primo nullatenus infertur secundum ; alioqui enim vel omnia Sacramenta ministrasset, quod est falsum ; vel nullum instituisset nisi Eucharistiam, quam solam accepisse constat, quud etiam est falsum. Quamobfém minime fuit expediens, quod author, et institutor Sacramentorum, fuerit illorum minister, quando quidem ejus virtus ad disponendam gratiam non fuit ligata Sacramentis, sed independenter ab illis, prout expediebat, eam largiebatur, ut contigit Magdalen®, Cananææ, Samaritanae, D. Paulo, et aliis. Et hoc profecto dignitatis, et excellenti® fuit in Christo præ suis ministris; quoniam sicut excellentius est cans® non alligari instrumento, sed cum illo, vel absque illo effectum producere, quam ad determinatum modum agendi se reducere; ita profecto præstantius fiiU Christo officore Sacramentorum effectum, ut illorum authorem, et institutorem absque dependentia ab illis, quam ut ministrum so gerere alligatum instrumentorum intluxui. Unde D. Thomas supra quæst. 64, ar. 3, Inquit : (hna catiM non *dependet ab effectu, sed potius e converso, quarto ad excellentiam polestalls Christi perlinet, quod ipse potuit effectum Sacramentorum sine exteriori Sacramento conferre.*

D.Tt».

147. Juxta quam doctrinam neganda Bh?ce-etiam est Consequentia, cujus probationes dilut® manent, et ad exemplum Eucharisti® dicimus fuisse in ea specialem rationem, ut nimirum semet Christus hostiam simul, et sacerdotem monstraret, juxta illud Hieronymi ad Lesbiam ! *Ipse conviva, et convivium, ipse comedens, el quod comeditur,* et ut carni, et sanguini cum ipso communicaremus non solum in substantia, sed etiam in modo, sumendo scilicet, sicut ipse sumpsit; alio tamen effectu, ut explicat Angelicus Doctor supra quæst. 8, art. 1. Et quia Apostolis conferre statuerat potestatem supra suum corpus, nedum mysticum sed etiam reale, et physicum media consecratione in sacerdotes, se ipso voluit eos sacris ordinibus insignire absque interventione alterius ministri inferioris. In quo sane potestatem, magis quant ministerium ostentabat, ut Dominus haberetur, non servus.

Hlert-'t®·

D.TUa

Exemplum illud Matrimonii in adversum regerendum est; siquidem majori aliquo titulo dicendus est Christus author Sacramentorum aliorum, quam fuerit Matrimonii ; quando quidem alia totaliter instituit, et determinavit pro beneplacito Su® voluntatis, et finis pr® intenti; cum tamen Matrimonium materialiter saltem supposuerit ut ab Adam, et Eva descendens in ratione contractus saltem naturalis, quem quidem contractum in nova lege ad rationem evexit Sacramenti. Unde licet non fuerit Christus ut homo immediatus Author matrimonii in ratione contractus naturalis; fuit tamen illius institutor immediatus in ratione. Sacramenti. Qu® fuit solutio D. Thom® supra quæst. 61, art. 2 ad 3, nam *Matrimonium fuit institutum, in statu innocentia:, non secundum quod est Sacramentum, sed secundum quod est in officium natura:.* Hoc tamen nec apparenter potest applicari cæteris Sacramentis, et multo minus Pœnitentiæ, nisi quatenus in lege antiqua prœcessere aliqu® illius umbræ, et

D.TbûB·

ct figuræ, ut docet Apostolus ad Galat. 4. Nec enim ibi, aut aliquando fuit vera, et specialis singulorum deliciorum confessio homini specialiter, ct cum spe venite facta, neC vera clavium potestas in Sacerdotibus, qua possent sacramentaliter ligare, vel absolvere pœnitentes : hæc quippe derivatur a passione Christi, ut docet D. Thomas in hoc art. 7, in flno solutionis ad 2.

Quo tempore fuerit institutum Pamücntiæ Sacramentum,

Tiwas iditoU? pæfli. laüî. 148. Dicendum est secundo Pœnitentiæ institutionem peractam fuisse post resurrectionem, subindeque ante Christi passionem, et mortem non fuisse institutum Pœnitentiæ Sacramentum. Hæc secunda pars conclusionis, negantis anteriorem hujus Sacramenti editionem, manifeste sequitur ex prima; quia nullum Sacramentum bis fuit institutum, sed semel dumtaxat i ergo si hujus Sacramenti institutio facta fuit post resurrectionem, planum est ante illam non fuisse peractam. Unde non manet locus negandi hanc partem, suppono. sita prima, Ut bene observavit Nuno ih præsenti dub. 2. Primam ergo et potiorem assertionis partem tuentur Catholici Théo-

Triieat. |0gj ut definitam in Concilio Tridentino can. 3 et sequentibus, expressius vero, etformalius cap. 1, sess. 14, ubi ita docet : *Dominus autem Sacramentum Pomitenliæ tunc præcipue instituit, aim a mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos dicens : Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peôcala, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Quæ quidem verba habentur Joan. 20 capite.

Qsid ÛJét* Tzsliffl jaümo- Λ0·, In quo testimonio observandum Venit (quod et animadvertit Granados Controv. 7 de Pœnit. tract. I, disp. 10, num. 3 et 4), adverbium Illud *præcipue,* quo usi sunt Concilii Patres, indicare sermonem fieri de ultimo complemento, et perfectione Pœnitentiæ, quæ consistit in potestate clavium, ex vi cujus perficitur, et ultimo completur média absolutione Sacramentum. Cum quo bene consonat ante resurrectionem fuisse insinuatam promissam, et quasi inchoatam institutionem Pcenitentiæ Sacramentalis : et ideo pluribus aliis locis de illa meminit Christus ante

D.Tbon. passionem. Nam ut inquit D Thomas in 4, dist. 22, quæst. 2 art. 3 : *Panîlerdîâ in diversi» lotis est a Deo instituta quantum ad diversa ; quantum ad utilitatem est instituta Mallii.* 4, *ubi dicit : Pamilenliam agile, undo sequitur. Appropinquavit enim, in vos regnum Dei. Sed quantum ad necessilatem ubi dixit Lues* i 3 : *Nisi pamilenliam egeritis, omnes simul peribitis. Sed quantum ad potestatem clavium Mattii.* 16, ubi ditrif Matt. 16. *Petro : Quodeumque ligaveris post illa verba : et tibi dabo claves regni Melorum·, el Joan.* 20 : *Quorum remiseritis peccata remit-* 1<wn·20· *lunlur eis ; sed postea Jaûobus expressit aliquid de Pamitenlia modo Jacob.* 5, *ubi dixit : Confitemini invicem, etc.* Sed quia in nullo horum locorum expresse habetur traditio potestatis clavium, sine qua nullum est Sacramentum Pœnitentiæ in lege gratiæ, sed ad summum promissio, ut sonant illa verba Matth. 16 : *Tibi dabo claves regni calorum, etc.,* ét in aliis insinuatio; nisi in illo Joan. 20, quod constat fuisse post resurrectionem. Idcirco rectissime asseruit, et nos docuit Sacra Synodus tunc præcipue hujus Sacramenti factam fuisse institutionem.

Ratio conclusionis. 149. Fundamentum hujus veritatis a ratione petitum redigimus ad sequentem formam. Quia cum hoc Sacramentum subeat rationem judicii inter Dedm judicem, et hominem reum; tunc exigitur, et instituitur, cum assignatur èx parte Dei minister, cum potestate ligandi, et solvendi, ut pro tribunali sedendo sententiam juxta allegata ferat. Constat atltem ex scriptura hanc potestatem pluries insinuatam, et aliquando promissam nullibi re ipsa fuisse Apostolis concessam, nisi post resurrectionem, ut Joan. 20 refertur : ergo tunc, et joan.20 non alibi, absolute, et simpliciter institutum est Pœnitentiæ Sacramentum. Majorem sæpiüs inculcavimus ab initio hujus tractatus, et rursus probamus, et explicamus hoc modo : nam a l veram rationem judicii, nec sufficiunt delicta, nec eorum notitia, nec insuper manifestatio, aut etiam pœnæ ipsis delictis debitæ cognitio ; siquidem adhuc his omnibus positis, non adhuc consurgit verum tribunal, nec stat verum judicium absolutivum, et punitivunl ; quam doquidem omnia illustrare, et reperiri possunt, absque potestate sententiam ferendi supra reum, vel absolvendo, vel damnando : ergo usque dum adsit potestas ligandi, et solvendi Sacramentaliter in ministro determinato, nondum intelligitur institutum, et erectum Sacrameniale judicium quale importat hoC Sacramentum.

D°rho” Confirmatur, et explicatur ex D. Thoma in hoc art. 7, Quia non aliunde melius venire possumus in cognitionem voluntatis Christi institutoris, et Authoris Sacramenti, quam ex Sacra Scriptura ut explicata in Concilio, et ut approbata, et recepta ab Ecclesia universali; hæc enim simul sumpta constituunt penitus infallibilem veritatis regulam, ut in confesso est apud omnes. Sed ex divina Scriptura constat, quod licet aliquando, Christus pœnitentiæ Sacramentum quoad sui partes essentiales, divisive acceptas, insinuaverit, commendaverit, et promiserit; nusquam tamen reipsa contulerit discipulis, eorumque successoribus judiciariam potestatem supra fideles, usque ad resurrectionem, cum apparens Apostolis in eos insufflavit dicens : *Accipite Spiritum sanctum, etc.,* ut
Joan.eo. refertur Joan. 20, et ita constitutum est a Concilio, et approbatum fuit ab Ecclesia. Ergo omnino asserendum est usque ad illud tempus dilatam fuisse hujus Sacramenti institutionem. Mmorem quoad primam sui partem, in qua sola esse poterat
D.Thom• ratio dubitandi, probat D. Thomas sequenti Scripturæ explicatione, et applicatione. Etenim, *Dominus in principio prædicalionis suæ indixit hominibus, ul non solum panilerent, sed et pœnitentiam agerent* (quod non esse idem supra observavimus) *significans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc Sacramentum,* nimirum ex parte recipientium, seu pœnitentiam agentium. *Sed id quod pertinet ad officium ministrorum determinavit Malt.* 16, *ubi dixit Petro: Tibi dabo claves regni calorum, etc. Efficaciam autem hujus Sacramenti, et originem virtutis ejus manifestavit post resurrectionem Luc. ultimo ubi dixit, quod oportet prædicare in nomine ejus* poenitentiam, *el remissionem peccatorum in omnes gentes, præmisso de passione, el* resurrectione. Hæc autem apparitio Christi, et ad discipulos allocutio est eadem cum illa, quæ fertur Joan. 20 et utrobique fit mentio Spiritus sancti ; licet verba sint diversa, et alter Evangelistarum explicet formalius aliquid, quod tam expresse alius non retulit, ut moris est apud illos.

v»iqnw SCriusU" depulsus objwüo- nes dirutae. Quod ideo animadvertimus, ut a Vas- 1uez scrupulum in hac parte amoveremus, dum infra quæst. 90, art. 1, dub. 1, n. 23 ; bane D. Thomæ doctrinam difficilem ratus, ita contra eam opponit : 1° quia constat ex Concilio Tridenlino institutum fuisse hoc Sacramentum, et præceptum Confessionis Joan. 20. Nec credendum est antea fuisse præceptum confessionis indictum, quam esset Sacerdotibus potestas absolvendi. Secundo nam lex Christi tantum cœpit obligare in morto ipsius : unde et præceptum confessionis non fuit antea. Tertio *sed neque existimo* (inquit) *in verbis illis, agile pœnitentiam, Christum prxdicasse præceptum, quod futurum erat post resurrectionem. Sicut in illis. Nisi quis renatus fuerit, instituit præceptum Baptismi, quod post mortem incipere debebat tantum obligare. Tunc enim non prædicabat Christus, quod postea facturi erant ex præceplo, sed quod tunc opus erat, ut facerent. Tunc autem constat non fuisse obligationem confessionis : ergo nec tunc Christus intimavit præceptum, quod futurum erat. Quemadmodum Malth.* 16, *promisit Petro claves regni calorum, quas tamen postea tradidit, cum surrexit a mortuis. Tunc ergo Christus idem quod Joannes prædicabat, Pœnitentiam agite. Quod semper ad peccatorum remissionem necessarium fuit.* Hactenus Vasquez contra hujus articuli doctrinam, ut difficilem ostendat in applicatione primi et secundi testimonii Evangelici.

uiierior 0l>ic1i9. Et ut tertium eodem defectu laborare ostenderet, addidit aliam impugnationem, statuens in allegato testimonio ex capite Lncæ ultimo fieri sermonem de pœnitentia Sacramentali, necnon de institutione hujus Sacramenti. *Tamen* (subdidit) *ex illis lanium verbis non deduceretur hoc præceplum, nisi constaret aliunde datam ex illis potestatem absolvendi, et retinendi : aut nisi ita traditione accepta a Christo, verba illa Lucæ ultimo sic intelligerenlur, ul intelligunlur. Verumlamen ex illorum verborum forma non deducitur, nisi aliunde juvetur, sicut colligitur expresse ex Joan.* 20; *non ergo explicata fuit efficacia hujus Sacramenti Lucæ ultimo, licet ibi contineatur.*

D.Tboa. defert Yaxqwtt dotiri- nas ncQXi- flniB a S. Declare inditae, 150. Quæ impugnationes eo tendunt, ut S. Doctoris doctrinam in hoc articulo vel diminutam, vel falsam ostendant, utpote determinationi Concilii non consonam ; quasi docuisset S. Doctor indictum, ac promulgatum fuisse Confessionis præceptum ante institutum Pœnitentiæ Sacramentum, idque ex prædictis locis collegisse, et intulisse. Quod est manifeste falsum. Nam aliud est loqui de illis, quæ constituta sunt ad Sacramentum instituendum suo tempore, vel in ipso sunt includenda, secundum se, et divisive, vel si malueris, specificative, acceptis; aliud vero de

do illis ut actu totum constituentibus, sou, quod in idem recidit, de toto ex illis actu composito, et quasi conflato : sicut adhuc in artificialis naturalibus constat, non est idem loqui do lapidibus ædiücio deservituris, ac sermonem texere do ædiücio ex ipsis constructo, aut de lapidibus ipsis ædificium construentibus. Primum optimo collegit, ot deduxit D. Thomas ex diversis locis in quibus manifeste Christus commendavit pœnitentiam externam, ejus utilitatem ostendit, et potestatem judiciariam promisit; secundum vero non præstitit usque ad apparitionem factam discipulis post resurrectionem, ut refertur Lucæ ultimo, et Joan. 20 capite. Et quia præceptum Pœnitentiæ non cadit nisi supra totum Sacramentum, non vero attingit partes divisive, et secundum se acceptas, nisi referantur ad totum ; idcirco nusquam docuit, vel leviter insinuavit S. Doctor impositum fuisse præceptum confessionis ante institutionem perfectam ipsius Sacramenti, quam peractam fuisse assignato tempore manifestat Scriptura, et ex illa determinavit Concilium, ut constat ex observatione supra facta ad adverbium illud *Præcipue* quo consulto usum fuit.

Unde tantum abest Angelicum Doctorem aliquid Concilio adversum docuisse, quod ipsi prædixisse, et unum alterius paraphrasim esse videatur. Quare in casum eunt tres illæ primæ impugnationes, quin opus sit illis accuratius occurrere. Unde fatemur, et fatetur D. Thomas idem prædicasse Joannem, et Christum, ut seipsum explicat S. Doctor ad illud Matthæi 4 : *Cœpit Jesus prædicare, el dicere : Poenitentiam, agile, inquiens, Notandum quod eadem verba dicit hic Christus, quæ Joannes, propter duo : Primo enim admonet nos de humilitate, ut scilicet nullus dedignetur verba ab aliis dicta prædicare, cum ipse fons Ecclesiasticæ sententiæ eadem prædicaverit.* (Quo egregie hujus temporis Concionatores instruuntur; quin si et ipsi Theologi observassent, non tot jurgia, tot contentiones, tot opinionum monstra in dies pullularent, et in veritatis lucem tenebras offenderent.) *Secundo, quia Joannes est vox, ipse vero verbum ; idem autem significatur per verbum, ct vocem, nisi quia verbum est expressivum vocis.*

Ad tertiam impugnationem respondetur neutiquam 8. Doctorem defecisse non referendo in hoc articulo caput illud vigesimum Joannis, in quo expressius habetur clavium traditio : tum, quia jam articulo 3 antecedenti illud S. Doctor expresserat, et ut constat ex 4 sentent, testimonio supra allegato, ibi etiam ejus meminit. Tum et maxime : quia si idem sensus est utriusque loci, ut ipse Vasquez palam conütetur; quod magis in uno, quam in alio veritas explicetur, non obest, quominus efficaciter tam ex uno, quam ex alio deducatur, et inferatur, quin aliunde juvetur : nam levamen quæritur, dum non constiterit in aliquo testimonio veritatem contineri; secus vero quando constiterit, uti ex perenni Ecclesiæ traditione, et ipsa textuum collatione reperiri constabat. Unde omnino efficaciter collegit S. Doctor efficaciam, et virtutem Pœnitentiæ ex citato loco Lucæ ultim. cap. in quo eadem veritas, ac in cap. 20 Joan. Joan·20 continetur, licet non eisdem formalibus verbis exprimatur, non enim ideo imbecille reputari debet argumentum, quod ex omnium clarissimis verbis non efformetur; siquidem argumentum non probat, nisi ratione continentiæ conclusionis in præmissis, qua stante stat veritas assertionis, quidquid sit de verbis.

151. Nisi mavis (et est observatu digna solutio) Pœnitentiam dupliciter accipi posse, vel prout se tenet ex parte Sacerdotis : et hoc pacto importat expresse potestatem clavium, et magis explicatur Joann. 20. Joan.20. Vel sub proprio nomine *Pœnitentiæ* et *effectus ejus,* qui se tenet ex parte pœnitentis, cui fit remissio. Et hoc modo magis exprimitur Lucæ ultimo, ut exponunt Beda, et Lue. ult. Eusebius Emissenus apud Maldonatum Lucæ 24, vers. 47. Cum ergo uterque sen. Evangelista referre studuerit institutionem Slsldon· hujus Sacramenti, alter illam expresse, prout importabat potestatem; alter prout importabat proprium nomen, et effectum, explicuit. Quare utrumque imitatus D. Thomas modo unum, modo alterum allegavit. Et quia in hoc art. 7 intendebat S. Doctor determinare dumtaxat ejus institutionem fuisse factam in lege gratiæ, ut vel illius épigraphe demonstratur, quo ejus efficaciam, et virtutem prout se tenet ex parte pœnitentis probaret, relicto Joanne se accinxit ad caput ultimum Lucæ, ubi prout ex parte pœnitentis se tenet, clarius explicatur Sacramentum Pœnitentiæ. Unde inquit S. Doctor : *efficaciam autem hujus* D.Thom. *Sacramenti, el originem virtutis ejus manifestavit post resurrectionem Lucæ ultimo, ubi dixit, quod oportet prædicari in nomine*

Alia solutio,

ejus ponilcnliam, et remissionem peocato- t'uni in omnes gentes, prxmisso d# passione, ei resuwecliante Quod si animadveriisseï Vasquex, ab objiciendo supersedisset.

Repli.·j- îur contra D.Thorn, exposi- îioaern?

152. Sed objicitur, et apparentius, contra conclusionem, prout a D. Thoma ex Scriptura probatam : quia tqnc institutum est hoc Sacramentum, cum primo colluta est Apostolis potestas ligandi, atque iolvendi ut patet ex supra dictis ; sed hæc potestas fuit Apostolis primo collate ante resurrectionem, immo ante Christi passionem : ergo hoc Sacramentum primo institutum fuit ante Christi passionem, et mortem. Major et consequentia non indigent probatione, et suadetur Minor ex illo Mattbæi 18, n. 18 : Αηιίη *dico vobis, qux~ cumque alligaveritis super terram erunt ligata et in cadis, quscumque solveritis super terram, erunt sotula et in calo,* ubi clare habetur potestas ligandi atqua solvendi Apostolis impertita ante Christi passionem, atque ideo Sacramenti hujus institutio.

Mill. 18.

Prima objeciio- nis solutio,

Hæc objectio non tantum D. Thomam, sed ipsam Tridentinam Synodum, contra j) cujus expressam decisionem directe militat, percellit, et ex bac parte negligenda est; cum non sit credibile Concilii Patres, dum prædictæ declarationi contra hæreticos studiosissime incubuerunt, hoc testimonium fugisse; et tamen eo non obsistente, decreverunt, seu explicarunt non usque ad resurrectionem factam fuisse institutionem Pœnitentiæ : ergo vel quia eo loci non fit mentio de potestate clavium, ut mox videbimus ; vel quia esto sit ita, ibi tantum modo fit promissio instituendi postea Sacramenti, non vero ipsius realis institutio, ut aliqui docent, et est prima ad objectionem responsio.

Tvel^* Mati. 18."

Secunda et Hteralior solutio tradita est a D. Thoma ad illum locum Malthæi 18, ubi affirmat, verba allegata debere inlelligi de potestate forensi, et contentiosa, ad puniendos contumaces excommunicatione, aut aliis Ecclesiasticis censuris. Cujus intelligent!® rationem desumpsit 8. Doctor ex ipsomet textu : nam præmisso præcepto correctionis fraternæ a Christo Domino, jubet adhiberi unum, vel duos testes, et quod si eos non audierit peccator, dicatur Ecclesiæ ; si autem Ecclesiam non audie^ rit, sit illis sicut Ethnicus, et publicanus; id est, segregatus, et excommunicatus, et immediate subtexuit : *Arnen dico vobis : Quxcumque alligaveritis super terram, etc.,* addidit D. Thomas ; *Sic dicitur alligare, quia non solvit, vel quia excommunicat.* Juxta quam expositionem omnino textui conformem distinguenda est Major objectionis, simul cum Minori, et negari debet Consequentia : si quidem concedimus pqtestatam alligandi, et solvendi per censuras fuissq Apostolis a Christo ante ipsius mortem concessam, non vero ad Sacramentaliter absolvendum, et hoc ex Evangelio ipso colligitur, ita Concilio infallibiliter decernente,

Hepiia.

153. Si autem urgeas nullam hujus dilationis usque ad resurrectionem apparere causam pro instituendo hoc Sacramento. Respondetur nullam voluntatis divinæ posse ad extra causam designari, nec hujus, nec aliorum effectuum; sed in illis maxime verum, et reverenter accipiendum est, commune proloquium ; *Sil pro ratione voluntas,* quas semper est cum summa providentia, el ratione, nobis non aliter perserutabili, quam emendicando ab ipsis effectibus a posteriori rationem, et congruenti® rationes assignando. Hujus autem duo sese offerunt ; quarum prima desumitur ex D. Thoma in hoc art. 7, quoniam *e.r virtute nominis Jesu Christi patientis, el resurgentis hoc Sacramentum efficaciam habet in remissionem peccatorum.* Quæ ratio licet videatur communis omnibus aliis Sacramentis, specialem tamen energiam explicat pro Pœnitentia ; quia cum sit sacramentum mortuorum, eo medio resurgit homo e morte animæ ad vitam spiritualem gratiæ, in qua si perstiterit deinceps non sit moriturus ; congruum ergo fuit non antequam Christus pateretur, el e mortuis resurgeret, hoc Sacramentum institui, ut quod in boc Sacramento geritur, prius in ipso Christo ejus Authore fuisset exhibitum, et praemonstratum.

Pita

Seeunü wn- gra?nl« πὺo.

Altera congruentiæ ratio decerpitur ex ipsa clavium potestate, quæ quia est in ordine ad corpus Ecclesiæ mysticum, quod coalescit ex Christi fidelibus, veluti membris ipsum constituentibus, prius debuit institui, et erogari Apostolis potestas in corpus reale, et verum ejusdem Christi illos in Sacerdotes ordinando, quam conferretur, et instituetur potestas conciliandi homines, eosque membra viva reddendi. Constat autem in ipsa nocte passionis Christi destinatos, et consecratos fuisse Apostolos in Sacerdotes, ut consecrare, et Sacramentaliter conficere possent verum et reale corpus Christi ; ergo conveniens, el

et congruum fuit non ante mortem, et resurrectionem potestatem clavium illis contulisse, ut ex Christi non tantum patientis, sed etiam resurgentis nomino efli-CAçiaip acciperent in corpus mysticum^

i III,

IM/VnuUur *aliquorum placita,* el *nonnullæ objectiones enodantur.*

Mslii- 154, Contra Catholicam veritatem hactenus stabilitam, plores dicendi modi, qui itttdi. (&SJ· Gw>.3. Illi- sententiarum nomen non merentur, referri possunt. Primus fuit Glossæ de Pœnitentia diet. 5 asserentis hoc Sacramentum fuisse primo institutum a Deo, quando Genes, 3, quæsivit ab Adam, ubi esset? nec non quando interrogavit Cain Genes. 4, ubi esset Abel frater ejus? quoniam in illis verbis eos ad Pcenitentiam monebat.

Alii jGiw n. rittri. !«««'< Alter fuit aliorum, quos refert eadem Glossa, dicentium erectum, et institutum hoe fuisse tribunal cap. 7 Josue, ubi dixit ad Achan : *Fili, da gloriam Deo Israel, et confitere* ei, *indica mihi, quid feceris*

s^e Tertium tenuisse videntur Hugo de 8. Victore lib. 2 de Sacrament, parte 4, S-^cap. 1. N. Waldensis tom. de Sacrament. 21 cap. 135, quatenus docent institutionem pœnitentiæ haberi ex lege Moysi in qua , reperitur præcepta, ut constat ex illo Xib.5. Nuiner< cap. 5 : Fir, *sive mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hornimbus accidere, confitebuntur peccatum* iuum, Le-û- tie.4. et ex illo Levit. 4 et 5, ubi injungitur Sacerdotibus confiteri omnia peccata filiorum Israel ; quod difficile admodum esset, si prius ab illis non fuissent patefacta sacerdotibus, unde cap. 26 comminatur Judæis sua peccata non confitentes, et Pre- Proverb. 28 dicitur : (hn *abscondit scelera* ma, non *dirigetur ; qui vero confessus fuerit tt reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Et quod magia est, et proprius ad rem Mjw .3. accedit, Mattbæi 3, et Marci 1 testantur 'ipsi Evangelist® Judæos accedentes ad Baptismum Joannis confiteri peccata sua. Ex quibus et aliis plurihus passim obviis sacræ paginæ testimoniis colligi videtur ante Christi adventum fuisse institutam Sacramentalem pœnitentiam, cum delictorum confessione. Et hæc in causa fuisse D.k- sn. conjectamur, quod asseruerit D. Bonaventura confessionem Sacramentalem longe ante Christum institutam inveniri, atque ideo solum potestatem clavium Christo delatam iri, de quo supra in hoc eodem dubio. Ttejieiuoiar

Sed sane omnes isti dicendi modi, et textus pro eis allegati id dumtaxat conficiunt, in nulla legum, sive naturalis, sive Seriphe post peccata actualia defuisse aliquod remedium generale a Deo indictum ad illa expianda. Sicut enim in qualibet earum providit misericorditer de remedio pro peccato originali; haud secus etiamdiapoauit nulli unquam hominum defuisse antidotum pro actualibus. Quod quidem an fuerit verum Sacramentum, nec ne? non est apud omnos pervium, aliis affirmantibus, negantibus aliis. Discipulis autem D. Thomæ jam est præscripta via, qua incedere debeant, quamque tract, de Sacrament, in genere arripuimus, initio hujus disputationis supposuimus, et in hoc dubio iterum indicavimus, et quod pluris apud nos est, ab ipso S. Doctore diserte audivimus. Unde solum invenimus Magistrum Prado ab ea deviantem (vindicato Magistro Soto alteri parti aliquo modo faventi a Joanne a S. Thoma in præsenti art. 2, ubi eum ad communem sensum aliorum discipulorum redigit), quatenus omnes unanimiter affirmant illud Pœnitentiæ Sacramentum longe alterius fuisse rationis a Pœnitentia novæ Ipgia a Christo Domino instilutæ, non solum quoad potestatem clavium, sed etiam quoad confessionem, et modum illam faciendi, ut constat ox eodem D. Thoma in hoc art. solut. ad I, et ad 2.

Prado. Magist· Soto. Joan, a S.Thorn

Juxta hanc ergo sententiam tam facilem, quam veram intelligentiam accipiunt omnes illi textus in contrarium allegati, et alii plures, qui in idem possent adduci, quod nimirum loquantur de Sacramento Pœnitentiæ alterius longe rationis a nostro; quod quidem fatemur extitisse in lege veteri, sive naturali, sive scripta. Sed ex hoc nihil contra veritatem hactenus firmatam ex Tridentino, et infallibili fide ab eodem sancitam. Qua tamen solutione muniri non possunt, negantes Sacramentum Pœnitentiæ in veteri lege. Sed opus illis erit legitimum sensum illis textibus adseribere; cum ex illis habeatur signum sensibile externum remissionem peccatorum indicans ex institutione speciali Dei ; et tenebuntur rationem reddere, quare signum illud non consurgat in Sacramentum; licet vacuum, et umbraticum, uti fuit clrcuncisio, et cætera alia, quibus negare veram Sacramenti rationem non sustinet vera Theologia.

Alil solutio.

455. Sed ne Catholicam veritatem assertam huic particulari sententiæ, quæ forsan aliis non arridebit, alligare videamur. Respondetur secundo in omnihus illis textibus, et pluribus aliis, quæ possent referri, sermonem fieri de confessione peccatorum in genere, pro quibus specialia fuerunt instituta sacrificia; non vero de confessione peccatorum in speciali, et minutim facienda : hoc enim modo ista est propria legis gratiæ, ut in nulla alia lege prescripta fuerit.

Quid cavillent hæretici.

156. Ex alia parte contra assertionem possent allegari plures hæretici «et sunt fere omnes hujus temporis} quibus non solum potestas clavium exosa est, sed etiam summe displicet confessio, et ex variis capitibus in eam debachantur. Inter quos Clivions, Calvinus cum sequacibus tam novellam facit Confessionis institutionem, ut non antiquiorem ei tribuat originem, quam quingentorum annorum ab hoc anno 1698 in quo hæc scribimus, quando quidem non fuit veritus affirmare sub anno 1198, ab Innocentio III in cap. *Omnius ulriusque selus* indictam, et primo evulgatam fuisse. ÎOQO-cent.lll

Hujus tamen rei examen suo loco suscipiendum reservamus, ubi de confessione, ejus origine, et institutione agendum est; nec enim omnia in eodem loco sunt definienda, et pro dignitate tractanda. Quocirca consultius ducimus alio mittere, et reservare, sub eodem filo attexenda, quam quoties occurrit, vel levis occasio omnia inculcare, et permixtim discutere, ut etiam ad limen hujus tractatus lectorem monuimus.

Aliorum argumenti.

157. Unde superest alia objicere, quæ vel diiectius procedant, vel doctrinam traditam impugnent. Arguitur itaque primo : quoniam prius debuit institui Sacramentum Pœnitentiæ, quam Sacramenta Ordinis, et Eucharistia; : sed hæc constat ex Evangelio fuisse instituta ante resurrectionem, in ipsa videlicet nocte, in qua cum discipulis ccenavit, ut docet Concilium Tridentinum : ergo Pœnitentiæ Sacramentum institutum fuit ante Christi resurrectionem. Major, cui soli potest esse difficultas, probatur, quia Sacramento Pœnitentiæ disponuntur fideles ad digne suscipiendam Eucharistiam ; dispositio autem antecedit illud, ad quod disponit, subindeque prius debet habere esse ; alioqui enim nec disponeret, nec dispositionis nomen mereretur.

Nono. Ad hoc argumentum respondet Nuno in præsenti dub. 1. quod licet ad nostrum procedendi modum hoc Sacramentum sit a<l Eucharistiam dispositio, et insuper necessarium pro Ordinis receptione ; secus tamen est, si modus procedendi ex parte Christi spectetur, quando quidem effectum Sacramentorum sino Sacramentis conferebat : atque ideo sine Pœnitentia Sacranientali, et justificavit Apostolos, et sacris ordinibus insignivit, et sui corporis cibo saginavit. Quare prius voluit illos perficere in se ipsis, eos spiritualiter reficiendo, et sacramentaliter ordinando, quam constitueret judices aliorum media potestate ligandi, et solvendi propria hujus Sacramenti : prius enim quam quis alios perficere possit, debet esse perfectus in se.

Rijifr lit.

158. Hæc tamen solutio non placet : quia Christus non instituebat Sacramenta sibi ipsi, sed nobis, quibus, et non illi erant necessaria : ergo si nobis prius Pœnitentia Sacramentalis erat necessaria, quam Eucharistia, et Ordo, prius debuit institui Pœnitentia, quam Eucharistia, et Ordo. Et confirmatur exemplo Baptismi, qui primus omnium Sacramentorum fuit institutus; non ob aliam rationem, nisi quia primus omnium maxime erat nobis oportunus : ergo signum est in institutione Sacramentorum non tam attendi debere ad id, quod Christus exigebat, quan:· ad id, quod nobis expediebat ; alioqui enim nullum institueretur Sacramentum, utpote minime ex parte Christi necessarium ad nobis Sacramentorum effectus conferendum.

D.Tfes.

Eo vel maxime, quoniam, ut docet D. Thomas supra quæst. 65, art. 1, Sacramentorum numerus non melius designari potest, quam ex hominum indigentia in his, quæ pertinent ad cultum Dei, et ad remedium contra peccatum ; in quo non defecisse Salvatoris providentiam credendum est : ergo similiter illorum institutio melius ex hominum modo, et necessitate, quam ex ipsius Christi potestate assignatur. Unde si semel Pœnitentia est dispositio ex se prævia ad Ordinem, et Eucharistiam, prius illa sub ratione Sacramenti esset instituenda, quam illa duo Sacramenta, ut intenditur in argumento.

Ven

Unde illa solutione omissa, respondetur ex D. Thoma art. 2 iilus quæstionis 65, soluu ad 4, negando Majorem, cujus probationem diluit 8. Doctor his verbis : *Ad quartum dicendum quod ratio illa recte procederet.* 3i *Panitentia ex necessitate requireretur,*

rerelur, ut przparaloria ad Eucharistiam ; Std hoc non est verum : nam si aliquis esset sine peccato mortali, non indigeret pernitentia ad sumptionem Eucharistias. Et sic palet, quod per accidens Pœnitentia préparai ad Eucharistiam, scilicet supposito peccato. Unde dicitur 2 Paralip. ult. : Tu Domine justorum, non posuisti pœnitentiam justis. Et hac solutione penitus enervatur argumentum.

t Arps. 159. Arguitur secundo : nam obligatio legis Evangelicæ tunc primo incepit, quando destitit obligare lex antiqua : sed lex antiqua destitit obligare in passione Christi juxta illud ejusdem Christi in cruce 1^39. pendentis. Joan. 19, *Consummatum est,* quod interpretes exponunt de consummatione mysterii nostræ redemptionis, et abrogatione veteris legis : ergo tunc primo coepit obligare lex Evangelica. Hæc autem principaliter constituitur ex Sacramentis. Ergo omnia Sacramenta debuerunt institui ante Christi passionem, vel ad minus ante ipsius mortem. Major videtur certa, aliter enim aliquando fideles fuissent sine lege aliqua, nec veteri, nec nova, quod Bkx est absurdum. Minorem docet D. Thomas {2, q. 103, art. 3, cui subscribunt communiter Theologi scholastici, et expositores, et Consequentia est legitima. Minor autem subsumpta non indiget probatione, quandoquidem, quod principalius importatur a lege Evangelica, est ipsa gratia cujus sunt organa ipsamet Sacramenta : ergo ut lex gratiae obligare incipiat, debet supponi constituta ex omnibus Sacramentis, inediis quibus possit ipsa gratia in membra diffundi.

Hoc argumentum tangit gravem controversiam olim exortam inter Hieronymum, et Augustinum cujus meminit Angelicus ua'étPræceptor 1,2, q. 103, art. 4, eamque -s/-f compendio tradidit. Nam D. Hieronymus l'îMa. duo tempora constituebat immediate succedentia, alterum ante passionem, seu mortem Christi, in quo vigebat, et obligabat lex vetus, atque ideo legalia ncc eran. mortua, nec mortifera, et quia obligabant ad sui observationem, non peccabant observantes. Alterum vero immediatum post passionem in quo jam non erat licita eorum observatio, sed manserunt mortua, et mortifera : quocirca incepit lex Christi vires assumere, et cunctos obligare. D. vero Augustinus inter illa duo tempora aliud intermedium distinxit, in quo legalia erant mortua, quia neminem ad sui observationem cogebant; non tamen erant mortifera, eo quod nullum erat peccatum ea observare adhuc in Christum conversis ex Judaismo ; dummodo non ita spem in illis reponerent, quod sibi ea ad salutem necessaria exstimaront. Porro tempus illud protraxit S. Doctor a morte Christi usque ad promulgationem Evangelii factam in die Pentecostes, a qua penitus extincta mansit lex vetus, et lex gratiæ vigorem accepit.

Ex quibus sententiis eligit D. Thomas ut convenientiorem, quam docuerat Augustinusde tribus temporibus assignandis, eamque notat Cajetanus in commentario illius articuli non solum ex Augustino, et D. Thoma, sed etiam ex Ecclesiæ authoritate acceptam iri, ut constat ex Concilio Florentino sub Eugenio IV. Quum primum enim promulgatum est Evangelium, tumulata fuit synagoga, et ut cum honore sepeliretur, divina dispensatione concessum est tempus interjacens a morte Christi usque ad adventum Spiritus Sancti. D.Thom. Aognssubs«iP. sit.

160. Juxta hanc ergo sententiam ab-Enoda- Ecclesia approbatam, et canonisatam, ut inquit Cajetanus, distinguenda est Major primi syllogismi, quando destitit obligare totaliter, ita ut non esset licitum ea observare, concedo Majorem ; partialiter, hoc est, quod non esset illicita ejus observatio, neganda est Major, et sub eadem distinctione Minoris negatur Consequentia. Hinc Minor subsumpta, et ejus probatio, quæ pungere videbantur, aculeis destituuntur : quia inter tempus obligationis legis Evangelicæ, et passionem Christi, mediat tertium tempus, in quo semimortua erat lex vetus, quatenus non obligabat ad sui observationem, non tamen erat illicitum illi incumbere, dummodo ut necessaria, non haberetur ejus observatio, sed libera. Et hoc intermedio tempore institutum est Pœnitentiæ Sacramentum ante Ascensionem Christi. Ex quo non sequitur, vel quod lex gratiæ incepit obligare, antequam omnia Sacramenta essent instituta ; vel quod aliquando fuerit'populus, et non sub aliqua lege, ut posset quis obtendere ; siquidem interjacto illo tempore liberum erat Judæis vel synagogam sequi, vel Sacramentis Christi valido uti absque culpa. Non tamen id licebat Gentilibus, quorum lex nunquam fuit licita, ut observavit D. Thomas ad finem prædicti articuli. tas. Cajet. D.Thom.

161. Hinc decisa maifet quæstiuncula.

quam in solo Magistro Nano invenimus excitatam : qualiter nimirum se gerere deberent toto illo tempore intermedio peccatis obstricti circa pœnitentam? Ad quod non absolute cum, eodem Nuno, sed sub distinctions respondendam censemus. Nam vel fit sermo.de illo .interjacente tempore ante institutione^ Pœniiçntiæ? vel de illius institutionem supponente ante promulgationem. ÎJvangehi factam in die Pentecostes? Si de primo procedat interrogatio, respondemus cum pnediptq Magistro, non aliam posse exerceri Pœnitentiam, quam pnescriptam in lege,veteri. Siquidem in lege nova nullum novum remedium Sacramentale adhuc erat institutum, quocirca ppus erat recurrere ad antiquum, nondum probibiinm.:-Si vero protenditur quæstio ad temporis illius, partem post institutam SacramenUlem Pœnitentiam; poterant quidem, et ad hanp, et ad veterem pro libito. homines confugere. Èt ratio ex dictis liquet ; quoniam ante promulgationem Evangelii, nec lex Evangelica erat præcepta, nec lex antiqua erat mortifera; quocirca et. licita erat circpncisio modo a D; Thoma supra exqdiçatOj et etiam permissus erat Baptismum : ergo,idem ob eamdem prorsus rationem asserendum est de Pœnitentia, instituta,.quidem, sed non cum ipsa lege promulgata. Opus .tamen fuisset ad nos|rapa, Pœnitentiam tùnc accedentibusM,prius aplui, baptismate, absque quo. nullum est.Sacramentum Pœnitentiæ
Trident. in-lege graûæ, ut statuit Tridentinum ubi supra. \ ...

Duplex difticnl- -l£2.iln. calce ad çqmmentarium hujus articuli, uotayit et bene P...Suarez duplicom quæsûpppm dgçjsisee D. Thomam in
D.Tbom. Suarei. solut.r.ad. 3 et 4. Prior..est : an videlicet Christus prips..praedicaverit pœnitentiam,· quam Baptismum ? Ad quam absolute res-
D.Thom. pondeodum est cupi,!). Thoma anteriorem fuisse |serjppqem- de Baptismo, quam de Pœniteatiam&f ratâonççp assignat S. Doctor Eundatanii.-in ipso, Eyaûgelio, ex quo constat ea, ,qqæ .Çhristps, docuit dp neces-
Joan. 3. sitate.Baptismi do,an. 3, : *Nisi quis renatus fuerit ex aqqq,* temppre præcesçisse ea,
Matth. 4. qmg. dixit Mattii. ,4. : *Poenitentiam agite:* ergo prius ;egit Cbrisjus de Baptismo , quapi'fle. Pwni^ntia.rlConsequentix patet, et Antecedens.prqbat S·...Doctor; nam'-si quis recte cojisidqret, quæ dicta sunt Nicodemo :dq Baptismp, illo Joannis loco, fuerunt prolata antequam mitteretur idem •Joannes in carcerem, ut constat ex eodem

cap. 3. Illud vero quod narratur Mattii. 4 mu u dictum est post traditum Joannem in carcerem, ut expresse habetur Marci 1, ibi *Postquam* filici *traditus est Joannes, venit Jesus in Galilxam prxdicans Evangelium regni Jieri, c(gtigens : ^»'nilemini, el credite Evangdio.* Ergo quæ Christus docuit de necessitate Baptismi tempore præcosserunt ea, quai ab ipso dicta,sunt do necessitate Pœnitentiæ. Si *tamen* (addidit D. Thomas) d.1 .h *prius \ad pauileqtiani induxisset, quam ad Baptismum,,fige ideo xssct, quia etiam ante ■BapLisinum rcquiritmyquxdam poenitentia, sicut,et Petrus dixit Àçt.* 2 : *Panilentiam agile, el baptizetur unusquisque vestrum. El* Marci I, ante adyentqni Christi in illa loca.: . dicitur Jqannçs venisse prædicans Baptismum .pœfd^epûæ, et quod baptizabamur ab illo in, Jordanis flumine confitêntes pccata.sua jn generali, non vero Sacramontaltter, ut in eoflem articulo explicatum relinquebat-S. Doctor.

163. Secupda fuit circa u$um Sacramentorum, qui debeat Christo attribui? et Q« Sain- quidem quopd usum.pas^ivupi Sacramen- n e l ® torum, nullum. aliud suscepisse Christum, quam .Euohari.>tiam,r colligitur ex prædicta uitsa- solutione D. T.homæ ,ad 4, ob rationes supra.tactas ex S. Doctoje. Et quia de Baptismo apparenter videbatur ratio, respondet Christum non fuisse baptizatum Baptismo a se instjtuto. -sed Baptismo Joannis, qui fuit alterius rationis-^ Baptismo Christi. Si vero revocetur quæstio ad usum activum, seu quod idem est, ad Sacramenta, quæ Christus .administraverit per soipsum? de fide est Christum Dominum in nocte cœnæ seipsum Sacramentaliter consecrasse sub speciebus papis, et vini, quin in hoc poesit catholicus dubitare. Circa- alia voro Sacramenta, pon constat ea seipso· exercuisse,,sed ita ea instituit, nt ab aliis dispensari voluerit, unicum si excipiaeBap-r tismum.-nam qui.dq.uid sit de cæteris,'quod onim Ohristus. seipso immediate-baptismum præbuerit, constat ex illo Joan. 3, Jcas. 3. vere.. 22 : *Post hxc .venit Jcsus, et discipuli ejus in terram Judxam, et illic motObalur cum exteris, el baptizabat ;* Unde -D. Au- D. ic- gustinus,, quem refert, et sequit-ur D. Thomas hic, epist., IflS.ad Seleueianum asserui tChristum discipplos baptizasse.Evodius Eïfrlkî Episcopus·.Antiochenus apud Niceph Jibv-2, iSi«- hist.· cap. 73-dixit, quod Christus manibus suis, Petrum, tantummodo baptizavit, pwr. Petrus vero Andræam, et filios Zebedfei, aped i Clemens apud Sophronium in prato spiri- Sopbn tuai

tuali eandem sententiam retulit ; *Dicitur* (inquit) *Christus solum Petrum baptisasse, Petrus Andrxam, Jacobum, ct Joannem.* Do Pœnitentia autem nullum est fundamentum ad id asserendum ; nam quod usus aliquando fuerit Dominus Sacramentis, necessitatis non fuit, sed dignationis; cum æque bene absque Sacramentis, ac cum illis eorum effectus inducere valeret. Quocirca Pœnitentiæ nullum usum illi concedimus, nec passivum, nec activum. Non quidem activum, quia hujus, nec vestigium apud aliquem gravem Authorem reperimus : nec etiam passivum, utpote repugnantem ejus impeccabilitati. Et quidem si B. Virgini denegatur Pœnitentiæ Sacramentum, ut constat ex supra dictis prope initium hujus tractatus, ubi ut fabellam rejecimus narratiunculam confessionis Sacramentalis B. Virginis cum Joanne, eamque ut talem spernunt omnes; potiori titulo id negari debet sanctissimo et omnino impeccabili ejus filio Christo Domino.

fi?·. 164. Porro si hinc occasionem sumpserisad consequenter negandum Baptismum B. Virgini, utpote originali culpæ numquam subjectæ, et ex uno ad aliud confe- &s$. ceris argumentum, vel ad utrumque Sacramentum ipsi Virgini, vel ad neutrum adseribendum ; suppetias non ibimus. Nam quod attinet ad Baptismum, fere certum est fuisse a B. Virgine susceptum, nec alium decuisse fuisse ministrum, quam Christum Dominum supposita dignatione baptizandi discipulos, ut credendum esse Eî-·2· docuit supra Augustinus. Unde Euthimius sup. Joan. 3 inquit : *Scribunt Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum, ae Virginem matrem baplizaveril.* S. Vincentius Ferrerius serm. feriæ sextæ id ipsum asseruit *Joannes Baptista, el Virgo Maria voluerunt baptizari a Christo.* In qua ISet etiam fuit sententia Albertus Magnus super .Virsus *est* in responsione ad quæst. 36, quæ responsio habetur post quæst. 43. Idque esse certum, et ab omnibus Theologia receptum testatur Suarez tom. 2, in 3 / :i P· disp. 18, sect. 4 et subscribunt Sutus in 4, dist. 5, quæst. unie. art. 2. Guido Brisonis ibi docum. 1. Cujus asserti ratio :i·(tesmni potest ex D. Thoma in hac 3 p. q. 68, art. 1 ad 3, dicente : *Illi, qui sunl lanclifieali in utero, consequuntur quidem gratiam emundantem a peccato originali :* non *tamen ex hoc ipso consequuntur characterem, quo Christo configurentur. El propter hoc si aliqui nunc sanctificarentur in utero, nccesse esset eos baptisari, ul per susceptionem characteris aliis membris Christi conformarentur.*

Sed hinc pungere videtur tacta difficul- In enn- tas. Quia nullum Sacramentum exhiberi 1rsnum debet, aut potest, deficiente vera illius ma- obstans. teria destruenda, ad cujus non esse per se primo ordinatur : sed materia ad quam per se primo destruendam institutus est Baptismus, est peccatum originale, quo caruisse B. Virginem est pia Theologorum sententia, quam ut talem approbavit Ecclesia, et sustinendam jussit : ergo vel nullatenus concedendum est B. Virginem esse baptizatam, vel si id semel conceditur, nuda est ratio ipsi denegandi usum Sacramenti Pœnitentiæ. Tota quippe ratio sumenda est ex carentia peccati actualis, in cujus remedium fuit per se primo institutum hoc Sacramentum : quæ ratio imbecillis est; siquidem etiam Baptismus fuit primario institutus in remedium peccati originalis, et quod illo caruerit B. Virgo, non obfuit, quominus baptismum rite, et recte susceperit : ergo nec oberit carentia peccati actualis, ut non potuisset accedere ad Sacramentum Pœnitentiæ : jam enim verum Sacramentum potest confici absque vera materia, et si hoc ita est, quare non etiam Pœnitentia?

165. Respondetur tamen hac objectione Resolu- nihil evinci vel contra veritatem Baptismi 110· a B. Virgine recepti, vel in favorem Pœnitentiæ Sacramentum ipsi adseribondi. Unde ex illo asserto non cogimur ad hoc secundum in ipsa tuendum ; nec ex hoc negato compellimur ad similiter negandum primum. Et ut penitius exarmetur argumentum, quolibet modo illud formetur, recolenda est doctrina supra disp. 2, tradita circa materiam Pœnitentiæ remotam ; ad quam non requiritur, quod peccatum reipsa sit, dum suscipitur Sacramentum, sed sufficit, quod aliquando vere fuerit commissum ; licet supponatur remissum alias, vel per actum contritionis, vel per idem Sacramentum antea susceptum, ut frequenter accidit : nam eo ipso rite, et recte potest accedi ad Pœnitentiam, et peccatum illud non jam dimissum denuo expositum in Confessione habet rationem materiæ, quantum est ex vi Sacramenti expellendæ; esto per accidens non expellatur. Ex qua doctrina oritur, quod nec ad suscipiendum Baptisma, nec ad accedendum ad Pœnitentiam requirantur vel pec-

catum originale, vel actualia, quæ sint actu ; nam alias sanctificatis in utero non posset baptismus applicari, nec licitum esset justificatis ad Pœnitentiam accedere, quod est absurdum, et contra Ecclesiæ praxim inconcussam. Et ratio a priori jam est supra assignata : quia licet hæc duo Sacramenta sint instituta in remedium peccatorum, originalis, et actualium, el quantum est de se illa excludant si inveniantur in subjecto; non tamen postulant essentialiter illa actu invenire, et consequenter excludere, et aliud est ea esse essentialiter exciusiva peccati; aliud vero id essentialiter excludere, ex quibus primum ad eorum institutionem, et essentiam pertinet, secus vero secundum. Hinc constat sensum formæ in his Sacramentis non esse : *Ego le abluo actualiter a peccato originali, vel actualiter libero, et absolvo a peccatis actualibus* : sed quem fuse expendimus ex D. Thoma, disp. 3 hujus tract : *Ego libi impendo Sacramentum de se ablulivum, vel absolutivum,* juxta uniuscujusque materiam.

Ratio a pnon'

D.Tbom.

In qao Bapiis-mm el Pœni-tentia conve-niant.

Conveniunt ergo hæc duo Sacramenta in eo, quod petant essentialiter aliquomoio præcessisse propriam cuiusque materiam, et quod eam quantum est de se excludere valeant, et in ejus exclusionem aptitudinalem colliment: licet nonnumquam eveniat jam actualiter fuisse exclusa, ut patet de sanctificatis in utero, et de justificatis vel media contritione, vel medio alio Sacramento antea recepto. Unde sumitur discriminis ratio, quare negari debeat B. Virgini Sacramentum Pœnitentiæ, et concedi potuii Baptismus. Nam Beatissima Virgo nulli unquam actuali peccato fuit obnoxia, et ex hac parte non fuit capax Pœnitentiæ Sacramentalis ob defectum materiæ proximæ, et remotæ : nam eo ipso, quod numquam vel leviter fuerit lapsa, non potuit verum actum doloris de peccatis a se commissis elicere. Unde non fuit quare ipsam pœniteret, et consequenter Sacramentum Pœnitentiæ reciperet. At vero, quod peccatum originale in seipso non contraxerit, ut pia fert sententia, cui libenter subscribimus, non obfuit, quominus sufficientem pro Baptismo materiam haberet ratione debiti ab ipsa contracti in Adam in illud incidendi, si non fuisset Dei gratia prævenla ante actualem contractionem. Quod quidem debitum major, et sanior Theologorum pars ex omnibus familiis stabilit, ac firmat; quin inde aliquid adversum actuali non contractioni, quam nervose propugnamus omnes, admittere coguntur, de quo ex professo alibi. Eo autem ipso, quod persona baptizanda fuerit in Adamo sub communi culpa, licet eam nunquam actualiter contraxerit; gratia per Baptismum collata est de se regenerativa, et quantum est cx vi Sacramenti, ablutiva maculæ; quamvis per accidens, non abluat, aut abstergat.

166. Nec inde inieras (tacitam praeoccupamus objectionem) idem posse affirmari de Pœnitentiæ Sacramento ob perspicuam disparitatis rationem : siquidem pœnitentia non est nec de pure possibili, nec de illo, quod propria voluntate in se existente non est commissum. Quocirca initio hujus tractatus adhuc de ipso peccato originali in seipso non esse proprie pœnitentiam, supposuimus cum D. Thoma, cui subscribunt communiter Theologi, ex quo a fortiori sequitur multominus esse posse de debito illud contrahendi, quod est remotius. Atque ideo bene componitur, et quod B. Virgini denegetur Sacramentum Pœnitentiæ ob defectum materi® proximæ, et remotae, et quod ratione debiti contrahendi originalem labem, a qua supponi debet præservata, Baptisma Christi susceperit ab ipsomet Filio, ut certum est apud Theologos, teste P. Suarez ubi supra.

Pre-. cumatii replia.

P. Sa- ter.

Ad objectionis ergo formam respondetur Majorem solum esse veram, quoties materia deficit per se, non vero quando ob defectum accidentalem non persistit : quoniam Sacramenta mortuorum, qualia esse Baptismum, et Pœnitentiam nemo ambigit, et in confesso est apud Theologos, aliquando causant per accidens secundam gratiam ; et e contra Sacramenta vivorum primam, nec hoc est contra primariam eorum institutionem ex qua solum habent esse vel exciusiva peccati, vel gratiæ auctiva ; non vero illud actualiter expellere, aut istam semper augere. In quo sensu explicata prima Minoris parte, et concessa secunda, neganda est Consequentia, et dilemma in ea contentum non urget : nam ex eo quod adfuerit in B. Virgine ratione debiti explicati sufficiens materia ad Baptismum, non inde colligitur assignatam in materiam propriam Pœnitentiæ, quæ est peccatum actuale, non in alio, sed in se ipso commissum. Nec etiam e converso valet, quod cui repugnet Pœnitentia, repugnet etiam Baptismus ; si quidem eorum materiæ sunt satis diversae; licet peccatum actuale, non interveniente specialissima gratia, originem trahat ex fomite peccati, et hic, omni excluso privilegio, originale supponat. Do quo latissime agunt Theologi, et egimus cnm illis tract, do Peccatis.

Qbj«-lioaii

dissidar 1er.

C-lajen-dier siiuio «dot-Ditoin.

167. Secundo respondetur ad hanc replicam, Baptismum duplicem habere effec- configuraro cum Christo modio charactere, ot ab originali mundare, quorum primus, quia positivus præcedit alium, utpote negativum. Quod ergo B. Virgo fuerit a peccato immunis, infert ad hunc effectum non indiguisse Baptismo; secus vero ad primum, quem Deus statuit non conferre in lege gratiæ nisi media ablutione baptismali. Et ideo oportuit B. Virginem ilio Sacramento signari, ut Christi membrum. Quod vero defuerit illi Baptismo materia remota actualis ; fuit divinæ ordinationis, nullis legibus a se præscriptis alligatæ : eo enim ipso quod dispensaverit cum B. Virgine a non contrahenda macula originali, ex consequenti dispensare intelligitnr in materia Baptismi a B. Virgine suscipiendi, ob alium finem a D. Thoma assignatum. Sed hinc non debet trahi argumentum ad alias personas, nec ad modum recipiendi Sacramenta. Privilegium est Virginis, et matris, quæ nec similem visa est, nec habere sequentem.

ARTICULUS VIII.

Ulrunt Paniteniia debeat durare usque ad finem vitæ ?

Ad ocîavum sic proceditur. Videtur quod pœnitentia non debeat duiare u>que ad fiuem vitæ. Poenitentia enim ortinator ad deletionem peccati : sed pœuitens statim consequitur remissionem peccatorum, secundum illud Eretbi. 18 : Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, vita vivet, et non monetor : eigo non oportet ulterius pœnitentiam protendi.

2. Præt. Pœnitentiam agere pertinet ad statum incipieutium ; sed bomo de hoc statu debet procedere ad slalom proficientium, et ulterias ad statum perrectum : ergo non debet bomo pœnitentiam agere usque ad iinem Tite.

3. Præt. Sicut in aliis Sacramentis homo debet servare ititida Ecclesiæ, ita, el in hoc Sacramento : sed secundatu Canones determinata sunt tempora poenitendi, ut scilicet ille, qui hoc vel illud peccatum commiserit, tot anms pœniteat : ergo videtur, quod non sit pœnitentia ejicndemla usque ad finem vitæ.

Sed contra est, quod Augu. dicit in lib. de pocnit. Quid restat nobis, nisi semper dolere in vita? ubi enim dolor finitur, deficit pœnitentia : si vero pœnitentia liniiur, quid derelinquitur de venia?

Respond. Dicendum, quod duplex est pœnitentia, scilicet interior el exterior : interior quidem pœnitentia est qj* quis dolet de peccato commisso. Et talis pœnitentia debet durare usque ad finem vitæ; semper enim debet homini displicere, quod peccavit : si enim ei placeret peccasse, jam ex hoc ipso peccatum incurreret, et fructum reaix perderet ; displicentia autem dolorem causât in co, qui est susceptivus doloris, qualis est homo in hac Tita, post hanc vitam autem sancti non sunt susccplivi doloris · unde displicebunt cis peccata præterita sine Omni tristitia, secundam ilud Jsai.05: Obblivioni traditæ sunt angustîæ priores. Pœnitentia vero exterior est, qua qnis exteriora signa doloris ostendit, et verbo Unus peccata sua confitetur sacerdoti absolventi, et juxta ejus arbitrium satisfacit. Et talis pœnitentia non oportet, quod duret usque ad finem vitæ, sed usque ad determinatum tempos secundum mensuram peccati.

Ad primum ergo dicendum, quod pœnitentia non solum removet peccata præterita, sed etiam praeservat hominem n peccatis futuris; quamvis igitur in primo infanti verae pœnitentiæ remissionem consequatur praeteritorum peccatorum , oportet tamen in homine perseverare pœnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

Ad secundum dicendum, quod agere pœnitentiam interiorem simul et exteriorem, pertinet ad statum incipientium, qui scilicet de novo redeant a peccato : sed poenitentia interior habet locum etiam in proficientibus, el perfectis, secundum illud Psal. 38 : Ascensiones io corde suo disposuit in valle lacrymarurn, unde et ipse Paulus dicebat primæ Corint. 15 : Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam peraecatus sum Ecciesiam Dei.

Ad tertium dicendum, quod ilia tempora præfigarantur pœniienlibus, quantum ad actionem exteriorem pœnitentiæ.

Prima Conclusio : Pœnitentia interior debet durare usque ad finem vitæ.

Secunda Conclusio : Non oportet Pœnitentiam externam protrahi usque ad finem vitæ ; sed est tempus ad illam determinatum juxta mensuram peccati.

Materia hujus articuli affinis est materiæ sequentis, et decisio unius videtur explicatio alterius : quocirca quæ se obtulerint, vel animadvertenda, vel exponenda simul subjiciemus post art. 9, cujus titulus est :

ARTICULUS IX.

Utrum Panitentia possit esse continua?

Ad nonum sic proceditur. Videtur, quod pœnitentia non possit esse continua, dicitur enim Hier. 3i : Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis : sed boc esse non posset, si pœnitentia continuaretur, quæ consistit in ploratu, et lacrymis : ergo pœnitentia non potest continuari.

2. Præt. De quolibet bono opere debet homo gaudere, secandum illud Ps. 99 ; Servile Domino in laetitia : sed agere pœnitentiam est bonum opus : ergo de hoc ipso debet homo gaudere : sed non potest homo simul gaudere, et tristari, ul patet per Philosophum in 9 Ethic.; ergo non potest esse, quod pœnitens continuo instetur de peccatis praeteritis, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ : ergo pœniientia non potest esse continua.

3. Præt. Secundæ ad Corinth. 2. Apost. dicit : Consolamini, scilicet pœnitenlem, ne forte ahundantiori tristitia absorbeatur, qui ejusmodi est : sed consolatio depellit tristitiam, quæ pertinet ad rationem pœnitentiæ : ergo pœnitentia non potest esse continua.

Sed contra est. quod August, dicit in lib. de Pœnitentia, dolor in Pœniientia continue custodiatur.

Respondeo. Dicendum, quod pœnitere dicitur dupliciter, secundum actum, et secundum habitum. Actu quidem impossibile est, quod homo continue pœniteat : quia necesse est, quod actus pœnitentis sive interior, sive exterior, interpoletur ad minus somno, et aliis quæ ad necessitatem corporis perlinent. Alio modo dicitur pœuilere secundum habitum, et sic oportet, quod homo continue pœniteat, et quantum ad hoc, quod homo numquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis dispositio pœnitentis tollatur, et quantum ad hoc, quod debet homo in proposito gerere, quod semper sibi praeterita peccata displiceant.

Ad primum dicendum, quod ploratus, et herymae ad ad actum exterioris pœnitentiæ pertinent, qui non solum non debet esse continuus, sed nec etiam oportet, quod duret usque ad finem vitæ, ut dictum est. Unde et si-

gaouter ibi sabdiiur, quia est merces operi tuo: est anteru merces operis perniteatis plena remissio peccati, et quantum ad tclpam, et quantum ad p.raam, post cujas c< nsecuiionem non e?t Recesse quad horno ulterius exteriorem jHi-uiteutiam agat ; u t hoc tamen aon excluditur continuius jncoiienthe, quatis dicta est.

Ad Secundem dicendum, quod de dolore, et gandin dupliciter ioqai possemus, uno modo, secundum qaod sunt passiones appetitus seositivi? Et sic nullo modo posssnt esse simul, eo quoi sunt omnino contraria, vel et parte objecti (puta cum sani ie eodem), vel saltem ex parte motus cordis : nam gandium est cum dilatatione cordis, tristitia vero cum constriclioae, ct boo modo loquitur Philosophes in 9 Ethico. Alio modo possemus 'loqui de gaudio, et tristitia, secundum quod consistunt in simplici actu voluntatis, cai aliquid placet, vel displicet : ct secandum hoe. noa possunt tabere contrarieUlem, nisi ex parte objecti, puta cum sim de eodem, et secundum idem : et sic non po.-sunt simul esse gaudium, ct tristitia : quia uoa potest simul idem secundam idem placere, et displicere. Si vero gaudium, et tristitia, sic accepta, non sint de eodem secundam idem, sed vel de diversis, ve! de eodem secundum diversa, *»c* non est contrarietas caadii. et tristitia.'. Unde nihil prohibet hominem simui gaudere el tristari : pnb si videamus justum afflici, simul placet nobis ejus justitia, et displicet ejus afflictio : et hoe modo sima! potest alicui dispheere, quod peccavit, et placere, qaod hoc ei displicet cum spe veni;».· : ita quod ψ-α tristitia sit materia gaudii. Unde et Aug. dicit in lib. de pœnitentia semper dolcat pœnitens, et de dolore gaudeat. Si tamen tristitia nullo modo compateretur sibi eaudium. per hoe non tolleretur habitualis continuius Pœciteatia:, sed actualis.

Ad tertiam dicendum, qood secundum Philosophum *ia* S Ethic, ad virtutem pertinet tenere m m in passuniuss. Tristitia autem qua· in appetita sensitivo pœniteatis consequitur ex displicentia voluntatis, passio quadam e>t. Unde moderanda est secundum virtukm, et ejus superUnita- est vitiosa : quia inducit in desperationem : quod significat Apostolus ibidem dicens : ne majori tristitia absorbeatur, qui ejusmodi est. et sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderativa trislilix : non autem totaliter abhliva.

Prima conclusio : Pœnitentia actualis non potest esse continua absque interruptione ulla.

Secunda conclusio : Si sermo fiat de Pœnitentia habituali hanc oportet esse continuam

COMMENTARIUM.

1. Ut horum articulorum nexum explicemus, observandum est in priori articulo duplicem distinxisse D. Thomam Pœni-
D.Tham. lentiam ; alteram internam, et est quæ habet rationem virtutis ; alteram vero externam, et signis externis doloris, et confessionis sensibilem factam coram Sacerdote absolvente, sub qua ratione integrat, et constituit ut pars essentialis Sacramentum, ut constat ex supra dictis, et constabit amplius ex dicendis, dum egerimus de Confessione. Hanc vero Pœnitentiam Sacramentalem usque ad finem vitæ non durare, sed dumtaxat juxta exigentiam peccatorum gravium, quæ sola opus est confessioni, et absolutioni subjicere, manifestum est : quia peccata semel rite confessa iterum confiteri non jubemur. Unde si nova peccata eaque gravia, non succedant, non est, unde ad Sacramentalem confessionem fideles cogantur : siquidem Ecclesia non præcipit, nisi, quod peccata gravia semel rite confiteantur. Alia ratio est do Pœnitentia interiori, quam usque in vitte finem permanere debere statuit S. Doctor quatenus semper displicere debent peccata semel facta. Displicentiam vero qualem esse oporteat, exponitur in sequenti articulo, ubi declaratur non posse esse continuam quoad actum ; bene tamen quoad habitum, seu habitualiter, quia nimirum numquam faciendum est aliquid Pœnitentiæ contrarium, quo recta pœnitentis dispositio tollatur; et semper in promptitudine animi habere debet displicentiam praeteriti peccati. Et hoc pacto pœnitentia debet durare usque ad finem vitæ, et absque interruptione aliqua continuari.

2. Qua observatione, quæ est litteralis (ut liquet ex ipsomet textu) absque ullo negotio deciditur difficultas hic excitata a Nuno contra Cajetanum circa mentem D. Thomæ, asserente illo S. Doctorem loqui de pœnitentia, seu displicentia positiva, hoc vero affirmante solum de displicentia negativa. Dicimus ergo D. Thomam intendisse pœnitentiam positivam, sed habitualem, non vero actualem, qualem adstruere conatur Nuno, sed immerito : siquidem illammet displicentiam, quam usque ad finem vitæ art. 8, statuit S. Doctor durare debere, art. 9, docet esse habitualem , et non actualem. Displicentia autem habitualis non importat continuitatem actuum sed tantummodo, ut se explicat Angelicus Præceptor, numquam facere aliquid contrarium, et esse in animi præparatione, ut peccata semper displiceant, quoties in actum circa illa prorumpere expediat. Quæ juxta Cajetanum est displicentia negativa; quatenus numquam admittit, quin excludit, complacentiam peccati. Nec interest dixisse D. Thomam illlam displicentiam causare dolorem : quia sicut dolor non potest esse continuus, nisi habitualiter, ut diserte asserit S. Doctor; ita nec displicentia semper est actualis. Alioqui enim vel dari deberet displicentia actualis, nec vel ipso somno interrupta, quod est impossibile ; vel dolor deberet esse continuus actualiter, utpote qui oritur necessario in hac vita ex displicentia actuali. Quod est contra literam, et contra ejus doctrinam. Undo relinquitur præferendam esse intelligentiam Cajetani, cui etiam subscribunt Soto, et alii interpretes. Eamque convincit ratio D. Thomæ, eo tendens ut excludat complacentiam peccati,

Eidu- isr diStsb u$. Cajet. Nbn.

Resois- D

VfM Cijeîai iateli;-

citi, quæ sft noviim'jieccatiirii, 'sicut est jactantia studjusa'ile inrilo phrp'dlhito·? sed ad exclûdendqni p'rædi'ôlam displicentiam sufficit, el requiritur lulbifualis displiCrihflh peccati, et àliqs actHiKs' displicentia est absque interruption,o nibralitcr impossibilis: ergo non hanc, sed displicehliam habitualem statuisse censendus'e^t D. Thomas.

htlùe 3. Hujus occasione iltiri' bré^itér expe- *m* dienda sunt, Primum''est,' qutb'sit obligatio er*- hominis circa peccala,' qüoticA ihdrflôriæ “ occurruqt/Et est inquireVe. Ah sèfn'per, atque in **memoriam veherini,** teneatur homo ea detestari 'aliqui/dolWHs, vel displicentiæ actu? vel'suffihiafhbn acth in illis complacere, aut negative se habendo per suspensjonem actus,r(|ui'^ersélur circa memoriæ occurrentia ;' vefBonMderatiô'nenf aliorum .distrahendo? Et,:'quidem si ''ex parle subjecti, vel·aliunde insit periculum lapsus, vel in complacentiahi, vel in aliquod aliud peccatum, nohJest'qui ririget ad illud vitandum esse necéssarïu'iri, aut displicentiam aut dolorem de illis habere, juxta illud, *qui amat periculum, péribit'.in eo.* Quare difficultas' solum'^éréatur circa peccata, ut memoriæ occurréntia, 'Seûun? dum se, et præciso quoïib'et'alio iriéîdendr periculo.

4. Fuerunt ex antiquis,'qui docerent teneri hominem ad, actualiter 'dolehdum, vel displicentiae adtum eliciérfdum, quoties 'pdccata olim commissa' metnorhe'occurrerent. Pro qua senteHtia yecenkèntur' haai. Alexander Alensis..parti V, quaésTi 'Iδ8, memb. 2, art. 2(yèteris editionis, juxta novam, quam non vidimus q. 17,r memb. tv- 2, art. 2, | 2. Ricarùus'ïn 4', dist.'U, hrt. ' iikîf. θ, quæst. 1. Gabriel. Ibi'quæst. 3,'art. 3, ô--'dûb. 2. Communis tàmén sententia dbcet non esse necessarium actum praedictum ; u- sed suffipere vel non complacere iri illis, i vel aliorsum cogitatiohem' trahèré. Est •5Ra. D. Thomæ in præseriti, et'in 4? dist. 17, q. 3, art. 1, quæstiunc. 4,' Cui subsriribunt· ¥· ei discipulis Cajet.' in Comment, hujus I art. et tom. 1. Opusc. tract. 17, q. unica. *»· Soto in 4, dist, 17, quæst.'2, art. 6, et ex extraneis alii communiter, quos refert et sequitur Prado in præsenti dub. 11 de duratione Pçenjtfentiæ. Ei'ratio est clara : quia solum posset obligari homo ad elicienliam illius displicentiae positivae, .vel ratione periculi, vel ratione præcepti positivi pcenitendi, vel ob præceptum negativum in positivo inclusum : sed nullo ex ! his motivis convincitur teneri hominem ad illam pôsitivâm tiiéjpliôeritiam : non est ergo ratio eam impbn'èfidi obligationem. I Oætera.poristarit pnHtëi''Minopemı, quæ facile suadetqr eictlutlendô''motiva con- I Lenta in Majôri, éf qttod attinet ad periculum abesse deberë apiitF omnes supponitur. UndeJsj adsit'/erit quidem obligatio, sed ,non qutq oriatifr éx' ipsa delictorum memorip; sed ex ipsomet periculo in aliam culpam inci^prfdli,'quam//et ejus'^ausam quilibet cavere 'debet Néc-'ctiam qùeit provenire ex præcepto pbsitivo pœnitendi ; quod quidem 'qfuia primitivum ' ésl/'^feon obligat pro sehipër, sèd '' pro- determinato lemppre... Quocirca Angelicus ' Praeceptor D.Ttom. in 4,.dist. 17^ quæst. 1^hrt. 1, quæstiunc. 4, ita inquit '': *A'd edntfilionem lenelur, quando, peccala memdrite oedurrunt, cum prœcipue iiy periciïtÔ mortis'extslil, aut in aliquo arliciïlo, in hqillj sine peccati remissione oporteatpécèatunï èxim incurrere, sicut cum tendatur ad cel'eira'iidufrl·, Si desit copia Sacerdotis, saltem 'hotâèri terletur.yéi lifiberc propQSi[um 'aohfîiendï.* Et loquitur S. Doctor de homme existehti in peccato lethali; quem tamen, non obligat ad jfœnitendum, i nisi in casa urgefrti/vél ùiôrÉis, vel incurrendi aliam culpam, db quo irfîra suo loco, ubi agemus clé præ'cdpto Pœnitentiæ, quando et quomodo'obligàt. Ex quo a fortiori, sequitur miiïirile ad ''id teneri eum, quia jam ρ/ὀβπά 'delicta' cohfessione exposuit, et ebrüm afôBlütiobêm a legitimo Sacerdote obtinuit, dè qilb' procedit interrogatio facta. Huic 'enim nofi parum esset onerosum,' et niniiyi;dbrtihi','semper atque naturaliter prætdrifâ'' iri iifemoriam veniunt, ex actu speciali :süb'præcepto detestari crimina olim cOmtnissa; et esset Pœnitentiæ præcepto præ ''aliis positivis non semper aut pro semper obligantibus, quid strictius aiïiçrib'ere absque ullo gravi fundamento vel''authOritatis, vel rationis, ut loço citatô ex^onêmus?r Î L

5. Nec etiam'' consurgit' prædicta obii· Peobligatio 'ex præcepto 'tfegâtïvô : quoniam hoc palur “ solum obligat âd non coriiplacendum positive iri pèceatq : 'vel ad'non faciendum aliquid positive âdVerSum pœnitentiæ, seu dolori habituali. Sed qui negative se haberet circa peccaih in mentem venientia, vel alio cogitatiorïëm diverteret, maxime post confessionem, nec positive complaceret, nec aliquid positive adversum pœnitentiæ faceret : ergo ita se gerens non frangeret præceptum negativum non impcenitendi. Et sane mirum est hominem

negativo.

tentations pulsatum sufficienter illi occurrere, vel spernendo, et in oblivionem dando, vel cogitationem ad aliud divorten.io, ut docent communiter Theologi ex Angelico Pra?ceptore 1, 2, quæst. 74, et id non etiam sufficiat circa peccata alias legitime confessioni exposita in memoriam naturaliter venientia? De qua re, et modo se habendi circa objecta illicita ad consensum, et delectationem allicientia plura discussimus tract, de Peccatis disp. 10, per totam ubi fuse inveniet Lector, quibus hanc doctrinam illustret.

D.Thora

Veferam Theologorum fundamentum.

6. Sed oppones fundamentum illorum veterum Theologorum. Nam peccato in memoriam veniente, ut est otTensivum Dei, tenetur voluntas elicere circa illud aliquem actum; non complacentiæ : ergo displicentiæ. Eo vel maxime : quoniam ex charilate tenetur homo actualiter nolle, quod actualiter noscit displicere Deo : sed qui meminit peccati olim commissi, actualiter agnoscit, quod actualiter displicet Deo : ergo actualiter tenetur illud nolle, et consequenter positivam displicentiam erga illud habere.

Diruitjr.

Sed respondetur distinguendo Majorem : tenetur elicere aliquem actum directe, vel indirecte circa peccatum, concedo Majorem : directe præcise, nego Majorem, et concessa Minori negatur Consequentia. Non enim nomine displicentiæ negativæ intelligimus suspensionem ab omni actu positivo, quam stante advertentia rationis circa objectum impossibilem judicavimus loco nuper citato, et modo tenemus. Sed intelligimus omnem illum actum, qui excludat complacentiam positivam in peccato, non sit tamen illius positiva, et directa displicentia : nam eo ipso homini nec positive complacet, nec positive displicet peccatum : nihil tamen contrarium pœnitentiæ facit, sed alio divertet retrahendo cogitationem per actum, quo vult de objecto illo non cogitare. Hic autem actus non est necessarium, quod sit directe tendens ad non cogitandum de objecto illicito, sed quilibet alius sufficit, quo mens ad alia se convertat. Et quidem aliqua
lico expedit, quam attendere, uti sunt ad venerem allicientia. Unde illi versus alicujus bene experti :

flanc contra certare cave :
Nam vincere vinci est :
Vincere terga dare, el retro vestigia ferre.

Quare consultius est fugam arripere ab eorum consideratione, quam illis cogitandi se immiscere, et irretire, ut bene observavit Soto ubi supra et experientia testator non esse casum in quo melius et facilius non sit cogitationem alio divertero, quam imminens complacentiæ periculum positiva displicentia repellere.

Ad confirmationem dico, nec semper atque occurrunt ea peccata præterita, actualiter teneri hominem considerare Dei displicentiam circa illa, nec consequenter elicere actum directum detestationis : quia cum haec detestatio peccatorum sit actus secundarius Charitatis, non strictius obligat, quam ejus actus primarius. Constat autem non semper teneri hominem Deum diligere, quoties in mentem veniunt anteacta crimina. Non ergo tenetur actuali illorum displicentiæ insistere; sed sufficit numquam approbare, *vel aliquid contrarium Charitati facere. Et ideo argumentum ex hac paritate potius in adversarios regeri debet.

Alà diSeil-U5.

7. Sed hinc insurgit secunda inquirendi ratio. An saltem sit melior, et utilior crebra culparum detestatio cum earum cogitatione? Cui interrogationi non aliter melius satisfacere possumus, quam D. Tbo-D.Thamam in medium adducendo. Respondet ergo S. Doctor infra quæst. 4 supplem. art. 2, per hæc verba : *Respondeo dicendwn, quod hæc est conditio in actibus virtutum inventa, quod non potest in eis accipi superfluum , et diminutum, ut in* 2 *Ethic, probatur. Unde contritio quantum ad id, quod est displicentia quxdam in appetitu rationis, sil actus Pœnilentiæ virtutis, numquam potest ibi esse superfluum, sicut nec quantum ad intentionem, ita nec quantum ad durationem ; nisi secundum quod actus unius virtutis impedii actum alterius magis necessarium pro tempore illo. Unde quanlumcumque homo continue in actibus displicenti# esse possit* (observa) *quod magis, et melius est, dummodo actibus aliarum virtutum vacet suo tempore, secundum quod oportet. Sed passiones possunt habere superfluum, el diminutum, el quantum ad intentionem, el quantum ad durationem : et ideo sicut passio doloris, quam voluntas assumit, debet esse moderate intensa : ita debet moderate durare ; ne si nimis duret, homo in desperationem, el pusillanimitatem, et hujusmodi labatur.* Hactenus D. Thomas, cui nihil potest addi aut verius, aut solidius, utpote quod maxime consonat cum illo

fr*·50, illo Ps. 50 : *El peccatum meum contra me*
Eel-5l est, et Ecclesiast. 5 : *De propitiato peccato noli esse sine metu.*

[i.Aa- g, Nec ongo abjit β_ August, lib. de
iW ' vera,- et falsa Pœnitentia, quem quidem librum D. Thom, et antiqui alii Doctores, ut legitimum Augustini fcetum semper agnovere, unico Erasmo priori in contrarium dubitante, cui deinceps alii adhæserunt, vel ex eo solum quoi in tertia persona se ipsum Augustinus referat : *licet,* inquiens, *de ejus salute Augustinus potuit dubitare.* Quæ conjectura levis est, nec modus loquendi alienus a D, Augustino, si per otium liceret vindicias agere in hac parte. In qua pluris habenda est authoritas D. Thomæ, et viciniorum temporibus Augustini, quam omnium illorum, qut forsitan, vel pœnitentiam exosi, vel male vexati argumentis inde decerptis, id unum effugium assumunt, negare esse D. Augustini, S. ergo Doctor, vel quicumque fuerit ejus
Aώo, Author (de antiquitate saltem bene meri-
ρώι. tus) cap. 13, ita consone ad D. Thomam fatus est : *Ex fidepœnileat, credat hanc esse medicinam, omnes fructus pœnilentiæ parvos habeat, numquam credat sufficere, semper coram Domino, ante quem peccavit, erubescat, dolorem cum vita finiat. Nam si Apostolus etiam peccata per Baptismum remissa continue plorat, nobis eliam super fundamentum Apostolorum .positis, quid præter plorare restat ? Quid, nisi semper dolere in vita? Ubi enim dolor finitur, deficit pœnitenlia; si autem pœnilentia finitur, quid relinquitur de venia ? Tandiu enim de gratia gaudeat, quandiu sustentatur a Pœnitentia. Dixit enim Dominus : Vade, et jam amplius noli peccare. Non dixit : Non pecces, sed neque voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo servabitur, nisi dolor continue in pœnilentia custodiatur? Hinc semper doleal, el de dolore gaudeat, el de doloris pœnilentia, si contigerit, semper doleal. El non sil salis, quod doleal, sed ex fide doleal, el non semper doluisse doleal.*

Hæc autem non ideo docentur, quia præcepti sit iste dolor, ut male rebantur antiqui illi Theologi supra laudati, sed qui est optimi, et saluberrimi consilii, Gum enim evidenter constet homini de scelere, et nullatenus reddatur certus de remissione adhuc post adita et recepta Sacramenta ; prudentissimum est dolere, et lacrymis operam dare. *De propitiato peccato noli esse sine metu,* inquit sacer textus, *et ideo quantumcumque homo continue in actibus dis-plicenlix esse possit, magis, el melius est,* ut supra nos docuit D. Thomas, qui sane et pœnitentiam agens, et de pœnitentia scribens mortem oppetiit.

Alia ratio Pœnitentiæ eontiiinæ. D.Thotn.

Hujus continua pœnitentiæ aliam si velis radicem, eam, et satis firmam detegit Angelicus Præceptor in solut. ad 1 argumentum art. 8, quia nimirum Pœnitentia non solum removet peccata præterila, sed etiam præservat hominem a futuris. Cum vero homo, quandiu est in hac vita, neutiquam sit immunis a ruina peccati, quin satis in illud sit proclivis; vel ex hoc solum, ne iterum incidere contingat, utile quidem ipsi est pœnitentiæ operam dare. Observat tamen S. Doctor solutione immediata ad 2, actum externum Pœnitentiæ virtutis non æqualiter omnibus esse congruum ; sed pro diversitate statuum vel incipientium, vel proficientium, externis mortificationibus, et poenitendis incumbendum. In actibus vero internis pertinentibus ad voluntatem nulla est discretio incipientium, a proficientibus, vel perfectis. Et si qua esset, ea profecto magis splenderet in perfectis, quam in incipientibus ; quibus e converso fervor externus pœnilentiæ, sicut et familiarior, ita et opportunior est, ut effrenis concupiscentia reparetur, et carnis rebelliones, et insultus compescantur. Omnibus tamen competit pœnitentiæ insistere dicente de se Apostolo Corint, 5 : *Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Quod argumento fuit Augustino ubi proxime neminem a continuo dolore criminum, dum vitam egerit, destiturum.

Co- rinth. 5,

Qualiter gaudium cum tristitia congruat.

9. In solutione ad secundum articuli noni diluit D. Thomas illam celebrem difficultatem de oppositione inter tristitiam et gaudium, quæ coegit non paucos in varios dicendi modos abire. Et quod magis est, post clarissimam S. Doctoris enodationem adhuc superest non parva dissensio, aliis solam contrarietatem, et oppositionem ex parte objecti venantibus ; aliis non majorem repugnantiam inter hos voluntatis affectus agnoscentibus, quam quæ reperitur inter contraria in gradibus remissis; aliis viis satis dissitis incedentibus, quarum plures refert, et refellit Godoy tom. 2, in 3 p. disput. 32. Communis discipulorum solutio, seu explicatio se accingit ai oppositionem præcise ex objecto desumptam ; quocirca in eo sistunt circa idem forrnaliter objectum, et sub eadem ratione formali attactum, neutiquam

Godoy.

versari posse tristitiam, et gatudinni ; bene tamen si subrdivêfsh ex parte! objécti ratione attingatur. Et hSevia, vel uégant in eodem subjecto tristitiam «t'gaudium ejusdem objecti in eodenï stfpposilo ; vel Hia admittunt respectu diversorum objectorum^ De quo, et nos egimus tom. secundo tract, de scteûtia'Chrisiï. disp. 17, dub. 4, num. 15.

Qni4 d veat aTboa. .Xum•

1.0. Verum ex præsenti' littera constat, ut bene observavit Nuno in præsenti, ultra oppositionem importatam ex pario objecti, ratione cirjtis de'eodem omnino objecto. et'sub' eadem' ratione non possumus simul tristari, er gaudere,' dari aliam ex parte subjécti. quæ non debet omitti ad penitus evacuandam difficultatem, ut loco nuper citato'expendimus. Provenit autem hæc ex diversis effectibus,- quos gaudium, et tristitia ndta suile inducere, siquidem tristitia comprimit, laxat voro gaudium, ut in sensibilibus experimur in fpso corde, quod qiiiJem tristitia 'constringitur, et gauJio dilatatur. Et hoc quod experientia sensibili edocemur, sub 'etiam modo tenet in voluntate; licet non adeo sensibile, et manifestum nobis' fiat : quia non media trarisrimtàtidne corporali, ut in prima, et propria sêüsuum, aliquis gaudet, nutaris-

Thom. tatur spiritualiter. Et sane juxta Angelicum Î'ræceptorém **i**. 2, q. 35, ari. 4 ad 2 : *Delectatio, rf tristitia contrarianlur secundum genus, 'et ideo ih' qualibet tristitia est contraria disposilio subjecti dispositioni, quæ esi in qualibet delectationd : nam qualibet delectcttionc appetitus scitabel ul acceptans id, qudd habet : Wquatibll autem tristitia ss habit!ui fugiens : et ideo ex- parte subjecti quaelibet delectatio est medicina contra quamlibet tristitiam.* Ubi clare refugii ad contrarias dispositiones subjecti, pro tristitia, ac pro gaudio : et hbc non solum tenet in illis ut passionibus, sed etiam, ut sunt in voluntate. Unde quando docet, quod habeat convenientiam, et affinitatem, sicut gaudere de bono, et tristari de malo, ut concludit S. Doctor in corpore illius articuli, solum intendit quantum est ex parte objecti, non se excludere, sed bene cohærere ; secus vero ex parte subjecti. Ex quo liquet oppositionem inter tristitiam, et gaudium desumi quidem ex objecto; sed refundi etiam in ipsum subjectum, quod est incapax recipiendi qualitates se invicem excludentes. Quocirca loco nuper citato pro conciliandis in Christo Domino summa tristitia, et gaudio, adhuc exparto subjecti,· assignavimus in ipsa voluntate differentiam partis superioris, in qua erat gaudium, a parte inferiori, in qua fuit tristitia; quinupa harum affectionum itlteràm attingeret. Et hoc quidem fuit miractilosuni itr Christo, quod gaudium partissuperioris' non redundaret in inferiorem ; vel hujus mæstilia non impediret illius déleciàtibnoinî 'cum pars inferior, et superior, licet diVèrstù rationes ejusdem noteritiie, 'healiter non essent distincta?

11. Nec fefert. 'Si objicias hanc interpreiatiohèni advérsaW ipsi textui, cx quo clare constat doiorëm; et gaudium, secundum qooff shnt *pa#$iônes appélitus· sensitivi, non'posse esse simul, eo qïioit'sunt omnino' contraria?, ut- diserte affirmat D. Thomas. S? (i'oıO accipiantur (verba surit S.' Doctoris) *secundum quod consistunt in simplici'actu Toluntiitis; cui aliquid placet, 'vel displicet, secundum hoc'non possunt habere conlrarietatem, nisi ex parte objecti, puta cum sunt de eodem secundum idem, et sic non poSsunt esse simul de eodem, et seeundum idem.* Ergo in doctrina D. Thomæ tota oppositionis ratio in prædictis effectibus venanda est ex Objecto praecise.

oif«, **.| D.Thoa.

Respondetur tamen cum -eodem Nuno ubi supra S. Doctorem neque in appetitu sensitivo, 'nec in voluntate negasse oppositionem 'desumpthm ex subjecto, vel ut clarius loquamur, ex effectibus formalibus incomposSibiiibus, ét minime cohaerentibus : etenim sicut in appetitu sensitivo gaudium, 'et triètitia sunt qualitates vere oppositae, et minime cohaerentes, ita eftam in voluntate gaudium, et tristitia spiritualia.minime coadunantur : cum quia opposita in modo'afficiendi : tum quia inducunt effectus formales invicem repugnantes. Est' tamèri dfécrimeû observatu dignum quod in appetitu sensitivo adhuc respectu divçrsorum non compatiuntur gaudium, Iet tristitia, itaut hterque ite affectus sit præsêns, èt ïn se, et in actuali consideratione; sécus'vero est in voluntate. Et ratio differentia? sumitur ex parte ipsarum potentiarum : quià sensus cum sit determinatus ad unUm', nec'possit attingere nisi singularia; nequit actualiter cogitare nisi de aliquo singulari, et determinato, et consequenter appetitus illius ductum sequens non nisi in uno, aut de uno gaudere, aut tristari valet. At vero appetitus rationalis, quia sequitur ad intellectum, cujus objectum est universale, potest ad plura unico, vel

Sofit»·

vol pluribus actibus cum subordinationo. Et quia in uno ctoodem universali objecto sivo intellectus, sivo voluntatis diversto rationes quandoque inveniuntur, et secundum illarum aliquas fundat convenientiam, et disconvenientiam secundum alias : idcirco ita potest placore in una, quod respectu illius fundet gaudium, et displicere in alia, quod inducat tristitiam, ut videre PTiis. est in exemplo, quo utitur D. Thomas. *pula si videamus justum affligi, simul placet nobis ejus justitia, el displicet ejus afflictio.* Et hoc modo displicet alicui quod peccaverit, placet vero, quod ipsum pœniteat peccasse.

Stat ergo discriminis ratio, et oppositio- dis fundamentum ex parte tristitiae, et gaudii in eo quod tam respectu appetitus sensitivi, quam respectu voluntatis, afficiunt contrario modo, illa comprimendo, istud laxando, et ideo in neutra illarum potentiarum possunt esse simul in gradibus intensis, et hunc sensum reddat propositio illa D. Thomæ, quod nullo modo in appetitu sensitivo possunt esse simul, nec respectu ejusdem, nec respectu diversorum. Quando vero inquit, quod gaudium, et tristitia, prout sunt in voluntate, nullam habent contrarietatem, quando sunt respectu diversorum, solum excludit oppositionem contradictoriam ex parte objecti, et cx hoc capite non inconvenit esse simul. Gum quo tamen stat subesse aliam exparte subjecti, ut cujus praedicti affectus in summo reddantur incompossibiles. Recolantur quæ diximus loco citato de scientia Christi.

12. Sed replicabis : quia non major repugnantia, et oppositio datur inter gaudium, et tristitiam respectu diversorum, quam inter scientiam, et errorem, vel fidem : constat autem nullam oppositionem versari inter scientiam, et errorem circa diversa, aut etiam circa fide credenda, ut docet experientia : nulla ergo erit repugnantia inter gaudium, et tristitiam erga •diversa.

Respondetur distinguendo Majorem hujus replicæ : et quidem si comparatio fiat ex parte objectorum, conceditur : quia sicut idem objectum, ab eodem intellectu nequit esse creditum, et scitum, aut vere, et simul falso cognitum; ita idemmet bonum nequit conveniens, et disconveniens apprehendi, et consequenter simul appeti, et respui ; bene tamen si fiat comparatio respectu diversorum ob diversas rationes *sub qua* splendentes in diversis objectis. Et ex hac parte nulla esset repugnantia in eo quod intendit replica. Si vero consideretur modus efficiendi subjectum, qui importatur a tristitia, diversus a gaudio respectu ejusdem subjecti, explicatur subjectiva oppositio constrictionis, et dilatationis , quæ adhuc respectu diversorum nequit eidem omnino subjecto saltem in summo convenire. Non enim facile capere possumus, qualiter idem lapis motu velocissimo simul rapiatur sursum, et deorsum projiciatur adhuc circa diversa loca; nec quod idem vas uno liquore arctetur, et alio simul porrigatur. Cum ergo tristitia ex genere suo constringat, lætitia vero ampliet; ex ipso afficiendi modo se excludunt, si fuerint in summo. Actus vero illi quibus fulcitur paritas, solum important oppositionem ex parte objecti, qua non stante, ut non stare supponimus circa diversa formaliter objecta, eodem modo afficiunt ; et consequenter non est, unde excludantur.

articulus x.

Utrum Sacramentum Poenitentia debeat iterari?

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod Sacramentum Pœnitentiæ non deheal iterari. Dicit enim Apostolus Heb. 6 : Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, et gustaverunt coeleste donum, et participes sunt facti Spiritus sancti, et prolapsi sunt, renovari rursus ad poenitentiam : sed quicumque pœnituerunt, sunt illuminati, et acceperunt donum Spiritus sancti : ergo quicumqoe peccat post pœnitentiam, non potest iterato pœnitere.

2. Præt. Ambr. dicit in lib. de pœnitentia : reperiuntur qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si vere pœnitentiam agerent, iterandam postea non putarent : quia sicut unum est Baptisma, ita una est poenitentia : sed Baptismus non iteratur : ergo nec pœnitentia.

3. Præterea. Miracula, quibus Dominus infirmitates corporales sanavit, significant sanationes spiritualium infirmitatum, quibus scilicet homines liberantur a peccatis : sed non legitur, quod Dominus aliquem cæcum bis illuminaverit, vel quod aliquem leprosum bis mundaverit, aut quod aliquem mortuum bis suscitaverit : ergo videtur quod nec alicui peccatori bis per pœnitentiam veniam largiatur.

4. Præterea. Greg, dicit in Horn. Quadragesimæ : pœniteutia est, ante acta peccata deflere, et flenda iterum non committere, et Isid. dicit ht lib. de suniiuo bono Irrisor est, et pœnitens, qui adhuc agit quad pœnitet : si ergo aliquis vere pœniteat, non iterum peccabit : ergo non potest esse, quod pœnitentia iteretur.

5. Præterea. Sicut baptismus, habet efficaciam ex passione Christi, ita et pœnitentia : sed baptismus non iteratur propter unitatem passionis, et mortis Christi : ergo pari ratione, nec pœnitentia iteratur.

6. Præterea. Amb. dicit, quod facilitas veniæ incentivum præbet delinquendi : si ergo Deus veniam frequenter præbet per pœnitentiam, videtur quod ipse hominibus præbeat incentivum delinquendi. Et sic videretur delectare in peccatis, quod ejus bonitati non congruit : non ergo potest pœnitentia iterari.

Sed contra est, quod homo inducitur ad misericordiam exemplo divinæ misericordia;, secundum illud Luc. G : Estote misericordes sicut et pater vester misericors est : sed Dominus hanc misericordiam discipulis suis imponit, ut sæpius remittant fratribus contra se peccantibus, undo

sicut dicitur Mailh. 18 Petro quæroiiti : Quoties peeeabit in me frater meus, et diminua ei, usque septies? refudit Jesus . Non dico tibi usque septies, seu usque septuagies septies : erfO etiam Deus >æpius per pœaitedlhm veniam pecrantibus probet» praesertim coni doceat nos petere: dimitte nobis debita nostra» sicut el nos dimittimns debitoribus nostris.

Respondeo dicendum, quod circa pœnitentiam quidam erraverunt» dicentes non posse hominem per pœaitentfam secundo consequi veniam peccatorum : quorum quidam, scilicet Novatiani hoc in tantum extenderunt, ut dicerent post primam pœniîentüm, quæ agitur in baptismo, peccantem per pêqiUntiam non posse per poenitentiam iterato restitui. Alii vero fuerunt hæretjci jut Aug. dicit in lib. de pceiuteniia) qui post baptismum dicebant quidem esse utrem pœnitentiam, nun ramen pluries, bed semel Unium. Videmur amem hujusmodi errores ex duobus pro·cessisse. Primo qnidem ex eo, quod errabant circa rationem vere pemitentix. Cum enim ad veram pœititeoliam chantas requiratur (sine qua non deleniar peccata) falso credebant, quod ebarius semel habita non possit amitti, et per consequens Pœaitaura si sil vera, numquam per peecaium tollatur» ut sre rat necesse eam iterari :scd hoc improbatum est in secunda pane, ubi ostensum est : quod chantas semel habita propter libertatem arbitrii potest amitti, et per consequens post veram pœniteutiam, potest aliquis peccare mortaliter. Secundo ex eo, quod errabant circa æstimatiouem gravitatis peccati : parabant enim adeo grave esse petram» quod aliquis eommitxit post variata im^etraum, quod aon sit possibile ipsum reinitti. *In qao quidem* errabant, er ex pane peccati (quod etiam post remissionem eonsequuram, potest esse, et gravius, el levius, quam fucril primam piceatum remissumj et multo magis contra infinitatem divina? misericordiæ. qnæ superat omn*m nnmerum. et magnitudinem pacatorum, secundum illud Psal. 5ô : Miserere mei Deus secundam magnam misericordiam tuam, et secundum I muliitodinem miserationum tuarum dele iniqui ratem meam, unde reprobarar verbum Cain, dicentis Genes. 1 : Major e>t iniquitas mea, quam ut veniam merear : et ideo misericordia Dei pe cantibus, per poenitentiam veniam prebet absque ullo termino; unde d^itor 2 Para, nltim. : Immensa, el investigabilis misericordia promissionis Une super malitiam hominum. unde manifestum est. quod Pœndeniia pluries est iterabilis.

Ad primum ergo dicendum, quod qnia apad Judæos erant secandam legem quædam lavacra instituta, in quibas pluries se ab i mis anditiis purgabant, credebant aliqui Judæorum, quod etiam per laracrom Baptismi aliquis pluries purificari possit. Ad quod excludendum, Apostolus scribit Hebreis, quod impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, scilicet per baptismum, rursum renovari ad poenitentiam, scilicet per Baptismum, qui est lavacrum regenerationis, el renovationis Spiritus sancti, ut dicitor ad Titum 3. El rationem asrignat» ex hoc, quod per Baptismum homo Christo commoritur, unde subditur, rursus crucifigentes sibîmetipsîs filium Dei.

Ad secundum dicendum, quod Amb. loquitur de Pœniteatia solemni, quæ ia Ecclesia non iteratur, ut infra dicetur.

Ad tertium dicendam, qaad sicot Augustin, dicit in Hbr. de pcenit. multos recos, et in diverso tempore Dominus illqmiaayiij el multos debiles eonfirraaviu obtendens in diversis illis eidem sæpe peccata dimitti ; ut quem prius sanavit leprosum, alio tempore illuminet cæcum, ideo enim tot canarii cæeos, claudos, et aridos, ne desperet do <c peccator, ideo non scribitur aliquem nisi semel sanasse, ut quilibet timeat jungi peccato, medicum se vocat, et non sanis, sed male se habentibus opportunum : sed qualis bic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum est centies infirmum, centies curare: qui reteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret.

Ad quartum dicendum, quod poenitere est ante acta peccata deflere, el flenda non committere, scilicet simul dum flet, vel actu, vel proposito, ille enim est irrisor et non pœnitens, qui simul dum pœnitet agit, quod pernitet, vel proponit iterum se farturum quod gessit, vel etiam aetualiler peccat eodem, vel alio genere peccati. Quod autem aliquis postea peccet, vel actu, vel proponito, non excludit, quin prima pœnitentia vera fuerit : numquam enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium subsequeulem : sicut enim vere cucurrit qui postea sedet, ita \cre ÿtfenttaii, qui postea peccat.

Ad quintum dicendum, quod Baptismus habet virtutem cx passione Christi, sicut quædam spiritualis generatio cura spirituali morte praecedentis vitæ. Statutum suttn est hominibus semel muri, el semel nasci : et ideo semel Unium debet homo baptizari : sed Pamitcntia habet virtutem ex passione Christi, sicut spiritualis medicatio, qu frequenter iterari potest.

Ad sextum dicendum, quod secundum August, in life, de pœcitentia, constat Deo multum displicere perula qui semper presto est ea destruere, ne solvatur quini creavit, nec corrumpatur, quod amavit, scilicet per desperationem.

Conclusio : Est aflirmativaⁿ et do Fido.

ELUGIDATIO ARTICULI.

i. Materia hujus Articuli, quo clausit D. Thomas hanc primam quaestionem, magis dogmatica, quam scholastica est, quamobrem non tam Theologum, quam controversiarium postulat. Unde S. Doctor vel extremis, ut aiunt, digitis aliquid, ut oportebat ad decisionem, ab hoc stadio minime a Theologo alieno delibavit, referens duplicem errorem, et cuilibet eoram propriam radicem assignans. Primus itaque error fuit aliquorum, qui in ea fuerunt sententia, ut nulli homini spes maneret pœnitendi post lapsum, et se in pristinum statum iterum restituendi, media peccatorum venia, ut constat ex supradictis disp. 1, dub. 1, et docet hic D. Thom. Quod tam alte incedit in illorum mente, ut eo devenerint, quod nullam poenitentiam proficuam agnoscerent præter eam, quæ fuit ante Baptismum, et omnem aliam, quæ post Baptismum fieret, ut prorsus inutilem spernebant, in quo prodromus erat *Novatianus*, cujus tamen alicui discipuli, rigorem lenire conati a suo magistro ex parte desciscendo distinxerunt inter peccata suo judicio graviora a non ita gravibus, et pro his poenitentiam admiserunt, pro illis negabant, ut constat ex D. Ambrosio lib. I de Pcenit. cap. 2, ubi ita refert : *Aiunt se exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus. Non hoc quidem Author vestri erroris Novatianus ait, qui nemini Pœnitentiam dandam putavit : in eo igitur* (subjunxit inferius) *Patrem vestrum propria damnatis sententia qui distinctionem peccatorum facilis, quæ solvenda a vobis putetis, et qux sine remedio esse arbitremini.* Omnes tamen in eo coibant, ut pro culpis gravioribus nullus maneret locus Pœnitentiæ. Porro quæ peccata illi rati fuerint graviora, quæ vero levia, non melius designare possumus, quam audiendo D. Hieronymum ad illud Psal. 95, *Cantate Domino omnis terra,* ubi inquit : *Dicit Novalianus : sunt aliqua peccata, pro quibus debemus agere poenitentiam, ac si dicat de mendacio,*

il ta

Prisu error*

Niwa&-ras

:D. AK-bras.

D. Π e-rQB· PsaJ. &

mendacio, perjurio, de furto : exterum qui fornicatus fuerit, qui homicidium fecerit, iste agere non potest Pœnitentiam. In quo testimonio, ut consonet cum D. Ambrosio, nomen illud *Novatianus* non debet esse proprium, sed appellativum, uti est *Pelagianus,* vel *Lulheranus* a *Lulhero,* et *Pelagio.*

Enetis aw.

2. Hujuscemodi ergo erroris causam fuisse, dicit Præceptor Angelicus, quod veram Pœnitentiæ rationem ignorabant, autumantes Charitatem esse formam inamissibilem, semel atque fuisset homini infusa, et consequenter etiam pœnitentiam ipsius comitem ; cum enim ad veram pœnitentiam Charitas requiratur, utpote sine qua peccata non abolentur; ad sustinendum utcumque propriam sententiam, necessarium illis erat adstruere neque charitatem, nec pœnitentiam semel infusas amitti posse aliquo peccato ; nisi vellent homines delinquentes in manifestam committere desperationem, quod erat crudelissimum, et divinæ misericordiæ manifeste eversivum, ut contra eos urget D. Ambrosius ubi supra.

Prisas iliis hthor ttBie- R3nn.

Primum hujus pestilenti® Authorem quendam Montanum fuisse testatur Hieronymus lib. 2, contra Jovinianum, quam postea evomuit Novatus, ut colligitur ex

A-.^5· Cypriano epist. 72. Ambrosio ubi supra,
Lisùa' Sandero lib. 7. Monarch, hæres. 49. Lindano lib. 4. Danophiæ cap. 61, et quam-
Qâô vis Ambrosius hunc haereticum vocaverit
jiwus. Novatianum, non idcirco idem est cum
y-ηiζ N°vat0› ut aliqui significare videntur,
Hj, inde Novatianorum nomenclaturam derivantes : siquidem Novatianus fuit Romanus presbyter a Novato Episcopo ex Africa Romam veniente seductus, et fascinatus : et postea contra Concilium legitimum, et contra Pontificem Romanum a Novatianis sectatoribus, inde trahentibus nominis originem, Antipapa fuit electus, et proclamatus, unde primum in Ecclesia schisma excitatum fuit. Rem gestam nar-
I tari'rat Cyprianus epist. 49 ad Cornelium, et
" 5'2, ad Antonianum secundum editionem
Pamelii. Idem constat ex epist. Cornelii ad Fabium Antiochenum apud Euseb. lib. 6, histor. cap. 35. Non tamen satis liquet ex illius errores narrantibus, qua-
I liter pœnitentiæ remedium excluserit. Si-
5niis- quidem Nazianzenus Orat. 29. Nicephorus
f lib, 11, cap. 14, solius peccati ad mortem,
l quod erat peccatum infidelitatis, meminere,
i nâ«L Augustinus vero lib. de bæresibus cap. 38.
Ƃŋα. Epiphanius hærcsi 59, et D. Thomas eis subscribens, referunt omnium peccatorum pœnitentiam abstulisse, et profligasse, imo D. Ambrosius inter Stoicos illum recensons omnia peccata esse paria tenuisse affirmat.

d .Arabros·

3. Hæc cum ita sint ex probatissimis Authoribus memoratis, in unica offendit Vasquez ad hunc articulum, erroris causa a D. Thoma assignata, quasi nulla ductus ratione S. Doctor asseruerit ex eo originem traxisse, quod crederent nec charitatem, nec pœnitentiam semel habitas amitti posse. Cum constet, inquit, quod Novatus, et sui sectatores fatebantur aperte labi posse in peccata, qui semel baptizati in vera Charitate fuerunt, et insuper ad pœnitentiam internam, ut veniam obtinerent, hortabantur, ut constat ex D. Cypriano lib. 4, epist. 52, et D. Ambrosio lib. 1 de Pœnit. cap. 1, post medium.

Vazquez opponi- Altar.

D. Cyprian.

Verum hanc P. Vasquez impugnationem nihili faciendum erudite, et vere ostendit Prado in præsenti, utpote quæ ferit non D. Thomam, sed ipsum Vasquium in illo eodem dubio, ubi num. 11, cum Sandero, et Lindano fatetur Montanistas in eodem fuisse errore cum Novatianis, et constat .ex D. Hieronymo torn. 2, epist. 54, ad Marcellum ubi inquit : *Illi ad omne pene delicium Ecclesiæ obserant fores,* quasi in ea nullus esset locus remissionis post peccatum commissum. Nec tamen in eo tantum erant, sed se quasi justos reputabant, et 'renuebant confessionem pro erubescentia, quantumvis se delinquere experirentur, ut clare testatur idem Hieronymus infra inquieus : *Rigidi autem sunt ; non quo et ipsi pejora non, peccent : sed hoc inter nos, et illos interest, quod illi erubescunt confiteri peccata, quasi justi.* Ergo justos se coram hominibus ostentabant, et reipsa, justitiam semel habitam peccatis non deperdi adstruebant; quamvis, ut familiare est hæreticis, dissimulare, et mendacia aliquo veritatis fuco delinire conabantur ; ne omnino viderentur pœnitentiam abolere, sed eam voce tenus indicabant, ut carpsit ubi supra Ambrosius eorum aliquos ; quia inter peccata distinguebant remittenda; cum tamen Deus inter nulla distinxerit, sed omnia abstergenda per pœnitentiam promisit.

Refellitur a Prado et in consequentiae notetur.

D. Hieron.

4. Adhuc evidentius ostenditur ad hominem minus bene in eo D. Thomam vellicasse. Nam ut ipsemet fatetur n. 9, et affirmat Castro diligentissimus hæresum scrutator lib. 12, adversus hæreses verb.

Ad hominem impu· gnatur i;}*az- qiiez. Castro.

Panitentia tertia Hxresis. Novaliani (idem reipsa cram quod *Cathari) vacantur* (inquit) *etiam alio nomine Cathari, id est mundi, propter munditiam, quam de se ipsis superbissime przdicabant. Et hoc nomen illi sibi ipsis arrogantissime indiderunt.* Atque ita
Ecseb. appellari scribunt Eusebius lib. 6, histor.
Nice- Eccles, cap. 33, seu 35. Nicephor. lib. S,
p or' cap. 20, et lib. 11. cap. 14. Quod quidem argumento clarissimo est falso credidisse semel acceptam in Baptismo gratiam, qua mundati fuerant, inamissam servare; alioqui enim nec apparenter sibi arrogare possent præ aliis nomen *Cathari,* id est, *mundi.*

Baroo. Addit tamen Baronius tom. 2, ad ann. 254, cap. 106, propterea se mundos dicere maluisse, quia nec umquam lapsos, nec cum aliquando lapsis consortium habere g'oriabantur, in cujus evidentius signum candidis vestibus incedere solitos fuisse
Smu i. Author est Socrates hb. 6, cap. 20. Quare deceptus est Vasquez, et contra seipsum egit, dum deprehendere studuit Angelicum Praeceptorem, quasi non rectam erroris causam, sed falsam assignaverit. Quam etiam deceptionem passus est Matthaeus
Keiiiro* Kellisonus-ad hunc S. Doctoris articulum,
nei' ubi relata doctrina D. Thomæ subjunxit red *hoc non ridetur adeo probabile.* In quo plane excessit vehementer : nam, ut ex dictis contra Vasquez constat, moraliter videtur certum Catharos, qui in opinione sunt idem cum Novatianis, in eo errore extitisse, quod serae' acceptam gratiam numquam deserebant, vel quia eam inamissibilem existimabant, ut ait Angelicos Doctor ; vel quia hoc specialissimo privilegio ipsi gaudebant : quo i non est creditu dignum ; nam hoc pacto sibi ipsis non vero aliis inutilem, et prorsus vanam Pœnitentiam declamarent. Relinquitur ergo veram erroris causam fuisse, quam D. Thomas praescripsit. Et hæc de primo errore, et ejus causa Theologo pure scholastico suffecisse videntur.

etror. °· Secundus error, quem tangit S. Doctor, fuit aliorum, qui sicut unicum Baptismum, ita solam, et semel unicam veram Pœnitentiam commendabant, coinminiscenles utilem quidem esse pœnitentiam post Baptismum, non tamen pluries, sed semel tantum. Quo fiebat eum, quem post Baptismum pœnituerit, si relaberelur, non posse deinceps ad justitiam restitui, sed in vanum laborare, quantumvis conaretur ad
Refelli- pristinum statum redigi. Quem errorem
a DturVu_ refert, et refellit D. Augustinus lib. de
pst. ' vera, et falsa Pœnit. cap. 5. Hujus erroris causam asseruit D. Thomas eam fuisse, quod errarent circa gravitatem peccati, siquidem putabant adeo grave esse post veniam iterum coinquinari, ut impossibilis redderetur iterata remissio. In quo divinæ inisericordiæ gravissimam injuriam irrogabant, quasi esset peccatum aliquod supra illam juxta illud Genes. 4 : *Major ul Gettu iniquitas mea, quam ul veniam merear,* quod ob Abelis cædem male sibi conscius protulit Cain. Desipiebant etiam in eo quod putabant post lapsum non posse esse peccatum gravius, et levius; sed quodlibet, quodeumquo illud fuerit, secum afferre irremissibilitatem Quæ sunt absurdissima, et tantummodo apta, ut in perditionem et desperationem homines ducerent.

Non defuerunt ex Catholicis, qui praefi- N<a
gere voluerint Pœnitentiæ et divinæ misericordiæ terminum usque ad certum tem- Caufr
pus, quo transacto, jam pœnitere non valerent, etiam si per longum tempus superstites essent. Quam positionem tribuit Polo-
Puteanus tom. 2 ad hanc quæst. et art. Ambrosio Catharino, et aliis nonnullis Cuh-
nullo allegato loco, vel libro, ubi conti- ln^
neatur. Eam tamen praevidens, et praefocans D. Thomas quæst. 86, sequenti D.Tho.
art. ! , asseruit erroneum esse dicere, *quod aliquid peccatum sil in hac vila, dt quo quis pernitere non possit,* utpote depressivum humante libertatis, imo et penitus eversivum, et divinæ gratiæ satis injuriosum.

6. Depulsis itaque a D. Thoma praedictis erroribus , determinavit quæstionecn concludens Poenitentiam esse pluries reiterabilem. Quæ quidem assertio duplicem admittit sensum; vel quia pœnitens nova committens peccata post alia rite confessa, iterum potest, et tenetur ad confessionem accedere, et sæpius amissam Dei gratiam medio Sacramento nanciscendam procurare. In quo sensu qui fuit directe intentus, conclusio est de fide, ut ex Soto in 4, $o*«.
dist. 14, et Caitro notat Arauxo in præsenti, et constat manifeste Ezech. 18 et 33. Jsai. 1 et 30. Matth. II. Rora. 1, et aliis pene innumeris Sacrae Scripturae locis, in quibus nullus statuitur modus, aut praefigitur terminus Dei benignitati; sed post quantalibet, et quorumque peccata invitantur homines ad pœnitentiam, promissa iliis omnium eorum venia, si vere eos illorum pœnituerit Idque omnium clarissimum probat testimonium Luc. 17,1«. ubi

ubi sic dicitur : *Si peccaverit frater luxes, el panilenliam egerit, dimille illi. El si srplies in die peccaverit in te, el septies in die conversus fuerit ad te dicens : Panilcl me, dimitte illi.* Similia habentur Matth. 18, et utrobiquo omnium interpretum unanimi assensu numerus determinatus pro indeterminato usurpatur, ut^t-sensus non.esse ex parte Dei, et virtute, hujus.^aeramenti numerum definitum miserqwli ;, sicut non est ex parto hominisucprta,mensura peccandi, ita ut adoo deficiatj quod dum vivit, amplius deficere non possit^.nisi Del gratia
M'η* praeventus fulciatur in bono. UndeD. Chry-
æl, sostomus ad Hebraeas nlO ad illa verba Apostoli : *Voluntarioicnivi pAccanlibus nobis post notitiam veritatis, jam i\pn, relinquitur pr,o pccCalo hostia^* hom. ,20 inquit *Horum occasione verborum, .quidam insurgunt Pœnifenliam 'auferente, quasi PV' panitentiam non valeat peccator posl lapsum resurgere secundo, et- tertio, dl deinceps. Verum tliam in hoc poenitentiam non occludit, nec propitiationem; quæ sæpe fit per...poenitentiam', seu secundum ^aptismuxn,. el.hostiam.*
In quo etiam sensu? prodictum tesfimo-
D.Thoa. nlum interpretatur D^. Thomas.ibi lect. .3,
C-^i· et Concilium Tridehtin.um sess. 14, cap. 2,
r" quoad howinter Baptisma, et Pçenifentiam statuit discrimen, quod illo iterari nequeat, secus vero ista;· now jsolum in ration e .virtutis, ut constat exfiannotatis pro anterioribus articulis, sed etiam in ratione Sacramenti, de quo loquebatur Sancta Synodus.

-csîs 7. Alter, qui potest esse propositioni,
feuiws sensus est,' quod .circa.eademmet.pfeccata
iD.fb. jgmelrite; eLrecte confessa, potest iterari absque mensura non .semel, aut iterum, sed sæpfe, Pœnitentiæ Sacramentum ; dummodo adsit nova materia proxima ex parte pœnitentis, utputa.,confessio, et,_dolor. Et hie sensus etiam est verus, et omnino certos,'non tamen-fide sancitus, immediate; licet ipsa*Ecclesiranpraxi, et Sanctissimi rum doctorum ^usu qomprahelur, ut* ex dictis ad'arti? 3y satis constat. Non vero fait a D. -Thoma intentus; .ut ex contextu articuli facile constat. –J

rao, 8. Est tamen in rhoc sua dubitandi, et inquirendi ratio. Nam vel intervenit novus dolor circa peccata praeterita, sicut est nova confessio; vel non?.. Si primum eligitur, jam non poterit pomitens cum solo elapso dolore· absque alio ad. ^aeramentum accer dere, quod ^videtur falsum»,.Si vero teneatur secundum, videlicet sufficere ante ac* tum dolorem; sequitur non perfici verum Sacramentum, utpote quod absque vera materia proxima nequit salvari; materia autem proxima Pœnitentiæ non est sola oris confessio, sed etiam cordis contritio : ergo ultra illam debet intervenire ista, ut çqniiçiatur verum, et integrum Sacramentum. Eo -vel maxime, quoniam non minus est necessarius dolor, quam confessio, ut livetur veritas SapraMRepJi : ergo si non sufficit facta aliati;confessio, sed desideratum nov-a-.ad noyujp.-Sacrqpnentum, eadem ratione -non .nrjt,· sufficiens -praeteritus dolor, sed requiretur qovus.,-

Resol- ,Ad hanc difiicultq^paquæ directius
vitur. militat-contra cpmpaungm doctrinam supr. disp.·&,-dub. tJb. ip. fipe ,$x communi consensu- finnaUunj .qupd eadem peccata possint- -esse -materia.,plurium confessionum
Arauxo. successive, respondeam; cum Arauxo in praesenti, eligqn^p,,secundum partem dilemmatis, «qupd. gon-requiratur novus dolorj qqi tunc priqio.,incipiat, sed sufficit, quod-prænedeifâ.;/iopti.nqptur, et noviter qxplicetur sensibiliter per .confessionem : nam-eo ipso -fit-nayiter sensibilis, et signum sensibile valet ppnstituere, quale debet esse Sacramentuni, Et quidem si continuatio doloris fuerit fpjrmalis, non est, aut-esse potest, momenti difficultas, quandoquidem exrgenere^swo melior est dolor formaliter non interruptus,., quam dolor non -continuaius^ sicut pejor est actus pravus formaliter contnpatus.seipso absolute, et ut primo fuit elicitus.,Quare si dolor ut primo habet esse-.in.confessione, est vero, et-proprie· materia confessionis, non apparet di-fficubtatis- rptjo^.cur transacta illa confessioner >sitûperm.aueat formaliter dolor, non possit sensibiliter iterum, atque iter ran subjieâ aJiis cpnfessiQnibus.

Alia 'O. Major'fcscr.difficultas., quando dolor
difficul- formaliter praeteriit, sed remanet virtuaii-
tas. · têr. In .quor, oββπ, .iflenj affirmat Arauxo
Arauxo. absque ulla lipjjtatiopç ubitsupra, eo quod talis vdo'oipv.ixtuqli.ter,.repentur, dum cadit sub repetitam popl^siopem. Hæc tamen resolutio ita<abs.ojuta non arridet, nec ejus ratio potest.æsse universalis; nam alias qui- semelj rite, et recte, confessus esset, non teneretur, quoties eadem peccata alteri confessioni .submittere vellet, novum dolorem habere ; siquidem præteritus dolor virtualiten. repeteretur, quoties circa peccatar·confessa noviter. ad Sacramentum accoderokÿ) atque, ideo non aliud teneretur curare, qiiam peccata iterum, atque iterum dentio .sensibiliter exponere, quod tamen

videtur durum, et non ita securum. Quare distinctione opus esse censemus. Nam vel illa permanentia virtualis consistit in aliquo proposito voluntatis iterum eadem peccata sub eodem dolore confessioni subjiciendi, ita quod respiciat confessionem futuram sub illo dolore tunc existent! : vel in sola confessione facta, et nullatenus confessionem futuram concernente : vel in solo dolore præterito præcessisse? Primo modo admittemus sufficere dolorem virtualiter permanentem; quoniam ad perficiendum hoc Sacramentum, non requiritur major partium conjunctio, quam moralis, et hæc reperitur quoties praecessit propositum efficax voluntatis non diu ante confessionem, et redditur moraliter praesens ipse dolor; siquidem in vi propositi facti, et doloris præhabiti, accedit homo ad confessionem, et non infrequenter accidere solet, quod homo sub vespere confiteatur, et ob incidentes, easque rationabiles causas differatur absolutio usque ad matutinum diei sequentis, et ad hunc modum discurrimus in præsenti. Si vero dolor alio modo virtualiter permanere asseratur, ut nullatenus ad confessionem futuram ordinetur, non sufficere arbitramur ad novam confessionem : nam quod quis olim habuerit dolorem non sufficit ad dispositionem præsentem, nec ad actualiter constituendum partialiter Sacramentum, ut constat a paritate aliorum Sacramentorum, quidquid sit de Matrimonio, quia contractus est. Quare omnino desideratur, quod dolor sit præsens vel in seipso sensibiliter, vel in aliquo sui, qui sit proprius effectus. Unde quod aliquando fuerit, si modo non est, quantumvis adsit confessio, non inducit veram rationem partis Sacramentalis ad actu constituendum Sacramentum.

Diniitur confirmalio.

10. Hinc ad confirmationem, quæ paritate urgebatur, respondetur, stante vero dolore interno, absque confessione vel formali, virtuali, neutiquam confici Sacramentum ; cum sit de ejus intrinseca ratione constitui ex partibus sensibilibus tam materiali, quam formali, ut ex hactenus dictis in discursu hujus tractatus satis liquet. Salvatur autem virtualis confessio in signis aliquibus exterius exhibitis, quin adsit formalis accusatio, aut delictorum narratio; et mediis illis explicatur tum dolor internus, tum absolutionis votum. Et hoc modo habita confessione, nullus est Theologorum, qui renuat absolutionem posse impendi, et Sacramentum confici, quem sensum paritas non officit, sed prodest, ut facile quisque percipiet. Si autem aliud intendat, non est paritas, cum fallat in Antecedenti, et Consequenti. Unde manet inconcussa veritas, nulli unquam peccatorum occlusam fuisse viam reconciliationis media Pœnitentia sive ut virtute, sive ut Sacramento tam circa vetera, quam erga nova delicta, cum sit respectu omnium iterabilis sub utraque consideratione.

Virftuitr P?.

Porro motiva, sive a Patrum authoritate, sive a ratione, quibus specie tenus supradicti errores fulciri videntur, facile evanescunt si animadvertatur, aliud esse veram pœnitentiam, aliud vero quod duret, ac perseveret. Potest enim esse primum absque secundo, quamvis secundum non reperiatur sine primo, sicut potest esse verus homo, qui vel cito pereat, vel diu vivat, et vera lux, quæ illico extinguatur, vel perseveranter illuminet. Cum ergo tam gratia, quam vera pœnitentia recipiantur in subjecto defectibili, et libero arbitrio de bono in malum flexibili, ut ex professo probat D. Thomas 4, contra Gentes D.Tta cap. 70, omnino videndus, licet ex se sint formæ permanentes, ratione subjecti in quo sunt, deficere possunt, ut patet in anima rationali de se incorruptibiliter informante. Unde possunt vel durare, vel cito deficere juxta conditionem subjecti bene, vel male frequentius operantis, quin inde inferatur, aut inferri possit, non esse, aut veram gratiam, aut veram pœnitentiam, quæ amittitur, et non diu perseverat, ut memorata exempla, et alia pene innumera evidentissime probant, et favet etiam ratio philosophica. Quia cum unumquodque recipiatur ad modum recipientis, ut est commune proloquium, quantumvis gratia, et pœnitentia sint formæ permanentes, interim atque recipiantur in subjecto defectibili, et flexibili ad malum, necesse est, ut ita ipsum afficiant, quod possint aliquando deficere nisi aliunde fulciantur. Quare optime dixit D. Thomas in præs. sol. ad 4 : D.Ttea. *Quod autem aliquis postea peccat vel actu, vel proposito non excludit, quin prima poenitentia vera fuerit ; numquam enim veritas prioris aclus excluditur per actum contrarium subsequenlem : sicut enim vere cucurrit, qui postea sedet, ita vere panilet, qui postea peccat.* Ex quo etiam sequitur contra alium errorem, posse a malo hominem in bonum reassurgere media superiori gratia. Et radix est eadem : quia si liberum arbitrium

arbitrium utpote floxibilo a bono in malum declinare potest, nulla est ratio ox parte hominis, favente divina gratia, cur non etiam valeat relicto peccato, amplecti bonum. Quamobrem in luce meridiana impegisse monstratur illorum errorem sive Authores, sive fautores.

11. In solutione ad primum argumentum exposuit D. Thomas testimonium Apostoli ad Hæbreos 6, quod est prima facie difficile; et fuit errandi occasio, ut s. Doctor refert in commentario ad illam epistolam lect. 1 dicens : *Unde sciendum esi, quod sx hoc loco sumpsit Novatus quidam, qui fuit presbyter Ecclesiæ Romanæ, occasionem errandi. Voluit enim, quod, nullus post Baptismum poterat ad pœnitentiam resurgere. Sed ista positio falsa est, sicut dixit Athanasius in epistola ad Serapionem : quia ipse Paulus recepit incestuosum Corinthum, sicut palet.* 2 *Corinth, et similiter Galal.* i. Quod signum evidens est longe alium fuisse eo loci Apostoli sensum ab eo quem verba sonare videbantur. Unde quando dixit Apostolus *impossibile esse semel illuminatos ad pœnitentiam renovari,* locutus est de Pœnitentia Baptismal!, quasi non possent iterum baptismate ablui, minime vero, quod media pœnitentia Sacramentali non possent in pristinum statum, vel saltem ad meliorem frugem redigi; alioqui enim inutiliter recepisset ipsemet Apostolus incestuosum Corinthum. Et quia neophyti Judæorum frequentibus lotionibus assueti, existimabant, aut judicare poterant, idem posse fieri in Baptismo Christi, *ad istum errorem removendum dicit hoc Apostolus,* excludens quidem iterationem Baptismi, non vero Pœnitentiæ Sacramentum.

12. Ut solutio ad secundum, quæ compendiosa est, melius intelligatur, nosse oportet præter pœnitentiam internam, quæ est virtutis actus multiplicem aliam pœnitentiam a Patribus distingui, et jam de una, jam de alia loquentes occasionem præbuere non ita uniformiter sentiendi circa iterationem, vel non repetitionem pœnitentiæ. Quocirca mirum non est, quos ea latuit, sibi suffragari Patres existimasse et in errores lapsos fuisse. Et missa pro nunc ea pœnitentia, quam adulti agere tenebantur ante Baptismum juxta illud D. Petri Act. 2 : *Pœnitentiam agile, el baptizetur unusquisque vestrum,* de qua August, lib. 1 de fide et operib. cap. 6, lib. 4, de Symbolo ad Cathecum. cap. 1, epist. 108 ad Seleuciam. et hom. 27, cap. 1, hom. 50, cap. 2, nec non Gregor, in epist. ad Faustum.

Pœnitentia post Baptismum alia est privata, alia publica, quarum quælibet suas patitur subdivisiones. Nam privata etiam est duplex ; vel quæ agitur pro levibus, et quotidianis defectibus, quamque nuncupat Augustinus sanctorum, et justorum Pœnitentiam, et ejus meminit pluribus in locis, maxime vero in epist. 108, hom. 27, cap. 2, hom. 50, cap. 3. Enchirid. cap. 64. Vel quæ arripitur pro mortalibus, iisque occultis delictis. Pro quibus quantumvis enormibus numquam ex Ecclesiæ decreto, quod legerimus, aut apud Authorem Catholicum offenderimus, injuncta fuit poenitentia publica. Sicubi tamen aliqua irrepserat particularis consuetudo, eam protinus prohibuit, et abrogavit, ut constat ex S. Leone 1, epist. 80, ubi docet pro peccatis occultis sufficere confessionem secretam, quæ primum exhibetur Deo, deinde sacerdoti ejus ministro, de qua specialiter inferius instituendus erit sermo.

13. Rursus Pœnitentiapublica fuit quoque duplex, et solemnis, et non solemnis, Ex quibus ista fieri solebat ob publica, et toti plebi nota delicta absque ulla solemnitate, et ceremoniis, quas intervenire mos erat in solemni, ut videbimus. Unde solum requirebat, quod ipse pœnitens vel ultroneus, vel aliorum consilio, aut etiam jussu se palam peccatorem ostenderet, vel coram Ecclesia, vel coram plebe, ut qui ejus culpa scandalam subierant, ejus humili abjuratione, et detestatione ædificarentur. Hanc interdum vel ipsi clerici agere jubebantur, quibus tamen ob ordinis dignitatem solemnis erat prohibita, ut videre est apud Si'ricium Papam epist. 1, cap. 7. Ab hoc pœnitentiæ modo nec ipsi Imperatores, vel alii Dynastæ excipiebantur: ut de Philippo sub Fabiano Pontifice narrant Euseb. lib. 6, cap. 25 et Nicephorus lib. 5, cap. 25, et de Theodosio testatur August, hom. 49, cap. 3, sub Ambrosio pœnitentiam egisse publicam in conspectu populi, ob id maxime, quod illius peccatum erat publicum, et celari minime poterat. Id quod Ludovico Caroli magni filio accidisse refertur apud aliquos ex Galliæ historiis, nec penitus a nostra Hispania exulavit, ut superstites sunt oculati testes paucis ab hinc annis Matriti contigisse jubente, et compellente Innocentio XI, ob irrogatam violentiam Ecclesiæ immunitati. Et nos

D. Gregor.

Pceniteulia post Baptismum, quæ, et (iuowplex. D. August.

S. Leo.

Qaaj Pæriteapublica,

Sirie. Papa.

Euseb. Nicepbor. D. August.

Inno- cent XI

ipsi testes sumus pœnitentiæ public» Salmantlcæ fact» ob irreverentiam satis gravem Episcopo Sahnantino irrogatam. Et hanc quidem pœnitentiam, non semel, aut iterum agere quis poterat, sed quoties bonum publicum ob scandalum passum exigere videbatur.

Pu'iii - le.lia SûivJSl- nis.

14. Pœnitentia denique solemnis, quæ aliquando inolevit, constat quidem ex libris, qualis fuerit, latet tamen an in usu sit? De quo extant non pauci canones apud Gratianum, et in Concilio Arelatense canon. 13, 21 et 22, et in aliis veteribus Synodis. Ejus meminere Innocent. I, épiât. 1, ad Decentium cap. 7. Siricius epist. t, cap. 4. Leo magnus epist. 92, cap. 10 et 11. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ, Ambrosias lib. 2 de Pœnit. cap. 10 el 11. Ex quibus, omissis aliis, colligitur praedictam poenitentiam non solere imponi, nisi pro enormibus, et gravissimis delictis, iisque notoriis. Qui autem ea adigebantur, stare debebant in vestibulo extra Ecclesiam, et ejus septa, in omnium conspectu, orantes, el simul ingredientium, et egredientium suffragia, et orationes similiter implorantes, sacco induti, et jejuniis maxime addicti. Illis erat interdictus ingressus in Ecclesiam, nisi feria quinta cœnæ Domini, in qua neutiqcam admittebantur ad Sacramenta, nisi post expletum designatam pœnitendi tempus, dempto mortis articulo, aut alia causa Episcopi arbitrio probanda ad id non cogente. Porro illi, qui hanc subierat pœnitentiam, licitum deinceps non erat vel militare, vel uxorem ducere, aut ad sacros ordines promoveri nisi ex superioris dispensatione, nec etiam conjux, allero conjuge non consentiente, acceptare poterat eam pœnitentiam. Semel atque acceptata. et expleta esset ab aliquo, cnjuslibet is esset conditionis, sive liber, sive ligatus matrimonii vinculo, non poterat eam iterare, quamtumvis relaberetur in alia crimina pejora prioribus.

Graii». Arctoe wn?" Sirichis. Leo M»gn ibero- nym. Ambros.

Rat,° jterandæ pœniten-

Et id quidem triplici ex causa. Prima, ne ex repetitione vilesceret h ›c genus remedii, ut constat ex D. Augustino epist. 54, ita docente : *Caute, el salubriter esi provisum, ul locus illius humillimx pccnitentix dumtaxat semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset xgrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit.* Secunda sumitur ex D. Ambrosio lib. 2, de Pœnit. cap. 11, et erat moralis significatio; quia ejectio pœnitentis initio quadragesimæ solemniler fleri solita reprœeontabat Adie exilium a paradiso, quod quidem semel dumtaxat factum est, nec deinceps ad ipsum rediit exui proprio laboro victitans : in cujus signum pœnitens inhabilis etiam remanebat ad honores, et omnino spoliatus jure illos oblinendi. Tertia, quoniam illa solemnis pœnitentia erat quædam publica protesiatio eam perpetuo servandi in detestationem praeteritarum culparum, et praecautionem numquam alias committendi in posterum, ob quas posset iterari. Et hæc triplex ratio adducitur a D. Tboma in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 5, quæstiunc. 2, ubi et in toto articulo principali plura scitu digna reperiet lector de pœnitentia solemni, quæ hic summatim perstrinximus. Consulatur etiam Magist. Soto in eodem 4, dist. 19, quæst. *2,* art. 5.

solem- nk ei D. August. A!ia ex 0. Ambroi. Te.-j aB. η®. Set).

15. Hinc constat expositionem, quam solutione praedicta ad 2 (cujus gratia hæc praelibavimus), adhibuit AxnbrosioD. Tho-D.Ti.^. mas, deservire etiam aliquibus aliorum Patrum testimoniis, in quibus plane habetur poenitentiam non posse iterari. Ila Origenes bom. 15, super Lev. 25. Ambrosius lib. 2. de Pœnit. cap. 10. Augustinus epist. 53 et bom. 50. N. Cyriilus Alexandrinus lib. 15, in Lev. ubi addneit Origenem. Quorum et aliorum, si qui sunt, qui ita scripserint, sensus ex dictis est catholicus, et satis expeditus, de pœnitentia solemni ; numquam tamen repulerunt alios pœnitentiæ modos, et multo minus Sacramentalem, et virtuosam poenitentiam ut initerabilem, quin imo enixe ad eam hortantur.

Onje. ABgej· N.Cy-

16. Sed nunc restat inquirendum; an sicut unus, et idem potest pluries successive absolvere ab eisdem peccatis, ita plures simul possint unum, et eundem absolvere? Hanc difficultatem, quam supra in hunc locum remisimus, solum excitavit D. Thomas de Baptismo, et Eucharistia, et in Pœnitentia praetermisit forte, quia minus necessarium indicavit. Quocirca ex interpretibus S. Doctoris nullum offendimus discipulum, qui ab ea non etiam supersederit. Ex extraneis vero apud solum Patrem Suarez eam invenimus indicatam disp. 18. sect. 4, a Lugo fusius prosecutam in præsenti disp. 13, sect. 7 hujus, et post ipsum a Discatillo disp. 10 de Pœnit. dub. 2.

λα pieces ûiil hse vitet D.TV.s. P. Suret. Card. Lta Dimlitto.

Üc vero eam solidius expedire possimus, supponi debet per se loquendo, et ex vi institutionis

Qaii neodun'

institutionis Sacramentorum «nobis Ecclesia) traditione notio, nulli Sacramentorum designasse Christum, nisi unicum ministrum, a quo conficeretur. Et licet permiserit plures in sacerdotio conferendo coire ad consecrandam unicam hostiam, ut moris esso in Ecclesia quando sacri ordines conferuntur nomo ambigit, et statuimus tract, de Eucharistia, disp. 12, dub. 3, non tamen ideo plures absolute sunt illius ministri, sed se habent per modum unius, tum ex parte materiæ, quæ est eadem, tum ex parte intentionis consecrandi, quæ est una principalior in Episcopo celebrante, cui aliorum intentio debet subordinari, et ut ita dicamus, attemperari, ut non aliter nec antea, nec post consecratio materiæ fiat, quam ipse intenderit, ut ibi explicuimus : ubi autem sunt plura propter unum, non tam dicenda sunt plura, quam unum. Tum denique ex parte elevationis, quæ licet materialiter in pluribus noviter ordinatis multiplicetur, ordinatur tamen ad eundem numero effectum, et subordinatur eidemmet numero principali Sacerdoti Christo simul omnes elevanti ad ipsum producendum : quocirca consecratio passiva est una, et similiter consecratio activa, si formaliter accipiatur; sicut idem est formaliter locus, vel etiam fluvius, quantumvis superficies multiplicetur, dummodo non varietur distantia, vel decursus aquæ. Est itaque pro quolibet Sacramento unicus minister a Christo designatus, ut sic servetur proportio inter Sacramentum exhibendum, et ministrum conficientem : atque ideo per se loquendo, et juxta primariam institutionem nec possunt, nec debent plures ministri simul applicare formam supra materiam propriam, ut cum ipsa et ex ipsa consurgat Sacramentum ; sed reprehendi debent de inordinato modo ministrandi, ut de simul baptizantibus
51-;a· dixit D. Thomas supra quæst. 67, art. 6, punitos iri. Nec etiam diversas materias possunt apponere cum totidem formis, ut ejusdem rationis Sacramenta eidem subjecto simul impendant ob eandem prorsus rationem.

J *1.1. 17. Quo fit, et bene sequitur, per se loquendo Sacramentum Pœnitentiæ non postulare nisi unicum Sacerdotem cum legitima potestate, a quo absolutio pœnitenti impendatur, et consequenter eum, qui sciens, et p-.udens vel simul duobus confiteretur, ut ab eis absolutionem simul acciperet, vel in vi unius confessionis dùplicorn, eamque simultaneam absolutionem peteret; eo ipso peccare mortaliter, et neutram posse adipisci ; quippe qui procederet contra communem, et approbatam Ecclesiæ consuetudinem in re gravissima, qualis est usus Sacramentorum, de quo Concilium Tridentinum sess. 7, can. 13, ita sanci vit : *Si quis dixerit receptos, et approbatos calholicæ Ecclesiis ritus in solemni Sacramentorum adminislralione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato u ministro pro libilo omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mulari posse, anathema sil.* Unde tam absolventes, vel simul absolvere conantes, quam ipse pœnitens peccarent mortaliter, ob contraventionem usui, et approbationi Ecclesiæ; sed pœnitens nullatenus Sacramentum reciperet, qain ut irrisor Sacramenti censendus esset, quoniam ut docet D. Thomas in hoc eodem articulo in solut. ad 4 : *Ille esi irrisor, el non panilens, qui simul dum pcenilet, agit quod panitel, vel proponit Herum se facturum quod gessit : vel etiam aclualiler peccat eodem, vel alio genere peccati.*

Cone· Trid

D.Tbcm

Quo fit alterius ex parte pœnitentis per se loquendo, nisi aliud vel expresse constiterit, vel ex adjunctis circunstantiis vehementer conjiciatur, semper atque confiteatur, debere præsumi rectam intentionem gratiam oblinendi medio unico Sacramento; licet adsint plures qui possint absolvere. Idque ex fine intento maxime elucet ; hic enim nec ex parte pœnitentis, nec ex parte Sacramenti est alius, quam remedium peccati, et reconciliatio cum Deo; et hic quidem habetur unica absolutione, unicoque Sacramento, vere et absque obice, aecepto : ergo per se loquendo, quantumvis adsint plures, qui possint absolvere, numquam concedendum est de pœnitentis intentione, nisi quod ve)it unicum judicium instituere, unicumque dumtaxat Sacramentum recipere, quo medio a peccato liberetur. Quare solum potest esse difficu tas, an casu quo plures simul absolvere intendant confessionem coram eis fa-
efentem, plura, vel unum dumtaxat Sacramentum conficiant, quidquid sit an peccent ita absolvendo, vel non ? siquidem peccatum absolventis non invalidai Sacramentum.

Con-
sect'

18. Respondetur ergo casu quo **unica** confessione audita, plures simul absolutionis formam proferrent, non conficeretur nisi unicum Pœnitentiæ Sacramentum.

Decisio

D.Thom. Sibilem resolutionem tradidit D. Thomas supra quæst, 67, art. 6, de pluribus simul baptizantibus dicens : *Nec traderent aliud, et aliud Sacramentum. Sed Christus, qui esi unus interius bapiùans, unum Sacramentum per utrumque conferret.* Sed Christus, qui est unus, interius etiam absolveret : ergo non esset nisi unica formalis absolutio, licet materialiter diversa, ut de pluribus eandem hostiam consecrand-

borei. jjUS supra diximus. Idque ita tenuit Suarez supra citatus, convictus exemplo Baptismi, ex quo a fortiori sequitur idem dicendum in nostro casu. Nam plures simul baptizantes cum diversa aqua, ut supponitur, et etiam diversa forma, non conficiunt nisi unicum Baptismi Sacramentum, ut

D.Tbom. consta» ex d. Thoma. Sed in nostro casu non est nisi unica confessio, quæ habet rationem materiæ. Ergo quantumvis plures absolvant, non consurget nisi unicum dumtaxat Pœnitentiæ Sacramentum. Id quod exemplum hostiæ a pimibus simul consecrat® evidentius confirmat, quin opus sit illud expendere. Si enim cum diversitate materiæ, et formæ in illa hypothesi plur.um simul baptizantium, non evadit nisi unicus tantum modus bapt'smi, non apparet ratio, quare cum una sola materia, quamvis adsint diversæ formæ, plura conficiantur simul Sacramenta Pœnitentiæ.

Et îs îo. Logo. Dicastillo. 19. Respondet Lugo, cui in hac parte adhæret Dicastillo ubi supra, disparitatem esse, quod in nostro casu est diversum judicium, diversaque sententia, et confessio moraliter, ac virtualiter multiplex : quocirca necessarium est dicere ibi intendere plura Pœnitentiæ Sacramenta.

Inipo-gnaiur. Hæc tamen doctrina diruitur efficaciter ex principiis ejusdem Authoris. Quia judicium Sacramentale non tam multiplicatur ex pluralitate formarum absolvendi, quam ex diversitate causæ, ut constat etiam in humanis : ubi licet plures simul eidem sententiæ subscribant, eamque simul proferant, non idcirco est nisi unicum humanum judicium ; et licet quilibet eorum seorsim, simul tamen absolveret, non propterea esset diversum judicium : sed subjectum et causa in nostro casu sunt omnino idem : ergo non est nisi unicum judicium Sacramentale.

ConOm. Confirmatur : quia unitas, vel diversitas numerica nec in Sacramentis sumitur, nisi a subjecto, vel ab eo quod se tenet ex parte subjecti; quocirca qui plures simul absolveret, plura simul Sacramenta ex parte recipientium conficeret ; non alia ratione, nisi quia subjecta absolvenda essentplura. In quo quidem casu, et vere possibili, teneret illa doctrina de multiplicatione morali, et quasi victuali ejusdem numero formæ; secus vero e converso : quia unitas pure numerica a materia vere diversa, et subjecto ; non vero a forma venanda est. Constat autem in nostro casu esse unicum, et idem prorsus subjectum, unicamque tantummodo confessionem, quæ se tenet ex parte materiæ : ergo non esset nisi unicum Pœnitentiæ Sacramentum.

20. Confirmatur et explicatur ulterius. Quoniam hoc judicium Sacramentale licet i!lu' pendeat ex intentione absolventis, non minus pendet ex intentione pœnitentis, qua voluntarie se subjicit absolvendum, media unica confessione, cui correspondere debet unica absolutio ; siquidem plures formæ, nec in naturalibus possunt afficere eandem numero materiam : sed intentio unicam confessionem facientis non debet præsumi, ait ipse Lugo, nisi respectu unius judicii, unicique Sacramenti : ergo quod plures absolvere intendant simul, est contra intentionem confitentis, et consequenter nec virtualiter, nec moraliter inducit diversitatem materialem Sacramenti. Quod enim sint duo vel tres judices ejusdem cans», non infert diversitatem moralem in judicio, aut in causa, quæ una cum semper sit, ut docet idem Lugo n. 272, non variatur, aut multiplicatur, per hoc quod sit unus judex, et alter se ingerat, aut introducat supra eandem causam.

Alfa terfr-Ktii Confirmatur, et explicatur tertio ex doctrina ab ipso tradita numero immediate allegato. Quia unitas, vel pluralitas hujus Sacramenti, non debet accipi, nisi ex unitate, vel pluralitate judicii; unitas vero, vei pluralitas judicii non aliunde, quam ex intentione, et intentio ex confessione : sed intentio semper debet præsumi una, juxta modum confessionis : ergo dum non adsit, nisi unica confessio, ut non esse supponimus, non est nisi unica intentio recipiendi unum Sacramentum : ergo de primo ad ultimum inferendo, sub unica confessione vel facta, vel petita, non est, nisi unicum judicium, nec plura, sed unicum Sacramentum. Hinc cessant aliæ quæstiunculæ, in quarum decisione Dicastillo cum Lugo decertat, a quibus in radice jugulatis supersedendum est.

Sed adhuc supersunt aliqua circa eandem difficultatem

difficultatem discutienda : nam hactenus dicta solum procedunt in sensu absoluto, quando pcenitens, vel absolute confitetur coram pluribus Sacerdotibus, vel absolutionem petit non determinando aliquem, nec excludendo ullum illorum, ipsique absolvunt. In quo casu

Csi « flanks inboi fiiwi

21. Inquires cuinam illorum tribuenda sit absolutio, et consequenter Sacramenti collatio? Respondetur, quod illi, qui primo absolutionem terminavit ; aliis enim nihil deferri debet, nec sua absolutione magis operati sunt, quam si ab illis non fuisset lejoa-prolata. Et ratio est, quia forma Sacra- sw· mentalis suppositis aliis requisitis operatur infallibiliter ad instar causæ naturalis, quæ applicata debitæ materiæ, illico introducit effectum : cum ergo in hypothesi facta non sit nisi unica confessio, qui primo prolationem terminaverit, hic inducet absolutionis effectum ; et consequenter huic tirbuendum est Sacramentum, aliis perinde se habentibus, ac si non absolvissent. Si vero evenerit (quod raro fiet) ut omnes simul terminent verborum prolationem, quilibet eorum quantum est ex se absolveret, non tamen esset nisi unica formalis absolutio, ut de simul baptizantibus asse- D.ta. ruit D; Thomas. *Si autem* (verba sunt S. Doct.) *omnino simul ambo verba proferrent, et hominem immergerent, aut aspergerent, etc., uterque quantum in se est, baptizaret. Nec traderent aliud, et aliud Sacramentum, sed Christus, qui est unus interius baptizans unum Sacramentum per ulrumque conferret.*

Huic tamen doctrinæ obstare videntur "■'■ duo. Primum desumitur a paritate : nam si Sacerdoti plures apponantur hostiæ, ut unam illarum consecret, si nullam illarum determinet in particulari, nullam consecrabit, ut [ex communi Theologorum sententia debet supponi ; siquidem intentio non fertur ad omnes hostias sibi præsentes, sed ad illarum aliquam, non tamen designatam : ergo e converso, ex pluribus absolutionibus supra eandem confessionem cadentibus, nulla earum sortietur effectum; cum non sit major unius, quam alterius ratio : vel ergo homo relinquitur inabsolutus, quod est durum ; vel quilibet Sacerdotum absolvet; et verum Sacramentum conficiet, quod est intentum ; et consequenter non unum dumtaxat, sed plura conficientur Sacramenta. Ratio paritatis consistit in eo, quod nec Sacerdos aliquam formam determinat, nec pcenitens alicujus ex adstantibus absolutionem deaknat ; unde consequi videtur, vel plura, vel nullum confici Sacramentum, sicut nulla, vel omnes consecrantur hostiæ.

Secundum sic proponitur ; nam in præ- Seeanda objeelio. dicta hypothesi darentur plures absolutiones, non quidem partiales, utpote non concedendae : ergo totales, et inter se independentes, ac minime subordinate, quarum quaelibet seorsim sumpta inducere poterat eiiectum absolvendi . cum ergo non sit major ratio unius, quam alterius, vel dicendum quamlibet proprium constituere Sacramentum; vel omnes simul concurrere ad eundem numero effectum ut causas illius adæquatas, quod est impossibile in doctrina Thomistarum; vel tandem quod concurrant ut causæ partiales, quod non minus repugnat; cum effectas sit indivisibilis, qui proinde vel totus, vel nihil illius debet attingi.

22. Neutra tamen harum objectionum Diruon· officit. Ad primam ergo respondetur negando paritatem quolibet modo expendatur : sive enim intentio Sacerdotis sit omnes hostias ante positas consecrare, quo pacto sicut nulla est, quæ non maneat consecrata, ita nullum est argumentum inde desumptum, cum eadem ratio sit de eodem Sacerdote plures simul absolvente sub his verbis : *ego vos absolvo,* sensus enim est, *ego te absolvo, et te, et te, etc.,* quia verbum illud *vos, nihil aliud est quam te et te,* ut asserit D. Thom. ubi supra. Ex D.Thom quo ad hoc tenet paritas, sed stat pro nobis, ut supra indicavimus. Sive intentio Sacerdotis versetur circa unam hostiam, vage tamen, et indeterminate, quin ista præ illa numeretur, et hoc modo aliquatenus videtur contra resolutionem traditam militare, stando præcise in illa communi sententia, quam amplectimur, quod nulla illarum formarum maneat consecrata. Sed tamen negatur Consequentia. Et ratio disparitatis sumitur ex visceribus ipsorum exemplorum, quoniam in casu Antecedentis nulla est determinatio ex parte Sacerdotis, præeligendo consecrandam hanc numero hostiam præ aliis; sed cum intendat unius consecrationem, nullam designat ex illarum cumulo : quapropter restricta intentione ad unam, et hac neutiquam determinata, nihil mirum quod nulla illarum omnium maneat consecrata, cum sit eadem omnium ratio, nec magis stet pro ista, ac pro illa, atque ideo nullam consecrari merito affirmant Theologi. At vero in casu

à

Consequentis est determinatio ex parte subjecti ratione unius factæ confessionis, ratione cujus præsumi debet unicum tantummodo judicium Saeramentsle constituere, et terminare velle; ot aliunde ipsi Sacerdotes non in incertsm materiam, sed in illam determinatam materiam media verborum prolatione confluunt. Unde si qua est difficultas, non est ex parte materi® determinat®, quam omnes supponunt; sed sistit in componendo plures absolutiones cum unitate materiæ, et veritate unius Sacramenti, quam negarunt Logo et Dicastillo, et expugnare intendit secunda objectio.

f.ugo. Dicàs-fillo.

Quid respondeat Logo?

23. Ad quam ipse Lugo respondere tenetur, si vera sunt qu® docet ibi n. 170, de moribundo, de quo ita loquitur : Si *moribundus confessionem petat, el ipso jam sensibus destituto, superveniant duo Sacerdotes, et re cognita, uterque eum simul absolvat, non fient duo Sacramenta simpliciter, nec major gratia conferetur, quam si unus absolvisset.* Quare tenetur componere eam duplicem absolutionem, et nobis explicare, qualiter se habeant, stante unico absolute Sacramento, ut stare affirmat. Et quod ibi responderit, erit nostra solutio. Nam quod sit moribundus, qui simul a pluribus absolvatur, aut sensibus destitutus, vel non, impertinens videtur ad componendum pluralitatem absolutionum cum unitate Sacramenti, ut videtur perspicuum.

Si forsan dixerit sensibus non destitutum postulantem a pluribus absolutionem sub unica confessione eo ipso optare plures absolutiones, et consequenter illam unicam confessionem reddere moraiiter diversam. Si (inquam) hoc responderit ex ipsiusmet doctrina refellitur, et jam est dirutum ; *Quia cum modus ille petendi ab omnibus collective absolutionem, insolitus sil, non prxsumitur facile ejusmodi intentio, sed solum quod petit unam terminationem causæ et semel absolvi, quia non vult insistuere plura judicia, sed unicum secundum consuetum Ecclesiæ morem.* Nulla ergo quoad hoc est disparitas inter sensibus spoliatum, vel in illis constitutum. Et ratio videtur clara; quia inter mentis compotem, et a sensibus alienatum non est aliquod privilegium, aut indultum, ut ille petens absolutionem a phiribus sub una confessione, non postulet sub consueto Ecclesiæ more, secus vero morti proximus; hoc enim ridiculum foret adstruere. Esto tamen aliquod indultum esset concedendum, maximo in favorem moribundi, cum quo experientia teste, et Ecclesia permittente, et approbante, non ita judicii apices observantur, nec observari possunt, quoad verba, numerum pf-ccatorum, el alia, sicut eos observari præcipitur in ratione, et sensibus utentibus. Nulla ergo ratione, imo nec Consequentia affirmatur do uno, et negatur de alio.

Eo vel maximo, quia petendo absolutionem multiplicem a pluribus simul sub eadem confessione, peccaret graviter contra usum in Ecclesia receptum, et optaret simul omnes Sacerdotes delinquere simul absolvendo, ut constat ex dictis : non est ergo unde credatur postulantem absolutionem a pluribus velle peccare, et absolventes delinquere ; sed quod unice petat absolvi more consueto. Et quidem si aliud vellet, eo ipso redderetur absolutionis incapax.

Solii»

cbjwiia·

1

24. Respondetur ergo directe ad secundam replicam concedendo plures absolutiones in prædicto casu, quarum quælibet seorsim accepta poterat inducere instra·mentaliter eundem effectum absque alterius consortio, et ex hoc capite jam non sunt cans® partiales. Quia tamen neutra illarum propria virtute causât effectum, sed ut subordinata intentioni Christi, ab eaque elevata, jam non sunt causæ totales, et adæquatæ, sed plures causæ instrumentales ejusdem causæ principalioris. Non autem inconvenit plura instrumenta assumere ejusdem, vel diversae rationis pro eodem effectu; maxime quando agens principale non ex necessitate illis utitur, ut contingit in præsenti. Unde sicut absque nullius instrumenti consortio potuit Christus absolvere, ut constat de Magdalena, Paralytico, et aliis; ita admittere valet vel unum, vel plures ministros, ut patet de simul consecrantibus : quippe omnes isti, sive unus, sive plures non concurrunt nisi ut subordinati uni principaliori elevationi Christi ; non enim aliter quis vel baptizat, vel consecrat, vel absolvit, nisi in virtute Christi, cujus virtus, vel per unicum, vel per plura instrumenta potest diflundi. Quare ita sunt plures absolventes in predicta hypothesi, quod sint formaliter unicum instrumentum a Deo assumptum. Et ideo nec sunt causæ partiales, nec totales, nec diversum Sacramentum conficiunt, sed *Christus, qui est unus interius baptizans* (vel consecrans, vel

ve! absolvens) unum *Sacramentum per* ρ.Ποω. uirumque *conferret,* ut nos docuit D. Thomas. Noc est molestius inquirendum, qualiter illæ plures absolutiones se habeant inter se, quoniam licet invicem non subordinentur, aut dependeant; omnes tamen unicea virtuti Christi subjiciuntur, qui vel per ista verba, vel per illa, vel per omnia simul sumpta in hypothesi prædicta producit ellectum, qui communi servato ordine per quamlibet illarum seorsim producendus erat, et de facto produceretur, si omnes istas simul, ut fingitur, non coisse constaret. Quapropter omnes illæ absolutiones materialiter plures unicam formalem absolutionem adintegrant, et quod una vol plures sint entitative, de materiali se habet, ut exempla superius adducta sufficienter demonstrant, quin opus sit alia pene innumera expendere. Qui plura voluerit, consulat quæ scripta relinquimus tract. 21, de Merito Christi disp. 28, dub. 3, ubi explicuimus, qualiter plura merita Christi de se sufficientia ad quodlibet præmium unicam constituerint totalem causam ejusdem præmii, quin in aliquo illorum argui possit defectus vel virtutis vel quid hujusmodi.

BiSalte. 25. Inquiri tamen adhuc potest : an citra culpam aliquam ex parte alicujus evenire possit, quod simul a pluribus quis absolvatur, vel sub eadem vel sub pluribus confessionibus? Hæc interrogatio descendit ad casus per accidens, qui sub certa regula nequeunt comprehendi; ea enim est humanarum rerum vicissitudo, isque illarum fluxus, et refluxus ; ut tot hinc, et inde aliquando conveniant circunstantiæ, et obsideant angustiæ, quod vel peritissimum quemque fluctuare, et ab eo quod per se est, desciscere cogant; idque maxime in hujus Sacramenti administratione plurima, eaque satis irregularia exemplaa testantur, quæ longum, et non adeo utile foret 'i"115 percurrere. Et ut interrogationem per par- ıı tes explicemus, primo dicimus non apparere ex parte pœnitentis rationem, ut licite l· 'nt5· possit petere absolutionem simul a pluri- ; bus. conferendam. Fundamentum est :) quia vel est mentis compos vel a sensibus invenitur destitutus? hoc secundo modo, planum est a pluribus petere non posse, j Si autem sensibus et ratione vigeat, licet ' a pluribus petat, nunquam tamen credendum est postulare, ut a pluribus simul ab- i solutio conferatur, sed juxta modum ab Ecclesia præscriplum, nimirum quod ab aliquo illorum disjunctive absolutionem accipiat. Nisi laboret ignorantia ita rodi, ot invincibili, ut omni specie malitife careat.]n quo quidem eventu non debet absolvi, quin prius, vel ab omnibus, vel ab aliquo illorum saltem præsentiam sacerdotum de errore admoneatur, ut in cognitionem veniat tantum sibi unam, quam plures simul absolutiones prodesse, nec plures licite ab illis impendi posse supra eandem materiam : hoc quippe cuilibet illorum sacerdotum, ex officio magistri munus obeuntium , primo incumbit; et deinceps post instructionem absolvere juxta morem in Ecclesia consuetum. Et hoc modo nec interveniet peccatum, nec homo duplicem absolutionem simul obtinebit.

Quid dicendum ex parte Sacerdolis?

26. Si vero ad Sacerdotes deveniamus, quot quot illi fuerint, nec tenentur nec licite possunt simul absolvere, sed eo ipso quod unus proferre voluerit formam, deobligantur alii ab onere absolvendi. Quare pœnitente in extremis constituto, si absque absolutione decederet, omnes Sacerdotes présentes graviter delinquerent ob petitam a quolibet eorum absolutionem, et non obtentam : nam ad hoc sufficit quemlibet eorum seorsim teneri in extremis proximo succurrere. Et ratio est, quia omnes simul nec tenentur, nec licite possunt ministrare Sacramentum,· nec poenitens habet jus nisi ad unicum Sacramentum : ergo eo ipso, quod alter eorum prædictum conferat Sacramentum, fit satis juri pœnitentis, et cessat aliorum obligatio. E converso vero, si nullus eorum pœnitentis juris satisfecerit, non absolvendo, cum teneretur, et posset ; omnes quidem graviter delinquerent, ut constat a simili Baptismi, et aliorum Sacramentorum in casu ursèntis necessitatis.

Replicatur ex Lugu.

27. Sed replicabis ex de Lugo ubi Supra n. 159. Demus tam pœnitontem quam Sacerdotem ignorantia invincibili laborare, quod pars peccatorum gravium posset uni licite exponi, et pars alteri, et quod ita se de facto gesserit, et dilata absolutione post modum ambo superveniant. Qui quidem casus possibilis est : sed in ea hypothesi uterque debet absolvere, imo et tenetur, nec est inconveniens, cum sit duplex confessio, et consequenter duplex Sacramentum : ergo jam erit casus, in quo licite, et valide plures simul possint eundem simul absolvere, et duplex simul Sacramentum ejusdem rationis eidem subjecto applicare.

Enervatur.

Respondetur in primis difficile admo-

dum videri eam ignorantiam ex parte sacerdotis admittere; cum sit quasi principium 'per se notum omnia peccata gravia esse confessioni exponenda, dum non subest urgentissima causa, utputa complicem detegendi, de quo infra. Unde licet Logo. jlOC Eminentissime Lugo videatur facile, nobis satis durum apparet ex parte Sacerdotis ; cui aliqua major inesse debet scientia, quam rudi pmnitenti. Quare licet e*m admittamus ex parte pœnitentis, ægre tamen illam sacerdoti concedemus. Ea tamen utcumque admissa, adhuc dicimus nullum confici Sacramentum ob defectum doloris, et materiæ proximæ : quia enim hebes est, ut invincibiliter existimet posse confessionem dimidiari, et partira uni, partira alteri posse subjici ex peccatis gravibus, pariter dolorem dividet et consequenter ita pœnitehit de uno pro hac confessione, quod non pœnitebit de altero usque ad aliam confessionem, in qua est illud peccatum manifestandum, nec ad id teneri arbitrabitur ; alloqui enim si omnium dolorem habere debitum existimaret, in qualibet confessione, consequenter judicaret omnia debere eidem confessioni exponere cum unum sequatur ex alio, vel saltem connectatur. Porro quem ita prenitet de uno peccato gravi, quod non de aliis, quæ in mente habet, non præstat veram Sacramento Pœnitentiæ materiam, et consequenter nullum conficit Sacramentum. Unde illa ignorantia invincibilis confert quidem, ut non denuo ibi peccet, dum ita confitetur, non tamen infert verum perfici Sacramentum per absolutionem ob defectum doloris omnium, quæ in promptu habet, et reservat alteri confitenda. Nec est eadem ratio de peccatis venialibus, aut de lethalibus jam confessis : quia hæc sunt materia voluntaria, et potest pars assumi, et pars omitti in confessione : non enim nec quoad dolorem, nec quoad confessionem, nec etiam quoad remissionem annectuntur. De oblitis vero non est ratio dubitandi utpote quæ remittuntur indirecte, et virtualiter includuntor in confessione, si recta sit intentio pœnitentis.

Vera solutio I 28. Et hinc jam aperitur via clarior, quam quæ arrepta est a prædicto Authore, ad directe respondendum præjactæ interrogationi. Nam si sermo fiat de peccatis venialibu aut de gravibus iterum recte confessis, contingere potest aliqua uni, aliqua vero alteri esse confessa, et justis de causis absolutione dilata utrumque sacerdotem supervenire simul, quemlibetquo suo jure utendo in vi confessionis sibi fact;e in speciali posse infirmum absolvere, non simul sed successive, ad augendam gratiam. Sed tunc esset duplex Sacramentum cum duplici materia et forma, in quo non est, aut esse potest dissidium. Diximus non simul impendendam absolutionem ; quia cum sacerdoti constaret de confessionis materia voluntaria, et jam alter paratus esset absolvere ob aliam sibi præstitam, tenebatur servare, modum ab Ecclesia præscriptum ; et consequenter vel non absolvere, quia eum videbat ab alio absolutum : vel si semel vellet, praestolari opportunius tempus debebat, ut pcenitentem excitando ad ferventiores actus post finitam alterius absolutionem propriam adhiberet : Non enim oppositi apparet ratio, maxime cum confessio sit de venialibus, aut de mortalibus alias confessis. Unde absolute, et simpliciter loquendo negandum esse censemus hominem a pluribus simul absolvi posse in hoc sensu nunc explicato.

29. Si autem sermo etiam fiat de peccatis mortalibus, negare non possumus contingendam instantis periculi, vel incendii, vel naufragii, aut alterius similis, in quo positus homo absolutionem enixe flagitet, audientibus pluribus Sacerdotibus, qui cito accurrere possint ad illi spiritualiter media absolutione subveniendum. Et quidem hoc dupliciter contingere valet : vel ita ut se invicem lateant, et ignorent, sed quod unus v. g. ex una parte sit, et alius ex alia, interposito obstaculo, ne se videant, cum tamen prope, et coram clamante sint. Vel ita ut simul sint, et coram pœnitente. Porro, si primo modo eveniat, fatemur posse, imo et teneri pœnitentem, seu confitentem absovere, et si simul contingat verba proferri : tunc enim neuter i.lorum scit absolutionem alterius, sed operantur ut veri ministri Christi impendendo absolutionem legitime petenti, ut supponitur. Et tantum abest quod injuriam irrogent Sacramento, quod potius accersendi, et puniendi forent, si in eo casu non absolverent. Non tamen conficeretur ibi nisi unicum Sacramentum, ut constat ex dictis, sive simul, sive unus post alium absolveret : quoniam posita prima absolutione, jam secunda nihil operari poterat, ut etiam consentit Lugo n. 174. Law.

Si vero disponantur res juxta secundam combinationem, si omnes absolverent vel simul, vel successive immediate, omnes quidem

Qsiiij ■*£· iiœi l2i^a) crjeiâ

quidem peccarent graviter contra consuetum, et approbatum Ecclesiæ morem, ct contra reverentiam debitam Sacramento applicando plures formas supra eandem indivisam materiam. Quapropter ex adslantibus unus vage tenebatur absolvere et hoc absolvente alii manebant immunes, nec quidquam aliud facere tenebantur, ut constat ex hactenus dictis.

Alium casum excogitavit Dicastillo loco supra citato n. 13, in quo ipsi videtur tittji- posse, imo et debere absolvi simul a duo- 1WS' bus. Nempe ut quando quis in prælio graviter percussus ad mortem, jam que illi proximus, ccepit uni confiteri, ad vitandum proprium periculum supervenientis hostis confessarius ante absolutionem fugiat, et cessante periculo, redeat ad moribundum, cujus confessionem jam alius excipiebat; tunc enim uterque confessarius erat præsens, et neuter integram confessionem exceperat, sed unam partem primus, alteram partem alius, et poenitens manebat sensibus destitutus : uterque ergo posset, et deberet illum absolvere, directe ab illis, quæ ab ipso audierat, utpote ignorans, an illa ipsa, vel alia, saltem ex parte, expanderit secundo confessario : cumque sit periculum in mora, poterit uterque simul absolutionem impendere, quilibet eorum quæ audivit, ut caetera simul indirecte remittantur. Hactenus Dicastillo, hoc ut indubitatum supponens.

Dissui- a 31. Verum nulla ratio cogit ad ita constauter affirmandum, quin imo oppositum rationabilius constituendum est, adhuc posito illo casu, ut ab ipso depingitur, ut facile erit ostendere si incipiamus ab e'us motivo, et in illius Authorem retorqueamus. Nam ex eo quod ignoret uterque sacerdos, an illa ipsa peccata sibi exposita, alteri explicuerit, vel alia, arguit ille utcumque ne dum posse, sed etiam debere, absolutionem impendere. Sed si forsan eademmet utrique proposuit, et nulla alia; quia se a primo inabsolutum agnoscens, intendebat cum secundo integram peragere confessionem, cum tamen sensibus destitutus fuerit, antequam ad alia perveniret? Quid faciendum? Profecto in eo eventu nec posset, nec deberet uterque simul absolvere, si quidem quilibet eorum ignorabat an eademmet essent peccata directe absolvenda a quolibet eorum ? non enim certiores sunt de uno, quam de alio : quandoquidem supponitur pœnitens, a quo dumtaxat certiores poterant reddi, sensibus destitutus. Nam ergo est major ratio, quare debeat absolvi a pluribus, quam ab uno.

32. Deinde fallitur in reddenda ratione: nam alia est obligatio ex parte Sacerdotis impendentis absolutionem, alia pce-_ nitentis se exponentis ad absolvendum : etenim ille non tenetur absolvere eo præcise, ut omnia peccata directe remittantur, ut constat in peccatis inculpabiliter oblitis, quæ forsan numquam directe absolvuntur : pœnitens autem tenetur quidem omnia, quæ in memoria habuerit distincte exponere, non ut directe præcise absolvantur, sed quia id postulat jus divinum confessionis, et habetur ex fine reconciliationis intent® in hoc Sacramento; in quo nihil grave, et ut tale cognitum est subticendum ; alioqui enim non vere, sed falso pœniteret. Huic autem obligationi abunde satisfecit, qui ex illo fine confessionem incœpit, et aliqua dixit, dicturus omnia, si confessor non aufugisset. Ergo sive hæc ipsa, sive alia diversa explicet alteri confessori supervenienti; non idcirco absolvendus est ab utroque, dum est alienatus a sensibus, quin omnia directe absolvantur. Probatur Consequentia : quoniam ex une parte per hanc secundam absolutionem unius seorsim, omnia peccata, quæ explicata sunt, directe remittuntur ; reliqua vero inculpabiliter non expressa, indirecte. Ex alia vero suæ obligationi satisfecit explicando, et subjiciendo peccata, quæ potuit in secundo : ergo nulla est ratio multiplicandi absolutiones simultaneas, ut directe ab omnibus absolvatur; quippe quod in hac speciali hypothesi est omnino impertinens.

Id quod facile est explicare, et confirmare in Sacramento informi. In hoc enim peccata non dimittuntur, sed manent per aliud, quudsit formatum, dimittenda, cum tamen in eo, per quod expiantur, non fit eorum absolutio directa, nec tenetur sacerdos directe ab illis absolvere quantumvis sciret non fuisse dimissa in alio. Et hoc non solum ob aliam rationem, nisi quia pœnitens oneri illa exprimendi jam satisfecit, et sacerdoti non incumbit absolvere directe nisi ab illis peccatis sibi in confessione expansis. Quod autem in nostro casu non præcesserit absolutio, secus vero in casu sacramenti informis, in quo aliquis fundare posset disparitatem, et instantiam depellere, facit quidem, ut homo ille, si ad sensus rediret, omnia tenere-

tur explicare; quia non perfecerat Sacramentum in ratione Sacramenti, licet inculpabiliter; non vero ut dum est morti proximus, et sensibus destitutus, simul a pluribus absolvatur, vel ex hoc tantum quod peccata illa sparsim uni, et alteri confessa simul a pluribus absolvantur : in quo allegatus Theologus totam vim constituere studuit ad simultaneam plurium absolutionem evincendam.

Observa- Est autem observatu digna pro bac maDÆhoa. feria doctrina D. Thomæ supra q. 66, art. 5 adi, ex qua colligitur dillerentia iner has absolvendi formas ; *£go vos absolvo,* etc.. *Nos la absolvimus, elc.* Nam prima non tantum licita, sed etiam valida ost, quocirca unus unica absolutione potest ab·solvere plures, ut supra indicavimus. Secunda vero est illicita, et nulla, quia ɑ pluribus prolata : *Quia vos* (inquit S. Doctor loquendo in simili de Baptismo) *nihil aliud esi, quam te el le. Quod aulem dicitur : Nos, non est idem dicere, quod ego, cl ego; sed ego, cl tu : et sic jam mutatur forma.* Quare illicitum, ot irritum reddetur Sacramentum sub hac forma. Et hæc sufficiat dixisse de Pœnitentia in communi.

De sacramento Pœnitentice, in sex articulos divisa.

Obser- I. Ut hujus quaestionis titulum, ne in eum aliquis impingat, explicemus, observandum est ejus sensum non esse formalem, siquidem Sacramentum nec est, nec proprie loquendo appellatur virtus; sed est artefactum quoddam ad placitum significans ex libera Christi Domini institutione; quod tamen non convenit virtuti Pœnitentiæ, quæcumque illa sit. Instituitur ergo hæc quæstio a D. Thoma : *ds Sacramento Panilenliæ, secundum quod est virtus,* non quia Sacramentum ipsum formaliter virtus sit; sed quia postulat ex parte materiæ essentialis, et proximæ juxta superius dicta actum virtutis Pœnitentiæ. Et hinc gradum fecit Doctor ad habitum ipsum explicandum in hac quæstione, eamque divisit in sex articulos, ubi ejus essentiam, causas tam finalem, et efficientem, quam formalem et materialem examinat, acturus deinceps de ejus effectibus, ut constat ex quæstione immediate sequenti. Quia ergo Præceptor Angelicus quæstiouem prtecedentem insumpserat in Sacramento Pœnitentiæ, in communi; et opus erat ad ejus partes in particulari descendere, inter quas præcellit dolor, seu detestatio peccati, qui quidem perfecte cognosci nequit, absque notitia sui principii, quod est virtus Pujiinentite; jure optimo post quæstionem praecedentem instituit Sermonem de virtute Pœuilenliæ, seu de Pœnitentia ut virtute. Et hinc constat nexus hujus quæs·tionis, cum antecedenti, et sequenti.

2. Hac duplici observatione præmissa, antequam hinc discedamus, non abs re «« erit breviter lectori objicere, in quibus conveniant, in quibusve differant Poenitentia virtus, et Pœnitentia Sacramentum, oealsQ PifK- ut unico ictu ea possit intueri, et nos libe- teati*. remur ab onere ea sæpius inculcandi. Porro nominis convenientia, et ethymologia de quibus sufficienter egimus in limine hujus tractatus, pro nunc omissis, in quo est prima convenientia. Conveniunt secundo in ratione medicinae omnino necessarie ad liberandam animam a morbo peccati saltem letbalis : siquidem juxta communem providentiam nullum peccatum grave deletur, aut aboleri potest, nisi per Sacramentum Pœnitentiæ, vel per ejus votura, quod importatur in contritione ut supra ostensum est : quocirca in Pœnitentia virtute continetur quasi implicite, et in affectu Sacramentum Pœnitentiæ, et in Sacramento ipso ex parte materiæ splendet Pœnitentia virtus.

Rursus commune illis est esse secundam tabulam post naufragium, sive per naufragium intelligatur communis hominum lapsus in primo Parente, ut aliqui voluere ; sive per naufragium intelligantur peccata post Baptismum, qui est prirna tabula naufragii universalis, ut melius sensit D. Tho·mas,

mas, do quo etiam supra t nam adhuc juxta primam explicationem semper in Ecclesia fuit aliquod Pœnitentiæ Sacramentum, sive in loge naturali, sivo in scripta, licet altrriue longe rationis a Sacramento legis gratiæ·

Quarto convenire constat ex parte matoriro circa quam, siquidem unum, et altera respiciunt peccata actualia destruenda, et extirpanda; in id enim primario tendunt licet sub diversis motivis. Et quia soli adulti peccatis actualibus esse possunt obnoxii, conveniunt insuper (et est quinta convenientia) in eo quod exerceri debent circa homines rationis compotes, et ex hac parte dici possunt convenire ex parte subjecti, quod debet esse adultum, ut vel Sacramentum, vel actus Pœnitentiæ haberi possint.

Tandem sexto sibi vindicant convenientiam in eo, quod tam ut Sacramentum, quam sub ratione virtutis iterari possunt, sive circa peccata olim commissa, et jam confessa, sive circa noviter, et quotidie perpetrata; numquam enim per se loquendo vere pœnitenti occluditur ostium, vel ad Sacramentum accedendi, vel actus contritionis, et detestationis eliciendi, quæ est ratio iterum, atque sæpius Pœnitentiam sub utraque ratione inculcandi. Quæ omnia ex hactenus expensis satis constare videntur, et si aliud est inter ea convenienti» genus, vel includitur in aliquo ex assignatis, vel ad illud debet reduci.

h 3. Reliquum est, ut id, in quo differant, eadem brevitate ostendamus. Est ergo inter illa primum, et quod caput est aliorum, discrimen, quod Pœnitentia ut Sacramentum est totum complexum sensibile constans ex partibus materiali, et formali, et collocatur formaliter in genere signi, non quidem naturalis, sed voluntarii, seu ad placitum ex mera Christi instituentis voluntate. Pœnitentia vero ut virtus est qualitas simplex pure spiritualis nullam partium diversitatem sibi potens vindicare ; quocirca nec ratio signi sensibilis illi adaptari potest; quinimo significatur, et est sensibiliter signatum per modum objecti ab actibus externis, nec sortitur rationem totius, sed potius habet rationem partis Sacramentalis.

4. Hinc oritur differre etiam in origine : quoniam sub ratione Sacramenti novæ legis, in hac habuit initium, sicut et reliqua Sacramenta. At vero sub ratione virtutis, in ipso, et cum ipso primo hominum cnpite ante ipsius peccatum, in statu innocentiæ accepit esse : licet enim Pœnitentia ante peccatum in actus sibi proprios se exerere non posset; quia tamen est proprietas gratiæ habitualis, una cum ipsa primo homini in ipsamet conditione infusa fuit, de quo infra in hac eademmet quæstione. Ex quo manifeste constat longe antiquiorem osse Pœnitentiam sub ratione virtutis seipsa, ut est Sacramentum.

A quo etiam differt in duratione, seu, ut inquiunt, a parte post : quandoquidem sub ratione Sacramenti non longiorem postulat durationem, quam reliqua Sacramenta ; hæc autem non nisi usque ad finem mundi esse permansura concors est Theologorum doctrina, ut constat ex dictis tract, de Sacramentis in genere. At vero Pœnitentia ut virtds sicut comitatur gratiam, ita eandem cum illa sibi vindicat ducationis mensuram. Unde sicut gratia in beatis erit æterna, ita et Pœnitentia : et in præsenti nec habetur, nec amittitur, quin vel habeatur, vel amittatur ipsa gratia.

5. Per ordinem ad quam differunt etiam in modo se habendi : nam ut Sacramentum concurrit ut vera causa instrumentalis physica ; ut virtus vero dumtaxat dispositive, et in genere causæ materialis. Ex quo deducitur aliud discrimen, quia nimirum ipsi ut Sacramento respondet gratia ex opere operato, hoc est supra exigentiam, et condignitacem operantis; quod vero non competit illi, quatenus virtus est : hoc enim pacto non amplior, seu intensior confertur gratia homini extra Sacramentum contrito, quam sit intensa contritio, sed juxta latitudinem gradualem istius sunt etiam gradus gratiæ, quæ ipsi homini contrito infunduntur.

6. Est demum discrimen ex parte concurrentium : quoniam ad Sacramentum Pœnitentiæ non sufficit ipse homo adhuc sub Dei auxilio, et motione, sed requiruntur externa signa, et minister, seu judex, qui Sacramentali præsideat judicio, et super illud sententiam ferat cum aliis requisitis, infra declarandis ex parte pœnitentis. Secus vero est ad exercendam virtutem solam Pœnitentiæ ad quam sufficit "hominem a Deo excitatum, adjutum, et motum se ex toto corde ad Deum convertere : nam eo ipso nanciscetur gratiam, et in Dei amicitiam veniet, quantumvis absint alia. De hac ergo, et sub hac præcisa consideratione disputationem instituimus in ordine quintam, cum D. Thoma, et ejus interpretibus.

Intérim tamen percurrere necesse est S. Ductoris articulos, ut si quid in eis occurrerit specialiter annotandum, subjungamus.

ARTICULUS I.

Pætüexüa si/ nriit?

Ad primam sic prwditur. Videtur aood pœnitentia non sit vinus. Pœnitaatüi enim est quoddam Saeramea-tam aliis Sacramentis connnmerainm» at ex supra dictis patet : sed nullum aliod Sacnmentonim est virtus : ergo neque pœaiteoài e>l virtus.

2. Præterea. Secandum Philosopham 4 Ethic, verecandia non est virtus : tum qau est passio habens corporalem immolationem : tam etiam, quia non est dispositio perfecti cum sit de turpi acto, quod non habet locum in homine virtuoso : sed simpliciter pœnileaba est quædam passio baoens corpora*lem* immuta loneai scilicet pioralnm (start Gregor, dicit. quod poenitere est peccata prartenta plangere); est etiam de turpibus factis scilicet de peccatis» quæ non babenc tocam in homme virtuoso : ergo pœoiientb non est virtus.

3. præterea. Secandum Philosophum 4 Ethic nallus est stultas eorum, qai sunt secandum virtutem : sed stultam videtar delere de commisso praeterito» good non potest non esse, quod ramea pertinet ad pœniteatiani : ergo pamilemia non e$: virtas.

Sed contra est, quod præcepu leçis dantur de adibas viriatum : qwa legislator intendit enes facere virtuosos ot dicitur ♀* Ethic. Sed præceptum dirime legis est de pœnitentia, secnndnm iHud Maiib. 4 : Pamilenlum agite, dc.; ergo pœnitenîia est virias.

Respondeo dicendam , qnod sicut ex dictis patet, pamitere esi de aliquo prias a se facto do-ere. Dictum est amem sapra, quod dolor, vel tristitia dupliciter dicitur, uno modo, secundam quod est passio quædam appetius sensitivi, et quantum ad hoc pœnitentia non esi virtus sed passio. Alio modo; secundam quod consistit in voluntate, et hoc modo est. cum quadam electione : quæ quidem si sit reçu, nece&e est, quod sit actus virtutis : dicitur enim '2 Bthie. quad vinus est habitus electivus, secandum rationem retiam; pertinet autem ad rationem rectam, at aliquis doleal, de quo dolendcm est, et eo modo el line, quo dolendum est : quod quidem observatur in pœnitentia, de qna nunc loquimur : nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis praetentis, cnm intentione removendi ta; unde manifestum est, quoa pœuitentia, de qua uanc loquimnr, vel est virtus, vel actus virtutis.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut dictam est) in Saciamcmo Pœniienûæ materialiter se habent acias humani : quod non contingit io baptismo vel conlinnatkine : et ideo cum virtus sil principium actus, potias pœnitentia est virtus vel cum virtute, quam baptismus, seu cooûnnaùo.

Ad secundum dicendum, quod pœnitentia secundum quod est passio, non est virtus, ut dictum esi, sic auleta babet corporalem transmutationem adjunctam : est laineu virtus, secundum quod habet cx parte voluntatis electionem rectam ; quod tam magis potest dici de poenitentia, quam de verecundia, nam verecundia respicit turpe factum ut præsens, pro quo timet confundi : pœnitentia vero ul præieritum. Esc auiem contra perfetiionem virtutis, quod aliquis in præsenti haneat turpe factum, de quo oporieal eum verecundari : non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia (acta, de quibus oporteat eum pœoitere, cum ex vitioso fiat aliquis virtuosos.

Ad tertium dicendum, quod dolore de eo, quod prius facium est, cum intentione conandi ad hoc, quod factum non fuerit e^set stultum. Hoc autem non intendit pœriitens, sed dolor ejus est displicentia, sea reprobatio facti praeteriti cum intentione removendi sequelam ipsius scilicet olfeusam Dei, et reatum pœnæ, et hoc non est stultum.

Prima Conclusio : Pœnitentia, ut est passio appetitus sensitivi, non est virtus.

occanda Conclusio : Pœnitentia virtus est, ut est in voluntate procedens ex electione.

ADNOTATIO.

1. Ut prima hujus articuli conclusio perfectius intelligatur, recolenda sunt, quæ es Angelico Præceptore scripsimus tract, de virtutibus disp. 2, ubi explicuimus, qualiter in parte sensitiva hominis sic invenire virtutes, quæ vero rationem virtutis habeant, et quæ ibi adnotavimus ad art. 1 quæstionis 59, ex 1, 2, ubi ei eodem S. Doctore distinximus, et annumeravimus animæ passiones, prout afficiunt partem sensitivam, unde consurgant? Quid importent? Et quas causas communiter habeant? Quod quia ibi latius prosecuti sumus, hic supponendum duximus. Passio ergo quam a virtutis ratione S. Doctor exclusit, importat transmutationem physicam, et corporalem rationi non subditam ; et quia dolor quandoque inventus in parte sensitiva prævenit rectam rationem, ab eaque non ducit originem, idcirco eidem S. Doctor virtutis rationem D.Tbo. denegavit. Si autem dolor adhuc partis sensitivæ rationi subdatur, ab eaque juxta dictamen rectæ prudentiæ reguletur, pertinet ad virtutem Pœnitentiæ ; non ut actus immediate ab ea elicitus, sed ut actus imperatus ; et est laude dignus, et meritorius. si gratiæ, et Pœnitentiæ ipsi conjungatur. Quando vero non imperatur ab ipsa virtute Pœnitentiæ, ut contingit in homine dumtaxat attrito, licet sit bonus, et honestus, non erit meritorius; disponet tamen quamplurimum ad remissionem medio Sacramento impetrandam, et ejus principium imperans erit voluntas ut elevata per auxilium ad attritionem necessarium. Conclusio ergo D. Thomæ inlelligitur de Pœnitentia ut est in appetitu sensitivo' absolute, et secundum se, quo pacto, ut bene observavit Nuno in præsenti, abs- Nitf. trahit ab eo, quod est fieri cum moderatione prudentiæ, vel sine illa, nec importat determinatam boni honesti electionem, quæ est de ratione virtutis, cum sit habitus electivus ut dicitur in 2 Ethic, cap. 2 et 6. Si autem Pœnitentia adhuc partis sensitivæ secundo modo accipiatur, abs dubio est actus virtutis, non quidem elicitus, sed imperatas in sensu explicato, ut etiam docuerunt Soto in 4, dist. 14, q. 2, Sow. et Palud. q. 2, quibus subscribunt alii Palri» discipuli D. Thomæ.

2. Nec refert, si dixerit aliquis non oblesse locum huic distinctioni, quia D. Thomas non loquebatur, nec certe poterat, de Uô·

appetitu sensitivo secundum se, qua ratione est communis brutis, et evidens est non esso poenitentias capacem ; sed de appetitu hominis peccatoris. Hic autem ex conjunctione ad rationem, quam accipit a prima sui emanatione, subditur rationi, et quasi habitualitcr elevatur ad attingendum bonum honestum, licet sensibile : ergo quando S. Doctor Pœnitentiæ appetitus sensitivi negavit rationem virtutis, et asseruit esse passionem, sermo ille erat de appetitu sensitivo ut subdito rationi, non vero de illo ut eam prævenit, aut prævenire potest.

Riiiiii- 3. Nam contra est, quod in appetitu sensitivo hominis, de quo clarum est fuisse D. Thomam locutum, distinguenda est duplex ad rationem subordinatio, ita ut non ratione utriusque sit æqualiter virtutis capax; sed tantum ratione alterius illarum.

D.Tioa. Quamobrem merito D. Thomas, quod negavit appetitui sensitivo ex vi unius dumtaxat, potuit concedere, et reipsa concessit eidem appetitui sub alia; et consequenter adhuc loquendo de ipso hominis appetitu, superest locus explicationi traditæ. Est itaque habitualis, et consequenter permanens appetitus subordinatio ad rationem, quam sibi vindicat per dimanationem ab eadem anima rationali, et ratione cujus inferius ratio nata est obedire superiori, et appetitus sensitivus rationali. In vi hujus multoties propriori ad rationem, insurgere possunt aliqui motus in parte sensitiva imperfecte liberi, imo et venialiter peccaminosi. Secunda subordinatio est actualis, quæ tandiu in appetitu permanet, quandiu a voluntate movetur ad sensibiliter operandum. Quid autem possit voluntas ratione hujus, quidve non possit, non aliter melius

Djtojj, explicabimus, quam ipsum D. Thomam in medium adducendo q. de virtutibus art. 4, ubi enumerans, quot modis pars hominis superior inferiorem movere possit, sic discurrit : *Cum autem utrumque, scilicet membrum exterius, el appetitus inferior, a superiori parle animæ moveantur, tamen aliter, el aliter : nam membrum exterius ad nutum obedil superiori imperanti absque ulla repugnantia secundum naturæ ordinem, nisi sil impedimentum aliquod, ul palet in manu, et in pede. Appetitus autem inferior habet propriam inclinationem ex natura sua, unde non obedit superiori appetitui ad nutum, sed interdum repugnat. Unde Aristoteles dicit in Politica sua, quod anima dominatur corpori despolico principatu, sicut dominus servo, qui non habet facultatem resistendi in aliquo imperio domini. Halio vero dominatur inferioribus animæ partibus regali, et politico principatu, id est, sicut Hcges el Principes civitatum dominantur liberis, qui habent jus repugnandi, quantum ad aliqua præcepta. In membro igitur exteriori non est necessarium aliquid perfeclivurn actus humani, nisi naturalis ejus dispositio, per quam natum est moveri a ratione ; sed in appetitu inferiori, quia rationi repugnare potest, est necessarium aliquid, ul operatio, quam ratio imperat, prosequatur. Si enim immediatum operationis principium sit imperfectum, oportet operationem esse imperfectam, quantumcumque perfectio adsit superiori principio. El ideo si appetitus inferior non esset in perfecta dispositione ad sequendum imperium rationis, operatio, quæ est appehlus inferioris, sicut proximi principii, non esset in bonitate perfecta : esset enim cum quadam repugnantia appetitus sensibilis. Quando igitur oportet operationem hominis esse circa ea, quæ sunt objecta sensibilis appetitus, requiritur ad bonitatem operationis, quod sit in appetitu sensitivo aliqua dispositio, vel perfectio, per quam obedial rationi, et hanc virtutem vocamus.*

4. Ubi, ut vides concedit S. Doctor in appetitu sensitivo rationem virtutis, non tamen si secundum se accipiatur adhuc in homine, sed dumtaxat ut movetur a parte superiori, atque ideo bene cohæret quod dolor in Pœnitentia ut est passio, quo pacto antevertit rationem superiorem, nec est ab ea mota, non sit virtus, nec virtutis actus, ut statuitur in prima conclusione ; bene tamen si illemet dolor moderetur, imperetur, et reguletur per prudentiam.

^on daturin appetita sensitivo virtus distincta Pœniteatiæ.

Nec inde inferendum est reperiri in appetitu sensitivo aliam corpoream, et sensitivam pœnitentiam distincta ab ea, quæ est in voluntate : nam virtus appetitus sensitivi solum est ad moderandas passiones insurgentes contra rationem ex rebellione partis inferioris cum superiori, Pœnitentia autem primo et per se est in voluntate, a qua etiam præcipue committitur peccatum mortale, et inde descendit ad partem inferiorem, sive internam, sive externam. Et eadem ratio est de Pœnitentia, quæ una cum sit in parte superiori, movet, et imperat partem inferiorem ne dum quoad sensus internos, sed etiam quoad exteriora membra, ea subjiciendo, et edomando juxta illud Apostoli : *Mortifi-*

rationem Jesu in corporc nostra circunferenles. Corinth. 2, cap. 4. De quo latius Infra, ubi subjectum Pœniteuüæ examinabimus.

H^'' 5. Secundam conclusionem oppugnant totis viribus haeretici maxime Lutherani, quibus nihil magis in cordo est, quam detrahere pœnitentiæ Christianae, eam prorsus *imperlinentem, vituperabilem, el puram hypocrisim declarando,* ut testatur Roffenais contra articulos Lutheri, toto art. 6 et 7. Quem errorem postea sectati sunt in Hispania aliqui, qni illuminati dicebantur, vulgo *Ahimbrados,* vel ut inquit Mutinus Ledesma 1, 4, quæst. 26, art. 1. *Dejcados,* qui in tantum Pœnitentiam irridebant, ut omnes pœnitentiam agentes *Lloraduelos* appellabant, nt affirmat Nuno in expositione hujus articuli. 8ed hæc nt deliria amandanda sunt, et procul abigenda.

Roffea- SJ'·

Maria- *de°L·-* dessj.

Nano,

ARTICULUS II.

Cirta Pinlietat riiqiM ! titiui:

Ad secuadum sic pnxcdilsn Videtur quod pœnitentia Dûa sit spectilis virtus. Ejttfden enim rationis ridetor esse <iedere de bonis pno< actis, et dolere de malis perpetratis^: sed pradnqn de bono prias facto, non est specialis virtas, sed est quidam affectis tahuHfis ex ChariUte provenions, ul paut per Aujost. 14 de Civitate Dei. üude et Apostolos prisse ad Corinth. 13 dicit, quod chantas non gaudet saper iniquitate, c<m- gaudet ankm voriliti : ergo pari ratione nec pœsiteotia, quæ est dolor de peccatis proteritis, est specialis virtus, sed e?t quidam affectus ex charitate proveniens.

5. Prartrrea. Quælibct virtus specialis habet materiam specialem : quia habitos distinguuntur per actas, et artos per objecta : sed pœnitentia non habet materiam specialem i sunt enim ejus materia peeeata pneierita circa floaiucuinquc materiam : ergo pœmtealia non est specialis virtus.

3. Prêtera. Nihil expellito nisi a suo contrario : sed peniuMit expellit omnia peccata : ergo contrariaUr omnibus peccatis : non ergo est specialis virtus.

Hrd centra est, quod de ea datur specia'.e iegîs præeeptum, nt sapra habitam est.

Kcspondeo. Dicendum, quod (sicut in secundi pane habitam est* speeies habituum distinguuntur secundum species actuum : et ideo abi occurrit specialis aclus laudabilis, ibt necesse est ponere specialem habitum virtutrt. Manifestom esi amem, quod in pœeîteUt invenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati praetenti, in quantum est Dei offersa, quod non pertinet ad rationem sKerius viriatis. Uude uecesse est ponere, quod pœnitentia est specialis virtus.

Ad primum ergo dicendam, quod a charitate derivatur atiqshr aetas doplieiter : ano modo sicnl ab ea elicitus, et talis actus virtuosos non reqoint aliam virtutem profer Cbnritafem : sied diligere bonum, givdete de eo, ct tristari de opposito. Ahomoto aliquis aclus a cbariute procedit, quasi a Charitate io peratus : et sic quia ipsa imperat omnibus virtntibus (utpote ordinans eas ad finem eoum) ictas a ebiriUle procedens, potest etiam ad aliam specialem virtutem pertinere. Si ergo in actu pœnitentis conrideretnr sola displicentia peccati praeteriti hoc immediate ad chonutcm pertinet, sicut et nudere de bonis proteritis : sed intentio operandi ad deletionem peccati pratenti, requirit specialem virtutem sub Charitate.

Ad secundum dicendum, quod pœniteutia habet quidem walitec generalem materiam, in quantum respicit omnia peccata : sed tamen sub ratione specilli, in qnanftnn milieu sont emendabilia per actum hominis coopérait* JMo ad suum jostiflciuooem.

Ad tertium dicendum, quod quælibet virtus apociila formaliter rvpelht lubituui vitii oppositi : sieol albeda e*peiiil *ni*-r .bncm ab eodem subjecto : <rd p.i niter expellit omne peccatum effective, in quintum opcrwjit ad dtMr ict vihm peccati, pmui e$l rrniissihile cx diu» gratia homine coopérante. Unde non sequitur, quod sit virtus generatis.

Conclusio : Pœnitentia est virtus spoolal/j.

1. Circa titulum hujus articuli, et consequenter conclusionem illi directe respondem bffisisse videtur Suarez ejus logili-$s^ mum sensum in dubium revocando ; cum tamen nostro judicio clarissimus sit, « multo labore non indigeat. *Primus trqo sensus* (inquit) *esse potest : An Panitenlia sil virtus specialis, id esi, an sil aliqua peculiaris virtus, ad hoc 'solum munus destinata, ul operetur ad destructionem peccali commissi, quatenus est Dei offensa.* Et hunc sensum ut alienum a D. Thoma rejicit, quia nec elicitur ex D. Thoma, nec in eo vera esset ejus responsio. Quod non eliciatur ex D. Thoma probat ex eo, quod S. Doctor solum dicit, operari illo modo requirere virtutem distinctam a reliquis; non tamen dicit requirere virtutem, quæ nullum modum alium operandi habeat; neque unum sequitur ex alio, nec affirmando unum censetur negare aliud : quia non oportuit omnia munera illius explicari, sed illud, quod ad illam spectat, quatenus subest voci, et conceptui Pœnitentiæ. Hactenus ille. Quæ ideo asserta a Suarez arbitramur, ut vel hinc viam sterneret ad propriam sententiam infra stabiliendam quasi conformem D. Thomæ, quod nimirum Pœnitentia non versetur circa peccata propria, sed etiam attingat aliena, ut deinceps statuat eam inveniri in Christo Domino, plura munera Pœnitentiæ deferendo. Unde ratione unius posset versari circa peccata propria; et his deficientibus, ratione alterius se extenderet ad peccata aliena : hinc consequens fiebat, quod licet in Christo non fuerint peccata propria; quia tamen non deerant aliena ; idcirco ipsi adseribi debet virtus Pœnitentiæ, licet non sub munere poenitendi,

Q-.-r- îtâtii I 1

2. Verum illum fuisse deceptum, et nodum in scirpo, ut aiunt, quæsisse, dum ita dubitavit, manifestum erit cuilibet sincere litteram articuli percurrenti. Id quod haud melius monstrare possumus, quam articuli doctrinam ad formam syllogisticam reducendo, ut hinc manifestior fiat

Ap»it« D itat, ®J^a' t

sinistra

sinistra ejus intelligent!», in prædictum dumtaxat finem. excogitata. Ratio ergo S. Doctoris est Quia sicut potentiæ, ita el habitus distinguuntur penes aclus, et eurum objecta formalia : ita ut ubicumque sint distincti, et speciales actus, per se primo tendentes in diversa objecta formalia, ibi necesse est adstruere specialem virtutem, vel per modum potentiæ, vel per modum habitus, juxta illorum conditionem. Sed in Pœnitentia invenitur specialis actus, per ordinem ad objectum per se primo inspectum, qui non pertinet ad rationem alterius virtutis. Ergo ad ejus elicientiam necessaria omnino est specialis virtus Pœnitentiæ. Qui syllogismus plane demonstrat non aliud intendisse D. Thomam, quam evincere pœnitentiam ita esse specialem virtutem, quod per se primo tenderet in destructionem peccati, quatenus Dei offensa est, quod non pertinet ad rationem alterius virtutis, ut constat ex præmissis, quarum primam, seu
D.TUm. majorem supponit S. Doctor ex 1, 2, q. 54, art. 1 et 2, quo se refert. Minorem diserte affirmat dicens : *Manifestum est autem, quod in Panitenlia invenitur specialis ratio aclus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati praeteriti, iu quantum est Dei offensa, quod non perlinet ad rationem alterius virtutis.* Quod ideo addidit Angelicus Præceptor, ut dirueret argumentum, qnod aliquis possit obtrudere, nimirum operari ad destructionem peccati competere aliis virtutibus a Pœnitentia. Hoc, inquam, exclusit S. Doctor addendo illa ultima verba : quocirca in solutione ad primum Charitati denegat detestari peccatum sub ratione offensæ, utpote proprium Pœnitentiæ; et si quem influxum defert Charitati ad prædictum actum, est imperativus, et universalis, non proprie elicitivus. Et quia adhuc restabat difficultas, an posset, et deberet ad justitiam reduci, ipsique identificari, in articulo sequenti id explicandum assumpsit, docens non esse proprie justitiam, seu partem subjectivam illius, sed dumtaxat partem potentialem.

Munera autem illa plura, quæ prætexuit, ut adhuc uno sublato, alia remanerent, et Cbristo deserviret virtus Pœnitentiæ, in «ira radice trucidata sunt; nam sublato munere omnino primario, in quo aliqua aha, si quæ fnerint, Pœnitentiæ inniti debent, reliqua alia abscindi videntur. Cum ergo finis primarius, et per se primo intentus a Pœnitentia sit destructio divinæ offensai ab ipso pœnitente commissæ, làque assequatur media contritione ; planum est extra rem esse recursum ad alia munera inde subsecuta ; quapropter profande a D. Thoma praetermissa sunt, utpote locum non habentia.

3. Quod adhuc confirmari et explicari potest ex eodem Suarez in prædicto Commentario, ubi ex Cajetano affirmat, nuilam posse esse virtutem, quæ secundum adæquatam rationem, et officium suum necessario prærequirat peccatum commissum : etsi hoc D. Thomas voluisset, subscribit Cajetano, et cum ipso tenet veram non fuisseS. Doctoris responsionem. Constat autem ex ipso textu, et omnium discipulorum aliorum unanimi sententia Cajetanum in hac parte aperte a D. Thoma deviasse, et manifeste D. Sanctissimo oppositam doctrinam statuisse : ergo idem et ob eandem rationem tenendum est de Suarez quoad hanc saltem partem. Atque ideo ut de mente D. Thomæ affirmandum est Pœnitentiam esse virtutem, cujus primarium et essentiale offici HI» est tendere in destructionem peccati commissi, non utcumque, sed sub ratione injuriæ, et offensæ Dei, quod non est alterius virtutis ab ipsa : atque subinde eo deficiente, nullum esse locum Pœnitentiæ. Quod etiam affirmat Arauxo, unus qui ex discipulis D. Thomæ in hoc P. Suarez commentario offendit.

Eadem eidoc- Snarez. Araaio.

Mittimus alios sensus ut inutiles : semel constituto supra positum esse perspicuum, et unice de mente D. Thomæ; quidquid sit de aliis, sive veri, sive falsissint; nostra enim non refert, utpote quibus in votis non est nisi nostri cursus Cynosuram, quæ est ejus mens, vel in minimis ob oculos habere, et semper observare. Ne tamen lector eos invideat, alioque illos qoæsitum eat, eos subjungimus ; *Alter sensus* (inquirebat Suarez) *esse potest : An Panitenlia ita sit speciatis virtus, ut una sola, el singularis virtus sufficiat ad detestandum omnia peccata, etiam si distinctis virtutibus videantur contraria. An vero nulla virtus per se possit adaquate hoc munus obire, sed quasi perportes ad omnes virtutes pertineat, singulis detestanlibus vitia sibi repugnantia.* Quem sensum reprobat ut inadæquatum, et S. Doclori minime cohærentem.

Alii SgD/aur?oa D.Tbom. tribQti·

4. Sed revera his sensus contineri videtur sub primo, et illi etiam respondetur in littera D. Thomæ : nam una sola, et spe-

cialis virtus Pœnitentiæ est, quæ sufficit ad detestanda omnia peccata aliis virtutibus contraria ; non quidem sub omni ratione, sed ut important injuriam et offensam Dei : et nulla virtus est» quæ vel adæquate, vel inadequate possit hoc munus sub prædicta ratione obire. Quocirca D.Thom. in solut. ad secundum docuit S. Doctor, *quod Pœnitentia habet quidem realiter generalem materiam, in quantum respuit omnia peccata, sed tamen sub ratione speciali.*

Tertias S6DS3S ex P. Suarez.

5. Tertius sensus qui excogitati potest, est : 4n *Pœnitentia ita sit virtus specialis, ut ad illam solam spectet tendere adversus omne peccatum intendendo destructionem ejus, ut hoc munus nulla alia virtus exercere possit, aul intendere sub aliqua ratione.*

Quem sensum etiam refellit, quia juxta illum non esset vera responsio affirmativa, siquidem Chantas, vel spes sub propriis rationibus possunt intendere destructionem cujuscumque peccati, quatenus est eis contrarium.

6. Hic tamen sensus non differre videtur a secundo, nisi in ultimis illis verbis, *sub aliqua ratione :* et hoc conceditur a D. Thoma in sol. ad 1, ubi docet ad charitatem immediate pertinere odium, seu displicentiam cujuslibet peccati praeteriti, licet sub diversa ratione, ac pertinet ad Pœnitentiam. Unde sensus articuli erit : An Pœnitentia sit specialis virtus per se primo tendens in destructionem peccati sub speciali aliqua ratione, quæ aliis virtutibus non conveniat. Ad eum sane modum quo spes, Charitas, et reliquæ virtutes sive Theologicæ, sive Morales versantur circa propria objecta sub aliqua speciali ratione, sub qua illa objecta non attinguntur ab aliis? Qui sensus est clarissimus, et nullam ambagem admittens. Et respondet directe S. Doctor pœnitentiam esse virtutem specialem a cæteris diversam, quæ per se primo tendit in destructionem peccati, non qualitercumque, sed ut est offensa Dei, media satisfactione compensanda. Et destruere hoc modo peccatum nec charitati, nec aliis virtutibus competit.

Legitimas articuli sensus.

D.Thom. In solutione ad tertium docet D. Thomas, *quod Pœnitentia expellit omne peccatum effective.* Quam propositionem idem P. Suarez. Suarez difficilem dicit, et infra disputandam remittit, et nos suo loco discutiendam reservamus.

ARTICULUS III.

Γ/rsi» *rirtus nitenti# sit species Justitias?*

Ad tertium sic proceditur. Videtur» quod virtus pœaitrutur non sit species justitiæ. Justitia enim nno ext virtus Theologica, sed moralis, ut in secunda parte jmh't rPowitdotia autem videtur esse virtus Theologia, quia habet Deum pro objectu : satisfacit enim Deo, ai etiam reconciliat peccatorem : ergo videtur, quod j>raitentia non sit species jiistiliæ.

2. Præterca. Justitia cum sil virtus moralis, cennshi in medio : sed Pœnitentia non consistit in medio, *ui* in quodam excessu, secundum illud Hier. 6 : Lactott unigeniti fac tibi planctum amarum : ergo Pœnitestâ non est species justitia».

3. Præterea. Du.e sunt species justitia» (ut duiUr in 5 Ethic.) scilicet distributiva, et communicativa : sub neutra videtur pœnitentia contineri : ergo videtor quo»! pœnitentia non sit species jostitim.

4. Pneierea. Stiper illud Luc. 6 : Beati quia ouic lietis, dicit Gloss, eece prudentia, mia ostenditur qoaia hæc terrena sint misera, et quam beata cœleilii ilere est actus Pœnitentiæ : ergo pœnitentia magis est species prudentia», quam institi».

Sed contra est, quod August. dicit in lib. de Pœnitentia : Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse : sed vindictam tacere pertinet ad justitiam : unde Tullius in sua Reihor. ponit viadieativam unam speciem justiliæ; ergo videtur, quod pœnitentia sit species justitiae. v

Respondeo. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) pœnitentia uon habet quoa sit virtus specialis ex boc solo, quod dolet de malo perpetrato (ad hoc enim sufficeret Charitas), sed ex eo quod pœnitens dolet de peccato commisso, in quantum est offensa Dei, cum etneauationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem eoemissæ, non til per solam cessationem offensæ, sed exigitur ulterias quædam recompensatio quæ babet locum is oTensis in alterum commissis, sicut et retributio : iid quod recompensatio est ex parte ejus, qui offendit (utpote cum satisfactione! retributio autem est ex parte ejos, in quem est offensa commissa. Utrumque autem ad materina justiliæ pertinet : quia utrumque est commutatio qaædas, unde manifestum est, quod pœnitentia secundum qcod est virtus, est pars justitiae· Sciendum tamen est, qitoi fecundum Philosophum ia 5 Elhic. dupliciter dialer justum, scilicet simpliciter et secundum quid; simpliciter quidem justum est inter æquales, es quod justitia est æq alitas quædam, quod ipse vocat justum politicon vel civile, eo quod omnes cives aequales sunt, quantum ad hoc, quod immediate sunt sub principe, sicut liberi existantes. Jostom autem secundum quia dicitur, quod est inter illos, quorum uuus est sub potestate alienos: sicut servus sub Domino, filius sub patre, uxor sub viro. Et tale justum consideratur in pœnitentia, undepœmtens recurrit ad Deum, cum emendationis proposito, sicot servus ad Dominum, «ecundum illud Psal. 122 : Sicat oculi servorum in manibus dominorum suorum, iuocefi *noslri* ad Dominum Deum nostrum, donec miserwtnr nostri, et sicut fi ius ad patrem, secundum illud Luc. 15 : Pater peccavi iu eœlam et coram te, et sicut uxor ad virum, secundum illud Hier. 3: Fornicata eslcunnantoribns mullis : tamen revertere ad me dicit Dominus.

Ad primum ergo dicendum, quod (sicut in β Elhic· dicitur) Justitia est virtus ad alterum. Ille autem, quem est justitia, non dicitur esse materia justiliæ, se»l magis res, quæ distribuuntur, vel commutantur, unde et materia pœnitentiæ non esi Deus, sed actus bununi usibus Deus offenditur, vel placatur : sed Deus se bawl, sicut ille, ad quem est justitia. Ex quo patet, quod jcstitia non est virtus Theologica : quia non habet Deum pro objecto vel materia.

Ad seeuBdum dicendum, quod medium justiliæ est aequa has quæ constituitur inter illos, inter quos est justitia, ut dicitur in 5 Etbic. In quibusdam autem noa potest perfecta aequalitas constitui propter alterius excellentivm : sicut inter patrem, et filium, inter Deum et hooMoem, ot Philosophus dicit in 8 Etbic. Unde iu talibus ille, qui est deficiens, debet facere quidquid potest, nec tamen boc erit sufficiens simpliciter : sed soluia secundum acceptationem superioris, et hoc significatur per excessum, qui attribuitur pœnitentiæ.

Ad tertium dicendum, quod sicut est commutatio quædam

dam in beneficiis (cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ito etiam est commutatio in oflcnsh, eum aliquis pro otfomm in alterum commiMd, vel invitus punitur, quod pertinet ad vindieativam justi* tinn, vel voluntario récompensât emendam, quod pertinet ad ixvnltentiam. quæ respicit personam peccatori», sicut justitia viidicativa personam judicis. Unde manifestum est» quod utraque sub justitia commutativa continetur.

Ad quartum dicendum, quod pœnitentia licol sit directe species justitiæ : comprehendit tamen quodammodo ea» quæ pertinent ad omnes virtutes. In quantum enim est justitia quædam hominis ad Deum, oportet quod participet ca, qua· sunt virtutum Theologicarum, qua.· habent Deum pro objecto. Unde pœnitentia est, cura fide passionis Christi, per quam justificamur a peccatis, et cum spe veniæ. et cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatem. In quantum vero est virtus moralis, participat aliquid prudentiæ, quæ est directiva omnium moralium virtutum : sed ex ipsa ratione justitiæ non solum habet id quod justitiæ est, sed etiam ea, quæ sunt temperantiæ, ct fortitudinis, in quantum scilicet ea, quæ delectationem causant, ad temperantiam pertinent, vel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem justitiæ veniunt, et secundum hoc ad justitiam pertinet, ct abstinere a delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam, et sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

Prima Conclusio : Virtus Pœnitentiæ est quædam species justitiæ ad Deum.

Secunda Conclusio : Pœnitentia non est justitia simpliciter, sed secundum quid.

Oter- 1. Ad secundæ conclusionis intelligentiam scire oportet sub justitia simpliciter tali duplex genus partium contineri, ut
Mioia. sumitur ex D. Thoma. 2, 2, q. 80, ar. 1, nam aliæ sunt subjectivae, in quibus tota justitiæ ratio salvatur, ac proinde prædicatur de illis prædicatione essentiali generis in species. Hujusmodi sunt justitiæ commutative, distributive, et legalis, de quibus specialem tractatum instituimus in arbore prædicamentali, quam appendimus tractatui de Virtutibus, præcipue vero § 7. Aliæ justitiæ parles dicuntur potentials, quæ ideo dicuntur tales, vel quia deficiunt a rigore debiti, quatenus eorum materia deficit a ratione debiti legalis, quod dumtaxat est strictum debitum, ad quod proinde judex compellere potest, sub quo membro plures recensuimus ubi supra j? 8. Vel ideo dicuntur partes potentiates, quia deficiunt ab æqualitate, quam importat ratio justitiæ simpliciter talis, uti est religio ad Deum, pietas ad parentes, observantia ad Pnelatos, inter quas annumeratur Pœnitentia, de quibus specialiter egimus § 9, quo eat lector pro pleniori hujus rei intelligentia.

I'ώ). o. Ex ibi ergo dictis facile colligitur veritas hujus secundæ conclusionis, adjuncto alio principio late discusso tractatu de Incarnatione, quod purus homo nequeat ad æqualitatem satisfacere pro injuria irrogata Deo per peccatum mortale, utpote quæ est simpliciter infinita. Ex quo manifeste siquitur satisfactionem exhibitam media Pœnitentia esse inæqualem cum offensa; atque ideo prædictam virtutem ex hac parte deficere a ratione perfectæ justitiæ; cum de ejus ratione sit perfecta aequalitas cum stricto debito, et quodlibet horum deficiat, non subsistit justitia simpliciter.

3. Nec refert, si objicias, ad rationem justitiæ perfect®, et simpliciter talis non requiri quod homo satisfaciat, aut satisfacere possit ad æqualitatem ; sed sufficit, quod eligat satisfacere, si fieri potest, et modo sibi possibili : hoc autem praestatur ab homine media Pœnitentia : ergo ex hoc capite Pœnitentia non deficit a ratione justitiæ simpliciter. Major constat exemplo liberalitatis, quæ in paupere non amittit rationem virtutis absolute, et simpliciter; vel ex eo solum quod licet reipsa bona in pauperes non profundat, quia eis caret; eligit tamen cuncta in illos erosare, si haberet, vel possibile ipsi alias foret : non ergo Pœnitentia deficeret a ratione justitiæ eo solo titulo, quo non exhiberet æqualem satisfactionem, si semel per eam homo apud se statuat sibi possibilem offerre satisfactionem; quippe qui hanc exiguam ita præstat, quod exhiberet majorem, imo et infinitam, si major, aut infinita ipsi superesset. Replica,

4. Non itaque refert, quia licet Majoris doctrina teneat in virtutibus moralibus, quarum medium est medium dumtaxat praestitutum a recta ratione (et hujus generis est liberalitas, de qua objectio) seclusa qualibet alia æqualitate circa materiam propriam, de qua virtus nil curat. Fallit tamen in justitia, et ejus partibus. sive subjectivis, sive potentialibus, de quarum essentia ita est medium rationis, in quo conveniunt cum aliis, quod etiam postulent medium rei, penes quod ab illis differunt. Quæ est doctrina D. Thomæ 1, 2, q. 6i, art. 2, ubi inquit : Sed *quando contingit, quod medium rationis est etiam medium rei : ct tunc oportet, quod virtutis moralis medium sit medium rei, sicut est injustitia :* quia justitia *est circa operationes, quz consistunt in rebus exterioribus, in quibus rectum institui debet simpliciter, et secundum se, ut supra dictum est : ct ideo medium rationis in justitia est etiam medium rei, in quantum scilicet dat unicuique, quod debet, et non plus, nec minus.* Et ex hoc capite deficit Pœnitentia a ratione justitiæ. Unde illa electio, seu affectus vo- impu- (Pàtur. D.Tbom?

luntatis modo possibili satisfaciendi, conducit quidem, imo est essentialiter requisita ad hoc, ut Pœnitentia sit absolute, et simpliciter virtus, ut revera est : non tamen ut ipsam constituat in specie propria, et adaequata justitiæ. Non enim quod sufficit ad constitutionem alicujus in ratione virtutis simpliciter, et absolute talis, est etiam sufficiens, ut collocetur sub conceptu justitiæ, ut pars ejus subjectiva, ut constat in religione, quæ inter morales est perfectissima, utpote Deo propinquior, cui cultum exhibet; cum tamen non sit magis justitia, quam Pœnitentia ob similem æqualitatis defectum. Et ideo licet non tantum possimus tribuere Deo quantum debemus, sive satisfaciendo per Pœnitentiam, sive colendo, et honorando per religionem ; debemus tamen illi offerre quantum possumus secundum mensuram nostræ conditionis. Et hoc sufficit ad salvandum rationem virtutis simpliciter, et absolute in prædictis habitibus; licet non perveniant ad perfectionem justitiæ, sed inter ejus partes potentiates censeantur. Quæ etiam est doctrina D. Thomæ in hoc eodem articulo, ubi distinguens justum simpliciter a justo secundum quid, hoc secundum, negato primo, tribuit Pœnitentiæ ob rationem assisnatam.

Obser-YMîO· 5. Est etiam digna, quod observetur, solutio D. Th. ad 4, ex qua maxime commendabilis redditur Pœnitentia, hicquc qtfalis ejus defectus squalitatis, aliis cumulatur, et compensatur pnerogativis. Ita enim habet esse speciem justitiæ imperfectam, ut a'iquo modo contineat ea, quæ pertinent ad chorum aliarum virtutum, quibus cum fcedus init sufficiens, ut de qualibet illarum aliquid delibare videatur. Nam quia justitia ad Deum est, convenit cum Theologicis, quæ habent pro objecto Deitatem : quocirca debet esse cum fide passionis Christi, qua justificamur, et cum spe veniae, quod est proprium spei, necnon cum odio peccati, quod perlinet ad Charilatem. Et ex ipsa ratione justitiæ non solum habet, quod justitiæ est, sed etiam qutc sunt temperaniiæ, et fortitudinis, quatenus scilicet ea, quæ delectationem ingerunt, ad temperantiam perlinent, et quæ terrorem incutiunt fortitudo moderatur. Unde Pœnitentiæ etiam est abstinere a delectabilibus, et dura quæque, aut terribilia fortiter sustinere. Suo etiam modo affinitatem contrahit cum justitia vindicaliva, vindicando, et puniendo in ipsomet peccatore injuriam irrogatam Deo. Nec penitus excludit distributivam, sed ejus modum aliquatenus prtn se fert præscrl·bendo et distribuendo pœnas pro qualitate, gravitate, et numero peccatorum. Qualiter autem cum hiscohæreat, quod Pœnitentia sit virtus, eaque specialis, examinandum suscipimus in hac disputatione, quam subjungimus. Ubi quæ hic vel leviter tetigimus, uberius prosequemur.

DISPUTATIO V.

De virtute Panilentia.

Explanaturus Angelicus Præcoptor hu·jus virtutis essentiam, exordium sumpsit ab ejus conceptu generico; postraodum disserens de ejus ratione differential!, quæ in se eonstituitur, et ab aliis differt. Etut exactius materiam suæ tractationis expleret, ad investigandum se accinxit ejus immediatum subjectum, necnon supposita illius ratione, ac tandem pervenit ad causas immediatas ipsi subjecto intrinsecas, assignata prius causa omnino universali, et prima, ut articulorum seriem vel leviter salutanti erit pervium. Quem ordinem quia methodicum, et valde opportunum ad indagandam veritatem observare nccesse est. Undo primo considerabimus conceptum genericum Pœnitentiæ, deinceps ad tendentiam specificam, actum, et abjectum descendemus. I

DUBIUM I.

Utrum Panilentia sit virtus.

Non venit intelligendus quæstionis ti- &aris tulus de virtute late accepta, quo pacto quemlibet actum de se laudabilem, aut ejus u·. principium, vel actum virtuosum, vel virtutem communiter appellamus. In boc enim sensu nemo nisi hæretice aberrans, ibit inficias virtutem dicere Pœnitentiam, utpote quam ipsa natura commendat ex insita vi rationis, qua abhorret defectum, et cohibet a damno, quodcumque illud sit, naturæ rationalis, illudque excutere satagit. semel atque illud incurrerit. Procedit ergo difficultas de virtute proprie et stricte sumpta, cui subinde virtutis sicut essentia, ita et definitio conveniat.

Fijrn, *cl coinmunis asscrlio proponitur.*

1. Dicendum est Pœnitentiæ convenire veram virtutis rationem. Hanc conclusionem ut omnino certam complectuntur omnes Catholici, utpote deductam ex innumeris sacræ paginae testimoniis utriusque testamenti, quæ superfluum est recenser0 : nam ut inquirebat Tertullianus libr. de Pœnit. : *Quid opus esi disputare, an Pœnitenlia sil bona, vel mala, si Dominus nos admonet ad Pœnitentiam, el laudat poenitentiam, el præcipil eam?* Cui consonat D. Augustinus lib. de bono Pœnitentiæ, dicens : *Nos vero pro nostris angustiis unum inculcamus, bonum, ac optimum esse, quod Deus præcepit. Audaciam existimo de bono divini præcepti disputare. Nec enim quia bonum esi, ideo auscultare debemus ; sed quia Deus præcipil, ad exhibitionem obsequii properemus. Prior est majestas divinæ potestatis, prior est aulhorilas imperantis, quam utilitas servientis. Bonum est por,nitere. At ille non præcipil lanium, sed horiatur, el invitat præmio, jurans etiam : Vivo* (ut constat ex Ezech 33, Γivo *ego, dicit Dominus. Nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat) cupiens credit sibi, quorum causa Deus jurat. 0 miserrimor, si nec juranti Deo credimus!* Ex quo etiam capite probavit D. Thomas conclusionem in argumento. *Sed contra* hujus articuli sub hac forma. *Præcepta legis dantur de actibus virtutum : quia legislator intendit cives facere virtuosos, ut dicitur 2 Ethic. Sed præceptum divinæ legis est de panilentia secundum illud Mallh. i : Pccniitnliam agile, etc.; ergo Pœnitentia est virtus.* Præmissæ præterquam inter proponendum probatæ sunt a D. Thoma, constant ex testimoniis immediate allegatis, et Consequentia est legitima.

2. Secundo probatur eadem veritas ratione articuli, ad sequentem formam redacta. Nam virtus est habitus electivus secundum rationem rectam, ut docet Philosophus 2 Ethic, et nemo est qui negare valeat : sed Pœnitentia est habitus electivus secundum rectam rationem : ergo Pœnitentia est virtus. Cætera constant præter Minorem, quæ facile suadetur : nam ad rationem rectam pertinet, ut quis eligat dolere, de eo de quo dolendum est, ct eo modo, et tine, quibus dolendum est : hoc amem præstat Pœnitentia : ergo Pœnitentia est habitus electivus. Consequentia constat, et suadetur Minor : quoniam Pœnitentia assumit moderatum juxta rationem dolorem de peccatis praeteritis cum spe veniae, et intentione removendi illa : ergo Pœnitentia dolet dc eo, de quo juxta rectam rationem dolendum est, et eo fine, et modo, quibus dolendum est.

3. Huic tamen discursui D. Thomæ, Objeo quatenus desumitur ex definitione virtutis, statim se se opponit alia definitio non minus certa, et recepta, qua oppositum convinci videtur. Nam virtus *esi dispositio perfeèli ad optimum :* sed Pœnitentia non est dispositio perfecti ad optimum : ergo Pœnitentia non est virtus. Consequentia est legitima. Major etiam est definitio Aristot. Philosophi 3, Physicorum Cap. 3, nec est, qui eam non admittat ut bonam, et artificiosam. Minor vero videtur perspicua : quia Pœnitentia cum sit solius peccatoris, non illum supponit perfectum, quinimo peccatis deformem, et defectibus obstric· tum, et obnoxium.

Ab hac tamen objectione facile vindi- Diruitur, catur discursus D. Thomæ, utpote quæ procedit ex sinistra applicatione, et intelligentia definitionis. Unde illa absolute, et ut jacet, concessa, negamus Minorem, quam probatio minime evincit : quia licet peccator ex peccato reddatur imperfectus, et deformatus, et ita sit ante Pœnitentiam; quam primum vero illa afficiatur, et ornetur, constituitur perfectus, et dispositus ad eliciendum optimum contritionis actum. Quando enim dicitur, quod virtus *sil dispositio perfecti,* ly *perfecti* non se tenet ex parte subjecti exclusa ipsa virtute, sed ipsam includendo, si quidem definitur per suum subjectum formatum; ad eum sane modum, quo calor est actus calidi, et anima rationalis est actus corporis physici organici ; non quidem præsuppositi aliunde, sed constituti per ipsam animam, sicut calidum non alio quam per calorem constituitur in esse calidi. Et sane si hoc modo non veniret intelligenda illa particula, in qua fundatur objectio, nulla virtus esse posset dispositio perfecti ad optimum ; quando quidem ante virtutem nullus est perfectus, sed per ipsammet virtutem fit.

4. Objicies secundo discursum D. Thomæ Alteri esse debilem, siquidem in consequenti non objectio* intulit S. Doctor, quod Pœnitentia sit determinate virtus ; sed vel quod sit virtus, vel quod sit actus virtutis. Quod videtur signum ex vi præmissarum non recte coi-

ligi determinate, quod probandum assumpserat, nimirum Pœnitentiam esse virtutem. Aliunde, vero stat quod actus virtutis a virtute non procedat, ut constat in primo actu virtutum sive intellectualium, sive moralium. Non ergo ex vi prædicti discursus probatum videtur a D. Thoma Pœnitentiam esse virtutem, quod fuerat assumptum.

Solutio. Respondetur, quod ut bene notavit Araaxo. Arauxo in præsenti dub. unico n. 3, apud D. Thomam idem fuit probasse actum Pœnitentiæ esse actum virtutis, ac evicisse Pœnitentiam esse virtutem : quoniam actus virtutis ut prompte, et faciliter eliciatur. necessario postulat habitum, qui det eam promplitudinem, et facilitatem, ut nos docet experientia, et ostendimus tract, de virtutibus disp. I, dub. 1,ubi ex S. Doctore omnem virtutem esse habitum, et omnem habitum ea obire munera stabilivimus. Et ad probationem insertam dicitur actum primum virtutis, quicumque ille fuerit, quo primo acquiritur virtus, neutiquam a virtute Geri, qui sit habitus, sed medio auxilio potentiæ superioris, ex cujus reiterata motione in inferiorem, cum frequentatione actuum resultat habitus ut liquet ex ibi dictis. Et quia hoc deficit primo actui acquisîtæ virtutis, idcirco nec prompte, nec faciliter fit, et consequenter non postulat, quia primus est, ex parte principii virtutem per modum habitus. Quod in actu pœnitentiæ non tenet, cum quia non fuit D. Thomæ sermo de hoc, vel illo actu determinate, sed absolute de actu pœnitendi, qui absolute præexigit virtutem, sicut actus scientiæ scientiam. Tum quia cum Pœnitentia sit virtus supernaturalis, et consequenter infusa immediate a solo Deo ; se habet adinstar potentiæ tribuentis nedum prompte dolere sed etiam et posse, atque ideo, vel ad omnem actum, vel ad nulllum debet præsupponi cx parte principii. Quare bene concludi t S. Doctor Pœnitentiam esse virtutem, et erumpere in actum virtutis, quin ejus discursus aliqua ex parte claudicet.

Tertia objectio, 5. Tertio et apparentius insurges contra principium S. Doctoris. Etenim si ad rectam rationem pertinet dolere de eo, de quo dolendum est, et hinc recte infertur existentia virtutis Pœnitentiæ ; eadem prorsus ratione conficeretur esse actum virtutis gaudere de eo, de quo gaudendum est, et consequenter ad gaudium necessariam esse virtutem, imo et ipsum gaudium esse actum virtuosum. Consequens est falsum, et contra eundem Angelicum Præceptorem. Ergo falsum est etiam illud principium ia probatione positum. Major videtur certa, quia contrariorum eadem est ratio, et neo apparet aliqua diversa in dolore, quæ non militare possit in gaudio. Minor etiam constat ex S. Doctore 2, 2, q. 28, art. 4, D.n». ubi docet quod gaudium opponitur dolori, et tristitiæ, et licet procedat ex ratione recta, non ideo postulat specialem virtutem, sed consequitur ad amorem ut actus secundarius : ergo idem dici debet de dolore, quantumvis recta reguletur ratione.

AfCSi. Eo vel maxime quod etiam de gaudio datur speciale præceptum juxta illud ad Philip. 4 : Gaudete in *Domino semper* : quin ex hoc inferatur pro gaudio iri assignatam specialem virtutem : non ergo ex eo quod sit speciale pro Pœnitentia præceptum, intulit recte D. Thomas eam esse proprie virtutem, atque ideo utraque illius ratio corruit.

Ceirt Et confirmatur urgendo, et retorquendo illud principium : nam sicut secundum rectam rationem est, quod quem peccatorum pteniteat, ita et quod pigeat de miseriis, tædeat de infortuniis, et infirmitatibus, quæ secundum rectam rationem suat objectum tristitiæ, et doloris. Et tamen non est aliqua virtus ad de istis tristandum, et dolendum : ergo nec ad dolendum de peccatis, saltem in vi illius principii, in quo est nervus totius discursus D. Thomæ.

Fit objet-DUS! 6. Sed nec ista objectio intentum evincit, aut ex parte infirmat discursum S. Doctoris. Quare neganda est illatio ob diversam rationem, quæ splendet in dolore Pœnitentiæ, et in gaudio non reperitur.

Obs€T-ntio. Ad cujus lucem observandum est, dolorem posse sumi dupliciter, vel prout importat tantummodo simplex odium, detestationem, aut fugam peccati; vel prout ad hanc, vel has rationes superaddit aliquam specialem, vi cujus importat ex parte objecti specialem difficultatem, ut a simili constat in desiderio, seu spe. Desiderium namque accipi potest vel secundum quod connotât nudam absentiam objecti, vel prout illi absentiæ additur ratio ardui, sed tamen vinci possibilis. Inter quos voluntatis affectus ea est differentia, quod sub prima ratione est actus mere secundarius, ex amore nascens absque ulla difficultate, nec postulat aliam radicem, seu virtutem, quam quæ exigitur ad amorem, ad quem consequitur. At vero si accipiatur sub additione

ditione arduitatis, sed vincibilis, jam sibi vindicat specialem virtutem, quam dicimus spem, et non potest elici ab eadem charitate, ad quam pertinebat sub prima consi- O.Thom· deratione. Quio est doctrina D. Thomæ, loco in objectione citato solut. ad 2, per hæc verba : *Ad secundum, quod spes consequitur ex amore, sicut ct gaudium : sed spes addit ex parte objecti, quondam specialem rationem, scilicet arduum, el possibile adipisci : et ideo ponitur specialis virtus. Sed gaudium ex parte objecti nullam specialem rationem addit supra amorem, quæ possit causare specialem virtutem.* Sed perlinet ad charitatem, seu principium amoris, ut in corpore illius articuli explicuerat S. Doctor.

Ifiîhanlar friwi- ■iiin D.Ttos Hinc ad objectionem constat negandam esse Majorem ob manifestam disparitatis rationem, quia licet odium, seu detestatio peccati si simpliciter accipiantur, sint actus secundarii, et ab ipsa Charitate proveniant, ut probat ratio D. Thomæ in gaudio ; et hoc pacto nulla pro illis desideretur propria virtus. Secus vero est de displicentia peccati sub ratione offensæ media satisfactione compensabilis : hoc enim modo non oritur immediato a Charitate, sed exigit aliam virtutem sibi propriam. Unde principium assumptum a D. Thoma inconcussum manet, quoniam ut quis doleat de peccato eo fine, et modo, quo de eo dolendum est, nimirum *cum intentione removendi* (ut inquit S. Doctor ad 3), *sequelam ipsius, et realum pœnæ, requiritur virtus aliqua,* quam dicimus Pœnitentiam, et ut supra annotavimus in commentario ad art. 2, in solutione ad 4, concludit D.Ttssi. g. Doctor, quod si *in actu pœnitentis consideretur sola displicentia peccati præleriti, hoc immediate ad Charitatem perlinet, sicut el gaudere de bonis prælcrilis : sed intentio operandi ad deletionem peccati præleriti requirit specialem virtutem sub charilale.* Hoc autem principium non est unde applicetur gaudio, ut non solum hic, sed etiam loco citato ex 2, 2, nos docuit S. Doctor.

Prwep· M» ite.i tür;litb H priiL 7. Nec id, quod urgetur contra rationem præcepti, quo primo probavit S. Doctor catholicam assertionem, elidit ejus robur. Nam præceptum Pœnitentiæ primario cadit supra actum doloris, aut contritionis cum fine amovendi offensam tanquam supra materiam per se, et immediate pneceptam. Ex quo bene infertur prædictum actum esse debere primo, et per se actum virtutis. Præceptum vero, si quod est, gaudii non est distinctum a præcepto Charitatis, quod ex consequenti ac secundario, se extendit ut ad materiam propriam, licet secundariam, adipsummet gaudium. Quæ est solutio ipsius D. Thomæ articulo relato cx2, 2, ad 3, ubi ait : *quod in lanium datur præceptum legis de gaudio, in quantum csl actus Charilalis, licet non sil primus actus ejus.*

Ad confirmationem neganda est Minor; Diruitur confirmiio. quia etiam dolere, aut mæstum esse cum moderamine de miseriis, infirmitatibus, aut aliis infortuniis, ut propulsandis, et abigendis pertinet ad aliquas speciales virtutes, utputa ad misericordiam media eleemosyna, curatione, vel alio impertito remedio, vel ad Charitatem, media qug, a nobis, et ab aliis nociva propulsamus; vel ad vindicativam, qua judices injurias injuste irrogatas vindicant. Si vero arguentis intentio ad ipsas patientes detorqueatur, dicemus pertinere quidem vel ad patienti» virtutem, media tolerantia, vel ad fortitudinem contra illas aggrediendo, juxta regulas prudentiæ, et rectæ rationis. Nec sane cogimur ad stabiliendam unicam Pœnitentiæ virtutem omnium aliarum virtutum seriem texere; sed sufficit ostendisse in ea esse specialem rationem ex parte actus, et objecti, ut vera virtus stabiliatur, quam Scriptura sæpius inculcat. Licet ut in plurimum non loquatur nisi de actibus, qui habendi sunt, Pœnitentiæ : ex actibus autem vere, et efficaciter probatur virtus, sicut ex actibus voluntatis voluntas, et ex cognitione immateriali intellectus. Quo depellitur alicujus scrupulus forsan causantis in Scriptura, et pluribus SS. PP. non contineri expresse Pœnitentian per modum virtutis; sed tantummodo pcenitendi actum, quem nisi hæreticus non potest negare. Sed ex illo, ut diximus, bene infertur alia (quidquid sit an ita expresse contineatur) virtus sub ratione virtutis habitualis; quod non tam nostra refert examinare, quam illorum, qui cum hæreticis agunt.

8. Ex quo obiter colligimus, qualiter odium sive fuga, vel peccati, vel cujusvis alterius nobis infensi se habeat ad amorem, in quo explicando latissime excurrit Lugo initio hujus tractatus sect. 2, et post Lugo· multas hinc inde objectiones, et evasiones, tandem n. 27, accedens ad rem explicandam docet actum fug», seu odii in universum esse æquivalenter, et virtualiter

susrcr.

actum amoris, et prosecutionis. Pro quo dicendi modo monet videndum Suarez in præsenti disp. 2, sect. 2, η. 1 et disp. I, sect, 2, n. 15, ubi supponit actum detestationis peccati esse virtualiter, et æquivalenter dilectionem Dei : quia ad eandem virtutem spectat amplecti bonum, et fugere malum illi oppositum.

RejUi UT.

9. Quæ tamen doctrina ita absoluta, et universalis cum grano salis est intelligenda; alioqui enim inferre quis posset virtutem Pœnitentiæ vel a Charitate, vel saltem a justitia commutativa realiter non distingui, sed esse œquivalenter unam illarum, quandoquidem ad eandem virtutem spectat amplecti bonum, et fugere malum illi oppositum ; et æquivalentia, quæ reperiiur in actibus, non est cur negetur virtutibus. Quoad forsan Suarez non displicebit de justitia, licet non assentiatur de Charitate.

Illâlîo tefitiœa.

Melius ergo, et solidius ex dictis decidi-

D.TIwdj.

tur, actum fugæ esse quidem illius potentiae, seu virtutis, cujus est prosequi bonum oppositum, sed realiter a prosecutione distingui, ut quilibet effectus a sua causa distinguitur. Et rationem tradidit D. Thomas 1,2, q. 29, art. 2, nam *amor consislil in quadam convenientia amantis ad acatum, odium vero consislil* in *quadam re· pugnantia, vel dissonantia, Oportet autem in quolibet prius considerare quod ci conveniat, quam quid ei repugnet. Per hoc enim aliquid est repugnans alteri, quia est cor· ruplivum, vel itnpedilivum ejus, quod est conveniens : unde necesse est, quod amor* jit prior odio, ei *quod nihil odio habeatur, nisi per hoc, quod contrariatur convenienti, quod amatur, cl secundum hoc omne odium ex amore causatur.* Et in solutione ad primum addit, quod *amor, el odium naturaliter quidem sunt simul secundum rationem, sed non realiter. Unde nihil prohibet amorem esse causam odii.* Quare illa illius Authoris doctrina solum est vera ad eum sensum (in quo est granum salis) quo causa virtualiter continetur in effectu, vel effectus operatur in virtute causae; cum tamen realiter distingui necesse sit, et hoc modo etiam actus Gharitatis distingui debet ab actu contritionis detestantis, et odio habentis peccatum ; imo et ipsiusmet Charitatis simplex odium peccati differt similiter ab actu dilectionis, utpote qui habent distincta objecta formalia, uti sunt Deus, et peccatum displicens. Nec tamen unus est œquivalenter alius, quoniam aliud est I unum alteri æquivalero, aliud vero, et longo diversum, unum ad alterum sequi, ut ad sui principium et causam.

I Porro ad fugam, vel odium hoc modo Fip acceptam non requiritur specialis virtus, ut constat ex supra dictis ex D. Thoma : quiiuaX remanet in ratione actus secundarii essen- r,u· tialiter supponentis primarium, ratione cujus virtus attingens primarium per se, secundario, seu ratione alterius extenditur absque nova difficultate ad secundarium, ut exemplis innumeris posset ostondi, siros non esset adeo perspicua. Unde licet prædicta fuga mali, sit laudabilis, et honesta, quatenus laudo dignum est, et honestissimum aversari, et fugere peccatum; non idcirco oportet primario attingi a virtute, aut aliquid prosecutionis illi affigere, ut a n. 28 conatur prædictus Author suadere. Quia non versatur aggressu aliquo contra peccatum illud debellando, et propulsando, sed fugiendo, et recedendo. Hoc autem non importat prosecutionem objecti, a quo fugit, sed eam supponit circa aliud objectum prius per alium actum dilectum, et in vi hujus displicet malum, a quo fugit. Non ergo bene docetur quemlibet actum fugæ, vel odii esse œquivalenter, et virtualiter actum amoris, et prosecutionis, vel in quolibet actu fugæ includi aliquid prosecutionis, si formaliter loquendum sit nisi in eo sensu, quem diximus.

c«tn-

1Û. Nec inde inferas idem dicendum de çontritione; hæc enim non est merum peccati odium, sed aggressio, et debellatio Bern illius, quocirca pertinet ad irascibilom, cdl'a' çujus est contra difficultates insurgere, casque dissipare. Supposito enim charitatis amore erga Deum, intendit pcenitens media contritione vindicare injuriam Deo irrogatam, eamque compensare; quod est peccatum ipsum aggredi, et actu prosecutionis impetere : quod non habet displicentia, aut fuga propria Charitatis.

lima

Nec etiam placet in eo, quo illam sec- reJeffi- tionem claudit, posse nimirum voluntatem un (et ita regulariter fieri existimat), per ipsum actum odii, et fugae, prosequi formaliter, et amare bonitatem illam, sive amici, sive boni oppositi, quasi idemmot formaliter actus sit mixtus ei amore unius, et fuga alterius, cum duplici partiali motive cum bonitatis, quam prosequitur, tum mali, quod fugit, ut asseruerat num. 3.

Dispji- carta ratio.

Displicet, inquam, ista doctrina magis, quam prima. Nam juxta eam confunduntur actus, et objecta amoris et odii, siquidem eidem

eidom formali actui tribuitur duplex æque primarium, licet partiale objectum ; cum
D.Tbo». tamen D.Thomas loco citato ex 1,2, art. 1, oppositum concludat dicens : *Sicut autem omne conveniens, in quantum hujusmodi habet raljonem boni ; ita omne repugnans in quantum hujusmodi habet rationem mali. El ideo sicut bonum est objectum amoris, ita malum est objectum odii.* Et inde art. 2, immediato pergit probaro odium ex amore tanquam ex vera causa procedere, ab eoque realiter differre, ut supra expendebamus. Non ergo dicendum nobis est per ipsummet actum odii, et fugae posse formaliter bonitatem amari, sed per alium actum realiter antecedentem, qui versatur
Ab sit *13» TWft. circa conveniens, et dicitur amor. Nec similiter asserendum censemus, ut prædictus Author ibi afdrmat, actum fugæ circa
«« Mη Dei? non esse Dei, aut aliam ejus perfectionem intrinsecam, esse actum in toto rigore Theologicum, quia licet sit actus virtutis Theologicae, scilicet, Charitatis, non tamen primario specificatur a Deo, quod est proprium amoris, sed a non esse *Dei.* Unde solum est Theologicus in radice, quatenus oriri postulat ab amore ipsius Dei. Et constat a simili in amore proximi, qui quoniam ipsum proximum per se primo attingit, licet sit actus Charitatis, non est actus Theologicus in toto rigore, ex eo quod est actus secundarius, et immediate non versatur circa Deum. Charitas enim non habet esse virtutem Theologicam nisi per ordinem ad actum primarium dilectionis, qui si auferretur, aut redderetur impossibilis, nullatenus permaneret in ratione virtutis Theologicae. Pro quo est pul-
ETfca. chra satis doctrina D. Thomæ 2, 2, q. 28, art. 4, ubi ita loquitur S. Doctor : *Est autem contingens ex uno habitu plures actus ejusdem rationis ordinatos provenire, quorum unus sequatur ex allero. Et quia posteriores actus non procedunt ex habitu virtutis, nisi per actum priorem, inde est, quod virtus non definitur, neo denominatur, nisi ab actu priori, quamvis etiam alii actus ab ea consequantur.* Quæ applicare superfluum est.

Diruuntur argumenta ex adverso militantia,

Mfnorni twtitos *i* Non- a's, a jroao- s?? 11. Vetustissimum Montanistarum errorem, quém constat inolevisse prope annum 181, a Novatianis cxcineratum, adoptatum, et promotum circa annum Domini 255, semper tamen ab Ecclesia contemptum, exterminatum, et explosum novissimo suscitaverunt Lutherus tom, 1, suorum operum in Epist. ad Joannem, et in serm. de Pœnit. et Calvinus lib. I ins- Calvin.
titution. cap. 4, lib. 3, cap. 34, et lib. 4, cap. 12, nullam aliam pœnitentiam agnoscentes; quam resipiscentiam, seu novæ vitæ inchoationem absque ante male actæ ullo dolore, aut tristitia, ut vidimus, et retulimus supra in limine hujus tractatus. Quamvis enim illis nimis exosa sint Ecclesiæ Sacramenta, in nullum tamen ita acerbe debachantur, ut in Pœnitentiam tam sub ratione virtutis, quam sub ratione Sacramenti. Unde contra illam ita effutisse Lutherum constat ex Roffensi art. G : *His* Roffen-
doclrinis coercentur quidem ab opere, et *s,s*
caulerisatam, violalamque formant conscientiam sibi. Et eo dementiæ pervenit, ut Catholicos omnes pœnitere intendentes inter hypocritas accensuerit, ut constat ex Tridentino, et ex eodem Roffensi ibi Lu- Lather.
therum referente : *Donec ab amore legis poenitere inciperent, sese hypocritas esse scirent, et nihil de hypocrisi tali praesumerent. Imo* (ecce monitum, sed perversissimum) *super ea magis, quam super peccalis, quorum intuitu ficlum istum dolorem coeperunt, dolerent.* Quasi non tam dolendum fuisset Catholicis, si dolere liceret de peccatis, quam de hypocrisi pœnitpndi. Quo contra se gessit Ecclesia, et novissime Tridenti- Trident.
numsess. 14, cap. 4, talem proscribens audaciam, et ejus Anthores anathemate damnans. Quocirca declarat Sancta Synodus contritionem non solum cessationem a peccato, et vitæ novæ propositum, et inchoationem, sed veteris etiam odium continere, ut plura Scriptune testimonia ibi allegata manifestant.

Ex Catholicis vero unicus fuit Duran- Durand.
dus, qui licet Pœnitentiam non abhorruerit, quin commendaverit : asseruit tamen nullam esse virtutem Pœnitentiæ stricte, et proprie loquendo, sed tantum late, et secundum quid, eo modo quo plures alii actus imperfecti maxime commendabiles sunt ; virtutis tamen rationem non habent, nec ex virtute, quæ vera virtus sit, procedunt. Ita in 4, dist. 14, quæst. 1.

12. Cujus fundamentum est, quia pœ- Fundaro,
nitere non potest esse primus, et princi- Durai,<11·
palis actus alicujus virtutis : ergo pœnitentia non est proprio virtus. Probat Antecedens ex eo quod primus, et princi-

palis actus virtutis nunquam præexigit actum vitii in operante virtuose : sed ille actus qui adscnbitur Pœnitentiæ, prærequirit in illum eliciente actum vitii : ergo ille actus non est actus propriæ virtutis. Majorem probat ab exemplis : nam actus primarius Temperanti», non requirit quod homo aliquando fuerit intemperatus positive, seu contrarie, nec actus primarius liberalitatis postulat subjectum avaritia? deditum ; alioqui enim nullus fieret virtuosos, quin prius vitiis esset corruptus. Quod est falsum.

Confirmatio Wins·

Confirmatur, et explicatur. Nam aclus primarius, et principalis virtutis debet fieri secundum electionem absolutam boni ; secundarius vero, et minus principalis re, aut saltem ratione a primo diversus, est fuga mali oppositi illi bono, ne malum illud fiat ; et si forsan fieri contigerit, illius displicentia, ut constat in aliis virtutibus. Sed pœnitere de malo jam commisso est fuga illius mali, et ejusdem displicentia : ergo non est actus primarius alicujus virtutis : siquidem virtuosos ut virtuosus non peccat, et, si peccare contigerit, per habitum virtutis detestabitur malum commissum.

Enervatur.

13. Sed sane, si quid hoc fundamento conficit Durandus, solum est Pcenitentiam non esse virtutem specialem diversam ab aliqua aliarum, ut illud expendenti constabit, et colligitur ex ultimis Durandi verbis, in quibus admittit malum commissum saltem secundario per habitam virtutis posse detestari. Quod autem aliquis actus sit secundarius, minime obest, ad hoc, quod ejus principium sit vera virtus, ut constat ex doctrina supra relata ex D. Thoma; licet vera virtus non se explicet, aut definiatur per ordinem ad actum secundarium, ut ibi nos docuit S. Doctor. Fallit etiam arguendo ab habitu ad actum, vel e converso, quasi non aliquid ex parte subjecti possit exigere actus, quod non exigatur ab habitu, quod est falsum : nam stat actum ut minus abstractum postulare essentialiter aliquid in subjecto, quod tamen non est necessarium ad existentiam ipsius habitus. Et in hoc sensu nullum est argumentum ab actu a i habitum, ut manifestum est in aliquibus virtutum actibus, qui quidem ut exerceantur, necessario postulant defectum, cum tamen ipsævirtutes nullum exigant. Vindicta enim quoad habitum nullum sup. ponit vindicationis motivum ; cum tamen ejus actus non valeat exerceri absque delicto præsupposilo : similiter misericordia virtus non requirit miseriam, ut constat in Deo, licet actus miserendi absque actuali miseria salvari non possit. Quod autem defectus sit in eodem, vel extraneo subjecto de materiali est ad infirmandum argumentum, sed solum conducit ad ostendendum aliam esse virtutem, quæ tendit ad rectilicandum proprium subjectum ab ea, quæ solum concernit, vel jus alterius vindicandum, vel miseriam sublevandam.

Quinimo hinc novum desumitur argumentum contra Durandum. Siquidem in humanis datur vera virtus, cujus actus primarius sit vindicare delicta contra alios facta ; nec opponitur rationi virtutis supponere peccatum alienum ut materiam punitionis : ergo nec etiam erit contra rationem virtutis, quod Pœnitentia vindicet, et puniat in proprio subjecto peccatum commissum in Deum, seu injuriam illi irrogatam. Nec facile reddetur disparitas consequentis ad antecedens, ut rationem expendenti constabit.

A'is4 «iea. fits.

Sed ad aliud accedamus exemplum proprii subjecti, ne alligetur solutio ad alienum. Nam si eo argumento aliquid probaretur, conficeretur quidem virtutem, quæ vera virtus est, non solum non supponere, quin et excludere positive defectum ex parte subjecti removendum per ipsam virtutem; siquidem in virtuose operante non credit vitium, ut Durandus inquiebat. Sed hoc est manifeste falsum, ut liquet in justitia commutativa, ex qua satisfacimus ad aequalitatem pro injustitiis propriis extraneis irrogatis : non ergo est contra rationem virtutis, quod Pœnitentia intendat satisfacere Deo pro iujuriis ab ipso pœnitente Deo illatis. Maxime cum Pœnitentia sit species justitiæ stricte sumptæ, licet deficiat ab ea ratione inæqualitatis, ut supra annotavimus ad art. 3 D. Thomæ. Et hoc sufficere videbatur ad diruendum prædictum fundamentum.

Oï«T·

14. Ut tamen illi directius fiat satis, est observandum ex D. Thoma 1 p. q. 95, art. 3, virtutes esse in duplici differentia; nam aliæ sunt, quæ in sui ratione nullam imperfectionem important, ut Charitas, et justitia : aliæ vero sunt, quæ imperfectionem dicunt, vel ex parte actus, vel ex parte materiæ ; quia nimirum vel earum actus supponunt defectum, vel illarum materia non est acceptanda, et perficienda, sed destruenda. Et hujus generis sunt Pœnitentia, et misericordia, hæc quidem destruendo

K» Mi»-ti'.tt. D.Ttta.

destruendo alienam miseriam, illa vero propriam. Cæterum hæc imperfectio importata in exercitio illorum actuum, et in expulsione, ac destructione materiæ, non splendet in ipsis habitibus virtutum, nec se tenet ex parte illorum ; quocirca docet S. Doctor, quod licet in statu innocentée non fuerit actus miserendi ob absentiam miserita ab illa felicitate; nec etiam actus poenitendi ob carentiam peccati, fuerunt tamen ibi et misericordia erga pauperes, et Pœnitentia erga Deum secundum habitus.

Vera sfllilio

Ex qua observatione constat (id quod supra Durando opposuimus) non bene desumi argumentum ab eo, quod supponit actus ex parte subjecti, ut inde excludatur habitus, et simul constat ad argumentum.

r

Unde ad illius formam neganda est major; nam ut quis nunc operetur virtuose, non requiritur, numquam defecisse; sed sufficit modo operari ex recta ratione cum ordine ad rectum finem. Nam ut docet S. Doctor in 4, dist. 14, q. 1, art. 1, quæst. 2, ad 4 : *Bonum illud, ad quod virtus ordinal immediate, esi actus perfectus ipsius. El ideo aliquæ virtutes sunt, quæ principalem actum habent in retrahendo ab aliquo* (et constat de temperantia, modestia, et aliis moderationi passionum deservientibus) *et similiter aclus perfectus Pœnitentiæ, est in retrahendo ab aliquo malo, nec propter hoc sequitur quod noti sit virlus.* Ad probationem Majoris concedimus convenire temperantiam cum Pœnitentia in eo, quod est retrahere ab excessu ; differunt tamen in eo quod illa retrahit solum ab excessu committendo, hæc vero etiam commisso, et iterum non admittendo, et juxta illud Augustini de Natura, et gratia cap. 26 : *Sanat Deus, ut non solum dolcal, quod peccavimus, sed etiam ut præslel, ne peccemus.* Sed hoc potius arguit potiori titulo sibi rationem virtutis vindicare præ illa. Liberalitas autem non est de illo genere virtutum, quæ vel ex parte materiæ, vel ex parte actus importat defectum.

D.Tteni.

D.Aepst.

ConGr■ationis sôlslio.

Ad confirmationem concedimus majorem, sub distinctione minoris. Et quidem si intelligatur de fuga simplici, est falsa; sivero nomine fugæ intelligaturdetestatio offensæ Dei positive tendens in ejus destructionem per modum compensationis, et satisfactionis, conceditur. Et in hoc sensu optima electio est, et maxime rectæ rationi consona retrahere ab illo malo illato Deo, illudque detestari; nec amplius ad rationem virtutis desideratur. Unde nulla est consequentia, quoniam principalis actus Pœnitentiæ, et per se primo intentus, est bonum facere sub recta electione, et non pure fugere.

15. Si autem hinc inferre volueris, vel Pcenitentiam non esse per se appetibilem; quod est contra rationem virtutis : vel simul esse appetibile ipsum peccatum, sine quo non stat actus Pœnitentiæ. Utrumque negandum est, nec alterutrum sequitur ex dictis. Non certe primum : quia Pœnitentia non intenditur a Deo propter peccatum, quin potius permittitur peccatum propter bonum Pœnitentiæ, quod est bonum præstantissimum, utpotc ordinis divini, ut est communior Theologorum sententia, et ostendimus contra Vasquex tract, de Prædestinat, disp. 6, dub. unico, ubi inter prædestinationis effectus accensendas esse peccatorum permissiones satis efficaciter stabilivimus. Ex hoc autem manifeste sequitur bonum divinum prædestinationis electorum praecedere nedum ipsa peccata, sed etiam peccatorum permissionem. Et ut scrupulum abigamus, debet observari, aliud esse non præintentam, vel a Deo fuisse Poenitentiam, nisi inspecta fragilitate humana de se ad malum proclivi aliud vero, quod non fuerit præordinata, ante ipsum peccatum commissum. Primum est verum; siquidem, ut supra dicebamus, aliæ sunt virtutes non importantes imperfectionem , seu defectibilitatem, uti Charitas, religio, et justitia, aliæ vero, quæ ad hoc primo ordinantur, ut cohibeant, et retrahant subjectum a malo, non quod committat, aut commiserit; sed quod potest committere. Et hæc etiam per se intentæ.sunt, licet dependenter a fragilitate naturæ humante, ad eum sane modum quo Incarnatio est præintenta, et habuit rationem finis hujus universi dependenter tamen a peccato originali. Unde sicut ex præsuppositione peccati originalis ad decretum Incarnationis, male arguerelur non fuisse per se intentam Incarnationem, haud dissimiliter in re, quam versamus. Id quod adhuc in naturalibus constat in medicina, quæ est per se appetibilis per modum remedii, et artis, spectata corruptibilitate, et contrarielate qualitatum invicem dimicantium, et ad morbum inducentium; quamvis in executione nulla medicina applicetur, nisi actualiter infirmanti.

Pr.T-oecupatur illatio.

variiez

; 4

Secundum vero est omnino falsum, ut hoc exemplum naturale manifestat, et la-

this ostendimus loco supra allegato ex tract, de Praedestinatione. Id quod (esto non suppeterent alia exempla) satis ex-
D.Thoa. pressit D. Thomas quæst. 5, de Vcrit. art. 4 ad 4, ubi ait : *Quod aliquod bonum esi, quod non potest* elici nisi *ex malo, sicut bonum patientiæ,* non nisi ex *malo persecutionis elicitur, et* bonum panilentix *ex malo culpa.* Ex quo colligitur ex præîntenta ρω-
GoJoy. nitentia, permitti peccatum, ut efficaciter monstrat contra Recentiores Godoy de Prædestinat. disp, 63, § 3, an. 36, sicut bonum patientiæ nequit præintendi, quin præcodat malum persecutionis, quæ tribuit occasionem patientiæ,

Pens aæans cômpea-sationem πόα amat peea-tnm conira Lugo,

16. Hinc elicitur ratio negandi etiam alterum membrum objectum : quippe optime cohaeret actualem compensationem pro offensa medio actu Pœnitentiæ non salvari absque peccato præterito, in quod destruendum collimat; quin simul utrumque appetatur, ut convincant allata exempla, ot innumera alia, quæ possent adduci et facile cuique erit expendere. Et ratio est : quoniam peccatum non concurrit cum Pœnitentia ut pars intrinseca illius, sei ut materia excludenda, ct abjicienda ; hoc autem ipso non appetitur, sed odio habetur, et quod odio habetur, non diligitur. Nam quod intenditur est abjectio, et destructio peccati, non vero peccatum ipsum ; sicut appetendo lucem, nontiquam diliguntur tenebne, et quærendo vitam, nullatenus placet mors. Stat ergo implicatio in eo, quod media Pœnitentia, et ejus actu tendat homo in destructionem, seu non esse peccati, et ex vi hujus tendentiæ adstruatur aliqua complacentia in peccato, ut est materia compensationis, vel ut fundat compensationem : siquidem compensatio pro peccato non respicit peccatum, ut sit, sed potius ut non sit : non ergo stare potest ex vi compensationis peccati aliqua illius complacentia, utpote quæ tendit in non esse illius. Quare complacentia non cadit supra peccatum, sed supra non esse illius, quatenus bonum est peccatum compensari, et compensatione excludi.

ΠΗΜΠ3 Eminen-ι Ï'·"1' 6 ‘ refellendus est Lugo in præ-senti disp. 2, sect. 3, n. 24, ubi pro rafferne dubitandi ita arguit : *Honestas compensationis consistit in bonitate compensationis, ut compensatio est : ergo componitur intrinsece ex his, ex quibus componitur compensatio, ul talis est. Compensatio autem ut* compensatio includit *offensam prxterilam, et actionem présentent, qua ponitur obsequium : ergo virtus ilia, quæ afficitur formaliler erga hanc pulchritudinem, el honestalem, nccesse est quod afficiatur erga utramque pariem illius complexi ; altera enim sola prout condislincta ab altera, non est compensatio adæquate, sed dimidia pars compensationis.* Quam difficultatem exagerat, et explicat num. 26, sub hac forma : *Quia ille, qui vult bonum compensationis, ul tale bonum est, vel vult solum obsequium præsens, prout condislinguilur a prælerilionc o/fensæ ; vel vult utrumque? Si secundum : ergo vult praeteritione»} offensé : nam velle complexum, ul complexum, est velle quod existât, vel exlileril ulraque pars : ergo vult utramque pariem illius complexi. Si vero dicatur primum : -ergo non vult bonum compensationis : nam obsequium præsens, ut contra distinctum ab offensa prælerita non est compensatio.*

Cui argumento post adhibitas, et impugnatas plures solutiones tantum detulit, quod (ejus vim declinare non valens) asseruerit num. 36, non solum hominem diligere posse in prædicto sensu peccatum, sed etiam Deum in ipso etiam eadem ratione complacere, licet gaudere de illo absolute, et simpliciter non possit. Et rationem reddit, quia peccatum præteritum potest constituere partialiter honestatem, et bonitatem, qua redditur amabile, et volibilo tormentum præsens propter bonitatem punitionis. *Vult ergo Deus,* inquit, *absolute tormentum peccatoris propter bonitatem justæ punitionis, quam non vult absolute quoad omnes ejus partes, sed amat affectu simplici :* nam amor efficax, et absolutus solum versatur circa justam punitionem : affectus autem simplex circa peccatum præteritum, quod est pars illius complexi. Et eadem ratio est de ipso peccatore.

18. Sed profecto hæc argumentatio est merus paralogismus, et illi innixa doctrina falsitati obnoxia, ut constat ex supra dictis : paralogizat enim a non asse peccati compensatione destructi, vel destruendi ad esse illius, et bonitatem, quæ splendet in ejus destructione, tribuit ipsi peccato, ut est manifestum. Nam compensatio non versatur circa peccatum, nisi illud exterminando, et eliminando; ergo si qua bonitas adseribi debet in partibus ut ejus more loquamur, illius complexi, non in peccato ipso, sed in illius expul-
Prosta- i sione, et interitu, in quibus non esse consistit

sistit, collocari debet. Undo complacet quidem Deus, et gaudet in non osse injuria) peccaminosio ; non tamen in ipsa injuria, et injuria est, quo pacto est damnum proprium illatum ipsi a creatura. Et sano mirum est non posse Deum puro efficienter concurrero ad materiale peccati, excluso, et negato quolibet concursu ad formale ; et hac singulari Theologia nobis obtrudi complacentiam formalem Dei in ipso formali peccati ? Durior certe est complacentia Dei in peccato, quam concursus pure effectivus in materiale illius in quem tam acriter invehuntur Societatis Theologi.

Aspiior Fallit etiam doctrina, cui innititur. Quia peccatum non est pars intrinseca compensationis, sed tantummodo connotatum, seu terminus extrinsecus illius : compensatio enim non constituitur intrinsece nisi ex actibus actualiter relatis in Deuni offensum, respectu quorum extrinseca est offensa Dei; et idcirco inepte appellatur pars compensationis. Hujus æquivocationis radicem detegimus supra disp, 1, dub. 2, ubi similem doctrinam evertimus assignando discrimen inter id quod est intrinsece respicere terminum extrinsecum, ab eo quod est intrinsece constituere; plurima enim sunt intrinsece, et essentialiter inspecta, quæ tamen extrinseca sunt ipsi respectui, uti sunt objecta potentiarum, et termini omnium respectivorum. Quare licet compensatio essentialiter rospiciat peccatum ut excludendum, non tamen peccatum est quid intrinsecum compensationi, Et quod clarius est, permissio activa Dei nequit intelligi absque peccato in creatura, nec cognitio ipsius peccati absque peccato; quin tamen peccatum sit quid intrinsecum vel permissioni, vel cognitioni ut se tenentibus ex parte Dei. Quis hoc neget? Est ergo absolute et ex terminis verum non omne, quod est intrinsece respectum, esse intrinsece constitutivum ; atque ideo non bene peccatum dici partem intrinsecam compensationis, quia peccatum sit intrinsece respectum a compensatione. Quare, ut rem concludamus, optime cohæret Pœnitentiam esse per se appetibilem, et ejus actum primarium per se primo intentum, quin indo possit inferri peccatum aliquo modo.esse diligibile, adhuc per actum simplicis complaccntiæ, utpote qui non fertur nisi in bonum, quod peccato pro formali repugnat.

Cos- Unde confirmatur primo : Nam quod repugnat uni contradictorio, potest conveniro alteri : sed peecato pro formali repugnat, bonitas, et consequenter vera diligibilitas : ergo hæc adaptari debet ejus contradictorio, quod est non esse peccati : atque ideo si qua bonitas adscribenda est compensationi, non a formali peccati, sed a non esso illius, ut dicebamus, desumenda est.

Confirmatur secundo : quia qui diligit complexum, non diligit ejus partes nisi ut sunt diligibiles, ut constat ex ipso Lugone docente compensationem ex parte obsequii diligi a Deo, amore absoluto, et efficaci, peccatum voro tantummodo simplici, et inefficaci complacentia : sed peccatum non est diligibile a Deo, cum sit expers bonitatis : ergo ad diligendum compensationis complexum, non requiritur dilectio, aut complacentia peccati. Con-firm. 2

Confirmatur tertio. Ut Deus velit oxistere compensationis complexum, non requiritur eodem modo velle existere ejus partes, ut partes sunt; alioqui enim utramque partem eodem prosequeretur amore contra ipsummet Lugonem, et constat exemplo permissionis peccati, quam Deus vult existere, quin inde possit inferri Deum complacere in peccato, aut aliquo modo ipsum vere diligere, licet velit existere implexum permissionis, et peccati : ergo ut Deus velit compensationem, non requiritur, quod complaceat in peccato, sed sufficit illud a compensatione non excludere. Et ratio est eadem, quia peccatum ita est pars utriusque complexi, quod non est a voluntate Dei, sed a voluntate hominis, ut a prima causa nulli altori in deficiendo subordinata : atque ideo, sicut non est locus in peccato voluntati efficaci Dei, ita nec complacentiae, adhuc, ut est pars complexi, Con

•19. Arguitur secundo a sectariis : quia sicut possibilitas, ita et impossibilitas virtutis non aliunde melius colligitur, quam ex possibilitate, vel impossibilitate actus circa objectum : sed objectum actus Pcpnitentiæ est impossibile : ergo et ipsa virtus. Major et Consequentia constant, et probatur Minor. Tum ex Apostolo ad Hebræos 6, ubi docet impossibile esse semel lapsos iterum illuminari ad poenitendum. Tum etiam : quia Poenitentia tendit in non esse peccati ; sed impossibile est peccatum non fuisse, cum ad præteritum non detur potentia ! ergo impossibile est dolor de peccato præterito. Tum denique : quoniam actus otiosus, et præsumptuosus nequit Sectarionun argumentum.

esss actus virtutis, ut de se constat; constat autem otiosum omnino esse conari in aliquod absolute impossibile, quale est peccatum non fuisse ; neque est minus præsumptuosum intendero, quod non fuerit id, quod nec divinitus potest non fuisse uti est peccatum semel commissum. Gum ergo nihil aliud intendero videatur homo media pœnitentia; consequens est ejus actum tam longo abesse a ratione virtuosi, quod potius sit actus otii, et præsumptionis.

Aathe-inai divisio. AHacens. Hujus argumenti difficultas Aulhores coeeit in diversos abire dicendi modos. Ex veteribus Aliacensis in 4 quæst. ult. art. 3, affirmat Pœnitentiam nullo actu nec absoluto, nec conditionato versari circa peccatum existimans neutrum illorum esse circa impossibile. Consequens tamen ex eo fiebat, vel non esse talem virtutem, quod est argumento succumbere, et hæreticis eam negantibus subscribere : vel quod dolor de peccatis esset inutilis, et minime pertinens ad Poenitentiam; quocirca illi incubuit alium assignare, quod præstasse non constat. Unde hoc dicendi modo ut minus apto prætermisso.

Aiens Melinaf Secundus fuit Alensis 4 p. q. 54, memb. 2, art. 3, cui adhæsit Joann, de Medina Codice de Pœnit. tract. I, q. 1 ad

Albertus Mâ,ر: 1 et favisse videtur Albertus Magnus in 4, dist. 14, art. 2. Qui per oppositum docent affectum, quo Pœnitentia in peccatum tendit esse absolutum, non vero coniitionatum. Pro quo distinguunt voluntatom simplicis desiderii, et appetitus, a voluntate absoluta, et efficaci : et hanc negant circa absolute impossibilia posse versari ; de illa vero affirmant tendere posse in impossibilia per accidens, seu ex suppositione, ex qua solum peccatum præteritum redditur impossibile, ut constat in Angelis peccatoribus appetentibus assimilari ipsi

Isar. U. Deo, et de cœlo in infimum detrusis Isai. 14 asseritur : *Desiderabunt mori, el mors fugiet ab eis.* Et hoc modo peccator media pœnitentia aversatur peccatum.

Rejicitur. Hic tamen discurrendi modus prout præsenti materiæ applicatus, communiter non recipitur. Tum quia licet rei præteritæ sumptæ quoad entitatem sit per accidens, quod extiterit, et ex hoc capite iterum possit a Deo reproduci ; non tamen est per accidens rei præteritæ, quod præterierit; et ideo tametsi Deus illam rem iterato valeat efficere, non tamen efficere valet, quod illamet res aliquando non fuerit : nam ut

û.Tbom· d . Thomas 1 p. q. 25, art. 4 ad 3: *Omnem corruptionem mentis, el corporis Deus auferre potest a muliere corrupta, hoc tamen ab ea removere non poterii, quod corrupta non fuerit sicut etiam ab aliquo peccatore- auferre non potest, quod non peccaverit, el quod Charilatem non amiserit,* Et hac ratione præteritum sub ratione praeteriti non fuisse est impossibile, et ad illud nulla datur potentia, ut supponit, et bene„ argumentum , *quia prxlerila non fuisse implicat contradictionem,* toste eodem D. Thoma ubi nuper. Tum etiam quia ia peccato adhuc militat specialior hujus doctrinæ ratio : quippo nulla causa particularis potest rem semel extinctam iterum revocare ad esse, utpote quod est privilegium omnipotenti® divinæ, ut docent N. Complut, abbreviati ad lib. de Gene-N. Cwrat. et Corrupt, disp. 13, quæst. 1; sed >'x peccatum nec produci, nec reproduci potest a Deo : ergo ex utroque capite est absolute, et simpliciter impossibile : atque ideo male asseritur, vel supponitur in eo dicendi modo, quod solum est impossibile per accidens.

JfcpS- giïbr rarsss. Hinc evertitur secundum, quoniam admissa illa actuum diversitate (imo concedenda necessario, ut concedimus, pro aliis objectis), in præsenti non habet locum : siquidem impossibile sub ratione impossibilis nullam fundare potest convenientiam; non ergo cadit sub intentione operantis, et consequenter nec sub electione, cum nullum sit medium rei absolute impossibilis, aliter enim esset simul possibilis, et impossibilis, quæ sunt contradictoria?, et sub omnipotentia Dei non cadit, quod contradictionem implicat, ut docet D. Thomas art. immediate allegato. Et hac Anst. ratione Philosophus 4 de Gœlo text. 33, dicit ad impossibile ut tale neminem moveri, voluntate scilicet absoluta, quantumvis simplici, quidquid de conditionata, quam non negat Philosophus, quin adstruit 3 Ethic, cap. 2. Qua itidem ratione Ange- D.Ttoa. licus Doctor 1 p. q. 63, art. 3, tenet Angelum primo peccantem non appetiisse æqualitatem cum Deo, quia naturali cognitione sciebat hoc esse impossibile. Unde falsum est, quod in exemplum adducitur in prædicto dicendi modo de Angelis appetentibus impossibile ; quoniam Angeli peccatum fuit, quod appetierit *ul finem ultimum bealiludinis id, ad quod virtute suæ naturæ poterat pervenire, avertens suum appetitum a bealiludine supernaturali, quæ est ex gratia Dei,* ut ibi docet D.

D. Thomas, do quo egimus suo loco. Textus vero fsaiié intelligilur do affectu conditionato, ut etiam est illud Christi Domini, *melius illi esset, si non fuisset natus homo ille.* Vel si fuerit absolutus non erit de objecto omnino impossibili, qualo est annihilari, vel absolute non esse, quod mallent damnari, quam æternos cruciatus experiri.

nq'JM 20. gej contra hanc doctrinam Vasquez ejldt' statuit aliam diamelraliter oppositam in comment, hujus art. seipsum referens ad 1, 2, disp. 42, cap. 4 et disp. 43, cap. 3 et 1, tom. in 3 p. disp. 73, n. G, in quibus locis statuerat nullum in voluntate esse actum conditionatum, sed omnes esse absolutos; si interdum vero dicuntur conditional!, non pertinent ad voluntatem; sed suntactus intellectus judicantis, quem actum haberet voluntas, si poneretur conditio. Ex quo sequi necessarium est omnem actum voluntatis sive versetur circa præteritum sub ratione præteriti, sive circa quodlibet aliud impossibile, quantumvis ex terminis implicatorium sit, esse actum absolutum. Cum ergo actus pœnitentis circa peccatum ex una parte sit præsens, ex alia vero nequeat ullam conditionem admittere; alias esset conditionatus, quod negat ; plane consequitur actum proprium pœnitentiæ esse absolutum, quantumvis impossibile sit peccatum non fuisse, et consequenter negabit Majorem argumenti supra facti, quod virtus non potest versari circa impossibile, nec erit solidum principium illud : *Ex possibilitate, vel impossibilitate objecti recte, et a priori deducitur possibilitas vel impossibilitas actus, et virtutis :* quod quidem aliis videbatur per se notum, vel saltem inconcussum. Sed ea sunt hominum genia, et ingenia.

Kspli- eet. 21. Hac tamen solutione uti non possumus ad diluendum argumentum, quia singularis est ejus doctrina, et contra D. Thomam, ut alios Theologos omittamus, tum in hoc art. solut. ad 3, ubi ait stultam esse voluntatem de re impossibili, tum in 4, dist. 17, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. i ad 3, ubi distinguens inter efficacem, et conditionatam, inquit : *Voluntas completa non potest esse sapientis de impossibili, bene voluntas conditionata, quæ vult impossibile, si possibile foret, el hxc sufficit ad causandum dolorem.*

D.Tltoœ.

Est etiam contra experientiam manifestam : experimur enim plura nos velle, cupere, et prosequi sub aliquibus conditionibus; ad quæ tamen nullatenus afficeremur demptis, aut non existentibus illis. Et quidquid sit de hoc, negari haudquaquam potest iniri inter homines contractus naturales conditionatos, vi quorum inducitur obligatio adimplendi contractum, semel verificata conditione. Quod non esset, si nulla adfuisset voluntas tempore contrahendi; quoniam ex mero judicio intellectus non adjuncta voluntate, non consurgit ullum jus, ullumve onus adimplendi. Dicere autem intervenisse voluntatem sed absolutam, est omnino frivolum, et a veritate alienum, quoniam voluntas non aliter fertur in objectum, quam ut propositum ab intellectu. Unde stante ex hujus parte propositione conditionata, voluntas non nisi conditionate, vel refugit, vel prosequitur objectum.

Ex quo rursus fieret neutiquam hominem peccare, quantumvis iniquos contractus conditionatos iniret; non quidem contrahendo, quia in contractu conditionato nulla esset voluntas circa objectum iniquum : nec etiam non adimplendo post purificatam conditionem, antequam esset voluntas absoluta ; siquidem non est, aut esse potest peccatum, quod voluntarium non sit, aut fuerit. Cum ergo nondum sit voluntas absoluta, et non fuerit alia conditionata, non est unde insurgat peccatum ex vi contractus conditional!, quicumque ille sit. Quod quidem non bene cohæret cum doctrina ejusdem Vasquez opusc. de Restitutione cap. 7, dubit. 10, et opusc. de testament, cap. 8, dub. 6. In quorum primo docet contractum conditionatum obligare in conscientia, licet importet voluntatem conditionate dependentem a conditione apponenda. In secundo vero agens de conditionibus legatorum § *sed hic notandum.* num. 32, statuit voluntatem conditionatam obligare in conscientia.

Vazquez.

Præterquam quod in voluntate divina admittunt Theologi actus conditionatos, et decreta itidem conditionata. Qua ergo ratione negari possunt voluntati creatæ, imperfectissima cognitione regulatæ? Et sane si ita non est, ad quid deservit scientia media? quandoquidem ad actus pure absolutos sive ex parte Dei sive ex parte hominis non requiritur nisi scientia visionis, supposita cognitione possibilium perscientium simplicis intelligent!æ, ut vel ipsi Societatis Authores non diffitentur. Rursus : illa verba Christi Domini apudMatth. 26 : *Paler ini, si possibile est, transeat a mc calix*

Ulterior evasio.

isle, quid aliud significant., quam voluntatem conditionatam non moriendi, ut ostendunt verba sequentia : *Verumlamen non sicul ego volo, sed Sicul lu.*

Si forte dicatur in prædictis conditionatis semper intervenire consensum absolutum voluntatis, contra est : nam ultra quod jam ostendimus id esse falsum ex molo, et conformitate tendendi voluntatis, juxta propositionem intellectas; manifestius persicitur in promissionibus, juramentis, et votis conditionalibus, quorum obligatio non consurgit quoad conditio apponatur. Si autem voluntas fuisset ita absoluta ut voluit Vasquez, cum juxta eam regulari debeat obligatio ; independenter a conditione teneretur homo adimplere sub conditione promissum. Quod est falsum, et a nemine hactenus in praxim redactum, quoad nullam forum sive judiciale, sive internum. Si ulterius affirmetur id ipsum absolute voluisse promittentem, scilicet non se obligare usque ad conditionis positionem. Contra hoc etiam stat, quod jam obligatio est dependens a conditione, quod est actum illum ab initio fuisse conditionatum ; si non sit de vocibus quæstio.

Ven D-Thom solulio.

22. Ab omnibus his solutionibus recensitis, et refutatis nos expedit D. Thomas in præsenti art. 1, ad 3, ubi simili argumento occurrens distinguit in peccato id, quod est præteritum, et esse praeteritum ab eo, quod permanet, postquam peccatum præteriit, estque proinde præsens. Hoc autem, praetermissis aliis, quae se tenent ex parte peccatoris, est offensa Dei, ratione cujus est infensus, invisus, et inimicus creaturae, jureque postulat sibi fieri compensationem ab ea. lluic accedit reatus pœnæ sive æternæ sive temporalis, cui homo post peccatum manet obstrictus, interim atque peccatum non fuerit remissum, quantumvis longum temporis interstitium post ejus commissionem decurrerit. Docet ergo, et respondet S. Doctor Pœnitentiæ actus non versari circa id, quod præteritum est, ob rationem ab argumento assignatam ex Philosopho 4 Ethic, ubi in-

Aristol quit : *Nullus esi slullus eorum, qui sunt secundum virtutem;* sed per se primo tendere ad removendam sequelam peccati, qute est offensa Dei, et reatus ad pœnam.

D.Thom. Verba S. Doctoris sunt : *Ad lerHum dicendum, quod dolere de eo, quod prius [actum est, cum intentione conandi ad hoc, quod faclum non fuerit essel stultum. Hoc aulem non intendit pœnitens : sed dolor ejus est displicentia, seu reprobatio facti prxterili cum intentione removendi sequelam ipsius, scilicet offensam Dei, cl reatum panx,* d *hoc non est stultum.* Ubi ad pœnitendum non recurrit S. Doctor ad præteritum sub ratione præteriti, sed ad ipsum factum, quod est præteritum, ct ad offensam per* sistentem ; et utrumque detestatur bomo efficaciter per contritionem, quæ est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso contra Deum, ut constat ex Tridentino sess. 14, cap, 4.

Juxta quam doctrinam satis perspicuam ÿto respondetur ad argumentum supra formatum concessa Majori, negando Minorem, quam nulla illarum probationum evincit. Nam ad primam responsum est supra ex D. Thoma ibi solum negasse Apostolum repetitionem Baptismi, non vero virtutem aut Sacramentum Pœnitentiæ. Quæ fuit etiam expositio Chrysostomi, Theodorei), Euchumen. Theophil. ad illum locum, et ex Patribus Latinis Ambrosii ibidem, et lib. 2 de Pœnit. cap. 2, et Augustini lib. de vera et falsa Pœnit. cap. 3. Ufci3 ckj nf, µη.

Ad secundum dicimus Pœnitentiam tendere in non esse peccati sub ratione ollensæ, detestando factum prætefitum, non quidem quia præteritum est, vel sub ratione præteriti ; sed quia pravum, et contra Deum est, et injuriam illi irrogavit, præteritione per accidens, et de materiali se habente. Et hoc modo non est impossibile, sed valde possibile, et idcirco fieri debet sub spe veniæ, quæ non terminatur nisi ad possibile. Nec etiam est otiosum, et præsumptuosum poenitere, quia licet hoc sit difficile, imo impossibile viribus naturæ; est tamen satis pervium, et accommodum viribus gratiæ, sub qua, et non aliter, dolet homo media pœnitentia divinam offensam pro eaque licet imperfecte satisfacit, supplente Dei clementia, quod deficit nostræ justitiæ. Unde constat ad ultimam probationem in contrarium. ’ 3

Repiiu. 23. Nec refert, si urgeas : Pœnitens non tam detestatur offensam, quæ se tenet ex parte Dei, quam actum offensivum, et causativum illius; de hoc enim dolet, et hunc odio habet, et reprobat : sed hic actus est præteritus, cui proinde annexum est non posse non fuisse : ergo pœnitens medio actu Pœnitentiæ detestantis peccatura, tendit in præteritum, quod necessarium est fuisse, et odio illud habendo appetit ipsum non fuisse : appetit ergo aliquid impossibile, si quidem impossibile est

pst peccntutn semel commissum non esse commissum.

Non rtftwe tâeadi-1«·

Non inquam, refert, nam concessis præmissls, neganda est utraque Consequentia; quia licet illi actui peccaminoso, el olfensivo Dei conveniat esse præteritum, et ab esso præteritum sequatur, non posse non fuisse juxta illud Augustini lib. 6 contra Faustum cap. 4 : *Tain non possunt futura non fieri, quam non fuisse facta praeterita ;* tamen reprobatio, et detestatio non versatur circa statum præteritionis, vel prælerilionem ipsam, hæc enim non est, aut fuit; sed circa ipsum actum, qui præterilus est specificati ve acceptum, qui fuit peccaminosus : de quo quidem dolet, non intendendo, quod non fuerit, quod est impossibile, sed abominando, quod fecit. Et hoc non est impossibile sub auxilio divinas graliæ, ut constat a simili in contractibus naturalibus, respectu quorum potest homo in uno contractu naturali in melius commutare voluntatem antea non bene habitam ; et iterum pacisci resiliendo a priori, quin per hoc intendat illam non fuisse; sed solum reprobat, quod male actum est. Aliud enim est cognoscere peccatum commissum ut est præteritum, et non potest non fuisse; aliud vero illud aspicere secundum se, qua malum est tam circa Deum, quem offendit, quam circa hominem, quem maculat. Ex hac duplici cognitione, prima illarum non inducit odium, aut ullam detestationem, tum quia speculativa est, tum quia non altingit in objecto malum, quia malum est, sed quia præteritum est; et quod malum præterierit, non plus inducit mali, quam quod præterierit actus bonus : est quippe conditio universalis omnium actuum humanorum, quod cito transeant, et non diu durent. Et hæc cognitio præsupponilur ad actum pœnitentiæ, eumque comitatur, et sequitur adbuc post nactam gratiam, et inlegram remissionem, imo et in statu gloriæ reperitur : atque ideo de se est impotens ad inferendum dolorem. Altera vero, quia practice regulat dolorem, odium, et detestationem tam ipsius actus pravi, quam damnorum ex illo obvenientium, et ipsi homini, et ipsi Deo moraliter, et in prudentum æstimatione injuriam passo. Et hoc est, quod detestatur pœnitens, ac compensare, et delere intendit. In quo quidem nullum impossibile apparet. Quam doctrinam jam diu indicavimus tract, de Angelis disp. 10, dub. 2, ubi plura alia huc concernentia, et latius discussa occasione illius difficultatis : *an appetitus Angeli primo peccantis in impossibile ferri potuerit?* inveniet studiosus lector.

incidens discat-

24. Hinc decisa manet illa difficultas, an nimirum actus Pœnitentiæ vel sit. vel dici debeat conditionatus ? vel efficax, et absolutus? ex dictis, inquam, constat hanc secundam partem esse eligendam, et absolute tenendam. Tnm quia virtutes non deserviunt saltem primario ad actus condiiionatos; quippe qui parum rectificant voluntatem ad bonum. Tum etiam, quia ita docuisse videtur D. Thomas in 4, dist. 14, q. 1, art. 1, quæstiun. 6 ad 3, dicens : *quod quamvis peccatum sil præteritum, quantum ad actum ; manet tamen quantum ad effectum, vel reatus, vel matulae, vel offensæ divinæ, cl sic potest aliquis de peccato dolere, in quantum est præsens; dolor enim de præsenti est.* Tum denique, quia illis actibus homo quantum de se est, Deo satisfacit quantum potest, licet non quantum debeat : actibus autem conditionatis sæpius inefficacibus non fit satisfactio ex justitia. Et ita docent communiter discipuli D. Thomæ, quorum aliquos refert Prado in præsenti, et sequuntur Suarez, et alii. De quo infra iterum sermo prolixior redibit.

D.Tiiom.

Qualiter condfûonata·

Cum quo tamen stat intervenire in Pcenitentia aliquid conditionatum, non quidem formaliter, quasi objectum sit mixtum ex absoluto, et conditionato, ut affirmare videtur Arauxo ad art. 1, hujus quæst. dub. unico num. 10, sed virtualiter, et interpretative, quatenus homo detestando absolute pecCatum ita est affectus, quod si possibile esset, vellet non fuisse peccatum illud : et ita eum poenitet illud perpetrasse, quod quantum est ex se, vellet, si dabile foret, prædictum actum non elicuisse. Quod quidem non arguit adhuc ex parte objecti formalem, et expressam conditionem, nec consequenter, quod sit mixtum formaliter ex absoluto, et conditionato ; sed magis pertinet ad modum agendi, et voluntatem interpretativam, quam quilibet pœnitens, dum serio pœnitet, habere creditur. Ad eum sane modum, quo vice versa, dum quis actu graviter peccat, ita est allectus ipsi peccato, ut quantum est de s?, non renueret Deum re ipsa offendere, vel rationem ultimi finis ipsi detrahere, si id possibile foret. Quo etiam modo Angelus primo peccando ita propriam excellentiam appetiit, quasi a se ipso, et non ab alio, cui eam subordinaret, accepisset. Nec enim

expressiorem aliam conditionem desiderari nobis videtur in uno, quam in altero casu, cum par in quolibet eorum resplendeat impossibilitas ex parte objecti, in quo Thorn, sensu intelligimus eundem S. Doctorem ubi nuper ita subjungentem : Γ<?] *dicendum, el melius, quod quamvis voluntas com· plela non sit de impossibili, est tamen de ipso velleitas qusedam, id est voluntas conditionata. Vellemus enim si esset possibile, quod hoc non fuisset. Et secundum hoc etiam accipiunt ex conditione prsedicta, quamdam rationem præsenlis, ul de his possit esse dolor, qui non est nisi de prxsenlibus.* Ubi non admittit S. Doctor expressam aliquam conditionem, sed ad summum interpretativam, quantum est ex affectu pœnitenlis.

Tertium mentum. Aristot. 25. Tertio arguitur a paritate Verecundiæ, quam non esso virtutem docuit Philosophus 1 Ethic, cap. uliim. Quo supposito, urgetur sub hac forma. Non est major ratio, ut Pœnitentia sit virtus, quam verecundia : ergo vel utraque, vel neutra habet rationem virtutis. Consequentia constat, et Antecedens, cui est difficultas, probatur : nam quod verecundia non sit proprie virtus, oritur ex eo, quod est passio animi cum corporali transmutatione conjuncta absque electione, nec non quia est de actu turpi præsenti, ob quem timet exprobari, et pudore suffundi; qui affectus longe sunt a ratione virtutis, quæ est dispositio perfecta ad optimum. Constat autem Pœnitentiæ subesse transmutationem corporalem media tristitia, et dolore, ipsamqne comitari pudorem turpis facti. Ergo non est major aliqua ratio, quare obeat virtutis rationem præ verecundia.

Respon- sio D.Tbotn. Si forte respondeatur ex D. Thoma in præsenti, quod verecundia est de turpi facto præsenti, pro quo timet confundi ; Pœnitentia vero respicit turpe factum præteritum. Et est contra rationem virtutis. quod aliquis de præsenti habeat turpe factum, de quo possit verecundari; non vero quod habeat præteritum. Si, inquam,

lœpugnatur. ^oc moQo assignetur disparitas, contra est. Quia etiam verecundamur de turpe facto præterito, et de illo fugimus, ac exprobari timemus. Præterquam quod turpe factum sit præsens, vel præteritum, est differentia penitus accidentalis, et omnino materialis ; cum sæpe contingat de ipsis turpitudinibus præteritis in memoriam, vel aliorum notitiam redactis pudere hominem coram illis : ergo nulla est disparitas assignata inter Verecundiam et Pœnitentiam.

Confirmatur eadem paritas alia paritate 0Λ- desumpta ex I). Thoma 2, 2, quæst. art. I, ubi docet, quod licet continentia sit laudabilis, eo quod sit principium laudabilium operum; non tamen obtinet rationem profiriam virtutis, quia resistit vehementiæ passionum, quæ quidem vehementia, non cohaeret cum statu virtutis. Quæ etiam fuit doctrina Philosophi 4 Ari?w. Ethic, ut ibi refert D. Thomas : ergo cum d.tèuu eadem videatur ratio de Pœnitentia, de neutra asserendum est virtutis rationem sortiri.

26. Ad hoc argumentum respondetur Oise· solutione inter proponendum data, quæ est n'*l· legitima et D. Thomæ in hoc articulo primo. Ad cujus lucem, ct clariorem intolligentiam, duo breviterprælibare oportet. Sit primum erubescentiam ita respicere actionem turpem ut præsentem, quod illam non intendat corrigere in eo, qui eam committit; quamvis ob ejus turpitudinem de ea erubescat : quare pudor ille, ita odit malum, de quo est rubor, quod non habet aliud motivum rationale fugiendi illud, nisi non pudere, subindeque nihil curat de culpa, quia culpa est. Unde docuit An- D.Tboa. gelicus Doctor 2,2, quæst. 144, art. 1 ad 1, ubi rem discutit ex professo, quod verecundia non est habitus electivus, id est, ex electione proveniens, sed ex impetu quodam passionis, ob idque a ratione virtutis deficere necesse est ex hoc saltem capite. Pœnitentia vero non respicit peccatum præsens, sed præteritum, ejus correctionem curat, et in destructionem illius media satisfactione et dolore collimat. Ad quod quidem nihil magis ante oculos objicit pœnitens, quam culpam, et offensam, posthabito quolibet alio rubore, aut passionis motu insurgente.

Discrimen ergo (et est secundum, quod praelibari debet) Verecundiæ a Pœnitentia t» 2. stat in eo, quod illa erubescit ex timore infamiæ, quam veretur contrahere ex turpitudine facti, præciso quolibet alio respectu ad culpam, ut est contra rationem rectam, et contra Deum : hæc vero præciso similiter alio respectu humano, tota est in culpam, ut recte rationi adversam, et injuriæ in Deum illativam. Ex quo consequitur Pœnitentiam nunquam permittere, quod culpa sit præsens, alias enim simul vellet, et non vellet eam; sed semper supponere commissam. Verecundia vero semper tendit in turpitudinem, non excludendo, quod sit præsens, vel quantum

turn ad sui exacutionem, ve) quanturn ad infamiam, et exprobrationem, ut contingit, quoties coram aliis turpia facta evulgantur, vi cujus, qui illa commisit, rubore suffunditur. Et in hoc sensu stat vera, et adæquata inter eas differentia, nec ratio præsonlis, aut præteriti do materiali se habet, ut obtendebatur in impugnatione solutionis D. Thomæ.

DbHii- Quare ad replicam dicimus verum esse rt'i.M. salvari pudorem de actu præterito; sed non ut præteritum est, qua ratione nequit ruborem ciere; sed qua præsens est ratione infamiæ, aut exprobrationis denuo insurgentis ex relatione turpitudinis factæ.

Ditîiwr Ad confirmationem neganda est Conse- imio' quentia ex doctrina D. Thomæ in ea allegata, juxta quam ideo continentia non pervenit ad rationem virtutis, quia non moderatur, et collocat in rationis medio passiones, quod ad virtutis essentiam est necessarium ; sed eas moderandas Temperanti® relinquit. Ipsa vero cohibet, et compescit voluntatem ne ab illis præcipitetur, et in consensum trahatur, ob illarum vehementiam : non enim continens respicit utcumque passiones, sed vehementes, nec illarum moderationi insistit, sed tantummodo in retrahendo ab illis; et ex hoc capite deficit a ratione virtutis, ut inquit D. Thomas. Porro licet hoc difficile sit, tota tamen difficultas se tenet ex parte subjecti ; et hæc non fundat virtutem, nisi adsit difficultas objectiva, quam non attendit pure continens. Cujus oppositum cernitur in Pœnitentia : nam ejus objectum est difficillimum, imo absque divina gratia insuperabile.

Hæc cum shit ex Philosopho, et ïiiφη. D· Thoma, quibus fere omnes alii Theologi assentiuntur, Vasquez in præsenti dub. unico, cui suppetias venit Salas. 12, tract. 12, disp. 4, sect. 7 affirmat, et Philosophum errasse, non utcumque, sed pessime, utpote destitutum notitia mysteriorum fidei, et D. Thomæ rationem insufficienti® defectu laborasse : quocirca totus est in illo dubio in erroris arguendo Aristotelem, quasi asseruerit in sapientem, ac studiosum omni virtute præditos, nihil posse cadere turpe; alias virtutes non essent connexæ, si aliquo ex capite lapsum permitterent. In quo nequii non simul perculsisse D. Thomam in hac parte Philosophum non deserentem. Qua autem veritatis adorea insudaverit, non nostri sit /'$ judicium, sed socii Theophyli Raynaudi lib. G de Virtutibus, sect. 3, cap. 2, η. 329, ubi prædictum Vasquez assertum explodit *ul falsum, et ex oscitanti Philosophi lectione prolatum :* siquidem illius doctrina longissime alia erat a doctrina Stoicorum, ab eisque summopere discrepabat. Gum autem in eo essent Stoici, quod in sapientem, et studiosum nihil turpe cadere posset, hoc non potuit imputari Aristoteli, licet concederet virtutes esse connexas. Vazqaio

Sed quidquid sit de hoc, hanc Vasquez Arauxo doctrinam, quam Arauxo, quoad omnia ejus dicta falsam affirmat, approbare non nam possumus, quin ex munere expugnare te- e\ap^j" nemur, utpote ex diametro oppositam doctrinæ D. Thomæ supra statutæ. Et quod attinet ad Aristotelem (cujus mentem profundius præ Vasquez D. Thomam caluisse indignum est dubitare) non bene Vasquez erroris in hac parte insimulat, ex eo quod ipsum latuerint nostræ fidei mysteria. Tum, quia ad omnia, quæ docuit ille Philosophus, quarum plura negare non potuit ipse Vasquez, eadem præcessit ignorantia, seu nescientia : atque ideo ex hoc capite vel omnia ejus asserta pure naturalia possent proscribi. Quod tamen non admittit Vasquez. Tum etiam, et maxime : quia Verecundia non est ex illis virtutibus, quæ lumen supernaturale exposcant, ut liquet. Gum vero in aliis longe difficilioribus intra ordinem naturæ nec D. Thomas, nec alii insignes Theologi illum ut ducem sequi dedignentur, quinimo eo certior, veritatique conformior habetur sententia, quæ ipsi apparet conformior ; immerito in hac parte non adeo ardua illum ideo errasse dicitur, qui a lumine fidei fuerit destitutus. Sed videamus, quæ opponit contra Aristotelem, et D. Thomam, ut veritas magis elucidetur.

28. Objicit ergo primo. Quia fundamen- Objicit tum Aristotelis ad excludendam verecun- Xaz(luez· diam a ratione virtutis, fuit mutua virtutum connexio, et inde intulit virluosum, utpote illis omnibus præditum, nihil turpe agere posse : hæc autem illius existimatio est omnino falsa, et contra D. Hieronymum, D. Hiciib. 1 contra Pelagianos, et contra ipsam r011-'luquotidianam experientiam, qua edocemur unam virtutem esse sine alia, et quod una augetur frequentatione propriorum actuum, aliis minime auctis : ergo nullum fuit solidum, ac verum Aristoteli fundamentum, ad non recensendum inter alias virtutes Verecundiam. Majorem supponit, Minorem non aliter probat, quam semet-

ipsum referendo ad 1, 2, disp. 88, cap. 4, ubi illud virtutum mutuum vinculum rescidit, ac prostituit; cum tamen fuerit a D. Thoma assertum, et a plorisque Theologorum propugnatum.

Axinpd-WIO· Verum hanc ejus ratiocinationem debts-cere, viribusque destitui facile constat, si animadvertatur, aliud osse omnes virtutes esse absolute connexas; aliud vero eas numquam pervenire ad statum perfectionis, quin invicem fœdorentur. et conjungantur: et rursus illis ita annexis, indo colligatur hominem illis praeditum, et ornatum neutiquam posse vel in peccatum labi, vel aliquid tnrpe committere. Quod enim virtutes morales absolute, et præscindendo ab statu perfectionis illarum, eam connexionem obtineant, falsum est, et contra Philosophum, et contra D. Thomam. nec uspiam suorum operam reperietnr nedum assertum, sed nec vel leviter indicatum. e.Thoe. in quo plures extra scholam D. Thomæ decepti sunt, ût appinximus tract, de virt. disp. 4, § 1, ad quæst. 65, 1. 2. art. 1. Si vero sumantur sub statu perfecto, et consono virtuti, quia nimirum quælibet earum circa propriam materiam ita firmat, ac rectificat animum in bono, quod in omni occasione, admodum prompte, suaviter, ac faciliter in actum erumpat, seseque circa propriam materiam exerat; abs dubio fuit, nedum SS. PP.. sed etiam Aristotelis, et aliorum Philosophorum sententia, teste D. Hieronymo in illud Isai 16 : *Super hoc venter meus* dicente. *Philosophorum sententia est hærere sibi virtutes.* Eamqne expresse assertam a D. Thoma in prædicto articulo, et SS. PP. qua potuimus diligentia, ibi conati fuimus stabilire contra Scotum, ipsum Vasquez, et alios.

Quod vero subjectum illis virtutibus inter se hierentihns ornatum numquam in aliqua illarum posset deficere, nec quid turpe committere, erroneum, et phtsquam erroneum est; quippe quod servatur divinæ gratiæ, et insigni Confirmationis dono. Sed hoc nec Philosophus docuit, nec probandum assumpsit Jquidquid sit de Stoicis) in contrarium stante, et reclamante ipsa liberi arbitrii humani vertibilitatc ad malum.

ÛF Quæ fiwrit mens Aristot. 29. Aliud ergo, et longe aliud fuit argumentum Philosophi eo loci, qui habetur 4 Ethic, cap. 9, quod est de Verecundia, de qua docet maxime laudabilem esse in juvenibus, qui cum proclives sint ex ipsa ætatis conditiono ad peccandum, verecundia ipsa fremantur, et cohibentur, ne ia précipites ruant. Secus voro est de probis, et senibus virtute præditis, quibus quidem ut præditi virtute sunt, nullatenus competit labi in crimina turpia, aut peccata. Quod verissimum est, et apparet in homine justificato, qui ut justus est non peccat, sed peccando amittit gratiam, seu justitiam : non secus ac probus, qui licet nt probus non incidat in culpam, semel autem atque deliquerit, desinit esse probus. Undo sicut qui docet hominem justum non peccare, non ideo convincitur dicere non posse peccare : haud dissimiliter dum asseruit Philosophus homines probos, et ornatos virtutibus nihil turpe agere, de quo verecundia possint suffundi; non ideO tenuit eos non posse peccare, ct virtutem deserere; atque ideo immerito hoc illi tribuitur, et ob id erroris damnatur. Hanc autem esse Philosophi doctrinam constat ex ipso textu, quem novissime elucidat, et expendit in hoc sensu Eminentissimus Cardinalis de Aguirre tom. 1. Philosoph. Moral, impress. Salmanticensis. In quo subinde quoad hanc partem nihil spongia-dignum repetitur nec hactenus inventum est ab interpretibus, nisi peccatum fuerit more Philosophico, et pure naturali egisse de virtutibus.

fis A'is î.

Ex quibus dilutum relinquitur argumentum Vasquez; nam illius Major explicatione indiget, et si sensus sit demente" Aristotelis fuisse, quod virtutes sint sibi invicem cohærentes, et annexæ, non fuit error, sed perspicua veritas a D. Thoma, et a SS. PP. et aliis innumeris Theologis in sensu explicato edocta. Est tamen falsa, quatenus asserit ex hoc fundamento negasse, vel occlusisse locum verecundi® in senibus, et provectæ virtutis; cum tamen longe aliter se gesserit, docens proniores, ac faciliores esse juvenes ad ruendum in turpia, quam provectiores, et studiosos : sed semel atque in illa laberentur, primo posse de illis verecundari, ut constat ex textu. Falsum etiam est illi attribuere homini provecto in virtute negasse potentiam peccandi nisi in sensu composito conjunctionis unius cum alio, ut demonstrat exemplum hominis justi, qui qua justus peccare non potest, et absolute est potens deficere.

Draur d.e·æ

Falsa etiam est Minor argumenti, et nec probabilis ex D. Hieronymo, aut alia experientia. Nam S. Doctor in eo loco solum

D. Rw-Ivi. I

Ium inquit eam sententiam non esse divinam, nec Apostolorum, sed Philosophorum : quod argumento est eam esse tam perspicuam, et lumino naturali notam, quod vel ipsi Philosophi superiori alio lumino destituti ipsam nacti fuerint. Unde subjunxit : *Nec enim mihi curæ est, quid Aristoteles, sed quid Paulus doceat.* Et merito quidem, quia cum Pelagio agebatur de Gratia, cujus Paulus fuit acerrimus defensor, et Magister; non vero de virtute morali philosophice accepta, quo pacto pertinebat ad Philosophum, de quo nihil curæ fuit Apostolo. Stat autem aliquam sententiam esse omnino veram, quin sit supernaturalis, divina, aut ab Apostolo edocta : non ergo fuit legitima illatio ex verbis Hieronymi ad abjiciendum ex illius mente annexionem virtutum, quia docuerit eam esse philosophorum.

Qa>t WNI j :3,- •wii. Nec etiam probatur aliqua experientia contrarium, ut obtruditur : quandoquidem militat ex adverso efficax ratio cum summa Patrum, et Theologorum authoritate, ut loco citato fuse expendimus. Quare ex certa experientia solum haberi potest, quod frequqntius occurrat materia unius virtutis, quam alterius, et consequenter major actuum inclinatio in hac materia, quam in aliis. Hinc vero non excluditur, quoties occurrerit aliorum materia, non posse hominem perfectæ virtutis se in quamlibet earum prompte, ac facillime exercere. In quo dumtaxat virtutum nexus consistit. Accidit etiam, et testatur experientia, unam virtutem absolute absque alia exerceri, majoremque facilitatem in una. quam in alia acquiri; sed ex eo non improbatur cumulus aliarum, nec consequenter connexio. Nec id intenderunt Philosophus, D. Thomas, aut alii Theologi in prædictam sententiam coeuntes : utpote qui docent unam virtutem, et acquiri, et haberi posse absque alia; sed negant eam solitarie acceptam in statu perfectæ virtutis collocari, ut explicuimus locis allegatis.

30. Objicit secundo contra D. Thomam. tota differentia constituta a D. Thoma, ut verecundia non sit virtus, secus vero Pœnitentia, unice revocatur ad hoc, quod ilia versatur circa turpitudinem præsentem; hæc vero supponit præteritam : sed hæc differentia est nulla : nudum ergo est discrimen assignatum a D. Thoma. Minorem ex eo probat, quoniam Pœnitentia potest etiam esse de peccato præsenti, ut curn qucm post illud immediate commissum de eo pœnilct. Et vice versa verecundia non excludit, quod peccatum sit præteritum, imo et magis proprie respicit futurum : quocirca definitur a D. Thoma 2, 2, quæst. 144, art. 1, quod est timor turpitudinis, et cxprobationis; timor autem semper est de malo futuro : ergo verecundia non est ex se determinata ad turpitudinem præsenlcm, atque ideo corruit fundamentum discriminis, in quo tota doctrina fundatur.

I [D.Thom.

Ad hanc objectionem constat ex dictis in. hoc eodem dubio : nam Poenitentia semper supponit culpam, in quam destruendam, et compensandam collimat. Verecundia vero eam concernit praesentem vel ratione sui, vel ratione exprobrationis, quam timet, et abhorret. Unde in forma neganda est Minor, cujus prima probatio nulla est ob assignatam rationem. Secundam probationem ipsemet Angelicus Doctor diluit, explicans legitimum sensum iilius definitionis. Unde solum potest objici ab eo, qui vel D. Thomam non consuluit, vel ita leviter salutaverit, ut nihil minus, quam de assequenda ipsius mente curaverit. Verba ejus sunt in art. 2 allegatae quæstionis : *Est autem duplex turpitudo, una vitiosa, quæ scilicet consistit in deformitate actus voluntarii : hæc proprie loquendo non habet rationem mali ardui :* quia est a voluntate, et quæ voluntaria sunt, non sunt ardua, quatenus a voluntate procedunt, ut ibi explicat S. Doctor : *Alia est turpitudo quasi pœnalis, quæ quidem consistit in vituperatione alicujus, sicut quædam claritas gloriæ consistit in aliqua honoralionc alicujus. Et quia hujusmodi viluperium habet rationem mali ardui, sicut honor habet rationem boni ardui, verecundia, quæ est limor turpitudinis, primo, et principaliter respicit viluperium, seu opprobrium. El quia viluperium proprie debetur vitio, sicut honor virtuti, ideo, cx consequenti verecundia respicit turpitudinem vitiosam.* Unde constat, quod sit objectum primarium verecundke.

Sointio. D.Thoiu.

Quin vero etiam est pars integralis temperantiæ, quatenus scilicet ad illam antecedenter disponit, et illius fundamenta jacit, ut explicuimus in arbore Virtutum appensa ad tractatum de virtutibus § 13, num. 1Û7, indeque redditur maxime commendabilis passio, quia dum opprobrium, et confusionem poenalem fugit, facit exprobrabilia, et turpia quoad culpam vitare

Verecun- ^st pars tempe- rant,æ·

non quia culpæ sint, sed quia confusionem, et opprobrium inducunt, idcirco
D.Tbow. (prosequitur D. Thomas) *respicit verecundia culpam dupliciter : uno modo, ul aliquis desinat vitiosa agere propter timorem viluperii :* quo pacto retrahit a malo perpetrando, non quia malum, sed quia vituperii inductivum. *Alio modo, ut homo in turpibus, qux agit, vitet conspectus publicos propter timorem, viluperii, quorum primum secundum Gregorium Nyssenum perlinet ad erubescentiam, secundum ad verecundiam.* Ex quibus liquet ita verecundiam respicere turpe factum quod abhorret in sensu explicato, ut simul sit timor laudabilis retrahens a turpitudine pœnali ; quam ut eflugiat, vel vitat culpam ut ignominiæ causatricem, vel saltem eam clam committendo, publicos hominum conspectus. Quare non est contra ejus rationem praesentia turpitudinis, sicut est contra rationem Pœnitentiæ, quæ præterita mala plangit : nec ita respicit futurum, ut excludat præsentiam vel malitiæ turpitudinis, vel
D.Tbom. ejus exprobrationis. Nam ut inquitD. Thomas in 4, dist. 14, quæst. i, art. 2, q. 2 ad 5 : *Futurum non timetur nui secundum quod habet propinquam dispositionem in causa sua. Et ideo Verecundia ponit propinquam dispositionem in eo, qui verecundatur, prout Philosophus de Verecundia loquitur.*

Porro hanc Verecundi® antecedentiam, et comitandam erga turpia expendit præ-
Aguirre. laudatus Cardinalis de Aguirre ubi supra num. 4, docens aliam esse, et minus propriæ dictam Verecundiam, quæ antecedit omnino turpe factum, illudque vitare studet, quoniam sita est in timore reprehensionis, seu ignominiæ ob turpe iactum nondum commissum, et hoc pacto loquitur de ea D. Ambrosius lib. de officiis cap. 45, et est auxiliatrix temperamiæ. Alio modo ut supponit turpe factum præsens, quod celare intendit, et clanculum perpetrat, ne ignominiam subeat. Et utroque modo satis differt a Pœnitentia, ut non sicut ista, virtutis rationem habeat; cum semper respiciat turpe, quia turpe est, non vero quia culpa coram Deo, ut Pœnitentia.

renia 31. Tertio tandem opponit Vasquez.
vaiquez Quoniam ex actibus sæpe repetitis in po-
objecno. tentja generatur habitus similis illis actibus ; præcipue vero si potentia fuerit capax, ut inductione constat : sed verecundi® actus ex se sunt laudabiles : ergo ex illorum frequentia generabitur habitus similiter laudabilis, et consequenier virtuosus. Major constat ex eodem Philosopho 2 Ethic, et docetur ex experientia in juvenibus, in quibus invenitur promplitudo, et facilitas eliciendi actus proprios verecundiæ : est vero de ratione habitus promptitudo, et facilitas in actus sibi proprios : ergo de ratione Verecundi® est, quod sit habitus. Minor et Consequentia non indigent probatione.

Hanc eandem objectionem sui) eisJem fere terminis opposuit, et diluit Angelicus Doctor loco citato ex 2, 2, art. 1, dicens: *Ad quintum dicendum quod ex mulloliw verecundari causatur habitus virtutis aequisilx, per quam aliquis turpia vïtet, de quibus est verecundia ; non autem ut aliquis ulterius verecundelur. Sed ex illo habitu virtutis acquisitx, sic se habet aliquis, quod magis verecundaretur, si materia verecundix adesset.* Juxta quam doctrinam (qoæ summopere est adnotanda pro vera intelligentia illius principii in Majori argumenti appositi) non semper ex frequentatione actuum generatur habitus ejusdem prorsus rationis cum actibus, seu qui præstet facilitatem ad similes actus ; sed quandoque contingit solum ad eorum effectus terminari habitum, non vero ad actus ipsos. Et ita contingit in præsenti : non enim ex repetitione aetnum verecundi® fit homo magis verecundus, vel adquiritur virtus verecundandi; sed solum adquiriturvirtus vitandi turpia, quod est effectus Verecundi® : siquidem qui turpia timet, et abhorret, vel media temperantia, vel media fortitudine illa vitare curat. Et rationem dedit Cajetanus in commentario illius articuli : quoniam actus, qui ex genere suo cadunt sub electione, et pertinent ad genus virtutis, possunt quidem sui frequentatione, si aliud-aliunde non obsit, habitum generare ; si vero inferioris fuerint conditionis, et electioni non subdantur, quantumvis multiplicentur, et inculcentur; non ideo in propria materia acquirent promptitudinem, et facilitatem propriam habitus; imo nec erit illis habitualis dispositio, sed tantummodo quædam assuefactio,- ut est in membris, et potentiis externis, in quibus nullus hactenus habitum aliquem constituit ; licet assuefiant, et habiles reddantur per remotionem impedimentorum ex actuum frequentatione. Unde explicata Majori cum D. Thoma, et concessa Minori, neganda est Consequentia, quam non probabit Vasquez, quin prius probet actum verecundiae esse reclæ rationi, et electioni subditum

subditum, quod est falsum : atque ideo ejus doctrina manet convulsa, el inconcussa Unio, sententia D. Thomæ, Videatur Arauxo in præsenti dub. unico n. 12, ubi ex ipso Philosopho manifestat no dum contra D. Thomam, sed etiam contra ipsum Philosophum militasse illius sententiam. Porro ex dictis habetur Verecundiam ita esse passionem partis sensitivæ, ut nullatenus, nec in hac, nec in parte superiori possit assurgere ad rationem virtutis. Pœnitentia autem ita est passio, ut non solum in voluntate, verum et in ipsa parte sensitiva possit esse actus virtutis, quatenus ut regulata ratione superiori moderatum dolorem sensitivum admittit : qui quidem dolor imperatus a Pœnitentia, elicitive immediate pertinet ad ipsam partem sensitivam, licet sub virtutis modo sit proprius Pœnitentiæ.

DUBIUM II.

Virum Pœnitentia sil specialis virtus.

32. A conceptu generico virtutis Pœnitentiæ descendimus cum D. Thoma ad ejus rationem magis specificam investigandam, quod est magis arduum. Cum enim in Pœnitentia sit invenire dolorem, seu detestationem, rationem satisfactionis, seu compensationis, nec non exhibitionem cultus, et reverentiæ media propria subjectione; non est ita pervium determinare, an Pœnitentia sit conditio generalis omnium virtutum, cum unicuique sit proprium detestari malum sibi oppositum ? ad eum sane modum quo in justitia, vel in obedientia est conditio generalis omnium peccatorum, et justitia illi opposita, et obedientia comitantur omnem actum virtutis; vel esto ita non sit, an saltem ita sit virtus generalis, ut omnes actus aliarum virtutum formaliter conveniant ad actum Pœnitentiæ, vel ipsa Pœnitentia, ei motivo cujuslibet virtutis proprium actum eliciat ? stat enim Pœnitentiam esse proprie virtutem, ut hactenus determinavimus, et esse virtutem generalem alterutrorum modorum. A quo quia facilius est, ut nos expediamus, sequentem assertionem subjungimus.

Vera, el communis assertio eligitur, el probatur.

33. Dicendum est Pœnitentiam ita esse proprie virtutem, ut nec sit conditio generalis aliarum, nec similiter principium proprii actus ex motivo immediato illarum. Hanc conclusionem vel supponunt, vel docent communiter Theologi tam intra, quam extra scholam D. Thomæ contra veteres infra referendos. Et deducitur clare ex doctrina D. Thomæ in hoc articulo. Ex qua sic formatur primum assertionis fundamentum : Nam si Poenitentia ita est virtus, quod ejus propria, et specifica ratio non est conditio generalis omnium virtutum, et ejus objectum non includitur in omnibus illarum objectis ; ipsa nequit ut conditio generalis ad omnes illas reduci, ut videtur perspicuum : sed Pœnitentia non includitur ut conditio generalis in omnibus virtutibus, et sibi vindicat speciale objectum, quod aliis .virtutibus non conveniat : ergo Pœnitentia ita est proprie virtus, quod debet excludi a ratione generalis conditionis omnium aliarum virtutum. Consequentia est legitima. Major videtur perspicua ex ipsis terminis; non enim potest esse conditio generatim omnium, nisi ejus propria ratio quasi specifica, et ipsius objectum, omnes alias comitetur, in eisque, et earum objectis imbibatur, ut constat in obedientia, et justitia communiter dictis, quæ idcirco accensentur conditiones generales inseparabiles omnium virtutum. Minor, quæ sola probatione indiget, suadetur : quoniam Pœnitentia nequit habere majorem inclusionem, aut affinitatem cum aliis virtutibus, quam ejus objectum cum illarum objectis ; siquidem totum esse virtutis venari debet ex objecto, a quo mutuatur speciem, et juxta cujus inclusionem vel exclusionem cum aliis objectis formalibus, regulanda est exclusio, vel inclusio habituum. Sed objectum Pœnitentiæ in esse objecti excludit objecta omnium aliarum virtutum, et ad ea non potest reduci ut conditio generalis. Ergo virtus Pœnitentiæ non includitur in aliis ut conditio generalis omnium, et ejus objectum in esse objecti non immiscetur cum objctis aliarum.

Commo- Bifc senten- tia.

Fonda* mentnw·

Minor hujus secundi discursus probatur, et explicatur animadvertendo varias peccati rationes, sub quibus ad alias virtutes

Minoris ostensio,

P«catum sub diversi* raboni-bus virtuiÎS bus adversum,

pertinere potest, ut odio habendum, et detestandum, quin ibi propria Pœnitentiæ ratio includatur. Et quidem peccatum le· thaïe, ut est malum morale, et bono honesto, rectæque rationi dissonat, ab ipsamet voluntate respicitur; ab eodem enim PrinciPio amor boni, et odium mali illi oppositi proficiscitur. Et quia voluntas ex ipsamet sni origine oritur rectificata ad bonum honestum in communi, quin ad hnjus prosecutionem indigeat virtute supe-

D.Thom

raddita illi rectitudini originali, ut docet D. Thomas, et ostendimus tract, de Virt. disp. 2, dub. 3, necessarium non est confugere ad aliquam virtutem, ut odio habeatur peccatum sub ratione mali moralis absolute ; et ut contrapositi ad bonum honestum in communi, juxta ea quæ etiam tetigimus de Bonit. etMalit. disp. 3, n. 27, ubi ad hunc actum : *Volo juste virere,* nullum habitum recognovimus. Est insuper peccato adversari bono divino in seipso, divinam dissolvere amicitiam, rationem ultimi finis a Deo submovere, ipsum vilissimæ creatur® postponendo. Sub qua ratione pertinet ad eandem Charitatem, qua Deus super omnia diligitur, et super omnia detestatur peccatum, ob eandem jam tactam rationem. Si vero accipiatur peccatum ut est malum ejusdem hominis in particulari ipsum expolians virtutum, et donorum supematurallum ornamento, quibus in æternam propendebat beatitudinem ; hoc pacto, vel ab amore sui ipsius recte ordinato per Charitatem, qui debet incipere a se ipso; vel ab ipsa virtute spei, qua amore concupiscenti® diligitur bonum divinum, detestari debet; quin in aliquam harum considerationum subintret Pœnitentia, ut liquet.

<· A

Opponi-nijor. virtQtTin Specie.

34. Ultra quas rationes omni peccato communes est in peccato alia specialior, ex qua sibi vindicat specialem oppositionem cum aliqua virtute, cui directe contradicit, ut videre est in peccato luxuriae, quod opponitur castitati, inebrietati temperanti® advorsa, et sic de reliquis. Peccatum vero hoc modo sumptum fugit, ct odit virtus directe illi opposita, absque suffragio alterius ; nulla quippe esset virtus, si non dimicaret cum vitio sibi contrario, ipsumque extirpate contenderet.

Impot-offeiea» Dei Vazqnex.

Adhuc tamen suppetit actui peccaminoso alia ratio injuriæ, et offensæ Dei, non solum, quia summum bonum est, sed etiam qua supremus Dominus, et legislator existit irrogata, ut constat- ex dictis tract, do Incarn. disp. 1, dub. 1, ubi con* tra Vasquez, et alios sancire curaviraui in quolibet gravi peccato reperiri ultra alia damna, rationem propriam injuri», simul et offensæ, saltem intent® ex affectu peccatoris, vi cujus Deus sibi fieri corapensationem obejus sibi proprium graviter peccato læsum, et vulneratum ex'justitia postulat. Hanc vero rationem nulla cælerarum virtutum attingit, ut per singulas earum discurrenti constabit, nisi Pœnitentia, de cujus specialissima ratione est offerre satisfactionem pro injuria, seu offensa ; quidquid sit de aliis malis ex peccato obvenientibus, sive Deo ipsi, sive homini illud committenti.

Ofiω.

Unde explicata, et probata manet illa Minor, cui tota erat difficultas. Etenim quæ modo expendimus recapitulando, inter illa mala Deo ex peccato obvenientia, nulla virtus est, quæ tendat primario in resarciendam, et reparandam divinam offensam qua injuria, et offensa Dei est, nisi sola Poenitentia : ergo objectum Pœnitentiæ in esse objecti non includitur in objectis aliarum virtutum; nec subinde ipsa est, aut esse potest conditio generalis illarum. Antecedens ex modo dictis constat; ct Consequentia jam fuit supra probata. Unde sicut aliæ omnes virtutes ex propriis, et specificis objectis in omnium sententia distinguuntur essentialiter inter se; haud dissimiliter Pœnitentia cum sibi vindicet speciale objectum nulli alteri conveniens, evadet consequenter in ratione virtutis specialis constituta, et essentialiter diversa.

Eo vel maxime, quod ratio injuriæ contra Urjt®· Deum, ut expiabitis media satisfactione est ratio objectiva potens specificare virtutem, ut argumento a fortiori evincit injustitiæpuræ humante, longe inferioris injuria divina : sed non tribuit speciem alteri, ut discursu facto probatur, quam Pœnitentiæ : hæc ergo specialis virtus est, et non conditio generalis omnium.

35. Qua ratione, ut a nobis expensa 0:di-occlusum manet subterfugium a Vasquez eî'^;a intentum in præsenti dub. unico, num. 5, ubi hoc munus detestandi peccatum defert Charitati. Sed immerito, quia Charitas non respicit Deum nisi ut est summum bonum in se ipso, praescindendo ab omnibus aliis; et consequenter ea tenus odio habere potest peccatum, quatenus opponitur prædicto summo bono in se ipso : nulla enim virtus versatur circa alia objecta, vel prosequendo,

sequendo, vel fugiendo, sub unica, ot indivisibili ratione formali sui objecti primarii, cum quo ita commonsuralur, et adipquatur, ut extrahi non possit ab illo, invariata mento ejus essentia. Alioqui enim eadem rationo conficeretur, vel quod Charitas se porrigeret ad objecta aliarum virtutum, vel quod unica sola virtus esset Charitas, et nulla alia, quorum quodlibet est absurdum. Quod enim (ut aliud effugium præcludamus) Charitas respiciat summum bonum, sub quo alia bona continentur, infert quidem eam esse virtutum omnium reginam, quas proinde sibi subordinat, et eis imperat; minimo vero aufert, quod circa alia bona particularia versentur ali® virtutes, qute vere sint virtutes, inter se, et ab ipsa Charitate essentialiter divers®, ut constat ex communi
D.T203. Theologorum doctrina, quam tradit D. Thomas in hoc articulo primo solutione ad 2, dicens : *quod a Charitate derivatur aliquis aclus dupliciter : uno modo sicut ab ea elicitus, et talis aclus virtuosus non requirit aliam virtutem præter Charilalem, sicut diligere bonum, gaudere de eo, et tristari de opposito. Alio modo alius aclus a Charilate procedit, quasi a Charitate imperatus; et sic quia ipsa imperat omnibus virtutibus (utpote ordinans eas ad suum finem) aclus a Charitate procedens potest etiam ad aliam virtutem specialem pertinere. Si ergo in actu pernitentis consideretur sola displicentia peccati præterili, hoc immediate ad Charilalem perlinet, sicut el gaudere de bonis prxteritis. Sed intentio operandi ad deletionem peccati prælerili requirit specialem virtutem sub Charitate.*

Bq îî-atsr. 36. Urgebis tamen adhuc contra id, quod in fundamento expendimus. Nam illa injuriæ ratio, quam expiare, et avellere intendit Poenitentia, non est injuria specialis; sed circunstantia generalis consequens, vel concomitans omne peccatum, ut nos ipsi docuimus loco supra allegato ex tract, de Incarnat, n. 11 ; ergo ad eam compensandam non requiritur virtus specialis, sed sufficit generalis conditio, uti tenent asserentes Pœnitentiam non esse specialem virtutem. Consequentia probatur supposita veritate Antecedentis : quia contraria versantur circa idem : ergo ad auferendam injustitiam alteri irrogatam non sub speciali ratione justitiæ, sed sub communissima, licet propria ratione, sufficit vera, et propria justitia, communissima tamen, et quæ sit generalis conditio. Constat autem in quolibet actu virtutis, vel in omnibus distributive acceptis inveniri hanc justitiæ rationem communissimam : ergo ad prædictam injustitiam sarciendam non requiritur alia justitia, quam quæ invenitur in omnibus, et quolibet, virtutum actibus.

Ad hanc replicam respondetur negando Consequentiam, cujus probatio si esset efficax abs dubio evinceret Christi satisfactionem non fuisse actum justitiæ specialis ; siquidem non alio titulo Christum satisfecisse dicitur, quam fidejussoris, et fidejussor non aliud sumit onus, quam fuerit creditoris. Cum ergo sit falsum Christi satisfactionem non fuisse actum specialis justitiæ, eidem est falsitati obnoxium, et nullatenus admittendum ex injustitia, quæ est circunstantia communis, non oriri in debitore obligationem satisfaciendi ex speciali justitia, quæcumque illusit, et ad præsens non refert. Deficit ergo probatio, quod licet in quolibet actu virtutis reperiatur justum, quatenus justum est hominem recte operari, et virtuose agere ; nulla tamen virtus, quæ justitia non sit, vel justiam specialiter non participet, operatur ex proprio motivo, vel jus alteri tribuendi, vel jus alienum illæsum servandi, sed ex aliis motivis specialibus circa bonum rationis, ut patet in temperantia, castitate, fortitudine, et aliis. Unde licet detestetur peccatum, non illud odio habet, quia injuria est adhuc snb illa ratione, licet propria, communi, et transcendenti omnia peccata; sed ut opponitur præcise bono temperanti® v. g. in cujus signum adhuc post commissum peccatum intemperanti®, esto plures alios actus temperanti® eliceret, non idcirco peccatum præteritum foret remissum : siquidem motivum temperate edendi, quod habuit in posterum, non fuit motivum satisfaciendi pro intemperantia præterita. Unde constat, quod ex illo Antecedenti vero neutiquam infertur intenta Consequentia, quoniam justitia transcendens actus omnium aliarum virtutum non est proprie justitia, et qu® opponatur injustiti® illi proprie (esto communi) irrogat® Deo per peccatum. Quapropter neutiquam evincitur Poenitentiam esse circunstantiam generalem virtutum, cum plures earum actus elici possint absque Poenitentia.

Respondetur

37. Secunda pars conclusionis, videlicet, quod non sit virtus generalis, vel quia omnes aliæ virtutes immediate concurrant ad Pœnitentiam vel quia Pœnitentia im-

secunda, aswrüo-p"r'.

mediato etiam ex propriis illarum motivis ad actus illarum concurrat, probatur ex eodem principio. Nam quod Pœnitentia in alterutro illorum sensuum esset generalis virtus, solum proveniret, vel ex eo quod aliæ virtutes mediis propriis actibus immediate concurrerent ad Pœnitentiam; vel quia Pœnitentia juvaret omnes alias virtutes ad eorum elicientiam medio proprio influxu. Neutrum potest vere affirmari. Ergo Pœnitentia non est virtus generalis in alterutro horum sensuum. Major et Consequentia non indigent probatione, et. suadetur Minor quoad utramque partem simul : quia nulla potentia, vel virtus potest immediate habere ad actus alterius potentiæ, aut virtutis, nisi sub ratione sui proprii objecti, a quo sortitur speciem, ot cui ita adæquatur, et commensuratur, ut extra illum ferri non possit; sicut enim essentia clauditur essentialiter terminis generis, et diflerentiæ, ultra quos non est prætergredi ; consimiliter nec ulla virtus, aut potentia ultra terminos sui objecti primarii. Sed objectum Pœnitentiæ non est commune omnibus aliis virtutum objectis, sed specifice, et essentialiter ab illis diversum, ut constat ex dictis : ergo nec Pœnitentia ad omnes alias virtutes, nec aliæ virtutes immediate se habent ad actum Pœnitentiæ.

Confirmatio. 38. Confirmatur. Nam licet Pœnitentia detestetur quodlibet peccatum oppositum cuilibet virtuti, et etiam omnia ut cum omnibus pugnantia; non tamen illa abhorret, quia opposita huic, aut illi virtuti, puta temperantia?, aut justitiæ, vel etiam aliis; sed tantummodo, ut afferunt offensam. divinam expiabilem .media satisfactione; quæ ratio est unica formaliter, et prorsus indivisibilis objective, ad quam nulla aliarum omnium virtutum pertingit : ergo nec omnes virtutes concurrunt proxime ad actum Pœnitentiæ, utpote in cujus formali objecto non splendet proprium illarum : nec etiam actus Pœnitentiæ proxime, et immediate influit in ipsarum actus, quippe qui versantur circa objecta essentialiter diversa ab objecto Pœnitentiæ.

3 Confirmatio. Confirmatur deinde. Quia virtus in ratione virtutis non ideo dicitur universalis penes materiam præcise, quantumvis ea amplissima sit, sed per ordinem ad actus, et objecta : sed virtus Pœnitentiæ esto habeat materiam universalem, tot nimirum peccata, quot fieri, et multiplicari possunt in materia omnium virtutum; non tamen habet nisi unicum actum primarium, et potissimum sub eadem indivisibili ratione formali attingente omnia peccata, ut sunt expiabilia media satisfactione : ergo virtus Pœnitentiæ non est universalis per aggregationem omnium virtutum, nec per hoc, quod ejus actus primarius so immisceat aliarum actibus. Quæ fuit doctrina D. Thomæ in hoc art. 1, solut. ad 2, ubi D.n» concedit, quod *Pernitentia habet quidem realiter generalem materiam, in quantum respicit omnia peccata, sed tamen sub ratione speciali, in quantum scilicet emendabilia sunt per actum hominis coopérante Deo ad suam justificationem.*

Id quod etiam liquet ex ipso Pœnitentiæ præcepto, quod quia est speciale, unico actu potest adimplere, ut ipsa experientia comprobatur : nam ut quis vere pœniteat, nullus a pcenitente alium præter contritionis actum exegit; quem si elicuerit, nihil minus, quam de aliis actibus aliarum virtutum curat, præter actum Charitatis, in qua vera Pœnitentia fundatur, et a qua est inseparabilis, ut ex infra dicendis constabit.

Alia triplex assertio pro dubii enodatione.

In superiori assertione adhuc directe non respondimus difficultatis titulo, sed statuimus, quod erat facilius, et communius, nimirum Pœnitentiam non'esse virtutem generalem in eo sensu, quem existimabant aliqui. Superest, ut positive decidamus quæstionem examini expositam. Quia tamen virtutes non melius, quam per actus, et actus per objecta demonstratur, ab hoc capite sumemus exordium, et hinc ad actum, et virtutem regrediemur.

Awrath. 39. Dicendum est secundo objectum formale, et specificativum virtutis Prenitentiæ esse offensam divinam, seu quod idem est jus divinum læsum ut reparandum per satisfactionem. Hanc conclusionem ut expressam D. Thomæ in præsenti, D.Tbw. et in 4, sentent, locis supra citatis, docent communiter S. Doctoris discipuli, Capreol. CapreU. ibi. q. 1, art. 3, ad argumenta Aureoli. Palud. in 4, dist. 14, q. 1, n. 2, et Pilat q. 2, n. 7. Soto in eodem loco q. a ** art. 2, § *Hinc ergo* Martinus de Ledesima 1 p. Quarti, q. 26, art. 2. Cano reliet, de Pœnit. part. 2, conclu. 2, § *Tristari* SOto. Manez deiN desmt, Ohio.

Ni»o. *mri ergo.* Nuno in præsenli art. 2, dub. 1. Arauxo dub. 1, conclu, 3, «Ioan, a s.Ttom.s Thoma do Pœnit. disp. 34, art 2. Go- ıXı ηθl· °t Labat in præsenti. Martinez de Mo. Prado dub. 2. Contcmpson do Pœnit. dis- irajiwn.8ert· unica cap. 1, specu). 3, g *Corollarium primum,* nosque ipsi indicavimus in arbore Virtutum supra memorata g 9; ex Viitn- extraneis illi suffragantur Valentia hic Bmit î- q· 2, punct. 1. Henriquez lib. 1 de Pœ-‚‹'«· nit. cap. 19. Granad. controv. 7, tract. 2, \"ĮρΟ' disp· 3, et alii plures, inter quos Lugo de Pœnit. disp. 2, sect. 4, subobscure ioqui videtur, dum inquit objectum formale Pœnitentiæ esso bonum pacis cum Deo, de quo forsan infra in hoc eodem dubio.

Fîs ü - Ratio fundamentalis hujus assertionis KSIiin· elicitur ex dictis pro superiori conclusione sub alia tamen et breviori forma expensis. Nam illud est objectum primarium, et formale alicujus virtutis, quod virtus ipsa per se primo attingit : sed virtus Pœnitentiæ per se primo attingit offensam divinam, ut sarciendam et reparandam media satisfactione : ergo objectum primarium, et formale Pœnitentiæ est offensa divina ut compensanda, et reparanda. Consequentia est in forma. Major est perspicua, quandoquidem nulla alia notione innotescit, quodnam sit objectum primarium, vel secundarium, nisi quia vel ratione sui, vel ratione alterius attingitur a virtute, vel potentia : quod vero non ratione sui, sed ratione alterius attingitur, jam supponit priorem attingendam illius, ratione cujus sui sed attingi dicitur ; alioqui enim non ratione alterius attingeretur : ergo illud est objectum primarium, et formale, quod per se primo attingitur a virtute. Minor etiam liquet ex dictis : quia cum materia circa quam versatur Pceuitentia, non sint peccata ut acceptanda, sed detestanda, ut D.TUa. constat ex D. Thoma art. 2, quæstionis præcedentis, et est per se notum ; illa ratio est per se primo inspecta a Pœnitentia in peccatis, quam primo, et per se expiare, et detestari conatur media tendentia actus in ipsam : hæc autem non est nisi reparatio juris divini læsi, et Dei offensæ, ut explicatum relinquimus in hoc eodem dubio, imo et in tolo discursu tractatus : ergo objectum primarium Pœnitentiæ est divina offensa, ut reparanda, ct media satisfactione jus divinum sarciendum.

Coni. i. Confirmatur primo. Nam illud est objectum primarium virtutis, penes cujus attingendam differt ipsa virtus a reliquis virtutibus : sed ex dictis constat penes hoc distingui Pœnitentiam a cæteris aliis : ergo hoc est ejus objectum primarium.

Confirmatur secundo. Quoniam jus di- Conf. 2. vinum læsum ut resarciendum est objectum de se satis laudabile, consonum rectæ rationi, summe difficile in osse attingibile, subindeque potens specificare aliquam virtutem, seu, quod in idem recidit, primario terminare : non terminat autem aliam, quam Pœnitentiam, ut per omnes discurrenti erit obvium : ergo Pœnitentia virtus est, quæ per se prirno respicit divinam offensam expiandam, et satisfaciendam.

Confirmatur tertio ratione jam diu insi- Conf. 3. nuata in arbore Virtutum super allegata : quia de ratione justitiæ est reddere unicuique jus suum, illudque illæsum servare : quocirca ex justitia tenemur alteri satisfacere pro injuria, vel offensa, ut inæqualitas inducta per offensam reparetur, etadæquetur per satisfactionem : sed Pœnitentia est justitia hominis ad Deum, ut constat ex D. Thoma art. 3 hujus quæstionis, licet D.Tbonu deficiens, et imperfecta, ut infra videbimus .* ergo Pœnitentia est per se primo tendere in expiationem divinæ offensæ, vi cujus Deus ex justitia extorquet a nobis compensationem, et reddimur illius creditores, non titulo gratitudinis, sed rigorosæ justitiæ. Quod enim nostra justitia sit deficiens, sicut non minuit jus, quin gravat offensam ; ita non tollit, quominus ex intentione primaria, ea qualicumque justitia, intendatur satisfactio injuriæ, ut constat a simili in virtute religionis, qua non redditur, nec exhiberi potest totus cultus Deo debitus in gratiarum actionem ; quin illud obici sit, ut religio non tendat primario in illum cultum, licet deficientem, Deo exhibendum.

40. Sed contra hanc confirmationem Objectio objicies ex doctrina Eminentissimi Lugo ubi supra sect. 2, ex illa sequi posse Poe- Lugo. nitenliam habere aliquem actum circa suum objectum, prius quam actu committeretur peccatum, quod tamen est falsum : ergo falsum est Pœnitentiam habere pro objecto jus divinum ut reparandum. Sequelam probat idem Lugo : nam ad eandem justitiæ virtutem, ad quam pertinet repararo jus læsum, ct exhibere satisfactionem pro illo iterum sarciendo, et instaurando, pertinet etiam velle illudmet jus illæsum conservare, æqualitatem indiscissam servando, nimirum (inquit) quia motivum formale est æqualilas, et de ratione justitiæ est

impedire injuriam, ne solvatur æqualitas : sed Pœnitentia est justitia hominis ad Deum : ergo de ejus ratione erit ne dum instaurare aequalitatem amissam, sed etiam impedire faciendam : atque ideo ante peccatum commissum, et præstitam pro illo satisfactionem poterit elicere actum, quo velit conservaro aequalitatem debitam inter Deum, et creaturam, seu impedire injuriam ipsi Deo faciendam.

Ex quo rursus fiet objectum Pœnitentiæ non tam esse jus divinum resarcire læsum, quam ipsum illaesum conservare absque praecedenti ulla offensa.

Unde ulterius fiet Pœnitentiam non esse virtutem propriam peccatoris; sed æquo bene posse etiam esse Christi Domini, B. Virginis, et aliorum, si qui fuerunt, innocentium.

Respon-sio. Respondetur ad objectionem negando sequelam. Cujus probatio in aliquo tenet, sed deficit in eo, ad quod adducitur. Tenet quidem in eo, quod sicut in humanis ad eandem virtutem justitiae attinet, et jus alterius illaesum servare, et semel læsum resarcire, et instaurare : ita coram Deo Pœnitentiæ est jus divinum læsum reparare, et ne iterum violetur impedire, ut Magister constat ex ejus definitione tradita a Magistro, et commumter recepta : *Protenta mala plangere, et plangenda iterum non committere,* quod quidem ipsi non competeret, si ita mederetur vulneribus præteritis, quod non etiam præservaret a futuris. Falsum tamen est aliud, quod intenditur, et suppositum, cui innititur : nam juri illi, quod Deo est, ne a creatura lædatur, non respondet ex parte nostra aliqua specialis justitia ; sed sufficit ipsa Charitas, qua obstringimur ad ipsum super omnia diligendum, et consequenter quamlibet juris i.lius læsionem cohibendam, et penitus eliminandam. Alia vero jura, in ipso splendentia, vel quia primum principium, vel quia supremus Dominus, vel quia insignis, ac magnificus benefactor, postulant quidem in nobis Religionem, Pietatem, Humilitatem, Gratiam, vel humillimam gratitudinem, et alias virtutes ad ea munera obeunda, et explenda; non vero justitiam perfectam, utpote impossibilem, de quo late egimus in arbore Virtutum sæpe memorata. Quia vero ex peccato gravi novum jus satisfactionis consurgit in Deo ex læsione gravi proprii violati juris, ad eam utcumque exhibendam, jusque illud redintegrandum requiritur specialis virtus, cujus proinde actus necessario supponit læsionem prædicti juris, ut a simili constat in restitutione, quæ locum habere nequit in ipsa justitia, quin supponat essentialiter rem ablatam. Quomodo enim obnoxium restitutioni do· clarabimus, quem nihil alienum usurpasse constiterit? Nullatenus ergo satisfactionis vinculo obstringetur, qui juris alieni violator non fuerit. Cum ergo Pœnitentia ex se tendat in satisfactionem ex læsiono juris divini ; hoc illœso semper existent^, non remanet ipsi locus, ut actum prædictum eliciat. Quocirca supra statuimus, quod licet hæc virlus, quoad habitum, et infusionem solum supponat peccatum ut possibile; secus vero quoad actum; hoc enim pacto ipsum commissum, et praeteritum supponit. Id quod manifestius adhuc suadetur ex ipsomet Lugone num. 19 immediate sequenti exemplo Gratitudinis, cujus actus non habet locum auto accepta reipsa beneficia; nec sufficit ea esse possibilia ut actus eliciatur, licet ut habitus ipse infundatur, sufficiens sit beneficiorum possibilitas.

Quo etiam retunditur, et falsitatis convincitur illa ejusdem propositio, in qua nervus impugnationis collocatur, nimirum, *quod molinum formale esi zqualitas :* quia non est æqualitas utcumque, sed aequalitas, ut resarcienda, et denuo instauranda, quippe quæ sola est objectum satisfactionis; non vero æqualitas absoluta, seu præscindens a violatione juris, quippe quæ non est objectum alicujus virtutis specialis, nisi ad summum Gharitatis, adjunctis aliis virtutibus ipsam comitantibus, et peccatum non supponentibus. Sub qua distinctione explicato syllogismo objectionis, nulla est Consequentia primo illata, et aliæ illi innixte evanescunt diruto fundamento.

Reler-iselsr com arp®· 113.

41. Ex alio capito objicit, et urget ipse Lugo sect. 3 per totam, bonum compensationis esse quidem objectum alicujus virtutis, quam non nominat; neutiquam vero virtutis Pœnitentiæ, idque vel ex eo probat, quia in offenso est duplex jus, alterum ne offendatur, alterum et novum postquam est offensus, vi cujus urgentiori titulo sibi fieri postulat satisfactionem. Ex quibus secundus titulus est proprius Pœnitentiæ; sed quia necessario involvit peccatum, pro quo iit compensatio, necessarium etiam est eam compensationem intrinsece coalescere, ex honestate sibi intrinseca. Afa

intrinseca, et ox peccato præterito, atque ideo et Deum exigentem illam compensationem, et hominem eam exhibentem complacere in ipso peccato, ut est pars intrinseca compensationis. Itaque Deus vult efficaciter compensationem sibi factam et complacet in peccato, cujus titulo exhibetur : et a fortiori id etiam do pœnitente affirmari debet. In quo totam illam sectionem insumit, urgendo, replicando, et variis exemplis hinc et inde expendendo, eo solo fine, ut consecutionem necessariam ostendat inter velle compensationem pro peccato, et complacere in ipso peccato, nec unum sine alio reperiri posse.

Eipunitur *n* illi iests-Ikis Asttonbis. DifJslillo. ta,

In hac tamen expugnanda, et expungenda doctrina consultius habuimus moras non trahere, suppositis iis, quæ illi opposuimus dub. 1 hujus disp. § 2. Videatur Dicastillo de Pœnit. disp. 1, dub. 2, n. 55, ubi nervose eam refellit, sed non praetereundus est Aversa in præsenti q. 2, sect. 6, ubi quod attinet ad Pœnitentiam, ita inquit : Perum *per se absurdum apparet dicere in mente pœnitentis esse, et debere esse affectum erga peccatum praeteritum, per modum scilicet prosecutionis et amoris, et talem affectum includi in eo ipso actu, quo panitens recedit, ac recedere, el averti debet ab ipso peccato.* Et merito quidem, nam quid magis absurdum, imo et implicatorium, in eodemmet actu, et respectu ejusdemmet omnino objecti simul inveniri detestationem efficacem, et complacentiam ejusdem? qua enim parte importatur odium efficax, appetitur non esse peccati; quia vero explicat complacentiam, appetitur esse : sed eodemmet indivisibili actu nequit simul attingi esse, et non esse : ergo implicatorium est in eodemmet actu includi complacentiam, et displicentiam peccati. Constat autem per actum Pœnitentiæ importari displicentiam efficacem peccati : ergo implicatorium est simul includi in Ipso actu ejusdem complacentiam.

Ensio bi?is àrcitnt Lwce.

Si forte ad hoc vitandum duplex asseratur actus realiter diversus; adhuc non vitatur absurditas, ‘nec eliditur contradictio · habent enim se complacentia, et displicentia respectu voluntatis, sicut assensus, et dissensus respectu intellectus, ut constat ex ipsomet Lugo, disp. 1, sect. 2 hujus materiæ ; sed implicat contradictionem simul inveniri in eodem intellectu assensum et dissensum ejusdem conclusionis ; alioqui enim simul affirmaret objectum esse : ergo etiam implicabit in eadem voluntate displicentiam peccati, et, ejusdemmet complacentiam, quantumvis ponatur esse actus realiter distinctos.

Void de compMeentia? Logo cam affirmat. Aversa cata abhorret.

42. Quoad complacentiam vero in peccato ut parte intrinseca compensationis, quam in Deo recognoscit, et affirmat Lugo n. 36, illius pectionis, sensit etiam Aversa, *quod tolerari non potest,* et bene. Non enim tolerabile est affingere Deo affectum complacentiæ in eo, quod ab ipso non est ut a primo efficiente, nec ad ipsum ordinatur tamquam ad ultimum finem : sed peccatum formaliter non est a Deo, ut a primo efficiente, nec in ipsum tendit tanquam in ultimum finem ; quin aufert a Deo ipsam rationem ultimi finis : non ergo est Dei complacentia in peccato.

Confirm,

Ad hæc : affectus complacentiæ non est, nisi circa bonum, sicut fuga non est nisi mali : sed peccatum formaliter est malum, utpote offendens Deiim, cui irrogat injuriam : non ergo Deus in ipso complacere potest. Et sane difficile capitur Deum ex una parte peccatis offendi, ut passim clamant Scriptura, et Patres, et simul ipsi in peccatis ipsis complacere.

Praeludit evasio.

Nec vitatur horror hujus complacentiæ, per hoc quod dicamus, Deum non complacere in peccato absolute, quo pacto malum est Dei, et hominis, et odio habetur; sed in eodem ut materia compensationis, vel (ut terminis illius utamur) ut est pars intrinseca compensationis. Nam contra est : quia per hoc quod pecatum ita sit pars compensationis, vel deponit esse malum, et injuriam Dei, et superinduit rationem boni mo ralis, vel non ? Si hoc secundum teneatur, remanet inconveniens illatum, quod Deus complaceat in propria injuria, et in eo, quod sibi in allectu ratio ultimi finis auferatur ; et consequenter, quod peccatum sit, et non sit contra Deum ; qua enim placet, nequit esse malum, et contra Deum; nisi qua displicet offendens Deum. Si vero affirmetur primum : ergo Deus jam non tam complacet in ipso peccato, quam in ipsa ratione partis formaliter sumpta, sub qua ratione, et non sub ratione peccati terminat complacentiam divinam; quam quidem non terminat ratione substracti, quod est peccatum ; sed ratione ejus quo superinduitur, nempe sub ratione partis formaliter acceptæ. Sed tunc reddit invietum argumentum contra ipsum. Quoniam in peccato ut compensabili per satisfactionem tam connexæ sunt ratio partis, et ratio

Urgçiur

peccati, quam sit connexa utraque ratio respectu pœnitentiæ : sed complacet Deus in peccato sub ratione partis compensationis formaliter, quin complaceat in peccato, ut est substractum illius : ergo poterit similiter complacere in compensatione, quin ulla adsit complacentia in peccato, quod est materia destruenda per compensationem.

Assertio terth·

43. Dicendum est tertio. Proprius et principalis actus Pœnitentiæ est detestatio peccati, prout est offensa Dei expiabilis, seu emendabilis per ipsum. Hæc conclusio prout jacet est expressa D. Thomæ, quem sequuntur uniformiter discipuli, et alii plures conclusione præcedenti relati, et qui possent referri. Eam docuit Magister in 4, dist. 14, dicens : *Panilentia est virtus, qua mala commissa cum emendationis proposito plangimus, el odimus,* et tenuere SS. PP. Ambrosius serm. i Quadragesimæ relatus in cap. 39, de Pœnit. dist. 1 : *Panilentia vera est dolor cordis, et amaritudines anima pro malis, quæ quisque commisit.* Gregorius .Magnus hom. 34, in Evangelia, et lib. 9, registri, cap. 39, ubi inquit : *Pœnitentia est prxtcrita mala plangere, el plangenda iterum non committere.* D. Augustinus lib. 2, quæst. ad Simplician. quæst. 2, inquiens : *Opus panitendi est cum reperitur voluntas mutandi cum animi dolore.* Hieronvmus Psalm. 118 dum ait : *Vera est panilentia jugiter fletibus commissa diluere, et abluta non iterare* ad illa illius psalmi verba : *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.* Quod iterum clarius exPresslt Augustinus relatus in cap. Aon *sufficit* de Pœnit. dist. 1, docens *: salisfaciendum esse Deo per Pœnilentix dolorem,* quem secutus fidelissimus discipulus D. Thomas in præsenti art. 1 hujus quæstionis, inquit: *Pœnilere est de aliquo prius a se fado dolerc.*

D.Thom. Maris t. Ambrol relatus de Pœnit. cap. 30 dist. 1. Gregor. D. Ao Hiero· nym. "relatus incap' non sufficit de Pœnil. D.Thom.

ConciL Trident.

Quam SS. PP. communem sententiam alte callentes Patres Concilii Tridentini sess. 14, cap. 4, inconcusse affirmarunt, quod *contritio, quæ primum locum tenet inter dictos panitentix actus habet, animi dolor, et detestatio est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero :* et post pauca declarat ipsamet Synodus *hanc contritionem non solum cessationem a peccato, et vilx novx propositum, el inchoationem, sed veteris etiam odium continere.* Idque pergit probare ex pluribus sacræ Scripturæ testimoniis, quibus memoratis concludit : Et *certe qui illos Sanctorum cla-*

mores consideraverit (et refert aliquos) *facile inlelligcl eos ex vehementi quodam anteaclx vitæ odio, el ingenti peccatorum detestatione manasse.* Undo praedictam sententiam amplectuntur Theologi supra relati, et communiter alii, licet in modo explicandi actum Pœnitentiæ primarium non convenire videantur. Non paucos recenset Vasquez in præsenti dub. unico ad art. 2 ubi videri possunt.

44. Assertionis fundamentum desumi- nuit tur ex prædictis testimoniis sub sequenti forma : nam ille est, et debet esse actus primarius cujuslibet virtutis, per ordinem ad quem virtus ipsa definitur, et explicatur : sed virtus Pœnitentiæ definitur et explicatur per ordinem ad contritionem, seu quod idem est, detestationem peccati sub ratione offensæ expiabilis, medio prædicto actu : ergo prædicta detestatio est actus potissimus, et primarius virtutis Pœnitentiæ. Consequentia est legitima. Minor constat ex testimoniis immediate allegatis, quæ clarissime rem demonstrant, quin aliqua momenti tergiversatione possint elidi. Major autem videtur perspicua : quia sicut virtus, et pœnitentia non sunt nisi propter operationem, quæ est illarum finis, ita non recte explicantur, aut manifestantur, nisi per ordinem ad propriorem, et potiorem operationem. Non est autem credibile vel Patres, vel Concilium veram nobis Pœnitentiæ notionem occuluisse; quia imo asserendum est veram ejus essentiam declarasse : ergo cum constantes fuerint in adseribendo Pœnitentiæ prædictam detestationem, ut constat ex illorum verbis ; manifestum est actum primarium virtutis Pœnitentiæ non esse alium, quam detestationem assignatam. Quocirca Catecbismus Romanus ingentis authoritatis in Ecclesia ita explicat, et expendit proprium Pœnitentiæ actum part. 2 de Sacram. Poenitent. cap. 5 : *Intima autem Pœnitentia est illa, cum ad Deum nos ex animo convertimus, el commissa a nobis scelera detestamur, et odio habemus, simulque illud- nobis certum, et deliberatum est malam vitæ consuetudinem, corruptosque mores emendare, non sine spe veniae a Dei misericordia consequendx.* Ubi pro radice veræ pœnitentiæ assignat conversionem ad Deum, quæ est propria Charitatis, et ut actum proprium, et immediatum illius odium, et detestationem, retroactæ vitæ ad quod sequatur propositum emendationis in futurum cum spe veniæ. Quo clarissime comprobatur veritas

Calhe· this. Roa.

tas assertionis. Fundamentum hujus die-
D.Tbûm. CUrsus nos docuit D. Thomas 22, quæst. 28, art. 4, per hæc verba : *Est autem contingens ex uno habitu plures actus ejusdem rationis ordinatos provenire, quorum tinus sequatur ex attero. El quia posteriores actus non procedunt ab habitu virtutis, nisi per actum priorem, inde est, quod virtus non definitur, nec denominatur, nisi ab actu priori quamvis etiam alii actus ab ea consequantur.*

Confirm. Confirmatur, et explicatur rursus expendendo ultima verba Concilii. Nam ille est actus primarius alicujus virtutis, vel habitus, qui se habet veluti radix omnium aliorum ab illa prodeuntium, ut videtur perspicuum, et inductione satis manifestum : sed detestatio et odium peccati sub prædicta ratione se habet in Pœnitentia veluti radix, et origo omnium aliorum ex illa prodeuntium : ergo detestatio, et odium peccati sub prædicta ratione est actus primarius virtutis Pœnitentiæ. Major et Consequentia non indigent probatione; ostenditur Minor ex concilio asserente clamores , lacrymas, et alias actiones Sanctorum Patrum ex ingenti anteactæ odio, et peccatorum detestatione emanasse; quod autem est principium emanationis est veluti radix, et origo ejus, quod dimanare dicitur : ergo odium, et detestatio peccati in Pœnitentia est radix, et origo aliorum actuum ab illa prodeuntium.

p Vaz* inso^it cenira Ttomis- nem. h suam tam* Total D.Thom.

45. Hanc æque solidam, ac perspicuam 'veritatem obscurare, et infringere conatur Vasquez ad hunc articulum dub. unico, ubi a n. 17, nihil non molitur ad coramunem saltem Thomistarum obruendam sententiam. Unde n. 34, § *Ex dictis constat,* vix intelligi, aut explicari posse arbitratur, *quomodo hic actus odii peccatorum, ut sunt contra Deum, sit Pœnitentiæ, d possit imperari a Charilate : vix enim dici potest, quomodo connectai™? prior ille actus Charitalis, cum odio peccali, ut est Dei offensa; cum hoc ipsum odium essentialiter sit ipse jjei amor.* Et hanc forsan fuisse doctrinam D. Thomæ obtendit, quasi S. Doctor non dixerit odium peccati rationibus a Vasquio explicatis esse opus specialis virtutis Pœnitentiæ distinctæ a Charitate : sed forsan dixit voluntatem compensandi esse ipsum Pœnitentiæ actum proprium, conjunctum cum odio peccati, quod est Charitatis opus. Itaque totius impugnationis cardo devolvitur in hoc, quod odium peccati tam ut est Dei offensa, quam ut est expiahilis per satisfactionem, est actus Charitatis; ad Pœnitentiam vero solum pertinet voluntas compensandi offensam, quæ est actus realiter distinctus ab odio, nec invicem subordinantur, aut se habere possunt adinstar intentionis, et dilectionis. Unde quod simul inveniantur, non obest quominus pertineant ad diversas virtutes, nec etiam, quod eorum quilibet quod sibi proprium est ex objecto, retineat ; et ideo semper odium pertinebit ad Charitatem, bonum compensationis ad Pœnitentiam. Hæc in summa, quantum ex eodem Vasquez capere potuimus, est totius impugnationis molimen : quod ad amussim refert, et refellit Arauxo in præsenti dub. I, a num. 19 et deinceps. Arauxo.

Quid vazquii se^aen*

46. Verum enim vero prædicta doctrina adeo displicuit Cardinali de Lugo ubi supra num. 17, ut ea induci affirmaverit, virtutem Pœnitentiæ, quæ numquam pœniteat, et doleat de peccatis : q.uod sane videtur contra communem omnium mentem, qui præcipuum Pœnitentiæ actum cogitant esse pœnitere, et dolere. Atque ita esse manifeste convincitur ex testimoniis Patrum allegatis, et quod magis est ex doctrina Concilii Tridentini, quæ licet non habeatur in regulis fidei expressa, est tamen ingentis ponderis ad ejus veritatem stabiliendam, ac firmandam, subindeque ad oppositam prosternendam. Quocirca omissis aliis, quæ ex professo refutare nimis foret prolixum, solum capita impugnationis, quæ appinximus, attingemus, breviter elucidare conantes, quod visum fuit Vasquio inexplicabile, et inintelligibile. Trident,

Expu- senten- tia'

Ad hoc autem non alio indigemus, quam ipsa littera D. Thomæ art. 2 et 3 præsentis quæstionis, juxta quam Charitas, quia importat conversionem ad Deum tanquam ad ultimum finem, duplicem actum elicit, et dilectionis ipsius Dei super omnia, et abominationis, seu detestationis omnis peccati graviter ipsi Deo ut est in se oppositi : quia ut etiam fatetur ipse Vasquez ad eamdem virtutem, ad quam attinet prosequi aliquod bonum, pertinet etiam fugere, et detestari malum adversum. Et in hoc sensu dixit D. Thomas in hoc articulo tertio, *quod Pœnitentia non habet, quod sil virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato, ad hoc enim sufficeret Charilas.* Quia vero nulla virtus, aut potentia excedere potest limites sui objecti, ut supra dicebamus, quidquid D.Thom.

Charitas attingit, debet esse in ordine ad bonum Dei secundum se; utpote eujus ratio sub qua est divina bonitas, et consequenter non attingit, aut attingere valet motiva inferiorum virtutum; ita ut ratio sub qua justitiæ v. g. pertineat ad Charitatem; alioqui enim unica sufficeret Charitas, et cæteræ aliæ superfluerent, ut est perspicuum.

Proie- Cum autem quolibet peccato lethali. expaX- quodeumque illud fuerit, irrogetur injuria uouis. ipsi Deo, et committatur proprie injustitia, ut supra dicebamus, et injustitia non expietur præcise per Gharitatem, ut etiam in humanis constat, sed per restitutionem, satisfactionem, aut compensationem, in quo stat propriæ justitiæ ratio : consequens est hoc non posse immediate attribui Charitati, sed alteri virtuti inferiori, cujus sit jus læsum reparare, et æqualitatem resarcire. Ad quod quidem Charitas indiget justitia, ut referat Deo debitum contractum ex injustitia, atque i-ieo imperat justitiam, eamque movet, et applicat ai elicientium proprii actus, quin actus justitiæ transeat in actum Charitatis, aut e converso. Et quia objectum Charitatis. est absolutius, et universalius, quam objectum justitiæ (habent enim se sicut bonum commune, et bonum particulare;, ideo proprium est Charitatis movere alias vires inferiores, et in proprium finem ex directione rationis ordinare. Ex qua ordinatione actus imperatus habet ultra proprii objecti attingendam, quæ est ipsi inseparabilis, attingere etiam aliquo modo objectum Charitatis. D.Thom. In quo sensu docuit D. Thomas in 4, sententiarum dist. 14, quæst. 1, art. 1, quæstiuûc. 3, *quod nulla virtus respicit speciem ex hoc quod imperatur ab alia virtute,* et in hoc articulo 2 asseruit : *quod alio modo aliquis aclus a Charitate procedit quasi a Charitale imperatus : et sic quia ipsa imperat omnibus virtutibus (utpote ordinans cas ad finem suum) aclus a Charitale procedens, potest etiam ad aliam virtutem specialem perlinere.*

Quia tamen satisfactio propria justitiæ commensuratnr cum persona satisfaciente, eamque excedere non valet, et hæc est inferior, ac infinite distans a persona oflensa ; idcirco satisfactio puræ creaturæ est imperfecta, et deficiens respectu injuriæ, quam passa est persona divina, ut late explicuimus trac, de Incarn. ideo exhibenda est per humiliationem, et dolorem Psal. 50 cordis juxta illud Psalm. 50 : *Cor contritum el humiliatum Deus non despicies.* Et quia offensa fuit voluntarie illata, voluntaria etiam debet esse cordis confractio, et offensæ destructio cum emendationis proposite. *quia emendatio offensa:* (inquit D. Tho-DTt-. mas art. 3) *contra aliquem commissa: non fit per solam cessationem offensas, sed exigitur ulterius quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis.*

47. Hinc ut vides satis perspicuum Qjfc- redditur, quod Vasquîo videbatur inintel- ligibile, et inexplicabile, nec in eo aliquid *itttit-* offendimus, aut obscurius, aut difficilius, 5^5 quod non sit in aliis virtutibus satis per- dirjUf. vium, et planum : quia cum detestatio do- dâdrâi lorosa, seu cordis contritio, quæ idem est, at. sit actus proprius satisfactionis ex justitia, et a justitia proveniens; imperatur quidem a Charitale, ex proprio Charitatis motivo, sicut etiam actus eleemosynæ, aut alterius virtutis ; sed elicitur a Pœnitentia immediate. Et licet supponatur odium illius peccati ut oppositi bono divino, quod est proprium Charitatis ; quia tamen prædio tum odium non fit ex motivo satisfaciendi, remanet locus, ut superveniat alterum odium compensativum, et detestativum peccati alterius rationis a primo. Quid difficultatis, aut obscuritatis in hoc? Latet profecto. Nam ut profunde, et eleganter docuit Cano relect. de Pœnit. part. 2, Cao. conclus, *diversa motiva formalia voluntatis divers* sunt formales rationes objecti; atque consequenter diversos habitus, et virtutes efficiunt.* Et ideo dare Petro pecunias, si in se quidem absolute consideretur, nullam babet laudem ; sed si des, ut releves miseriam ejus, est actus misericordiæ ; si ut bene illi facias, ad benevolentiam, et amicitiam; si autem ut donum gratuitum, ad liberalitatem; sin vero ut debitum ex contractu solvas, ad justitiam spectat. Consimiliter tristitiam assumere de peccato, quia absolute Dei malum est, convenit Charitati ; sed quod quis tristetur, et doleat de eodem peccato ut injuria, et offensa Dei animo ipsum placandi, et quoad fieri possit, ipsi satisfaciendi, alterius est virtutis, Charitate inferioris. Quare odium peccati ut est offensa Dei est quidem actus Charitatis, et Pœnitentiæ : hujus ut principii proxime elicientis, sed illius ut principii imperantis, 'et applicantis, quo pacto se habet agens superius ad inferius. Unde falsa est illa ultima prædicti Authoris propositio, *quod odium peccati ut est offensa Dei sit essentialiter amor Dei,* non minus,

« ŒU3in

quam ista : *actus eleemosyna) est essentialiter actus Charitatis,* quia a Charitate imperetur; et si quem verum admittit sensum, Solus est, quod sit amor Dei radicaliter, et imperative, non vero formaliter; quia nimirum vera contritio, et detestatio peccati fundatur in amore Dei, et ab eo imperatur, ut sit propter ipsum Deum, ut summe bonum in se.

Mi 'u^0' Ilotis waest rtjs Ptfei-leiîiæ. Ncc verius est solam voluntatem compensandi esse actum Pœnitentiæ, exclusis dolore, et detestatione ; hoc enim ut bene prævidit Lugo, est inducere novam Pœnitentiam, eamque oppositam Pœnitentiæ illi, quam nos docent Sacra Scriptura, Patres, et alii Theologi : siquidem velle compensare non importat tristitiam, mcerorem, aut ullum odium, et facilius adscriberetur Charitati ipsi, quam Pœnitentiæ. Et ij-utsr Ufaf ut expellatur æquivocalio, et singula singulis deferamus, observare oportet, quod sicut longe aliud est *velle gratis conferre gloriam ex meritis,* vel *velle ex meritis dare gloriam :* nam in prima propositione significatur primam Dei voluntatem gratiosam omnino fuisse ante omnia merita; licet gloria non nisi ob merita conferatur, et ita accidit in praedestinatione, ut docent communiter Theologi, et statuimus ibi disp. 9, dub. 1 et 2. Secunda vero denotat merita præcedere non tantum gloriam, sed etiam voluntatem primam glowam conferendi ; quod est falsum, et contra Sacram Scripturam juxta illud Apostoli ad Rom. 9, antequam *aliquid boni egissent, aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia major serviet minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Ad ÏΛ>. 9, Haud dissimiliter ex Charitate potest homo velle compensare, in quo casu motivum voluntatis illius est motivum charitatis, et universalius ; licet satisfactio ipsa exercite eliciatur a Pœnitentia, seu justitia, et interveniunt duo prædicti actus, imperatus, et elicitus. Ultra quam voluntatem universalem propriam Charitatis, datur alia particularior Pœnitentiæ, qua ex justitia vult homo satisfacere, cujus proinde proprium, et speciale motivum non est motivum Charitatis, sed ipsius Pceniten-tiœ, et justitiæ imperfect®. Quapropter hæc propositio in sensu formali est falsa, *ex charitate satisfacit homo :* quia charitati non competit operari ex justitia proxime, et immediate, sed solum quatenus actus Charitatis imperatur et assumitur a Pœnitentia ut materia compensationis, ob mutuam subordinationem virtutum ad invicem. Atque ideo non ex Charitate immediate detestatur peccatum ut est materia contritionis, sed ex Pœnitentia, supposita tamen Charitate ut radice superiori. Quem sensum tenuit D. Thom. loco supra cit. D.Thom. ex 4, sent. sol. ad 3, cum dixit : *Quod quamvis detestari absolute mala peracta, consequatur omnem virtutem secundum, quod habet electionem rectam ; tamen ad expiationem detestari est proprium specialis virtutis;* cui deserviunt aliæ virtutes, et propriis actibus materiam satisfaciendi præstant, ut imperatæ tamen.

48. Sed hoc est, quo pressum est Vasquez ingenium, et aliorum promenda existimavit. Nam in hac doctrina necessariam videtur adstruere duplicem actum, et quo velit homo satisfacere, et quo reipsa satisfaciat detestando, et odio peccatum habendo. Et tunc alter eorum erit directus, alter reflexus; si enim (inquit) quis vellet delectari in aliquo bono, aut tristari de aliquo malo, alius esset actus, quo vult habere tristitiam, aut delectari, et alius quo tristaretur, aut delectaretur, et hic actus esset objectum prioris. Quocirca una voluntas erit directa, et altera reflexa, utpote habens pro objecto alterum posteriorem actum. Rursus, prior esset, et se haberet per modum intentionis, alter vero adinstar electionis; intentio autem, et electio realiter distinguuntur : ergo idem quod prius. Tn qno haeserit

Hoc tamen tantum abest, ut premat, quod nec leviter pungit : nam ut docet D. Thomas in i, dist. 17, quæst. 1, art. 5 ad 3, potentiæ immateriales, quia immateriales sunt, eodemmet actu attingunt objecta, et ipsummet actum, quo objectum percipiunt : et hoc modo intellectus intelligendo rem, simul intelligit se illam rem intelligere, et voluntas diligendo bonum virtutis diligit se diligere; quin opus sit actus multiplicare; quia cum actus sit potentiæ ratio attingendi objectum, etiam est ipsi attingentia suimet, utpote contenti sub eadem ratione, vel boni, vel veri splendentis in objecto. Cum ergo voluntas eligendo medium, eligat se eligere, satisfaciendo vult etiam satisfacere eodem indivisibili actu; atque adeo dum conteritur, et detestatur peccatum, ipsamet contritio, et detestatip est volitio exercita compensandi. Nec hæc est propria reflexio, sed quædam elevatio in modo operandi, quæ est virtualis reflexio. Reflexio enim pro- Dcicgitur radix æquivocationis ox D. Thom.

prie talis postulat actuum distinctionem non utcumque, sed ita ut actus posterior, qui dicitur reflexus, habet pro objecto actum priorem, et antecedentem, ut constat ex fusius dictis tract, de Prædest. disp. 2, dub. 2, ubi data opera expendimus ordinem directum, et reflexum intellectus, et voluntatis.

Capot défi* ciendi.

Ex quo capite etiam deficit ille discursus : nam esto prior esset voluntas compensandi, et ad hanc sequeretur detestatio, minime inferretur unum horum actuum esse reflexum proprie, ut constat in assensu praemissarum, ad quem sequitur assensus conclusionis, quin aliquis eorum sit proprie reflexus, et ad intentionem efficacem finis consequitur consensus, et electio mediorum ; absque eo, quod ulla propria inter ipsos reflexio interveniat. Sed solum infertur unam, et eamdem virtutem ordine quodam elicere plures actus circa idem objectum subordinates ; quod inconveniens non est, sed plana veritas tradita a D. Thoma, ut constat ex supradictis.

Aüa propositio falsa.

Falsum etiam est, quod tandem opponitur de intentione, et electione; nam ut diximus tract, de ultimo fine disp. 3, dub. 1,n. 19 et dub. 2. n. -10, non semper intentio, et electio realiter distinguuntur, et quod non semper illa versatur circa ultimum finem, nec semper hæc circa media sub ratione pure mediorum. Idque maxime contingit quando in objecto apparet honestas subordinate ad aliud : atque ideo ex hoc capite eadem voluntate intenderetur compensatio dolorosa, et sub ratione compensationis esset intentio, et ut dolorosa sortiretur munus electionis. Esto tamen, ita esset, quod realiter differrent, nihil inde consequeretur objiciens, quoniam intentio particularis, et electio medii itidem particularis circa illum finem non est contra rationem unius, et ejusdem virtutis; sicut nec habere plures actus subordinates, uti de facto reperiuntur in Pœnitentia; nam ultra praedictam detestationem elicit etiam propositum non peccandi in posterum, ul supra dixit D. Thomas.

Qaid sequeretur , adhuc illa doctrina posita?

Virtus, qualiter sit habitus electivus?

Nec refert, quod virtus sit essentialiter habitus electivus, electio autem supponat intentionem : quoniam illa definitio verificari debet respectu finis universalis voluntatis, in ordine ad quem, et ad ratificandam voluntatem circa illum, actus virtutis sunt medium. Cum quo tamen cohæret virtutes ipsas peculiares sibi fines vindicaro, et consequenter intentiones particulares in propria materia : quin adhuc sit opus ordine reflexo, in quo nullus est actus, qui non sit intentio, consensus, electio, et usus sui ipsius, ut loco citato de Praedestinat, vidimus ex D. Thoma, tradit S. Doctor 1, 2, quæst. 16, art. 4, dicens : *Quia actus voluntatis re/leclunlur supra sc ipsos, in quolibet actu voluntatis potest accipi consensus, et electio, et usus, ut si dicatur, quod voluntas consentit se eligere, el consentit se consentire, et utitur se ad consentiendum, el eligendum.* Quibus verbis superius dicta explicantur, et roborantur. Quare immerito repulit P. Vasquez illius doctrinam ut inintelligibilem, et inexplicabilem, cum clarissima sit; et nullo ex capitibus ab ipso ponderatis impetatur.

Ex his tandem jam sua sponte fluit decisio ultima dubii, et manet elucidata ratio hujus secundi articuli, qua D. Angelicus catholicam veritatem stabilivit, quin diutius in ea expendenda morari indigeamus. Unde

Ultiai

49. Dicendum est tertio Pœnitentiam esse habitum specialem virtutis. Ita S. uar“. Doctor in præsenti, quem sequunturTheologi supra relati, et alii quamplures, quos prolixum, et inutile esset referre. Ratio illius est plane demonstrativa, suppositis principiis supra expensis. Nam species habituum, et virtutum distinguuntur, et multiplicantur penes distinctionem, et multiplicationem actuum, et objectorum, et ubicumque fuerit specialis actus circa speciale objectum, oportet esse specialem virtutem : sed in Pœnitentia invenitur specialis actus laudabilis circa speciale objectum : ergo Pœnitentia est specialis virtus. Consequentia constat, et utraque præmissa relinquitur probata in decursu hujus dubii.

Otee-

Est tamen animadvertendum, ita probasse D. Thomam specialitatem prædictæ virtutis, quod ex vi hujus tantum intenderit eam non esse virtutem generalem, nec coincidere cum Charitate, quidquid esset de aliis. Quod fiet perspicuum conferenti hunc secundum articulum cum tertio immediate sequenti. Nam in secundo solum contra se opponit tria argumenta, quorum primum eo tendit, ut Pœnitentiam a Charitate non distinguat, secundum vero, et tertium, ut illam virtutem generalem ostendant. In sequenti vero articulo progreditur S. Doctor ad Pœnitentiam a virtute justitiæ

D.Ttoe.

justitiæ secernendam, et inter illas constituendam differentiam. Quod signum est ex vi doctrinæ hujus secundi articuli adhuc non fuisse exhaustam totam difficultatem circa distinctionem hujus virtutis a reliquis omnibus. Quia tamen omne constitutivum est etiam distinctivum, semel statuto constitutivo Pœnitentiæ per ordinem ad specialem, ac proprium actum, et objectum; ex hocmet principio deducit in art. tertio illam esse speciem justitiæ, et simul distinguit a perfecta justitia, applicando doctrinam unius ad alterum persuadendum, ut constabit legenti, et meditanti.

Quod ideo adnotavimus, ut claritas, et distinctio S. Doctoris innotescant, et ne sub uno, et eodem titulo difficultates confundantur, ut apud aliquos offendimus, modo ab una in aliam virtutem, modo a pluribus ad unam, et e converso transilientes. Unde S. Doctori inhaerendo tantum ai ea dissolvenda, quæ contra veritatem ita constitutam videantur procedere vel ex parte Charitatis, vel ex parte conditionis generalis, nos accingemus ; quæ circa religionem, justitiam vel commutativam, vel vindicativam militare possint seorsim discussuri.

§ III.

Quæ obstant, ex adverso, proponuntur, et enodantur.

; 0?P- :ü'æ- &. n^·3· Itoi- te.

50. Pœnitentiam non esse specialem virtutem, sed conditionem generalem omnium, ad eum sane modum, quo justitia communiter dicta se habet ad omnes virtutes juxta illud Matth. 3 decet *nos impiere omnem justitiam :* olim tenuere Altisiodorensis lib. 4 Summae tract. 6, quæst. 3. Major in 4, dist. 14, quæst. 2, dub. 1, quibus suffragari videtur Alexander de Ales 4 p. q. 12, memb. 1, £2, quatenus asserit actui Pœnitentiæ esse annexos omnium virtutum actus. In quo primæ nostræ, et communi assertioni adversantur, et ex consequenti ultimae.

ta, Potissimum hujus sententiæ fundamentum desumitur ex illo principio apud omnes communi, quia ejusdem rationis est, atque adeo ad eandem virtutem pertinens, prosequi bonum, et fugere malum : sed prosequi bonum rationi consonum est proprium omnium virtutum : ergo et odisse malum, et consequenter non est aliqua specialis virtus, cui competat specialiter malum odisse.

Et confirmatur : quia Pœnitentia, quæ vere Pœnitentia sit, respicit omne peccatum : sed peccatum amplectitur materiam omnium virtutum : ergo et Pœnitentia; si quidem ejusdem virtutis est tristari de malo opposito, ac gaudere de bono. Confirm.

Nec refert si ex dictis respondeas, quod licet quælibet virtus gaudeat de bono, et tristetur de malo, ut ipsi contrario ; non tamen quatenus malum illud irrogat injuriam Deo, et violat jus divinum, quæ est specialis ratio in esse rei communis omni peccato ; in esse tamen objecti unica, et indivisibilis ; et hanc respiciens Pœnitentia evadit specialis virtus, ut docere videtur D. Thomas. Solalio.

Nam contra est : quia peccatum ut est offensa Dei, est malum contrarium bonitati divinæ : sed bonitas divina est objectum Charitatis : ergo Charitatis erit, non Pœnitentiæ detestari peccatum, ut est offensa Dei. Probatur Consequentia, quia ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono, et dolere de malo opposito illi bono. Refelli tur.

Respondetur ex dictis ad argumentum solutione interposita, quæ legitima est, et ad ejus impugnationem concessis præmissis, distinguendum est Consequens : *ut est offensa Dei absolute, et absque alio respectu,* conceditur ; hoc enim pacto coincidit cum malo Dei. *Ul est offensa Dei læsit el fundans ex justitia satisfactionem,* negatur Consequentia, ut hactenus dicta salis ostendunt, et insuper docet Augustinus lib. 50, homilia. hom. 50 inquiens : *Non sufficit mores in melius commutare, et a factis malis recedere, nisi etiam de iis, quæ facta sunt, satisfiat Deo per Pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitus, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis, elc.* Idque non semel inculcat S. Doctor pluribus in locis, præcipue vero epist. 50, ubi ait : *Nihil aliud agit, quem veraciter pani' let, nisi ul id, quod mali fecerit, impunitum esse non sinat : eo quippe modo sibi* non *parcenti ille parcit, cujus altum, juslumque judicium nullus contemplor evadit.* Ex quibus illustrantur superius discussa, et redditur manifestum Pœnitentiam primo tendere in satisfactionem, quæ reparet iæsionem juris divini; atque adeo non respicere offensam divinam absolute, sed ut resarciendam, et compensandam inedia contritione, quod non pertinet ad Charitatem, sed ad justitiam : quandoquidem satisfactio sub ratione satisfactionis non intendit nisi in jus alienum redintegran- Respoji- SIO. August. idem,

dum, et in pristinum statum reducendum; et licet fundetur in amicitia vel in eam collimel, non tamen formaliter est actus amicitia', sed proprias justitiæ. Quæ doctrina et solutio debet applicari aliis virtutibus a Charitate, m quibus idem potest formari argumentum quin oporteat in eo immorari.

Secandum tseatom.

51. Secundo arguitur. Quoniam Pœnitentia contrariatur omnibus peccatis, ad quorum destructionem efficaciter concurrit, ita ut incompossibilis sit cum aliquo : ergo cum unum uni contrarium sit, ut testatur Philosophus 1 de Cœlo cap. 4, nequit non Pœnitentia inter conditiones generales virtutum accenseri, vel ut minimum , ut generalis virtus reputari ; alioqui enim non posset generalem contrarietatem exercere, si per omnia virtutum spatia non diflueret.

Infirmalur.

Hoc argumentum nimis probat, ut constat in Charitate, quæ una cum sit, et specialisima virtus; nullius lethalis culpæ consortium admittit : quia quodlibet peccatum mortale opponitur graviter bonitati divinæ posthabitæ a creatura, et ex hoc capite lædit jus divinum, et fundat exigentiam satisfactionis. Ratione primi pertinet ad Charitatem, et ratione secundi ad Pœnitentiam. Unde licet contrarietur pluribus, non tamen ut pluribus; sed ut conveniunt sub una indivisibili ratione offensæ divinæ exigentis compensationem a peccatore faciendam.

Argument- Aleos.

52. Arguitur tertio in favorem Alensis. Nam licet Pœnitentia non sit generalis virtus, vel per prædicationem, et ut gradus superior; vel quia contineat cumulum omnium aliarum ; est tamen generalis per concomitantiam, quatenus ad ejus actum proprium conveniunt omnes, vel saltem plures virtutes : ergo nulla est ratio, quare Pœnitentia non absolute dicatur virtus generalis. Consequentia constat ex Antecedenti, quod sic probatur. Nam ad actum odii, contritionis, seu detestationis concurrunt omnes virtutes imperando prædictum actum; quandoquidem ex eo quod quaelibet virtus amet suum objectum, imperat Pœnitentiæ, ut detestatur malum illi oppositum; est ergo Pœnitentia veluti ancillans omnibus aliis virtutibus ad poenitendum, et consequenter omnes simul ipsam imperant ad proprium actum. Quem discursum approbasse videtur D. Thomas in art. 3 ai 4, docens in una Pœnitentia comprehendi quodammodo omnia, quæ sont propria cæterarum virtutum sivo Théologal min, eivo Moralium, utinojusannotationibus explicuimus. Eo vel maxime, quoniam in art. 5 numerat 8. Doctor quinque motus necessarios ad actum Pœnitentiio ; quare ergo non erit virtus generalis per concurrendam omnium virtutum ad ejus actum proprium ?

D.Thom.

Hoc tamen argumentum, si aliquid probat, solum evincit connexionem actuum, et virtutum inter se; non vero identitatem, aut indistinctionem eorum. Sed quidquid sit de hoc. Respondetur ad argumentum negando Antecedens, cujus nulla est probatio : nam aliud est odium proprium virtutis de eo, quod ipsi opponitur; aliud vero odium Pœnitentiæ, ut constat in odio proprio Charitatis, quod non est Pœnitentia, quin supponitur elicitum ab ipsamel Charitate; sed Pœnitentia odio habet peccata ex peculiari sibi motivo. Itaque nulla virtus ad odio habendum malum sibi oppositum indiget Pœnitentia, quippe quod cuilibet a natura insitum est ex ipsamet prosecutione proprii objecti. Unde nec Pœnitentia elicit odium proprium aliarum virtotum ; nec aliæ virtutes proxime concurrunt ad detestationem propriæ Pœnitentiæ ob commensurationem essentialem virtutum cum objectis, et adæquationem objectorum cum ipsis virtutibus. Quia ergo in quolibet peccato importatur, et oppositio ad tonum rationis, et simul injuria Dei; detestari, et fugere primam oppositionem pertinet ad virtutem ; at vero compensare injuriam est proprium Pœnitentiæ. Unde si aliquomodo inservit, et ancillatur virtutibus, non est ad odium utcumque ; sed ad odium injuriæ divinæ, quam media contritione, lacrymis, et humiliatione propria cupit reparare.

D.Tcu.

Ex quo non sequitur eam esse generalem virtutem, licet habeat materiam generalem circa materiam propriam omnium virtutum, ut inquiebat D. Thomas, de cujus mente ambigere in hac parte, est in plano offendere : quandoquidem sensus ejus est clarissimus, videlicet Pœnitentiam ex analogia ad alias virtutes, sibi quodammodo vindicare aliqui i earum, in modo agendi, ratione cujus fit aliquomodo similis, tum Theologicis, tum Moralibus virtutibus; quod toto cœlo distat ab eo, quod omnes virtutes concurrant ad actum Pœnitentiæ ; vel quod actus Pœnitentiæ immediate se ingerat in actibus aliarum virtutum, operando extra proprium objectum, ut intendere

doro cogitur argumento iLio utons. Præterquam quod aliud est plurium virtutum actus præcodero debere; aliud vero unum iu aliis, ct alios in uno transcendere. Primum concedimus, ot concedit I). Thomas, ut mox videbimus, secundum vero negat D. Thomas, et negamus.

Ad id, quod ultimo urgetur argumentum, concedimus pneiro omnes illos motus nostram justificationem; qua semel adepta, non sunt necessarii omnes illi actus ad contritionem perfectissimam, sed sufficit Gharitas ut imperans, et Pœnitentia ut eliciens, supposita alias fidei cognitione. Quia D. Thomas in eo articulo solum investigabat principium Pœnitentiæ, et ad eam primo habendam tertio loco annumerat timorem servilem, cui non est locus in eo, qui nactus est gratiam juxta illud : *Perfecta Charilas foras mittit timorem,* utique servilem. Ex eo vero quod prædicti actus, sive pauci, sive plures, præcedere ut inplurimum debeant; solum sequitur unius, vel plurium actuum subordinate, quæ etiam apparet inter actus voluntatis, et intellectus, imo et ejusdem potentiæ; non vero quod unus ab omnibus immediate dependeat, vel quod cuncti uni soli se ingerant, et immediate opitulentur. Et sane eodem argumento confici posset prædictos quinque actus, quos etiam memorat Concilium Tridentinum sess. 6, cap. 6, omnes ad eandem virtutem simul pertinere, quod est falsum, et hactenus a nullo intentum.

Illud tamen prætereundum non est, ex loco D, Thomæ, ubi post illos actus recensitos, inquit S. Doctor, Pœnitentiam a timore filiali ut ab immediato, et proximo principio originem sumere, quemdam S. Doctoris discipulum infra laudandum arripuisse occasionem affirmandi D. Thomam nonnihil a communi sententia deviasse; quasi docuisset in illis verbis habitum Pœnitentiæ a dono timoris non differre, quod infra examinabimus.

Ifca S-j, B

53. Ultimo arguitur ex Durando in 4, dist. 14, quæst. 2, num. 5, 6 et 7. Nam si Pœnitentia esset virtus specialis, sequeretur eum, qui pluries peccaret, et toties a peccato resurgeret, fieri magis virtuosum, subindequo melius illi esse multoties peccare, qnam semel, aut numquam. Consequens est falsum : ergo falsum est Pœnitentiam esse virtutem ab aliis diversam. Sequela videtur perspicua : quia quo magis quis peccat, et a peccato resurgit, eo magi«, ac magis pœnitet, et Pœnitentiam auget : ergo iit magis pœnitens, et consequenter virtuosior in ralione pœnitentis. Falsitas Consequentis ex se patet.

Aliquorum responsio.

Hoc tamen fundamentum spernunt Vasquez in præsenti dub. unico, et Lugo disp. 2, sect. 1, n. 4, ct merito; nam si esset efficax pariter probaret, justiorem esse, qui pluries violaret justitiam, eo qui vel numquam, vel semel, aut bis tantum contra justitiam fuisset operatus; et sic melius esset sæpe furari ad restituendum, quam numquam surripuisse ; quod est evidenter falsum. Id quod magis urget in sententia Durandi, qui non agnoscit Pœnitentiæ virtutem distinctam a justitia commutati va, vel vindicativa : ergo sicut in ejus sententia Pœnitentia augetur in ratione Pœnitentiæ, juxta peccati incrementum, pari ratione augebitur justitia ex iterata, et sæpius repetita injustitia.

Lugo.

Quid sentiat Lugo.

Respondet ergo Lugo concedendo sequelam de Pœnitentia acquisita, et negando de Pœnitentia infusa.

Improbator.

Sed hanc distinctionem probare non possumus, quia non datur vera virtus Pœnitentiæ, quæ sit acquisita; nec modo vacat examinare, an esto daretur, adhuc teneret illa disparitas. Unde illa prætermissa, neganda est illatio Majoris : quia cum virtus Pœnitentiæ sit virtus infusa, non augetur seorsim, sed simul cum gratia, et aliarum virtutum choro : ad quod quidem obici est (tantum abest, quod conducat) multoties peccare, et gratiam, ac cæteras virtutes peccando destruere, ut constat exemplo jusHtiæ nuper allato ; alioqui enim melius esset sæpe injustitias committere, et illas sæpe etiam compensare, ut vel sic augeretur justitia. Quod est falsum, imo et ridiculum.

Vera solutio.

54. Sed oppones, ubi est major dispositio ad formam, ibi necesse est invenire, et magis ipsius formæ, ut constat inductione omnium dispositionum, maxime si fuerint ne dum antecedentes, sed ipsam formam comitantes : sed virtutes morales infusæ esto non augeantur nostris actibus physice, et efficienter, augentur tamen dispositive, et meritorie, ut expresse docet D. Thomas quæst. de Virtutib. art. H ad 14. Ergo quo magis actus Pœnitentiæ replicentur, eo magis augebitur ipsa Pœnitentia dispositive, et meritorie ex parte pœnitentis, et effective âb ipso Deo; atque ideo quo magis aliquis peccaverit, et resipuerit, eo virluosior evadet.

Replica,

DTIioin.

Respondetur concessispræmissis negando

So'uiiy.

Consequentiam, vel illam claritatis gratia distinguendo, *eo magis augebitur ipsa Panitenlia seorsirn ab aliis,* negatur Consequentia, sitnnl cum gratia, et aliis virtutibus, conceditur. Et ratio est, quan\ tradidimus tract, de Virtutibus quæst. 6G in animadversionibus ad art. 2, quia cum virtutes infusæ non infundantur a Deo nisi simul cum gratia, sicut non habent fieri absque illa, ita nec etiam crescere, et augeri. Actus autem repetiü pœnitendi cum meritorii sint, utpote a gratia et Charitate procedentes, merentur augmentum gratiæ : et gratia vel physice, vel moraliter aucta, consequens est. ut ejus proprietates simili poliantur incremento, atque ideo non sola Pœnitentia crescit ad repetitionem propriorum actuum, sed etiam aliæ omnes virtutes simul cum ipsa gratia.

Defectos meaü* Præterqnam quod argumentum Durandi fallit ex alio capite magis radicali. Nam per peccatum mortale non tantum excluditur gratia, sed etiam aliæ virtutes, sive Theologicæ, sive morales destruuntur. Un'de quoties homo a peccatis resurgit, accipit novam gratiam, novasque virtutes, non utcumque sed proportionate ad dispositionem. in qua resurgit, ut constat ex dictis tract, de merito, de justificatione, et D.Tbom. de Charilate, et docet D. Thom. infra q. 89, art. 2, *quia secundum quod motus liberi arbitrii in Panilenlia est intensior, vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur majorem, vel minorem gratiam.* Porro quod homo frequentius labatur in culpas, non infert majorem dispositionem ad iterum pœnitendum, et majorem gratiam instaurandam ; quin potius clarius manifestat propriam defectibilitatem, et conducit quidem ad eum demonstrandum magis peccatorem, quam pœnitentem : nam esse magis pœnitentem non venari debet ex iteratione peccatorum,-sed ex detestatione ; et major 'est, sicut et melior illa detestatio, quæ post culpam, nullam aliam admittit, quam quæ cadendo, et resurgendo non ita hominem ab ea elongat. Sicut melius est post furtum commissum, non reincidere, quam post factam restitutionem, iterum restituenda surripere. Quare doctrina illa argumenti tenet quidem in homine, qui post lapsum ita pœnitet, ut gratiam non amittendo sæpius de eodem conteratur ; quo pacto ne dum non auget Pœnitentiam, sed etiam gratiam ipsam, et reliquas virtutes sibi annexas; neutiquam vero debet applicari, nec congruenter potest, homini, sæpius peccanti graviter, et sæpius resurgenti. In quo non est melius, sed nec ita securum, toties labi, et gratia ac virtutibus spoliari. Quocirca Soto in 4, dist. 14, ar. 10, ita mo- s-m. not : *Hoc autem in calce memoria commendandum est, quod cum hoc ingenlissimum beneficium bono nostro Deus contulerit, nos illo absurdissime abutimur : nam tam certa spes venix securiores nos reddit, ul* in *peccatorum volutabro diutius revolvamur. Sed caveant sero pernitentes in certum exitum, quo creberrime iratum Deum experiuntur.*

§ IV.

Qui, et quid sentiant contra alteram assertionem.

55. Contra secundam conclusionem non reperimus quem expresse referamus. Nam omissis pro nunc Durando, et Suatez, de w, quibus infra, ex pluribus dicendis modis, quos refert Lugo, nullus est qui ex dictis Life, non facile evaneat, quin illis singillatim referendis, el confutandis insistere opus sit. Quocirca ab iliis omnibus supersedendo, celebrior est sententia, quæ docet objectum Pœnitentiæ esse bonum compensationis; non utcumque sed ita ut excludatur dolor, aut retractatio, a ratione Pœnitentiæ , quippe quæ prædictum dqlorem non elicit, nec versatur immediate contra peccata præterita, ut de eorum mente testatur Lugo sect. 2, *peccata enim prxterite* ■inquit) *non opponuntur compensationi futur#, imo necessaria sunt, ul postea subsequatur aliqua compensatio. Quare si hxc virtus deberet de illis decernere-, potius debuisset velle quod fuissent, τιΐ fuisset occasio ponendi compensationem, quam solam hsc virtus formaliler vult.* Hæc abs dubio fait P. NTasquez in præsenti, ubi nullum ac- PV«- tum Pœnitentiæ adseribit, quam velle „K' compensare, et dolorem, aut detestationem peccati redigit in Charitatem. Sed judicium de illa jam audivimus a Lugo. Tandem ipsemet Lugo sect. 4, duo docet, et quod Pœnitentia sit specialis virtus, et quod i ejus objectum formale motivum sit bonitas pacis cum Deo. Quæ quidem sententia so- ; lum differt a præcedenti in eo, quod recognoscit actum proprium Pœnitentiæ esse dolorem, et detestationem peccati.

bed nostro judicio est inconsequentior » illa : nam si bonum compensationis est incapax terminandi dolorem, et detestatio- Ἰώ. nem,

nem, etiam bonitas pacis cum Deo est incapax terminandi dolorem, nemo enim dolet de eo quod appetit, aut tristatur de eo quod placet : ergo si bonitas pacis cum Deo est motivum Pœnilentiæ, aliquis actus primarius, qui non sit detestatio, debet assignari Pœnitentiæ. Et sic coincidit cum prima sententia ab ipso ut noviter introducta refutata.

exim. Confirmatur, et explicatur : quoniam actus doloris, et detestationis versatur directe, et immediate crca malum : sed bonitas pacis cum Deo est bonum, 'subindeque attrahit, et allicit voluntatem : ergo bonitas pacis cum Deo non est objectum Pœnitentiæ, cujus primarius actus est dolor. Probatur hæc Consequentia. Nam bonitas pacis cum Deo non est detestabilis, ut per se liquet : sed dolor, et detestatio versatur circa objectum detestabile, sicut visus circa visibile, et intellectio circa intelligibile : ergo dolor et detestatio non versantur immediate circa bonum pacis cum Deo. Alius ergo actus praeter dolere, et detestari assignari debet Pœnitentiæ. Cumque hoc sit contra Scripturam, et Patres, et insuper sit novam Pœnitentiam, et inauditam inducere ut constat ex ipso Lugone; palam infertur, vel assignandum esse aliud Pœnitentiæ objectum, vel male assignari ut ejus actum primarium dolorem, et detestationem. Atque ideo inconsequentius procedi in sententia ab ipso impugnata, quam in propria. Quocirca to-
P·v«- lus fuit P. Vasquez in adseribendo actum
^l' doloris Charitati, ut inde firmius evinceret !olum (bonum compensationis esse objectum Pœnitentiæ. Si ergo ex doctrina Patrum efficaciter colligitur actum primarium Pœnitentiæ esse dolorem et detestationem, ut fatetur prædictus Author ; non aliunde illam refellens sententiam; consequenter procedendo nequit non adstruere pro objecto primario Pœnitentiæ objectum detestabile, quod quidem non est bonitas pacis cum Deo, sed ipsa offensa Dei, ut perpetuo
SAss. docet D. Thomas locis supra allegatis, et insuper in eodem 4 sent. disc. 17, quæst. 2, art. 2, quæstiunc. 4, ubi de Pœnitentia loquens inquit : *Proprius aulem ocius ejus esi in objectum proprium, quod ul peccatum commissum. El ideo ejus actus principalis scilicet contritio, secundum suam speciem respuit lanium peccatum præterilum, sed ex consequenti respicit futurum.* Bonitas autem illa pacis, seu habere Deum sibi pacatum consequitur quidem ut finis ultimatum, seu offectos post exhibitam satisfactionem rnedia destructione peccati, per se primo, et immediate intenta. Et potius pertinet ad finem virtutis, qui non habet rationem objecti, quam ad objectum ipsum, ut clare constat ex D. Thoma in 4, n.Thom. dist. 14, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 4, ubi distinguens in virtutibus moralibus rationem finis a ratione objecti, et videns quod Pœnitentia intenditur reconciliatio cum Deo, atque ideo bonum reconciliationis, quod re ipsa coincidit cum bono pacis, inquit S. Doctor. *Dicendum, quod in hoc quod dicit, quod Pœnilentia reconciliat Deo, non tangitur relatio Pœnilentiæ ad objectum suum, sed magis ad finem. Sed ordo ejus ad objectum tangitur in hoc, quod dicitur, peccata commissa fiere.* Quibus verbis rem satis elucidat, et æquivocationem objectum cum fine virtutis confundentium^ dispellit. Quod etiam patet in Logica cujus finis est dirigere intellectum, ne erret in operationibus propriis; cum tamen objectum sit ens rationis et finis virtutum moralium est rectificare voluntatem, seu appetitum, licet illarum objecta sint satis diversa.

56. Porro utriusque sententiæ fundamenta convulsa manent ex dictis. Nam quod attinet ad Vasquez, dolorem prædictum sub omni ratione in Charitatem immediate refundentem, et bonum compensationis pro objecto Pœnitentiæ assignantem, in sensu ab illo intento minime sustineri debet, et merito displicuit non solum externis, sed etiam domesticis, teste eodem Lugo. Quod vero ad hunc pertinet, etiam liquet ejus inconsequentia : nam eo ipso quod actus primarius Pœnitentiæ sit dolor, et detestatio ; ejus primarium objectum debet esse detestabile, et odio dignum, quod non est aliud, quam offensa, ut emendabilis, et expiabilis, mediis prædicto dolore, et satisfactione, atque ideo quod proxime, et immediate attingitur, non est bonitas pacis cum Deo, seu habere Deum amicum, et pacatum ; sed expiatio ipsius ofiensæ media contritione, et abjectione propria.

Refeiii- Vazquez ex Lugo.

Nec refert, ut causatur Lugo, D. Thomam in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 3. ad ultimum dixisse, quod *sicut est alicujus virtutis, quod homo placet eum, quem peccando offendit, ila est alicujus virtutis, ut homo placet Deum, quem peccando*

objectio

Exclu-

.....DiSMi.

Nam licet noc verissimum sit, si qui- viiur·

dem infallibile est Deum placari posita contrition.··', et detestatione peccati. Sed non idcirco sequitur contritionem immediate habere pro objecto ipsum Deum esse in se placatum; sed id medio quo pacatur creaturæ, et inoffensus redditur, quod est expiatio offensa?, de qua dumtaxat potest esse contritio, seu detestatio; et constat in restitutione famæ. et honoris, quæ licet eo tandem tendat, ut offensum hominem ieintegret in parte læsa et benevolam reddat; objectum tamen proprium, et primario inspectum; a quo sumitur species actus , non est nisi honor ablatus media propria humiliatione, non vero pacatio passiva amici, de qua non est dolor, aut tristitia. Quare verba D. Thomæ convenientia sunt ad ostendendum assignatam iri aliquam virtutem in homine, qua ille effectus placationis ponatur inter Deum, et hominem peccatorem, ad quod intentum ea protulit D. Thomas; non vero valent ad probandum objectum proximum, et immediatum Pœnitentiæ non esse divinam offensam, ut expiandam, et abolendam media contritione, ut verba supra relata ex S. Doctore satis manifestant.

Quod si contenderit aliquis hanc diversitatem dumtaxat ad modum loquendi non vero ad rem ipsam, tandem revocari (quod significavit Lugo sect. 4, n. 48) rursus insistemus inter plures loquendi modos pneferri debere, quem constiterit esse pro-
Prarfe- Prium D. Thomæ, utpote genuinum, et
D)(Thom. opportuniorem ad rem, de qua agitur, elucidandam. Nusquam autem S. Doctor bonitatem illam pacis cum Deo ita nude acceptam, pro objecto Pœnitentiæ assignavit·; sed semper usurpavit offensam, ut expiandam, emendandam, et corrigendam media contentione pro illius objecto immediato, el per se primo inspecto ; quidquid sit de pace, seu pacatione Dei inde secuta, quam nec ignoravit S. Doctor, nec ex parte finis excludit.

Alioratn diceodi modi repeiluu Aversa. The> Hanain. pdus. Djho'à. 57. Ut vero hi, et alii plures opinandi modi, quos ex Aversa, Theophilo, Raymundo, et aliis recentioribus refert Prado m præsenti, simul extricentur, et expediantur, quin ad eos in particulari descendere opus sit, præ oculis habenda est doctrina D. Thomæ in eodem lib. 4 sent. dist. 16, quæst. 2, art. 2, quæstiunc. 4, ubi considerans S. Doctor, quæ Pœnitentia habeat ex propriis, et intrinsecis prædicatis, quæ vero emendicat a virtutibus sibi adjunctis, utputa Prudentia, et eadem est ratio de Charitate, quam habet intime annexam ; singula singulis tribuendo interea discernit, dicens : *In omnibus motoribus, ei mobilibus ordinalis ita est, quod motor inferior habet motum proprium, et prêter hoc sequitur in aliquo motum superioris motoris, sicut patet in motu planetarum, qui prxter motus proprios sequuntur motum primi orbis. Omnibus autem virtutibus moralibus motor est ipsa prudentia, qux dicitur auriga virtutum. Et ideo quxlibet virtus moralis cum motu proprio habet aliquid de motu Prudentis. El ideo cum Pandentia iit quadam virtus moralis, qux est pars juslilix, cum motu proprio consequitur Prudentii motum. Proprius autem motus ejus est in objectum proprium, quod est peccatum commissum : et ideo ejus actus principalis, scilicet contritio secundum suam speciem respicit tantum peccatum prxleritum.* En quod habet Pœnitentia ex illa ratione sibi propria ex qua sortitur esse virtutem specialem, quatenus pœnitens dolet de peccato commisso, in quantum est offensa Dei, ut etiam docet in hoc art. 3 hujus quaestionis. Et progrediens ad explicandum quid illi conveniat ex participatione superioris motoris, subtexuit : *Sed ex consequenti respicit futurum, secundum quod habet aliquid de actu Prudentix adjunctum : et non tantum in illud futurum ratione proprix speciei movetur* 'sed ratione illius adjuncti, intrinsece tamen ex motione superioris) *et propter hoc ille, qui conteritur, dolet de peccato proterito, el cavet futurum* (ecce propositum iterum non peccandi), *sed non dicilur esse contritio de peccato futuro, sed magis cautio, qux esi pars prudentis contritioni adjuncta.*

Pwi- tttia iKiia- w et Ex quibus liquet innatam Pœnitentiæ, ut ita dicamus, indolem solum primario versari circa contritionem eliciendam, et offensam Dei abrogandam. Si quæ vero alia illi insunt, licet intrinseca, et intranea ipsi videantur, ei obveniunt ex conjunctione ad alias virtutes sibi essentialiter annexas, quales sunt Prudentia, a qua præcribitur modus recte conterendi, et Gharitas, cui subordinatur essentialiter, ut infra videbimus, pro eliciendo actu sibi proprio. Ex qua subordinatione accipit agere non solum intra propriam speciem, sed etiam ultra illam usque ad finem Gharitatis, ut constat ex D. Thoma, etuberius explicatum relinquimus variis locis hujus nostri Cursus, maxime vero tract, de virtutibus, de Merito, de Charitate, et alibi sæpe, ut poscebat occasio.

Habemus

' 'fl.

Habemus insuper contra recentiores objectum proprium Pœnitentiæ non esse jus divinum illæsum servare (ut voluit Raynaudus infra opportuniori loco allegandus) ita absolute, ut ab ipso proponitur : nam hoc pacto, vel perlinet ad objectum Charitatis, vel simul ad omnes alias virtutes, ad quas sicut attinet sequi recta) rationis ductum, ita effugere malum illi oppositum, quo servetur jus divinum illæsum. De quo rursus inferius. Nec etiam bonitas pacis cum Deo, ut affirmat Logo, hiec quippe bonitas vel perlinet ad Cbaritatem, vel etiam ad alias virtutes simul, nec etiam explicat propriam Pceniteutiæ speciem. Nec ulterius assignari debet bonitas compensationis, quæ est finis, et non objectum contritionis, et sic de reliquis noviter excogitatis. Nulla quippe earum positionum propria Pœnitentiæ notio innotescit, quasi ea instituta non fuisset ad primo detestanda peccata, et offensam Dei eliminandam, ut passim Scriptura, et Patres nos docent, et ita discurrentes negare non possunt. Quare vel novam, et inauditam Pœnitentiam nobis obtrudere coguntur; vel fateri tenentur cum D. Thoma contritionem esse actum primarium Pœnitentiæ, indeque illam esse specialem virtutem, quia specificatur a contritione, et hanc ab offensa divina, ut emendabili, et expiabili per ipsam, quod fuit scopus hujus secundi dubii. Contra quam doctrinam nullum reperimus argumentum, quod ex dictis facillimam non admittat solutionem. Et quia succedentia dubia affinia sunt isti, si qua remaneat difficultas, ex dicendis lucem accipiet.

Decisio appendix de Pœnitentia, an sit virtus moralis?

fota. 58. Semel atque constiterit Pœnitentiam esse virtutem specialem, ut firmatum relinquimus, illico pulsat animum investigare, an sit Virtus moralis, vel Theologica : nam quod inter intellectuales non possit annumerari constantissimum est, et omnium Theologorum calculo comprobatum. Est tamen difficultati obnoxium, an etiam Gharitas ejus munia obire possit, adhuc supposito, quod sit specialis virtus : siquidem ipsamet Gharitas specialis virtus etiam est, atque ideo per hoc quod esset idem cum Pœnitentia; neutra amitteret rationem specialem virtutis, ut constat in religione, quam nemo ambigit accenseri inter pnecipuas virtutum moralium, quantumvis aliqui, ut infra videbimus, eam a Pœnitentia non distinguant : quocirca ita affirmant Pœnitentiam esse specialem virtutem, quod eandem cum religione, aut justitia arbitrentur. Sed quia ex dictis sponte fluit hujus dubitationis decisio, idcirco illam per modum appendicis subjungere statuimus.

Dicendum itaque est Pœnitentiam esse inter virtutes morales annumerandam; ita docent communiter Theologi tam intra, quam extra scholam D. Thomæ, estque expressa sententia D. Doctoris tam præsenti, quam loco supra citato ex 4 sent, dist. 14, quæstiunc. 4, ubi in propriis terminis excitat, et decidit hanc difficultatem. Unde Est virMolr"jis o.Thom.

Probatur ratione ejusdem 8. Doctoris, quæ brevissima, sed efficacissima est. Quoniam de ratione virtutis Theologicæ est habere Deum pro fine simul, et objecto : sed Pœnitentia non habet Deum pro fine simul, et objecto : ergo Pœnitentia non est virtus Theologica. Majorem supposuit S. Doctor ut per se notam, et a se ipso explicatam quæst. de Virtutibus art. 13 in corpore ; nam per virtutes Theologicas bene se habet homo in ordine ad ultimum finem immediate assequendum, *qui est Deus, unde, et Theologicæ dicuntur, quia Deum habent non solum pro fine, sed etiam pro objecto.* Minorem probat, quia objectum Pœnitentiæ *est peccatum commissum, quod intendit expiare, finis autem* (non *cujus gratia,* sed *cui) est Deus,* quem intendit reconciliare cum homine : ergo in Pœnitentia non coincidit ratio finis cum ratione objecti, et consequenter non est virtus Theologica. Quæ D. Thomæ ratio, et ostendit conclusionem praesentem, et illustrat, quæ superius dicebamus pro assertionibus praecedentibus. Ratio D-Thora'

Confirmatur. Nam si cui virtuti Theologicæ adunaretur Pœnitentia, maxime Charitati, a qua sola efficacior peccati dolor posset provenire, ut videtur perspicuum ; siquidem fides , et spes compatiuntur peccato in eodem subjecto. Sed Gharitas non est idem realiter cum Pœnitentia, aut e converso. Ergo Pœnitentia nec est virtus Theologica, nec illi identificatur. Probatur Minor. Tum quia virtutes distinguuntur realiter penes diversa objecta formalia : sed objectum formale Pœniten- confirm,

ti® est diversum ab objecto formali Charitatis, ut constat ex dictis in hoc dubio : ergo etiam virtus Charitatis erit diversa a virtute Pœnitentiæ. Tum etiam, quia virtus Pœnitentiæ regulatur per Prudentiam, quæ est regula, et auriga virtutum moralium, ut supra audivimus a D. Thoma, eisque præscribit medium, quod transilire, non possunt, quin virtutis rationem amittant : Cbaritas autem non adstringitur legibus Prudentiæ, sed ductum fidei immediate sequitur : ergoCharitas non est idem realiter cum Pœnitentia, nec ista illi identificatur realiter. Major est doctrina com· munis Theologorum, quam late explicuimus tract, de Virtutibus ad quæstiunc. 64, art. 1, disp. 4, dub. 1. Minor etiam constat ex D. Thoma ibi ari. 4, ubi virtutibus Theologicis non aliam designat mensuram quam ipsum Deum qui est omnium prima, et indefectibilis regula. Unde si quam determinationem illis statuere contingat est per accidens, et ex defectu subjecti, non vero ex parte actus, et objecti, si secundum se, et absolute considerentur; cum tamen oppositum contingat in virtutibus moralibus · *quia* (ut inquit D. Thomas in 3, dist. 13, quæst. 3), *virtutes morales aliquid participant de motione prudentiæ, quæ est omnium direciiva, et ideo Pœnitentia, cum sit virtus moralis, prudentiæ motum consequitur cum proprio actu.*

D.Thos).

D.Thom.

Objectio.

59. Missis aliis objectionibus desumptis ex actu Charitatis, quibus ex dictis facile occurritur, contra has probationes instatur immediate. Nam virtus, quæ non habet medium in attingentia proprii objecti, non est moralis; sed Theologica? sed Pœnitentia excludit medium in attingentia sui objecti : ergo Pœnitentia non est virtus moralis, sed Theologica. Probatur Minor, nam eadem est ratio de contritione erga peccatum, ac de amore Dei : quo enim Deus magis diligitur, eo plus peccatum odio habetur; quocirca sicut (teste D. Bernardo) modus diligendi Deum est ipsum sine modo diligere: ita et modus peccatum detestandi est absque ulla limitatione, aut meta peccatum abhorrere. Unde sicut Deum ex toto corde diligere præcipimur, ita el ad Deum ex toto etiam corde converti jubemur. juxta illud: *Convertimini ad me in toto corde vestro, scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* Quod ipsum est nullum pnescribi debere medium vel Deum amandi, vel peccatum odio habendi; neuter enim istorum affectuum potest esse nimius. Et ex hoc capite Pœnitentia vel est virtus Theologica, vel cum Theologicis annumeranda.

Ezech.

Respondetur tamen ex dictis negandtr^ Minorem, cujus probationes facile diluuntur distinguendo odium peccati, ut sequitur ad amorem Dei absolute, ab odio peccati sub ratione oftensæ expiabilis media satisfactione. Et quidem si de primo fiat sermo, uti revera fit in allegatis testimoniis, verum est nullum admittere medium, sicut non admittit Charitas. Odium vero secundo modo acceptum cum sit proprium Pœnitentiæ, licet augeatur per augmentum Charitatis, ad eum sane modum quo aliæ virtutes morales; non tamen idcirco excludit medium a prudentia præfixum, ut nec deficiat, quia remissum, nec superfluat, quia excessivum, et in desperationem trahens, ut de Cain et Juda docent communiter Patres, estque manifestum in prædictis virtutibus, quibus non obstat augeri ad augmentum Charitatis, quamvis ex parte medii regulentur per prudentiam. Quam tradens doctrinam D. Thomas in 4, dist. 17, quæst. 2, art 4, quæstiunc. 2, inquit : *Quod hæc est conditio in actibus virtutum inventa, quod non potest in eis accipi superfluum, el diminutum, ut in 2 Ethic, probatur : Unde cum contritio quantum ad id, quod est displicentia quædam in appetitu rationis, sit actus Pœnitentiæ virtutis, nwnquam ibi potest esse superfluum, sicut nec quantum ad intensionem, ita nec quantum ad durationem, nisi secundum quod actus unius virtutis impedit actum alterius virtutis magis necessarium pro tempore illo. Unde quanto magis homo continue in actibus hujus displicenliæ esse potest, tanto melius est, dummodo actibus aliarum virtutum vacet suo tempore, secundum quod oportet. Sed passiones possunt habere superfluum, et diminutum, et quantum ad intensionem, el quantum ad durationem : el ideo sicut passio doloris, quam voluntas assumit, debet esse moderate intensa, ita debet moderate durare, ne si nimis duret, homo in desperationem, et pusillanimitatem, el hujusmodi vitia labatur.* Unde in hoc primo articulo compendiosius procedens eandem sententiam comprehendit sub illis verbis : *Pertinet ad rationem rectam ut aliquis doleal de quo dolendum est, ut eo modo, et fine, quo delendum est. Quod quidem observatur in Pœnitentia, de qua nunc loquimur; nam panitens assumit moderabam dolorem de peccatis prælerilis, cum intentione removendi ea.*

Ubi

Ubi moderationem quam denegat dolori a Charitate immediate procedenti de amissione summi boni, concedit actui Pœnitentiæ in offensam divinam prosilientis in ejusque expiationem conantis.

Rifiicj- flcc refert, si urgeas; excessus, aut defectus se tenens ex parte subjecti non opponitur virtuti Theologicæ, nec consequenter infert, quod consistat in modio a ratione, seu Prudentia praescripto; sed talis est excessus, aut defectus repertus in Pœnitentia : ergo Pœnitentia non est virtus moralis, quæ a Prudentia regulari debeat. Probatur Major, in ipso amore Dei, quo quis plus justo illectus se tradit quieti, et retrahit ab aliorum praeceptorum graviter obligantium observatione; tunc enim Prudentia dictat dandam operam observationi praeceptorum, et abactu contemplationis desistendum. Minor vero probatpr: quia dolor de peccato, ut constat ex D. Thomæ testimonio nuper relato, numquam est superfluus, nec quoad intensionem, nec quoad durationem, nisi quatenus est impeditivus alterius virtutis, cujus actus est magis pro tunc necessarius : ergo dolor de peccato secundum se non petit regulari prudentia, nisi ad summum eo modo quo actus Charitetis.

BdXn D.Ttom. Non, in(Iuam) refert hæc objectio, ad quam respondetur ex D. Thoma 2, 2, quæst. 17, art. 4 ad 2, *quod virtus moralis est circa ea, quæ regulantur ratione sicut circa objectum proprium, et ideo per se convenit ei esse in medio ex parte proprii objecti. Sed virtus Theologica est circa ipsam regulam primam non regulatam alia regula, sicut circa proprium objectum. Et ideo per se, el circa proprium objectum non convenit virtuti Theologicæ esse in medio. Sed potest sibi competere per accidens ratione ejus, quod ordinatur ad principale.* Et hoc modo concedimus actus Theologalium virtutum regulari posse a Prudentia, ut a removente impedimenta pro illorum exercitiis, ut explicuimus tract, de Virtut. in annot. ad art. 4, quæst. 64. Et ex hoc capite non agnoscimus differentiam inter virtutes morales, et Theologicas; quæ in exeeutione interdum se impedire valent. Sed differentia sumitur ex objecto, quod regulari, vel non mensurari debeat a Prudentia. Pœnitentia ergo cum respiciat divinam offensam ut compensandam media contritione ; per se petit, ut juxta regulas rectæ rationis splendeat, tam in attingentia activa ipsius contritionis, quam in objecto, ut attingendo mensura a Prudentia præscribenda, qua semel posita, non est defectus, aut excessus nec in intentione, nec in duratione, nisi aliquando expediat ab illo actu cessare, vel ob exercendos actus aliarum virtutum, vel oh alias causas urgentiores. Unde constat manifesta disparitas inter Pœnitentiam et virtutes Theologicas, quæ solum per accidens permittunt regulationem Prudentiæ. Atque ideo licet ad odium peccati, ut est proprium Charitatis non concurrat Prudentia ; secus vero ad odium contritionis, in quo est alia ratio ex parte objecti diversa ab objectis virtutum Theologalium, et a Prudentia dirigibilis per se, ne vel ob excessum, vel ob defectum in extremum aliquod declinetur juxta supra dicta.

Alia replica, 61. Sed objicitur adhuc : quia virtus moralis non respicit immediate Deum, sed aliquod objectum creatum : at Pœnitentia respicit Deum ut offensum passive, quem ideo placare intendit : ergo Pœnitentia non est virtus moralis, sed Theologica. Major constat, et Minor videtur clara, cum ex ipsa contritionis definitione, tum quia peccatum sub ratione offensæ nec subjective, nec objective aliud quidquam immediatius Deo attingit ; si quidem offensa formalis irrogata per peccatum est privatio moralis moraliter afficiens ipsum Deum, quem affective spoliat ratione ultimi finis, ut explicuimus tract, de Incarnat, disp. 1, a dub. 2, et deinceps. Ergo cum Pœnitentia immediate tendat in destructionem peccati sub ratione offensæ, immediate etiam attinget ipsum Deum ut offensum ; ab eo quippe esse offensum, vel rationem offensæ ipsi illatæ avertere conatur.

Dispelli tur. Respondetur distinguendo majorem ; non respicit immediate Deum, ut objectum, conceditur; ut finem *cui,* negatur, et sub eadem Minoris distinctione, negatur Consequentia ; quia in virtutibus moralibus non coincidunt ratio objecti, et ratio finis : nam ab objecto sumitur species virtutis, quæ est ipsi essentialis ; a fine vero licet immediate attacto, non sumitur specificatio, quin aliquando est imperfectior ipsa virtute, ut patet in incarnatione, quæ habet pro fine *Cui,* vel ut communiter dicitur, pro fine effecto hominum redemptionem ; cum tamen merita Christi non speciem sumpserint ex hominum redemptione, sed aliunde. Ex eo ergo quod Pœnitentia Deum ut finem *Cui* respiciat, non sequitur non esse virtutem moralem, sed inter Theologicas accensendam, ut etiam

liquet in religione, cujus cultus non alium, quam Deum respicit, quin indo coliigi possit eam esse virtutem Theologicam. Quod
D.Thom. ui radicitus penetretur, audiendus est D. Thomas in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 4 ad 2, ubi rem enucleat dicens : *Quod virtutes infus» tripliciter se habent ad Deum : quadam enim habent Deum pro objecto, et fine, sicut Theologica : quadam non pro objecto,* in *quod transeat earum actus, sed pro fine proximo, sicut patet deLalria, quæ aliquas servitutes el protestationes, quasi materiam habet, quas immediate ordinat in Deum, quasi in finem : et tales virtutes propinquissima sunt Theologicis, unde et actus harum virtutum attribuuntur virtutibus Theologicis, sicut proximis imperantibus. Unde dicitur ab Augustino, quod fide, spe, et Charitate diligitur Deus. Quadam autem non habent Deum pro objecto, neque pro fine proximo, sed ultimo, sicut temperantia, quæ habet passiones pro materia, et quietem animi pro fine proximo, sed hanc ulterius ordinat ad Deum. Pandentia autem quamvis non habeat Deum pro objecto ; habet tamen Deum pro fine proximo : quia ad hoc in peccala commissa destruenda inoretur, ut Deo reconcilietur, el ideo actus ejus, scilicet peccatum expellere, vel justificare, quandoque fidei, quandoque Charitali r.dscribitur.*

Duo consectario.

62. Ex quibus verbis eliciuntur duo, quibus hanc difficultatem absolvemus. Primum [et quo magis superius dicta confirmatur) est, quod sicut quies animi non se tenet ex parte objecti temperanti®, sed finis, ut clare asseruit D. Thomas, ita bonitas pacis cum Deo, seu quod idem est, ipsum habere peccatum, aut benevolum se tenet ex parte finis in Pœnitentia, non autem obit munus objecti per se primo inspecti, ut supra dicebamus : quia nihil aliud a Pœnitenle intenditur ex parte finis, quam Deum offensum pacare, et inoffensum reddere media contritione, sicut media temperantia non alio tenditur, quam quiete animi perfrui, et ad hunc finem pro medio assumitur moderatio passionum illi correspondentium. Unde sicut qui hæc duo pro eodem usurparet a vero deviaret; haud dissimiliter, qui illam sententiam sectantur, plane desciscunt unum ab alio non discernendo, et finem cum objecto per se inspecto confundunt.

Scenn- Secundo elicitur, quod cum ex virtuti-Dus moralibus, aliæ sunt per se primo ad cohibendas, et in rationis medio constituendas passiones ordinatæ, quales eunt quæ in appetitu sensitivo reperiuntur, do quibus late egimus tract, do virtutibus disp. 2 et 3, nec non in arbore pnedicamentale illius tractatus appendice. Alito vero sint olevatiores, quia versantur circa operationes, et dicuntur ad alterum, quibus proinde non incumbit frænaro passiones per se primo, et quasi immediate ; sed tantummodo ex consequenti, et quasi secundario, uti sunt quæ resident in voluntate, quarum præcipua est justitia sub se continens plures species virtutum, et subjectivas et potestativas juxta ibi dicta. Idcirco Pœnitentia non ad illarum, sed ad istarum cathegoriam reduci debet. Atque ideo ut omnino certum statuendum est Pœnitentiam non ordinari per se primo ad dolorem sensibilem, et corporeum, sed dumtaxat spiritualem ; licet ex consequenti imperare, et moderari possit dolorem sensibilem de peccatis, et ad mediocritatem virtuosam redigere juxta illud Pauli 2 ad Corinth, cap. 2, η. 7, *Ne abundanliori tristitia aliquis absorbeatur.* Unde consequenter asserendum est, ex tribus virtutibus cardinalibus, justitia, temperantia, et fortitudine, sub sola justitia Pœnitentiam contineri ; nam de prudentia, qua numeras earum quaternarius completur, tam certum est, ut nemini in dubium venerit. Quomodo vero ad justitiam reducenda sit, vel tamquam pars subjectiva, vel ut pars potentialis, infra examinabimus.
rinth.'

§ VI.

Λ/tud *corollarium de peccatis alienis.*

ütr. aliéna p«ala sint materia Pœuitèotœ?

63. Sed ad veriorem prædictorum lucem superest determinare, quæ peccata veniant designanda sub objecto Pœnitentiæ? an videlicet tantummodo propria ipsius pœnitentis? vel etiam aliena, a quocumque fuerint commissa ? Quod est inquirere : an Pœnitentia detestetur peccata, quia peccata sunt, quo pacto esse propria, vel aliena est omnino de materiali, et non variat ejus propriam speciem? vel determinare, quia propria sunt, qua ratione aliorum peccata excluduntur a ratione objecti, detestabilis per Pœnitentiam ? Quam difficultatem versans Suarez in præsenti, disp. 2, sect. 1, n. 9, in hac virtute distinguit rationem Pœnitentiæ, secundum strictam nominis significationem, quo pacto importat retractationem prioris facti, et rationem justitia?

Sectenlia P. S«. rez.

titiæ ad Deum. Et secundum priorem rationem tantummodo versatur circa propria peccata; in secunda voro consideratione comploditur etiam, et aliena : atque ideo eadem numero virtute inclinatur homo ad odio habendum peccata sive a se, sive ab aliis fuerint commissa. Eandem sententiam
Lsgo. seciatur Lugo de Pœnit. disp. 3, sect. 2, ubi post relatum Concilium ab eadem opinione, duplicem habitum Pœnitentiæ dis-
Ejas senteo· u. tinguit, acquisitum, et infusum. Et hac distinctione supposita autumat, n. 26, per eundem habitum acquisitum propria, et aliena peccata detestari posse, siquidem procedit ex principali motivo offensæ divinæ, et affectu contra ejus turpitudinem abstracte sumptam, quo pacto est quid commune omni peccato. In quo tamen non satis quiescens, insuper adstruit habitus partiales, cujus pars ad peccata propria, et altera ad peccata aliena se extendat. Quia vero nec huic sententiae, adhuc fidit n. 27 affirmat, quod licet detur unica Pœnitentia pro diluendis peccatis propriis, adhuc potest acquiri alter habitus, qui deserviat odio habendis peccatis alienis. Accedens vero ad habitum infusum n. 34, licet difficile arbitretur aliquid certum definire, quia potest dari unicus habitus ad peccata propria, et alter ad aliena detestanda, et tandem n. 37 concludit merito dici posse eodem habitu infuso Pœnitentiæ, quo nobis volumus odium peccati proprii, etiam velle odium peccati alieni.
CoiiTenil, et discouTeSit tum Surez. Convenit itaque cum Suarez in principali asserto, et sine illa restrictione a Suarez adhibita, nec alios pro se refert (nec posset, si vellet) authores, quam Coninch.
Ccameh. Displi* ct(. disp. 1, de Pœnit. dub. 3.

64. Verum prædicta sententia, et modus eam expendendi, ac propugnandi minime arrident, sed eadem facilitate, qua absque alio duce, modus illam tot distinctionibus, et partialitatibus explicandi adstruitur,
Qaid semiat Vuqucz. respuendus est; sed rationabilius. Nam ut in simili Vasquez nescio quam innominatam justitiam a Suario excogitatam amandans, recte inquit, tom. 1, in 3 p. disp. 7, cap. 4, n. 23 : *Hi authores mulla pronuntiant, suo quidem judicio certa, et in scholis communia; cum tamen non solum non possint vel minimum pro se afferre testimonium; verum etiam communi doclrinæ scholasticorum manifeste adversantur.* Unde n. 32, ita eos alloquitur : *Verumtamen oporteret hos Theologos tum esse memores, tum etiam doctrinam S. Thomæ perspectam habere.* Quam vero apte hoc illis in præsenti tribuamus, inde constat; quod Suarez justitiam illam innominatam, quam statuit tom. 1 in 3 p. disp. 4, sect. 5, § *Quocirca,* in posterioribus scriptis ad Pœnitentiam reducit; et nunc Pœnitentiam penitus cum justitia confundit, ut inde salvet Pœnitentiam quoad rem ipsam in Christi satisfactione reperiri. Lugo vero, ut supra vidimus, solam illam Pœnitentiam agnoscit, quam tradit Magister sub hac definitione, *Poenitentia est virtus, qua mala commissa cum emendationis proposito plangimus, et odimus.* Et invehitur in eos, qui excluso dolore solum bonum compensationis in Pœnitentia pro objecto statuunt, quasi novam, et inauditam Pœnitentiam inducant, ut constat ex disp. 1, sect. 2, n. 17, quam supra retulimus. In prædicta autem definitione manifeste excluduntur peccata aliena, utpote quæ a nobis commissa non sunt ; quare oportebat, et memorem fuisse, et doctrinam S. Thomæ perspectam habere, juxta quam oppositam arripuisset viam.

Qaid Suarez cum Logo.

Lugo Magistrtf adba»~ reas.

65. Communis erso, et omnino vera aliorum omnium Theologorum sententia est solum peccata propria, minime vero aliena, detestari posse per Pœnitentiam. Ratio sumitur ex D. Thoma in 4, dist. 17, quæst. 2, art. 2, quæstiunc. 5, ubi inquirit S. Doctor : *An homo debeat conteri de peccato alieno?* et respondet negative ob idem motivum, quod urgere paramus contra novam Suarii positionem subsequent! forma. Quoniam si posset hominem de peccatis alienis poenitere ; non esset, unde illi negaretur contritio de peccatis alienis : sed homo nequit habere contritionem de peccatis alienis : ergo per propriam Pœnitentiam nequit detestari peccata aliena. Consequentia videtur constare ex præmissis : nam proprius, et principalissimus actus Pœnitentiæ est detestatio peccati sub ratione emendabilis media propria satisfactione : atque ideo si homo hanc detestationem de alienis peccatis nequit elicere; nec consequenter esse illi potest pœnitentia de prædictis peccatis. Hinc probata relinquitur Major; quoniam Pœnitentia non aliter versaretur circa peccata aliena, quam se exerendo in actum sibi proprium, imo et essentialem, per ordinem ad quem definitur, et explicatur : sed actus per ordinem ad quem primario explicatur, et definitur Pœnitentia est contritio, ut constat ex supra dictis : ergo semel concesso hominem posse pcenitere de aliorum peccatis, non esset ratio homini

Vera sententia.

D.Thom I^a"

denegandi contritionem circa aliena peccata. Idque maxime consonat illorum positioni; idcirco enim arbitrantur Poenitentiam non coarctari ad peccata propria, quia in homine est dolor, tristitia, et satisfactio pro peccatis extraneis; hic autem dolor cum sit actus Pœnitentiæ virtutis, nequit non esse contritio.

Minor, probatio ex D. Tbom.

Quare tota difficultas devolvi videtur ad Minorem primi syllogismi, quæ sic probatur : tum quia est expressa D. Thomæ in illis verbis : *Contritio actus Pœnitentiæ virtulis est : sed nullus pœnitet nisi de iis, quæ ipse fecit : ergo nullus conteritur de peccatis alienis.* Tum etiam, quia ut docet ipse S. Doctor in eadem quæstiunc. contritio non est, ubi non præcessit duritia, et id quod conteritur, et quasi minutissime frangitur, præsupponitur durum ; alioqui non esset, unde contereretur : sed per contritionem propriam non conteritur durities aliena, ut videtur per se notum, et manifestat evidens experientia ; ergo contritio essentialiter versatur circa duritiem peccati propriam, et nullatenus versatur circa extraneam, seu peccata illam in alio inducentia. Tum etiam quia contritio essentialiter est incompossibilis cum peccato, quod detestatur, et destruit : est enim perfecta conversio hominis in Deum tanquam in ultimum finem : sed non destruit peccata aliena, nec similiter convertit subjectum extraneum, ut est perspicuum : non ergo versatur, aut versari potest circa subjectum extraneum, aut ejus peccata, si quidem nec illud convertit ad Deum, nec ista destruere valet.

Bepiica- ,Qr· nespon- detur de,ar

66. Nec ponderis erit, quod respondeatur actum contritionis non esse efficacem, nisi respectu subjecti proprii, atque ideo nihil mirum minime destruere peccatum alienum. Nam contra est, quoniam actus contritionis ex eadem radice, ex qua habet convertere hominem ad Deum habet etiam efficaciam; nec ratio illa conversionis, aut contritionis amplius distenditur, quam ejus efficacia : sed non habet efficaciam circa peccata aliena, ut negari non potest : ergo nec etiam circa eadem obit rationem contritionis, aut veræ pœnitentiæ. Minor, et Consequentia constant, et probatur Major; quoniam actus contritionis non habet efficaciam ad destruendum peccatum , nisi quia est dolor de offensa Deo irrogata assumptus ab homine propter Deum summe dilectum, et ex hoc capite habet perfecte subjicere totas animæ vires, et in Deum effective et affective convertere : sed hoc sibi competit, quatenus contritio est, et ex prædicatis sibi essentialibus : ergo non sibi vindicat aliquid in ratione contritionis, quod non eidem conveniat in ratione efficacis; et consequenter, nec in ratione efficacis, ut conceditur, nec in ratione contritionis, ut negabatur, potest versari circa peccata aliena.

Coeâni.

Confirmatur, et explicatur ex D. Thoma loco immediate allegato quæstiunc 3, ubi ita discurrit S. Doctor : *Omnis actualis culpa ex hoc contingit, quod voluntas nostra legi Dei non cedit, vel eam transgrediendo, vel omittendo, vel præter eam agendo. El quia durum est, quod habet potentiam, ut non facile patiatur, ideo in omni actuali peccato duritia quædam est voluntatis : et propter hoc si debeat peccatum curari, oportet quod per contritionem comminuentem remittatur.* Ex qua doctrina sequens desumitur expugnatio : etenim quod contritio sit efficax remedium peccati non aliunde accipit, quam ex eo, quod comminuat duritiam voluntatis peccatricis : sed quod eam comminuat, et conterat, retinet, et obtinet, quia comminutio, et contritio est duritiæ voluntatis : ergo cum non comminuat, aut comminuere valeat voluntatem alienam; manifeste sequitur nec rationem contritionis habere erga voluntatem extraneam, et consequenter nec sub ratione contritionis, nec sub ratione efficacis tendit in extranea peccata.

ulleriM confir- D.Thon.

Confirmatur, et explicatur secundo ex eodem S. Doctore ibi solut. ad 1, *quia contritio opponitur peccato, illudque odio habet ex illa parte qua ex electione voluntatis procedit, non sequentis imperium divin» legis, non autem ex parte ejus, quod est in peccato materiale, et hoc est super quod cadit electio.* Sed electio voluntatis se conterentis non cadit supra electionem alterius voluntatis peccatricis. Ergo nequit sub ratione contritionis ad illam se extendere; atque ideo nulla est ratio asserendi Pœnitentiam versari circa alia peccata præter propria illius subjecti, in quo fuerit contritio.

Be<poa (hi Lugo.

67. Nec refert effugium insinuatum a Lugo de contritione sub ratione retractationis, seu, ut etiam indicavit Suarez, sub ratione strictæ Pœnitentiæ : quo pacto recte concluditur non esse posse contritionem nisi de peccatis propriis, et consequenter nec Pœnitentiam. Secus vero est, si ipsamet contritio sumatur sub ratione satisfactionis,

satisfactionis, et compensationis; sub qua consideratione non importat retractationem, sed solum compensationem Deo vel faciam, vel faciendam, et versatur ne dum circa peccata propria, sed etiam circa quælibet alia. Hoc autem non excluditur impugnationibus factis, quippe quæ solummodo tenent de contritione, qua est retractatio propriæ voluntatis, non vero, qua est satisfactio.

h*l®. Verum hoc effugium, in quo est nervus summatim comprehensus illius opinionis, praeclusum manet ex dictis, si recte expendantur. Quia licet Pœnitentia importet retractationem, sub quo munere ita est propria subjecti, quod aliud extraneum excludat, ut bene asseritur; et simul sibi vindicet rationem justitiæ, et satisfactionis in sensu infra explicando; falsum tamen est ad alia se extendere sub ratione satisfactionis, quam sub ratione contritionis : sed sub ratione contritionis non concernit nisi proprium subjectum : ergo nec sub ratione justitiæ, aut satisfactionis. Consequentia constat, et Minor conceditur a prædictis Authoribus, unde solum superest probanda Major. Primo ex D. Thoma in hoc art. 3, ubi in argumento *sed contra* eam convincit ex illo sæpe citato libro

D. Auecst. D. August, de Pœnit. cap. 8; nam Pœnitentia est *quædam dolentis vindicia, semper puniens in se, quod dolet commisisse.* In qua definitione adæquatum officium Pœnitentiæ explicatur, et comprehenditur; et consequenter tam in ratione contritionis, quam in ratione justitiæ sistit in proprio subjecto, quin proxime, et immediate circa alienas injurias versetur. Id quod non mi-

Magist. nus elucet in definitione tradita a Magistro, et ab eisdemmet Theologis, et cunctis aliis recepta, juxta quam *Pœnitentia est virtus, qua mala commissa cum emendationis proposito plangimus, et odimus.* Constat autem neutiquam de culpis alienis quemquam habere emendationis propositum, cum alterius voluntas non subsit directioni, et electioni nostræ. Ergo sicut illas committere non est in nostra voluntate, ita nec eas in posterum emendare, et consequenter nullo modo Pœnitentia detestatur ut propriam materiam peccata extranea.

Alia probatio Majoris sapra positæ. 68. Secundo probatur eadem Major : nam Pœnitentia sub ea ratione, qua est justitia erga Deum, odio habet peccata, et obit rationem veræ Pœnitentiæ, et e converso : ergo licet habeat rationem justitiæ, non tamen alio tendit sub ratione justitiæ, ac sub ratione Pœnitentiæ; et consequenter illa distinctio inepta est ad eam sententiam statuendam, et formandam. Antecedens constat ex D. Thoma in prædicto D.Thom articulo, ubi in ejus corpore, inde probat Poenitentiam esse justitiam, *quia pœnilenlia non habet quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato ; ad hoc enim sufficirel Charitas, sed ex eo quod pœnitens dolet de peccato commisso, in quantum est o/fensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commisse, non fit persolam cessationem offensæ, sed exigitur ulterius quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis, sicut et retributio.* Sed compensatio ista, et retributio fit medio ipso actu contritionis intransitive, imo est prædictus actus ipsamet compensatio. Ergo non aliud respicit sub ratione justitiæ, ac sub ratione actus contritionis; atque ideo inanis est illa distinctio, ut fundet illas diversas tendentias. Probatur Minor, quia Pœnitentia non aliter obit rationem justitiæ, nisi quatenus est ad alterum, et reddit debitum : sed per ipsummet actum contritionis impræscindibiliter tendit in Deum, et reddit debitum : ergo ipsomet actu contritionis intransitive exercetur justitiæ ratio. Qualiter vero id contingat, ex- Explicatio D.Thom. plicat Præceptor Angelicus in 4, dist. 14, q. 1, art. 1, quæstiunc. 4, per hæc verba : *Ille autem, qui alterum offendit, vel læsil, plus habuit, et qui læsus est, habuit minus in quantum huic subslractum est, quod ei debebatur, el ille usus est propria voluntate in hoc quod non debuit. El ideo vindication justitia ab eo, qui offensam fecit, quantum habuit plus debito, tantum subtrahit ei, et dat ei, qui est læsus, dum ad honorem, et in satisfactionem ejus alium punit, et similiter Pœnitentia pro quolibet peccato commisso pœnam inferi sibi ipsi deditam.* Cum autem peccando se subtraxerit homo a Dei subjectione, ipsique intulerit injuriam præponendo creaturam creatori; non alia via melius satisfacit, quam se iterum subjiciendo, et conterendo, et ideo oportet, *quod Pœnitentia consistat in emendatione offensæ voluntarie assumpta, et talis qualis Deo competit,* ut docet S. Doctor solut. ad 6, quæst. *et quia Deus intuetur cor, oportet quod incipiat recompensatio fieri in ipso cordis affectu,* qui quidem alius non est, quam ipsemet actus contritionis, et dolor propter Deum assumptus : in quo proinde intime

imbibitur ipsa justitiæ ratio, quin in aliud protendat sub ratione justitiæ, ac sub ratione contritionis : atque ideo licet utraque ratio in Pœnitentia reperiatur, sub nulla tamen ad peccata aliena tendere concedendum est, sed sistere in peccatis propriis.

Dispel- iunior adversa motiva, Lb-go,

69. Hinc facile est descendere ad ea quæ in favorem illius sententiæ additLugo, eaque refellere, et exclusis, ac minimo admissis illis partialibus habitibus, quos vera Philosophia non agnoscit, circa idem formale objectum, quod alienum est a nostro instituto ex professo confutare, utpote mere philosophicum, aut metaphysicum, de qU0 inter alios videndi sunt N. Compint, abbreviati ad libros de Generat, disput. 4 de Alteratione, nec omittenda, quæ appinximus tract, de Virtutibus, disp. 2, dub. 3, et disp. 4, dub. 1, ubi prudentias partiales a Scoto, et aliis adstructas repulimus, supponendum est oppositum, nimirum quemlibet virtutis habitum esse qualitatem simplicem, neutiquam ex pluribus habitibus realiter diversis coalescentem, et hoc in quocumque rerum ordine, sive naturali, sive supernatural!.

N. Complot» p ol*

Circa eantkm materiam dopiex n'possit tersari?

Cum quo tamen stat (et libenter concedimus) circa eandem prorsus materiam, cibos v. g. aut divitias, esse duplicem virtutem essentialiter, et adæquate diversam, naturalem videlicet, et supernaturalem, seu quod idem apud nos est, acquisitam, et per se infusam, ut late expendimus, et probavimus in eodem tract, disp. 3, dub. 1 per totum, quin obstet identitas materiæ circa quam ; hæc enim non specificat nisi ut stat sub rationis regula a Prudentia descripta; et quia alia est honestas naturalis, quam solam attingit prudentia naturalis ; et alia supernaturalis a prudentia supernatural! dictata; idcirco concedimus, et concessum iri probavimus loco citato virtutes per se infusas ultra naturales acquisitas circa eandem materiam. Nulla tamen earum admittit partium distinctionem, sed augmentum suum accipiunt penes majorem intensionem, et hæc in nullo alio, quam in majori dominio, seu firmiore actuatione subjecti consistit, et hoc est magis in ipso actuari, et radicari, ut optime explicant N. Complut, disp. 4 citata q. 6. Inde vero quod sequitur, est dari similiter Pœnitentiam acquisitam, et infusam, seu naturalem, et supernaluralena; quidquid sit, an Pœnitentia acquisita, seu naturalis, sit verus virtutis habitus, quod infra negabimus, et nebant communiter discipuli D. Thomæ. Minime vero sequitur prædictos habitus coalescere ex qualitatibus partialibus realiter distinctis, quæ se habeant ad istar partium quantitatis : hoc enim est puro imaginarium, et contra rectam rationem oppositum docentem.

Nec facile percipitur, ad quid deserviat illa pluralitas partium, quidve significetur diaper hoc quod detur, vel saltem potuerit dari unus habitus ad peccata propria, alter ad aliena. Hoc enim omnino videtur esse extra rem ; siquidem non disputamus de eo, quod fieri potuerit, sed de eo quod factum est ; et an ea Pœnitentia, quam Catholici contra haereticos catholice propugnant, ita ligetur peccatis propriis subjecti, quod primario, et per se non se extendat ad aliena. Qui autem concedit duplicem habitum, unum determinatum ad peccata propria, sistendo in illis adæquatc; alterum vero, qui ita respicit aliena, ut nullatenus directe, et immediate referatur circa propria; necessarium consequenter est, ut fateatur Pœnitentiam illam, qua propria ploramus peccata, quaque Deo reconciliamur, ita detestari peccata proprii subjecti, quod non attingit alieni ; si enim hoc verum non esset, superfluerent duo habitus, et consequenter concedit, quod intenditur; et divertit ad id, de quo non interrogatur.

Angetur dificil-

Excedit etiam non modicum dicendo difficile esse certum aliquid definire circa habitum. Siquidem in statuendis, et discernendis virtutibus infusis non proprio cujusque arbitratui, sed Patrum, et communi Theologorum doctrinæ standum est; si enim cuique liceret eas pro nutu immutare, multiplicare, et minuere, nihil firmum, et stabile reperiretur in Theologia, nec esset unde convinci posset, qui vel omnes virtutes infusas e medio tolleret, vel plures, quam de facto agnoscimus, nobis obtruderet. Constat autem ex communi Patrum doctrina, a Theologis communiter recepta Pœnitentiam Christianam totam versari in plangendis peccatis propriis, in eumque finem fuisse a Deo institutam. Ergo non bene docetur difficile esse aliquid certum de ea definire. Consequentia cum Majori constat, et suadetur Minor quoad 1 partem, ex D. Gregorio hom. 34. D. Hieronymo, D. Augustino, Magistro sent, et D. Thoma, quarum verba supra retulimus, et scripsit etiam Lugo in præsenti disp. 1, sect. 2, n. 17. Quoad secundam

Comffitt" nis doctrisa patrem

0?un'®·

D Gregor D. Hwran. D. AaiUSl. Magisf. Seal. D.Ttoni. Lugo.

Ç??f· dam vero etiam liquet ex Concilio fndentino stepo citata sess. 14, cap. 1, ubi inquit : *Fuit quidem Pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam, ct justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui baplismi Sacramento ablui petivissent, perversitate abjecta, et emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, el pio animi dolore detestarentur.* Ex quo testimonio manifesta est Pœnitentiæ necessitas, sicut et institutio : non enim aliter fuit instituta a Deo, quam sit necessaria homini. Est autem necessaria pro illis peccatis, quæ hominem coinquinant, quæque abjicere, et emendare potest, et debet medio peccati odio, et pio animi dolore, qualia tantummodo sunt peccata propria : ergo pro his dumtaxat et est necessaria, et fuit instituta Pœnitentia. Licet enim Propheta in aliorum persona oraverit (ut objectionem insurgentem praeludamus) ab alienis etiam peccatis mundari juxta illud Psalm. : *Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo ; hoc catenas postulavit* D.Thoa. (inquit D. Tbom. infra quæst. 2. Addit art. 5), *in quantum eœ consortio peccatorum aliquis per consensum aliquam immunditiam contrahit, cum scriptum sit : Cum perverso perverteris.*

Major ejusdem consectarii probatio, et objectionum solutio.

Major doetrinæ probatio. LïfO. 70. Secundo probatur veritas ejusdem corollarii alia ratione, qua enervantur illa, in quibus tandem sistere visus est Lugo, eadem videlicet Pœnitentia, qua odio habemus peccata propria, etiam attingere peccata aliena : quippe ab hac virtute respiciuntur peccata non quia propria, vel quia aliena, sed abstractius, et sub ratione universaliori offensæ divinae, ad quam de materiali est, quod ab hoc, vel illo committatur. Hoc, inquam, principium ab ipso indicatum, et necessario sustinendum ut propriam tueatur sententiam, ruinosum, et minime solidum esse monstrare accingimur sub sequenti forma. Nam si semel est de ratione Pœnitentiæ virtutis, quod speciem habeat per ordinem ad peccata propria determinate quia propria sunt ; non est unde possit immediate attingere aliena, vel respicere propriam honestatem abstracte, et universaliter in sensu explicato : sed de ratione Pœnitentiæ est aversari peccata propria, quia propria sunt, et ex hujusmodi ordine ad illa sibi vindicat speciem : ergo Pœnitentia non versatur immediate circa peccata, qua peccata sunt, sed quatenus propria sunt, nec ab aliis subjecto non propriis mutuatur speciem. Major et Consequentia videntur perspicuæ; quia nulla virtus, aut potentia immediate attingit objectum aliquod, nisi mediante attingentia actus, et objecti sibi proprii, et essentialis; sicut nec potest ferri extra sphæram proprîæ activitatis, et virtutis, quod videtur per se notum ex ipsis terminis.

Minor vero probatur ex D. Thoma infra D.Thom. quæst. 90, art. 2, ubi docet in pœnitentia non tantum quæri solam justitiæ compensationem, sed etiam, et magis amicitiæ reconciliationem : sed amicitia non discinditur per peccata aliena, sed per propria, et personalia : ergo amicitiæ reconciliatio intenta media Pœnitentia solum fit per detestationem peccati proprii, et hoc est, quod per se primo intenditur a Pœnitentia. Verba D. Thomæ sunt : *In Pœnitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, et secundum arbitrium Dei, in quem peccatur : quia hic non quœrilur sola integratio squalitatis justitiae* (sicut in justitia vindicative) *sed magis reconciliatio amicitiæ, quod fit, dum offendens récompensât secundum voluntatem ejus, quem offendit.* Ergo ipsemet offendens est qui satagit in reconciliationem media Pœnitentia cum Deo offenso; non vero alter, et consequenter Pœnitentia non in peccata aliena, vel qua peccata sunt, sed qua propria, et a semetipso commissa, expianda collimat. Tum etiam, quia licet Pœnitentia aliquomodo sapiat naturam justitiæ vindicativæ, ut postea disseremus; est tamen adæquate ab illa diversa; quia vindicativa est in superiori, aut judice, ad vindicandas aliorum injurias, et quia non punit, aut vindicat proprium subjectum, sed aliud, in favorem offensi. Sed vindicativa respicit per se primo peccata aliena ut vindicanda : ergo Pœnitentia solum respicit propria, ut emendabilia. Tum etiam quia contritio ita est actus proprius pœnitentis, quod constringatur dumtaxat, ad peccata propria, quod non negant adversarii : sed compensatio, seu satisfactio ofiensæ fit media contritione : ergo Pœnitentia non tendit in aliqua peccata nisi media contritione, et consequenter determinatur essen·

tialiter ad peccata propria. Minor hujus
f. D.Thom. syllogismi est D. Thomæ, ubi nuper addens : *Sic igitur requiritur ex parti pernitentis, primo quidem voluntas recompensandi, quod fit per contritionem.* Quo nihil manifestius ad evincendum non alio se
'porrigere Pœnitentiam in ratione justitiæ, seu quod idem est, satisfactionis, quam tendat contritio : ergo si contritio in ratione contritionis non se porrigit, nisi ad
B peccata propria, ut concedunt adversarii ; nec etiam in ratione satisfactionis, ut su-
D.Thoa. pra arguebamus. Quo circa D. Thomas in 4, dist. 14, q. 1, art. i, quæstiunc. 6 ad 6, referens Ambrosii definitionem ita
* ii eam explicuit : *Et in idem redit definitio Ambrosii alia, quam ponit, quod Panitenlia est dolor cordis, et amaritudo animæ pro malis, quæ quisque commisit, nisi quia non ponit unum eorum,' quæ continent prxdictæ definitiones, scilicet detestationem peccati commissi.* Unde

1 Confira). 71. Confirmatur, et explicatur primo. Quoniam rei essentia non aliunde melius, quam ex ejus definitione innotescit : constat autem ex definitionibus traditis ab Augustino, Ambrosio, Gregorio, D. Thoma, et Magistro sententiarum Pœnitentiam determinari ad peccata commissa ah ipso pœnitente : non ergo extenditur proxime, et immediate ad peccata aliena. Patet Consequentia, quia definiendo rem excluditur ab ejus essentia, quod intra terminos definitionis non continetur : ergo explicando Pœnitentiam per ordinem ad peccata commissa, exclusa relinquuntur a Pœnitentia peccata extranea, alias essent diminutæ omnes illæ definitiones, quod non est admittendum.

2 Con firm. Confirmatur et explicatur secundo : quoniam si Pœnitentia non versaretur per se primo circa propria, sed illa respiceret abstracte quatenus peccata sunt; deficientibus peccatis propriis, et existentibus alienis, salvaretur Pœnitentiæ ratio et actus primarius illius : Consequens est falsum ; alias potuisset esse Pœnitentia in Christo contra id quod docent communiter Theo-
'st . i logi, et cum ipsis docuimus tract, de Gratia Christi disp. 14, dub. 2; ergo ne hoc dicatur, dicendum est Pœnitentiam non respicere peccata abstrahendo ab eo, quod sint propria, vel aliena, sed determinate postulare propria. Sequela Majoris constat; quoniam nulla est virtus, quæ versari non possit circa proprium objectum eliciendo proprium actum circa illud : ergo
I.C . si objectum Pœnitentiæ solum essent pec-
I cata, qua peccata et non qua propria, nulla est ratio denegandi actum proprium Pœnitentiæ circa peccata quantumvis aliena;
I cum esse alienum, vel proprium sit extra essentiam sui objecti, eique accidentaliter
I conjungatur, ad eum sane modum quo
I esse magnum, vel parvum, frigidum, aut calidum accidunt colorato, qua coloratum est, et terminat potentiam visivam. Falsi-
I tatem Consequentis satis ostendunt exemplum illi insertum, et suadent etiam rationes jam expensæ; siquidem Pœnitentia non aliter exercet munus justitiæ erga Deum, nisi quatenus tendit in reconciliandam amicitiam divinam : reconciliatio autem amicitiæ non est nisi per contritionem propriam, qua sublata, aufertur tota pœnitentiæ ratio.

Cfâu CMirniL·.·. Confirmatur tandem, et detegitur æquivocatio, ne dicamus fallaciam, oppositum autumantium. Nam eatenus Pœnitentia versaretur circa peccata aliena, quatenus homo non solum dolet de peccatis propriis, sed etiam de peccatis alienis : sed licet hoc ita sit, talis tamen dolor non est actus virtutis Pœnitentiæ : ergo per virtutem Pœnitentiæ nequit homo detestari peccata aliena. Consequentia constat : quia Pœnitentia non aliter queit circa peccata versari, nisi pro eis satisfaciendo ex justitia; satisfactio autem Pœnitentiæ fit medio dolore de peccatis, ut constat ex dictis, et consequenter eatenus aliqua attingit peccata, quatenus dolet de illis; hoc enim ab hac virtute sublato, difficile capitur, quo alio modo se exerat in satisfactionem ; et quidquid assignetur, ut commentitium, et a mente Sanctorum Patrum prorsus alienum amandandum est. Minor vero probatur ex D. Thoma infra quæst. 2 D.Tto supplementi art. 5 sol. ad 2, ubi ait, *quod de piceatis alienis dolere debemus : non tamen oportet, quod de eis conteramur, quia non omnis dolor de peccato præterito est contritio, ul ex dictis palet :* dixerat autem S. Doctor artic. 1, quod dolor etiam est D.Thos. de pcenis, non vero contritio, quia dolor est conceptus genericus ad contritionem, sicut animal ad hominem, ut constat ex quæst. 1, art. 1, ejusdem supplem. ubi inquit : *Quia aclus contritionis est actus virlulis, el esi pars Poenitentiae Sacramenti, ideo manifestatur in prædicta definitione, in quantum est actus virlulis in hoc quod ponitur genus ipsius, scilicet dolor, et objectum in hoc quod dicitur pro peccatis. Et electio quæ*

quæ requiritur ad actum virlulis. Et quasi immediate subjunxit S. Doctor aliam definitionem, qua ejus ratio diflorentialis explicatur. *Alia autem definitio invenitur, quæ definit contritionem, secundum quod est actus virlulis tantum : sed additur ad prædic·tam definitionem differentia contrahens ipsam ad specialem virtutem, scilicet Pcenilenliam. Dicitur enim quod contritio est dolor voluntarius pro peccalo unius quod dolet je commisisse.* Quibus verbis hactenus expensa pro hac parte clarissime illustrantur, et constat veritas illius Minoris, quam assumpsimus probandam : nam dolor ille, quem de peccatis alienis concipere debemus, est actus secundarius Charitatis, ad quam pertinet et prosequi Deum in ratione summi boni, et odisse peccata contra ipsum facta, quia mala Dei sunt. Idque liquide constat ex argumento, cui S. Doctor occurrebat; intendebat enim probare posse de alienis haberi contritionem, quia ex charitate tenemur dolore de culpis propriis ot alienis, ex eo quod teneamur diligere proximos sicut nosmetipsos. Et respondet S. Doctor prædictum dolorem non esse contritionem, et consequenter nec proprium Pœnitentiæ actum. Quare reduci debet ad Charitatem, ad quam pertinet ipsa dilectio; quia cum charitas faciat unionem in affectu, ut scilicet amans reputet amicum, quasi se alterum, teste eodem S. Doctor quæstiunc. de spe art. 1 ad 11, ad ipsam pertinet dolere de offensis contra Deum, nec non de malo ejusdem proximi, quem propter Deum diligit.

Objects

72. Sed contra totam banc doctrinam objicitur primo. Quoniam eadem virtute, qua debita propria solvimus, possumus, et extinguere aliena : sed media Pœnitentia compensamus delicta a nobis ipsis commissa : ergo eadem Pœnitentia'poterimus et expiare aliena. Probatur Major. Tum a paritate satisfactionis, quam constans est exhiberi posse pro alienis debitis; quin obstet vel actionum limitatio, vel quid hujusmodi, quod posset obtendi. Tum etiam

Suro,

(et est ratio a priori ut arbitratur Suarez ubi supra n. 10), quia honestas uniuscujusque virtutis objective sumpta per ipsammet virtutem est amabilis, sive nude consideretur, sive in proprio, sive in alieno subjecto. Et sic Charitas amat honestatem, et dignitatem divini amoris, ubicumque illi proponatur. Ergo sicut eadem justitia odio habetur injuria non solum propria, sed etiam aliena, ita eadem Pœnitentia expiabitur injuria Dei, quantumvis ab alio fuerit commissa. Eo vel maxime quod odium peccati, et retractatio illius ab eadem radice emanare videantur : ergo cum odium versetur circa peccata aliena; non est ratio asserendi in eadem non posse retractationem tendere.

Hæc tamen objectio procedit ex non satis penetrata doctrina tradita, nec mente D. Thomæ consulta, et ad utriusque clariorem lucem est ex dictis observandum Pœnitentiam non primario versari circa satisfactionem pœnætemporalis; hæc enim suppleri potest aliunde, quam ex actione propria ipsius pœnitentis, ut constat in animabus Purgatorii : sed tendit in expiationem æternæ pœnæ contract» ex offensa Dei : et hac exclusa, excluditur consequenter reatus æterni supplicii. Et quia hic non incurritur nisi per actionem propriam, idcirco Pœnitentia primario tendit in culpam propriam, utpote qua quis demeretur, eamque retractare conatur media propria conversione in Deum offensum. Unde sicut est implicatorium quod quis peccet peccato personali, nisi propria voluntate; ita repugnat quod quis per actum sibi non proprium, sed extranei subjecti reconcilietur Deo, aut (quod idem est) pro alio satisfaciat pro reatu, et offensa pœnæ æternæ, ut ex doctrina D. Thomæ, et Theologorum communi ostendimus tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 5, et clare docuit D. Angelicus in propriis hujus materiæ terminis in 4, dist. 20, quæst. 1, art. 2, quæstiunc. 3 ad 2, ubi inquit : *Ad secundum dicendum, quod contritio ordinatur contra culpam, quæ ad dispositionem bonitatis, vel maliliæ hominis pertinet : et ideo per contritionem unius alius a culpa non Uberatur. Similiter per confessionem homo se Sacramentis Ecclesiæ subjicit; non autem potest unus Sacramentum pro alio accipere, quia in Sacramento gratia suscipienti datur, non alii. El ideo non est ratio similis de satisfactione, contritione, el confessione.* Ubi contritionem et confessionem ita docet Angelicus Præceptor esse actiones personales, ut tantummodo proprio inserviant, ac proficiant subjecto, neutiquam vero extraneo : quod secus esse de satisfactione affirmat.

Observatio pro diluenda objectione.

D.Thom.

fr

73. Porro satisfactionis duplex ratio distingui debet juxta ejusdem S. Doctoris manifestam doctrinam; nam alia est pro culpa, in qua includitur offensa, et reatus æternæ pœnæ; alia vero pro pœna tempo-

Satisfac- d(j^'ex

ptt

y

rali, vel a Deï ministro imposita, vel ah ipso Deo laxata. Hamm prima perlinet ad interiorem anima' dispositionem: siquidem importat solutionem debiti Importati in ipsa offensa una cum ratione medicina', et *sic satisfactio unius non prodest atteri, quia* D.Thom. (veib3 sunt ᗡ| Thomæ) *ex jejunio unius caro alterius non domatur, nec ex actibus unius alius bcnc agere consuevit.* Et hæc est primaria, et maxime propria Pœnitentiæ satisfactio, inclusa in ipsamet contritione, ab eaque indistincta; quæ quidem soli proficit pœnitenti, utpote propria ipsius dispositio. In hac vero non est disparités, sed omnino eadem ratio cum contritione, et confessione ; quando quidem nulla harum operationum alteri , quam ipsimet subjecto nata est prodesse. Alia est satisfactionis ratio, quasi extrinseca. et pcenam dumtaxat temporalem concernens, de qua D-Tnom. inquit D. Thomas, et concedunt communiter Theologi, quod unus possit pro alio satisfacere, quatenus ex Charitate subire, et luere pœnas alterius potest, ut contingit in humanis, ubi amicus pro amico debitum ex justitia solvit : *ft ideo quantum ad pcrnæ dimissionem* (temporalis} *unus alteri mereri* (idest satisfacere) *potest, et actus unius efficitur alterius, charitate mediante, per quam omnes unum sumus in Christo.* Et tradit S. Doctor rationem in resp. ad 3, quoniam tn *solution? debili attenditur quantitas panæ, quæ eo ipso quod ab alio solvatur, exlinguitur, et quia in Charitate fundatur, qua omnia sunt communia, acceptatur a Deo quasi ipsemel debitor exolvisset.* Idque adeo verum arbitratus est D. Thomas, ut non reputaverit necessarium, quod ille, *pro quo fit satisfactio, sil impotens ad satisfaciendum : quia etiam si esset potens, alio satisfaciente pro ipso a debito immunis esset.*

Deponi- objectio, Hinc vires objectionis dehiscunt, et enervantur: et ad ejus formam respondetur explicando majorem ; et si sensus illius fuerit de debito pure humano, et extrinseco, qualis est solutio pecunke, vel pœnæ alterius pure extrinsecæ; concedimus eadem virtute extingui posse debita, sive propria, sive aliena, interveniente amicitia, vel naturali, vel supernaturali, vi cujus aliquis constituitur fidejussor, et substituitur loco D.Thom. creditoris : quia (ut inquit D. Thomas) *habel vim satisfaciendi, maxime ratione charitatis, qua homo ipsam sustinet : el quia major Charitas apparet in hoc, quod aliquis pro* altera *satisfacit, quam si ipse satisfaceret ; ideo minor ραη.τ requiritur in eo,* QUI *pro allero satisfacit, quam in principali requireretur.* Et constat in pœnis Purgatorii, quæ cum acerbissimo? sint, satis levibus tamen hujus vitæ pœnalitatibus exæquantur, et extinguuntur.

Si vero aliud intendatur in majori illa objectionis propositione ut re vera intenditur, neganda est, et ejus falsitatem demonstrant ali® virtutes, quorum proprii actus soli subjecto eos elicienti proficiunt, ut patet in humilitate, qua non lit humilis alius ab exercente humilitatis actum in religione, qua non redditur Deo debitus cultus, nisi pro illo, qui actibus religionis incumbit; quidquid sit de satisfactione ab illis virtutibus proveniente, quam nemo it inficias prodesse aliis, si pro illis ex Charitate applicetur. Quod argumento est aliter de satisfactione pro poena temporali, ac de satisfactione pro culpa, seu offensa discursum iri, nt supra dicebat D. Thomas, Unde corruit majoris illius probatio prima, ob assignatam disparitatis rationem.

Ad secundam quam immerito rationem a priori arbitratur Suarez, dicimus per actus virtutis, in quibus honestas formalis Sura splendet, attingi quidem bonitatem objectivam propriam illius virtutis, non absotar. lute, et prout invenitur in aliis subjectis; sed commensurate ad proprium actum illius suppositi, in quo est virtus, ut constat in humilitate, cujus proprium objectum non est depressio, et subjectio alterius, sed illiusmet, in quo est humilitas; alioqui enim, vel Lucifer ipse superbissimus posset dici humilis, quod, non potest admitti, Cum autem objectum Pœnitentiæ sit peccatum commissum quidem ab ipsomet pœnitente, ut docent sancti Patres, et definitio ab ipsis tradita testatur; hinc est Pœnitentiam non primario versari circa peccata aliena, sed tantummodo circa propria, quibus proinde non existenlibus, non est locus Pœnitentiæ, quantumvis aliena multiplicentur.

Cum quo tamen stare concedimus* vere pcenitentem circa peccata propria, per quamdam connaturalitatem quodammodo attingere posse pœnitentiam alienam, rectum judicium formando de illa, ipsamque aliquomodo diligendo. Ad eum sane modum quo Doctor Angelicus 2, 2, q. 45,art. D.Tfccs. 2, docet, castum per quandam connaturalitatem ad ipsam, recte judicare de illis, qui habent habitum castitatis. Sed hoc magis pertinet ad Charitatem, cujus est diligere

diligere Deum, ot proximum, ut in quo ducet divina bonitas, et quo magis in ilio splendeat virtus, oo intentius diligitur, et Deus, et proximus. Et in hoc sensu ex ipsamet Charitate odio habentur peccata proximi, ut opposita bono divino; *ex hoc enim* (verba sunt D. Thomæ, quæst. do Virtutibus art. 5 ad 5) *quod aliquis esi virluosus diligit sibi similes, sive in natura, jive in donis natur® superadditis, unde ex eadem radice, ex qua procedit dilectio, procedit el dolor de proximi nocumento.* Ex hoc tamen sicut non infertur, vel omnes alias virtutes præter Charitatem superfluere, vel (quod idem est) ipsam primario attingere objecta propria aliarum virtutum, cujus oppositum est communis, et vera Theologorum sententia, quam discussimus tract, de Virt. disp. 3, dub. 1, per totum, ita non deducitur per Poenitentiam detestari posse indiscriminatim quælibet peccata, sive propria, sive aliena. Recolantur quæ scripsimus § 3 illius dubii ubi aliquarum objectionum occasione doctrinam dedimus præsenti materiæ non incongruam.

Urjetar a Cartoii Ll?º·

74. Instari tamen, et opponi potest ex doctrina Eminentissimi Lugo ubi supra n. 37. Nam aliud est velle honestatem v. g. Castitatis, qua Castitas est, sive in proprio, sive in extraneo subjecto, ab eo quod est velle castitatem Petro : nam motivum primi actus non est nisi honestas, seu bonitas ipsius castitatis ; motivum vero alterius actus non tam est bonitas ipsius virtutis, quam bonitas ipsius Petri, cui volo castitatem : ergo licet iste secundus actus non tribuatur castitati, sed amicitiæ, vel alteri virtuti, secus vero primus; ab eodem quippe habitu procedit velle mihi, et aliis castitatem, ex motivo, et honestate ipsius castitatis, vel saltem procedere potest : sicut ab eadem amicitia, qua diligo Petrum, oritur, quod ipsi, et velim, et optem castitatem. Sicut enim motiva sunt diversa, siquidem in uno horum actuum est ipsemet Petrus amicabiliter dilectus; in altero vero castitas Petri, ipso Petro materialiter se habente : ita et actus debent differre, et a diversis procedere habitibus. Similiter ergo de Pœnitentia theologizando, licet ex amicitia, seu Charitate possim velle Pœnitentiæ honestatem Petro ; ex ipsa tamen Pœnitentiæ virtute possum mihi, et aliis velle peccati contritionem, el detestationem ; atque ideo non est caput, unde prædicta virtus se exerere non possit etiam in peccata aliena ; non quidem quia aliena sint ex parte motivi, sed quia peccala sunt abominatione, et contritione digna.

Diluitor primo.

75. Hæc tamen Authoris doctrina res·» puitur vel ab ejusdem domesticis, ut ipsemet expertus affirmat. Nec mirum, quum ex illa sequatur nullam esse virtutem, de qua non idem possit eflbrmari argumentum; quo idem omnino probetur, ut consideranti fiet perspicuum. Si enim eadem castitatis virtute nedum mihi, sed aliis appetere possem castitatem; eadem ratio erit de humilitate, obedientia, religione, fortitudine, temperantia, et sic de reliquis. Et hoc semel posito, poterit quis reddi humilis, obediens, religiosus, fortis, et temperatus per hoc dumtaxat, quod alter se humiliet, superiori obtemperet, Deo cultum reddat, etc. Quod tamen absurdum, et satis falsitati obnoxium apparet, et contra manifestam experientiam. Et ut id fiat perspicuum, inquiramus ab Authore prsedicto. Num actus quo castitatem alteri cupio, vel illum reddat castum, vel non? Si primum? ergo Petro proficit meus ipsius castitatis amor, utpote quo evadit castus ; quod est evidenter falsum. Si autem non illi, sed mihi prodest? ergo per ordinem ad castitatem Petri forte non existentem, imo neque forsan extituram, quantumvis in votis a me habitam constituor castus, quod etiam est constituere actum practicum virtutis absque existentia objecti. Unde eadem facilitate, qua id asseretur, fortiori tamen motivo, relegandum est : non enim quis constituitur humilis per desiderium humilitatis in proximo, sicut nec redditur Sanctus per sanctitatem alterius : nam virtus est, quæ bonum constituit habentem, ut communiter definitur.

Refellitur secundo.

76. Fallit deinde : nam amor castitatis in communi non est formalis castitas, sicut amor humilitatis, et aliarum virtutum non est formaliter humilitas, aut virtus. Et ratio est manifesta ; quoniam terminus illius dilectionis est ipsamet virtus per modum objecti alliciens, et excitans ad amorem, et desiderium : ergo prout terminat prædictum amorem, exercet quidem munus objecti, non vero collocatur in statu virtutis sub exercitio virtutis; quo pacto se tenet ex parte potentiæ, ut prompte, et faciliter erumpat in proprios actus. Quapropter subtilis illa distinctio inter velle castitatem absolute, et velle castitatem Petro, conducit quidem, et tenet ad explicandam, an sit amor ille, vel strictæ ami-

citiæ, vel etiam concupiscentias, respectu ipsius castitatis, vel respectu Petri; non tamen probat esse actum castitatis proprium. Sed vel procedit a voluntate; qu;e ex vi rectitudinis naturalis sibi congenitae inclinatur ad bonum honestum in communi juxta doctrinam traditam tract. 12 de virtut. disp. 2, dub. 3 per totum. Vel si fuerit allions ordinis, procedit a Charitate, juxta dicta num. præced. quia cum sit amicitia supernaturalis, vel ipsa proximorum bona facit sibi propria, quandoquidem importat unionem amantis ad amatum
D.Thom. secundum affectum, ut docet D. Thomas 2, 2, quæst. 21, art. 2, in *quantum scilicet arnans xstimat amatum quodammodo, ut unum sibi, vel ad se perlinens, et sic movetur in ipsum,* ipsique appetit castitatis bonum.

Unde etiam corruit Consequentia facta
qneatia. de Pœnitentia, cujus objectum, ut ostensum manet, sunt determinate peccata propria, quatenus propria, et in horum compensationem, et destructionem illa per se primo, et immediate collimat. Peccata autem ut abstrahunt a propriis, et alienis, non ad Pœnitentiam sed ad Charitatem reduci debent; hæc enim imperat tum Pœnitentiæ, tum aliis virtutibus particularibus, ut illorum satisfactioni incumbant. Quocirca D. Basilius hom. 4, rem explicans
B>' ita inquit : *Sanctorum lamenta, lacrymxque prosiliunt ex fervore Charitatis, qua toti erga Deum flagrant: oculis enim cordis in eum indivulse conjectis, quæ diligunt, Lxtitiam sibi illinc accumulant, dumque moderantur, el regunt, quæ ad. conservos suos attinent, in peccatis deprehensos lugent, el eosdem fusis lacrymis revocant ad meliorem*
Tjtus viijg *frugem*. Quo etiam pacto Titus Bos-
5 ' trensis tom. i Biblioth. ad illa verba Lucæ 19, vers. 2 : *Videns civitatem flevit super eam* ait : *flevit super Hierusalem ho-*
ECjCpar *minum amator Dominus.* Cujus optimam
Thom. rationem elicimus ex Angelico Præceptore ubi supra art. 7 quoniam fortior ostenditur Dei dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit, scilicet usque ad aliorum peccatorum detestationem, sicut virtus ignis ostenditur esse fortior, quando ad remotiora diffundit suum calorem. Quod ergo homo aliena peccata deploret, provenit ex fervore Charitatis erga Deum, et ex consequenti erga proximum, ut de Davide Absalonis mortem non tam corporalem,
B'umU" (Iuam spiritualem lugente asseruit D. Augustinus lib. 3 de Doctrina Christiana cap. 21, dicens : .Von *solum ferocientem toleravit ; sed etiam planxit exlinclum ; non enim carnali sdo irretitus tenebatur, quem nullo modo injuri» sux, sed peccata filii commovebant.*

77. Porro si hujus adhuc aliam radicem quæsieris, ea est, quia nimirum, licet quilibet actus virtutis residentis in voluntate, sit volitio objecti per ipsum attacti ; quatenus eodemmet actu quo voluntas attingit objectum, ct illud vult, et se simul velle, ut est perpetua, et constans doctrina D. Thomæ ; non tamen quilibet actus voluntatis, aut virtutis est expressus, et formalis amor, signate tendens in honestatem virtutis signate, et quasi speculative acceptam : hoc enim in naturalibus competit speciali actui voluntatis, cujus primus actus est amor formalis, et explicitus, ut docet D. Thomas 1 p. quæst. 20, art. 1, D.Ttca. et in ordine supernatural! Charitati, cujus est diligere, expresse Deum, et alia omnia propter ipsum ut constat ex 2, 2, q. 20, art. 1. Unde licet per actum v. g. Misericordi» ipsa honestas hujus- virtutis attingatur, non tamen expresse et signate, ut honestas Misericordiæ in communi, sed tantummodo practice, et in exeeutione quatenus includitur in sublevatione alienæ miseriæ circa quam versatur. Quod quidem si tenet in omnibus aliis virtutibus; maxime vero tenere debet in Pœnitentia per se primo ordinata, et instituta ad reconciliandum hominem cum Deo, et ineundam iterum cum ipso amicitiam discissam per peccatum. Quamobrem non alius amor, aut expressior ipsi debet attribui, quam qui importatur in ipsamet contritione, et dolore de Dei offensa. Contritio autem, ut supra nos docuit D. Thomas, non est nisi in eodem, in quo duritia peccati præcessit, quocirca de alienis non est contritio. Unde nec actus, quo alteri diligo castitatem est actus proprius castitatis, sed vel voluntatis, vel charitatis ; nec actus quo doleo de peccatis alienis est actus proprius Pœnitentiæ, sed reduci debet ad Charitatem, ad quam etiam revocat D. Thomas gaudium de bonis proximi operibus 1 p. quæst. 23, art. 6 ad 1. Et quia *nulla virtus* (verba sunt D. Thomæ in 4, dist. 14, quæst. i, art. 1, quæsliunc. 3) *recipit speciem ex hoc, quod imperatur ab alia virtute, sicut nec actus castitatis, propter hoc quod a Charilate imperatur speciem respicit virtutis specialis;* idcirco propria et specialis Pœnitentiæ ratio non ex illis actibus in objectione annumeratis, nec ex aliis similibus venanda est;

Al:* dk!*- no ndu.

D.Ttca.

est; sed ex eo tantummodo *Pœnitentia accipit speciem* (subtexuit S. Doct.) *quod respicit peccatum a se commissum ut expiabile per panilentis actum, ct ita actus Pœnitentiæ non est detestari peccatum absolute, quia hoc est cujuslibct virtutis, sed detestari aliquid ex purgatione ejus, ct quantum ad culpam, cl quantum ad reatum, hoc enim nulla alia virtus facit.* Quo quid expressivus contra Suarez, Lugonem, et alios ejusdem doctrioæ.

g Ultimus.

Compendiosor dictorum elucidatio.

HKieaos t»· 73. Ut hactenus in hoc dubio discussis, et infra circa hanc virtutem discutiendis omnimodam quantum fas est, claritatem conciliare possimus, præ oculis habere debet in objecto Pœnitentiæ ex D. Thoma, et fere communi Theologorum calculo assignato simul concurrere objectum materiale, et formale hujus virtutis. Nam objectum materiale, seu quod idem quoad præsens est, materia circa quam, sunt peccata propria, non quidem ut amplectenda, sed subruenda, et destruenda, ut jam ab ipsius tractatus limine observatum relinquimus, et ad art. 2 quæstionis præcedentis ex D. Thoma annotavimus. Quare ipsorum destructio, expiatio, vel compensatio se habet ut objectum *quo* seu ratio sub qua; non enim aliter a Pœnitentia inspiciuntur peccata, quam ut expianda, et compensanda media contritione; atqueideo ipsorum compensatio, expiatio, et destructio, est ratio sub qua illa attingendi. Nam, ut inquit Angelicus Præceptor loco immediate allegato ex 4 sent, *bonum illud ad quod virtus ordinatur immediate est actus perfectus ipsius. Et ideo aliquæ virtutes sunt, quæ principalem actum habent in retrahendo ab aliquo, sicut dictum est in 3 lib. dist. 23 de temperantia, et modestia, et hujusmodi. Et similiter actus perfectus Pœnitentiæ est in retrahendo ab aliquo mala. Nec propter hoc sequitur, quod non sil virtus, el quidem specialis, utpote sub speciali ratione sibi propria respiciens peccata.* Quod vero se habet ut objectum mediatum, et terminative attactum, est jus divinum, non quidem, ut absolute in tota sua latitudine servandum, quo pacto est quid commune, et omnium virtutum cumulum comprehendit, sed ut læsum per offensam, et media satisfactione reparandum. Cum cnirn, ut paulo inferius videbimus, Pœnitentia sit justitia hominis ad Deum; oportet, ut ejus objectum sit aliquid Deo debitum, per cujus exhibitionem injuria resarciatur illata. *Dupliciter namque* (inquit D. Thomas ubi nuper dist. 14,q. 1, art. 1, quæstiunc. 3), *aliquis fit debitor Deo : primo per hoc, quod ab eo aliquid recipit : ct hac ratione Deo reddit debitum honorem lalria, sive religio : alio modo ex hoc quod contra Deum peccavit, el sic reddit debitum Deo Panilentia.* Quare ad Pœnitentiam pertinet damnum juri divino illatum reparare, ipsumque illisum reddere. Quod quidem fit media satisfactione inclusa in ipsamet contritione de offensa; atque adeo ipsamet satisfactio, quam Pœnitentia offert media contritione, est objectum *quod* formale proximum prædictæ virtutis : Deus vero se habet ut objectum, seu finis *cui* ut constat a simili religionis, cujus objectum formale est cultus Deo exhibitus mediis propriis actibus venerationis, genuflexionis, etc. Deus autem est *cui* redditur ille cultus, et jus divinum ratione beneficiorum colendum est in quod ultimo cedit tota religio, ut infra explicabimus, et constat ex verbis D. Thomæ modo relatis. Recoli tamen possunt, quæ in arbore Virtutum, appendice ad illarum tract, de religione et Pœnitentia annotavimus § 8 et 9, ubi utriusque virtutis munera, actus, et objecta descripsimus.

D.Thom.

objec- qluuoaJ

Finis Cui·

79. An vero sub objecto materiali hujus virtutis comprehendantur etiam peccata venialia, res videbatur indubia, supposita communi, et vera doctrina supra statuta, quod sint materia Pœnitentiæ, ut est sacramentum. Ex quo videbatur consequens etiam cadere sub objecto materiali Pœnitentiæ virtutis, et ratio convincere videbatur, quandoquidem possunt (et forte saltem extra sacramentum petunt) vera et perfecta contritione deleri. Idem vero est objectum contritionis cum objecto Pœnitentiæ : atque ideo non est unde a ratione objecti materialis, minus principalis hujus virtutis extraherentur. Quare peccati nomine ut pertinet ad objectum prædictæ virtutis, non solum gravia, sed etiam levia accenseri debent, omnia quippe vera peccata sunt, subindeque aliqua vera virtute compensanda, et luenda, quin obsit ahqua gravia, alia levia reputari, et esse coram Deo : sicut enim *est alicujus virtutis* (verba sunt D. Thomæ dist. 14, sæpe citata quæstiunc. 3 ad 4), *ut homo placet cum, quem*

An peccata venialia sint objectam Pœnitentiæ ?

D.Thom.

objM- PiKiitel· &·

Objet- itrama- liram·

offendit peccando, ita etiam est alidijus tir- *tulis, ul homo Deum placet, quem peccando offendit ;* offendi vero Deum, licet non graviter, levibus culpis, ut docent Theologi, et ex illis statuimus tract, co Peccatis disp. ult.

Q“›4 vidator apud υδ°· Cum itaque hæc difficultas discussioni minimo videretur obnoxia, et ideo forsan a pluribus Tbomislaruin omissa, ecce offendîmes apud Cardinalem de Lugo disp. 3, sect. 1, in aliquos Recentiorum, quorum nomina suppressit, autumantium Pœnitentiam virtutem non habere pro objecto, inorum licet, minus principali peccata venialia. Et ratio illorum est (prædicti Authorisjudicio satis consequens) quia de ratione Pœnitentiæ est exhibere Deo inæqualem compensationem pro offensa ; et hac ratione inter partes potentiates justitiæ commutativæ accensetnr aD. Thoma, et aliis Theologis. Constat autem ex eadem Theologorum doctrina pro peccatis venialibus æqualem Deo fieri compensationem : ergo peccata venialia, ut ex justitia compensanda non pertinent ad virtutem Pœnitentiæ; alioqui enim simul esset perfecta, et imperfecta justitia erga Deum, simul adæquaret, et non adæquaret offensam.

s-Xn tia. " ^æc timen ratio non C0oJt» ut ex“ eludantur peccata venialia ab objecto Pcenitentiæ, quia licet hæc non sortiatur rationem justitiæ erga Deum, nisi imperfect®, et potentialis per ordinem ad offensam gravem, quam primario destruere intendit; est tamen justitia suo modo perfecta, et æqualis respecta offensæ levis, ratio5 10’ finaln fnducit peccatum veniale. Et ratio videtur perspicua : nam quod homo per Pœnitentiam non possit exequare gravitatem offensæ mortalis, provenit ex infinitate prædictæ offensæ, etex limitatione satisfactionis nostræ, quæ quidem quia finita est, neutiquam valet illam adæquate compensare, ul fuse ostendimus tract, de Incarnat. dup. 1, dub. 5, et est communis D. Thomæ, et aliorum Theologorum sententia. Hæc autem ratio oppositum probat in peccato veniali : nam si *affirmatio est causa adxquala affirmationis, negatio est causa adxquata negationis,* ut tenet commune proloquium. Sed quod peccatum grave sit simpliciter infinitum in ratione offensæ, est adæquata ratio affirmandi non posse per nostram Pœnitentiam adæquate compensari, ut expendimus loco citato. Ergo hæc est affirmandi ratio offensam peccati venialis non infinitam, ut supponimus. nostra posse pœnitentia adæquari, atque ideo sub objecto ipsius comprehendi.

Nec ideo evadit perfecta, ul obtendebant illi Authores, nostra satisfactio absolute, c5a et simpliciter, vel Pœnitentia extrahitur a suo objecto adæquato, ut iterum posset obtrudi. Tum quia nulla virtus subit denomi- *nutti* nationem, nisi penes objectum primarium, et principalius, ut supra nos docuit D. Thomas, et est perspicuum : objectum autem primarium ex parte materiæ in Pœnitentia est peccatum mortale, et ex illo secundario, et minus principaliter descendit ad venialia. Tum etiam, quia offensa peccati venialis non est offensa simpliciter, quando quidem secum patitur et gratiam, et amicitiam cum Deo : quocirca illius adæquatio non est nisi imperfecta , et secundum quid ; quæ proinde non sufficiat ad extrahendam Pœnitentiam a ratione satisfactionis imperfect®, ac diminutae. Id quod satis liquet in ipsomet actu Cbaritatis, qito Deum, et proximum diligere possumus, inæqualiter tamen ; quantumvis enim Deus diligatur, non tantum diligitur ex chàri· tate, quantum diligibilis est : cum proximas adæquate et perfecte diligi possit ex Charitate. Non ergo est ratio urgens excludendi peccata venialia ab objecto materiali Pœnitentiæ, quantumvis perfectam pro illis exhibeat satisfactionem. Consulantur, quæ expendimus loco immediate allegato, ubi f 4, qualiter homo satisfacere valeat pro peccatis venialibus, fuse explicuimus, et nonnullis, nec spernendis objectionibus, et interrogationibus obviam ivimus.

81. Sed hinc suboritur aliud dubium. Quid Quid de imperfectionibus tenendum sit, an nimirum pertineant ad objectum Pœni- tioni&u tentiæ, necne? Nomine autem *imperfectionis* non satis constat, quid intelligendum veniat. Nam vel imperfectio samitur pure Qay «it negative, pro carentia majoris perfectionis, «jP®· non tamen debit®, sed possibilis inesse αpiiά· illi actui : quo pacto vel ipsemet actas lir· Cbaritatis potest dici imperfectus, quatenus non tanta, quanta possibilis ipsi est, gaudet perfectione. Sed hoc modo certum est non subesse Pœnitentiæ, alias nullus esset actus, quantumvis perfectus, de quo non posset, imo deberet esse Pœnitentia : quod est inauditum, et prorsus a veritate alienum. Vel sumitur privative, et contrarie; quomodo importat privationem rectitudinis debit®, vel ex parte finis, vel ex parte modi, aut alterius circunstantiæ.

tiæ. Et sub hac ratione, planum etiam est, prædictum actum esso peccatum ad minus veniale, idooque subesae debere huic virtuti, ut nuper do peccatis venialibus staluiinus; siquidem jam non est pura imperfectio, sed peccatum, et quia levo inter imperfectiones accensetur. Vel tandem se habet modio modo, ita ut neque consistat in nuda carentia perfectionis possibilis, nec etiam in privatione alicujus rectitudinis debitio, sed dumtaxat in hoc, quod aliquid fervoris, promptitudinis, vel quid simile, reperiri solitum in similibus actibus illi deficiat. In quo sensu communitor *imperftclionis* nomen usurpatur, et imperfectiones a peccatis venialibus secernuntur, nedum apud scholasticos, sed etiam apud vitæ spiritualis studiosos, et magistros.

ASrcsi-TH Ls-jo. in hac ergo acceptione, quam esse propriam, et difficultatis occasionem tribuere supponitur, Lugo ubi supra, num. 9, parti affirmativæ adhaeret, docens aliquos odii actus circa has imperfectiones elici posse a Pœnitentia. Tum quia licet immediate non adversentur paci cum Deo, opponuntur tamen mediate. Tum etiam, quia licet positive non avertant hominem a Deo, nec e controverso, avertunt tamen negative, et indisponunt subjectum ad uberiora gratiæ auxilia consequenda, vi cujus indirecte saltem disponunt ad culpam, redduntque hominem non ita gratum, et acceptum Deo.

PEBfef hr &!Λ-ώ «ÇM5. 82. Verior tamen est opposita resolutio, quam tract, de Peccat, disp. 19, dub. 1, a num. 8, indicavimus explicando, quænam sit peccati venialis ab imperfectione differentia, et ex ibi assertis colligitur neutiquam ad objectum Pœnitentiæ posse reduci imperfectiones sub tertia aceeptionë

JUtiO fcis teiapü. contentas. Et ratio ibi tradita convincere videtur. Nam actus bonus moraliter, imo et vitæ æternæ meritorius nequit accenseri sub ratione peccati, quod est objectum materiale Pœnitentiæ, seu materia, quam destruere intendit : sed prædictus actus, quem imperfectionem vocamus, est actus moraliter bonus, et vitæ æternæ meritorius, quippe qui fieri potest, imo et frequentius fit ab homine justo : ergo prædicta imperfectio in tertia acceptione non cadit sub objecto materiali Pœnitentiæ. Consequentia est legitima. Major videtur perspicua ex ipsis terminis; siquidem actus moraliter bonus, et meritorius æterni præmii est Deo acceptus, ejus legi conformis ; peccatum vero est Deo exosum, oppositum ipsius legi, atque supplicio, et pœna dignum : implicat autem eundem numero actum simul his praedicatis adeo adversis snbosso, sicut et quod simul sit bonus, et malus adhuc ex diversis capitibus, ut cum D. Thoma, et ejus discipulis statuimus tract, de Bonit. et Malitia disp. G, dub. 1. Minor vero etiam liquet ex subinserta probatione, quæ urgeri, et explicari potest dupliciter. Primo quia prædictus actus non est in individuo indifferens, ut supponitur : et esto ita esset, ex hoc ipso capite per se loquendo redderetur vitiosus juxta doctrinam D. Thomæ 12, quæst. 18, art. 9, quam expendimus tract. 11 de Bonit. et malitia, disp. 7, dub. 1 et 2. Nec etiam est positive malus, ut supponitur, alias esset peccatum saltem veniale : ergo est positive bonus, et consequenter juxta regulas rectæ rationis; aliunde vero fit ab homine justo, de quo procedit præcipua difficultas; quidquid sit de homine gravioribus obstricto peccatis, cui nihil curae est imperfectiones fugere. Secundo : quoniam aclus omnem sibi vindicans perfectionem debitam ex recto fine, principiis, et circunstantiis, nequit non esse moraliter bonus, et Deo in habente gratiam acceptus ad gloriam : sed talis est prædictus actus, qui dicitur imperfectio, ut constat, et supponi debet; alioqui enim non posset non esse peccaminosus, utpote carens aliqua perfectione sibi debita : ergo prædictus actus est moraliter bonus, et consequenter Deo acceptus. Id quod satis constat in actibus remissis Cbaritatis, vel aliarum virtutum ejusdem imperio subditarum, quos esse meritorios, et Deo acceptos constat ex communi Theologorum sententia, et foret absurdum intolerabile per actus Charitatis, quia remissos, et non ita fervidos, non mereri hominem apud Deum aliquos gradus gratiæ, et gloriæ suo tempore conferendos; ut in materia de Merito ab omnibus supponitur : siquidem non tenetur homo ad id, quod est absoluto perfectius, essetque onus intolerabile humanæ fragilitati semper operari secundam ultimum potentiæ, et juxta intensiorem gratiæ, et virtutum perfectionem; et consequenter merito defraudari, quoties remisse, ex Charitate tamen, ageret.

Minoris p'^ho. >t

D.Thom. ii **

ft 12

>»!* ?r

Km.

Insutocientia moliva Emincntfcs*®.! Lugo. Nec motiva a Lugo indicata sunt sufficientia. Nam aliud est actum avertere a Deo, mediate, vel immediate, seu directe, vel indirecte : aliud vero non ita celeriter, sed segniter ad ipsum perducere. Actus

autem hujusmodi hoc secandum habent, nou vero primum, ut liquet; siquidem versantur circa Deum, quamvis lente : quamobrem licet proxime non disponant subjectum ad uberiora auxilia nanciscenda, non tamen positive, retardant; quin remote, et mediate conducunt, et moraliter sibi debitas reddunt tum gratiam, tum gloriam. Nec hoc est regredi a vita spirituali ; sed est non ita velociter progredi. In quo sensu non probatur viris spiritualibus, et mysticis Magistris, quibus in corde, et animo semper debet esse in meliora tendere, et ad altiora conari juxta illud Apostoli, 1, ad Corinth. 12 : *Æmulamini charismata mehora,* ïâ *est gratias poUores,* ut exposuit D. Thomas, quibus sternitur via, ad majorem charitatem. Unde et subdit Apostolus : *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.*

Ad Conuih.12.

D.Thom.

DUBIUM III.

Ulrum Pœnitentia sit eadem virtus cum Religione?

Qo'd.sii e,pl0‘ Quid sit Religio, quod ejus munus, ipsius etymologia, et actus, satis exposuimus loco supra citato ex arbore virtutum § 8, quin in eis, et aliis ad hanc virtutem spectantibus hinc immorari oporteat, vel iterum ibi dicta inculcando, vel eadem uberius prosequendo. Quæ enim ad hanc spectare videntur virtutem, non tam disceptanda, quam supponenda sunt in præsenti, ubi non examinamus ejus naturam, objectum, et actus ; sed tantummodo propriam speciem Pœnitentiæ, ejusque vel identitatem vel diversitatem ab aliis. Et quia ex dubio antecedenti constat eam esse virtutem specialem, non qualemcumque ; sed moralem, superest examinemus, an reipsa coincidat cum virtute Religionis? vel in alia specie ab ipsa debeat collocari ?

Cajcki' nus autborem, non Commentatorem agens. Judicium Magistri bmbb deCijet. Ha.

Cui difficultati non modicum ponderis accessit, dum Cajetanus in præsenti art. 2, magis Authorem, quam Commentatorem agens, ita propriam, et affirmativam stabilivit, ac firmavit sententiam, ut scripserit SS. Magister Soto in 2, dist. 12, quæst, 2, art. 3, ejus opinionem, quamvis novam non omnibus displicere, nec esse, cur displiceat. Ut vero ipsius mens, vel ex ipso quæstioms vestibulo appareat, duo sibi statuisse videtur Cajetanus in commentario hujus articuli, tum actum Pœnitentiæ esse actum virtuosum. et laude dignum; tum praedictum actum non procedere a virtute, quæ sit specialis virtus Pœnitentiæ. Quod fuit dicere actum Pœnitentiæ esse actum virtutis; sed non esse pro eo eliciendo, habitum, seu virtutem specialem Pœnitentiæ, distinctam a virtute religionis. Ad quorum primum convinces esse videtur doctrina primi articuli hujus quæstionis, quam aliter nisi declinando manifeste ab Angelico Doctore explicare non potuit : concludit enim S. Doctor Pœnitentiam, vel *esse virtutem,* vel *actum virtutis.* Statuit vero secundum non anthoritate S. Doctoris, sed ratione infra diluenda, qua suum captivari ingenium ingenue fatetur.

Communis et vera D. Thomæ sententia præfertur.

83. Dicendum est virtutem Pœnitentiæ non esse eandem cum virtute Religionis, sed essentialiter, et adæquate inter se differre. Hanc assertionem, quam nostro judicio evidenter esse D. Thomæ ambigi nequit, amplectuntur S. Doctoris discipuli, et nullum offendimus præter Cajetanum, qui ei refragetur, ut videre est apud Soto, Cano, Nuno, Arauxo, Joannem aS.Thoma, Labat, Gonet, Contempson, Martinez de Prado, et quotquot sive ante, sive post Cajetanum scripsere. Quibus omnibus suppetias eunt ex extraneis quamplurimi, quos in re tam perspicua ex S. Doctoris mente, inutile est allegare.

Yen S&Î&-tû.

DTm

Nn».

site's.

ώi-

Probatur primo ex Angelico Præceptore in 4, dist. 12, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 5, ubi duo docet S. Doctor, et quod Pœnitentia sit species justitiæ, licet imperfecta, et potentialis, in quo abs dubio convenit cum virtute Religionis, et quod sit ab ipsa Religione ex parte objecti, et consequenter essentialiter, diversa. Et ut unum et alterum probet, sic discurrit S. Doctor : *Cum inter hominem, et Deum sit maxima distantia, non poterii ibi esse dicta proprie justitia hominis ad Deum, sed aliquis justiliæ modus, quasi per similitudinem. Homo autem fit debitor alteri homini dupliciter. Uno modo per hoc quod ab eo sibi est datum, sicut in voluntariis communicationibus, puta in emptionibus, cl venditionibus. Alio modo per hoc, quod ei subtraxit, sicut est in involuntariis communicationibus, ut est furtum, percussio et hujusmodi. Et similiter aliquis*

lexD.

D.Ttœ

At

K'/ Deo debitor, per hoc quod ab ro aliquid recipit : cl hac ratione Deo reddit debitum honorem Lalria, sive Iteligio. Alio modo cx hoc, quod contra Deum peccavit ; et sic reddit Deo debitum Pœnitentia. Unde sicut Ileliyio ponitur pars justitiæ a Tullio, non quidem quasi species, sed quasi pars polcntialis, in quantum aliquem modum justitiæ participat : diam Pœnilenlia pars juslilix d'tel P0™' Ubi clarissime constat compa-

rut, et fasse, ot distinxisse D. Thomam inter has virtutes : quippe convenit intereas deficere

tu, et ab æqualitate solvendi debitum, ideoque

Reiijio. servant justitiæ modum, quasi per similitudinem; non vero sibi vindicant rationem perfectæ justitiæ, de cujus ratione est æqualitas; et ideo ubi non est, aut esse potest vera æqualitas, sed adæquatio, non est, nec esse potest perfecta ratio justitiæ. Distinguit vero illas ex parte juris, seu debiti : quia cum justitia sit ad alterum, juxta diversitatem juris, ac debiti oportet, quod sit diversa ratio justitiæ : quocirca ut infra expendemus, quia non idem jus splendet in parentibus, superioribus, et Deo, non eadem est ratio justitiæ in inferioribus; sed tot assignantur, quot fuerint rationes jura diversificandi formalia. Cum ergo diversum sit jus exigendi cultum ex parte Dei, ac extorquendi satisfactionem; siquidem alterum fundatur in supremo dominio Dei, a quo beneficiis augemur, et donamur, et est commune omni, et cuilibet creaturæ, quantumvis innocenti, et a peccato immuni, ut liquet ex discursu D. Thomæ ; alterum vero nititur in injuria Deo intentata, et quantum est ex affectu peccantis, ipsi illata, vi cujus in re sibi debetur satisfactio, et restitutio ; consequens fit ex mente S. Doctoris non eamdem esse virtutem Pœnitentiæ cum Religione. Nec modus ipse loquendi patitur eam identitatem ; alioqui idem sibi ipsi compararet, et loqueretur de eademmet virtute, quasi plures essent, cum tamen una sit. Quod esse minus formalem, et proprium loquendi modum, et ab stylo D. Thomæ satis alienum, perspicuum est, atqne ideo minime admittendum.

Confira. 1 ei eodem D.Tnom.

84. Confirmatur, et explicatur primo ex eodem D. Thorna ibi solutione ad 1 illius quæstiunculæ, ubi ex assignata radice jurium diversorum, quæ neutra illarum virtutum exæquare potest, ostendit Pœnitentiam esse justitiam imperfectam, ad eum sane modum, quo Religio justitia imperfecta est, ob excessum juris divini cultum exigentis supra venerationem, et honorem, quæ a creatura possint Deo impendi : *Justitia* (inquiebat arguens) *est æqualitas quædam secundum Philosophum : sed Panilenlia non potest xqualem compensationem reddere pro offensa Dei : ergo non est justitia.* Responsio est, *quod sicut dicit Philosophus in Elhic. ut habetur ex lib.* 5, *cap.* 8, *virtus non requirit semper æquale, sed sufficit, quod, possibile est, ul in honoribus ad parentes, el Deos. Unde sicut Lalria est pars justitiæ, quamvis non reddat xqualem honorem pro beneficiis acceptis : ita et Poenitentia, quamvis non possit aliquid æquale reddere offensæ præcedenti.* Si autem non intercederet diversitas inter prædictas virtutes, frivola, et ineptissima fuisset solutio, utpote nugatoria, et idem per idem probans ; esset enim sensus, *Pœnitentia, sicut Pœnitentia est justitia,* siquidem Pœnitentia esset ipsa Religio. Quod tamen indignum est de D. Thoma sentire, et non D.Thom. minus absonum affirmare.

Urgetur, et explicatur secundo adhuc conevidentius ex ipso Angelico Præceptore Οπη· 2- dist. 15, ejusdem lib. quæst. 4, art. 7, in. quo inquirit S. Doctor : Utrum oratio sit satisfactoria? et quæstiunc. 1, ita objicit in secundo argumento : *Lalria ul in præcedenti dist. dictum est, contra Pœnitentiæ virtutem dividitur : sed satisfactio est actus Pœnitentiæ virtutis, oratio autem Lalriæ : Ergo oratio non est satisfactoria.* Cui argumento concedit D. Thomas Majorem ut a D.Thom. se probatam dist. 14, præcedenti quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 5, ut constat ex margine, et verbis a nobis adductis; et concessa etiam Minori, negat Consequentiam, *quia non est inconveniens actum unius virtutis imperari a virtute, quæ contra ipsum dividitur : sicut actum temperanliæ interdum Fortitudo imperat. El sic etiam actum Lalriæ potest Pœnitentia imperare, et sic erit salisfaclorius : sicut etiam sacrificia pro peccatis in veteri lege fiebant, et nunc fiunt.* Quæ verba tam perspicua sunt, ut in ipsa luce offendisse videatur, qui circa Doctoris mentem hæsitaverit.

85. Ex illis vero præcluditur effugium, Effu- quod in favorem Cajetani excogitari posset, quasi S. Doctor fuerit locutus de actibus 'SUm. Latriæ, et Pœnitentiæ, quos esse realiter diversos non renuit, quin adstruit, Cajetanus. Secus vero est de ipso virtutis habitu, qui est realiter idem cum duplici actu, quorum primus sit Deum revereri, alter vero velle compensare exercite offensam,

se humiliter divina? omnipotenti» submittendo, quod est proprium Religionis. Id quod sub aliis terminis explicuit Aversa sect. 2, q. 2, docens non interesse distinctionem ex parte habitus; secus vero ex parte actuum : *Quia* (inquit) *bene potest unus, et idem habitus respicere totum jus divinum, et potest anlecedenter, et consequenter inclinare positive ad exercendos actus debitos Deo, et negative ad abstinendum ab actibus indebitis in ratione justitia.*

Ostendi- raenS D.Tbom.

Hoc, inquam, effugium sincera verborum manifestatione occluditur, quin alia ponderatione indigeamus. Tum quia D. Thomas supponit Majorem argumenti a se facti, cui occurrero satagit : Afajor autem prædicti argumenti procedit de ipsis virtutibus in ratiohe habituum, et inde inferebat diversitatem actuum, quorum unus non esset primario cultus, sed satisfactio ; alter vero ita esset cultus, quod non esset satisfactio : atque ideo cultus orationis minime satisfaciorius evaderet, cum satisfactio non ad religionem, sed ad Pœnitentiam attineat. Quem quidem discursum non reprobat D. Thomas, sed ut legitimum concedit; indo tamen non sequi affirmat actum orationis licet divers» virtutis a Pœnitentia non esse satisfactorium, quoniam sicut virtus temperanti» quandoque a Fortitudine imperatur, sic etiam actus Religionis imperatur a Pœnitentia, et in vi hujus evadit salisfactorius ; non secus ac omninm aliarum virtutum actus ex imperio Charitatis redduntur meritorii. Cum enim virtutes sint invicem annex», non sat est virtuti se in proprium actum excrero; sed et imperat aliis, et in proprium finem ordinat imperando, et dirigendo ipsarum actus. Et hoc pacto se habere Pœnitentiam, et Religionem docet S. Doctor. Tum otiam : quia imperium directum postulat distinctionem realem inter extrema ; quippo quod non versatur nisi inter inferiorem, et superiorem : ejusdem autem ad se ipsum non est reale dominium, aut suporioritas, vel divisio. Tum denique ex ipsomet exemplo Fortitudinis, et temperanti», quas certo certius debet esse non eoincidero realiter, sed essentialiter, et adæquate differre. Et D. Thomas non affirmat, quod unus actus ab alio, aut per alium actum imperetur, esset enim impropria, et minus apta locutio ; sed docet unam Virtutem per proprium actum aliam imperare, ut eliciat actum, non qui soli ipsi virtuti elicienti respondeat, sed etiam ipsi virtuti imperanti. Et hoc pacto actue La. tri» imperatur a Pœnitentia, importatque et rationem cultus erga Deum ex ipsa Religione, et rationem satisfactionis ex P». nitentia; et e converso actus contritionis imperatus a Religione superinduet rationem cultus ultra munus satisfactionis sibi ex propria specie a Pœnitentia obvenientis. Quaro licet sententia Gajelani sit probabilis absoluto (quod prætor Soto concedit etiam Martinez de Ledesma prima Quarti quæst. 2fi, art. 2, nec inficias imus); noutiquam tamen est probabile esso ad mentem D. Thomæ, utpote illi manifeste contrariam.

S6. Nec elevatur pomderationibus, quas atoi tota ilia sect, interserit Aversa. Quia noa riiKUi· disputat S. Doctor an unus, et idem habitus possit habere plures, ac specie diverses saltem in esse rei, actus ; hoc enim improprium est hujus difficultatis, ac subinde aliunde supponendum, ut debet supponi. Hinc tamen argumentum sumere est procedere ex remotissimis principiis, ex quibus nequit immediate illatio intenta deduci : alioqui enim eodem posset argumento confici nec Religionem a justitia differre, nec plures, quam unam dumtaxat communem, et universalem virtutem esse constituendam ; siquidem Unus, et idem habitus potest respicere totum jus divinum, ut diligatur, debita obedientia præstetur, ipsi dicenti credatur, cultus exhibeatur, etc., consequenterque etiam inclinaret ad positive exercendum actus debitos, etretraheret ab indebitis in omni materia. Quod tamen est satis absurdum, falsilati obnoxium, et confusioni expositum. Sanctus ergo Doctor processit ex maxime propriis, et immediatis principiis : quia cum de ratione justitias sit reddere alteri jus sibimet debitum, ex diversa ratione debiti, diversa justitiae ratio venanda est. Constat autem diversum jus consurgere in Deo ex a se datis, quia supremus Dominus, et omnium rerum principium, vi cujus extorquet cultum, et venerationem ; quam ex a se ipso ablatis, vi cujus postulat injuriam sibi illatam resarciri, et honorem ablatum restitui, media satisfactione, qua sola injuria est ex justitia compensabilis : ergo diversa est ratio justitias in religione sub prima ratione Deo cultum exhibente, quam in Pœnitentia, quæ dumtaxat sub secunda incumbit reconciliationi cum Deo. Atque ideo non tantum diversi actus, hoc enim planum est; sed etiam diversi virtutum habitus sunt

sunt assignandi, Pœnitentia, et Religio. Major quæ est basis totius discursus, facile explicatur; quiu divarsum est jus promis-jionis, a juro gratitudinis, et contractus emptionis, aut venditionis, a contractibus locationis, sponsionis, aut fidejussionis, quibus exsolvendis non eadem est adhuc in humanis virtus, sed plures justitiæ rationes interveniunt. Quod argumento est manifesto alia virtute benefactorem, alia Patrem, alia creditorem fore prosequendos, et consequenter non ejusdem virtutis | esse Deum, ex Religione honorare, ac ipsi satisfactionem exhibere pro offensis.

87. Nec ad rem est differentia, quam statuere conatur inter habitus naturales, adquisitos, et virtutes infusas; quod
1 *19, illi quia per partes obveniunt, magis distinguuntur; istæ vero quia infusæ, et proinde superioris rationis, sub communione procedunt ratione, atque ideo cum minori distinctione.

B^. Non. inquam, ad rem videtur esse ista differentia. Tum quia semper urget inconveniens illatum, nimirum eodem confici posse argumento unicam solummodo supernaluralem virtutem æquivalere cunctis aliis virtutibus naturalibus in omni materia; ut consideranti constabit. Tum etiam quia licet ea quæ in superioribus sunt unita, in inferioribus sint dispersa, ut tenet commune proloquium; non tamen ita universaliter accipiendum est, qüod unica superior ratio cunctis inferioribus indiscrete emineat, contra evidentem experientiam, ôt doctrinam Theologis communem. Sed ad summum tenet in cis, quæ ex genere suo pertinent ad eandem lineam, èt ratio illa superior est infinita, vel est specialis alia ratio inferiora sub una indivisibili ratione continendi; et ita evenit prtedicatis divinis pluribus inferioribus realiter diversis, ejusdem tamen lineæ, æquivalentibüs, et animæ rationali eminenter esse vegetativum, et sensitivum indivisibilitér ambienti. Ilæc tamen specialis ratio non militat in omnibus prædicatls supernaturalibus, licet sint superioris rationis ad naturalia, nec consequenter bene assignatur disparitas virtutum naturalium a supernaturalibus, sed ut prorsus voluntaria respuenda est.

Japn-
”10, Tum etiam quoniam virtutes non aliter multiplicantur, aut distinguuntur quoad speciem, quam per ordinem ad sua objecta in esse objectorum adæquate, et essentialiter distincta. Quod principium tenet non solum in naturalibus, sed etiam in ordine supernatural!, imo et in ipso Deo, licet hic non inferat, nisi distinctionem virtualem ratione infinitatis, et intimæ transcendenti® prædicatorum ad invicem, ut tractatibus de scientia Dei, et de Trinitate non semel statuimus. Constat autem ex principio D. Thomæ jam indicato, et infra exponendo diversum formale, et adæquatum objectum sibi vindicare Religionem a Pœnitentia : si quæ ergo est ratio distinguendi essentialiter earum actus, etiam cogit, ut diversos habitus pro illis constituamus.

Tum deinceps. Nam etiam est falsum, quod supponi videtur, virtutes scilicet naturales per partes obvenire. Nam aliud est paulatim eas, ac successive acquiri, seu intendi; aliud vero ipsas ex partibus constare. Primum est inconcussum sive Philosophorum, sive Theologorum dogma, a nemine, ut credimus, nec reprobarum, nec reprobandum. Sed hoc etiam convenit virtutibus supernaturalibus; quæ quidem licet a Deo infundantur; augentur tamen dispositive ad frequentiorem, et intensiorem inculcationem propriorum actuum. Et solum est differentia, quod virtutes naturales in ipsomet supposito habent principium sui augmenti, quod sit vera causa efficiens illius, qualem esse primario intellectum agentem respectu virtutum intellectualium, ct rationem ipsam respectu moralium, statuimus, et ex D. Thoma firmavimus tract, de virtut. disp. 1, dub. 3. At vero virtutes supernaturales sicut ad infundi, ita ad augeri postulant ipsum Deumsupernaturaliter,ut causam proxime, et particulariter agentem, actibus nostris solum dispositive ex parte subjecti se habentibus , ut etiam docuimus disp. 3, dub. 1, ejusdem tractatus. 3Refeilitur.

Secundum vero est prorsus a veritate alienum, si sermo sit de virtutibus moralibus præcipue, quas ex partibus coalescere inauditum est in Schola Aristotelis, et D. Thomæ ; sed omnes sunt simplices qualitates intensionem gradualem, non vero partium additionem, et agglomerationem admittentium, ut ex mente Angelici Prteceptoris, et Philososphi N. Complut, tract, de Generat, disp. 4. Atque ideo ex hoc capite deficit etiam assignata disparitas. N. Complut.

Fallit tandem, et refellenda venit prædicta disparitas ex eo, quod, ut cum M. Alvarez 1, 2, disp. 110, statuimus ubi proxime § 4, n. 17, § *Quaeres;* secundo nulla est Tandem rejicitur Alvarez.

virtus moralis acquisita, cui nou correspondent etiam virtus moralis infusa circa eandem materiam ; eadem quippe ratio, quæ compellit ad constituendum virtutem naturalem in aliqua materia attingenda juxta regulas Prudentiæ naturalis, pariter extorquet collocatam iri virtutem supernaturalem circa ipsammet materiam, ut supernaturaliter attingendam. Cum quo tamen stat aliquas esse virtutes supernaturalcs, etiam morales, quibus in voluntate non respondeat aliqua vera virtus naturalis ; quandoquidem sunt aliqui actus naturales voluntatis respicientes bonum proprium, qui complentur intra ipsam voluntatem, ad quos non indiget voluntas virtute superaddita, sed sufficit ipsa naturalis rectitudo eidemmet congenita. Ili tamen actus, ut evecti ad ordinem supernaturalem indigent virtute supernatural!, ut elici possint juxta regulas Prudentiæ infusae, ut de studiositate circa spiritualem cognitionem, et appetitus spiritualis honoris pertinente ad Philotimiam, seu Magnanimitatem arbitramur ibi dub. 2, num. 30. Quod signum est non tot esse virtutes naturales, quot inveniuntur supernaturales, consequenterque perperam concedi in illa solutione plures virtutes naturales, quam sint ordinis supernaturalis : vel majorem distinctionem in illis, quam in istis reperiri. Quæ omnia falsa sunt.

88. Secundo probatur ex eodem S. Doctore in præsenti, ubi ultimam S. Doctoris voluntatem, et sententiam contineri non est dubium. Et quidem ipsius doctrinæ series, et ordo manifeste convincunt ejus mentem in hac parte, ut percurrenti erit obvium. Nam in primo articulo docet, et probat Pœnitentiam esse virtutem, ut jam expendimus : in secundo statuit non esse virtutem communem sed specialem, ob specialem actum sibi proprium in ordine ad speciale objectum. Quæ quidem ratio, vel nullius est roboris, vel simul probat esse ab omnibus aliis diversam : non enim afiunde probatur, aut probari potest efficacius, quod aliqua virtus sit specialis et ab omnibus aliis diversa, nisi quia sibi vindicat specialem actum, et speciale objectum ; nam virtus, et habitus non sortiuntur speciem nisi per ordinem ad actus, et objecta formalia, ut est constans D. Thomæ, et Metaphysicorum doctrina. Quocirca in hoc eodem articulo 2, sol. ad 1, Poenitentiam a Charitate sejunxit, vel ex eo dumtaxat, quod actus Charitatis est dilectio Dei, et objectum ejusdem bonitas; intentio autem operandi ad destructionem peccati media compensatione, solum est actus imperatus, neutiquam vero immediate elicitus, a Charitate, cui proinde respondet specialis virtus *sub Charitate,* eamque esse Pœnitentiam statuerat in corpore.

Ubi reflexione dignum est contra Cajetanum dicentem, nullum actum ex Pœnitentiæ assignatis requirere aliam virtutem, quam Charitatem, et Religionem, eo quod displicentia olïensæ pertineat ad Charitatem; cum tamen S. Doctor manifeste distinguat duplicem displicentiæ modum, alterum qui secundario pertineat ad Charitatem, alium vero qui primario spectet ad Pœnitentiam, et penes hunc, et non primum differre docet ab illa. Lique evidentius liquet ex art. 3 sequenti, ubi eidem insistens doctrinæ affirmat, *quod Pernitentia nec habet, quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolel de malo perpetrato; ad hoc enim sufficeret Gharitas ; sed ex eo quod pœnitens dolet de peccato commisso, in quantum est offensa Dei, cum emendationis proposito.* Quod dissimulasse videtur Cajetanus , ne cogeretur propriam opinionem deserere. Non enim clarius potuit S. Doctor snam mentem aperire, et Pœnitentiam ab omni aha virtute sejungere, quam ei assignando proprium objectum, et actum nulli alteri, nec ipsi Charitati adaptandum, nec etiam Religioni ob eandem omnino rationem, et forte urgentiorem, siquidem Charitatis est utcumque odisse peccata, ut constat; Religionis vero non est, aut satisfactio, aut dolor, a quibus ex sua specie præscindit ; sed tantummodo honor, et cultus Deo ut supremo Domino exhibendus. Quando ergo 8. Doctor totus fuit in adstruenda distinctione Charitatis a Pœnitentia, non obstante illarum ex parte odii circa peccatum affinitate; potiori, et urgentiori titulo firmavit eam distinctionem cum Religione : atque ideo ex ejus mente tam certum est intéressé distinctionem essentialem inter has virtutes, quam indubitatum est apud D. Thomam Pœnitentiam non esse eandem virtutem cum Charitate.

89. Nec satisfacit Cajetanus asserens se Authorem non arguere, *quoniam verum est Pœnitentiam esse specialem virtutem latiori vocabulo utendo.* Nam hoc est merum effugium, cuilibet quantumvis evidenti testimonio quod possit apponi ; sed minime solidum, et quoad præsens neutiquam sustinendum. Quandoquidem nec expressius,

nec disertius potuit se explicare D. Thomas, quam asserendo Pœnitentiam esse virtutem specialem, utpote cui sive actus, sive objectum respondet speciale. Et si hæc locutio foret amplianda ita, absque tergiversatione, ct violentia ; non esset, unde falsitatis redargui posset, qui unicam tantummodo admitteret ex albo virtutum; quantumvis ex adverso militarent tum Patres, tum Theologi, imo et ipsa sacra doctrina plures, easque speciales virtutes nos edocentes : ea quippe expositione cuncta evanescerent testimonia, quantumcumque forent perspicua, et evidentissima, ut quilibet facile deprehendit.

Aliud eftgio ■Siit»

Nec iterum favet, quod pergat Cajetanus oppositionem cum D. Thoma praetexere, dicens non esse insolitum apud S. Doctorem, aut ejus doctrinæ adversum aliquam virtutem specialem nominare, cum tamen specialis ea in se ipsa non sit, ut constat a simili Virginitatis, *quæ non est nisi Religio determinata ad tam excellentem materiam,* quamvis ut specialis virtus reputetur a D. Thoma.

Icpumtar.

Non (inquam) Gajetano id favet, quinimo maximopere conducit ad manifestandam insufficientiam suæ expositionis. Nam juxta

P.Thotn. Virgitius a Helitione disiiigniturexD. TtKn.

D. Thomam Virginitas est specialis virtus a Religione distincta essentialiter, ut constat ex 2, 2, q. 152, ob eandem prorsus rationem, quam versamus in præsenti, quia nimirum, ut probat S. Doctor art. 2, sortitur specialem actum, et objectum in esse objecti ab omnibus aliis diversum. Unde in art. 5 illius quæstionis, ubi disquirit, *an Virginitas sit maxima virtutum?* Religionem ipsi præfert. Si autem esset ipsamet religio, ut autumat Cajetanus, non esset, unde illi posset postponi, sicut nec cæteris Theologicis ibidem annumeratis. Hancque viam, ut Angelici Præceptoris propriam sectati sumus in arbore Virtutum sæpe citata § 13, a num. 120. Nec quod Virginitas, ut sit vera virtus, debeat firmari voto (in quo forsan hæsit Cajetanus) officit, ut ab ipsa religione, cujus est votum essentialiter differat. Nam ut ubi num. 121 explicuimus, votum non ingreditur constitutivum essentiale Virginitatis; sed est conditio omnino indispensabilis, ut ipsa in albo collocetur virtutum. Cum quo stat votum ipsum non ad Virginitatem, sed ad virtutem Religionis pertinere.

Porro ut ad Cajetanum regrediamur, manifestum est Virginitatis exemplum deservire ad ostendendum tam loco cit. ex 2, 2, quam in præsenti a D. Thoma deviasse, D.Thom. propriam, non vero S. Doctoris sententiam, objiciendo. Qnare in ipsum regerendum est, et ex adverso cum S. Doct. statuen-'dum Virginitatem adhuc voto firmatam, et esse specialem virtutem, et a Religione essentialiter differre, utpote ipsi inferiorem, quandoquidem teste eodem Angelico Praeceptore, *ipsæ virtutes Theologicæ, el etiam virtus Religionis, quarum actus est ipsa occupatio circa res divinas, præferuntur Virginitati.* Quo potius firmatur, quam oppugnetur nostra sententia.

§n.

Ratio D. Thomæ proponitur, et ah objectionibus vindicatur.

90. Post S. Doctoris mentem enucleatam superest ipsius fundamentalem ratio- Baiio D-Thom· nem, in lucem eruere, et ab objectionum nebulis expiare. Ratio ergo S. Doctoris est in verbis supra relatis, quæ ad sequentem formam reducimus : etenim species, et multiplicatio habituum desumitur ex specie, et diversitate actuum, et objectorum formalium, ut estCajetani, et discipulorum D. Thomæ constans, et perpetua doctrina, quam sæpe inculcat, ct eos edocet S. Doctor : sed Pœnitentiæ virtus respicit actus, et objectum formaliter diversa ab actibus, et objecto Religionis : ergo non est eadem virtus cum Religione, sed essentialiter ab illa differt. Major, et Consequentia non indigent probatione. Et suadetur Minor : quia Pœnitentia primario non attendit nisi ad compensationem, et satisfactionem, licet inaequalem, juris divini violati, et offensi, quippe qua intenditur reconciliatio cum Deo injuria affecto prudentum æstimatione, eamque avellere, et expiare medio dolore, procurat pœnitens : Religio vero respicit cultum Deo exhibendum titulo non injuriae, sed supremi conditoris, et Domini : sed hæc sunt objecta formalitcr diversa, et actus similiter sunt adaequate distincti : ergo inter prædictas virtutes dantur actus, et objecta adæquate diversa. Major liquet ex dictis inter proponendum testimoniis D. Thomæ; nam cultus Deo debitus titulo Creatoris, et supremi Domini est totaliter independens, imo et universalior, quam satisfactio pœnitentis; essetque proinde nullo existente, imo riec possibili peccato, et de facto fuit in Christo Domino in ordine ad seipsum

ut Deum, et in Angelis Deum summa veneratione colentibus. Quis hoc neget? Actus vero Pœnitentiæ non est absque præccdenti peccato, nec fuit in Christo, et Angelis beatis peccatorum expertibus : non enim aliud, quam jus violatum eo sarciri intenditur, quandoquidem (verba D.Thoia. sunt Thomæ infra quæst. 90, art. 2), *in Pernitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, 'et secundum arbitrium Dei, in quem peccatur : quia hic non quxritur sola integratio squalitatis justiliæ ('sicut in Justitia vindicaliva) sed magis reconciliatio amiciliæ, quod fit dum offendens récompensât secundum voluntatem ejus, quem offendit.* Hinc patet Minor hujus syllogismi ; quia divers® rationis est colere amicum, ipsumque honore, ac veneratione prosequi, quam illi satisfacere, ipsique reconciliari media satisfactione voluntaria. Et licet quandoque eadem materiali actione id fieri contingat (quod ad summum evincere videbimus rationes Cajetani) non tamen idcirco formaliter coincidunt ratio Pœnitentiæ, et ratio Religionis; sed una se habebit ut imperans, et superior; altera vero, ut imperata, et inferior, uti accidere in aliis virtutibus sæpius dictum est, et explicat D. Thomas art. 2 ad 1 hujus quæstionis.

Confirm. Confirmatur, et explicatur eadem Minor : nam juxta Philosophi doctrinam 5 Ethic, a D. Thoma, et Theologis communiter receptam, ibi constituenda est specialis virtus, ubi splendet specialis difficultas superanda per actus iliius virtutis ; ubi enim nihil est difficile, superfluit superaddita virtus. Quocirca ad bonum proprium secundum se, et a circunstantiis extrinsecis liberum, non agnoscunt Theologi aliam virtutem voluntati adjunctam, sed ipsam ejus rectitudinem naturalem sufficere judicant, ut constat ex tract, de virtnt disp. 2, dub. 3. Major autem est difficultas, imo et diversa in poenitendo, quam in cultu, et veneratione Dei; ad hanc quippe proclivis est ipsa natura absque ullo mœrore, et tristitia, ex hoc ipso quod illustretur notitia excellenti® divin®, a qua totum suum esse habet in Geri, et conservari. Cum tamen ad emolliendam propriæ voluntatis duritiem, conterendum cor, et carnis macerationes amplectendas, quæ sunt propria Pœnitentiæ opera, ex quibus digni Pœnitentiæ fructus proficiscuntur, non exiguo labore indigeamus. Et radix diversitatis provenit ex ipsa diversi- late juris : nam aliam extorquet a nobi» Deus compensationem, quia Dominus, aliam quia offensus, et proprio jure sallam in affectu spoliatus; et difficilius est, et longe alterius rationis ipsum placare offensum, ac ipsum ut Dominum honorare; cum primum sit proprium servi, secundum vero inimici. Quare sicut ex parte nostra aliter respicimus Deum ut peccatores, quam si reperiamur amici; ita et ex parte Dei sunt independentia jura exigendi cuitum, et extorquendi satisfactionem pro injuria, quorum quodlibet propriam virtutem postulat, qua propria superari debeat difficultas.

H ÎC#-

Rursus confirmari, et explicari potest, Non enim alia ratione concedunt Theologi erga parentes specialem Pietatis virtutem, erga superiores, et dignitate præcellentes observantiam; nisi quia diversum jus, subindeque distincta iu prædictis objectis difficultas, virtute speciali superanda invenitur; siquidem aliud est respicere aliquem ut patrem, a quo quis habet esse, et aliud respicere aliquem ut dignitate præcellentem : non enim alteram eorum annexum est alteri, ut est per se notum. Cum ergo jus dominii, et creatoris sit diversum a jure offensi, et spoliati, illudque et universalius, et penitus independens ab isto sit, ut negari non potest; videtur consequens aliam esse virtutem, qua colimus Deum ut rerum omnium principium, et Dominum, ac illam qua ipsum offensum placare conamur ; atque ideo neutiquam Religionem cum Pœnitentia coincidere.

Ultimo rotantur. Confirmatur tandem. Quia licet Pœnitentia, et Religio conveniant generice in reddendo cultu Deo debito, differunt tamen specie in modo ; siquidem Religio ita Deum colit, ut ipsum ut sibi beneficum, ac benevolum habeat, Pœnitentia vero ut offensum, et injuria affectum, ut liquet : sed diversus iste modus, et infert, et supponit diversum jus, distinctamque rationem formalem, in quibus stat diversa virtutum ratio : ergo ex identitate, et convenientia præ licta non recte arguitur convenientia, seu identitas essentialis, et specifica illarum. Cætera constant præter Minorem, quæ facile suadetur exemplo ipsius Religionis, et timoris qui est spiritus sancti donum. Nam licet timor inspiciat Dei excellentiam, sub alia tamen ratione, ac ipsa Religio; timore quippe ita homo reveretur Deum, quod refugit malum saltem possibile ex ipso Deo, vi cujus se submittit

tit tremens excellent!»} divinæ, ut osteons tans doctrina 1). Thomæ, et discipulorum ejus, a nobis expensa tract, do Fide, ad cujus calcem post tract, do spo, egimus do Dono timoris. Religio vero ab hoc præscindens solum attingit Deum, et ipsius eminentiam, ut universale bonorum principium, subindeque ut benefacere potentem. Et hoc est caput unum ab altera essentialiter distinguendi. Cum autem eadem diversitas, ne majorem dicamus, sit Pœnitentiæ a religione, siquidem respicit excellentiam divinam offensam ut placandam media satisfactione, consequens debet esse diversam rationem formalem objectivam in ea intervenire ab illa quæ competit Religioni, subindeque non esse eandem virtutem cum ipsa.

«g. XT 91. Nec refert si primo ex Cajetano respondeas ejusdem virtutis esse jus illaesum servare, et semel læsum iterum resarcire. Sed ad Religionis virtutem pertinet honorem Deo debitum exhibere : ergo ad eandem debet pertinere illius juris reparatio, D^ii'et qUasi redintegratio. Non, inquam, refert, quoniam illud principium tantummodo tenet, sistendo intra eandem materiam, et rationem formalem objectivam, ut supra dicebamus de odio procedente a D-Ttoa- Charitate, et explicuit D. Thomas art. 2 ad 1; secus vero est, quoties fit transitus ad diversam, tum materiam, tum rationem objecti. Quocirca ipsamet Religio, et Deum honorat, et ipsum dehonorantes abhorret ; non tamen seipsa immediate satisfacit, aut in proprio supposito, vel alieno vindicat injuriam Deo irrogatam, sed postulat sibi sociam virtutem, cui hoc munus conveniat qualis est Poenitentia; et ab hac debet imperari cultus Religionis, ut evadat satisfactorius, non secus ac actus satisfactionis, ut sit religiosus debetpræcipi a Religione, ^!!5B Non enim inconvenit eundem numero ac«keitum simul a pluribus virtutibus, sub diijissm versis tamen rationibus, derivari, et in wml· cujusque illarum finem dirigi · nec similiter repugnat virtutes inter se connexas invicem dependere ne dum quoad esse illarum in esse perfecto, sed etiam quoad operari, et augeri, ut videre est in intellectu, et voluntate, et in exercitio ipso virtutum. Quis namque neget in actu præcepto Charitatis intervenire posse obedientiam, Religionem, et Humilitatem, et e converso? Videantur quæ diximus tract, de Bonit. et Malitia, circa diversitatem finium, subordinatorum tamen uni principaliori, qui eidommet actui interno, vel externo apponi possunt, et quæ scripsimus tract, do Merito circa imperium Charitatis. Et inde facile, et satis perspicue salvabit concatenationem prædictam servata semper, et retenta, ut servare, et retinere oportet, diversitate formali objectorum. Quæ est perpetua D. Thomæ, et discipulorum doctrina, superius in hoc eodem tractatu indicata, quidquid sit de eo, quod ox vi illius imperii imprimitur actibus sic imperatis simul a diversis virtutibus ; In quo est dissidium aliquod inter eos. Do quo egimus loco immediate allegato disp. 4, dub. 5.

Difficilior replica.

92. Sed urgebis. Eadem virtute justltiæ commutativæ in humanis fit compensatio sive in offensis, sive in contractibus emptionis, et venditionis, et aliis : ergo similiter non alia, quam virtute Religionis exhibebimus Deo cultum pro acceptis et satisfaciemus pro injuriis. Antecedens supponitur, et probatur Consequentia, tum a paritate, tum etiam ratione : quoniam in humanis jus ex emptione contractum et ex offensa acquisitum non sunt diversæ rationis, sed ad eandem virtutem pertinent, et sub eadem ratione objectiva continentur : sed jus ex beneficiis ortum, et ex offensis illatum non magis distant, quam jus emptionis, et jus ex injuria ortum, ut ex se constat : ergo si illa pertinent ad eandem virtutem, pariter, et ista.

Ejus Confirmatio.

Et confirmatur retorquendo, et infirmando discursum D. Thomæ, cui innitimur. Nam totum difficultatis robur reducit S. Doctor ad hoc, quod aliter fit Deo homo debitor ex ab ipso acceptis, et aliter ex ab eodem ablatis, et ad primum assignat Latriam, seu Religionem, et ad secundum Poenitentiam. Sed hic discursus, vel probat constitutam iri in humanis aliam virtutem pro contractibus itidem humanis, utputa emptionis, et venditionis; aliam vero pro injuriis alteri irrogatis : vel non evincit distinctionem Religionis a Pœnitentia : ergo vel ut nimium probans contra id quod supponitur; vel ut deficiens, et nihil probans repellendus est. Cætera constant præter Minorem quæ inde suadetur, quia nulla apparet ratio, quæ non sit voluntaria, cum debitum ex gratis a Deo acceptis sit alterius rationis a debito ex injuriis sibi illatis, quibus exolvendis duplex virtus inserviat; et non similiter sit aliud debitum v. g. emptionis a debito orto ex contumelia, vel alia injuria homini

irrogata ; ideoque diversa virtus ad unum præ alio exolvendum requiratur. Hoc secundum supponitur falsum, iu objectione : ergo primum est etiam falsitati obnoxium.

AliqeO-n>n solatio. Joau. a S.Thom. Gonet. Con-tempson.

Nec fiet satis objicienti, si cum Joanne a S. Thoma, Gonet, Contempson, et aliis discipulis D. Thomæ, assignetur discriminis ratio, quod in humanis salvatur æqualitas sive in ollensis, sive in commutationibus, et in vi hujus eadem justitiæ virtus, cui incumbit jus suum unicuique tribuere, quodlibet debitum extinguere sufficit. Gæterum inter Deum, et homines, cum non sit æqualitas respectu debiti, et alias sint diversæ rationis, jus supremi principii, ac Dominii, et jus offensi; necessarium est recurrere ad duplicem virtutem, quia neutra sufficit ad proprium debitum, ideoque ut partes potentiates justitiæ reputantur a D. Thoma.

Nou satisâ-cere ostendi-tur.

Hæc, inquam, solutio non videtur elevare robur objectionis, cujus vis non sistit in eo, quod adsit æqualitas, quinimo eam non adesse inter Deum, et homines, ut manifestum supponit. Exerit autem suas vires in eo, quod sicut eadem virtute in humanis fit satis illi duplici debito, consimiliter erga Deum unica virtute religionis inæqualiter, et cultus, et satisfactio exhibeatur; non quidem eodemmet actu, sed pluribus, iisque diversæ speciei. Nec ampiius intendisse Cajetanum manifestum est.

Aliquorum solutio.

93. Ad hanc objectionem responderi poterat negando Antecedens, et quod in illo supponitur, quia non eadem virtus est adhuc in humanis, quæ ad utrumque debitum valeat, sed requiritur specialis ad injurias resarciendas. Quia tamen innominata est, quædam species Pœnitentiæ hnmanæ ob similitudinem cum vera Pœrritentia Christiana, posset appellari. Ei vero statuendæ argumento esse poterat confirmatio ipsius objectionis ; siquidem ex diversitate juris, ac debiti ex illo orti venanda venit diversitas compensationis; et alia est compensatio pecuniæ pro re vendita, vel ex inito contractu debitæ a compensatione honoris ablati ; illa enim solum postulat exhibitionem externam pecuniarum, vel pacti adimpletionem in utroque foro ; hæc vero semper importat vel submissionem personæ lædentis, vel retractationem voluntatis, vel utrumque simul, ut iterum in læsi, seu offensi amicitiam venire possit : non enim tantum exigitur honoris restitutio, quasi arithmetica, ut tantum pro tanto reddatur, sed etiam animorum reconciliatio, ad quam ineundam, ot nanciscendam summopere juvat animi delinquentis depressio, et proprio) voluntatis retractatio. Cujus opinionis patronus fuit Soto in 4, diss. 14, quæst. 2, art. 3, § *sed tunc arguitur,* quem refert, et sequitur Valentia in præsenti disp. 7, quæst. 2, Punct. 2, £ .-Id *quintum Cajetani.* Juxta quam sententiam potius retorquenda, quam diluenda esset objectio.

Huic tamen solutioni non debet committi veritas nostræ sententia), quia positio illa non est admodum certa, nec ut talem eam apposuit Soto, sed sub hoc verbo *Forsan* incertam reliquit, etindecisam. Nec etiam videtur conformis S. Doctori in hoc art. 3 in quo satisfactionem pro injuriis, et retributionem ex parte offensi reputat commutationem, et ad justitiam commutativam reducit; solutione vero ad tertium clarius se explicans, inquit, quod *sicut est commutatio quædam in beneficiis, cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit : ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissa, vel invitus punitur, quod perlinet ad vindicalivam justitiam : vel voluntarie compensat emendam, quod perlinet ad Pœnitentiam.* Ex quo duo consequi videntur : Primum est, eam ut sic dicamus Pœnitentiam, qua homo ad æqualitatem alterius a se offensi injuriam compensat, esse re ipsa ipsam commutativam justitiam, cum de ejus ratione sit jus alteri debitum æqualiter compensare. Quare vel concedi debet inter homines duplex justitia commutativa, quarum altera contractibus naturalibus, alia vero offensis expurgandis deserviat ; quod est superfluum, et hactenus a nullo quem sciamus, expresse assertum : vel concedendum ex eademmet justitia commutativa ortum ducere compensationem quamlibet squalem, sive sit ex contractu oneroso, sive ex injuria irrogata; ratio enim virtutis solum est in debito exacte, et æqualiter exolvendo; de materiali se habente omnino materia illius, sive ea sit initus contractus, sive offensa commissa. Unde quoties homo ad æqualitatem compensat injuriam alteri illatam, non intervenit alia Pœnitentiæ virtus, quam justitia ipsa commutativa communis ad alia cuncta debita, undecumque proveniant, vel ut proprius loquamur, in quacumque materia sint, seu ex quocumque contractu ortum ducant. Ad eum sane modum quo tract, de Gratia

Di$?h-crt.

D.Tt«.

toliiga-tçr. Prient

Gratia Christi disp. 14, dub. 2, prope finem admisimus casum impossibilem, quod Christus peccare potuisset, et consequenter pœnitere : in quo eventu nullam aliam virtutem ad compensandam offensam illam agnoscimus quam justitiam commutativam ejusdem rationis cum ea, qua pro nobis satisfecit; hanc vero non esse diversam *a* nostra justitia commutativa, sed ejusdem rationis cum illa statuimus tractat, de Incarnat. disp. 1, dub. 9, g V, ut constat a simili in virtute Religionis, quam nemo ambigit fuisse in Christo, nec ullus a Religione quæ est in nobis distinxit. Quare bene supponitur ab objiciente illud Antecedens, *eadem* scilicet *virtute justitia commutatives* satisfieri debito, sive ex injuria, sive ex alio contractu obvenienti, et merito disparitatis rationem extorquet. Hæc autem continetur in solutione Thomistis communi inter objiciendum data, si recte expendatur.

iteta- Quod aggredimur eliciendo secundum, quod ex doctrina illius testimonii deduci significavimus, nimirum Pœnitentiam nostram deficere a ratione justitiæ commutaTtivæ ratione inæqualitatis cum offensa, quæ infinita est, et altioris rationis a satisfactione puræ creaturæ. Hæc autem inæqualitas non debet accipi per ordinem ad rem, ut ita dicamus, ablatam a Deo, quæ est ratio ultimi finis ; hanc enim eidem reddere possumus ad instar cujusdam restitutionis, iterum in ipso constituendo nostrum ultimum finem, uti fieri constat per actum Gharitatis, ut pluries locis supra citatis explicuimus. Sed nascitur ex ipsa persona injuria affecta, et inæqualitate personæ satisfacientis, quæ quia infinite distat a persona divina, non potest fundare jus æqualitatis, nec in sarciendis injuriis, nec in beneficiis æquali veneratione exolvendis. Gum ergo duplici ex titulo exigat Deus cultum, et satisfactionem, et quia supremus est Dominus omnium, et hic est universalissimus, et omnino a culpa independens; et quia enormiter nostris delictis offensus, qui titulus est magis restrictus, et specialis; ut Religio posset se extendere ad sarciendas offensas, opus erat, quod proprium sibi debitum posset exolvere ; qualiter enim sufficere posset ad extraneum debitum, qui intra propriam lineam deficit ad proprium? Jure ergo exigitur virtus cui incumbat Deo debitas, inæquales tamen gratias reddere, quia supremus Dominus, et primum principium est, et quantiimcumque in hoc laboret, ac conetur, semper remanet deficiens, et inæqualis debito illi. Et ideo ad utrumque, et imperfecte extinguendum debitum aliud ortum ex offensa, necessaria est alia virtus, quæ procedat ex solo compensandi, et satisfaciendi motivo; alioqui enim non esset unde tolleretur jus denuo acquisitum a Deo ex injuriis; siquidem ex vi cultus Religionis non exequatur jus illud primum universalius. Quæ videtur esse doctrina D. Thomæ in præsenti art. 3, ubi inquit : D.Thom.
Dupliciter dicitur justum, scilicet simpliciter, et secundum quid. Simpliciter quidem justum est inter aquales, eo quod justitia est æqualitas quadam, quod ipse Philosophus vocat justum politicum, vel civilej eo quod omnes cives aquales sunt, quantum ad hoc quod immediate sunt suit Principe, sicut liberi exislenles. Justum autem secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorum ujius est sub potestate alterius, sicut servus sub Domino, filius sub Patre, uxor sub viro. Et tale justum consideratur in Pœnitentia.
Ex quibus liquet inæqualitatem prædictam assignari a D. Thoma inter personas; quidquid sit de re ablata, vel restituta, qua sola non compensatur offensa, et constat adhuc in humanis; irreverentia enim Episcopo facta in ablatione pallii non compensatur, sed adhuc remanet, pallio restituto.

Vera solulio. 94. Ad objectionem ergo in forma respondetur concedendo Antecedens, et negando Consequentiam; quia in hac parte non bene arguitur ab iis, quæ sunt inter homines æquales sive in commutationibus naturalibus, sive in injuriis inferendis, et sustinendis, ad ea quæ se tenent ex parte Dei in ratione Domini, et in ratione offensi, ut constat ex dictis. Et ad probationem Consequenti®, neganda est paritas, et ratio in illa fundata non subsistit : quoniam hominis ad hominem est perfecta justitia, atque ideo æqualitas perfecta, cui de materiali, et accidentale est, quod compensatio fiat in hac, vel illa materia. Unde sub eadem formali ratione respicit, et rem debitam ut restituendam, et injuriam compensandam. At vero Deo nequit homo reddere æquale, nec pro beneficiis acceptis, nec pro injuriis illatis : quare neutiquam eadem virtus sub una ratione utrumque debitum amplectitur. Non quidem sub ratione æqualiter satisfaciendi, ut est evidens : neque etiam sub ratione inæqualitatis, quandoquidem in propria linea

importât inæqualitatem, numquam superandam, et exhauriendam ex vi sui proprii motivi, et rationis formalis : non ergo potest extendi ad aliam inæqualitatem ex diverso motive prosequendam, quale est motivura satisfaciendi pro offensa.

Diluitur eoMÛr-nuliû. Et hinc constat ad confirmationem, qua urgebatur, et retorquebatur discursus D. Thomæ. Qui quidem legitimus est, si quidem ex acceptis a Deo ut supremo Domino, et rerum omnium principio, movetur homo ad ipsi gratias referendas, et nullum non cukum. et honorem praestandos, quod absque satisfactionis onere salvatur. Ex ablatis vero ab ipso tenetur ad dolendum, compensandum, et pro viribus conandum in non esse offensæ divin® ; et huic muneri, et specialiori obligationi incumbit justitia imperfecta Pœnitentiæ, quæ tota est in destructionem offensæ, sicut Religio in ipsi praestando cultu. Inter homines vero ad socialiter, et politice convivendum solum attenditur æqualitas civilis, et politica, ad quam deservit unica justitiæ commutativæ virtus, quæ est virtus communis, et omnia debita ambit sub ratione æqualitatis evacuanda, sive debitum contrahatur ex emptione, sive ex offensa. Sicut enim ex eadem radice obvenit homini quod jus sibi proprium in qualibet materia non violetur, sed immunis, et indemnis retineatur : ita et ab eadem provenit virtute, si forte læsum fuerit, quod resarciatur, et in pristinum revocetur statum æqualitalis.

In quo sensu explicata solutio interposita verissima est. et non enervatur objectiuncula adjecta : quoniam in humanis licet radix debiti possit oriri ex illis capitibus in esse rei diversis, quod non negamus : tamen ad æqualitatem justitiæ, quæ per se primo attenditur, iuadæquata sunt, et de materiali se habent. Secus vero est in nostro casu, quia licet etiam intendatur æqualitas quasi generica per utramque virtutem ; diversa tamen specifice, et formaliter est æqualitas in cultu, et æqualitas in satisfactione mediis actibus pœnalibus, et propriæ voluntatis contritione : et cum neutra proprio muneri adæquet, sed adhuc intra propriam lineam proprio abrogando debito non sufficiat; nihil mirum quod essentialiter, et specifice distinguantur.

lu-piia-u ' 95 Sed adhuc persistes, et replicabis. Nam eadem Pietatis virtute filius praestat obsequia debita Patri, et injurias ipsi irrogatas resarcit : ergo similiter eadem Religionis virtute poterunt et offensi' in Deum compensari, et simul obsequia ipsi ut primo principio debita deferri. Patet Consequentia; quoniam Filius ex Pietate tenetur ad Patrem ut ad sui esse principium : quocirca omno obsequium, sive ad reverentiam, sive ad sustentationem, sive ad subsidium illi debet; nec tantum retribuet, quod ab obligatione amplius non retribuendi se liberet, aut immunem reddat : ergo si hoc non obstante adhuc ex eadem virtute Pietatis satisfacit utrique muneri, et colendi Patrem, et ipsum sibi pacatum reddendi ; consimiliter ex eadem religione poterit homo, et cultum, et satisfactionem pro injuriis exhibere Deo ut primo principio, et ut injuria affecto; quin desideretur duplex virtus, vel inæqualitas assignata obsit : non enim intervenit æqualitas inter patrem, et filium ex vi prædictæ virtutis, cum sit pars potentialis justitiæ, ut docet D. Thomas 2, 2, quæst. D.tw· 10, et ex ipso statuimus in arbore sæpius citata f 9, num. 76.

Si autem cum aliquibus dicatur Pietatem Aii?«· semper respicere jus paternum ut illæsum servandum, sive id fiat mediis obsequiis qua Patri sive qua offenso debilis. At vero respectu Religionis, et Pœnitentiæ sunt diversa formaliter jura, inducentia debita itidem formaliter distincta. Aliud namque est jus dominii, et aliud jus proprietatis, quorum primum fundat debitum cultus, et honoris; secundum vero, supposita injuria, postulat satisfactionem juris proprietatis læsi. Et ad boc duplex, et formaliter distinctum debitum, requiritur duplex assignata virtus.

Si, inquam, ita respondeatur (utrespon- Goal det Gonet in præs. disp. 2, art. 3, § 3), urget ex adverso eadem instantia. Nam etiam Pater habet jus dominii in filium ratione generationis, et educationis; nec non jus proprietatis, ne lædatur in propriis, sive a filio, sive a quolibet alio : ergo exigit obsequium jure dominii, et satisfactionem jure proprietatis læso : subindeque vel una vertus ad unum, et alterum erit insufficiens; vel si sufficit, idem asserendum erit respectu Dei.

Quod si ad hanc elidendam replicant, ii<us-rxn pnsâ Mlîl*. cum eodem asseratur in offensis filiorum non intercedere injustitiam specialem, sed unicam dumtaxat impietatis, aut ingratitudinis malitiam, in qua, et sub qua tota olfensæ absorbetur, et confunditur ratio;

est

est enim impietas qualibet speciali injustitia deterior. At vero respectu Dei ultra dittormitatem cum virtute, importatur a quolibet peccato specialis injustitia; ratio, non ab alia, quam a Pœnitentiæ virtute in justitia reparanda.

Contra etiam est : nam injuria filii in Patrem no dum contrahit impietatis malitiam, sed etiam et rationem injustitiae, est enim patri strictum proprietatis jus ne lædatur ab alio, et multo minus a filio ; ideoque gravior injustitia committitur violando jus paternum, vel non redditione debiti vel injuriarum in ipsum inflictione ; quam aliorum debita, cum sit potestas, non solvendo. Perstat ergo difficultas, cur unica Pietas ad utrumque solvendum suppetat ex parte filii ad Patrem ; et non etiam sufficiet eadem Religio ex parte hominis ad Deum.

96. Nec solidius est discrimen statutum Cm- a Conlempson in præs. dissert, unica rJa cap. i, corol. 4, quia nimirum Religio, et •-iliis. Pœnitentia jus quidem Dei respiciunt, diversa tamen ratione; prima enim illud considerat sub universaliori ratione, ut omni obsequiorum, et cultus genere promovendum : secunda vero tantummodo ut læîum, et debita satisfactione instaurandum. Unde licet utraque virtus circa peccatum versetur, diverso tamen motivo : nam Religio ideo exeeratur peccatum, quia Deum inhonorat, ejusque dominium coarctat; ideo vero Pœnitentia illud insectatur, quia læsivum, et depressivum est majestatis divinae. Pietas autem in filio idem jus paternum attendit sive cultum exhibeat, sive pro injuriis satisfactionem pnestet; non enim detestatur peccatum, nisi quia impietatis labe inficitur.

Sed quis non videat hanc disparitatis rationem reipsa coincidere cum jam impug- I natis, eidemque subesse defectui ? Et sane ; vel filius in patrem peccando committit I specialem injustitiam; vel non? Si pri- I mum : reddit impugnatio facta : quia non alia ratione statuit D. Thomas aliam esse virtutem Religionis a Pœnitentia, nisi i quia aliter lit homo Deo debitor ex beneficiis ab ipso acceptis, et aliter ex injuriis eidem illatis : cum ergo hæc eadem formalis ratio militet in filio erga patrem, et I alias sit in patre jus dominii, diversum a I jure proprietatis; manifestum est huic duplici juri unam virtutem non suppetere. Et esto ita sit ; idem de Deo offenso dicendum erit. Unde vel petitur principium respondendo id ipsum, quod ab argumento extorquetur; vel queerenda est alia disparitatis ratio. Accedit ratio a priori, quam luiioa tradit D. Thomas 2, 2, q. 101, art. 3, quia *cum ad rationem justitiæ pertineat, quod debitum alii reddat, ubi invenitur specialis ratio debili alicui person#, ibi est specialis virlus.* Ex quo solidissimo principio infert ibi S. Doctor Pietatem esse specialem virtutem a Religione distinctam. Sed ob injurias alteri irrogatas contrahit homo speciale debitum præ illo, quo adstringitur ob accepta beneficia, ut constat ex eodem D. Thoma : ergo specialis virtus assignanda est in filio ad sarciendam injuriam patris præ illa, qua ipse obsequia rependit.

Id quod adhuc magis explicatur, et ur- Urgetur, getur. Nam contrahente filio cum patre contractu civili, v. g. emptionis, aut locationis, aut mutui ; non est dabium, non ex pietate, sed ex alio specialiori justitiæ titulo teneri filium exolvere debitum patri : et hoc ideo, quia adest novus titulus, novaque ratio debiti : quod si frangeret, non impietatem, sed injustitiam specialem committeret. Sed specialis injustitia ex injuriis in patrem contracta, inducit novam debiti rationem : ergo vel consignanda est alia virtus a pietate diversa, vel idem omnino dicendum est respectu Dei.

Si autem affirmetur secundum, videlicet Offens* lilii in patrem est injustitia stricta. non committi specialem injustitiam respectu filiorum in offensis parentum : ex adverso militat, quod injuria non amittit rationem sibi propriam, quam haberet respectu alterius personæ, per hoc quod fiat contra patrem, in quo est utrumque jus et dominii, et proprietatis, ne ab altero lædatur, sive filius sit, sive extraneus ; sed ex illa circunstantia patris superinduit aliam speciem impietatis, non amittendo propriam injustitiae; sicut accessus ad alterius uxorem non denudatur malitia fornicationis; sed assurgit ad ulteriorem adulterii labem, vi cujus in duplici peccati specie ab omnibus collocatur. Et ratio videtur eadem, siquidem in injuria iu Patrem violatur jus commune paternitatis contra pietatem, et jus personale proprium, sicut in exemplo adducto proceditur contra jus matrimonii, et contra jus particulare mulieris non suæ. Non ergo concedendum est non intervenire injustitiam specialem in offensis a filio in patrem commissis, ex eo quod Pietas violetur; cum hujus violatio non excludat injustitiam.

Esto tamen non ita sit, sed quod solum committatur impietas, adhuc non debet sustineri iila solutio, et refelli deberet ex principiis supra cum his auihoribus ex D.Tboni. n. Thoma stabilitis. Non enim potentior est Pietas ad diluendam, et abstergendam impietatis offensam ex motivo compensationis. et satisfactionis; quam sit Religio ad destruendum peccatum irreligiositatis, ut ex terminis, et ex ipsa virtutum perfectione constare videtur : sed Religio licet detestetur peccatum ut sibi oppositum, non tamen ex motivo compensationis, et satisfactionis; sed requiritur virtus specialis Pœnitentiæ, cujus est procedere ad compensandum. Ergo pari ratione concedi debet, quod ad destruendum peccatum impietatis erga patrem media satisfactione non sufficit Pietas, sed debet assignari alia virtus præter Pietatem, quæ ex motivo compensandi injuriam procedat. Patet hæc Consequentia ex doctrina D. Thomæ loco supra citato art. 2, ubi docet per Pietatis virtutem per se solum deferri parentibus obsequium ipsis in vi principii naturalis essendi tot titulis debitum, ut numquam exolvatur, aut adæquetur. üt ergo alii debita fiat compensatio, alia quam Pietatis opera sunt assignanda, et alia iterum virtus asserenda. Eo vel maxime : quia semper urget principium illud D. Thomæ : *Ubi invenitur specialis ratio debili alicui persona·, ibi est specialis virtus :* sed ex peccato in Patrem consurgit in filio specialis ratio debiti, quo carebat ante peccatum : ergo speciali virtute indiget ad prædictum debitum exolvendum.

Y®,l? 97. Quare prædictis solutionibus, et discriminibus in sua prooabilitate relictis, consequentior, et clarior est, quæ continetur in impugnationibus factis, et deducitur ex supra dictis in hoc eodem dubio num. 84. Dicimus ergo filium ex justitia commutativa satisfacere patri pro offensis illi irrogatis, interveniente etiam Pietate ad propria obsequia præstanda. Si enim unica justitia inter homines sufficit nedum ad commutationes, sed etiam ad injurias ex æquo persolvendas; cur non etiam interfilium offendentem, et patrem offensum non eadem sufficiet, quin obsit ratio paternitatis : hæc namque sicut non aufert æqualitatem ad civiliter contrahendum cum patre, et se invicem ex justitia obligandum ; ita non obest ad illi ex justitia perfecta satisfaciendum ; alioqui enim numquam filius ad æqualitatem patri pro una offensa compensaret, utpote cujus satisfactio ex sola pietate procederet, et hæc est pars potentialis justitiæ, ut supponitur. Quod tamen videtur durum, et satis absardum.

Nec momenti erit effugium ad peccata venialia, quæ ad æqualitatem media Pœnitentia, quæ etiam est pars potentialis, ff4' diluimus : quoniam peccata venialia non sunt offensae graves, nec rescindunt amicitiam divinam; offensæ autem de quibus agitur, et patri sunt graves, et amicitiam paternam proscindunt, et ab illo separant, novumque, et strictum jus compensationis fundant : atque ideo non tantum ex pietate, sed ex justitia persolvi debent. Non est vero alia præter commutativam : ab hac ergo persolvuntur. Porro ut hoc melius nom intelligalur, distingui debet in Patre, et etiam in filio, ratio patris, et ratio lilii, îöf juxta quam tenet superioritas, et habet lo-A^j cum Pietas, et in omnibus huc primo spectantibus non potest reddi æquale a -'· filio suo parenti. Si autem considerentur ut homines, unusquisque suum proprium jus sibi vindicat, et commutare, ac contrahere possunt, et sibi mutuo ex perfecta justitia satisfacere in debitis ex contractu civili obvenientibus. Semel autem posita hac in illis perfecta justitia, inepte excluditur filius a compensandis injuriis paternis, ut constat ex dictis de aliis hominibus. Unde ad objectionem principalem, negandum est Antecedens, quod male supponitur, et improbatum relinquitur; et instari potest ia observantia erga superiorem, ad quam non pertinet compensare illius injuriam ; sed ad justitiam commutativam, et non est diversa ratio in filio respectu Patris.

§ in.

Cajetani fundamenta diruuntur.

Cajetani sententiam quæstionis limine Setarelatam defendunt Suarez tom. 1 de Belig. lib. 3, cap. 7, et Theoph. Raynaud, QjA lib. 4, de Virtutib. sect. 4, nec dissentit Aversa loco supra citato. pJil.

98. Pro qua arguitur primo. Nam actus Pœnitentiæ non potest esse actus primarius, ara- et per se primo intentus ab aliqua virtute : ergo est actus secundarius ad aliquam aliarum virtutum reducendus : non est alia aptior, quam Religio : ergo actus Pœnitentiæ est actus Religionis, consequenterque nulla inter eas essentialis distinctio cadit.

cadit. Gretera constant præter primum Antecedens, quod probat ex eo; quia nulla virtus, ut sit, et operetur, præoxigit in subjecto suum contrarium, seu quod idem est, peccatum : sed aclus Pœnitentiæ supponit essentialiter peccatum : ergo actus proprius Pœnitentiæ non est aclus primarius virtutis, sed inter secundarios accenseri debet.

Cw- £π=. 1 Confirmatur primo : quia virtutum semina sunt nobis insita a natura, adeo ut eas vel proprio studio, vel sub auxilio speciali gratiæ comparare possimus, quin ad eas omnes acquirendas, vel obtinendas nobis opus sit peccare : sed ad Pœnitentiam pervenire non possumus, nisi prius peccando : ergo idem quod prius.

Ch· ira"' Eo vel maxime : quia non alia ratione in Christo, in quo fuit plenitudo virtutum omnium, non inventa est, nec agnoscitur a Theologis Pœnitentia, nisi quia ad eam nanciscendam praecedere debet peccatum, a quo fuit immunis : signum ergo est non esse de ratione virtutis supponere peccatum ; alioqui enim vel ex hoc solum quod Christus nec peccaverit, nec peccare potuerit, non omnes virtutes habuisset.

Su«z κ,ιιιι- Ad hoc argumentum Suarez ubi supra n. 5 censet non defecisse Cajetanum in illo principio assumpto, sed in illatione; esto enim Pœnitentia non debeat præsupponere in proprio subjecto peccatum ; non illico infertur idem esse cum Religione, quia potest esse aliqua species virtutis, ad quam pertineat continere voluntatem, ne Deum offendat. Unde concesso Antecedenti Consequentiam negaret, si illi occurrere studuisset.

El isaara- Ur jet. 99. Displicet tamen, et non satis consequenter processit. Quoniam si Cajetanus in Antecedenti non defecit, stabit illud Antecedens verum : sed ex illo Antecedenti vero bene sequitur Pœnitentiam non esse specialem virtutem : ergo recte probavit Cajetanus Pœnitentiam non esse specialem virtutem ; quidquid sit an defecerit in ipsius reductione ad Religionem, de quo postea. Probatur Minor sequentis syllogismi nullo defectu nec in materia, nec in forma laboranti. *Nullus aclus specialis, et determinalæ virlulis supponit essentialiter in subjeclo sibi conlrarium : sed aclus proprius, el specialis Pœnitentiæ supponit essentialiter insubjecto peccatum sibi conlrarium : ergo ocius proprius Pœnitentiæ non esl aclus specialis, cl determinalæ virtutis,* vel sub alia diriori forma : Aclus *qui essentialiter postulat sui conlrarium in subjecto, non esl aclus primarius, cl per se inlenlus alicujus specialis virlulis, scd est ad summum aclus secundarius : sed odus Pœnilcnliæ est aclus præexigens essentialiter in subjecto sui contrarium : ergo aclus Panilenliæ non esl aclus primarius, el per se inlenlus alicujus specialis virlulis, sed accenseri debet inter secundarios.* Major ntriusque syllogismi est ipsamet Cajetani doctrina approbata, et ut vera laudata a Suarez. Minor et Consequentia non indigent probatione. Bene ergo probavit Cajet. Pœnitentiam non esse specialem virtutem, si semel verum est principium ab eodem assumptum. Ex hoc autem legitime potuit descendere ad includendam Pœnitentiam cum Beligione ob aflinitatem actuum Religionis cum actibus Pœnitentiæ, quales sunt oblationes, et sacrificia, et alia opera poenalia, sive interna, sive externa, qnæ prima fronte, et specie tenus tam cultum Dei redolent, et honorem, quam satisfactionem, juxta illud Psal 50 : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Porro licet inter virtutum actus, et ipsas virtutes statuenda sit connexio, nullius tam virtutis actus proprii ita assimilantur, uti actus Religionis, et Pœnitentiæ, nec Suarez aliquam designavit, cui hoc determinate competeret (nec facile fuisset), nisi Religio nem. Psal.50.

Hinc etiam liquet non ita consequenter processisse. Nam si ex una parte tenet principium Cajetani, et ex alia *Religio habet pro fine intrinseco, cl adaequato reddere Deo debitum proprium,'et legale, sub quo debito includitur, vel recompensatio injuriæ commissæ, vel obligatio ne fiat,* ut ipsemet docuit immediate; male asseruit defecisse Cajetanum, nec melius ab ejus sententia recessit, utpote quæ legitime infertur ex illis praemissis, in quibus Cajetano assentitur.

Cajetani princi- piuro dirutum et vera argu- menti solutio. 100. Quamobrem D. Thomæ discipuli principium illud a Cajetano positum absolute negant, et ut falsum rejiciunt, idque ex supra dictis facile evincitur : quia non est contra rationem virtutis supponere defectum vel physicum, vel moralem, quem excludat, ut liquet in misericordia, cui non est locus absque miseria aliena, et vindicative, quæ ad inferiorum injurias vindicandas primario tendit. Quod autem iste defectus sit in proprio subjecto, vel alieno, solum arguit differentiam ex parte virtutum; non vero infert esse contra rationem virtutis. Et quidem si ad vindicau-

das alienas injurias ex bono justitiæ nullus est, qui neget propriam, el specialem virtutem ab omnibus aliis diversam ; nulla apparet ratio, quare pugnet virtus specialis ad diluendas proprias, cum bonum proprium cœleris paribus praeferendum sit alieno, nec sil minus æsümaüone digna propria cum Deo reconciliatio, quam ad integritatem legis aliorum punitio. Quo-

TaUiT' c*rca nec Aristoteles, nPC Tullius, aut alter Philosophorum, qui de virtutibus accuratissime disseruerunt, eam conditionem assignarunt, quam Cajetanus statuere contendit; sed tantummodo asseruerunt, virtutem nonnisi circa difficile versari, undecumque ea difficultas oriatur; sive sites alienis, sive ex propriis. Jd quod maxime tenet in illis virtutibus, quæ ad abigendos obices institute sunt, qualem esse Pœnitentiam non negabit Cajetanus. Cum enim ejus actus sint pars Sacramenti Pœnitentiæ, et hujus gratia sii medicinalis, et per se loquendo prima; oportet prædictosactus per se primo tendere ad medendum subjecto, consequenterque depellendum morbum ex peccato contractum. Unde sicut in medicina corporali, ut bene obser-

Manicez vant Martinus de Ledesma, Soto, et alii, ihsm et præsupponitur infirmitas; et aliqua sunt, uîd% horbæ, vel medicamina huic solo

serviet, muneri deservientia eradicandi humores pravos; quin exinde amittant esse in naturalibus virtuosa; haud dissimiliter inter virtutes theoloiizandum erit de Pœnitentia. Quare ad formam argumenti negandum est Antecedens, et ad ejus probationem negatur Major, de cujus faisitate satis constat ex modo, et supra dictis.

Solvitor raptio. Ad primam confirmationem respondetur a natura nobis messe virtutum semina juxta exigentiam, et propensionem ipsius natura'.. Et quia hæc ex primaria inclinatione tendit in bonum honestum, secundario tamen, et quasi minus principaliter deflectit in malum; idcirco sunt aliquæ virtutes per se in bonum absolute prospicientes; aliæ vero, quæ non nisi suppositio defectu, in bonum collimanl. Et hujus conditionis est Pœnitentia, quæ nisi præexistente peccato locum non habet, si sermo sit de ejus actibus; non vero de habitu ipso, qui solum supponit defectum possibilem in subjecto, non vero actualem ; alias non fuisset in Adamo in statu inno-

D.Ttom. centiæ contra D. Thomam, et omnes ejus discipulos, nec concedendus esset B. Virgini contra infra dicenda. Et in prædicto sensu hujus virtutis semen etiam est nobis a natura, quia de jure naturali est ρωnitera post peccatum, ut supra nos docuit D. Thomas, et etiam Cajetanus modo ibi c, latius expenso. Unde ex hac confirmatione nihil conficitur contra veram sententiam.

Nec etiam ex secunda, qua prima urgetur : nam Christus habuit omnes virtutes quoad id quod perfectionis est ; et quia de aliquarum ratione essentiali est aliqua imperfectio privativa, a qua salva earum essentia, nequeunt denudari; idcirco eas caruisse non derogat ejus perfectioni, quin imo favet. Quocirca in illo non fuisse nec fidem, nec spem est communior Theologorum sententia, et expressa D. Thomæ, ex quo etiam ducuimus tract, de Gratia Christi negandam esse illi Pœnitentiam. Non ergo ad virtutum plenitudinem quam catholice veneramur in Christo, requiritur nullam omnino virtutem ei defuisse, ut Joco citato, et in propriis illarum tractatibus ostensum est.

101. Sed contra præcipuæ objectionis otja solutionem instat Suarez in favorem Cajet.p,Sw· quia de omni virtute in universum ver HII est, numquam ita versari per se primo^ vel adæquate circa destructionem mali, quin principalius intendat bonum, vel ut introducendam, vel ut conservandum. Quod pr-obat ex D. Thoma. 2,2, quæst. 19, β·Tiχ art. 1, ubi loquendo de conceptu generali, et communi virtutum, inquit : *Si loquamur de bono, cl malo incommuni, facere bonum, el vitare malum perlinet ad omnem virtutem,* et paulo inferius eam applicans doctrinam asserit, *quod ejusdem est virtutis constituere aliquid, el constitutum servare in his, qux sunt ad alterum. Constituit autem quis squalitatem justitiæ faciendo unum, id est reddendo alteri, quod ei debet. Conservat autem squalitatem justitiæ jam constitutu, declinando a malo, id est, nullum nocumen* tum proximo inferendo.* Ex quo subinfert, quod si ad Pœnitentiam pertinet facere bonum, ct constituere æqualitatem cum Deo compensando offensam, ad eam etiam spectat declinare a malo, nullam injuriam ei inferendo, quod non importat negationem, sed motum voluntatis repudiantis malum, ut in eodem art. solut. ad 2 dicit D. Thomas. Ergo ex hac parte non supponit illa virtus, quæ est Pœnitentia, peccatum, vel injuriam, quæ præcesserit in tali subjecto ; quia per se potest conservare illud jus divinum illæsum, et ad hoc afficere voluntatem.

ai

Quem

fipisr. Quem discursum urgere possumus ex doctrina D, Thomæ in illo allegata. Nam juxta illam cuilibet virtuti debet competere duplex motus prosecutionis, et fugæ, seu recessus, quorum unus oriatur ex alio, subindequo altor eorum sit primarius, alter vero secundarius : nimirum prosecutio boni, et fuga mali. Sed in Pœnitentia non est nisi fuga mali, cum ejus proprius actus sit detestatio peccati. Ergo actus proprius Pœnitentiæ non est actus primarius alicujus virtutis, sed aliam, et ejus actum primarium, a quo oriatur, supponit. Quod fuit pjimum Antecedens Cajetani.

102. Respondetur concedendo, ut jacet, doctrinam D. Thomæ, quæ si semper, in hac maxime parte clarissima est, et minime opposita præsenti veritati. Nam quod S. Doctor affirmat, solum est ad omnem, et quamlibet virtutem pertinere facere bonum, et fugere malum oppositum, quod est indubium juxta illud. *Declina a malo, el fac bonum,* id quod in partibus justitiæ D.TMa. præcipue locum tenere statuit S. Doctor in illo articulo, cui titulus est : *Utrum declinare a malo, cl facere bonum sini paries juslilix?* Et hac doctrina exparte Majoris supposita, si addamus pro Minori hanc propositionem : *sed Pœnitentia est virtus non utcumque, sed ad alterum, ulpole justitia licet imperfecta.* Legitima illatione conficitur, de ratione Pœnitentiæ esse quod prosequatur bonum, et deviet a malo, et hac semel probata Consequentia, latet profecto, quid desiderandum maneat vel ipsomet Suarez teste, ut inter speciales virtutes accenseri non debeat Pœnitentia. Porro Consequentiam istam probat ipsemet D.Tion. g. Doctor in hoc art. 3, dicens : *quod Pœnitentia non habet quod sil virtus specialis ex hoc solo quod dolet de malo perpetrato, ad hoc enim sufficeret Charitas; sed ex co quod pœnitens dolet de peccato commisso, in quantum est offensa Dei, cum emendationis proposito ; emendatio autem offensx contra aliquem commissæ non fit per solam cessationem offensx, sed exigitur ulterius quædam recompensatio.* Hanc autem fieri per hoc, *quod in Pœnitentia invenitur specialis actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præleriti in quantum est offensa Dei,* jam statuerat D. Thomas articulo immediate præcedenti, ubi inveniuntur illi duo Sum. actu3> quos ex D. Thomæ doctrina, ad rationem virtutis Suarez exoptabat; nimirum facere bonum, compensando offensam, et operando positive contra illam, quod abs dubio bonum est; et si hoc bonum negetur; negetur insuper quod sit bonum ablata restituere, vel aliena debita solvere, et rursus vitare malum futurum per emendationis propositum ipsi Pœnitentiæ annexum. Et in hoc sensu conservat æqualitatem justitiæ, et declinat a malo, ut dicebat D. Thomas, cavendo scilicet ab ipso in futurum. Quamobrem tota argumentatio illa in ejus Authorem intorqueri debet ex præmissis propriis D. Thomæ, et Consequentia a S. Doctore probata.

Radix deceptionis fuit imaginasse actum Dect-p- proprium Pœnitentiæ quasi meram fugam, “assuT. et recessum a peccato præterito; cum tamen sit prosecutionis ad debellandam offensam existentem in Deo, pro ipsaque quantum fas est, et suppetunt vires, compensandum; quod totum includitur in contritione perfecta : declinare autem a malo explicatur in emendationis proposito, vi cujus refugit pœnitens esse recidivus. Habet ergo Pœnitentia duplicem illum actum ad virtutem exactum, quamvis aliunde etiam supponat peccatum commissum, ob quod fiat compensatio. Unde quando asseritur a D. Thoma, et ab aliis de ratione virtutis esse illæsum servare bonum sibi proprium, sive sit in materia justitiæ, sive in aliis, solum tenet per se respectu injuriæ, seu læsionis in posterum; et hoc semper a virtute præstatur : non vero respectu antecedentis; hanc enim præextilisse non est contra rationem virtutis, ut constat ex dictis, et oppositum nec authoritate, nec ratione probatur.

Nec urget ad Pœnitentiam pertinere Quoconservare jus divinum illæsum, et ad hoc inodo afficere voluntatem, ut tandem concludebatur in objectione. Quoniam Poenitentia cum sit pars justitiæ, ad compensandum per se primo ordinata; prius intendit sarcire offensam irrogatam, et ex consequenti in posterum servare jus divinum ab injuriis immune ; in quo abs dubio præcellit omnibus aliis virtutibus; præstat enim commissas offensas restaurare, et vitare committendas, quam dumtaxat impedire, ne in posterum committantur, et hoc ad summum conveniet aliis virtutibus ob incompossibilitatem cum peccatis oppositis; cum tamen primum sit ita proprium Pœnitentiæ, ut nulli alteri conveniat. incumbat Preniteniiæ juris divini conservatio.

Nec iterum proderit refugium ad Religionem, cujus est reddere Deo omne debitum legale. Nam motiva formalia sunt longe diversa; quandoquidem Religio pro-

cedit ex unico, et solo motivo Deum cultu ej honore prosequendi, et hoc affectui, et (ire. sibi intrinseco Deo consecrat, vel ipsamet opera Pœnitentiæ. Hæc vero tantum incumbit satisfactioni ut fine sibi proximo, et immediato; et hinc etiam ipsius Religionis actus reddit satisfactorios. El alia ratio est solvere debitum cuique proprium, ne jus alterius violetur, quod large est satisfacere; aliud vero jus violatum reintegrare, et in pristinum statum reducere satisfaciendo pro injuria ; et hoc est proprium Pœnitentiæ ut a Religione divers® : et ex hoc capite sibi vindicat semper peccatum supponere, pro quo satisfaciat, sicut religio debitum cultus, quem solvat. Unde constat ad totum argumentum, et ejus confirmationem.

Allerra ex Ca* jetano arfu- raeuiuffl,

103. Arguit et instat secundo Cajetanus contra immediate dicta, recurrendo ad objectorum convenientiam. Nam offensa ut compensabilis per actum proprium non postulat propriam, et distinctam virtutem : Ergo Pœnitentia non est virtus specialis a cæteris maxime vero a Religione, diversa. Consequentia patet, et Antecedens suadetur. Tum ex eo quod accidit in humanis, ubi, cum quis alterum offenderit, licet sese subjiciat, et humiliet, palam affirmando se male fecisse, et hoc laudabile sit, non tamen ab speciali virtute procedit; quamvis his, et similibus actibus ad offensi gratiam restituatur, juxta illud : *Parcere subjectis, et debellare superbos :* ergo similiter. Tum etiam : quoniam esto ad praedictum finem oporteret assignari virtutem, sufficeret ipsa Religio, cujus est proprium subjicere hominem Deo ipsique debitum reddere, sive ob offensas, sive ob beneficia; quippe neutrum illorum fit absque submissione ; et cum hæc sit propria Religionis, ipsius etiam erit offensas compensare.

Coiifir-

Et confirmatur : quoniam praecipuus actus Pœnitentiæ re ipsa coincidit cum actu primario Religionis : ergo etiam virtus. Consequentia constat, quia unitas, vel distinctio virtutum non aptius infertur, quam ex distinctione actuum. Antecedens autem suadetur : Nam quod primario, et præcipue inspicitur a Poenitentia est subjectio hominis ad Deum : hanc autem offert Religio ; quin addat Pœnitentia, nisi causam subjectionis, scilicet offensam. Confessio etiam peccati sive exterior, sive interior actus est Religionis absque alia viriate media imperatus. Et ratio (inquit) est : quia religionis actus est, quo excellentiam divinam, nostraraque subjectionem ad Deum profitemur : sed uterque istorum actuum, scilicet interior confessio, et voluntaria submissio in utriusque professione consistit : ergo idem omnino est actus Religionis, ac Pœnitentiæ. Probat Minorem : Nam qui confitetur Deo adversus se injustitiam suam, submittendo se, et confessione, et summissione subjectionem suam fatetur, simul et excellentiam divinam, cui se submittit, cujus excellentissima omnipotentia parcendo manifestatur, cuique proprium est misereri, semper et parcere : ergo velle recompensare oflensam mediis prædictis actibus actus est elicitus Religionis.

Confirmatur ulterius. Quoniam virtus Pœnitentiæ non est virtus acquisita sed infusa, subindeque ex divina inspiratione vim habens, et sub eodem cursu cum Religione a Deo accepta, quocirca inter præcepta Religionis ita sunt sacrificia, el orationes pro peccatis, sicut pro beneficiis. Unde in lege veteri actu Religionis expiabatur peccatum, et David cor contritum, et humiliatum (quod est ipsa emenda pro peccato) sacrificium appellat. Hactenus fere ad verbum Cajetanus. Et ut rem magis explicet, propriamque sententiam fulciat, duos actus Pœnitentiæ distinguit; alterum quo offensam divinam récompensât, displicendo de illa; et hunc revocat in Charitatem : alium vero ad compensandam, seu nanciscendam indulgentiam, consistitque in confessione culpæ, et submissione propria ; istum vere tribuit Religioni. Unde a sufficienti partium enumeratione, nullus relinquitur necessarius actus ad remissionem, qui propriam, et specialem virtutem Pœnitentiæ jure postulet; sed unica tantummodo Religione Charitate associata, negotium peragitur,

Se«* EJU·

104. Ad hoc argumentum, quod præ-Du® cipuum est in hac parte, constat ex dictis in hoc eodem dubio, ubi diversa statuimus pro istis virtutibus objecta formalia, non quidem proprio judicio commenta, sed ex communi Theologorum, et eorum Principis D. Thomæ, calculo probata, quibus subinde stare debemus. Cum enim objecta se habeant uti principia ad virtutes, per ordinem ad quæ vinutes ipsæ mutuantur speciem, et unitatem, vel diversitatem sortiuntur essentiales : non tam probanda, quam supponenda sunt ex communi aliorum censura; alioqui enim ne disputationibus

EelliC.

nibus finis, nec veritatis scopus haberi posset, si cujusque arbitrio objecta essent definienda. Quapropter negandum est primum Antecedens ut a veritate alienum. Et ad primam ejus probationem falsum etiam est, quod assumitur. Nam adbuc in humanis est vera virtus ad satisfaciendum pro offensis, et clarius elucet in superioribus, quibus ex virtute observantiae debentur obsequia; cum tamen ex justitia commutativa illis teneamus rependere satisfactionem pro offensis, vel civilibus contractibus. Quia tamen prædicta virtus non habet locum respectu hominis ad Deum offensum ob rationem supra indicatam, quam loco citato de Incarnat, relinquimus expensam; ejus loco succedit Pœnitentia pars imperfecta illius, et cui incumbit onus utcumque Deum satisfactione placandi. Ad hoc vero non sufficit Heligio (quo secunda probatio diluitur) utpote quæ solum inservit cultui et venerationi Deo exhibendis, quæ est ejus propria, et essentialis ratio. Quare ut cultu religionis offensa compensetur; opus est eam imperari a Pœnitentia, ipsique associari, ut post supra dicta iterum nos docebit D. Thomas loco statim adducendo.

Sohilnr wnfir-B11Î0.

Ad primam Confirmationem explicandum, et distinguendum est Antecedens. Et si sermo sit in eodemmet actu reperiri posse motivum Religionis sub alio motivo diverso Pœnitentiæ, et e converso, verum est, et concedimus; non enim inconvenit, quin est omnino necessarium, unam virtutem ab alia imperari, et ex vi hujus alterius finem pertingere, supra vidimus. Et hoc modo idemmet actus respondet utrique virtuti, uni ut elicienti, alteri ut imperanti; sed species propria actus, ipsique omnino essentialis non est virtutis imperantis, sed virtutis elicientis. Quare aclus Pœnitentiæ non extrahitur a propria specie, per hoc quod imperetur a Religione, et e contra; sed ultra proprii attingendam objecti ex superaddito imperio accipit attingere finem Religionis, quod non stante imperio, non haberet. In hoc ergo sensu concedimus Antecedens. Sed inde nihil sequitur; alioqui enim confunderentur omnes virtutes cum inter se, tum cum Charitate; cum commune illis sit invicem dirigi, et imperari.

Si vero aliud intendatur, ut revera intenditur a Cajetano, in Antecedenti, negari debet utpote falsum, et oppositum D.Tbûu. doclrinæ D. Thomæ 2, 2. quæst. 85, art. 3, ubi rem elucidans ita inquit: *Quando aclus unius virtutis ordinatur ad finem alterius virtutis, participat quodammodo speciem ejus: sicut cum quis furatur, ul fornicetur, ipsum furtum accipit quodammodo fornicationis deformitatem, ita quod si diam alias non esset peccatum, ex hoc jam peccatum esset, quod ad fornicationem ordinatur. Si ergo sacrificium est quidam specialis aclus laudem habens ex hoc, quod in divinam reverentiam fit, propter quod ad determinatam virtutem pertinet, scilicet ad Religionem. Contingit autem, et ea, quæ secundum alias virtutes fiunt in divinam reverentiam ordinari, jjuta cum aliquis eleemosynam facit de rebus propriis propter Deum, vel cum aliquis proprium corpus alicui afflictioni subjicit propter divinam reverentiam. Et secundum hoc etiam aclus aliarum virtutum sacrificia dici possunt. Sunt tamen quidam aclus, qui non habent ex alio laudem, nisi quia fiunt propter reverentiam divinam. Et isti actus proprie sacrificia dicuntur, el perlinent ad virtutem Religionis.* Qua solidissima doctrina omnes probationes illius Antecedentis manent dirntse, ac convulsae, et statuitur regula universalis ad discernendum inter speciem actui obvenientem ex proprio, et immediato objecto, vel ex subordinatione ad objectum alterius: quando nimirum actus ex se est laudabilis, quantumvis imperetur a superiori, conservando propriam speciem, quodammodo ex superioris imperio superinduit aliam, non sibi propriam, sed appropriatam, et emendicatam. Quoties vero actus ex se non est laudabilis, et virtuosus, non sibi vindicat aliam speciem, quam quæ ipsi obvenit a superiori: quo pacto se habent actus externi, qui unicam, et totalem speciem mutuantur ex imperio rationis, et juxta diversas rationis regulas vicissitudinem accipiunt, et diversis virtutibus subdi possunt.

Et ad primam Antecedentis probationem distinguenda est Major: *Quod primo offertur a Poenitentia, est subjectio ad Deum ex motivo offensam avellendi, eamque compensandi;* conceditur Major: *Ex motivo cultus, el reverenlix, aliove simili,* negatur Major. Et ad Minorem dicitur, eandem quidem offerre etiam religionem, sed sub motivo cultus, et reverenti® Deo præstandæ, quod est diversum, et a Pœnitentia nequit attingi, nisi dirigatur, et impetetur a Religione in proprium finem. Idem ob omnino eundem rationem dicimus de

Antecedentis probatio diruitur.

confessione, sive interna sive externa; utraque enim elicitur a Pœnitentia ut subdita Religioni, ab eaque in cultum Dei ordinata. Et hic quidem cultus si in omnibus aliis maxime, elucet in ipso Pœnitentia) Sacramento, quo specialiter colitur Deus, ob idque utriusque virtutis influxum jure postulat, ut singu'a singulis tribuendo, et obtineatur media compensatione remissio, et debitus Religionis cultus Sacramentorum Authori ex ipsomet Sacramento proveniat. Unde patet ad rationem huic probationi insertam. Nam de ratione Religionis est submissio, et divinæ protestatio excellentiae, quod ex se ipsa immediate, et mediis aliis virtutibus a se imperatis præstat : de ratione vero Pœnitentiæ est conari contra offensam ipsi divinæ excellenti» irrogatam, eamque abolere. Et licet sæpe hæ duæ rationes in eodem actu conveniant, non idcirco confundi debent, et pro eodem usurpari; sed cuique earum proprium munus assignandum, non secus, ac si essent separata. In quo deceptum videtur subtilissimum Cajetani ingenium, et constat a simili aliarum virtutum, si vel inter se, vel cum Cbaritate conferantur : utrobique enim militat illa difficultas, et applicari debet eadem distinctio ; si non volumus, vel virtutes confundere, vel eas a Charitate non distinguere. Unde fallit Consequentia tandem illata, quia nec actus ex se satisfactorius elicitur a Religione, nec Dei cultus per se primo correspondet Pœnitentiæ; sed vel a quavis divisum, vel ab una ut alteri subordinata exhiberi debet.

Secun-îæ ûc‹turn" confirma- ‚IOQ1‘

105, Ad secundam confirmationem concedimus Pœnitentiam esse virtutem per se infusam, sed ex hoc non sequitur ejusdem identitas realis cum Religione, nec id potuit intendere Cajetanus, quem non latebat omnes virtutes supernaturales simul infundi cum Charitate, quin simultanea illarum infusio earum obsit distinctioni : atque ideo prædictum caput imbecille est ad stabiliendam propriam sententiam. Secundum vero, quo juvari posset, etiam deficit; quia falsum est in lege veteri sola Religione expiari peccatum; cum in prædicta lege etiam fuerit Pœnitentiæ virtus, imo et etiam viguerit ejus exercitium, ut palam esset monstrare ex ipsamet lege, et Prophetis non segniter huic virtuti a dictis, si opus esset ad argumentum. Nec etiam est veritati consonum omnia illius temporis sacrificia æque pro peccatis, et beneficiis præcopta fuisse, ut constat ex D. Thoma 1, 2, quæst. 102, art. 3 ad 8, d.k ubi holocaustum, et hostiam pacificam Deo exhiberi solita docet ad reverentiam majestatis Dei, et ad gratiarum actionem ex beneficiis acceptis : pro peccatis vero aliud extitisse affirmat dicens : *Aliud autem erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur Do, ex necessitate remissionis peccati, el conveniebat statui panitenlium in satisfactione peccatorum.* in quo quidem, non tam intendebatur cultus, quam peccatorum expiatio, consequenterque non tam ad religionis, quam ad Pœnitentiæ virtutem spectare debebat.

dittû- <ka, «w qj.) eaieâ «aiti ρiΓήβΓ f^. i«tii

Esto tamen ita fuisset, absque ullo discrimine imposita fuisse præcepta, et destinata sacrificia pro Religione, et Poenitentia; non inde consequitur eas inter se non differre, sed quod ad idem sacrificium immolandum utraque virtus debebat concurrere, ut simul Deo cultus debitus exiberetur ex Religione, et hostia pro peccato offerretur ex Pœnitentia. Ad eum sane modum, quo in lege gratiæ in adimpletione præcepti supernaturalis concurrit etiam Charitas, vel justitia, aut alia virtus distincta ab ea, cujus est præceptum. Et in ipso Pœnitentiæ sacramento clarius elucet; nam quo pacto est sacramentum, pertinet quidem ad Religionem, et consequenter ad Dei cultum, ipsum reverenter peragere, et ad Dei honorem ordinare. Qua vero parte est sacramentum medicinale, petit in ipsa peccata ut expianda, et extirpanda protendere. Et non solum ex Pœnitentia, sed etiam ex Religione, Charitate, et justitia sacramentorum celebratione, et perfectioni studere oportet ; quin inde inferri possit indistinctio virtutum simul in sacramentorum celebratione concurrentium. Et eadem ratio est de sacrificiis antiquis, utpote in quibus non solum cultus, sed etiam compensatio pro injuriis quærebatur, et ideo non sola Religio, nec sola Pœnitentia, sed et ipsa Charitas, qua omnes virtutum actus redduntur Deo accepti, debebat concurrere. Nullus tamen omnium illorum actuum habebat proprie rationem sacrificii, nisi quia Religione eliciebantur, ob rationem supra a D. Thoma assignatam. Nec etiam respondebant Charitati sub ea distributione, quam statuit Cajetanus contra D. Thomam art. 2 ad 1 et art. 3, in corpore, ubi licet tribuat Charitati odisse peccatum, quia oppositum divinæ bonitati; compensare tamen illud, quia

couîn D.Thon·

L-f· ly-

quia offensa Dei est, solius Pœnitentiæ esse diserto asseruit. Quare concludendum est ad Pœnitentiam ut a Gharitate, Religione, et omnibus aliis virtutibus distinctam spectare vindicationem offensæ divinæ, in quacumque materia ea fuerit, siquidem *Panilentia* (ut inquit S. Doctor P.Tbom. solut. ad 2 articuli secundi) *habel quidem realiler generalem materiam, in quantum recipit omnia peccata ; sed tamen sub ratione speciali, in quantum scilicet sunt emendabilia per actum hominis coopérantes Deo ad suam justificationem.* In quo sensu etiam Religio habet generalem materiam omnium humanorum actuum, sed sub speciali ratione divini cultus, penes quam distinguitur ab omnibus aliis. Unde corruit illa distributio Cajetani, et relinquitur certum non ejusdem esse virtutis Deum colere, et pœnitere.

§IV.

Singularis Conlempsonis refertur, cl expugnatur sententia.

Conteapso-DIS pejiiio, 106. Peracta Religionis causa cum Gajetano, nova, nec minus singularis se offerebat disceptandi ratio, cum Contempson in præsenti dissert, unica, cap. 1, corol. 1 in fine, ubi postquam Cajetani fiindamenta diruit, et qua pollet styli gravitate et elegantia Pœnitentiam a Religione vindicavit cum cæteris D. Thomæ discipulis ; in id tandem devenit, ut Pœnitentiam a timore non distingui affirmaverit, ut de mente D. Thomæ; quasi S. Doctor a communi sententia, quæ cunctos alios discipulos pervasit, de distinctione Pœnitentiæ ab omnibus aliis virtutibus non nihil recesserit ; eoque discipulum SS. Præceptoris vestigia prementem compulsum eidem indivulse adhærere, et non ita communem viam insectari. Ab hac tamen difficultate breviter, et per modum appendicis nos expediemus, cum quia singularis est hujus Authoris, tum quia non multis indiget mens D. Thomæ utpote clarissima. Videamus tamen prius, quæ ipsum moverint ad hanc provinciam arripiendam, et lustrandam.

Eam probat ci D. Ttom. Dicit ergo Angelicum Præceptorem eatenus statuisse Pœnitentiam esse virtutem specialem, quatenus eam contra posuit : vel omnium viitutum acervo, vel illarum conditioni generali ipsis se immiscenti, et in cunctis illis transcendenti, ut Altisiodorensem, Majorem, et Alensern oppositum arbitratos refelleret: et hoc in sensu illorum sensui manifeste contrario affirmavit actus Pœnitentiæ esse laudabiles specialiter, specialeque sibi vindicare objectum, et specialis virtutis nomen sibi arrogare. Non tamen intellexit S. Thomas specialem virtutem prout distinguitur contra aliquam peculiarem virtutem (in quo assentitur Ga- Cajetani jetano), sed prout opponitur omnium aggregationi. Idque manifestum sibi videtur tempson, ox art. 5 hujus quæstionis, ubi inquirens de principio Pœnitentiæ duo docuit, et quod Pœnitentia est virtus infusa a Deo ; ex quo capite ipsum habet ut principium, et causam efficientem : et quod ad ejus infusionem se tenent nostri actus ex parte materiæ, et dispositionis ; licet enim Deus nobis sua dona largiatur sine nobis principaliter agentibus ; non tamen sine nobis propriis actibus cooperantibus, et ad donorum receptionem disponentibus. In quo nequit esse dissensio, cum sit doctrina ne dum D. Thomæ, sed etiam totius Ecclesiæ approbata et explicata a Concilio Tridentino, ut videbimus ad prædictum articulum.

Prosequitur explicatio D.Thom. 107. Accedens vero S. Doctor ad enumerandos illos actus, quibus Deo in Pœnitentia operanti cooperamur, docet intervenire motum fidei, quo credimus infallibiliter remissionem fieri in Ecclesia virtute clavium; cui accedunt motus timoris servilis, quo perculsus pcenitens supplicia exhorret, et motus spei, quo nanciscendam veniam sibi promittit ex proposito se emendandi, et in meliorem frugem recipiendi. Ad quos subsequitur Charitatis motus, quo (ut inquit S. Doctor) *Alicui* D.Thom. *peccatum displicet secundum sc ipsum, el non jam propter supplicia,* et pervenitur demum ad motum timoris filialis, *quo propter reverentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert.*

His itaque sic a D. Thoma constitutis, statim intulit, ac subjunxit : *Sic igitur patel, quod aclus Pœnitentiæ a timore servili procedit, sicut primo motu affectus ad hoc ordinato; a timore autem filiali sicut ab immediato, et proximo principio.* Ergo virtus Pœnitentiæ ex D. Thoma non distinguitur a timore filiali ; cum diserte doceat timorem filialem ne dum imperare Pœnitentiæ aclus, sed ct esse eorum *immediatum, el proximum principium.* Et quia timor est virtus specialis, ut supponit prælaudatus Author, erit consequenter Pœnitentia vir-

tus specialis. Unde concludit : *Et certe hoc testimonium D. Thomx ita luculentum, et expressum est, ut mirum sil recentiores Thomistas* (melius dixisset etiam antiquos) *tam splendentem, et oculis se ingerentem locum non advertisse.*

Bâtione iJea> proba- iur.

Rursus id ipsum probare pergit, tum a paritate Pietatis, qua jus paternum illaesum servatur, sive pro cultu debito, sive pro injuriis illatis; non enim filius peccata in Patrem detestatur, nisi quia (ut inquit ipse) infanda impietatis labe conspurcatur. Tum a ratione ex eo petita, quod ad eandem rationem perlinet Deum revereri, ejusque jus illæsum servare, et læsum resarcire. Cum ergo Deum revereri sit proprium timoris; ejusdem etiam erit peccata detestari, et jus divinum inde læsum reparare.

Adw- satnr

1 OS. Verum hujusmodi opinionem minime consonam, quin imo adversam

Crefeiîi-° tur.

Thomæ existimamus ; tantum abest, quod pro illa sit expressum ipsius testimonium. Quod arduum non erit ostendere tam ex principiis communibus S. Doctoris, quam ex propriis hujus articuli. Refellitur ergo primo ex primo capite. Nam juxta D. Thomam dona Spiritus sancti essentialiter distinguuntur a virtutibus infusis, sive Théologales, sive morales eæ sint : sed timor filialis est donum spiritus sancti, et Pœnitentia virtus moralis : ergo timor filialis, et virtus Pœnilentiæ essentialiter distinguuntur. Consequentia constat. Ma-

D.Tbom. jor doctrina expressa D. Thomæ 1,2, quæst. G8, art. 1, ubi eam ex professo probandam assumpsit, et efficaciter suasit ex diversis regulis, et modis procedendi : Nam virtutes morales regulantur per rationem, et prudentiam supernaturalem, cujus præscriptum non transgrediuntur, si virtutes sunt, eisque redditur homo bene mobilis ad operandum juxta regulas rationis. Dona autem spiritus sancti evehuntur supra humanam rationem adhuc supernaturalem, ideoque vocantur dona, inquit S. Doctor, *non solum quia infunduntur a Deo, sed quia secundum ea homo disponitur, ut efficiatur prompte mobilis ab inspiratione divina,* quæ est iliarum regula, quamque non prætergrediuntur juxta illud Isai. 50 : *Dominus aperuit mihi aurem, ego aulem non contradico, retrorsum non abii.* Ideoque eorum definitio est penitus diversa a diffinitione virtutis, ut constat ex iis, quæ tradidimus in arbore virtutum j/ 2. Est enim donum *habitus supernaturalis, quo homo disponitur, ut sil prompte mobilis a Spiritu sancto,* cum tamen I). Thomas prædiciam diffinitionem usquam virtuti applicaverit. Minor etiam est expressa ejusdem S. Doctoris 2, 2, quæst. 19, ublD.TWa. eam doctrinam, quam in communi tradiderat de Donis loco citato ex i, 2, specialiter applicat dono timoris, et art. 9 probat accensendum esse inter septem Spiritus sancti dona. Quod vero Pœnitentia sil virtus moralis, manifeste constat ex att. 3 præsentis quæstionis, ubi eam collocat sub justitia, quæ est præcipua inter Cardinales. Qualiter ergo S. Doctor docere potuisset in præsenti esse idem cum dono timoris, nisi seipsum negando, et manifeste contradicendo?

J

Cmîp E1Î5&

Confirmatur. Nam distinctio donorum tam inter se, quam a virtutibus maxime splendet in actibus primariis illorum penes quos sive specificatio, sive distinctio regulanda est. Sed actus primarius doni timoris juxta D. Thomam est longe diversus ab actu primario Pœnitentiæ : non ergo esse potest de mente D. Thomæ, quod Pœnitentia sit idem cum dono timoris. Consequentia est legitima, Major perpetua D. Thomæ doctrina. Minorem ipse docuit loco citato ex 2,2, statuens actum prima- D.Ttosi. rium prædicti Doni esse subjectum reverentialem ad divinam eminentiam, ut potentem inlligere malum, quod creatura refugit ex ipso timore. Qui quidem actus longe est a peccato, vel peccandi potentia, ut constat in Christo, in quo plenissime fuisse hujusmodi donum docuit S. Doctor in hac 3 p. quæst. 7, art. 6, ubi et nos cum ipso egimus de hoc puncto, post fusius scripta tract. IS de virtute spei, cui annexuimus tractatum de timore. Actus vero primarius Pœnitentiæ est dolor de offensa propter Deum, ut constat ex sæpius inculcatis rationibus : non ergo possunt tam dissimiles actus ab eodem indivisibili habitu comprehendi.

SetaedA confir- matio.

109. Confirmatur secundo directe destruendo principium cui innititur illa positio. Nam tota, et adæquata ratio affirmandi identitatem timoris cum Pœnitentia, est quia D. Thomas asseruit timorem esse principium proximum, et immediatum Pœnitentiæ : sed juxta D. Thomam hoc principium non probat tantam identitatem, sed admittit realem distinctionem inter ea : ergo male deducitur ex illo principio, eam esse mentem D. Thomæ. ConsequentiaD.Thos constat, et probatur Minor' ex eodem S.

8. Doctore loco citato ex 2, 2, art. 2 solut. ad 4, ubi docet S. Doctor dona spiritus sancti esse principia virtutum moralium, quippe queo supponunt virtutes Théologales, et se tenent ex parte principii ad morales. Quod intclligi debet per ordinem ad subjectum, non per ordinem ad Deum, a quo immediate sive virtutes, sive dona procedunt. Unde sensus legitimus debet esso, quod prius subjectum recipit a Deo virtutes Theologicas, et eis mediantibus dona Spiritus sancti, ac deinceps virtutes supernaturales, et idem ordo, qui est inter habitus, debet splendere in eorum actibus, atque adeo sicut actus virtutum Theologicarum in genere causæ efficientis, finalis, et formalis præeunt actus donorum, ita hi præcedunt actus virtutum. Verba D. Thomæ sunt : *Ad quartum dicendum, quod sicut dicitur Ecclesiasl.* 10 : *Initium superbiæ hominis apostatare a Deo, hoc est, nolle subdi Deo, quod opponitur timori filiali, quia Deum reveretur. Et sic timor excludit principium superbiæ propter quod datur, scilicet contra superbiam. Nec tamen sequitur,quod sit idem cumvirlute humilitatis, sed quod sil principium ejus. Dona enim Spirilus sancti sunt principia virtutum intellectualium, et moralium, ut supra dictum est, sed virtutes Theologicæ sunt principia donorum, ut supra habitum est.* Male ergo infertur ut de mente D. Thomæ timorem esse idem cum Pœnitentia, ex eo quod asseruerit S. Doctor hanc ab illo, ut a principio proximo, et immediato provenire; siquidem humilitas eodem etiam modo a timore procedit, quin inde sequatur, teste eodem Præceptore Angelico idem esse cum humilitate. D.Tbom.

Quin imo oppositum inferri debebat, nt patet cx se : nam principium in præsenti importat rationem causæ, vel ad illam reducitur, et nemo est causa, aut principium sui ipsius. Deinde liquet in ipsis virtutibus Theologicis, quæ quantumvis principia immediata sint donorum Spiritus sancti in sensu explicato, nimirum ex parte ipsius hominis, imo quia prædicto modo principia sunt, neutiquam confundi debent, et pro eodem accipi cum ipsis donis, ut etiam docet D. Thomas solutione immediata ad 3 dicens : *Ad tertium dicendum, quod ex hoc quod amor sit principium timoris, non sequitur, quod limor Dei non sil habitus distinctus a Charilate, quæ est amor Dei : quia amor est principium omnium affectionum, et tamen in diversis habilibus perficiunir circa diversas affectiones in Deo. Et ideo amor magis habet rationem virtutis, quam limor.*

110. Secundum caput eam illationem, et sententiam in illa fundatam evertendi est ipsemet processus arliculi quinü præsentis quæstionis, in quo inquirit S. Doctor *Utrum principium Pœnitentiæ sit limor?* Cui ut respondeat, praemittit Pœnitentiam posse sumi dupliciter, vel quoad habitum, vel quoad actum. Primo modo accepta Pœnitentia non procedit a timore ut a principio, sed a solo Deo infundente sine nobis principaliter operantibus. In quo profecto supponit S. Doctor habitum Pœnitentiæ non esse eundem cum habitu timoris, et hoc supposito affirmat hunc non esse illius principium. Si autem id non supponeret, ridicule inquireret, an sit illius principium, et non nisi frivole respondisset, non esse; cum sit per se notum idem non posse ese principium sui ipsius. Loquendo vero de actibus, quibus in Pœnitentia Deo operanti cooperamur, quia plures sunt, pro eis ad diversos habitus, et principia recurrit S. Doctor, et primo loco statuit motionem Dei primo incipientis cor hominis ad se trahere, juxta illud Thren. ultim : *Converte nos Domine ad te, et convertemur.* Et ad hujusmodi actum nullus præcedit habitus, sed dispensatur pro eo a Deo auxilium prorsus indebitum, subindeque omnino liberaliter, et gratis ex pura misericordia descendens. Deinde enumerat motus fidei, timoris servilis, Spei, et Charitatis, quorum cuilibet proprius habitus respondet, et non ita proxime se habent ad actum proprium Pœnitentiæ, quo detestandum est peccatum, quia Dei offensa est. Quia ergo actus proprius timoris est Deum revereri ob suam eminentiam, qua potest infligere quodlibet malum ; per hunc actum proximius, et immediatius disponitur homo ad eliciendum actum proprium Pœnitentiæ, non quia eliciendus est ab ipso timore ; sed quia inter recensitos proximior, et immediatior est, ut verba ipsa satis superquo manifestant : *Sextus,* inquit, *actus est motus Umoris filialis, quo propter reverentium Dei, aliquis emendam Deo voluntarius offert.* Hic enim actus non est Pœnitentiæ, sed timoris, sicut *motus Charitatis, quo alicui displicet peccatum secundum se ipsum,* ut præmiserat D. Thomas, est initium Pœnitentiæ, sed remotius, quam actus timoris. Nam sicut Charitas ex proprio mutivo odio D.Thom.

Alteram eapnt refellendi illam sententiam.

Elucidatur mens DThom.

Thrai. ultE

habet peccatum, et cætoræ aliæ virtutes, ut supra dictum est; ita etiam timor ob Dei reverentiam idud ipsum detestatur, ut docùt β. Thomas !, 2, q. 18, art. 1 ad 2, in quantum iunt *contra bonum rationis, conlrarianlur virtutibus,* »n *quantum autem sunt contra divinum instinctum, conlrarianlur donis: idem enim conlrariatur Deo, et rationi, cujus lumen a Deo derivatur.*

41 D.Tham.

Quia ergo quæstio fuerat, an timor sit Pœnitentiæ principium, et duplicem timorem distinxerat S. Doctor, conclusit dicens, quod *aclus Pctnilenlte a timore servili procedit, sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato; a timore autem filiali, sicut ab immediato, et proximo principio.* Quod verissimum est. et efficacissime illatum ex praemissis; sed non inde sequitur, teste eodemmet D. Thoma, esse idem timorem cum Pœnitentia : sed quod ad actum Pre·nitenthe se habeat proxime, et immediate præ aliis antecedentibus, quatenus post actum prædicti timoris non aliud superest, quam aclus ipsius virtutis Pœnitentiæ. ConsulaturS. Doct. in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 2, ubi luculenter exponit, qualiter Pœnitentia timore concipiatur.

Pfôin-iio»cs OppOMl» diruun-tur.

111. Hinc, quæ ex ratione ad comprobationem adducit Contempson, sua sponte ruunt. Nam quod a paritate Pietatis urget, ex dictis manet expugnatum ; siquidem non ex Pietate tantum, sed ex justitia simul tenetur filius patris offensas resarcire : Pietas autem erga Deum coincidit cum Religione, ultra quam ipsemet Contempson ad diluendam Dei offensam requirit virtutem essentialiter diversam. Unde ex vi illius exempli potius convincitur oppositum. Quod vero ex alio principio subjungebat, verum quidem est absolute, et sistendo in propria materia virtutis, ut ipsemet responderat Cajetano in illo eodem dubio. Unde concedimus Donum timoris detestari etiam peccatum sub sibi propria, et speciali ratione, quia nimirum opponitur subjectioni ad eminentiam divinam, sicut Religio, ut adversatur cultui, et venerationi Dei. Secus vero est, quando fit transitus ad diversam rationem; propriam tamen alterius virtutis, qualem esse rationem uffenstc respectu Pœnitentiæ satis superque perspicuum manet ex doctrina Angelici Praeceptoris.

Obser-yandura.

In calce tamen hujus dubii pro pleniori întelligentià recolenda sunt, quæ annotavimus ad art. 3 ex solut. ad 4, ubi miri-lice I). Thomas explicuit, qualiter Prenilentia, una cum virtus sil in specio athomu, et ab omnibus aliis diversa, quodammodo ea, quæ pertinent ad omnes virtutes comprehendit. Præ oculis etiam haberi debent, quæ S. Doctor supra quæst. 84, art. 5 ad 2 scripsit, dicens : *Ex quo aliquis peccatum incurrit, Charilas, fides, et Misericordia* (idem dicito de aliis, utputa timore, Religione, etc.) *non liberant hominem a peccato sine Pa nitentia. Requirit enim Cnaritas, quod homo doleal de offensa in amicum commissa, et quod amico homo slu·deal satisfacere. Requirit etiam ipsa fides, ul per virtutem passionis Christi, quæ in sacra* mentis Ecclesiæ operatur, quæral justificari a peccatis. Requirit etiam ipsa misericordia ordinata, ut homo subveniat poenitendo sux miserte, quam per peccatum incurrit.* Ex quibus liquet quo jure virtutes se invicem associentur, et in unam Pœnitentiam collinient, ut a qua fieri debeat satisfactio; quin inde inferre liceat majorem identitatem inter illas, quam exigentiam sui actus, ex motivo proprio eliciendi ab ipsa ut speciali virtute; sicut vice versa omnes indigent Charitate, ut proprii actus sint Deo accepti, et praemio æterno digni. I D.Tka.

DUBIUM IV.

Jn *['(enitentia sil vera justitia et a Commutativa diversa.*

Supposita dubii præcedentis doctrina, superest examinare an Pœnitentia nostra sit vera justitiæ pars, et ad quam ejus speciem pertineat. Justitiæ autem species adæquate sunt distributiva, legalis, et commutativa, quarum munia, et notiones explicuimus in arbore Virt. sæpe allegata. Inter quas potior est diflicultas circa commutativam, cujus proinde specialius titulus mentionem facit. Quid vero de distribu* tiva, et legali tenendum sit ex disciysu quæstionis constabit.

Statuitur Prima assertio, et ratione D. Thomæ ab objectionibus vindicata fulcitur.

Asrertio DniM·

112. Dicendum est primo Poenitentiam esse partem justitiæ. liane conclusionem statuimus contra Lugo in præsenti disp. 2, sect. I, num. 40, ubi docet Pœnitentiam non

non osse virtutem justitiæ proprie dictre, neque virtutem similem justitiæ, et dissimilem quoad æqualitatis modum. In ea vero non determinamus, an sit perfecta, vel imperfecta ejus species, et in hoc sensu p.Tkoœ. est expressa D. Thomas in præsenti art. 3 et art. 4, quem sequuntur non solum discipuli, sed fero omnes alii Theologi, paucis exceptis, infra inter disputandum allegandis. Licet autem eam potius supponere, quam probare possemus, ob jam dicta tract, de Incarnat, disput. 1, dub. 5, ubi ad explicandas hominis vires in satisfactione pro peccato mortali, illius fundamenta jecimus, et quæ magna ex parte hic nos retardare poterant, superavimus. Quia tamen ibi expensa ex in præsenti dicendis processerunt, operæ pretium est iterum illi calamum admovere, et si quæ nova occurrerint, enodare.

Eiomm D.Thr.m. Probatur ergo primo ex D. Thoma in 4 (dist. 14, quæst. 1, quæstiunc. 5. De ratione justitiæ est, quod alteri debitum reddat, et æqualitatem constituat, *est enim constans, et perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi,* ut tam Theologi, quam Jurisconsulti palam docent, et diffiniunt : sed homo media Pœnitentia reddit debitum Deo contractum ex offensa : ergo homo media Pœnitentia solvit Deo debitum ex justitia, consequenterque Pœnitentia ipsa nequit non obire rationem justitiæ. Utraque Consequentia constat ex præmissis : nam alias vel homo non Geret debitor ex offensa contra Minorem ; vel non esset de ratione justitiæ alteri debitum reddere, et æqualitatem inter personas constituere contra Majorem : ex opposito enim Consequentis legitimi, bene infertur oppositum Antecedentis, ut est per se notum. Unde solum superest probanda Minor, quam evincit D. Thomas verbis jam supra relatis, et in hunc modum iterum expensis Nam homo dupliciter fit Deo debitor, et quia beneficium accepit, et quia alterum peccando offendit, ut constat in humanis, ubi ultra debitum ex beneficio, contrahitur specialius debitum ex injuriis alteri irrogatis : quocirca homo tenetur ad gratias referendas, pro acceptis, et insuper ad sarciendas injurias illatas, illasque compensandas, non ex gralitudine, ut liquet, sed ex justitia. Hoc autem præstat homo ipsi Deo media Pœnitentia, quæ unice collimat in compensandam offensam, ut constat ex dictis : ergo homo media Pœnitentia ex justitia reddit Deo debitum contractum ex offensis eidem illatis, consequenterquo vera justitiæ ratio in ea splendet.

Confirmatur et explicatur. Quia homo confirm, recipit beneficia, tenetur ex justitia Deo reddere cultum, et reverentiam; ideoque sive Theologi, sive ipsi Philosophi naturales virtutem Religionis inter justitiæ partes, seu species annumerant : sed virtus Pœnitentiæ reddit Deo debitum pro offensis, quibus sarciendis, et compensandis incumbit : ergo eadem ratione, qua ipsa Religio accenseri debet ut species justitiæ. Minorem, et Consequentiam probat D.Tho- D.Thom. mas ubi supra quæst. 2, art. 1, dicens: *Cum autem offensa in quantum hujusmodi sil inæqualitas quædam, qua unus alii subtraxit, quod debitum erat, actu illius virtutis peccatum remittitur, quæ inaequalitatem prædictam ad æqualitatem reducit; hoc autem facit Pernitenti#, quæ ut ex dictis palet, in recompensationem divinæ offensæ spirilum Deo contribulatum offert.* Paritatem vero majoris propositionis expressit S. Doctor loco supra citato ex quæst. 4 dicens, quod sicut Religio ponitur a Tullio ut pars justitiæ, ita etiam *Pandentia pars justitiæ debet poni.*

Confirmatur deinde ex eodem S. Doc- Confirm. 2. tore, solut. ad 1, ubi eandem paritatem urget, et simul prosternit evasionem, qua plures recentiorum communem, et veram sententiam deserunt. Nam quod Pœnitentia inter justitiæ species, vel quasi species non accenseretur, inde potissimum proveniret, quod ea non possit homo debitum ex offensa contractum compensare, et plene resarcire : sed hoc non requiritur ad hoc ut inter justitiæ partes computetur : ergo non est ratio denegandi virtuti Pœnitentiæ, quod sub justitiæ specie comprehendatur. Consequentia non indiget probatione, suppositis præmissis. Major eat perspicua ; si enim homo ad æqualitatem posset pro offensis satisfacere, nulla esset ratio ipsi denegandi perfectam justitiam erga Deum in compensandis offensis, quippe inesset homini in prædicta hypothesi, quod in humanis cernitur circa injurias alteri irrogatas, et splendet in Christo satisfaciente pro nobis Patri; esto esset discrimen quoad rigorem justitiæ, et superabundantiam. Nullus autem Theologorum ausus fuit negare Christo satisfactionem justitiæ simpliciter, quidquid sit de aliis illius justitiæ conditionibus, Christi propriis : ergo si homo ad æqualitatem pro

peccatis satisfacere posset, nulla esset ratio ah eo evellendi rationem justitiæ in satisfactione Deo pro illis exhibita; atque ideo si aliqua subest ratio eam homini non concedendi in Pœnitentia, debet esse prædicta inaequalitas. Quod vero hæc non obsit, quæ est Minor probanda primi Syllo-
D.Thom. gismi, constat ex Angelico Præceptore in illis verbis : *Dicendum, quod sicut Philosophus dicit in Elhic. ul habetur ex lib.* 5, *cap. S, virtus non requirit semper æquale, sed sufficit, quod possibile esi, ul in honoribus ad parentes, el Deos. Unde sicut Lalria est pars jusliliæ quamvis non reddat xqualem honorem beneficiis acceptis : ita el P<rnitenlia, quamvis non possit aliquid adequate reddere offensæ præcedenti.*

Urgetur tandem ei eodem D.Thom.

113. Quo etiam spectat ratio D. Thomæ in hoc art. 3, quin opus sit illi operosius insistere, sed perstrinxisse sufficiet sub hac forma. Nam illa virtus, quæ versatur in materia justitiæ, nequit non sub justitia contineri, et justitiæ nomen sortiri, ut videtur per se notum : sed Pœnitentia, qua Dei offensam propulsare, et extinguere intendimus, versatur in materia justitiæ, et ejusdem motivo : est ergo vera species sub ratione justitiæ contenta, quocumque modo contineatur, quod ad præsens non refert. Minor in qua esse potest difficultas, probatur a S. Doctore : nam emendatio offensæ contra aliquem commissæ, non fit per solam cessationem offensæ, ut est manifestum ; sed per recompensationem quandam, quæ habet locum in offensis, sicut illum tenet retributio in beneficiis : sed Pœnitentia offert Deo emendationem pro offensis; dolet enim de peccato commisso, in quantum est Dei offensa, cum emendationis proposito : ergo Pœnitentia offert compensationem pro offensis. Compensatio autem ex motivo compensationis est proprium justitiæ munus : ergo Pœnitentia et versatur in materia justitiæ, et ex ipsius motivo procedit. Unde Deuteron. 4, vers. 19 et cap. 30, vers. 2, et alibi sæpe in sacra pagina, vere pœnitentibus promissa est venia; non quidem tantummodo ex fidelitate, sed ex justitia, utpote sub conditione operis onerosi, quam sonant illa verba capitis. 4 : *Si tamen loto corde quæsicris, el tota tribulatione animæ luæ, invenies eum.* Quorum similia habentur cap. 30, et Baruch. 3, vers. 8, dicitur: *Anima quæ tristis esi super magnitudine mali, el incedit curva, el infirma, et oculi deficientes, ct anima esuriens, dat libi glo-*

Dcnlcron. 4.

Baruch. 3

riam, el jusliliam Domino, ac si diceret vera Pœnitentia animas gloriam et gratiam, Deo vero justitiam deferri. Quod ct observavit D. Thomas I p. quæst. 22, ubi art. 1, in justificatione impii servari justitiam collegit S. Doctor ex illis verbis Lucæ 7 : *Dimissa sunt ei peccata mulla,* Ut 7.
quoniam dileiil mullum.

Ili. Hoc tamen fundamentum diruere Elisio ses ùrdj. filiis conatur Lugo ubi supra docens, male in eo supponi ex peccato consurgere debitum satisfaciendi Deo ex justitia : ergo non Le^o jc^ sice. bene probatur ex illo Pœnitentiam esse justitiam hominis ai Deum. Consequentia constat, et Antecedens probatur, primo ex a se dictis tract, de Incarnat, quia licet possit dari obligatio justitiæ hominis ad Deum : non tamen semper ex peccato resultat debitum justitiæ ad satisfaciendum pro illo : quia nimirum illum eundem actum, quem peccans debebat facere, quando peccavit, nequit reddere cum illis iisdem circunstantiis, quas tunc habuisset, loci, v. g. temporis, etc. Alium vero similem, vel eundem cum aliis non tenetur reddere ex justitia, quandoquidem unum, et alterum habet Deus in sua potestate, iliumque innumeris titulis extorquere valet a peccatore. Non ergo tenetur ex justitia ad restitutionem pro injuria facta. Probat hanc Consequentiam ; quoniam illud idem, quod abstulit peccator, non potest reddere in individuo ; in æquivalenti vero non tenetur, utpote quod est sub pleno dominio Dei, et suprema ipsius potestate : ergo ad nullam satisfactionem tenetur ex justitia pro debito peccati.

Confirmatur hæc prima probatio. Quo- Ccnira. niam esto possit peccato inferri Deo injuria; non tamen omne peccatum habet rationem injuri». Tum, quia injuria non consurgit nisi ex jure proprietatis læso. Deus autem non semper exigit nostra bona opera ex titulo proprietatis, sed ex titulo vel legislatoris, vel superioris, vel supremi Domini. Tum etiam quia non pauci laborant ignorantia invincibili de injuria inducta per peccatum, eo quod multi eam probabiliter negant : ergo si eis practice se conformet peccator, immunis saltem per accidens erit ab inferenda injuria, et contrahendo onere illam ex justitia instaurandi. Ex quo rursus fieret Pœnitentiam non fore virtutem universalem, quippe, quæ non posset detestari hoc peccatum, in quo non apparet injuria contra Deum. Et ne id sequatur, dicendum est

est motivum Pœnitentiæ non esse abolere injuriam, sed aliquid aliud.

ikuUo. Opponit secundo. Nam esto nullum esset peccatum, in quo proprie injuria contra Deum non inveniretur; ex ilia tamen non resultat debitum justitiæ ad satisfactionem : ergo Pœnitentia nequit ex motivo justitiæ satisfactionem intendere. Probat Antecedens, nam qui nec in individuo, nec in æquivalenti est potens, non tenetur ex justitia ad aliquid, ut constat in occidente hominem injuste; qui quidem si nec in individuo, nec in æquivalenti potest damnum illatum reparare, penitus deobligatur, et ad nihil tenetur. Cum ergo peccator nequeat reddere in individuo quod | abstulit : in æquivalenti vero non tenetur, quia jam continetur sub pleno, et absoluto dominio Dei, non restat, quomodo ex motivo justitiæ intendere possit pœnitens satisfactionem pro peccato, vel peccati injuria.

Objici lenio. Tertio tandem objicit : quoniam si Pœnitentia ex debito justitiæ procederet, obligaret proculdubio, quam primum peccatum fuisset commissum, nam justitia sic obligat ad non laedendum jus alienum, et etiam obligat ad statim jus læsum resarciendum, quantum fieri potest, ita quod dilata citra causam satisfactione, continuetur peccatum nedum habituale, sed etiam actuale. Si ergo Pœnitentia oritur ex debito satisfaciendi pro injuria obligabit sane ad statim satisfaciendum Deo. Quod tamen est falsum, et a nullo concessum ; non enim peccat de novo homo per hoc quod post primum peccatum statim non conteratur, et pceniteat.

DSpellaicr. 115. Hæ tamen objectiones sola instauratione rationis D. Thomæ evanescunt, utpote quæ procedunt ex incertis, minusque solidis principiis. Quorum potissimum est ex peccato non oriri strictum jus, et novam obligationem Deo satisfaciendi; quod tamen aut authoriiate, aut gravi ratione fulcitum neutiquam probavit Lugo, sed urbane credendum reliquit ; cum vero oppositum vel ipsa ratione naturali evicerit D. Thomas. Quid enim ei conformius, quam quod obligetur homo alteri, vel quia ab eo accepit, vel quia injuste abstulit, et auferendo injuriam irrogavit? Alterutro namque horum modorum fit deditor, et tenetur jure ipso naturali, et retribuere pro bonis, et compensare pro malis; neque enim ex alia oritur radice, quam ex ipsa lege naturali, quod debeat restitui honor, pecunia, vel quidquid sinistre, et mala fide fuerit usurpatum ab eo, cui stricte fuerit debitum. Constat autem Deo innumeris titulis sibi in solidum propriis deberi subjectionem, et alia cuncta hominis opera, quocumque jure sive naturali, sive divino, sive positivo ea sint pnecepta. (Et quod caput omnium est) in eo collocari debere rationem ultimi linis in quolibet ordine, sive naturali sive supematurali. Subindeque injustitiam ei irrogari alibi quam in ipso Deo ultimam felicitatem constituendo : haud secus ac Regem dignitate regia expoffare intendens, abs dubio et injustitiam Regi inferret, et crimen læsæ majestatis committeret. *Quicumque enim* (inquit D. Thomas, q. 28 de veritate art. 2,) *rem aliquam digniorem indigniori postponit, injuriam ei facit, el lanio amplius, quanto res est dignior. Quicumque autem in re temporali finem sibi constituit, quod facit omnis mortaliter peccans, et hoc ipso quantum ad affectum suum prseponit creaturam creatori, diligens plus creaturam, quam creatorem.* Et consequenter committit offensam contra Deum, eo quidem graviorem. quo Deus magis distat a creatura quam Rex a subdito, subindeque infinitam juxta dicta tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 1, et sequentibus. D.Thom.

Quolibet peccato gravi fit Deo injuria. Hinc apparet falsitas alterius principii, videlicet non quolibet peccato gravi irrogari Deo injuriam, et consequenter non ex quolibet peccato oriri obligationem ex justia compensandi, quia cum nullum sit peccatum mortale, quo non postponatur creatura? creator, quoque non auferatur a Deo ratio ultimi finis, et in creatura collocetur id quod est proprium Dei; quoad hoc non est discernendi ratio inter peccata gravia, sed vel omnia, vel nullum, inferunt offensam, et injuria Deum inurunt. Quin adsit locus subtili distinctioni, ab eodem Eminentissimo excogitata inter rationem injuriæ, et rationem offensæ, ut sint quasi separabiles. Nam (quidquid sit de eo, quod accidit in humanis, quod non semper trahitur recte ad divina) ratio inferendi injuriam Deo ex peccato est etiam ratio irrogandi ipsi offensam, ut rectissime docet D. Thomas, et e converso siquidem nascitur ex ipsa antelatione creaturae ad creatorem, et postpositione hujus ad illam, quæ comitantur omne peccatum, quo ita homo ducitur, ut in ipsum desaeviat creatorem, quod horribile dictu existimat Bernard. serm. 3 de Resurrect. Quocirca ita D.Thom. D. Bernard.

eius gravitatem extollens inquit ; iVunc *autem el ipsum, quantum in ipsa est, Deum perimit* (perpende verbum) *voluntas propria. Omnino enim velkl Deum peccata sua, aul vindicare, non posse, aul nolle, aul nescire. Vult ergo eum non esse Deum, quæ quantum in ipsa est, vult eum aut impotentem, aul injustum esse, aut insipientem. Crudelis plani, el exeeranda malitia qua? Dei justitiam, sapientiam, potentiam perire desiderat.* Nulla est ergo ratio separandi in Deo rationem injuriae, ec rationem offensæ, in affectu peccantis; quidquid sit de affectu, et de eo quod in creatis accidere potest ; quia cum injuria non sit nisi violatio alieni juris ; et in Deo sit strictissimum jus, ut servetur illæsa suprema dignitas, supremaque ratio ultimi finis, quin vel effectu, vel affectu contra ipsam agatur; consequens est reipsa coincidere, injuriam, et offensam, vel saltem hanc ex illa indivulse ortum ducere ; ex eo namque quod violetur ex affectu peccantis jus divinum, infertur illi injuria, et ex injuria nequit non resultare offensa; quantumvis in creatis offendi quis possit ab alio, quin patiatur injuriam, quod parum refert. Recolantur quæ scripsimus tract, de Incarnat. disp. 1, dub. 1, ubi copiosius ostendimus. contra Vasquez, et alios perpaucos quofflibet peccatum inducere injustitiam proprie talem.

Instasntur ratio D.Thom.

116. Ex quibus principiis sola rationis D. Thomæ instauratione prosternuntur objectiones propositæ. Non enim fit homo magis debitor alicui ex hoc quod ab ipso acceperit, quam ex eo quod ipsum læserit, et graviter offenderit : sed ex primo capite oritur obligatio justitiæ, quocirca erga Deum datur Religio, et circa parentes Pietas, quæ sub justitia continentur : Ergo similiter illa virtus, quæ circa offensas, et injurias versatur, qualem esse Pœnitentiam nemo ambigit, sub justitia debet contineri. Eo vel maxime : nam cuilibet offenso graviter debetur ex justitia satisfactio, ut sic inæqualitas ex offensa proveniens ad æqualitatem redigatur ; sed Deus graviter injuriatur, et offenditur in prudentum æstimatione quolibet peccato mortali : ergo ex justitia ipsi debetur satisfactio : non est autem virtus, qua Deo impendatur satisfactio nisi Pœnitentia, utpote quæ primo intendit reconciliationem cum Deo, ut ex supra dictis constat : ergo Pœnitentia justitia est hominis ad Deum, et sub justitia ut illius pars, aut species debet contineri.

Urgetur.

Confinuatur. Nain si semel est possihi- c}l«a lis justitia hominis ail Deum, ut non dissentit, quin et concedit Lugo; non est ratio earn a Pœnitentia relegandi : ergo inconsequenter negatur. Probatur Antecedens: nam illa justitia, quæ possibilis esse adstruitur, necessario importare deberet strictum jus ex parte Dei, quo extorqueret a creatura juris adimpletionem; quæ si non esset, abs dubio interveniret specialis injuria ob prædicti juris violationem : sed ex peccato consurgit in Deo strictum jus satisfactionis ; quippe qui injuriam passus est : ergo virtus illa, qua peccatum compensatur, veræ justitiæ rationem obire debet. Patet Consequentia : quoniam justitia non est, nisi virtus illa, qua jus alteri debitum impenditur, ut constat ex ejus diffinitione supra præmissa, et ab omnibus approbata : sed per Pœnitentiam resarcitur jus violatum in Deo per peccatum : quid ergo illi deficit, ut vera justitia evadat, si justitia hominis ad Deum non repugnat? quandoquidem illa justitia, quæ admittitur non posset fundari nisi vel in aliquo a Deo accepto , vel in aliquo ab eo in affectu ablato, vel tandem in aliquo pacto cum ipso inito; et omnia hæc simul, et seorsim sumpta sunt materia justitiæ, et ex motivo justitiæ vel adimplenda, vel restauranda. Quocirca Præceptor Angelicus super ad D.Tbcz. Galat. 3, lect. 3, inquit : *Notandum est, quod justitia consistit in redditione debili : homo autem debet aliquid Deo, et aliquid sibi, el aliquid proximo. Sed quod aliquid debeat sibi, et proximo, hoc est propter Deum : Ergo summa justitia est reddere Deo, quod suum est.* Consequentiam ut evidentem non probavit Angelicus Doctor juxta illud Philosophi : *Propter quod unumquodque tale, el illud magis.* Si enim justitia inter homines consurgit ex redditione debiti, manifestum est strictius servari rationem justitiæ in reddendo Deo debitum, quam in satisfaciendo homini; quidquid sit de modo, et excessu inter Deum, et hominem.

ifoiin oppesiU ennês-

117. Porro motiva primæ objectionis debilissima sunt. Nam vel probant impossibilem esse omnem satisfactionem, quod est minus pium, et satis absurdum, vel nihil probant. Primum patet ea in hunc modum retorquendo : nam homo non potest Deo reddere illum numero actum, quem peccando omisit; hoc enim impossibile est homini; alia vero opera, quia Deo debita pluribus aliis titulis, non potest ex justitia reddere :

reddere : ergo millam satisfactionem ex vera justitia potest Deo exhibere. Patet Consequentia, quia satisfactio nequit ex justitia fieri, nisi vel in individuo ipsius actus omissi, vel in æquivalenti, et neutrum homo ex justitia reddere potest, vel defectu potestatis, vel defectu æquivalentis : ergo nullo modo potest ex aliqua vera justitia debitum Deo reddere. Quod argumentum clarius elucet, si descendamus ad peccata venialia, et ad satisfactionem pro pcena temporali : in quibus æque militat ejus vis, si quam habet, ut consideranti constabit. Quod tamen est contra communem Theologorum sententiam.

Nihil pre-bare Mi. ur,

Quod vero nihil probant etiam liquet, quoniam ante peccatum nullum jus est Deo extorquendi ab homine contritionem, aut ullum dolorem proprium Pœnitentiæ; bene vero post lapsum et irrogatam injuriam, post quas obligat præceptum Pœnitentiæ : ergo cum non possit homo reddere iïïùmmet numero actum omissum, quia præteritum, et ad præteritum non datur potentia; relinquitur posse, et teneri elicere actus proprios Pœnitentiæ sub hac ratione alias indebitos, mediis quibus Deum sibi reconciliet, et peccatum reddat. Antecedens patet, quia præceptum Pœnitentiæ, quo homo adstringitur post peccatum, non obligat ante peccatum : ergo ad aliquid tenetur post peccatum, ad quod sine peccato non teneretur : consequenterque aliquod jus accrescit Deo post peccatum extorquendi satisfactionem, quæ alias ipsi non debebatur : hoc autem non est aliud, quam justitiæ; quandoquidem omnia alia jura ex parte Dei independentia sunt a peccato, et sine illo solvuntur : ergo ex justitia tenetur homo ad prædictam satisfactionem ; non enim stat jus ex parte unius, quin ex parte alterius consurgat debitum ex justitia, qua alteri debitum reddatur. Unde ex vi illius argumenti concluditur illamet opera alias aliis titulis debita, debere elici ex motivo satisfaciendi pro debito denuo orto ; non vero convincit nullatenus posse heri ex motivo justitiæ : alioqui præceptum vel obligaret ad impossibile, vel nullo modo obligaret; atque ideo esset, et non esset præceptum.

Aîîkwo upt dd- tiedi.

118. Claudicat et vehementer ex alio capite : quia tota illius argumentatio solum respicit ad actum omissum ex parte hominis, non relatum in Deum ; nulla ratione habita de offensa, et injuria permanenti ex parte Dei, vi cujus jure postulat slid Cori compensationem, non qnidem ipsius actus omissi, et ablati a dominio Dei, quod potius restitutionem, quam satisfactionem importat. Pœnitentia autem in quod primario collimat, est in ipsam injuriam, et offensam, quam poenitendo debellare, et profligare intendit, ut Deus ex offenso reddatur pacatus. In quo sensu perspicuum est non bene vim fleri in eo quod non possit actus omissus iterato in individuo Deo offerri; quandoquidem superest offensa, et injuria permanens, vi cujus ex justitia postulat Deus sibi satisfactionem Geri per opera Pœnitentiæ, quæ prout talia sibi non erant debita, si peccatum non praecessisset : quippe nullum esset Pœnitentiæ, et satisfactionis præceptum, nullatenus existente peccato. Semel vero atque illud præcesserit, jam ex justitia tenetur homo, ad offerendam suam qualemcumque satisfactionem, ad quam ante non tenebatur, nec Deo erat jus illam extorquendi. Nam, ut inquit D. Thomas D.Tliom. in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 1, quæst. 2, ad 4 : *Ille qui alterum offendit, vel læsit, plus habuit, el qui læsus fuit, habuit minus, in quantum huic -substraclum est quod ci debebatur, et ille usus est propria voluntate in eo quod non debuit.* Et hoc reducit ad æqualitatem Pœnitentia pro quolibet peccato commisso pœnam inferendo sibi debitam, quam alias non assumeret homo, nec Deus ab ipso extorqueret, ex hoc ad minus titulo æqualitatis utcumque instaurandæ. Et quidem rem'ita esse manifestum esse debet; nam post injuriam alteri factam in dehonoratione, aut contumelia, actus præteriit ; remanet tamen læsio, aut ignominia, quam offendens tenetur delere, non per ipsum actum præteritum, quod est impossibile sed per alios actus, vel ex hoc solo titulo debitos; quidquid sit an alias iidem ipsi deberentur; sed non ex hoc titulo speciali.

'53

119. Præterea defleit totus ille discursus Defecit in eo, quod confundit, et usurpat justitiam aliUQdc' veram cura justitia ex' toto rigore, qualem in Christo cognoscunt Theologi pro satisfactione universali omnium culparum totius generis humani. Hanc vero non esse Pcénitentiam manifestissimum est. sicutet quod non ad æqualitatem satisfaciat; quidquid sit de radice, unde id proveniat, quod examinare non est hujus loci, sed pertinet ad tract, de Incarnat, ubi disp. **i**, dub. 5, huic puncto operam navasse opus fuit ad explicandam virtutem, et efficaciam pas-

sionis Christi. Porro id ita osse perspicuum est : quia plus requiritur ad justitiam omnino perfectam, seu ex toto rigore, quam ad justitiam licet veram, et strictam: non tamen undecumque perfectam; quocirca haud modicum laborant Theologi in explicando qualiter Christi satisfactio fuerit ex propr.is, et ex alias indebitis ; qui tamen labor supervacaneus esset ad justitiam absolute in eo statuendam, de quo non fuit inter Catholicos unquam quæstio. Quod adhuc apertius liquet in operibus justis, quibus quantumvis alias debitis Deo innumeris titulis, vitam aeternam ex justitia promeremur juxta illud Apostoli ad Timotheum 2, cap. 4. : 7n *reliquo reposita est mihi corona justitiz, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex ; non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus.* Ex eo ergo quod opera hominis Deo aliunde sint debita, probatur quidem non posse esse satisfactoria ex toto rigore justitiæ, quod non disputamus, sed supponimus ; non vero convincitur non posse esse utcumque satisfactoria, ut sufficit ad justitiam imperfectam, licet veram, qualem adstruimus cum D. Thoma esse Pœnitentiam. Quare peccat arguens, plusquam exigitur, extorquendo : atque ideo concesso opera hominis esse alias debita ; negatur non posse esse quantumvis debita, simul satisfactoria, et consequenter ex vera justitia, licet imperfecta, ut infra explicabitur.

Ad confirmationem primæ objectionis constat ex secundo principio : quoniam eadem ratio est de uno ac de cæteris peccatis, ut habeant rationem injuriæ, et offensæ; quandoquidem conveniunt in eo, quod a Deo auferant ex allectu peccantis rationem ultimi finis; quod est Deum gravissima injuria inurere ipsum vilipendendo, et creaturæ postponendo, ut nos docuerunt D. Bernardus, et D. Thomas, et fere omnes SS. PP. eodem tenore loquuntur. Nec obstat probatio subinserta : quoniam attributa Dei, et prtedicata sibi intrinseca ipsi jure proprietatis conveniunt, et consequenter in aliquo ipsorum ipsum kedere fieri nequit absque læsione juris proprietatis, subindeque quin grave nocumentum moraliter ei inferatur.

Secunda probatio dehiscit sane, quo"niam vel illa ignorantia liberat hominem a peccato gravi committendo, vel non ? Si teneatur primum, verum est, sed omnino extra rem : ubi enim nul'um est peccatum nulla est offensa, nullumque jus exigendi pro ea satisfactionem Si vero secundum affirmetur, nihil convincit; nam ea ignorantia, quæ non excusat a culpa mortali non eximit ab effectu, vel quasi effectu ipsi indispensabiliter annexo, qualis est injuria, et offensa Dei; ad hanc enim inducendam non postulatur major, aut clarior cognitio, quam ad ipsum peccatum, et ideo eademmet cognitione regulari debet ratio peccati, et ratio injuria».

120. Nec valet obtendere apud phires 0«w;. inveniri cognitionem peccati cum ignorantia offensæ, vel quia illam absolute ne- co-gant ; vel quia ei parti probabili quis se conformare intendat; quo pacto ex invincibili ignorantia non tenebitur ex justitia ad satisfactionem. Non, inquam, valet; tum quia ignorantia cum sit carentia notitiæ, et ex parte operantis se teneat, conducit quidem ad vel minuendam, vel ex toto amovendam malitiam formalem actus juxta gradum ignorantiæ. Malitia vero est quid ab offensa diversum, cum hæc sit in Deo, aut persona offensa ; illa vero afficiat ipsum actum ut modus ipsius. Non refert autem ad minuendam offensam ex ipsa natura rei ab actu peccaminoso illatam; nam semel atque malitia gravis evaserit, ibi adest sufficiens cognitio ad offensam inde secutam ; et tam ista quam illa imputabitur homini et ad culpam, et ad onus satisfaciendi. Torn etiam (et est major explicatio præcedentis) nam ad hoc ut homini incumbat onus satisfactionis ob injuriam alteri illatam, maxime vero Deo, cujus ignorantia non tam facile admitti - debet saltem in communi; non requiritur cognitio speculativa, et quasi signala offensæ, quid sit ec in quo consistat; hoc enim extra rem est, ct peritissimos quosque latet, ut testantur tot Theologorum opiniones. Sufficit ergo practice attingere ipsam offensam concretive, et ut annexam peccato mortali ; hac vero cognitione non caret, qui cognoscit peccatum grave, in quod sponte prorumpit cum advertentia ad rationem, et ad præceptum non peccandi. Unde licet concedi possit, et debeat in eo qui graviter offendit, ignorantia speculativa, et signata quoad quid est offensæ; non vero practica, et exercita, ad quam, et non ad primam sequitur onus satisfactionis : atque ideo numquam mortaliter peccans eximitur ab onere satisfactionis.

Nisi mavis quod adhuc admissa illa ignorantia, ad summum ex ea sequetur, interim

interim atqun in ea perstiterit homo, non peccare omittendo satisfactionem, et Pœnitentiam ; secus vero, si semel deponatur: quamprimum namque horno reddatur sciens, tenebitur sane ad compensandum ex justitia, ut accidit ilii, quem latet injuria a se alteri irrogata ; qui quidem tamdiu ex ea laborat nescientia, non tenetur resarcire, nec peccat contra justitiam non resarciendo ; secus vero quando in notiam pervenerit damni illati, ut est perspicuum et docent communiter Theologi; tunc enim jam incipit imputari, et currit obligatio, quæ ratione ignorantiæ fuerat sopita. Pro quo distinguere oportet, et animadvertere, aliud esse non esse obligationem, aliud vero eam non cognosci ; quia licet obligatio semper sit, non tamen urget, et se explicat, usque dum cognoscatur. Quare ex illa ignorantia solum deduci potest non obligari hominem ad satisfactionem, sicut nec cogitur ad Pœnitentiam peccati obliti, non vero quod ea deposita, non teneatur ex justitia ad satisfaciendum ; et consequenter nec etiam deducitur quod Pœnitentia non sit justitia hominis ad Deum, utpote quæ sola primario inclinat in satisfactionem offensæ.

121. Ad secundam objectionem constat ex dictis negandum esse Antecedens quoad
alien twai' secun<^am partem : quia non stat injuria ex parte unius, quin ex parte offendentis consurgat debitum illam resarciendi; alioqui eodem argumento posset probari nec esse præceptum speciale poenitendi, nec subinde teneri hominem ad Poenitendum ; et utrumque est falsum, et minime admittendum juxta illud : *Pœnitentiam agite, el baptizetur unusquisque vestrum.* Et alibi passim in sacro Evangelio Et ad probationem in contrarium dicendum omnino impotentem, dum impotens est, deobligari quidem ; sed qui totum non potest, potest tamen aliquid, ex justitia tenetur ad id, quod potest, licet non sit æquivalens de-
D.Ttom. bito. Quod expresse tradidit D. Thomas quæst. 13 supplem. art. 1, in corpore. Ubi illam probationem præsagiens ita inquit : *In honoribus, qui sunt ad parentes el Deos etiam secundum Philosophum, impossibile est æquivalens reddere secundum quantitatem; sed sufficit, quod homo reddat quod potest, quia amicitia non exigit æquivalens, sed quod possibile. El hoc est etiam æquale aliqualiter, scilicet secundum proporlionalitalem ; quia sicut se habet hoc, quod Deo esset debitum, ad ipsum Deum ; ita hoc, quod iste polesl reddere, ad Deum. El sic aliquo modo forma jusliliæ servatur. El similiter est ex parte salisfactionis. Unde non potest homo Deo satisfacere, si ly salis squalitatem quantitatis importet ; contingit autem, si importet æqualilatem proportionis, ul dictum est. Et hoc sicut sufficit ad rationem jusliliæ, ita sufficit ad rationem satisfactionis.* Et quæst. immediate antecedenti, art. 2, concluserat S. Doctor : *El per hoc constat, quod satisfactio, quæ æqualilatem respectu offensæ præcedentis in satisfaciente importai, opus jusliliæ esl, quantum ad illam pariem, quæ Pœnitentia dicitur.*

Nec refert, quod sæpe inculcat Lugo, quod tota illa satisfactio contineatur sub pleno dominio Dei. Tum etiam, ut nos etiam loco citato de Incarnatione statuimus, hoc solum probat illam satisfactionem non esse aut omnino perfectam, aut ex toto rigore justitiae, quod libenter concedimus. Tum etiam, quia D. Thomas huic etiam objectioni occurrit in prædicto art. 1, sol. ad 3 dicens, quod illa ratio concludit, quod Deo æquivalens satisfactio fieri non possit, non autem quod non possit ibi sufficiens fieri : quamvis enim posse suum totum homo Deo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate salutis, ut totum quod possit, faciat : quia hoc est ei impossibile secundum statum præsentis vitæ. Quare post peccatum tenetur homo aliquid amplius, ut supra dicebamus, et ex hoc capite potest ex justitia aliqualiter media Pœnitentia satisfacere.

Tertia objectio tangit difficultatem infra discutiendam de præcepto contritionis. In qua non est una Doctorum sententia, sed plures circumferuntur. Sufficiat quoad præsens resolutionem ibi prosequendam indicasse, et ex D. Thoma consignasse. Unde negari debet sequela ; quia cum contritio in lege gratiæ secum afferat propositum confessionis vel explicitum, ut plures volunt : vel saltem implicitum ut probabilius ex Concilio supra firmavimus; non magis obligat per se loquendo, quam præceptum ipsum Confessionis : hoc autem perspicuum est per se loquendo non contingere nisi pro tempore determinato, ut constat ex Trident, sess. 14, cap. 5 in fine ubi Tridem. solum cogit fideles ad saltem semel in anno confitendum. Quod ante etiam decretum fuerat a Conci io Lateranensi sub Latera- Innocentio III. Quæ est solutio D. Thomæ in 4, dist. 17, quæst. 3, art. 1, quæstiunc. 4, per hæc verba : *Cum propositum confi-*

Tertia objectio tur.

tendi sil annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur, scilicet quando peccata memoria occurrunt, cum prxeipue in pericula mortis exislil, aut in aliquo articulo, in quo fine peccati remission» peccatum oporteat eum incurrere, sicut cum teneatur ad celebrandum, si desii copia Sacerdotis, saltem conteri tenetur, et habere propositum confitendi. Et ratio est, quia cum praeceptum contritionis sit positivum, seu affirmativum, non obligat pro semper. Nec est eadem ratio do restitutione, quo allusisse videtur Lugo; nam ut ibi solut. ad 3, Logo. D.Thom. inquit S. Doctor : *Retentio rei aliens invito domino conlrarialur prxceplo negativo, quod obligat semper, et ad semper; et ideo tenetur slatim ad reddendum. Secus autem est de impletione prscepli affirmativi, quod obligat semper; sed non ad semper, unde non tenetur aliquis ad slatim adimplendum.*

§ n.

Altera ejusdem assertionis ratio.

Secundum funds-mentum, 122. Secundo probatur eadem conclusio alia ratione, qua praecedens magis confirmatur, et explicatur. Ut vero eam construamus, supponendum est ex virtutibus cardinalibus, ad quas reducuntur omnes aliæ virtutes morales (omissis intellectualibus et Theologicis) solam Prudentiam residere in intellectu practico : tres vero alias justitiam, fortitudinem, et temperantiam sibi- appetitum ut proprium subjectum vindicare. Cum hoc tamen discrimine, quod temperantia, et fortitudo appetitum sensitivum, justitia vero, et ejus partes sive subjectivæ, sive potentiates voluntatem, seu quod idem est, appetitum rationalem ut proprium subjectum respiciunt. D.Tbem· Quam doctrinam tradidit D. Thomas pluribus in locis. Maxime vero quæst. unica de virt. art. 5. Quia cum uniuscujusque *appetitus tendat in bonum proprium appetentis, dupliciter aliquod bonum potest excedere voluntatis proportionem. Uno modo ratione speciei : alio modo ratione individui. Ratione quidem speciei, ul voluntas elevetur ad aliquod bonum quod excedat limites humani boni. El hujusmodi sunt Charilas et Spes, quibus homo elevatur ad bonum divinum vel amandum, vel sperandum in se ipso immediate. Ratione vero individui, hoc modo, quod aliquis quierat id, quod est alterius* bonuni, *licet voluntas extra limites humani boni non feratur ; tl sic voluntatem perficit justitia, et omnes virtutes in aliud tendentes, ul liberalilas, et alia hujusmodi. Nam justitia est alterius bonum, ut Philo* soph, dicit in 5 Ethic. Si ergo dux virtutes sunt in voluntate sicut in subjecto, scilicet Charilas, et justitia. Cujus signum est, quod ista virtutes, quamvis ad appetitum perlimant ; tamen non circa passiones consistunt, sicut temperantia, et fortitudo. Unde patet, quod non sunt in sensibili appetitu, in quo sunt passiones, sed in appetitu rationali, qui est voluntas in quo passiones non sunt : nam omnis passio est in parte sensitiva, ut probatur 7 Physic. Jllx autem virtutes, qu9 circa passiones consistunt, sicut fortitudo circa timores, el audacias, et temperantia circa concupiscentias, oportet eadem ratione esse in appetitu sensitivo.*

Ex qua doctrina constat, quæ virtutes ad appetitum sensitivum, quæ vero ad rationalem pertineant. Nam illæ, quæ versantur circa moderationem passionum (quales esse fortitudinem, et temperantiam, et illis annexas sive ut species subjectivas, sive ut partes vel integrates, vel potentiates, est certum vel apud ipsos Philosophos) unice sibi vindicant ut subjectum immediatum partem sensitivam, in qua resident irascibilis, et concupiscibilis proprie tales. Quæ vero ab illo moderandi munere supersedent ; sed circa aliud versantur, uti sunt Justitia, Liberalitas, Magnificentia, et Misericordia, et aliæ similes, illis adjuncts solam voluntatem afficiunt, Unde fit consequens ex virtutibus cardinalibus, solam justitiam ad voluntatem pertinere, subindeque nullam aliam virtutem moralem, quæ justitia non sit, vel ad justitiam ut ejus species, aut pars, reducatur, in voluntate posse collocari. Quod satis liquet ex doctrina modo præmissa D. Thomæ, quam expendimus, et latius prosecuti sumus tract. 12 de virtut, disp. 2 et 3, ubi est proprius locus rem hanc peragendi, et examinandi.

123. Hac ergo doctrina supposita, sequens formatur ratio pro assertione. Quia nulla est virtus moralis, quæ sit in voluntate, quæ justitia non sit, aut ad justitiam non reducatur vel ut pars subjectiva, vel ut pars potentialis : sed Pœnitentia est virtus moralis, ut constat ex supradictis in hac eadem disputatione, et inest voluntati ut subjecto, ut patet ex articulo sequenti, ubi id cum D. Thoma discutiemus : ergo Pœnitentia debet esse justitia, et sub specie

specie justitiæ vol tamquam pars subjectiva, vel tanquam pars potcntialis collocanda est. Minor et Consequentia constant, et probatur Major ex dictis loco nuper citato : quia cum justitia sit post Prudentiam præcipua virtutum cardinalium, et omnes virtutes morales reducantur ad cardinales, ut ad sui principium, omnis virtus moralis, quæ resideat in voluntate, debet sub justitia contineri, et ad eam reduci. Sicut omnis virtrft, quæ fuerit in concupiscibili pertinet ad temperantiam, et quæ residet in irascibili, ad fortitudinem : est quippe illa divisio adæquata, et nulla est virtus moralis, quæ sub aliqua virtutum cardinalium non contineatur, ut explicuimus in arbore .virtutum § 7 ; ergo semel concesso Pœnitentiam esse virtutem moralem, cui ut proprium subjectum correspondet voluntas, negari non debet ad justitiam ut ejus partem, vel speciem pertinere.

Costa. Confirmatur. Nam quælibet virtus moralis reduci debet ad aliquam ex cardinalibus, ut loco citato ostendimus : Cum ergo Pœnitentia sit virtus moralis, collocanda est sub aliqua cardinalium vel ut ejus species, vel ut pars. Constat autem non immediate reduci posse ad Prudentiam tum qüia hæc sistit in intellectu practico ; tum quia hujus proprius actus est imperium practicum circa agibilia, quorum neutrum competit Pœnitentiæ, ut liquet. Nec etiam reduci potest ad fortitudinem, quæ maxime versatur in superandis periculis vel adversa sustinendo, vel obstantia propulsando, utpote quæ est in parte irascibili, et sibi vindicat moderandas passiones timoris, audaciæ, et spei, ut constat ex § 2 prædictæ arboris; Pœnitentia vero solum collimat in reconciliationem cum Deo offenso; et licet versetur circa difficile, quod commune est omni virtuti; non idcirco est vera fortitudo, aut ejus species, quando quidem (prtitudo *est virtus existent in irascibili coerciliva timoris, et audaciæ moderation instantibus periculis, cujus partes sunt Fiducia, Magnificentia, Patientia, el Perseverantia.* Pœnitentia autem est *virtus tendens in destructionem peccati in quantum esi Dei offensa, media satisfaclione, quæ fit per dolorem, ct contritionem.* Quare reduci nequit ad fortitudinem. Nec similiter ad temperantiam, cujus materia intrinseca, et primaria, quam sibi assumit moderandam, sunt delectationes tactus, et hujus generis concupiscentia), cujus species sunt *Abstinentia, Sobrietas, Castitas, et Pudicitia;* partes vero potentiates usque ad decem annumerantur, sed quas videre est ubi supra §' 14. Non est ergo virtus Cardinalis, ad quam commodius reduci debeat Pœnitentia, quam ad justitiam, atque ideo immerito illi denegatur, quod participet rationem justitiæ, quidquid sit de modo, quo ipsi ea competat ratio.

Confirm, 2. Id quod explicari, et confirmari potest secundo, ex eo quod virtutes, quæ ad aliquam Cardinalium reducuntur, postulant idem subjectum cum ipsa virtute principali, cujus sunt vel species, vel partes sive subjectivæ, sive integrates, ut constat in ipsismet fortitudine, et temperantia quarum species, et partes non aliud exquirunt subjectum, quam proprium illarum, ad quas reducuntur : quocirca partes temperantiæ ad concupiscibilem, partes vero fortitudinis ad irascibilem pertinere statuimus ubi nuper. Et ratio sumitur ex dictis in eodem tract, disp. 2, dub. 1, quia quoties virtus respicit vel objectum, vel partem objecti aut potentiæ, aut alterius superioris virtutis, debet esse in eodem subjecto, in quo est ipsa virtus, habet enim se adinstar habitus determinantis amplitudinem potentiæ, et partem illius sub contractiori ratione attingendam sibi assumentis. Constat autem Pœnitentiam esse in eodem subjecto cum justitia, videlicet voluntate : ergo sicut ex hac parte nequit non attingere objectum ut sic dicamus, partiale voluntatis, seu sub objecto voluntatis, contentum, quantumvis adsit diversa ratio formalis a ratione formali potentiæ : haud dissimiliter, si semel reducitur ad aliquam Cardinalium, nequit non ad justitiam pertinere, et sub specie justitiæ collocari ; alioqui enim non idem subjectum cum justitia postularet.

Objectio. 124. Nec refert, si opponas, hac ratione, et ejus confirmationibus, vel minimum, vel nihil probari ; Nam Pœnitentiam reducit D. Thomas ad Prudentiam, Fortitudinem, et Temperantiam, imo, et ad ipsas virtutes Theologicas ; quin tamen exinde colligi possit Pœnitentiam vel coincidore cum Theologicis, vel in eodem albo virtutum Cardinalium posse collocari : ergo esto ita sit, quod debeat reduci ad justitiam, non idcirco infertur veram justitiæ rationem sortiri. Consequentia constat, et Antecedens videtur expressum D. Thomæ in solutione ad 4 hujus tertii articuli, ubi

concedit Poenitentiam quodammodo comprehendere ea, quæ pertinent ad omnes virtutes, cum tamen virtus universalis non sit, nec ad aliarum speciem pertineat : stat ergo vel Pœnitentiam ad justitiam posse reduci, quin vera justitia sit : vel pari efficacia probabitur ad omnium virtutum speciem posse revocari, utpote omnes illas quodammodo comprehendentem : atque ideo nec justitiæ propriam obire rationem, magisquam fortitudinis, aut alterius virtutis.

Sohitun

Hæc, inquam, objectio non obest, deservit tamen ad explicandam hanc secundam rationem, quæ non totaliter excludit primam, superius ex D. Thoma expensam, sed ea supposita, ex alia radice ostendit veritatem assertionis. Si quidem prima procedit ex ipsamet justitiæ raiione, qua est ad alterum, et hoc convenit Pœnitentiæ. Quo præhabito, bac secunda ratione ex unitate subjecti, et reductione ad unam ex quatuor cardinalibus, evincitur sub nulla alia, quam sub justitia contineri posse, subindeque justitiæ rationem obire erga Deum.

Soto.

Ut autem id fiat perspicuum observandum est (quoi jam diu animadvertit Soto in 4, dist. **ii,** quæst. 2, art. 3) Aristotelis , et omnium Philosophorum studium fuisse res creatas ad certas classes revocare, et determinata genera, et species præstituere quo de rerum essentiis clariorem, et cert:orem notitiam nobis traderent. Quocirca decem prædicamenta statuerunt, sub quibus nulla esset res, quæ directe, vel indirecte non posset in speculabilibus comprehendi. In moralibus vero, et practicis omnes virtutes ad quatuor capita revocarunt, sub quibus militant omnes virtutes vel tamquam species sub genere, vel tamquam partes sub toto. Et quia totum est multiplex, vel intégrale, vel potentiale, logicum, seu metaphysicum ; Angelicus Doctor, cui datum fuit veritatem in omnibus sectari, et Philosophorum sensa alte calluisse, et penetrasse, cuilibet illorum capitum diversas partes attexuit, juxta diversitatem totorum. Unde assignavit in ipsis virtutibus partes intégrales virtutum Cardinalium, partes subjectivas, et partes potentiates, quarum notiones in commentario hujus articuli tertii indicatas, et tract, de virtut. constitutas, oportet elucidare in præsenti : ut inde assertionem eliciamus.

Partes intégrales.

Porro partes *inlegrales* non ideo dicuntur quasi ex eis ut ex partialibus habitibus unicus tutalis habitus coalescat; hoc enim imaginasse commentitium est, et contra Peripateticam philosophiam, juxta quam quilibet habitus sive de linea intellectus, sive pertineat ad voluntatem est qualitas simplex, nullamquc partium compositionem admittit. Dicuntur ergo, et sunt partes intégrales virtutis quidam actus, seu dispositiones, quas oportet adesse, ut opus virtutis perfectum evadat, ipsaque in illum se exerat : quo pacto accensentur partes integrates prudentiæ *memoria, inlelligenlia, docilitas, solerlia, providentia, et cautio :* Justitiæ vero *facere bonum, et declinari a malo.* Et quia totum integrate non praedicatur de partibus integralibus divisive acceptis, ut patet, sed de eisdem simul sumptis, et unitis, quo pacto ab illis mon distinguitur, ut est Thomistarum doctrina, quam elucidant N. Complut, abbrev. ad lib. Physicorum disp. 6, quæst. 4. Idcirco prædictæ partes integrates non denominantur a toto, neque ejus essentiam contrahunt, ut videre est in ipsis partibus entis naturalis; non enim pes, aut manus, aut caput est homo.

Partes

125. Partes *subjectivæ* sunt, in quibus totum, quod est de ratione divisi, invenitur, ideoque partes subjectivæ nuncupantur, quia veluti species inferiores directe subjiciuntur in prædicatione formali prædicto superiori, quo pacto rationale et irrationale sunt species subjectivæ animalis, et justitia distributiva, legalis, et commutativa continentur sub conceptu generico justitiæ, utpote in quibus, et in .singulis earum vera et adæquata justitiæ ratio salvatur. Partes vero *polenliales* alicujus virtutis illæ vocantur, quæ sub principaliori aliqua virtute ut minus principales continentur ; habent vero cum ilia connexionem, vel quia in eadem materia ad actus minus principales deserviunt; vel quia in modo attingendi ^proprium objectum assimilantur. Quia tamen in aliquo ex essentialibus virtuti principali deficiunt, nec plene ejus rationem participant, nec ut species sub genere sub illa continentur, ut partes deficientes, *seu polenliales* annumerantur ad distinctionem partium aliarum, *quæ subjeclivæ* dicuntur. Et (ut exemplo rem illustremus) quia de raiione justitiæ in communi est jus alterius idemne servare, ad quod requiritur, et strictum debitum, et æqualitas in solvendo debito; illæ virtutes, quæ utrumque servant, inter partes subjectivas

jectivas accensentur; et hujuscemodi sunt distributiva, Legalis et Commutativa. Quæ vero ab altero illorum desciscunt, vel quia æqualitatem non servant, vel quia strictum jus, et consequenter debitum non supponunt, parles justitiæ sunt; sed *polenliales,* et deficientes. Quocirca Doctor Angelicus 2, 2, quæst. 80, art. 1, ubi hanc nos docuit partium distirictionem, Religionem inter partes justitiæ potentiates accenset, quia quidquid ab homine Deo redditur honoris, et cultus, debitum sane est, sed non potest esse æquale, et ex hac inæqualitatis parte Religio deficit a rigore justitiæ. E contra vero liberalitas, gratitudo, et aliæ hujusmodi licet æqualitatem servare possint; quia tamen strictum jus, aut debitum non supponunt; etiam claudicant a justitiæ ratione, et inter partes potentiates a S. Doctore annumerantur.

Iain partes potentiales, et

Ex quibus liquet inter partes potentiates, et subjectivas alicujus virtutis præcipuum stare discrimen in eo, quod illæ participant quidem, sed non perfecte, rationem

Histri5'* Q'ra?

v*rlut*s principalis, ad quam ut species imperfectæ reducuntur. Hæ vero contrahunt adæquate, et complete prædictam rationem. Quando ergo (ut ad scopum regrediamur) sive Philosophus, sive D. Thomas, et cæteri Theologi virtutes morales ad cardinales revocant, et ut earum partes accipiunt, et usurpant, abs dubio loquuntur de reductione aliquo ex his modis.Et quia virtutes, quæ sive ut partes subjectivæ, sive ut partes potentiates ad aliquam principaliorem reducuntur; idem sibi vindicant subjectum immediatum cum virtute principali, quæ est illarum caput, ut patet inductione supra facta : redditur perspicuum robur nostræ secundæ rationis. Quia cum Pœnitentia sit virtus moralis, quæ proinde reducenda est in aliquam cardinalium, ut ejus pars saltem potentialis; et alias sit in voluntate ut in subjecto immediato, nequit non reduci ad illam virtutem, quæ fuerit ex Cardinalibus in voluntate. Constat autem solam justitiam residere in prædicta potentia : ad hanc ergo justitiam, et non ad fortitudinem, aut temperantiam revocari debet Pœnitentia, ut ejus pars sive subjectiva, sive potentialis; quod non refert ad primam statutam assertionem. Quapropter nec excedit, nec deficit, ut objiciebatur, nostra ratio, sed legitime, et efficaciter probat rationem justitiæ in Pœnitentia salvari.

126. Nec oppositum suadet, quod opponebatur ex D. Thoma in illa solutione ad 4, quia mens D. Thomæ clarissima est : asserit enim, quod licet *Pcenilmtia directe sil species juslilix* (In quo manifeste nostram assertionem statuit), *comprehendit tamen quodammodo ea, qux perlinent ad omnes virlules,* quatenus vel eas præsupponit, et in subsidium vocat, vel ab eis imperatur, et dirigitur. Nam in quantum est justitia, non qualiscumque, sed hominis ad Deum, oportet quod in auxilium veniant virtutes Theologicæ, quæ habent Deum pro objecto, illasque in prædicto sensu participet : quocirca Pœnitentia debet esse cum fide passionis Christi, et cum spe veniæ, et cum odio vitiorum, qui sunt tres actus trium virtutum Theologalium. In quantum vero est virtus moralis, participat aliquid Prudentiæ, quæ est omnium virtutum moralium directive, et regula, vi cujus medium rationis rectæ indefectibiliter attingit, depulsis scopulis extremorum, sive per excessum, sive per defectum, in quæ posset illidere. Subdit vero S. Doctor, *quod ex ipsa ratione juslitix noil solum habel id quod juslilix esi, sed etiam qux sunt temperanlix, et fortitudinis* D.Thom. non quia ad earum species pertineat, aut reduci debeat, ut objectio intendit; sed in quantum ea, quæ delectationem ingerunt, quam cohibere incumbit temperantia, vel quæ terrorem incutiunt, quem moderari est fortitudinis, in communionem justitiæ veniunt. *Et secundum hoc ad justitiam perlinet* (non quidem elicitive, et immediate, sed imperative, et mediate) *abstinere a delectabilibus, quod perlinet ad temperantiam, et sustinere dura, quod perlinet ad fortitudinem.*

Quod sane non fit per reductionem unius virtutis ad aliam per modum partis, vel subjectivæ, vel potentialis, qualiter omnes virtutes morales reduci debent ad cardinales; sed per dependentiam, et communionem, quas inter se virtutes observant. Est vero (ut latentem replicam subruamus) singulare in Pœnitentia, quod in auxilium vocet non solum virtutes morales, sed etiam Theologicas in prædicto sensu; quod in aliis virtutibus non ita splendet, ut patet in Humilitate, Pœnitentia, et aliis, ad quarum actus eliciendos per se non exigitur, nisi ipsamet virtus eliciens, et Prudentia dirigens. Et ratio disparitatis non incongrue desumitur ex ipsa specie virtutum. Nam Pœnitentia præ omnibus aliis virtutibus intendit reconciliatiouem cum

Deo media compensatione; quæ ut recte fiat, debet sarcire damna illata per peccatum, in cujus destructionem colliniat. Constat autem quolibet peccato gravi omnium virtutum chorum dissipari, et convelli, quin ulla illarum in ratione virtutis permaneat. Unde consequens esse debet ad illarum instaurationem omnes etiam convenire debere ; alioqui enim nec Pœnitentia esset vera medicina, nec homo ea mediante in pristinam, ac meliorem frugem se redigeret sub auxilio gratiæ, quod esset Pœnitentiam non esse veram, et adæquatam hominis renovationem interiorem, qualem esse hominis justificationem docet Tridentinum sess. fi, de justificatione cap. 7. Hoc vero non habet locum in aliis virtutibus moralibus, aut illarum exercitiis, ut eas percurrenti fiet perspicuum. Atque ideo optimo jure statuisse videtur Angelicus Praeceptor Pœnitentiam qua talem quodammodo comprehendere, quæ pertinent ad omnes virtutes, licet directa sit species justitiæ.

*5

§ HI.

Secunda difficultatis pars resolvitur.

As«rtio seconda.

127. Dicendum secundo Pœnitentiam esse partem potentialem, non vero subjectivam justitiæ commutativæ. Hanc asser-

D.Thom. tionem diserte statuit D. Thomas in hoc art. 3, necnon in 4, dist. 14, quæst. 4, art. 1, quæstiunc. 5, quam proinde sectantur omnes ejus discipuli, et pro ea refert

Pfàtio. Bona- vent. Alexanit. Bicbard. Dionys. Argen- tina*. *Comncb.* Aversa.

Prado in præsenti dub. 4, § 3, num. 23. D. Bonavent. Alexandrum Alensem, Richardum, Dionysium Cartbusianum, Argentmam, et ex recentionbus vasquez in hoc art. dub. unie. num. 32. Comnch. disp. 1, dub. 4, Aversam quæst. 2, Sect. 3, illamque nos ipsi supposuimus *tract,* de Virtut. locis supra enumeratis ex arb. prædicanent. necnon tractat, de Incarnat. disp, 1, dub. 5, Utraque illius pars satis constat ex hactenus dictis, quin opus sit in eis singillatim tradendis diutius immorari ; ita enim annectuntur, ut una alteram necessario inferat. Nam supposita distinctione partium g præcedenci explicata, semel atque Pœnitentia non sit pars integratis justitiæ (quod nemo dixit) a sufficienti partium enumeratione deducitur, quod si est pars potentialis illius, sortiri non possit rationem partis subjectivæ, et vice versa, semel atque non sit pars subjectiva, obire debet munus, et officium parti» potentialis. Nam hæc duplex ratio partium sibi vindicat opposita, et inter so repugnantia praedicata, vi cujus affirmatio unius secum alien exclusionem alterius : implicat enim unam, et eandem speciem sub alia contentam esso simul perfectam, et imperfectam, adæquatam, et inadmquatant respectu ejusdem. Sed de ratione partis potentialis alicujus virtutis est quod sit species imperfecta, et inadmquata, respectu illius, cujus est pars; non ergo est, aut osse potest respectu ejusdem subjectiva, utpote cui essentialiter convenit contineri sub alia, ut species sub genere, et ut totum actuale sub toto logice, et metaphysice de specie, praedicabili. Quapropter nequit verificari Pœnitentiam esse partem potentialem justitiæ, quin hæc negativa sit vera : *Pœnitentia non est illius pars subjectiva.*

Ad solia jastl- liia CMM- UŬUQ1 redsci- ,Ir\

Quod vero ad justitiam commutativam unice debeat reduci, constat etiam ; quoniam quæ ut partes potentiales ad justitiam revocantur, vel debent contineri sub justitia distributiva, vel sub legali, vel sub commutativa, quæ sunt membra adæquate contrahentia conceptum genericum justitiæ. Sed Pœnitentia non continetur sub Distributiva, nec sub Legali justitia. Ergo necessarium est illam in commutativam reducere. Consequentia constat a negatione aliorum membrorum dividentium ad affirmationem unius, qui est legitimus arguendi modus. Minor etiam liquet : nam quod attinet ad justitiam distributivam, quidquid in contrarium olim senserit Ga- Gibnel. briel in 4. dist. 14, q. 1, art. 3, dub. 3, perspicuum videtur. Tum quia justitia distributiva nullum in distribuente supponit debitum, nec aliquis proprie in se ipsum distribuit, cum justitia sit ad alterum. Pœnitentia autem supponit debitum pœnitentis, et pro peccati mensura ipsi præstituit et pœnas, licet non arithmetice ob excessam peccati supra quamlibet creaturæ satisfactionem. Tum etiam : quia justitia distributiva proprie loquendo solum invenitur in superiori ad distribuenda inferioribus vel præmia, vel bona communia; importat enim habitudinem totius ad suas partes, ut servetur in illis æqualitas proportionum, attentis nedum meritis, sed etiam circunstantia, et necessitate person®, ita ut cum eisdem meritis, quantum una persona excedit ad aliam vel in dignitate, vel in indigentia, tanto plus debeat accipere, si fiat æqua distributio. Hoc vero non servatur

sorvatur in Pœnitentia ; Bed iota est in oxlinguonda, et expungenda offensa contra Deum commissa, rescissis proportionibus aliorum, et minime eorum meritis, vel demeritis perspectis.

Unde etiam excluditur a justitia Legali ; quippe quæ, ut constat ex D. Thoma *a* Theologis communiter recepto, potissime curat, ut leges in suo robore conserventur, et observentur, ut media illarum observantia bonum commune splendeat, et persistat. Quod longe est a line proximo, et immediato Pœnitentiæ, ut de se, et ex dictis liquet.

Ratio P.Thoœ. Unde relinquitur devolutum iri ad commutativam tantummodo. Et ratio D. Thomæ id efficaciter suadet. Quoniam ubi intercedit commutatio, ibi necesse est intervenire justitiam commutativam, ut ex ipsis terminis constare videtur : sed media Pœnitentia intervenit commutatio hominis ad Deum : ergo necesse est intervenire justitiam commutativam. Probatur Minor a D. Thoma, *quia emendatio offensæ contra aliquem commissæ non fit per solam cessationem offensæ, sed exigitur ulterius quasdam compensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis.* Compensatio autem est commutatio in materiæ justitiae. Ergo cum media Pœnitentia fiat compensatio, media ipsa Pœnitentia fiet commutatio inter hominem, et Deum. Deinde probatur eadem Minor ratione, et paritate ejusdem S. Doctoris : nam eadem est ratio quoad hoc de retributione, et compensatione *utrumque enim* (inquit 8. Doctor) *ad materiam justitia perlinet :* quia utrumque est compensatio quædam, et solum differunt penes motiva formalia, nimirum quia qui retribuit, ideo retributionem præstat, quia beneficium accepit; quem autem pœnitet, ideo exhibet compensationem, quia injuste laesit. Constat autem virtutem, qua Deo referimus, et retribuimus grates ob ab ipso accepta, contineri sub justitia commutativa : ergo etiam virtus, qua Deo compensationem offerimus, et consequenter Pœnitentia non ad aliam virtutem justitiæ, quam ad commutativam petit revocari. Minorem D.Thom. docuit S. Doctor verbis supra relatis ex 4 sentent. dist. 14, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 5 : *Similiter aliquis fit Deo debitor per hoc, quod ab eo aliquid accepit, et hac ratione Deo reddit debitum honorem Lalria, sive Religio : Unde sicut Religio ponitur pars justitiæ a Tullio, non quidem quasi species, sed quasi pars potentialis, in quantum aliquem modum justitiæ participat, ita etiam Panitenlia pars justitiæ debet poni.* Quod adhuc clarius docuit S. Doctor in præsenti sol ut. ad 3 dicens : *Quod sicut esl commutalio quædam in beneficiis (cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa, in alterum commissa, vel invitus punitur, quod pertinet ad vindicalivam justitiam, vel voluntarie récompensai emendam, quod perlinet ad Pœnitentiam, quæ respicit personam peccatoris, sicut vindication personam judicis. Unde manifestum esl, quod ulraque sub justitia commutativa continetur.*

128. Quare solum superest probanda Prima prima assertionis pars, quod nimirum Prenitentia sit pars potentialis, seu deficiens justitiæ commutativæ, in quo est plus difficultatis, et non satis convenit inter Recentiores, quid sit tenendum, modo in unam, modo in aliam partem declinando ut infra videbimus. Sed quidquid sit de illorum discordia, ratio D. Thomæ est : Quia de ratione justitiæ commutativæ est æqualitas, non qualiscumque, seu, ut aiunt, geometrica, et proportionalis; sed arithmetica, et quantitativa, ita ut si debeas v. g. decem, decem solvere tenearis, sive hoc sit in pecuniis, sive in honore, aut alio consimili debito, quod ex justitia commutativa exolvi debeat. Sed virtus Pœnitentiæ non servat erga Deum hanc æqualitatem in satisfactione offensæ : ergo Pœnitentia non est perfecta justitia hominis ad Deum, sed imperfecta, et potentialis. Patet Consequentia ex præmissis. Major non indiget probatione, et Minorem supponimus ex doctrina communi Theologorum uniformiter docentium nullam puram creaturam posse ex perfecta justitia satisfacere Deo pro offensa peccati mortalis, sive proprii, sive alieni; qnidquid sit de radice hujus impossibilitatis, quam in præsenti non expedit examinare, sed enucleatam dedimus tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 5, ubi plures dicendi modos retulimus, et refellimus ut a vero deviantes. Sive enim id proveniat ex ordinis superioritate offensæ divinæ supra satisfactionem nostram, ut pluribus placuit; sive ex infinitate divinæ offensæ, quæ sit simpliciter talis, ut cum D. Thoma verius censuimus; sive ex aliis capitibus noviter a recentioribus excogitatis, constans apud omnes sententia est neutiquam posse hominem ad æqualitatem satisfacere pro offensa Dei,

ipsi peccato gravi irrogata. Ex quo fit conquests manifestum, Pœnitentiam, qua media prædictam inadæquatam satisfactionem exhibemus, neutiquam posse esse strictam justitiam comminativam sed imperfectam, et potentialem, utpote quæ deficit in præcipuo talis justitiæ munere, quod est inter extrema aequalitatem constituere.

Coartr-Ittût. Confirmatur et explicatur. Nam illa est pars potentialis justitiæ, quæ in aliquo cum eadem convenit, et in aliquo ab ea deficit : si enim vel in utroquo conveniret, ve! in utroque deficeret, vel esset perfecta justitiæ species, et consequenter pars subjectiva; vel nullatenus obiret justitiæ rationem ; atque ideo ut munus partis potentialis alicui virtuti deferamus, oportet quod in aliquo cum justitia conveniat, et in altero ab illa desiliat. Hoc autem in Pœnitentia reperiri manifestissimum est : quia cum duo ad justitiam exigantur, et ratio debiti simpliciter talis, vi cujus est ad alterum, et ratio æqualitatis, vi cujus fundat exactam, et debiti solutionem, qua tollatur inæqualitas extremorum ; et in Pœnitentia non servetur æqualitas cum offensa, quam compensare intendit; cum illa sit infinita, hujus vero compensandi ratio sit finita : relinquitur non posse non affirmari Pœnitentiam esse partem potentialem justitiæ

D.Thota. commutativæ. Qui fuit discursus D. Thomæ loco sæpe citato ex 4 sentent, quæstiunc. 5, cujus sunt hæc verba : *Quia justitia æquatilas quædam est, idea non potest esse vera adæquatio, ubi non est perfecta ratio juslilix-, sed aliquis justitiæ modus, sicut dicit Philosophus in 5 Ethic, quod domini ad servum non est simpliciter justum, sed dominativum justum. Cum ergo inter hominem, el Deum sil maxima distantia, non poterit ibi esse dicta proprie justitia hominis ad, Deum, sed aliquis justitiæ modus, quasi per similitudinem. El inde progressus est S. Doctor, ul firmaret nec Religiovem nec Pœnitentiam perfecte sub justitia comprehendi, sed ut paries illius deficientes accensendas.*

Objicit primo Lugo. 129. Hæc tamen doctrina non arrisit Lugo, et contra eam insurgit disp. 2, sect. 1, num. G, multipliciter. Primo quidem quia justitiæ valde materiale est, quod satisfactio sit æqualis, vel inæqualis, dummoio obligationis radix quoad alia omnia sit similis : sed radix obligationis est omnino similis in Pœnitentia, et in perfecta justitia : ergo Pœnitentia est vera, et proprie dicta justitia, inæqualitate illius in satisfaciendo do materiali se habente. Majorem ad quam devolvitur dilficultas, sic probat : nam justitia formaliter solum obligat ad ponendam æqualitatem, in quantum potest ; si potest totaliter, totalem ; si vero solum partialiter, pardalem. Si ergo Pœnitentia ponit æqualitateni cum Deo, quantum potest, satisfit toti debito justitiæ ; repugnat enim deberi ex justitia plus quam præstari possit. Si ergo debetur illa satisfactio inæqualis, illa erit æqualis, si non cum damno, bene autem cum debito; et per consequens satisfit æqualiter toti rigori justitiæ; quippe non obligat cum rigore nisi ad satisfactionem possibilem.

Oppoau Secundo instat insistendo eidem principio : quoniam satisfactio inæqualis debita ad modum justitiæ repugnantiam involvit : non ergo stat in Pœnitentia, quod sit justitia, et quod ejus satisfactio sit inæqualis: atque ideo quod vere sit pars potentialis, seu deficiens. Utraque Consequentia constat, et probatur Antecedens : nam compensatio affectiva, et non effectiva, non est ad modum justitiæ : sed compensatio inæqualis est affectiva, et non effectiva : ergo non est debita ex justitia. Quod si ex justitia deberetur satisfactio partialis, et hanc præstaret Pœnitentia, jam satisfaceret pro parte debiti : ergo ex perfecta justitia, sicut qui debet centum, et dat decem, quæ sola habebat, satisfacit ex justitia pro parte debiti.

Ex quo rursus fiet per illam partialem satisfactionem nostram, condigne partialiter auferri peccatum ; quod tamen non potest dici ; siquidem omnia bona opera nostra absque liberali condonatione Dei insufficientia sunt adhuc partialiter ad extinguendam, vel minuendam maculam peccali commissi. Sequelam probat : quoniam posita ea partiali satisfactione, non manet homo ita injurius Deo, ac antea : ergo si non ex toto, saltem ex parte extinguit debitum, et minuit onus satisfaciendi.

insurgit Opponit tertio, quoniam impotentia satisfaciendi æqualiter Deo non est homini essentialis; quando quidem potest elevari media unione hypostatica ad eam dignitatem, in qua possit condignam, et superabundantem satisfactionem præstare pro cunctis præteritis delictis. lerti0,

Rcpiiut 'laart0· Quarto tandem objicit inconveniens suo judicio indeclinabile. Si enim vel ex hoc solo titulo Pœnitentia esset imperfecta justitia, et potentialis, quia inæqualem exhibet

bel satisfactionem ; nulla superosset ratio negandi, Pœnitentiam pro venialibus esse proprie justitiam perfectam : si quidem homo justus diuturnis obsequiis plene potest pro illis satisfacere.

VI ufEca- I «mu- i pj-siif tniur.

130. Ha? tamen impugnationes minime elevant vires rationis D. Thomæ, quam intactam relinquunt, ut illis occurrendo constabit. Est vero primo observatu dignum Cardinalem Lugo, totum fuisse in hac eadem sectione n. 10, in suadendo Pœnitentiam non essse proprie justitiam, ut vidimus ▌ 1 præsentis dubii. Cum tamen prædictis objectionibus suadere intendat, eam esse perfectam justitiam. Et ideo eas concludens subinfert. *Vel ergo fatendum est cum P. Suarez, Pœnitentiam esse virtutem justitiæ ad Deum : vel aliunde quam ex inæqualilale satisfactionis reddenda est ratio, cur non sil.* In quo plane fatetur nullam esse justitiam proprie talem, quæ non sit perfecta, atque ideo vel tenendam esse sententiam Suarez, statuentis Poenitentiam eandem esse virtutem cum justitia Commutativa : vel nullatenus Pœnitentiam sub justitia comprehendi. In sect, vero 4 ejusdem disp. num. 57, collocat hanc virtutem sub virtute religionis large acceptæ, ut partem ejus potestativam, quatenus a religione imperatur, ut constat ex num. 58. In quo sensu omnes virtutes se invicem imperantes, invicem etiam erunt partes poteslativæ, quod est manifeste falsum, imo, et implicatorium.

Verba Esiiitn- | Le^o pro «siea- tia Sairez.

Secundo observari debet juxta ipsius doctrinam, si vera est, nullam esse partem potentialem,seu imperfectam justitiæ, ut consideranti constabit. Si enim defectus æqualitatis in solvendo debito minime infert imperfectionem justitiæ : profecto nec etiam defectus debiti illam infertob eandem rationem. Et quod clarissimum est, et ex illius principiis legitime illatum, saltem· Religio, Observantia, et Pietas neutiquam ut partes potentiales, sed ut species perfectæ justitiæ, non quaIescumque sed subjectivæ accenseri debent Quod nedum est contra D. Thomam, sed etiam contra ipsummet Lugo, contra Aristotelem, contra Tullium a D. Thoma allegatos, contra Macrobium, et contra plerosque alios Philosophos Morales, et ideo vel ex hoc solo titulo refellenda est, et expugnanda ejus doctrina esset.

Heou caesa,

Radix deceptionis fuit non distinxisse inter æqualitatem arithmeticam, et proportionalem, quarum prima est omnino necessaria ad justitiam commutativam simpliciter, et absolute talem : ut constat ex D. Thoma 2, 2, q. 61, art. 2, ad 2, ubi ait *quod generalis forma justitiæ est æqualilas, in qua convenit justitia distribution cum commutaliva. In una tamen invenitur æqualilas secundum proportionalilatem geometricam, in alia secundum arithmeticam.* Secunda vero requiritur, et sufficit in partibus potentialibus, ut supra eas explicando docuimus, et confirmat D. Thomas in præsenti, ubi postquam in corpore articuli distinxerat cum Philosopho justum simpliciter a justo secundum quid, et assignaverat quibus ea membra convenirent, solutione ad 2 inquit, *quod medium justitiæ est æqualilas, quæ constituitur inter illos, inter quos est justitia, ul dicitur in* 5 *Ethic. In quibusdam autem non potest perfecta æqualitas constitui propter alterius excellentiam, sicut inter patrem, et filium, inter Deum, el hominem, ul Philosophus dicit in* 8 *Ethic. Unde in talibus ille qui est deficiens, debet facere quidquid potest. Nec tamen hoc eril sufficiens simpliciter* (id est simpliciter justum), *sed solum secundum acceptationem superioris. Et hoc significatur per excessum, qui attribuitur Pœnitentiæ.* Ex quibus liquet quod licet ad rationem justitiæ postuletur æqualitas, juxta diversos æqualitatis modos debet assignari diversa ratio justitiæ, et e converso. Et quia æqualitas est duplex, et arithmetica, et proportionalis, diversa justitia est, quæ postulat arithmeticam æqualitatem ab ea quæ sibi vindicat tantummodo proportionalem. Unde ad hanc secundam sustinendam, sartam teciamque servandam non requiritur æqualitas rei ad rem, seu arithmetica ; sed sufficit minor æqualitas, quæ consistat in eo, quod proportionate ad proprias vires suifultas auxiliis gratiæ, faciat homo, quod potest, quia ut docet D. Thomas loco citato ex 4, sent. dist. 15, quæst. 1, art. 2 : *Amicitia non exigit æquivalens nisi secundum quod possibilis est, et hoc etiam æqualc est aliqualiter, scilicet secundum proportionalilatem : quia sicut se habet, quod Deo est debitum ad ipsum Deum, ita quod iste potest reddere ad eum : et sic aliquo modo forma- justitiæ conservatur, et similiter est ex parte satisfactionis. Unde non potest homo satisfacere, si ly satis squalitatem quantitatis importet. Contingit autem, si importet æqualitatem proportionis, ul dictum esi. Et hoc sicut sufficit adrationem justitiæ, sufficit ad rationem satisfactionis.*

D.Thoa. D.Tliom. D.Thom.

*$1- Porro hac distinctione posita et ut
prini par est, ah omnibus discipulis D. Thomas
exi»*0 °^servalai negotii facessunt object®
Thom, impugnationes, sed facile disjiciuntur. Quare ad primam neganda est Major: nam ut docuit Angelicus Præceptor 2, 2. q. SO, art. unico, ratio justitia? consistit in eo, quod alteri reddatur, quod *ei* debetur secundum æqualitatem, cum nomen justitiæ essentialiter æqualitatem importet : unde necesse est deficere essentialiter a ratione justitiæ virtutem illam, cui essentialiter competat defectus æqualitatis, atque ideo nequit se habere de materiali æqualitas, vel inæqualitas ad justitiam. Unde vel ipsi Philosophi, et post modum Theologi ultra medium rationis* (quod aliis virtutibus præstitnunt ex directione Prudentia) Justitiæ, et ejus partibus, assignent medium rei, ut nimirum tantum alicui reddatur vel pecuniæ, vel honoris, quantum ipsi debeatur. Ad probationem Majoris constat ex nuper adducta doctrina D. Thomæ : quia justitia, quæ fuerit absolute, et simpliciter talis, non tantum attendit ad id, quod potest reddi ; sed et maxime ad id quod debetur a parte rei ; aiioqui non esset proprium justitiæ præ cæteris virtutibus
• sibi adsciscere medium rei. Si vero justitia fuerit imperfecta, et potentials, etiam importat æqualitatem, non absolutam, sed proportionalem, et hanc non excludit, quia postulat, et includit Pœnitentia. Et hoc pacto satisfactio inducta per Pœnitentiam est æqualis, et inæqualis; æqualis æqualitate proportionali, et inæqualis inæqualitate quantitaiiva, seu arithmetica. Et ex bac parte deficit a perfecta justitia ; continetur vero sub illa, quatenus importat æqualitatem proportionis. Hanc vero æqualitatem proportionalem, quæ tantummodo est homini puro possibilis, non vero arithmeticam, seu quantitativam postulat, et acceptat Deus in pura creatura. Nam ut
D.Tbom. inquit D. Thomas infra q. 90, art. 2, alio *modo /11 recompensatio offensx in Panitenlia, el in vindtcaliva justitia. Nam in vindicativa justitia /it recompensatio secundum arbitrium judicis, non secundum voluntatem offendentis, vel offensi. Sed in Pandentia fit recompensatio offensx secundum voluntatem peccantis, ct secundum arbitrium Dei,* in *quem peccatur.* Et tradit S. Doctor rationem : *Quia hic non quxritur sola redintegratio xqualilalis justilix* (sicut in justitia vindicativa), *sed magis reconciliatio amicilix. Quod flt dum offendens récompensai se-* l *eundum voluntatem ejus quem offendit.* Quocirca licet homo ex peccato teneatur ad satisfactionem de se infinitam, ut perfecte satisfaciat, et constat ex satisfactione Christi fidejussoris nostri; non tamen illam oxtorquet Deus, cum quia impossibilem puro homini ; tum quia magis intendit reconciliationem amicabilem, quam justitiæ usque ad summum redintegrationem. Unde est illud commune Theologorum effatum i *Deus puni! citra condignum, et remunerat supra condignum.*

Hinc corruit secunda instantia, quia licet contradictionem implicet inæqualitas et justitia perfecta, seu condigne satisfaciens; non tamen repugnat æqualitas proportionalis cum justitia imperfecta ; quin imo opus est ita discurrere, ut sic salventur partes potentiales justitiæ, quas vel ipsi Philosophi naturales palam confessi sunt. Unde tantum abest ab inconvenienti, et contradictione quæ obtenditur, qnod potius consonat virtutum essentiis : quia licet in conceptu justitiæ importetur æqualitas, hæc tamen non est eadem in omnibus justitiæ partibus, sed juxta distributionem accommedam : in aliquibus enim est
l æqualitas rei ad rem, ut in partibus sub-
j jectivis ; in aliis vero ut in partibus potentialibus, tantummodo invenitur æqualitas proportionalis, seu imperfecta. Quare negandum est Antecedens, si absolute, ut sonat, sumatur. Et ad ejus probationem dicimus satisfactionem Pœnitentiæ, et si inæqualem arithmetice offensæ, esse effectivam : quia cum effectu offert quantum potest pro illa, et in affectu quantum debet : ita enim se habet in poenitendo homo, ut si posset, tantum offerret, quantum injuria ad sui compensationem posceret. Sed quia hoc est sibi impossibile, exhibet quantum potest : et ideo ejus satisfactio licet non sit æquivalens, est tamen sufficiens juxta doctrinam D. Thomæ supra relatam ex 4 U.Thsa. sent. dist. 15, q. 1, art. 2 ad 3, non quidem sufficientia simpliciter tali, quæ correspondent totaliter debito ; sed solum se* eundum acceptationem superioris, ut se explicat S. Doctor in præsenti verbis supra relatis ex art. 3 hujus quæst. in sol. ad 2.

132. Nec urget, quod primo subinfer- Nonesi
lur in hac replica de satisfactione partiali, quasi huic debeat ex justitia correspondere mulo,
partialis remissio offensæ, et consequenter respectu illius sit stricta justitia, sicut solutioni ut decem ex justitia debetur remissio ut decem, in debito ut triginta, vel ut

contum. Hoc enim exemplo uti ad rem nostram, est nimis materiale, el punctum difficultatis non attingit. Nam nec satisfactio est ad hunc sensum in partes divisibilis, nec etiam oilensæ est assignabilis aliqua pars, quæ parti satisfactionis respondeat : quippe quod est proprium rerum materialium, et divisibilium, in quibus subinde et totum toti, et pars parti debetur; idcoquo debitum pecuniarum ut centum est extinguibile ex stricta justitia per partes aliquotas, et determinatas; sicut etiam per easdem augetur. Cum autem ofiensa sit inünitæ gravitatis, et alterius longe rationis a satisfactione puræ creaturæ ; non est assignabilis pars determinata, cui pars satisfactionis adæquetur : sed vel satisfactio est condigna toti offensæ, quod non debet, nec potest admitti : vel est inferior, et minime adæquans illius gravitatem prorsus indivisibilem : et sic deficit, et remanet in ratione partis potentialis, ut constat ab exemplo virtutis Religionis, quæ similiter deficit ratione æqualitatis; quin illa instantia ipsi possit applicari, atque ideo nec Pœnitentiæ.

Relor-
qatsr. Porro si prædicta instantia de debito, ut centum per partes extinguibili ex justitia perfecta teneret; pariter evinceret repetitis actibus Pœnitentiæ, quorum cuilibet pars offensæ applicaretur remittenda, tandem totam offensam ex justitia a pura creatura fore extinguendam, quod est absurdum ab omnibus Theologis reprobatum. Et ratio
i est eadem : nam si semel huic satisfactioni partiali respondet partialis remissio offensæ ex justitia, sicut solutioni ut decem debetur remissio ut decem : quæ esse potest ratio, quare non deveniatur, aut saltem deveniri non possit repetitis partialibus satisfactionibus, ad plenam, et adæquatam offensæ unius remissionem, et expiationem, maxime in illa sententia Lugoni, et sociis satis familiari, quod offensa non sit simpliciter infinita? Et si quam invenerit disparitatis rationem, eandem argumento a se facto adhibebit.

Mill Unde fallit in eo, quod subinfert secundo : nam ex satisfactione imperfecta qualem adstruimus, et docet communis sententia, non infertur satisfactio partialis, quasi ea pars offensæ tantummodo remittatur. Et ad probationem sequelæ dicimus, posita prædicta compensatione non
j manere illum hominem Deo exosum, sed infallibiliter justificari : nam ut inquit
D.Thom. d . Thomas infra quæst. 86, art. 1, erroneum est peccatum aliquod non posse remitti por veram pœnitentiam. Est autem vera Pœnitentia, licet non sit condigna, ea quam facit homo ex auxiliis gratiæ, media contritione. Et de hac procedit qnæstio. Non ergo posita prædicta Pœnitentia Deus manet partialiter infensus, seu injurius homini, se i redditur amicus, et omnino paccatus : aiioqui nullatenus justificaretur homo media contritione.

Tertia, nihil concludit : quia licet ho- Objicitor
mini ad unionem hypostaticam elevato lertio·
non sit essentialis impotentia satisfaciendi ad æqualitatem; est tamen essentialis homini puro, qui dumtaxat est capax Pœnitentiæ, impotentia satisfaciendi. Unde retorquetur argumentum. Quia tam essentiale est homini Deo satisfacere ad æqualitatem, quia non potest non semel atque velit offerre satisfactionem, eam superabundantem exhibere, ob infinitatem divinæ person» ejus operationibus connexam irt sensu tract, do Incarn. explicato; quam sit essentiale puræ creaturæ inæqualiter compensare, quantum jus gratia accidentali exornetur, et ex illa conetur in satisfactionem ; alias pura creatura gratia habituali prædita posset perfecte satisfacere pro peccato gravi, contra communem Theologorum sententiam. Ex quo bene sequitur, quod sicut homini Deo essentialiter convenit ratio justitiæ perfect® erga Deum, quamque jure concedunt Patres, et Theologi Christo Domino : ita ob rationem oppositam homini puro quantumvis Pœninitenti, nullam aliam justitiam, quam imperfectam, et potentialem deferre possimus. Et quia non est alia ratio perfectam justitiàm Christo Domino concedendi, nisi quia servaverit æqualitatem rei ad rem in satisfactione pro hominum offensis; similiter non est alia adstruendi in homine Pœnitentiam ut partem potentialem, nisi quia non pervenit ad æqualitatem prædictam, sed sistit in proportionali. Ex quo legitime subsumendo concluditur contra Lugo æqualitatem, et îuæqualitatem non de materiali, sed valde de formali, et essentialiter ad justitiam se habere; siquidem juxta modum æqualitatis est modus justitiæ.

133. Sed hinc vires assumere videtur Quæs-
inconveniens ultimo objectum de peccatis tioQcuh
venialibus, quorum exhibemus condignam cirea
satisfactionem media contritione, et aliis peccata
actibus propriis Pœnitentiæ. Unde fit con- venialia,
sequens Pœnitentiam non excludere essen-

tialiter æqualitatem ; alioqui enim non illam exposceret, et re ipsa servaret in satisfactione vemalium; subindeque ex hac saltem parte esse perfectam justitiam ut opponebatur.

Aram' Tbomis- judi- eiam.

Sunt ex Thomistis non pauci, nec contemnendae authoritatis. qui sentiant nec Pro peccatis venialibus posse hominem cohdignam offerre satisfactionem ; sed omnem, et quamlibet puræ creaturae Pœnitentiam adhuc pro culpis levibus, et pro pœna temporali esse inadæquatam, et insufficientem. Quia licet actus Charitatis, et contritionis si considerentur ex objecto et bonitate morali, quam per ordinem ad illud sibi vindicant, exæquare videantur malitiam, et offensam peccati venialis, et ex hac parte splendeat æqualitas : si tamen accipiantur ex parte person® satisfacientis, et læsæ, ex quo capite potissime augetur, et decrescit satisfactionis valor, profecto apparet excessus malitiæ in offensa supra bonitatem satisfactionis ; siquidem qualis qualis ea sit offensa peccati venialis, semper est personæ infinitæ, et quantacumque sit satisfactio, semper est personæ finitæ : inter quas est infinita distantia, ut liquet. Ideoque ^inquiunt) semper satisfactio in ratione satisfactionis est inferior ad offensam sub ratione offensæ : quo pacto magis respicit personam, quam deturpat, quam damnum quod infert. Pro quo dicendi modo referuntur Petrus de Soto de Pœnit. lect. 18, conci. 1. Zumel 12, quæst. 114. art. 34 disp. 2. Cipull. 3p. quæst. 1, art. 2, dub. 4, sect I, § 11, num. 35, ubi Parra tract. 1, quæst. 4, art. 5.

PgJtode Zamei. Cipolius. ’ '

Prado.

A quo dicendi modo non longe abit Prado in præsenti dub 4, num. 38. Ubi et relata, et insuper expensa ex Arauxo sententia communi de adæquata satisfactione pro peccatis venialibus, inquit, quod considerando debitum culpæ venialis, reatum pœnæ temporalis, et bonitatem satisfactionis mediis actibus Charitatis, et contritionis, est adæquatio inter debitum, et satisfactionem. Attenta vero infinita distantia satisfacientis a Deo, cui fit satisfactio, semper deficit. Quod sane, et nihil aliud intendisse præ lictos D. Thomæ discipulos manifestum est ex ipsomet Prado numero 37 immediato.

Vera senientia.

134. Huic tamen sententiæ acquiescere non possumus. Tum quia idem refellimus tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 5, g 4. Ubi etiam expendimus motivum sententiæ oppositæ asserentis satisfactionem condignani, quo mittimus lectorem pro perfcc tiori hujus rei notitia. Tum et maximo quoniam prædictorunl Authorum diseur sus, et comparatio solum probant satisfactionem pro venialibus non ese ex toto rigora justitiæ, qualem fuisse satisfactionem Christi docent communiter Theologi. Quod verum est, et nullus Theologorum negabit; siquidem ad satisfactionem in prædicto sensu, quælibet excluditur gratia, quæ fieri debeat personae satisfacienti, maxime si talis fuerit, quæ conferat valorem, et condignitatem satisfactioni. Constat autem neutiquam posse hominem satisfacere pro veniali culpa, etiam levissima, quin interveniat gratia supernaturalis, quæ præstet valorem operibus satisfactoriis : ergo nullatenus homo potest ex toto rigore justitiæ condignam omnino satisfactionem offerre pro peccatis venialibus in sensu prædicto.

Cum quo tamen stat, et bene cohaeret hominem justum posse ad æqualitatem, et consequenter ex justitia absolute, et simpliciter tali sibi debitam reddere remissionem culpæ venialis, ex parte offensæ, necnon reatum pœnæ temporalis, et consequenter quod offerat in hoc sensu condignam pro illis satisfactionem. Ad eum sane modum, quo licet homo ex toto rigore justitiæ, et nulla supposita gratia nequeat promereri gloriam ; ea tamen exhibita, et a Deo omnino liberaliter erogata, ex illa erumpere potest in opera, quibus eam sibi debitam constituat per modum coronæ, e» consequenter ex justitia juxta illud Apostoli 2 ad Timoth. 4 : *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi* Po- *minus in illa die justus judex.* Et in hoc sensu concedendam existimamus Pœnitentiæ satisfactionis æqualitatem cum offensa levi, sicut conceditur operibus meritoriis cum gloria per modum coronæ .' quæ quidem non est æqualitas tantummodo proportionalis, qualem adstruimus pro offensa gravi, sed est suo modo arithmetica, et quantitative, quidquid sit de excessu, qui versatur inter personas : hic enim non impedit æqualitatem objectivam inter offensam levem, et compensationem pro ea oblatam. Et hoc sufficit ad justitiam quoad substantiam ; quantumvis ad ejus rigorem plura alia sint necessaria.

Ti- E5Λ·4-

Qua observatione ad concordiam possunt reduci discipuli D. Thomæ specie tenus dissidentes, ut qui negativæ parti adhærent, intelligantur de justitia ex toto rigore,

uu ‹0^r* iste d Osa.

rigore, seu excludente penitus quamlibet gratiam. Quod nullus illorum inficias ibit. Qui vero affirmant, solum docont servari æqualitatem quantitativam, ut tanta sit satisfactio in rationo compensationis, quanta fueiit offensa peccati venialis : licet interveniat, et prtesupponi debeat gratia Dei, quæ valorem, et dignitatem conferat operibus. Quod etiam non videntur negasse Authores supra relati, cum expresse asserant actus Charitatis, et contritionis adæquare debitum sivo offensæ, sive pœnæ temporalis adæquatione ex parte objectorum se tenente, et praecisis circunstantiis personarum, in quibus tantummodo splendet infinitus excessus unius ad alteram. Quare absolute concedimus posse hominem condigne, et ad æqualitatem satisfacere pro peccatis venialibus, et poenis temporalibus ex peccato sive mortali, sive veniali relictis.

Sokitor citos. 135. Et ad inconveniens objectum respondetur nullam esse illationem : nam adhuc prædicta æqualitate constituta, retinet Pœnitentia esse justitiam potentialem, et imperfectam per ordinem ad suum principale munus, quod est satisfacere pro peccato gravi, seu offensa exilio relicta, per ordinem ad quam sortitur speciem, et sibi vindicat esse partem potentialem. Et constat a simili virtutis Religionis, quæ quia deficit in primario actu per ordinem ad Deum, licet servet æqualitatem in minus principali, qualis est decimarum solu-

D.Ttom. tj0› teste []_ Thoma 2, 2, quæst. 87, non idcirco amittit rationem justitiæ imperfectæ. Et ratio a priori est jam supra tradita ex D. Thoma 2, 2, quæst. 28, art. 4, quia quoties ab eadem virtute procedunt plures actus ejusdem rationis subordinati, posteriores non procedunt ab habitu, seu virtute, nisi per ordinem ad priorem, *el inde est,* inquit S. Doctor, *quod virtus non diffinitur, nec denominatur nisi ab actu priori, quamvis etiam alii aclus ab ea consequantur.* Quocirca licet ab eadem Charitatis virtute procedant amor, desiderium, et gaudium, non ab iis omnibus specificatur, aut denominatur Charitas, ut ibi statuit S. Doctor ; sed a solo amore, aliis ex consequenti, et minus principaliter se habentibus. Cum ergo Pœnitentia primario tendat in destructionem offensæ gravis, qua discinditur Dei amicitia cum homine, et hanc præcipue reparare intendimus pœnitendo; inde est, quod licet æqualis reddatur compensatio vel pro pœna temporali, vel pro offensa levi, vel pro utraque simul; non ideo definitur, aut denominatur Pœnitentia penes prædictam æqualitatem secundariam, et minus principalem ; sed retinet propriam, et imperfectam speciem, quam emendicat per ordinem ad offensam gravem inæqualiter resarciendam.

136. Nec refert, si objicias primo satisfactionem pro venialibus non esse actum secundarium, seu minus principalem Pœnitentiæ ; siquidem ut in plurimum fit medio actu contritionis; actus autem contritionis non est actus secundarius Pœnitentiæ, sed primarius, ut constat ex supradictis : ergo ejus satisfactio non est minus principalis, et secundaria. Prima obiectio-

Nam respondetur actum contritionis, si accipiatur secundum tendentiam specificam, esse quidem actum omnino primarium Pœnitentiæ, a qua ratione non est denudabilis, si vero accipiatur in ratione satisfactionis, primario respicit offensam gravem, quam delendo intendit resarcire, et Dei amicitiam comparare : et ex consequenti vero, quæ ab illa impediunt, aut retardant, qualia sunt peccata venialia, ac demum pœnam temporalem ex offensis sive gravibus, sive levibus relictam. Unde in ratione satisfactionis non principaliter, et primario, sed ex consequenti, et minus principaliter descendit ad venialia, et ad pœnam temporalem. Et in hoc sensu satisfactionem pro venialibus dicimus secundariam, et non primo intentam a Pœnitentia. Et licet in utroque munere deficiat a Loto rigore justitiæ, ut colligitur ex Tridentino sess. 6, cap. 11, ubi venialium remissionem speciale Dei beneficium oratione assequendum enumerat : *Nam justorum illa vox est* (inquit) *el humilis, et verax : Dimitte nobis debita nostra,* quæ de venialibus intelligenda statuit. Tamen in primario munere nullam servat æqualitatem, nisi proportionalem ob excessum offensæ gravis supra satisfactionem ; qui tamen excessus non reperitur in offensa levi. Recolantur quæ scripsimus loco supra citato ex tract, de Incarnat. Solutio, , Trident,

137. Secundo, et difficilius objicies : quia virtus non elicit actus, nisi sub ratione *sub qua* sibi propria, et essentiali : sed ratio sub qua propria, et essentialis Pœnitentiæ, est inæqualitas in ratione justitiæ; ergo sub hac ratione debet elicere satisfactionem pro venialibus. Major videtur perspicua, quia ratio sub qua in habitibus se habet adinstar rationis differentiatis Difflci-

ultimo contrahentis, et determinantis essentiam ; atque ideo sicut repugnat limites essentiæ transiliri, ita et quod actus a virtute eliciatur, nisi sub ea ratione, sub qua propriam speciem sortitur ; alioqui enim vel virtus duplici gauderet specie, vel eam. quam habet per ordinem ad objectum primarium, non esset ipsi essentialis, et adaequata. Minor etiam liquet ex dictis in hac disputatione.

Diroi-turex docirina alibi tradiia.

Sed nec etiam objectio ista refert. Quia licet verum sit quemlibet actum vel virtutis vel etiam potentiæ non posse non respicere objectum formale vel virtutis, vel potentiæ ; hoc tamen non est ita intelligendum, quod semper quilibet actus virtutis, aut potentiæ, sive primarius, sive secundarius habeat pro objecto formali immediato objectum formale, et immediatum virtutis, aut potentiæ·, sed sufficit et requiritur, quod si fuerit secundarius aut non ita præcipnus, ipsum recipiat tanquam causam, et radicem initiative moventem ad attingeniiam objecti suo primario contenti. Cujus rei rationem, et exempla dedimus tract. 8 de ultimo fine disp. 1, dub. 4 , ubi expresse ostendimus actus electionis non a fine, qui est objectum voluntatis , sed a mediis speciem sumere. Radix autem hujus doctrinæ continetur in verbis D. Thomæ nuper relatis ex 2,2, quia nec virtus, nec potentia instituta est propter act.s ex aliis consecutos; sed propter primarios. Circa quos est præcipua, et formalis difficultas : iliis vero suppositis, descendit virtus ad actus non ita principales, qui eo ipso quod tales, petunt supponere attingentiam primariam, et declinant ad objecta non ita principalia, seu ad secundaria; per ordinem ad quæ nec definitur, nec denominatur virtus, ut inquiebat D. Thomas ubi nuper. Quocirca loco citato de ultimo fine distinguendam esse censuimus duplicem rationem *sub qua* virtutis, et potentiæ, aliam primariam, proximam, et immediatam respectu actus, et objecti primarii : et hæc fundat ac radicat aliam secundariam, et minus principalem, sub qua immediate oritur a virtute, seu potentia actus secundarius, et ab hac prædictus actus speciem sumit ; non vero ab alia primaria, quæ est radix, et principium istius. Et ideo ratio sub qua proxima, et immediata respectu electionis, non est bonitas finis, quæ radicat electionem media illius intentione ; sed est ipsa utilitas, et conducentia intrinseca mediorum : quod enim quis homo medium præ alio eligat ad obtinendum hunc finem, proxime, et immediate oritur ex majori conducentia, et utilitate hujus medii a reliquis, quas quis judicat in eo esse.

Qua doctrina hic supposita, et ibi operosius stabilita, facile intelligitur quam optime cohærere Pœnitentiam in ordine ad terminum primarium suæ habitudinis respicere inæqualitatem supradictam, et respectu termini minus principalis, qualis est otTensa levis, necnon pœnæ temporalis æqualitatem importare ; quin indo possit inferre, quod extrahatur a propria specie, et ratione sub qua primaria. Nam hæc, quam adstruimus pro æquali satisfactione, fundari debet in prima, in ea radicari, ad ipsamque tandem reduci. Unde sicut Charitas non amittit esse virtutem Theologicam, per hoc quod dilectio proximi proxime, et immediate terminetur ad proximum, ab eoque mutuetur speciem, ut loco citato num. 97 explicuimus. Ita non inconvenit Pœnitentiam ab intrinseco, et ex primaria tendentia esse justitiam imperfectam, et essentialiter inæqualem, licet respectu peccati venialis æqualitatem servet. Quia tamen hoc illi convenit ex consequenti, et supposita tendentia primaria, nec diffinitur. nec denominatur æqualis, et perfecta justitia, sed inæqualis, et imperfecta, ut constat ex doctrina D. Thomæ. Recolantur quæ diximus de Incarnat, disp. 1, dub. 9, § 2, num. 254, ubi ex alia radice discrimen assignavimus.

a s m» lata;

138. Ex quibus tandem inferendum, et asserendum est tertio Pœnitentiam esse virtutem essentialiter distinctam a justitia Commulativa. Hæc assertio non est re ipsa diversa a precedent! ; sed major illius explicatio, quam proinde majoris claritatis gratia statuere visum est, contra Durandum, Suarez, et alios Recentiores. Et deducitur clare ex dictis. Nam illæ virtutà differunt essentialiter, quarum objecta primaria important distinctionem essentialem, ut est principium communiter receptum, et innumeris locis hujus nostri cursus stabilitum : sed objecta primaria Pœnitentiæ, et justitiae commutativæ essentialiter differunt : Ergo et ipsæ virtutes. Major et Consequentia non indigent probatione, et suadetur Minor : quia justitia commutativa respicit jus alienum ut ad æqualitatem compensandum, non utcumque, sed æqualitate rei ad rem : quod quidem jus est extra sphæram, et inclinationem primariam

riam Pœnitentiæ : ergo Pœnitentia habet distinctum essentialiter objectum a justitia commutativa. Probatur Minor :'nam jus, quod est objectum Pœnitentiæ est jus divinum læsum per offensam, ut resarciendum per contritionem; non quidem condigne, et ad æqualitatem Arithmeticam ; sed deficienter, et æqualitate proportionali jam explicata : ergo jus inspectum a Pœnitentia sub ratione justitiae est essentialiter diversum a jure proprio, et primario atlâcto a justitia commutativa.

taira. Confirmatur; quia pars potentialis alicujus virtutis non est ejusdem speciei cum ipsa virtute, cujus est pars potentialis : séd Pœnitentia est pars potentialis justiliæ commutativæ : ergo non est ejusdem speciei cum illa. Consequentia est legitima, Minor supponitur ex præcedenti assertione, et probatur Major, tum a paritate aliarum partium potentialium, quas constat essentialiter differre a virtute principali, cujus sunt partes, ut videre est in Religione, Observantia, Pietate, et aliis. Tum etiam ratione : quia de ratione partis potentialis est importare essentialiter defectum ab illa perfectione, quæ residet in virtute superiori, ideoque in suo conceptu essentiali non est ab illo denudabilis ; cum tamen virtus principalis prædictum defectum essentialiter excludat. Et quia de ratione justiliæ commutativæ est strictum debitum Arithmetice exsolvendum, ejus partes potentiates essentialiter important, vel carentium stricti debiti, vel inæqualitatem Arithmeticam. Hunc autem defectum essentialiter importatum inducere distinctionem essentialem ex se manifestum est, quia eadem essentia formalis nequit essentialiter excludere defectum, et ipsummet essentialiter importare, et constat in Gde, et scientia, quas vel ex eo solum quod una excludit essentialiter claritatem, quam alia essentialiter postulat, species distingui docent communiter et Metaphysici, et Theologi .

Oppook l«r Diris- ihi. 139. Sed respondebis ex Durando in 4, dist. 14, quæst. 2, num. 6 et 7, duplicem esse actum virtuti Pœnitentiæ, quorum primus est servare jus divinum illæsum, observando mandata, et peccata fugiendo, seu vitando. Secundus vero est, quo punit in se ipso peccata, et pro illis satisfacit. Quamvis autem hunc secundum actum nequeat Pœnitentia ut omnino æqualem offerre, ut probat nostra ratio; bene autem primum a quo desumit speciem, et consequenter convenit cum justitia in actu primario, licet deficiat ab illa in secundario.

Suffn-gitur Raynaud. Durando subscripsit Theophylus Raynaudus relatus a Prado in præsenti dub. 4, § 2, in eo quod servare jus divinum illaesum sit actus proprius Pœnitentiæ, in quo convenit, imo et coincidere existimat cum justitia commutativa. Differt vero in eo, quod ultra prædictum actum assignat alium, de cujus ratione sit respicere jus inadæquabile ab ipsa. Quod est dicere Poenitentiam coincidere cum justitia commutativa in aliis actibus praeter hoc quod est satisfacere ad inæqualitatem, quia impotentia æqualiter satisfaciendi est essentialis puræ creaturæ. Unde inquit, *facile concedo Durando hujusmodi virtutem esse specie, el essentialiter eandem cum justitia humana quoad alios quosdam actus Peenitentis virtutis specialis.*

Refelli-tur uterque primo Durand. D.Tbom. Neutra tamen harum solutionum est vera, et contra primam stat quod prius est æqualitatem constituere, quam constitutam servare, ut de se constat, et doœt D. Thomas 2, 2, quæst. 79, art. 1, verba S Doctoris sunt : *Ad justitiam pertinet squalitatem constituere in his, qus sunt ad alterum, ut ex supradictis palet ; ejusdem autem est consliluere aliquid, et constitutum conservare, in iis, quæ sunt ad alterum. Constituit aulem aliquis squalitatem justiliæ faciendo bonum, id esi reddendo alleri, quod ei debetur. Et hoc quidem præstal Pœnilentia conando in destructionem offensæ media contritione, atque ideo est prior illius actus. Conservat autem squalitatem justiliæ jam constituis, declinando a malo, id est nullum nocumentum proximo inferendo.* Quod etiam suo modo adimplet Pœnitentia in voto, seu proposito in posterum non peccandi annexo ipsi contritioni Ex qua doctrina refellitur Durandus sub hac forma : servare jus divinum illæsum supponere debet jus divinum constitutum : sed Pœnitentia non supponit jus divinum constitutum : ergo non illi primo convenit servare jus divinum illæsum. Consequentia patet, et Major est perspicua, quia sicut conservatio consequitur ad primam rei productionem, non enim conservatur quod non præsupponitur, aut præintelligitur productum : ita nequit jus alterius illæsum servari, quin prædictum jus præsupponatur, aut præintelligatur constitutum ; unde necessarium est præire constitutionem juris alieni ad ejus conservationem. Minor etiam liquido constat ox supradic-

lis : quia præcipuum munus Pœnitentiæ est reparare, ac resarcire jus divinum, quod supponitur læsum per peccatum, ideoque primario collimat in destructionem divinæ offensæ : hoc autem nec præstat, nec præstare valet ad æqualitatem omnimodam, seu Arithmeticam : ergo quod primo illi competit est reparare, et resarcire inæqualiter, et deficienter laesionem divinam : subindeque servare jus divinum illæsum non est actus primarius Pœnitentiæ.

Thcopbil. rejeci as.

140. Quo argumento etiam dispellitur Theophyli discursus, qui substantialiter convenit cum Durando, et solum stat diversitas in eo quod assignat pro actu primario Pœnitentiæ, quem Durandus arbitratur secundarium. Et ex hac parte venit expugnandus sequenti ratiocinatione. Nam ejusdem est constituere aliquid, et constitutum servare sub ea ratione sub qua constituit, sed actus proprius, et primarius Pœnitentiæ est constituere, et resarcire jus divinum læsum : ergo ejusdem virtutis eritjus illud a se resarcitum, ac restitutum illæsum, et indemne servare. Servat vero vitando peccata futura medio proposito in posterum non peccandi, quod præsiat Pœnitentia, et non perfecta justitia : ergo Pœnitentiæ, et non justitiæ commutativæ erit servare jus divinum jam resarcitum illæsum. Probatur hæc .Minor subsumpta : quia propositum non peccandi sequitur ad contritionem, et pertinet ad Pœnitentiam, ut ejus diffinitiones manifeste testantur; quippe spernenda esset ea Pœnitentia, quæ ita detestatur præterita, ut non abhorreret futura ; ideoque ad ejus essentiam pertinet et commissa plangere, et plangenda iterum non committere, ut post Magistrum sententiarum docent communiter Theologi : ergo si ad Pœnitentiam pertinet jus divinum læsum restituere inæqualiter, ejusdem etiam erit sub hac eadem ratione illud restitutum inæqualiter indemne servare, quin interveniat, aut se immisceat justitia commutativa, vel prædictus actus ad ipsam perveniat.

EditDr~ Lugo.

^ua el*am ral*0Qe excludendus est Lugo disp. 2, sect. 4, an. 49, quatenus docet objectum per se primo inspectum a Pœnitentia esse æqualitatem moralem cum Deo. Nam vel illa æqualitas moralis est æqualitas tantummodo proportionalis, quæ proinde deficiat ab absoluta, et perfecta æqualitate? vel est æqualitas arithmetica, et absoluta? si vehi primum, non imus inficias, sed nihil novi affirmat, quod non sit a D. Thoma, et ejus discipulis concessum, et valide firmatum atque ideo immerito ab eis recedere studet. Si vero teneat secundum ; falsitatis convincitur ex fundamento hujus tertiæ assertionis, necnon ex aliis pro secunda expensis.

141. Porro prædictæ evasiones, et aliæ haud dissimiles, quæ ad idem caput reducuntur, facile prosterni possunt, si animadvertamus, hoc quod est servari jus divinum iilæsum, in quo Recentiores lotum robur collocant suarum positionum, stare posse tripliciter; vel universaliter et in tota amplitudine juris divini absque restrictione ad materiam aliquam determinatam. Vel restricte ad hanc, vel illam materiam, utputa raagnificentiæ, Religionis, aut alterius virtutis, quæ sit in parte rationali appetitus; quæ enim pertinent ad partem sensitivam, cum sint moderatrices passionum, eatenus bonum divinum servant, quatenus ab extremis accedunt ad medium a ratione præstitutum ; et ideo ad hanc cathegoriam virtutum, quæ sunt ad alterum, minime perlinent, ut docet D. Thomas loco citato ex 2, 2, quæst. 79, art. 1 ad 1. Vel tandem servare jus divinum illa;sum importat restaurationem illius media destructione offensæ, quocumque modo, vel ex quocumque motivo fuerit inducta, et ea destructa per compensationem, caveantur aliæ offensæ in qualibet materia : quo pacto planum est servare jus divinum illæsum media illius instauratione, et præcautione lapsus in futurum.

Si primo modo accipitur servare jus divinum a recentioribus, male refugiunt ad Pœnitentiam, cum illud sit proprium Charitatis, et aliarum virtutum eam indivulse comitantium : quia proprium est Charitatis cum virtfitibus sibi annexis rectificare tutum hominem, illumque totaliter subjicere Deo : *Esi enim de ralionc Charilalis,* ut docet D. Thomas. 2, 2, quæst. 24, art. 12, *ut sic diligat Deum, quod in omnibus velit ei se subjicere, et præceplorum ejus re~gulam in omnibus sequi. Quidquid enim contrarialur prxceplis ejus, manifeste con·trariatur Charitati.* Et in hoc sensu nihil aliud est servare jus divinum illæsum, quam ei in omnibus obedire, et præcepta omnia adimplere. Quod repertum est in Angelis, in Christo Domino, et in B. Virgine absque vel apparenti recursu ad Pœuitentiam, et absque eodem recursu repertum fuisset in statu justitiæ originalis, si perstitisset.

perstitisset. Quare deferendum est Charitati, et virtutibus ipsi annexis.

Si vero restrictius sumatur juxta secundam acceptionem adhuc non remanet locus Pœnitentiæ, sed competit cuilibet virtuti intra propriam materiam. Quid enim notius, aut evidentius, quam quod Religio exhibendo debitum cultum Deo, servat illæsum jus divinum religiose debitum, et sic de reliquis? Quare quælibet virtus, quæ sit ad alterum, reddendo debitum alteri, ex consequenti servat jus alterius illæsum : non enim lædilur jus, nisi non aliud reddendo ; et consequenter non observatur, aut conservatur, nisi idemmet impendendo, cui debetur. Unde hoc pacto servare jus divinum non est proprium Pœnitentiæ, sed convenit omni, et cuilibet virtuti ex sua specie, et objecto.

Servare autem jus divinum illæsum resarciendo offensam divinam, illamque destruendo cum proposito numquam aliam committendi, pertinet unice ad Pœnitentiam. Sed in hoc interveniunt duo actus, alter contritionis, quo detestamur offensam, alter vero praecautionis peccati futuri, qui importatur in proposito numquam peccandi contritioni annexo. Et quia prius est reparare jus violatum, et postmodum illud restitutum conservare, idcirco primario intendit Pœnitentia compensationem juris divini, et deinceps illius conservationem, declinando a malo in futurum. D.Tbom. Unde dixit D. Thomas 22, quæst. 79, articul. 1 ad 3, *quod facere bonum est aclus completivus justitiæ , el quasi pars principalis ejus. Declinare autem a malo est aclus imperfectus, el secundaria pars ejus, sine quo non potest esse pars formalis completiva.*

Ex quibus haud obscure colligitur Pœnitentiæ primario incumbere jus divinum, resarcire media oblata satisfactione pro illius violatione ; ex consequenti vero illud jam resarcitum conservare vitando in voto peccata futura, seu ab illis, et eorum occasionibus declinando. Atque ideo nec in actu primario, nec in secundario coincidere cum justitia commutativa, sed ex æquo, et adæquate differre, licet servet modum illius, in vi cujus est ejus pars potentialis, ut constat ex secunda conclusione. Quare non debet illi deferri hoc quod est servare jus divinum illæsum ita universaliter, ut prædicti Authores intendunt; sed dumtaxat in sensu explicato juxta quem distinguitur essentialiter turn a justitia, tum ab aliis virtutibus.

?.IV.

An sit idem cum vindicativa? corollarie deductum.

142. Unde inferimus, et ultimo deducimus Pœnitentiam essentialiter, et adæquate differre a justitia vindicativa. In quo contra Scotum, et alumnos conveniunt D. Thomæ discipuli, idque manifeste colligitur ex diversitate finium, et objectorum harum virtutum. Nam Pœnitentia primario tendit in destructionem offensæ divinæ, cujus proinde finis est reconciliatio hominis cum Deo : finis autem, et objectum vindicativæ non est offensæ destructio, sed punitio delinquentis, nec intendit reconciliationem cum parte læsa, quin ab ea præscindit : ergo Pœnitentia non est idem cum justitia vindicativa; sed ab ea essentialiter differt.

Illatio contra Scoium.

Proba-tor 1.

Secunda Proba10·

Secundo probatur ex aliis discriminibus, ex primo tanquam ex radice deductis. Nam vindicativa juxta voluntatem vindicantis non ad arbitrium patientis, taxat poenas pro offensis, quas vel invitus sustinere cogitur; cum tamen Pœnitentia nihil magis exigat a Pœnitente, quam voluntariam vel inflictionem, vel sustinentiam pœnæ. Hinc provenit in Pœnitentia quæri emendationem, et resipiscentiam pœnitentis, quæ fît per spontaneam delinquentis retractationem ; cum tamen id non desideretur in vindicatione, sed solum attenditur ad punitionem malefactoris. Et quia non cuilibet licitura est seipsum vindicare, sed pertinet ad personam publicam, cui est authoritas puniendi malefactores; idcirco actus vindictæ, seu illius executio, non est in persona privata, sed in judice, aut superiori poenas taxante pro qualitate criminum, ex quo capite vel reducitur ad justitiam Legalem, aut commutativam ; vel cum aliqua illarum coincidit. Pro quo in arbore virtutum sæpe allegata § 10, num. 18, observavimus ex Cajet. 22, quæst. 108, peculiare esse hujus virtutis habere duplicem actum, alterum in persona privata, quo intendit propriam vindicationem ab injuria recepta; quam tamen non potest, nec debet propria authorilate arripere ; sed petit vim coativam superioris, a quo exequenda est ultio; esset enim jus alienum usurpare, si unusquisque vellet privata authoritate infligere pœnam. Et ideo licet in offenso sit appetitus vindictæ, in quo stat bonitas intrinseca virtutis, su-

Quid importet justitia vindica-tiva.

perest alius actus externus, quo ipsa virtur consummatur, et perficitur; et hic pertinet ad judicem, cujus authoritate plec-
D.Thom. tendus est reus, quæ est doctrina D. Thomæ ubi supra art. 2 ad 1, ubi ait, *quod punitio peccatorum secundum quod pertinet ad publicam justitiam est actus justitiæ commulativx. Secundum autem quod pertinet ad immunitatem alicujus persona singularis, a qua injuria propulsatur, pertinet ad virtutem vindicationis.* Ubi distinguit actum internum, et proprium personæ particularis ab actu externo judicis, et superioris. Quod etiam docuerat in eadem 2, 2, quæst. 80, art. unie, ad !. Porro ab hoc ultimo actu frequentius denominatur justitia vindicativa, ut loco citato observavimus; atque ideo communiter dicimus eam esse in judice ad propulsandas privatas injurias. In quo etiam sensu Angelicus Præceptor in præsenti art. 3 ad 3, contra ponit Pœnitentiam vindicativæ in eo, *quod illa voluntarie récompensât emendam, et respicit personam peccatoris, sicut justitia vindicativa personam judicis, atque ideo ulraque sub justitia commulaiiva continetur.*

Confir- Assignata vero discrimina nos etiam
assignata docuit S. Doctor infra quæst. 90, art. 2,
discri- in corpore inquiens : *Alio modo fit recom-*
D.Thom. *pensatio offensæ in Pœnitentia, et in vindicaliva justitia. Nam in vindicativa justitia fit recompensatio secundum arbilrium judicis, non secundum voluntatem offendentis, vel offensi. Sed in Pœnilenlia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, el secundum arbitrium Dei, in quem peccatur; quia hic* non *quærilur* iecce rationem a priori differentiæ) *sola redintegratio æqualilalis juslilix (sicut injustitia vindication), sed magis reconciliatio amicitia' quod fit dum offendens récompensai secundum voluntatem ejus, quem offendit.*

sen?cnt Oppositum hujus consectarii in-
Seotas. sinuasse videtur Scotus in 4, dist. 14, quæst. 2, § *Primus articulus,* ubi existimans ex peccato præterito solum relinqui reatum ad pœnam, docet peccatorem ut Dei ministrum ex intentione vindicationis peccati se ipsum punire; postulat enim Deus ut justus judex a peccatore vindictam. Et quia nullam aliam satisfactionem agnoscit in Pœnitentia, quam quæ respondet pœnæ reatui, idcirco totam pœnitendi rationem in vindicativam reducit.

multipli- Hæc tamen Scoti doctrina diminuta est,
citer. et claudicat ex multiplici capite. Tum, quia in peccato ultra malitiam, quæ comitatur actum ex parte elicientis, considerant, et admittunt Theologi injuriam, seu offensam, quæ se teneat ex parte Dei saltem extrinsece, ut præscindainus a modo constituendi offensam : et non bene audit apud illos, qui solum agnoscit reatum ad pœnam, ut constat ex supra dictis de Poenitentia in communi, absolutionis sensum exponendo. Ad offensam vero sequitur reatus ad pœnam, sive æternam, sive temporalem ipsi necessario annexam. Ex quibus vindicativa solum pœnam temporalem convenit propellendam, sive offendens restituatur in amicitiam offensi, sive non, ut bene observavit Magist. Soto in 4, S}.) dist. 14, quæst. 2, art. 3. Cum tamen Pœnitentia quod maxime, et primario intendit, sit reconciliatio cum Deo offenso, et in ejus amicitiam restitutio. Quocirca consultius D. Thomas, ut bene observavit D.Tiaj. Cajet, ad hunc art. 3 consideravit Pœni- üjd. tentiam sub utroque munere, et reconciliantis, et vindictam pro poena sumentis, eique dupicem actum assignat, quorum præcipuus est contra offensam, qua abolita media contritione, et confessione peccati coram Deo (adhuc extra absolutionem Sacramentalem) juxta illud Psal. 31 : *Dili :* p<ai.Σι. *Confitebor injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei.* Minus principaliter descendit ad luendam pœnam temporalem pro reatu adhuc post peccatum remissum permanenti, ut supra dictum est. Unde licet Pœnitentia coincidere videatur cum vindicativa quoad hunc actum satisfaciendi, non tamen quoad primum, in quo penitus ab ea differt. Et quia species virtutis desumitur ab actu primario, et non a secundario, idcirco Pœnitentia est essentialiter diversa a vindicativa.

Tum etiam : quia falsum est hominem poenitendo gerere personam publicam, et ministrum Dei ; quippe ad id exigitur specialis designatio, et delegatio ipsius Dei ordinarii, ut sic dicamus, judicis; de qua non constat ulla authoritate, aut firma ratione. Tum præterea quia justitia non est ejusdem ad seipsum, sed necessario postulat, quod sit ad alterum : in hoc enim nec Pœnitentia, nec vindicativa deficiunt a rigore justitiæ, sed solum in æqualitate sicut Pœnitentia, et in rigore debiti sicut vindicativa. Non ergo stat in eodem ut Dei ministro esse vindicativam ad se ipsum ut peccatorem ; alioqui enim ejusdem ad se ipsum esset justitia stricta, quoad

quoad alietatem a justitia exactam, quod est contra communem doctrinam. Tum denique (et est ratio a priori) quia justitia vindicativa, cum sit appetitus bonæ vindicte, a judico exequendæ, licet ex parte executionis sit in persona publica, ut supra ex Cajetano, et D. Thoma annotavimus, ex parte tamen juris, et intentionis est in persona injuriam passa, non vero in offendente, a quo sumenda est ultio .' non ergo collocari debet in creatura Deum offendente, sed in Deo offenso, in quo est legitimum jus vindictam sumendi a peccatore, juxta illud Pauli ad Rom. 12 : *Non vos defendentes* (vel ut alii vertunt, vindicantes) *Charissimi : scriptum est enim : Mihi vindiciam, et ego retribuam.* Eo vel maxime, quoniam actus punitionis, quo consummatur justitia vindicativa, non est in eodem subjecto, a quo sumitur ultio ; ut constat ex supradictis : sed actus Poenitentiae consummatur in ipso pcenitente : ergo actus Pœnitentiæ non est actus justitiæ vindicativæ.

1«. 13.

Qew-ÜQoÎda' rspoo-Ληο"oï talo.

144. Sed inquires, an saltem Pœnitentia reduci debeat ad vindicativam ? Huic interrogationi respondent Nuno in præsenti dub. 1, conclus. 3, et Prado dub. 4, § 5, affirmative, idque probant ex D. Thoma

luD.nl Thom,

iu argumento *sed contra* hujus articuli 3, necnon in 4, d st. 14, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. i, ubi docet convenire has virtutes in eo, quod constituant medium in offensis, quæ sunt ejus materia; non quidem quasdam retinendo, et quasdam abjiciendo, sed pœnam pro illis debitam proportionando. Similiter in eodem 4, dist. 15, quæst. 1, quæstiunc. 2 docet, nullam partem justitiæ respicere offensam præcedentem, *nisi vindicativam justitiam, quæ æqualilatem constituit in eo, qui justum patitur indifferenter, sive sit patiens idem quod agens, ul quando aliquis sibi ipsi pœnam inferi : sive non sil idem, ul quando judex alium punit, ad ulrumque vindicativa justitia se habenle. Similiter et Pœnitenlia, quæ æqualilatem tantum in faciente importat, quia ipsemel pœnam tenet, ut sic quodammodo Pœnilenlia vindicativæ justitiæ* D.Trom. *species sit.* Hactenus D. Thomas. Ex quibus confici videtur juxta mentem S. Doctoris Pœnitentiam sub vindicativa, ut ejus speciem contineri.

Mode-doctri-π«·

Hæc tamen doctrina, ut ei, quam ex S. Doctore retulimus consonet, grano salis condienda est. Quare censemus non fuisse *de* mente D. Thomæ Pœnitentiam esse *partem* pœnitentialem vindicativæ eo prorsus modo, quo asseritur ab eodem esse partem potentialem justitiæ commutativæ, cujus etiam vindicativa est pars deficiens non ratione æqualitatis, sed ratione stricti debiti ; siquidem offensus non tenetur petere compensationem, sed potest remittere absque injustitia aliqua offensam : quidquid in contrarium dixerit Vasquez in præsenti dub. unie. n. 14; nam petere vindicationem injuriæ non est actus justitiæ, licet ex parte judicis intervenire possit illam reddendo vel distributiva, vel legalis, vel commutative, ut est doctrina D. Thomæ D.Thom. 2, 2, quæst. 80, art. unie, ad 1, et quæst. 108, art. 2. Et ratio est, quam supra nos docuit S. Doctor : quia primarium, ac potissimum Pœnitentiæ munus est satisfacere pro offensa media contritione, et in finem reconciliandi, et denuo amicitiam cum Deo ineundi collimare : in quo quidem actu non apparet, quomodo vindicativæ ut pars potentialis subjiciatur; siquidem ex eodem sancto Doctore constat nihil minus hanc virtutem, quam de reconciliatione curare; sed tota est in puniendo, et applicando pœnam ex præscripto legis. Non ergo sub hac ratione Pœnitentia esse potest pars potentialis justitiæ. Nec etiam est pars ejus potentialis in ratione debiti, in quo excedit vindicativam, siquidem ut ex nuper dictis constat, debitum vindicativæ non est strictum, et legale, ut est debitum Pœnitentiæ.

145. Unde solum superest, quod sub vindicativa contineatur ex ea parte, qua luit pœnam temporalem voluntarie assumptam, vel ut a Deo immissam, vel sponte acceptam, Sed hoc est munus minus principale, et secundarium Pœnitentiæ, ut constat ex supradictis. Et ex hoc capite aliquo modo reducitur ad vindicativam, quatenus eam imitatur voluntarie assumendo poenas, quas a peccatore vel invito extorquere posset judex. Et in hoc sensu, inquit D. Thomas, quod quodammodo est species justitiæ. Quod vero hæc sit mens D. Thomæ liquet ex ipso textu ultimo allegato, qui est difficilior : nam in ea quæstiuncula intendebat probare S. Doctor Pœnitentiam esse justitiam, idque evicit ex eo, quod *justitiæ actus secundum Philosophum est vel sui ad alterum, ut quando aliquis reddit alteri, quod ei debet et lune æqualitas in ipso faciente constituitur. El hoc perlinet ad primum munus Poenitentiæ, quo satisfacit pro offensa el reddit Deo*

Ad qualiter *debeat*

D.Thom.

quod suum est. Vel alterius ad alterum, sicut quando judex facit justitiam inter duos. Et *tunc xqualilas constituitur in injustum passo.* Quod abs dubio congruit vindicativæ. Ut ergo S. Doctor ex utroque capite Pœnitentiam esse justitiam ostenderet, recurrit ad offensam media compensatione satisfaciendam ; et deinceps docuit eandem Pœnitentiam simul luere pœnam ab ipsometpœnitenteassumptam, ex quapartequo iammodo vindictam de se ipso sumit, et vindicativam justitiam exercet ; non quia proprie loquendo sub hoc munere stricta justitia sit, quia ejusdem ad seipsum non est proprie et rigorose justitia, ut est perpetua S. Doctoris doctrina ; sed *quodammodo,* et analogice, quatenus imitatur vindicativæ rationem. Unde concludit discursum, et corpus articuli : *Et proplerea constat, quod satisfactio, qux æqualitatem respectu offensæ prxcedentis facientem importat, opus justitia est. quantum ad illam pariem, qux Poenitentia dicitur.* Et hæc fuit Consequentia intenta a D. Thoma ; non vero quod Pœnitentia sit vera pars, licet potentialis justitiæ vindicativæ, sed dumtaxat *quodammodo,* analogice, et imitative : nam *satisfactio proprie loquendo, dicit actum justitiæ sui ad alterum,* ut ibi asserit ; atque ideo

Est ergo Pœnitentia solum reducibilis quodammodo et minus proprie ad vindicativam. Et in hoc sensu subscribimus S. Doctoris discipulis supra allegatis. Secus vero, si velint tam proprie Pœnitentiam esse partem potentialem vindicativæ, quam sit justitiæ commutativæ. Ad quod asserendum nullum fundamentum reperimus in D. Thoma.

Explicator.

Præterquam quod si Pœnitentia reduceretur proprie loquendo ad vindicativam, vel esset sub ea ratione, sub qua vindicativa reducitur ad commutativam, vel sub alia, in qua convenit cum commutativa. Sub neutra potest reduci proprie loquendo ad vindicativam. Ergo sub nulla ratione proprie loquendo reduci debet Pœnitentia ad justitiam vindicativam. Major, et Consequentia constant, et probatur Minor quia vindicative deficit a commutativa ratione debiti, quod in ea non est strictum ; cum tamen justitia commutativa sit rigorosum, et strictissimum, idque non minus stricte viget in Pœnitentia : ergo cum in hac ratione non deficiat Pœnitentia, nequit reduci ad vindicativam sub hac ratione deficientem a stricta justitia. Nec etiam reduci potest ad vindicativam, ratione aequalitatis in taxando pœnas per commensurationem, et admquationom ad culpas, quas punit; in quo non deficit vindicativa a commutativa, quin coincidit, ut supra dixit D. Thomas : cum tamen in Pœnitentia nulla sit possibilis pœna, quæ adæquelur magnitudini offensæ, vel liquet ex dictis. Relinquitur ergo solum posse nduci ad vindicativam ex ea parte, qua luit pœnam temporalem, cui adigitur homo adhuc post expiationem culpæ, et ablationem offensæ; quod est revocari in vindicativam quoad munus secundarium ipsius Pœnitentiæ, non tamen eo modo, quo Pœnitentia revocatur in justitiam commutativam.

Referuntur adversx sentcntix.

146. Contra primam assertionem indefinite statuentem Pœnitentiam esse justitiam hominis ad Deum nullum reperimus Authorem præter Lugo, qui ut supra retulimus, disp, 2, sect. 1, num. 10, in nullo vero sensu concedendum censet Pœnitentiam esse justitiam, nec proprie dictam , nec ipsi similem, aut dissimilem quoad modum. Cujus fundamenta convulsa sunt inter proponendam, et probandam nostram assertionem, quin opus sit in illis diluendis iterum immorari. Ciré-Bí'β.

Contra secundam, et tertiam sentiunt plures; qui licet conveniant in eo quod Pœnitentia sit vera justitia, dissentiunt in propria specie ei assignanda. Durandus in 4, dist. 14, quæst. 2, num. 6 et 7, censet ex parte actus primarii non differre Pœnitentiam sed eamdem esse virtutem cum justitia commutativa humana, quatenus utrique incumbit servare jus alterius illæsum : quod vero jus illud sit divinum, vel humanum accidentarium, et quid materiale est, modo supra explicato, et convulso. Differt vero ab illa ratione actus secundarii pœnitendi, a quo Pœnitentia denominationem sumpsit. Cui sententiæ suffragari videntur Argentinas in 4, dist. 14, quæst. **I**, art. i et Marsilius ibidem quæst. 20 ad 6." Eam expendit Suarez tom. 1, in 3 p. disp. 19, sect. I et tom. 4, disp. 7, ubi duo etiam munera defert Pœnitentiæ, alterum primarium, quo detestetur offensam Dei, et in quo non splendeat imperfectio : alterum vero minus principale, Afens Durui, Armtius Mirsit Saarei.

palo, quod connoiet peccatum, de quo dolet, fuisse proprium, sed expiandum per emendationem. Et quia hoc non fuit, nec esso potuit in Christo, idcirco Pœnitentia sub hac secundaria, el imperfecta denominatione in ipso non fuit; sed est propria parte creaturæ.

Ar;α-DiS Arguit ergo Durandus pro sua sententia primo : quoniam ad justitiam commutativam perlinet reddere unicuique quod suum est, sive is sit Deus, sive creatura; hæc enim differentia materialis est, dum cuilibet, quod proprium est, tribuatur : ergo ad illam pertinet reddere Deo debitam obedientiam mandatorum, debitum honorem, et debitam satisfactionem pro peccato, quo transgreditur præceptum : sed actus proprius Pœnitentiæ est satisfacere Deo pro peccato : ergo actus proprius Pœnitentiæ est actus proprius justitiæ commutativæ.

Rfjteili-18r' Sed certe hoc argumento plusquam intendit, probavit Durandus. Nam si quia ad justitiam commutativam pertinet reddere unicuique quod suum est, debet eadem justitia præstare debitam obedientiam, debitum honorem, et debitam satisfactionem; conficitur sane nec obedientiam, nec Religionem, nec Pœnitentiam, imo nec cæteras virtutes supernaturales quæ non versantur circa passiones, esse diversas, sed unam, et eamdem sub diversis muneribus; quod est a veritate alienum, et contra communem doctrinam ex diversitate objectorum distinguentem virtutes prædictas; quando quidem aliud est obedire superiori, ut præcipienti; aliud ipsi debitum cultum deferre; et aliud longissime dictans, illi rependere compensationem pro injuria : atque ideo hæc tam dissita officia non sunt unius, et ejusdem virtutis, nisi omnium virtutum distinctionem ad diversitatem munerum redigere velit.

Rursus, hoc suo argumento non magis probavit Durandus Pœnitentiæ identitatem cum justitia commutativa, quam cum Distributiva, et Legali. Quod, patet, quia prædicaium illud *reddendi unicuique quod suum est,* est prædicatum genericum univoce descendens ad justitiæ species perfectas, quales sunt *Distribuliva, Legalis, el commulaliva,* et non est major ratio quare uni, potius quam alteri applicetur nisi determinetur per aliquid aliud ; alias esset arguere a prædicato superiori affirmative ad inferiorem, ut ab animali ad hominem contra ipsas Dialectic® regulas. Ex eo ergo quod sit de ratione justitiæ commutativæ ratione prædicati generic! reddere unicuique, quod ipsi débetur ; non magis probatur Pœnitentiam esse justitiam commutativam, quam Legalem, aut Distributivam, ut considerans facile deprehendet.

Respondetur itaque ex dictis, esse de Solvitur, ratione justitiæ commutativæ reddere ad æqualitatem Arithmeticam quod alteri debitum fuerit. Et quia hanc æqualitatem nequit servare Pœnitentia respectu gravitatis offensæ, quæ est simpliciter infinita; idcirco Pœnitentia non est, aut esse potest vera justitia commututiva. Quia tamen licet non omnimodo æqualem, sed quam potest juxta acceptationem divinam exhibet compensationem, idcirco reducitur ad prædictam justitiam, ut pars ejus potentials.

147. Contra hanc solutionem stare videtur communis objectio. Quoniam illa satisfactio est æqualis arithmetice, quæ tantum placet offenso, quantum displicuit injuria, quæque tantum reddit, quantum abstulit : sed hanc satisfactionem impendit pœnitens media contritione : ergo in Pœnitentia exhibetur Deo æqualis, et arithmetica satisfactio. Cætera constant præter Minorem quæ facile suadetur : quia tanta est bonitas actus contritionis, quanta fuit malitia peccati; alias constituitur in Deo ratio ultimi finis, qua spoliatus fuerat peccato : Ergo offertur Deo per Pœnitentiam, quod ipsi peccando fuerat ablatum, et tantum placere debet in contritione, quantum ei displicuerat malitia peccati. Replicatur.

Huic tamen objectioni, cui plus justo detulit Vasquez, ut vidimus, et expendimus tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 5, § 5 et 6, quæ recoli debent, facile respondetur distinguendo in peccato rationem malitiæ, quæ se tenet ex parte peccatoris, a ratione offensæ passivæ, et formalis, quæ est in Deo, quas distinguendas, et longe diversæ rationis esse, constat ex dictis ubi nuper dub. 2, et sequentibus. Hæc distinctione supposita, si consideretur actus contriiionis secundum tendentiam ad objectum immediatum, et bonitatem moralem ab eo decerptam, æquivalet militiæ formali actus peccaminosi, et aliquando potest excedere, ut si actus peccaminosus fuerit in materia temperantiæ, aut alterius infimæ virtutis, quo in casu actus Charitatis, et contritionis inter se annexi abs dubio superant in bonitate peccatum intemperanti®. Atque ideo si res hinc mensuranda foret, nedum ad æqualitatem, sed superabundan- Omisso Vazquez traditur solutio.

ter homo posset sub auxiliis divin® gratiæ offensam compensare. Sed longe aliter res se habet, quia ratio illa malitiæ cum sit malum ipsiusmet hominis peccantis, non petit satisfactionem, quæ essentialiter est ad alterum : nec contritio ut bona bonitate morali ipsi comparatur, nisi per ordinem ad regulas morum, quo pacto nedum adæquat, sed superexcedit malitiam intemperanti», ut videtur perspicuum. Quare si apud Vasquez legitima illatio est ab actu contritionis ad actum peccaminosum. ut ille pro isto sit perfecta satisfactio, et ad æqualitatemut docuisse vidimus loco nuper citato § 6, pariter inferre posset, et deberet esse satisfactionem superabundantem, seu superexcedentem : quod non multum consulit, sed satis derogat Christi satisfactioni, ut est communis doctrina Theologorum.

Id quod fiet magis prespicuum, si animadvertatur ideo apud Vasquez hominem non satisfacere perfecte, quia carentiam omnium auxiliorum, quam homo demeruit peccando, nequit prenitendo exæquare : nam ad Pœnitentiam prærequiritur auxilium gratis a Deo collatum, quod proinde nec sub merito, nec sub satisfactione cadit. Quæ quidem ratio in Christo suo modo militat ; siquidem homo peccando demeruit carentiam Incarnationis, quam Christus meruit, nec in ejus sententia pro ea satisfacere potuit. Quod tamen non obstat, ut Christi satisfactio fuerit ex toto rigore justitiæ, imo et superabundans, ut est communior Doctorum sententia, quam secuti sumus ubi supra disp. citata per plura dubia. Quod ergo homo nequeat satisfacere pro carentia auxiliorum prærequisitorum ad satisfactionem ; non oberit, quominus ejus satisfactio pro peccato sit æqualis, et superabundans, si fieri debeat comparatio inter actum contritionis, et actum peccati per bonitatem, et malitiam formalem desumptam praecise ex objectis ut subditis regulis morum. In qua comparatione manifestum est actum Charitatis, seu contritionis in bonitate præstare, quam in malitia actus intemperanti® valeat : idem quippe excessus, qui est actus Charitatis ad actum temperantiæ, per ordinem aJ regulas morum, versatur inter actum ipsum Charitatis, et actum intemperanti» sub eodem respectu.

Quid supra malitiam importet peccatum.

Verum quia in actu peccaminoso ultra formalem malitiam, importatur injuria, et offensa Dei, qua, non ccmmensuratur ipsi actui, sed subjecto, vel quasi objecto, quod moraliter afficit, et formæ, qua privat, unde evadit simpliciter infinita in æstimatione prudentum, ut lato statuimus loco citato : idcirco si fiat comparatio actus contritionis ad prædictam offensam, non illam adæquat, nec tantum præstat, quantum ipsa est in æstimatione morali. Et ratio est perspicua : quoniam actus contritionis non alium valorem intrinsecum habet in ratione satisfactionis, quam illum, quem accipit a gratia et persona grata; hic vero cum ex utroque capite sit intrinsece, et in omnium prudentum æstimalione finitus, nequit ad æqualitatem exhaurire totam gravitatem infinitæ offensæ. Cum vero Pœnitentia non aliam aut majorem, aut meliorem queat exhibere satisfactionem, quam præstitam media contritione; fit palam hac quantumvis intentissima non posse condigne, et ad æqualitatem satisfacere pro offensa ; sed solum geometrice, seu æqualitate proportionis; atque ideo nequit pertingere ad perfectam rationem justitiæ commutativæ importantis æqualitatem arithmeticam, sed est pars potentialis illius, ut recte asseruit D. Thomas.

148. Sed urgebis, et sit secundum argumentum pro sententia Durandi. Nam ab eadem virtute procedit satisfactio nos-mesiu, tra, a qua ortum duxit satisfactio Christi. Constat autem satisfactionem Christi fuisse actum justitiæ commutativæ, non alterius, sed ejusdem rationis cum nostra justitia, ut asseruimus loco citato de Incarnat, dub. 9, S 3. Ergo satisfactio nostra est actus proprius justitiæ commutativæ subindeque a Pœnitentia indistinct®.

Nec prodest recursus ad inæqualitatem satisfactionis, quam per se importat nostra Poenitentia, quamque excludit satisfactio Christi, ut inde negetur Major præjacti syllogismi. Nam contra instat Suarez insut tom. 1, in 3 p. disp. 4, sect. 5, § *Nihilo- p〈* *minis lamen* : quoniam virtutes morales non tam respiciunt effectum, quam affectum ; quocirca in paupere constituitur magnificentiæ virtus in ordine ad magnificos sumptus, quos si posset, et non esset opibus destitutus, prompte exerceret : per hoc ergo quod homo nequeat reddere Deo æqualem satisfactionem, dummodo ei insit effectus eam exhibendi, non tollitur ab ipso ratio justitiæ commutativæ, quæ sit ejusdem rationis, cum justitia illa, ex qua Christus satisfecit.

Et

ialrai Et eonfirmalur urgentius ex D. Thoma supra quæst. 7, art. 2 ad 2, ubi docet 8. Doctor easdem virtutes, quæ sunt in aliis justis, fuisse etiam in Christo, licet iu eo habuerint clevatiorem modum ipsi proprium; secundum quem inveniri non possunt iu puris hominibus. Verba D.Ttoa- D. Thomæ sunt : *Ad secundum dicendum, quod habitus ille heroicus, vel divinus, non differt a virtute communiter dicta, nisi secundum perfectiorem modum, in quantum scilicet, aliquis est dispositus ad bonum quoddam alliori modo, quam communiter omnibus competat. Unde per hoc non ostenditur quod Christus non habuerit virtutes, sed quod habuerit eas perfectissime ultra communem modum.* Ex quibus verbis confirmari, et urgeri potest impugnatio Suarez sub hac forma : Nam juxta D. Thomam, unitas specifica virtutum non excludit, quin admittit diversitatem in medio; ideoque licet in Christo fuerint virtutes elevation modo, quam e$se possint in pura creatura; non idcirco differunt essentialiter a virtutibus, quæ communiter reperiuntur in justis : ergo cum satisfactio Christi, et nostra solum differant in modo majoris, vel minoris perfectionis, consequens esse videtur Poenitentiam nostram ejusdem esse rationis cum perfecta justitia Christi.

Confirm, dterior. Quod adhuc urgeri, et ulterius instari potest exemplo Religionis, hæc enim in Christo exhibuit Deo cultum infinitæ æstimabilitatis; cum tamen in nobis non impendat nisi cultum limitatum, et finitum. Sed Religio Christi fuit ejusdem rationis cum nostra : ergo etiam satisfactio Probatur hæc Consequentia ex præmissis. Nam tota ratio distinguendi satisfactionem nostram a satisfactione Christi, et diversas virtutes pro illis constituendi est limitatio, et inæqualitas unius, et infinitas, ac æqualitas alterius in materia justitiæ. Sed hæc eadem æqualitas, et inæqualitas, finitas, et infinitas reperitur in Christi religione, et nostra in materia justitiæ, quin intercedat essentialis distinctio Religionis Christi a Religione, quæ communiter est in aliis justis. Ergo quod satisfactio Christi sit æqualis, et infinita; satisfactio vero nostra inæqualis, et finita; non infert distinctionem essentialem Pœnitentiæ a justitia commutativa Christi. Vel si illam infert, pariter evincet virtutem Religionis, qua Deum Christus ut homo coluit, esse alterius rationis a virtute Religionis puræ creaturæ.

149. Respondetur ad argumentum negando Majorem : quia cum de ratione justitiæ sit æqualitas, eo ipso quod Christus perse, et ab intrinseco, non possit non ad æqualitatem satisfacere, nequit non ipsi perfecta justitia attribui; et e converso eo ipso quod pura creatura ab intrinseco non valeat nisi in æqualem satisfactionem pro offensa gravi impendere, necessarium est asserere solam justitiam imperfectam, et potentialem ei competere, ut manifestant, quæ supra contra Lugonem ex D. Thoma opposuimus. Non enim se habent de materiali ad justitiam æqualitas, aut inæqualitas ab intrinseco, et essentialiter importatæ; alioqui nulla esset imperfecta, et potentialis justitia, sed omnes essent partes illius subjcctivæ, quod non solum est contra communem Theologorum, et Philosophorum sententiam, sed etiam contra ipsos Authores, quibuscum disputamus, ut constat ex ipsomet Durando in Durand. 2, dist. 27, quæst. 2, n. 12, ubi docuit justum simpliciter Deo reddi non posse, unde in 3 dist. 9, quæst. 1, n. 10, statuit Latriam non esse simpliciter, sed secundum quid justitiam apud Deum. Et hæc est ratio negandi Majorem primi syllogismi, quam non evincit probatio inducta ex Suarez; quæ nimium probat, si ut sonat intelligenda foret, ut eam retorquendo constabit. Porro si in virtutibus moralibus non tam attendi debet effectus, quam affectus, et hoc est absolute, et simpliciter verum nulla limitatione apposita; nulla erit ratio, quare in Angelis non constituamus ex parte affectus castita'em, temperantiam, et alias similes virtutes, quantumvis illis deficiat materia circa quam : imo posset eadem ratione illis attribui satisfactio ex parte affectus, dolor, et contritio; quod est inauditum, et minus Theologicum. Quamvis ergo ad virtutem concurrat, et principalius rectitudo affectus; requirit tamen ulterius possibilitatem objecti, et materiæ circa quam versatur virtus. Unde quoties hæc est ab intrinseco, et essentialiter impossibilis; occluditur illi aditus; secus vero, quando per accidens, et ex aliqua suppositione deficit : tunc enim non ideo deficit, aut repugnat affectus, quo se exerat in actus inefficaces ut minimum circa materiam illius virtutis.

Respondetur.

Quæ est doctrina D. Thomæ quæst. de spe, quæ habetur inter Disputatas art. 4, ubi Suarii objectionem sibi ipsi opposuit D.Tbom.

sub his verbis : *Aclus virtutis videtur esse* non *solum facere, sed velle facere, quod perlinet ad virtutem. quando facultas adest; sed eliam velle facere, si facultas adesset. Actus enim justitiae est velle reddere pecuniam debitam, eliam si quis eam non possit habere. Sed sancti qui sunt in patria, sic sunt dispositi, quod vellent beatitudinem expectore, eliam si eam non haberent : ergo est in eis actus spei.* Diluit vero eam S. Doctor inquiens : .-id *undecimum dicendum, quod objectum alicujus virtutis potest esse dupliciler : uno modo cum possibilitate habendi, tt sic eliam objeclo non habilo potest esse actus virtutis, et virtus super hac conditione, si facultas adesset. Alio modo cum impossibilitate habendi : el sic nec habitus, nec actus manet ; frustra enim maneret. Et hoc modo tollitur objectum spei in patria, quia numquam de exiero erit possibile beatitudinem esse possibilem.* Qua generali regula maxime observanda pro hac, et aliis materiis, convulsa manet objectio præsens, et detegitur vera ratio denegandi homini puro ad Deum strictam justitiam commutativam, utpote cui ab intrinseco, et essentialiter repugnat æqualis compensatio media Pœnitentia, Est vero efficax motivum adslruendi in paupere virtutem magnificentiæ (ut sic ad exemplum objectionis respondeamus), nam D.Thom. ut inquit S. Doctor 1, 2, quæst. 67, art. 5 ad 3, *ille, qui amittit pecuniam, non amittit possibilitatem habendi pecuniam ; et ideo convenienter remanet habitus liberalilalis. Sed in statu gloriae non solum tollilur objectum fidei quod est non visum, sed eliam secundum possibilitatem propter bealiludinis stabilitatem.* Unde liquet, quantum intersit ad adstruendam, vel relegandam aliquam virtutem possibilitas absoluta objecti, seu materiæ, vel impossibilitas. Quocirca tam repugnasse Christo virtutem Pœnitentiæ ob impossibilitatem peccandi, quam non posse esse in pura creatura justitiam commutativam ad Deum ob impossibilitatem æqualiter satisfaciendi affirmamus fulciri discursu D. Thomæ, quo utriusque repugnantia monstratur. Cumque cohæret stare virtutem in aliquo, quin quoad effectum stet materia circa quam illius, quando impossibilitas est accidentalis, et secundum quid, quo pacto stat in paupere magnanimitas, et idem de qualibet alia virtute dicendum, quantumvis deficiat materia circa quam illius virtutis, quoties defectus est accidentalis.

150. Sed objicies. Nam reduplicato statu paupertatis, et facta illius suppositione, non minus repugnat pauperi sumptus magnificentia, quam repugnet beato reduplicato statu objectum spoi, aut etiam fidei : sed quia supposito statu beatitudinis, repugnat beatis objectum spei, aut etiam fidei, ab illis amandavit D. Thomas tam fidem, quam spem : ergo si reduplicato statu paupertatis, non est possibilis materia circa quam liberalitatis, nec etiam erit possibilis virtus : vel e converso, si hæc est pauperi possibilis, et de facto ei concedatur; non erit ratio denegandi creatur» justitiam perfectam, quantumvis illi repugnet æqualis satisfactio. 0ii>. i».

Sed hæc objectio debilis est, et nihil Bejnprobat ; alias reduplicato statu infirmitatis infirmus nec posset in sanitatem ut in finem intentum collimare, nec pauper divitias comparare, quod est manifest® experientiae contrarium. Stat ergo disparitas clare in eo, quod status paupertatis nec est vere status, utpote non importans permanendam, nec est per se conveniens, sed solum accidentaliter hominibus, et magis attinet ad conditionem individualem hujus, aut alterius hominis, quam ad naturam humanam ; et consequenter adhuc homine constituto in statu paupertatis, potest imo et aliquando tenebitur, divitias comparare, sicut et infirmus procurare salutem. Status vero Beatitudinis importat permanendam, et-stabilitatem nunquam defuturam, estque ultima hominis perfectio, a qua in afiectu decidere non cadit sub recta ratione, nec sub appetitu illi conformi. Unde non stat in Beatis, qui sunt omnino impeccabiles, appetitus Deum aut non videndi, aut possidendi, sed totaliter manet exclusus : et cum alias Deum videre, et non videre, ipso frui impücet contradictionem, si accipiantur pro eadem duratione : manifestum est, non rcmafiere in Beatis aut fidem, aut spem. In divite autem stat affectus ad paupertatem, et e converso vero in pauperibus divitiarum fames, ut experientia testatur, nec inordinata ut in plurimum, cujus rei in unam, et alteram partem plura suppetunt exempla, consulto omissa. Quod signum est non ita opponi statum paupertatis cum divitiis, sicut status vi® cum statu patriæ ; et consequenter illa reduplicatio non tenet. Et quidquid sit de illa, nihil ad rem nostram conficere, manifestissimum est ; nam impotentia intrinseca satisfaciendi ad æqualitatem, quæ convenit

convenit puræ crealuræ ita intrinseca, el essentialis ipsi est, ut ab ea non sit denudabilis in ullo statu, manente eodem supposito. Quare non magis potest homo in affectu habere potentiam oppositam, quam viribus naturæ visionem beatilicam, aut unionem hypostaticam, ad quam adhuc ex viribus gratiæ nulla dabilis est unius in pura creatura.

151. Hinc ad primam confirmationem principalem respondetur ita esse, quod tniiur. virtutes existcntes in Christo non differunt essentialiter a virtutibus aliorum justorum : et hac ducti ratione loco in argumento statuimus justitiam commutativam Christi, qui pro nobis satisfecit ejusdem rationis fuisse cum nostra; non enim agnoscimus virtutem aliquam specialem, quæ sit ordinis hypostatici in solidum : quia cum una et eadem gratia habitualis (adinstar naturæ respectu proprietatum) constituatur in Christo, radix omnium virtutum absque distinctione ulla adhuc modali, quæ sit propria ordinis hypostatici ; ut ex professo ostendimus ubi supra disp. 13, dub. 1, § 3, omnes virtutes, quæ in ipso extitere, ejusdem rationis esse debent cum virtutibus nostris, sola constituta differentia ex parte intentionis, et extensionis ad plura, ad quæ in nobis non pertingunt. Cæterum hic modus majoris, vel intentionis, vel extensionis licet supponat ordinem hypostaticum, non tamen ab illo dimanat, aut est ipsi ita proprius, ut de potentia absoluta non possit etiam'in pura creatura inveniri. Non etiam refundit distinctionem specificam, ut de virtutibus he- D.Tbom roicis, seu purgati animi docuit D. Thomas 1, 2, quæst. 61, art. 5, et nos ex ipso tract, de Virt. in annot. ad prædictum articulum. Quam esse doctrinam D. Thomæ loco in argumento relato manifestum est. Sed ex hoc principio debile sumitur argumentum ad præsens, quia æqualis, et inæqualis injustitia non est modus, qui ex parte virtutis se teneat, ut quid ipsi adjacens, quod est de ratione modi; sed constituit intrinsece rationem ipsam justitiæ, eamque ex consequenti substantialiter variat : quia licet interdum virtus ipsa non reddat æquale, ut constat in solutione pecuniæ, aut alterius rei divisibilis ; hoc est per accidens defectu materiæ, quæ absolute, et ex terminis non repugnat. At vero quoties virtus ita reddit debitum ut ei ab intrinseco, et essentialiter repugnet æqualitas, nequit non illa vinus sub inæquali- lale procedere, atque ideo deficere ab æquaîitaie, non utcumque, sed essentialiter, ex ipso modo tendendi in proprium objectum ; et hoc pacto se habet Pœnitentia ad offensam, non enim illam respicit essentialiter, nisi ut inæqualiter compensandam. Juxta quam doctrinam explicatis præmissis syllogismi, neganda est Consequentia. Nam ut inquit D. Thomas 1,2, D.Thom. quæst. 18, art. 5 : *Considerandum est, quod aliqua differentia objecti facit differentiam speciei in actibus, secundum quod referuntur ad unum principium activum, quod non facit differentiam in actibus, secundum quod referuntur ad aliud principium activum : quia nihil quod est per accidens, constituit speciem sed solum quod est perse.* Et quia inæqualitas, quæ est per accidens respectu justitiæ hominis ad hominem, est per se, et essentialis respectu justitiæ hominis ad Deum, ab ea nostra Pœnitentia sortitur speciem, evaditque pars potentialis justitiæ commutativæ.

Secunda confirmatio petit, ut explica- Snjperfi vimus, qualiter cohæreat in Christo virtus /Py/ Religionis quæ est potentialis justitiæ, ab rum ea deficiens ratione inæqualitatis; cum soIutio tamen non fuerit in eo locus imperfectæ, et potential! satisfactioni. Et quidem si res superficialiter foret decidenda, facile esset assignare disparitatem ex eo ipso, quod supponit arguens, nimirum in Christo fuisse virtutem Religionis ejusdem rationis cum nostra : non tamen fuit, aut esse potuit justitia imperfecta in ratione satisfactionis pro culpa, seu offensa : siquidem ejus satisfactio nequivit non esse ad æqualitatem, et consequenter non potuit non evadere in ratione justitiæ condigna. Et quia Pœnitentia nostra essentialiter est icæqualis, quæ inæqualitas se habet de formali ad justitiam hominis ad Deum, ut constat ex nuper dictis ; idcirco Pœnitentia nostra est diværsæ rationis a justitia Christi. In Religione vero, ut supponit arguens, non militat hæc ratio/ siquidem concedit eamdem specifice fuisse virtutem Religionis in Christo, ac in cæteris justis. Quod est signum non bene duci argumentum ex una ad aliam, atque ideo nullam esse Consequentiam. Qua solutione aliquos vidimus ab hac difficultate se facile expedire.

152. Verum hac disparitate attentius instao- considerata, et introspecta, adhuc non quiescit animus, sed pungit inquirendi ra- tas. tio, quare ex una parte virtus Religionis

in Christo sit pars potentialis, deficialque a rigore justitiæ et ratione inæqualitaiis, quantumvis æqualem debitum Deo cultum exhibeat; et ex alia non etiam sit ipsi eadem virlus. qua satisfecit pro nobis cum ea, qua nos satisfacimus; non enim satisfecit pro alio debito , quam quoi a a nobis contractum est peccando, nec consequenter alia virtute, quam ea, qua nobis satisfacere incumbit. Constat autem hanc non esse aliam, nisi Pœnitentiam, cujus incapax fuit Christus Dominus, ut supponimus ex communi doctrina Theologorum, quam late expendimus tract, de Incarnat. disp. i4 dub. ultimo: ergo cum Christus satisfecerit pro nobis ex justitia commutativa perfecta, ex eadem justitia procedet nostra satisfactio, licet per accidens, ex parte subjecti non importet æqualitatem cum offensa.

Urgetor. urgetur eadem inquirendi ratio : quia si puræ creaturæ suppeteret æqualitas cum offensa, abs dubio satisfaceret ex eadem virtute justitiæ commutauvæ, ex qua Christus obtulit suam satisfactionem pro offensis; est quippe commutatio in offensis, sicut et in beneficiis, ut inquit D. Thomas in hoc art. 3 ad 3. Sed Christus pro beneficiis ex eadem virtute Religionis ejusdem rationis cum nostra, reddidit cultum Deo, licet stet diversitas in inæqualitate ; quia cultus Christi fuit ad æqualitatem cum debito; cultus vero noster, quantumvis maximus semper est inæqualis. Quare ergo stante eadem prorsus æqualitate ex parte Christi ad satisfaciendum, et inæqualitate nostra ad compensandum, non erit ejusdem rationis cum nostra virtus, ex qua Christus satisfecit.

Præcla· ditor effugium. Nec momenti erit, si recurratur ad incapacitatem Pœnitentiæ in Christo ob impossibilitatem peccandi, cum qua non cohæret Pœnitentia, utpote respiciens essentialiter proprium peccatum ut possibile. Non, inquam, momenti est hoc effugium, quod facile occludit Durandus, dicens neutiquam esse in Christo virtutem Pœnitentiæ sub hac expressione, bene tamen sub expressione justitiæ commutativæ : quia denominatio Pœnitentiæ connotât peccatum proprium, quod Christo repugnat. Et hoc supposito urget, eandem esse virtutem, qua Christus satisfecit pro nobis, cum Pœnitentia nostra, quidquid sit de denominationibus, de quibus haud inultum curandum est. Sicut ejusdem rationis fuit, et ab eadem specie virtute processit cullus religionis Christi, et cultus puræ creatura?. I

Nec iterum proderit dicere Pœnitentiam esse partem potentialem, atque ideo essentialiter diversam a justitia commutativa Christi. Tum quia eo concesso, adhuc superest reddenda ratio, quare virlus religionis, æqualem cultum reddendo, sit pars potentialis adhuc in Christo sicut in nobis, qui deficimus in cultu Dei. Unde constat non esse Christum incapacem partis potentialis justitiæ. Tum et maxime, quia hoc est peiere principium : nam qui contendit virtutem, ex qua Christus satisfecit, esse ejusdem rationis cum nostra Pœnitentia, aut e converso, non ex hoc intendit derogare satisfactioni Christi, quam fuisse ei justitia commutativa perfecta cum communi Theologorum supponit; sed quodsuo argumento extorquere sibi videtur, est Pcenitentiam nostram non esse partem potentialem justitiæ, sed ipsammet justitiam commutativam ; quare non est recursus ad praedictam solutionem, quin committatur vitium petitionis principii. Unde ad exactam confirmationis enodationem duo exigi videntur; alteram est ostendere quare justitia nostra erga Deum sit diversa a justitia Christi, stante eadem virtute Religionis in Christo, et in nobis : aliud vero, in quo opus et labor est, cur inæqualitas nostræ satisfactionis inferat diversam virtutem ab ea, qua Christus satisfecit pro nobis; non tamen inæqualitas cultus Deo exhibiti a pura creatura arguat distinctam essentialiter virtutem Religionis a virtute Religionis Christi, qua cultus Deo debitus æqualiter fuit impensus. Non enim operaliones Christi minus infinitæ fuerunt in ratione cultus, quam ratione satisfactionis, ut liquet, atque ideo sub utraque ratione importat condignam debiti compensationem, subindeque fundant strictam, et perfectam justitiam. Unde assignari debet disparitatis ratio, qua quiescat intellectus.

153. Ut hos scopulos dissipemus, et verum discrimen in solutione indicatum statuamus, supponendum est, non ideo excludi a Christo Pœnitentiam , quia pars potentialis ea utcumque sit, sed quia ipse fuit omnino impeccabilis, atque ideo incapax contritionis. Et ratio est clara (præter exemplum Religionis) in ipsa virtute obedientiæ, quam esse partem potentialem statuimus in arb. virt. §9, n. 79, et fuisse in Christo Domino est fere certum, ut collinunt Theologi, maxime Thomistæ, ex illo

Qiîi S3?f^ DÎWI3 pro enihth objee-ti/Qe.

illo ad Philipp. 2 : *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Non ergo repugnavit in Christo Pœnitentia ex conceptu partis potentialis praeciso ; alioqui nulla fuisset in ipso virtus potentialis, quod est falsum; sed ex assignato capite impossibilitatis peccandi.

FmLlm- Secundo præmiltendum est in ipsa Religionis essentia intime includi subordiuationem, et servitutem ad Deum, adeo ut si servitus auferretur, per locum ab intrinseco avelleretur religio. Et ratio est, quam tradit D. Thomas 2, 2, quæst. 81, art. 1 ad 3, his verbis : *Dicendum quod cum servus dicatur ad dominum, necesse est, quod ubi est propria, et specialis ratio dominii, ibi est propria, el specialis ratio servitutis, Manifestum est autem quod dominium convenit Deo secundum propriam, et singularem quamdam rationem : quia scilicet ipse omnia fecit, el quia summum in omnibus rebus oblinet principatum, et ideo specialis ratio servitutis ei debetur. El talis servitus nomine Lalriæ designatur apud Græcos,* Apud quos, teste eodem S. Doctore solut. D- Aa- ad 4 ejusdem articuli, (ut patet per August. 10, de Civit. Dei cap. 1 et 5) specialis cultus Deo debitus *Eusebia* vel *Theosebia* dicebatur. Hinc est, quod *Lalria* (verba sunt S. Doctoris in 3, dist. 9, quæst. 1, art. 3, quæstiunc. 1, in corpore) *profitetur servitutem, quam debemus Deo, quia fecit nos. Unde debetur sibi Lalria, in quantum creator, secundum quod ipse est finis, el origo nostri esse. El hoc est, quod dicit Glossa super illud Psal.* 7 : *Domine Deus meus, in te speravi. Deus per creationem, cui lalria debetur; cl quia ipse creator est, in quantum bonus, sapiens, el potens, el secundum omnia hujusmodi, ideo ratione omnium debetur sibi lalria, et non secundum unum tantum.* Porro servitus ista, quam importat Religio, non est legalis, quæ vilem inducat conditionem in eam habente; sed est pure naturalis, secundum quam quælibet rationalis natura jure ipso creationis, et inferioritatis adstringitur Dei famulatui, ipsique in omnibus obedientiam præbere tenetur : et ideo supponit ex parte ipsius Dei auctoritatem faciendi ac disponendi de illa quidquid voluerit, quando, et quomodo libuerit juxta praescriptum suæ voluntatis. Et ab hac quidem servitutis ratione, subindeque onere Deum ex religions colendi nulla est, aut esse potest immunitas in creatura rationali; quin imo quo pluribus, et insignioribue beneficiis fuerit a Deo cumulata, eo plus tenebitur ad gratiarum actionem, et cultum . Quocirca docent communiter SS. PP. et cum illis Theologi Christum, ut hominem fuisse servum servitute naturali, eo quidem intimiori, quo intimior fuit Christi humanitas verbi. De quo specialem instituimus sermonem tract. 21, de Incarnat, disp. 29, quæ est de servitute Christi, et omnino videnda.

154. Quo manifestum fit virtutem Re- Con.celigionis sive in nobis, sive etiam in Christo semper respicere cultum Dei sub ratione servitutis, inferioritatis, et subjectionis ad Deum ut ad supremum dominum, a quo in esse entis infinite distat : quidquid sit de æqualitate personæ in Christo, quæ non tollit, quin auget prædictam servitutem, et onus cultum impendendi ex parte humanitatis, seu quod idem est, in eodemmet Christo ut homine. Et quia inter illos, quorum unum est sub potestate alterius, sicut servus sub domino, filius sub patre, uxor sub viro, non est justum simpliciter, sed secundum quid, ut pluries nos docuit D. Thomas, et ratio ipsa convincit; palam conficitur virtutem Religionis adhuc in Christo procedere ad cultum exhibendum sub servitute naturali, subindeque tantum sub ratione justi secundum quid, atque ideo ut pars potentialis, et eo quidem strictius, quo cumulatior invenitur Dei beneficiis humanitati erogatis. Qua etiam ratione maxime splenduit in Christo ut homine obedientia, qua præceptum superioris implendum est, et donum timoris, quo Deum reveremur, et ipsi subjectionem reverentialem praestamus, quippe omnes hæ virtutes respiciunt, et connotant ex parte Dei excellentiam, et ex parte humanitatis, quæcumque illa sit, pusillitatem, subjectionem, et inferioritatem ad Deum atque ideo ab intrinseco postulant sub inæqualitate, et excessu procedere, sive in Christo, sive in nobis ; quidquid sit de persona, cujus æqualitas cum Deo in natura divina non aufert, quin commendat, et demonstrat inæqualitatem ratione naturæ humanæ, juxta illud symboli : *xqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Et cum divina excellentia coalescat ex cunctis divinis perfectionibus indivisibiliter, fit in esse objecti, et termini connotationis esse omnino formaliter eamdem ; consequenterque unam in specie virtutem esse Religionem nostram

cum Religione Christi; licet quoad modum longe excellentior fuerit in Christo ut supra nos docuit D. Thomas. Unde manet extricatum, et expeditum, quod maxime inter replicandum nobis obtrudebatur.

Justitia Christi rt nostra difiene debeat.

Facilioris expeditionis est declarare alteram partem, qua extorqueri videbatur eamdem esse virtutem Pœnitentiæ cum justitia Christi. Nam, ut ex dictis proxime et ex toto hoc dubio expensis satis liquet, cum satisfactio præcipue crescat ad augmentum personæ satisfacientis, ut adhuc in humanis liquet; et Christus ut satisfaciens sit infimtæ dignitatis, clarissimum est ejus satisfactionem adæquare gravitatem oflensæ infinitæ; atque proinde non posse non sub æqualitale procedere, et consequenter ex justitia commutaliva. E contra vero, quia Pœnitentia non est nisi personæ infinitæ, ei longe inferioris ad gravitatem offensæ; recte concluditur eam esse justitiam ab intrinseco deficientem, et potentialem. Et hujus adhuc major ratio est: quia nec Christus ut faciens, nec homo ut pœnitens respiciunt Deum formalissime sub ratione supremi domini, aut primi, et universalis omnium rerum principii, quo pacto dumtaxat terminat cultum Religionis; sed tantummodo sub ratione offensi, et injuriam passi, quæ est accidentalis, et extranea ratio ipsi Deo ut est supremus dominus. Quia vero respectu illius injuriæ Christus æqualiter ab intrinseco se habet; pœnitens vero, quantumvis conetur semper maneat inæqualis offensæ infinitæ; propterea Christi justitia est essentialiter quoad satisfaciendum perfecta; justitia vero hominis potentialis, et inadæquata.

or explicatio.

Id quod adhuc in humanis urgeri, et explicari potest. Nam licet filius sub ratione filii nec patri, nec patriæ tantum ex pietate deferre valeat, quod non amplius debeat, ideoque Pietas ut virtus est pars potentialis justitiæ; tamen sive patri, sive patriæ ad æqualitatem satisfacere potest ob debitum ex contractu oneroso, vel ex commutatione ortum. Et idem est de subdito respectu Principis: et huc non ob aliam rationem nisi quia altioris, et satis diversae rationis est debitum contractum ex ipsa generatione naturali, aut legitima, et intrinseca subjectione ad Principem, quippe quod fundatur in ipso esse naturali a patre participato, aut subjectione itidem naturali ad Regem, licet introducta aliunde; et aliud debitum proveniens ex contractu particulari, utputa emptionis, vel etiam commutationis, ad quem reduxit D. Thomas, et reducunt omnes, compensationem pro injuriis. Quocirca duplex in filio distinguenda est virtus; altera Pietas, quo Patri qua Pater est, consulat, ipsique cultum, et honorem tribuat, et hæc semper est deficiens, et potentialis: alia vero justitiæ perfect®, quo valeat commutare cum patre, et alios contractus inire quasi cum alia persona particulari; et respectu hujus de materiali, et quasi non esset, se habet superioritas patris, quam per se Pietas respiciebat. Et in vi hujus optime queil patri compensationem facere aequalem, nedum pro debito proprio, sed etiam pro alieno. Sic etiam Christus ut homo qua filius naturalis Dei ex parte humanitatis, secundum quam est minor Patre, capax fuit colendi Deum, quem sub hac ratione ut Dominum respiciebat, in protestationem divinae excellentiæ, et infinitæ superioritatis ad omnem naturam creatam, et creabilem: quo pacto splendet inæqualitas, et inferioritas in humanitate. Et quia 'fidei jussore se ipsum constituit pro alienis debilis, ex justitia perfecta pro illis satisfactionem exhibuit; atque ideo non pugnant, quin consonant, et cohærent in ipso virtus Religionis ejusdem rationis cum nostra, et justitia perfecta divers® speciei a Pœnitentia nostra.

155. Secunda sententia eidem secundæ assertioni adversa tenet Pœnitentiam pertinere ad justitiam distributivam, penitus exclusa commutaliva. Ita docuit Gabriel in 4, dist. 14, art. 3, dub. 3, cujus fundamentum fuit: quia proprium hujus virtutis est decernere præmia, et determinare supplicia, pro qualitate operum, quæ fuevint vel præmio, vel supplicio digna: sed virtus Pœnitentiæ assumit pro culpis debitam, et proportionatam pœnam. Ergo virtus Pœnitentiæ non ad aliam virtutem, quam ad distributivam debet reduci.

Sttuü Ui«9 sala·

Giirie·., I J I I I I I I ’ I

Hæc tamen sententia est falsa, et ejus fundamentum nullum. Tum quia justitia distributiva non se exerit in malorum, sed in bonorum distributionem, et horum non qualiumcumque, sed communium, cum proportione ad dignitatem personarum. Taxare autem, ac determinare supplicia culpis pertinet ad vindicativam in judice, ut docet D. Thomas in 4, dist. 15, art. I, quæstiunc. 2, sicut et ad Principem de bonis communibus disponere per justitiam distributivam

Hefrl· I

Iff

distributivam. Tum etiam quia Pœnitentia non decernit, aut decernere potest totum supplicium, quod debetur peccato, nec servat proportionem plurium ad plures, quod est de ratione justitiæ distributivæ : hujus quippe modus in eo consistit, ut in his, quæ distribuuntur, servetur æqualitas proportionum, ita quod quantum una persona excedit aliam in eo, quod est ratio accipiendi, eo plus ipsi conferatur. Quare plus accipere debet, qui principalior est, et magis bene meruit de toto, quam alter, qui in hac consideratione non eminet, quidquid sit de aliis titulis. De quo plura in arb. virt. § 7, num. 50 et sequent. Nihil autem horum est proprium Pœnitentiæ, ut liquet. Unde major propositio Gabrielis est falsa, ut jam supra tetigimus, in hoc eodem dubio.

Terth Scoti SclUfl-ù.

156. Tertia sententia fuit Scoti in eodem 4, dist. 14, quæst. 2, § *Primus articulus.* Ubi docuit Pœnitentiam esse idem cum justitia punitiva, seu vindicativa. Nam arbitratur ex peccato praeterito solum relinqui in peccatore reatum ad pœnam, quam quidem ipse pœnitens ut minister Dei ex intentione puniendi, et vindicandi sibimet præstituit, et ut reus simul luit. Et quia hanc pœnam ad æqualitatem sustinet, idcirco Pœnitentiam non inter partes potentiales, seu imperfectas annumerat, sed cum vindicativa confundit.

Fonda- ' Fundamentum Scoti est hujusmodi. Nam primarius actus Pœnitentiæ est, quo pœnitens ut minister divinæ jusiitiæ in se ipso punit, et vindicat injuriam Deo irrogatam, quod est munus proprium justitiæ vindicativæ : alias praedicto actu redditur Deo æquale simpliciter : ergo actus proprius Pœnitentiæ est actus justitiæ simpliciter talis, consequenterque neque est pars potentialis, nec sub justitia commutativa debet collocari, sed sub vindicativa. Utraque Consequentia constat. Majorem supposuit Scotus, et probat Minorem; quia pro reatu ad pœnam, vel pro poena ipsa, pro qua dumtaxat valet homo satisfacere, fit Deo compensatio ad æqualitatenr nedum in Purgatorio, sed etiam in hac vita, idque hM. hau(i obscure colligitur ex illo Job. 6 : *Ulinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, el calamitas, quam patior, in slalera, quasi arena maris hæc gravior appareret,* in quibus non tantum æqualitatem, sed et superabundantiam manifestat solutionis pro culpa.

Ad hoc tamen fundamentum satis constat ex supradictis, § 4 hujus dubii. Addimus vero deceptum fuisse Scotum in eo, quod non agnoverit in peccato maculam, et offensam distinctas a reatu ad pœnam temporalem; cum tamen eas esse distinguendas, imo et separandas doceant communiter Theologi cum D. Thoma. Et sane non raro evenit hominem justum obnoxium reatui temporalis pœnæ, quin in illo sit reperire aliquam gravem culpam, alias justus non esset : quod signum est non idem esse reatum ad pœnam temporalem cum culpa. Quapropter disp. 17, de Peccatis dub. 1, ut singularem, et absque gravi fundamento refellimus distinctionem illam Scoti in 4, dist. 14, quæst. 1, num. 6 et 7, ubi confundens reatum cum macula, utrumque constituit in ordinatione passiva ad pœnam ; quæ quidem passiva ordinatio ut disconveniens naturæ importat rationem maculae; ut vero dicit obligationem, subinduit reatus conceptum; ofiensæ vero nomine nihil aliud intekigit, quam ordinationem activam, seu quod in idem recidit, actum divinae voluntatis, quo hominem destinat ad pœnam. Enodatur.

Contraria tamen doctrina communis est non solum apud Thomistas, sed et reliquos Theologos, quibus familiare est distinguere offensam inductam per peccatum, quæ nec est, nec esse potest actus divinae voluntatis, ut de se liquet ; siquidem offensa non est a Deo, sed a peccatore; et rursus maculam ipsius peccatoris, qua privatur splendore gratiæ, et foedatur coram Deo : ac tandem reatum ad pœnam temporalem, qui perseverat adhuc restituto nitore gratiæ, ut ipsum Purgatorium animarum testatur. Nec ideo hæc communis, et vera sententia inficias it esse illam ordinationem activam, ex parte Dei ad pœnam luendam ; nec similiter abjicit ordinationem passivam, seu denominationem extrinsecam, qua peccator destinatus est ad pœnam. Sed utraque admissa, et concomitanter, vel quod verius est, consequenter ad commissionem peccati se habente, adhuc superesse locum ofiensæ passivæ Dei a peccatore inductæ, necnon maculæ intrinsecæ peccati, ac demum reatui ad pœnam et æternam, et temporalem, constanter affirmat. Quid sit reatus.

Pœnitentia ergo licet hæc tria delere intendat, præcipue vero tendit in reconciliationem cum Deo offenso, atque ideo primarius ejus actus non se exerit in pœ-

nam temporalem, seu reatum ad ipsam, sed in offensam divinam, quam resarcire intendit media contritione ; quocirca nequit coincidere cum vindicativa, nisi quoad eam partem, in qua sumit sibi pumas temporales pro extinguendo reatu, cui adhuc post restitutam gratiam homo manet obnoxius, ut satis superque ostensum est in hoc dubio, et in discursu hujus tractatus. Quare ad fundamentum Scoti neganda est Major, de cujus falsilate, et de nullitate illius distinctionis hominis ut pœnitentis, et ut Dei ministri satis constat ex § 4, ubi convulsa est.

Z

Qualiler conirilio possit esse satisfactio corollarii explicatur.

Ratio dubi-und7.

157. Ut ex omni parte principale hoc dubium maneat absolutum, nihilque intactum relinquatur, oportet non dissimulare difficultatem non levem ex hactenus dictis emergentem circa satisfactionem Poenitentiae. Hæc enim ut vera satisfactio sit, debet prœcedere offensæ, quam extinguere intendit, remissionem; est quippe de ratione causae, quod præcedat effectum, de ratione meriti, quod antecedat præmium, et de ratione solutionis, quod supponat debitum. Sed actus primarius pœnitentiæ non præcedit offensæ remissionem. Ergo actus contritionis nequit satisfacere pro offensa. Consequentia tenet. Major est perspicua, et exemplis illi insertis redii tur notior. Et probatur Minor : nam actus contritionis ortum habet ex gratia, a qua in nostra sententia essentialiter pendet, tanquam a principio radicali, ad eum sane modum quo actus intellectus, et voluntatis dependent ab anima rationali in nobis: ergo essentialiter præsupponit gratiam ut sui principium : ergo etiam supponit essentialiter remissam, seu ablatam offensam divinam. Patet hæc Consequentia : quoniam offensa divina non cohæret cum amicitia, et gratia Dei : ergo semel atque intelligatur infusa homini gratia, intelligitur exclusa offensa; nam alias simul esset Deus conversus ad creaturam per gratiam, et aversus ab illa per offensam, quod est implicatorium. Non ergo media contritione fit satisfactio pro offensa, nec fieri queit supposita illa sententia, quam elegimus tract, de justificat, disp. 3, dub. 4, quoniam non est satisfactio pro eo quod non est, licet aliquando fuerit, sicut non est vera solutio debiti jam extincti.

Nec valet si ad elevandam hanc difficultatem confugias ad prioritatem, vel posterioritalem in diverso genere causæ, ad quas communiterconfugiuntThomisUD, ullueautur dependentiam saltem connaturalem actus contritionis a gratia, et simul in eodemmet actu adstruant rationem dispositionis ad gratiam ipsam.

Nam ea adhuc admissa, perstat argumenti robur. Quoniam illa contritionis satisfactio vel ipsi competit pro illo priori, in quo præcedit gratiam; vel pro posteriori, ia quo ad ipsam sequitur, ab eaque ut effectus procedit? neutrum sufficit pro solutione. Ergo inutilis est recursus ad prioritatem, et posterioritatem prædictas in diverso genere causæ. Consequentia constat, et Major est vera, quoniam non datur status medius inter esse priorem, et posteriorem gratiæ, nec si daretur, proficeret, ut constabit ei probatione Minoris, quæ sic suadetur, quoad priorem partem. Nam si contritio sumatur ut præcedit gratiam, quo pac.o non est ejus effectus, nec ipsa informitur, non est satisfactoria : sub hoc enim conceptu non intelligitur homo Deo acceptus, nec ipse Deus ut conversus ad hominem; quandoquidem nondum intelligitur ejus gratia in homine : ergo prædictus actos nondum est satisfactorius sub hac præcisioae nec pro offensa, nec pro alio inferiori debito. Patet Consequentia: nam satisfactio de qua in præsenti, est amicabilis, utpote qua magis intenditur reconciliatio amicitiæ, quam redintegratio æqualitatis justitiæ. ut docet D Thomas infra quæst. D.Tfe* 90, art. 2; ergo cum in illo priori, in quo præcedit gratiam, non illam supponat, alias esset simul prior, et posterior in eodem signo ; in eodemque præcederet, el no.i præcederet, quod est implicatorium; manifestum relinquitur, contritionem ut priorem gratia non esse satisfactionem pro offensa.

Eo vel maxime : quoniam eo ipso quod in illo priori non intelligatur gratia, nec etiam intelligatur abstersa macula ; quandoquidem non intellecta forma, non intelligitur exclusa privatio ipsius formæ : et consequenter intelligitur peccatum, quod non est aliud, quam voluntaria privatio gratiæ : sed satisfactio hominis vel existentis in peccato vel cogniti ut existentis sub illo, non est vera satisfactio, *opera enim iniquorum 7ion probat Allissimus,* nec consequenter

consequenter Deo accepta ; ergo satisfactio hominis pro priori ad gratiam non destruit offensam.

Ad hiec : operatio hominis pro illo priori nedum antecedit offensam, sed etiam gratiam ; et tamen nequit promereri gratiam, alias gratia non esset gratia, nec homo justificaretur gratis contra Apostolum ad Rom. 3, ad Titum. 3, et alibi sæpe, et Concilium Trident, sess. 6, cap. 7 et 8; ergo nec etiam sibi debetur remissio offensæ, quæ subsequitur, vel saltem comitatur infusionem gratiæ. Nulla ergo ratione asserendum videtur contritionem, ut priorem gratia posse satisfacere pro offensa.

158. Relinquitur ergo contritionem ut effectum gratiæ, subindeque ut eam supponentem in subjecto satisfacere pro offensa. Porro hoc esse non posse facile ostenditur instaurando rationem dubitandi præjactam : nam pro posteriori ad infusionem gratiæ supponitur ablata culpa, seu peccati macula ex parte peccatoris, ut liquet; alioqui enim simul esset gratia, et privatio gratiæ, quod repugnat ; sed in eodem signo, et ex vi ejusdem signi, in quo intelligitur abstersa macula, intelligitur etiam remissa offensa; non enim stat Deum infundere gratiam, et non simul remittere offensam, nam remittere offensam nihil aliud est, quam hominem Deum acceptare ad suam gratiam : ergo si pro priori ad contritionem intelligitur infusa gratia, ex vi ejusdem signi, et prioritatis intelligitur extincta offensa : atque ideo media contritione, quæ est posterior, neutiquam potest pro illa satisfieri. Vel ergo dicenium est cum Soto neutiquam media Pœnitentia fieri satisfactionem, nisi pro pœna temporali, quod erit adstruere Pœnitentiam perfectam justitiam commutativam, utpote ad æqualitatem satisfacientem. Vel quærenda, et assignanda est propositæ difficultatis solidior evasio, quam prioritatis, et posterioritatis in diverso genere causæ, qua se in tuto constitutos credunt Thomistæ : quandoquidem adhuc illa posita perstat argumenti difficultas.

Quod si ad eam extenuandam dixeris Deum omnino gratis infundere gratiam, sed non omnino gratis remittere offensam, non quidem intuitu satisfactionis factæ in illo priori, sed faciendæ in posteriori, ad eum sane modum quo gratis omnino adultis promisit gloriam, non utcumque gratis conferendam, sed per modum coronæ, et titnlo justitiæ ; quo in casu salvatur gratia ex parte Dei acceptantis ad gloriam, et observatur justitia ex parle merentis respectu ejusdem gloriæ. Vel (ut a priori utamur exemplo) ad modum quo intuitu redemptionis per Christum faciendæ antiquis Patribus collata fuit gratia, et facta est remissio. Ubi manifeste liquet diu ante præcessisse remissionem ex justitia per ordinem ad Christum Redemptorem, et diu post executam, et opere completam fuisse ipsam Redemptionem, ac justitiam. Unde fit consequens non inconvenire Deum omnino gratis velle infundere gratiam pœnitenti, et simul velle remittere offensam intuitu satisfactionis ex ipsa gratia faciendæ pro posteriori.

Si, inquam, hoc pacto quis a proposita difficultate se expedire voluerit, forsan non male audiet apud alios, secus vero apud S. Doctoris discipulos. Tum quia S. Doctor tam in hoc tractatu de Pœnitentia, quam quoties de illa sermonem habuit, totus semper fuit in docendo, ac statuendo virtutem Pœnitentiæ per se primo tendere in destructionem divinæ offensæ, hancque esse ejus materiam, et objectum, ut supra ex S. Doctore relata evidentissime suadent. Si autem ad actum primarium Pœnitentiæ supponeretur offensa jam extincta, vel Pœnitentiæ deficeret objectum primarium supra assignatum, vel versaretur circa objectum sibi impossibile; si quidem conaretur in destructionem offensæ, quam non utcumque sed essentialiter supponeret, et supponere debebat destructam. Quid enim repugnantius, quam tendere essentialiter in destructionem ejus, quod essentialiter debet supponi destructum? sicut implicatorium est, dari virtutem essentialiter productivam effectus, quem eadem virtus debeat supponere essentialiter aliunde productum. Tum etiam, quia contritio non est dolor pœnæ, sed offensæ Dei, qua offensa est; non enim pœnitens detestatur peccatum, quia macula est, et malum peccatoris, sed quia illo offensus est Deus, ut constat ex ejus definitione, et ex communi hominum apprehensione, quæ in hac parte non fallitur : ergo contritio detestatur offensam, quæ sit destruenda per ipsius satisfactionem. Patet Consequentia : quia de offensa destructa non est dolor, sed oportet esse gaudium : qui enim nisi male agendo, et iterum peccando, de eo, quod jam Deus sit pacatus, et homini non infensus dolere debeat? hoc sane iterum

peccare esset, tantam abest, ut sit vere pfenitere. Ergo contritio nequit respicere offensam ut essentialiter pro priori ad ipsam ablatam, nec subinde pro illa jam ablata satisfacere; non enim dolet nisi satisfaciendo, nec satisfacit, nisi quatenus dolet de offensa, qua Deum affici moraliter rectissime judicat.

Prosequitur impugnatio.

Tum deinceps (et est major explicatio impugnationis) nam pœnæ temporalis reatu omnino dimisso, nullus esse posset dolor, aut limor de luenda pœna ; perinde enim esset, supposita remissione totali, ac si numquam fuisset : sed de reatu, qui numquam fuit, nequit esse dolor aut detestatio : ergo nec de ofiensa dimissa, dum constiterit esse totaliter dimissam. Patet Consequentia paritate rationis; eadem quippe ratio utrobique militat, ut consideranti constabit. Minor liquet, quia (seclusa ignorantia' de peccato, quod numquam fuit commissum, non est Pœnitentia, ut ex communi doctrina explicatum relinquimus, subindeque nec satisfactio, nec dolor. Major etiam constat, tum quia alioqui in beatis posset esse contritio, de eo quod dimissa illis fuissent peccata, seu quod idem est, de omni culpa, et reatu pœnæ temporalis perfectissime ablato. Tum etiam, nam quod aliquando fuerit reatus ad pœnam, si modo non est, non inducit aliquam justitiæ obligationem sed solum significat talem obligationem aliquando fuisse, non tamen de facto esse; sed obligatio quæ foil, nunc tamen non est, non inducit actuale ^debitum, quin excludit : non ergo remanet in pœnitente obligatio satisfactionis pro offensa, si ea indispensabiliter supponitur remissa pro priori ad actum contritionis. Cum vero Poenitentia sit justitii licet imperfecta hominis ad Deum offensum, plane confici videtur non per se supponere remissam offensam, sed cooperari debere ad ejus destructionem : atque ideo aliquomodo ipsam supponere, et debitum Deo satisfaciendi pro illa, quod quidem debitum non stat, non stante offensa.

Ulterior expugnatio.

Tum denique, quia Pœnitentia tendit primario ad reconciliandum hominem cum Deo, ut non semel audivimus a D. Thoma, media contritione: sed reatus ad pœnam temporalem non excludit, quin permittit amicitiam Dei, ut est perspicuum sive in justis in hac vita, sive in animabas Purgatorii: ergo Pœnitentia media contritione primario tendit in aliquod, quod sit compossibile cum amicitia Dei, illudque extirpare conatur : hoc autem nequit esse aliud, quam peccatum, vel sub ratione maculæ, quo pacto est malum hominis, vel sub ratione ofi'ensæ, quomodo est malum Dei: ergo cum peccatum sub ratione maculæ excludatur per gratiam pro priori ad contritionem, ut supponit ipsa objectio principalis, relinquitur in solam ofi'ensæ destructionem primario colliniare virtutem Pœnitentiæ : non vero in reatum pœnæ temporalis compossibilis, et de facto existentis cum amicitia Dei.

159 . Quapropter relatum effugium non magis consulit institutioni Pœnitentiæ et ejus essentiae, quam Scoti sententia, cui succumbere necesse est, dum docet contritione numquam deleri offensam, sed supponi dimissam. Quod satis fuisset Scotiste obtinuisse in suæ opinionis suffragium; pervium quippe illis foret, inde conficere nullam aliam Pœnitentiæ superesse salisfactionem, quam pro pœna temporali; si quidem offensa semel, indispensabiliter dimissa pro priori ad contritionem ex vi infusionis gratiæ, et exclusionis maculæ; nuilum restat justitiæ debitum, nisi ad pœnam temporalem, ut ostensum est; quod est reincidere in Scoti sententiam, et consequenter asserere Pœnitentiam esse justitiam perfectam, ut pote ad æqualitatem pœnam temporalem compensantem.

Exempla vero, quibus ea solutio fulciebatur, vel nihil probant, vel in illis utentem retorquenda sunt. Nam quod attinet ad primum, verum quidem est Deum velle gratis conferre gloriam adultis per modum coronæ : ita quod licet antecedat ex parte Dei voluntas omnino liberalis conferendi gloriam per modum coronæ ; merita tamen tempore, et causalitate antevertunt glori®, et coronæ collationem : quia merita non exercent suam causalitatem circa voluntatem Dei, quam supponunt, sed circa gloriam, quam præcedunt, sibique debitam reddunt. Ex quo potius sequitur contritionem non se exercere in destructionem offensæ, quam destructam supponit, nec in infusionem gratiæ, quæ præcedit; sed solum in reatum pœnæ temporalis : atque ideo contritionem non posse esse dolorem de offensa, sed de pœnæ temporalis reatu; quod est dicere contritionem non esse contritionem. Sicut meritum non vim exercet circa voluntatem, quam supponit, sed circa gloriam, quam expectat, et ideo causât. Cum vero in prædicta evasione supponere

ex

ex pario principii remissio ofi'ensæ, pro priori ad contritionem, plane conficitur ex ipsomel exemplo neutiquam in illius destructionem colliniaro posse per modum satisfactionis, sed tantummodo in reatum pœnæ, quod est falsum.

Secundum exemplum etiam deficit, nam quod Sancti Patres diu ante Christum nacti fuerint tum gratiam, tum remissionem ofi'ensæ, ex ejusdem meritis praevisis, ortum duxit ex eo, quod illum ut Redemptorem expectabant; quocirca tam ipsi, quam omnia ipsorum dona gratis erogata in ipsum, ut in finem collimabant, ut a quo eorum redemptio exolvenda, et consummanda erat tempore debito, et a Deo præordinato. Unde remissione facta immunes manserunt a debito satisfaciendi pro offensis jam ex Christi meritis remissis : quod tamen debitum transfusum est in ipsum Christum, qui ut illorum fidejussor debuit solutionem dilatam impendere, ut accidit in humanis, ubi cum onere pretii solvendi tali tempore, utputa post mensem, aut annum emitur res, et transit in dominium emptoris, persistente debito vel apud emptorem, vel apud ejus fidejussorem. In nostro autem casu cum supponatur offensa ex parte Dei remissa pro priori ad contritionem, non remanet pro illa debitum in pœnitente; alias non esset remissa. nec Deus, supposita condonatione, extorquere potest a creatura satisfactionem, quæ fiat ex justitia ; sicut dimisso reatu ad pœnam temporalem, uti fieri per indulgentiam plenariam pie docet Ecclesia, nulla alia nec in præsenti nec in futuro ex justitia luenda pœna relinquitur, sed statim ac homo e vita cesserit, evolat in cœlum in vi gratiæ remissionis tam culpæ, quam pœnæ sibi factæ per indulgentiam plenariam.

Tsdta 160. ~~Sed age, et radicitus convellamus~~ L'eamdem evasionem ex dictis tract, de merito, disp. 6, dub. 1 per totum, ubi cum D. Thoma, et saniori Theologia statuimus nec primam gratiam sanctificantem, nec auxilia ad meritum essentialiter prærequisita posse esse terminum, aut præmium meriti ex illis subsequentis, quia principium meriti non cadit sub merito, quoties principium illud est essentiale, et essentialiter prærequisitum ad meritum. Qua doctrina ibi operosius obfirmata, impugnationes præteritæ roborantur, et detegitur falsitas illius solutionis. Nam quia de ratione meriti est procedere a gratia ut a principio essentiali, implicat contradictionem vel gratiam vel auxilia ab eadem gratia essentialiter exacta cadere sub merito operum ad prædictam gratiam, et auxilia subsequendum : sed satisfactio ut sit Deo accepta, et suo modo condigna in sensu supra explicato, supponit essentialiter gratiam infusam, et ex vi ejusdem offensam remissam, ut contendit solutio, quam impugnamus : ergo implicat contradictionem remissionem ofi'ensæ esse terminum satisfactionis media contritione exhibitæ. Consequentia patet. Major apud nos evidens, et ut evidenter demonstrata ubi supra non indiget probatione. Minor vero ex doctrina ipsiusmet solutionis, quatenus docet præsupponi tum gratiam, tum ofi'ensæ condonationem ad actum contritionis. Quod vero ea præsuppositio sit essentialis in prædicta sententia, facile constat, nam absque prævia gratia sanctificante excludente maculam peccati nullum opus hominis est Deo acceptum nec in ratione meriti, nec in ratione satisfactionis, ut ex doctrina D. D.Thom. Thomæ (cui subscribunt communiter Theologi) pluribus in locis, singillatim vero infra supplement, quæst. 14, art. 3, ubi asserit sive meritum, sive satisfactionem ex eadem Charitatis radice habere, quod sint Deo grata, et art. 4 immediato inquit ; quod *opera extra Charilalem facta non sunt meritoria ei condigno nec sterni, nec temporalis alicujus boni apud Deum :* idem docuit in 4, dist. 15, quæst. 1, art. 3, quæsliunc. 2. Quod autem ad communicationem gratiæ sit etiam essentialis remissio ofi'ensæ ex parte Dei, juxta illam solutionem etiam liquet : quoniam si prædicta connexio non esset essentialis, nulla esset ratio, quare non posset esse gratia absque remissione ofi'ensæ ex parte Dei, atque ideo quam optime staret contritionem procedere a gratia, et antecedere offensam pro aliquo saltem instanti, et superfluus foret recursus ad opera subsequentia remissionem ofi'enæ. Manet ergo inconcussum ex vi prædictæ solutionis neutiquam in contritione, salvari veram rationem satisfactionis respectu offensæ, nec subinde veram Pœnitentiæ virtutem hactenus stabilitæ.

161. Nec morabimur in referenda, et refellenda alia evasione, quæ poterat adhiberi propositae difficultati: videlicet in instanti justificationis remitti offensam ex duplici titulo, et gratiæ, et justitiæ ; gratiæ quidem ex vi infusionis ipsius gratiæ, cui Pliera evasio,

annectitur in eodem signo remissio offensæ; justitiæ vero, quatenus contritio pro ea satisfacit. Nec enim hi duo tituli se excludunt, ut constat in eadem gloria, quæ sub ratione prim® corresponde! primæ gratiæ nullumque meritum supponit in adulto; cum tamen ipsi conferatur eadem prima gloria per modum coronæ promeritæ ex ipso actu Charitatis, aut contritionis elicito in eodem instanti.

^'on› inquam, opus est moras trahere in hac expugnanda solutione. Non quia negemus eos diversos titulos eidem rei posse convenire, ut constat ex exemplo in illa posito, et efficacius, ac evidentius cernitur in gloria corporis, quam sibi alias debitam titulo connaturalitatis Christus promeruit; sed quia ea doctrina nequit applicari propositio difficultati, quia superest illi explicanda prioritas aliqua respectu offensæ destruendae, in quo est nervus propositae objectionis: quam tamen non explicat. Quod enim sive Christus gloriam corporis, sive justus primam gloriam eo duplici titulo nacti fuerint, provenit certe ex eo quod cum debito ad illas, fuit eliam illarum carentia, vi cujus per opera illas præcedentia eas mereri potuerunt, atque ideo non incongruit, imo fuit necessarium, duplicem illum titulum intervenisse in gloriæ obtentione. In nostro vero casu non sic rem se habere, contendit objectio; quia non alia datur prioritas in contritione ad remissionem olïensæ, qudm ad infusionem gratiæ: sed quia gratia supponitur pro priori ad contritionem, nequit contritio mereri prædictam gratiam : ergo ob eandam prorsus rationem, nec eliam mereri poterit remissionem, offensæ, aut pro illa satisfacere. Quare in præsenti non est locus illi duplici titulo ob defectum præcedentiæ, et consequenter non subsistit solutio.

Relinquuntur Cajetunns cl Magister Soto, ut abrogantes contritioni rationem satisfactionis.

162. Rejectis igitur his solutionibus, et aliis similibus, quæ ex dictis facile possunt convelli, et amandatis in hac parte Cajetano opusc. de fide, et operibus cap. H. et Magistro Soto lib. de Natura, cap. 6. negantibus contritioni rationem veræ satisfactionis adhuc imperfectæ, in quo abs dubio nedum a D. Thoma, sed a doctrina communi Theologorum discedunt, superest, ut solutioni propositæ objectionis incumbamus. Et quia præcipue urget in nostra, el veriori sententia statuente dependentiam essentialem contritionis a gratia, quam non semel indicavimus in variis tractatibus hujus nostri cursus, et ex professo firmare conati sumus loco supra citato, non aliam arripirmus viam, quam stratam tract, do justificat. disp. 3, dub. 5, $ 5, et torn. 2, dp Gratia, tract. 19, disp. 4, dub. 3, necnon tom. 13, de Incarnat, disp. I, dub. 5. Ubi eam difficultatem, et ejus solutionem appinximus, et hic prosequendam reservavimus. Est vero ea, quam a D. Thoma hausimus, et desumpserunt nobiliores ejus discipuli, Capreol, Banez, Alvarez, Nazarius, Arauxo, et Godoy, et fere omnes recentioresThomistæ, uno aut altero excepto.

Ut ergo in re difficili majori claritate procedamus, convenire debemus in jusiificatione impii (et loquimur de adulto) licet instantanea concurrere Deum, et liberum arbitrium creatum, ut constat ex doctrina D. Thomæ ab omnibus in hac parte ad-DTtaj missa 1, 2, quæst. 113, art. 3, eo quod (verba sunt S. Doctoris) *justificatio impii fil Deo movente hominem ad justitiam ; ipse enim est, qui justificat impium, ut dicitur Rom.3: Deus autem movet omnia secundum modum uniuscujusque, sicut in naturalibus videmus, quod aliter moventur ab ipso gravia, et aliter levia propter diversam naturam utnusque. Unde el hominem ad justitiam movet secundum conditionem humana: natura. Homo autem secundum propriam naturam habet, quod sit liberi arbitrii. El ideo in eo qui habtl usum liberi arbilrii, non fit molio a Deo ad justitiam absque motu liberi arbilrii ; sed ita infundit donum gratia; justificantis, quod eliam simul cum hoc movet liberum arbitrium ad donum gratiæ acceptandum, in iis, qui sunt hujus motionis capaces.* Ex quo manifeste fit Deum libere infundere gratiam, et hominem ipsam libere acceptare, atque recipere, atque ideo, quoad infundi unice pendere a Deo ipsam gratiam ; quoad recipi vero, et acceptari spontanee, dependere etiam ab homine. Et quia hoc quod est libere acceptare, seu quod idem est, recipere gratiam, est proprium subjecti, pertinetque ad genus causæ materialis; hinc rursus habetur ita gratiam esse effectum Dei ut efficientis, quod simul dependeat a subjecto libere acceptante ut a causa materiali receptiva, sitque proinde ejus effectus; ideoque posterior, eo modo quo compositum et causa materialis omnium accidentium, atque illa præcedit in proprio genere. In quo sane non apparet, qualiter possit esse dissidium ; cum evidentissimum sit, et ipsa experientia sensibiliter comprobatum ad infusionem aquæ in vase simul concurrere hominem infundentem, aquam, quæ infunditur,

ditur, et vas, quod repletur; ita tamen quod infundere pertinet ad hominem ut efficientem, replere ad aquam, quæ infunditur, et recipere ad vas cum figura rotunda ei muneri apta. Ad hoc vero adeo illa tria requiruntur, ut nullum eorum seorsim ab aliis sufficeret, ut est manifestum ; quocirca invicem pendere necesse est; diversimode tamen: nam aqua, et vas dependent ab infundente, et infundens ab aqua, et vase; et aqua non repleret absque vase, nec vas reciperet absque aqua, quorum primum pertinet ad genus causæ efficientis, secundum ad genus causæ formalis, et ultimum ad genus causæ materialis. Et quidem hoc ipsum ita sensibiliter demonstratum accidit insensibiliter in justificatione impii, in qua Deus movet liberum arbitrium ad acceptandam libere, et suscipiendam gratiam, ubi est assignare Deum infundemtem aquam spiritualem gratiæ salientis in vitam æternam, quod præstat efficiendo ipsam gratiam infusam, qua satiatur et repletur anima: et est vas ipsam aquam spiritualem spiritualiter recipiens, cum simili omnino, si jam non est intimior, dependentia mutua in diverso genere, ac fuit sensibiliter demonstratum in infusion? aquæ corporeæ in vas materiale. In quo profecto nullus veritatis amator aliquid monstruosum, aut horridum apprehendet, nec ansam arripiet carpendi cum Thomam Angelicum, tum ejus discipulos, quod mutuam causalitatem inter causas statuerint, et necessariam duxerint; quippe quæ nihil aliud continet aut obscurius, aut absurdius, quam quod in exemplo adducto sensibiliter splendet.

Obso- 163, Habetur denique ex tradita D. toti$ Thomæ doctrina distinctio illa, qua usi sumus loco citato de justificatione, ad fa- <wlli· cile, et expedite elucidandam illam difficultatem aliquorum judicio inextricabilem, qualiter nimirum actus procedens a gratia, ipsamque subinde supponens in subjecto, valeat ad ipsius receptionem disponere in ipsomet subjecto, in quo supponitur receptio, et consequenter ex hoc capite gratiam præire receptam. Hæc, inquam, difficultas, quæ etiam urget in præsenti, facile extricatur, et solide, distinguendo receptionem quoad essentialia, quo pacto præscindit a dispositionibus naturalibus, et a modo itidem naturali; et solum importat prædicata essentialia tum gratiæ, tum subjecti : et receptionam quoad connaturalia seu, quod idem est, quoad modum connaturalem, secundum quem gratia petit infundi, et subjectum postulat illam recipere; qua ratione importat, quod subjectum se spontanee, et libere disponat ad ejusdem gratiæ receptionem. Quocirca distinguere oporiet inter hoc quod est recipere gratiam absolute, et eandem libere acceptare : nam primum reperitur in infantibus, et salvari posset in dormientibus, quin ulla vel præcesserit, vel comitetur dispositio : secundum vero necessario comitatur actus voluntarius, et liber, quo voluntas in ipsamet justificationis instantanea morula se praeparat ad gratiam. Quapropter gratia libere recipienda aliquam dependentiam importat a libertate nostra supra se ipsam ut absolute, et quoad essentialia receptam. Porro hanc doctrinam elici ex relato D. Thomæ D.Thom. testimonio manifestum est, quia cum *Deus omnia moveat secundum unius cujusque modum, sicut in naturalibus videmus, quod aliter moventur ab ipso gravia. et aliter levia,* et modus proprius hominis libere agentis sit operari libere, et cum dominio proprii actus; hinc est utrumque servari in hominis justificatione, et quod requiritur essentialiter, et quod exigitur connaturaliter juxta proprium modum subjecti. Quia tamen essentialia sunt absolute priora, et modus supponit- rem, cujus est modus : necesse est concipere gratiam prius receptam quoad essentialia, quam ipsam intelligamus connaturaliter acceptatam, ut patet in naturalibus, ubi ad essentialem receptionem non requiritur nisi materia, et forma, præcisis cunctis aliis sive antecedentibus, sive comitantibus, et subsequentibus; cum tamen ad connaturalem illarum partium unionem ultra desideretur sigillatio materiæ cum accidentibus debitis in ipsomet instanti generationis, a quibus ut connotatis provenit, quod forma naturaliter informet, et materia itidem naturaliter recipiat. Et prius intelligimus essentialia, et indispensabilia, utputa materiam, et formam se invicem communicantes, quam quod interveniant accidentia sigillantia materiam, et aptantia ad formam, utpote minime essentialia, sed tantummodo connaturaliter requisita. Id quod innumeris aliis exemplis illustrari, et confirmari posset.

Supra dicto fundamento præmisso, in Aliud quo ut dicebamus, convenire debemus, positum, quidquid sit de illationibus ex illo nostro judicio bene deductis, et loco citato de justificatione latius firmatis, supponendaim etiam est gratiæ infusionem, et culpæ re-

missionem esse duas mutationes realiter distinctas, imo et essentialiter, ut expresse
D.Thom. docet D. Thomas quæst. 28, de veritate art. 6, ubi inquirit: *Utrum gratiæ infusio, el culpx remissio idem sint ?* et respondet : *Quod remissio culpx, et gratis infusio non sunt idem;* quia *mutationes penes terminos distinguuntur :* sed termini infusionis gratiæ essentialiter distinguuntur a terminis remissionis culpæ: ergo mutationes prædictæ tam realiter, quam essentialiter distinguuntur. Majorem probat S. Doctor; quia terminus *a quo* infusionis est non esse gratiæ, terminus vero *ad quem* est ipsa gratia infusa : terminus *a quo* remissionis est culpa, et terminus *ad quem* non esse illius. Constat autem hos terminos esse realiter, et essentialiter diversos : est ergo infusio gratiæ mutatio essentialiter diversa a remissione culpæ. Quod intelligi debet de infusione, et remissione passive acceptis, ut se tenent ex parte nostra ; non vero active prout se habent ex parte Dei, quo pacto nulla intervenit mutatio, ut observavimus disp. '4, de justificatione dub. 1, ubi hanc veritatem elucidare conati sumus. Juxta quam doctrinan in eodemmet indivisibili justificationis instanti transit homo de non esse justum ad esse justum, et de esse peccatorem, ad non esse peccatorem. Primam formaliter habet ab ipsa gratia, secundum vero ex ipsa retractatione voluntatis, qua tollitur impedimentum peccati actualis præteriti, quo gratiæ obsistebatur: quia *sicut ablatio umbræ* (inquit S.
D.Thom. Doctor ad finem prædicti articuli) *importat non solum, remotionem lenebræ, sed remotionem corporis impedientis : ita remissio culpæ, non solum importat ablationem absentis gratis, sed ablationem impedimenti gratiæ, quod erat es actu peccati prxcedente, non ul actus ille non fuerit, quod est impossibile, sed ut per illum influxus graliæ non impediatur.* Hæc autem remotio fit formaliter per actum contritionis, quo retractat voluntas actum præteritum, et sequelam illius detestatur.

Diseiir- SUS D.Thom. expenditur.

164. Qua veritate supposita, pergit S. Doctor investigare in sequenti articulo quænam harum mutationum sit prior, an infusio gratiæ, vel culpæ remissio ? Et respondens quæsito, inquit, quod omnis causa est prior causato : et quia hic interveniant causa efficiens, formalis, et materialis ; ex parte efficientis, et formalis prior est infusio gratiæ remissione culpæ ; ex parte tamen subjecti prior est remissio culpæ infusione gratiæ, quia non intel | ligitur remissa culpa, quandiu non intelligitur ablatum fundamentum offensas, quod est obstaculum gratiæ, ut remittenti ; duo enim requiruntur ad remissionem, el infusio gratiæ, et remotio impedimenti. Impedimentum namque est actus peccaminosus non retractatus ; quare donec adsit retractatio voluntatis non adest remissio completa culpæ; sicut non adest ablatio umbræ, quantumvis adsit sol, donec removeatur interpositum corpus, a quo est umbra. Quæ omnia nedum probabilia, sed evidentia videntur, et ipsis sensibilibus exemplis sufficienter demonstrata, quin obsit in eodem instanti illa fieri ; in quo certo certius est omnia illa evenire, licet nos instantanée ea non possimus explicare : sed ea distinguimus, et consideramus singula singulis tribuendo, quasi ea successive fierent. Et sane successive facta nullam repugnantiam, nullamve absurditatem, quin imo maximam cohærentiam manifestant, ut exemplum exclusionis umbræ manifeste convincit. Quid ni, non etiam cohærebunt, quia instantanée debeant fieri.

Quia tamen flæc mutua causarum de- sem· l
pendentia non impedit, quin retinet abso- & l
lutam causarum ordinem, et quia finis, nq:'
qui est primus in intentione, est ultimus ci··
in executione ; et deinde efficiens, a quo primo in executione primo incipit motus, ad quem subsequitur forma, ac tandem sistitur in materia, seu subjecto recepturo formam; idcirco in justificatione, in qua finis est remissio peccati, prior est infusio gratiæ a Deo ut ab efficienti, deinde informatio essentialis (juxta supra dicta) gratiæ, ad quam sequitur contritio ex parte subjecti, ac tandem consequitur remissio culpæ sub conceptu offensæ; nam sub conceptu maculæ, et privationis jam supponitur ablata in signo primo infusionis, licet non sub ratione voluntariæ, quo pacto importat aversionem a Deo, et fundat ipsius offensam. Quod luculentius, et compendiosius explicuit D. Thomas 1, 2, D.T·»
quæst. 113, art. 6. Ubi enumerans omnia prædicta inquit : *Quatuor enumerantur, quæ requiruntur ad justificationem impii, scilicet graliæ infusio, motus liberi arbitrii in Deum per fidem, et motus liberi arbitrii in peccatum, el remissio culpæ.* Ubi remissio culpæ posterior assignatur motu liberi arbitrii. *Cujus ratio* (inquit) *est, quia sicul dictum est, justificatio est quidam motus,*

tus, quo anima movetur n Deo (juxta dicta in prima suppositione) *a statu, culpæ in statum justiliæ,* (ut constat ox secunda) *in quolibel aulem motu, quo aliquid ab allero movetur tria requiruntur. Primo quidem molio ipsius moventis. Secundo motus ipsius mobilis. Tertio consummatio molus, sive perventio ad finem. Ex parte igitur motionis divinæ accipitur gratis infusio* (ecce primum absolute) : *exparte vero liberi arbitrii moli accipiuntur duo molus ipsius secundum recessum a termino a quo, et accessum ad terminum ad quem.* (En actum contritionis detestantem peccatum propter Deum summe dilectum, in quo est recessus a peccato, et accessus ad Deum). *Consummatio autem, sive perventio ad terminum hujus motus importatur per remissionem culpæ : in hoc enim justificatio consummatur,* quia ut dictum est, linis qui est primus in intentione, est ultimus in executione. Hinc vero clarissime liquet actum contritionis ita subsequi ad infusionem gratiæ, quod antecedat, si non proritate temporis, prioritate tamen naturæ, et causalitatis, remissionem offensæ; atque ideo medium tenet inter unam, et alteram, unde ita est effectus gratiæ, subindeque posterior, quod etiam sit causa remissionis, et consequenter prior.

Traditor sofotio etdis- eibaari- 18f·

165. Eκ quibus ita probatis, et ex suis principiis deductis recto ordine devenimus ad solutionem objectionis principalis; a qua plures non satis se expedire Thomistas succensent. Concedimus ergo, et constanter affirmamus actum contritionis nedum connaturaliter, et juxta communem providentiam, ut est fere certum apud discipulos D. Thomæ, sed et essentialiter, ut conformius S. Doctoris principii semper rati sumus, a gratia ut a principio radical) procedere. Ex hoc tamen neutiquam infertur actum contritionis non posse pro offensa satisfacere; quia licet procedat a gratia, sitque ejus effectus in genere causæ efficientis, et formalis; mediat tamen ordine naturæ inter ipsam gratiam, et offensam; atque ideo ita est posterior gratia, quod anteeat offensæ remissionem pro priori aliquo naturæ, licet non temporis. Unde ad formam argumenti concedimus Majorem, ut per se notam, quid enim notius, aut verius quam causam esse priorem suo effectu prioritate naturæ, seu a quo? non tamen prioritate temporis, seu in quo; hoc enim prioritatis genus non est necessarium ad salvandum, et sustinendam veram causæ rationem, ut constat in sole illuminante in eodemmet instanti, in quo habet esse, et in aliis sexcentis, idque maxime splendet in agentibus spiritualibus. Sed neganda est Minor, nimirum actum primarium Pœnitentiæ non præcedere offensæ remissionem. Et ad hujus probationem dicimus actum contritionis supponere gratiam a qua procedit, receptam in anima, quoad essentialia receptionis, et informationis, quo pacto non explicat nisi propria prædicata gratiæ ut formæ, et præscindit ab eo quod connaturaliter intelligatur recepta, et libere acceptata. Sed in hoc priori, et ex vi hujus prioris non intelligitur remissa offensa; quia nondum intelligitur remotum illius fundamentum, quod est actus peccaminosus non retractatus : hic quippe non auferlur nisi per retractationem voluntatis, quæ nondum intelligitur in illo signo, sed expectat ad secundum, in quo est actus contritionis, sicut umbra non fugatur ad positionem solis, quin interpositum corpus removeatur. Unde sicut inepte argueretur expositione præsentiæ solis ad asserendam illuminationem, si adhuc corpus esset interpositum ; ita inepta est Consequentia illata ex illo Antecedenti, quæ proinde negari debet, siquidem ex vi illius prioris non intelligitur remissa offensa, sicut nondum intelligitur perfecta hominis justificatio. Cum enim ad eam ultra infusionem gratiæ desideretur conversio hominis ad Deum, et peccati detestatio, et hæc in illo priori, et ex vi illius non intelligatur, hinc fit nondum intelligi adæquatam justificationem, nec consequenter destructionem offensæ.

Ad probationem prædictæ Consequentiæ respondetur concedendo absolute Antecedens, et negando iterum Consequentiam, quæ nulla est ; quia licet Dei gratia absolute, et pro aliquo instanti reali non patiatur offensam divinam, sed eam necessario excludat; non tamen eo ipso, quod pro illo priori naturæ intelligatur infusa gratia quoad essentialia, intelligitur ex vi illius prioris remissa offensa, quæ se tenet ex parte Dei, sed solum intelligitur exclusa macula peccati, quæ se tenet ex parte peccatoris, et est privatio ejusdem gratiæ. Et ratio est, quia in illo priori non intelligitur justificatio adæquata, utpote quæ postulat ultra infusionem gratiæ ex parte Dei, quam comitatur necessario exclusio maculæ, conversionem voluntatis, quæ respiciat Deum,

et retractet peccatum præteritum. El hæc conversio non intelligitur in illo priori, siquidem prius est prioritate *a quo,* seu natura?, quod efficiens moveat, et imprimat suam formam mobili, quam quod istud ex vi hujus formæ se moveat ad finem exequendum. Est ergo ex vi illius prioris justificatio inadæquata, seu in fieri, quo pacto solum dicit conversionem Dei ad creaturam ; non vero in facto esse, quia nondum intelligitur conversio voluntatis in Deum, qua offensum, ut requiritur ad ablationem obicis voluntarii, et constat in exemplo ex D. Thoma assignato ablationis umbræ.

Obser-dignum. Quocirca summopere considerandum est, præ oculis habendam, aliud esse infundere gratiam substantialiter ut ita dicamus, aliud vero illam infundere ut libere acceptandam, uti fieri solet in justificatione adulti : sicut etiam aliud est esse, imo et intelligi, gratiam informare subjectum præscindendo a modo informationis ; et aliud importare modum informationis, qui sit proprius ipsius subjecti, iplique connaturalis, ut sensibiliter demonstratum est in prima suppositione testimonio, et doctrina D. Thomæ. Et qui hoc alte calluerit, facile perspiciet plus ad unum, quam ad aliud requiri ; subindeque ex eo quod in aliquo signo, et prioritate natura? primum intelligatur, non bene confici ex vi illius prioritatis precise omnia alia requisita ad esse : alioqui non interveniret duplex mutatio realiter, et essentialiter diversa in justificatione, sed una tantummodo, contra id quod nos docuit D. Thomas, et debet supponi.

Rursus agnoscet, et quidem satis perspicue, quod licet gratia quoad informationem essentialem non connolet actum contritionis, nec ab illo dependeat, quoniam hoc pacto non connotât impedimentum positivum peccati voluntarie amovendum ; secus tamen est, si consideretur, ut voluntarie, et libere accipienda, et recipienda a peccatore, sub qua ratione dependet abs dubio a libera conversione creature in Deum, et detestatione peccati, estque ipsa posterior. Quæ quidem satis inter se annexa manifesta sunt ex jactis inconcussis principiis D. Thomæ. Et in hoc sensu quoad præsens concedimus, et necessario concedendam esse arbitramur mutuam causarum prioritatem in diverso genere causæ, ut exemplum vasis liquore perfusi ad sensum ostendit. Et vera est solutio data inter arguendum, quæ non tantum est discipulorum, sed et Angelici Magistri locis supra citatis, expressius vero quæst. 28 deverit. art. 7, ubi hanc eamdem difficultatem versans inquirit : *Utrum culpa' remissio infusionem gratiæ przccdal9*Quam quidem nonaliter solidius, et verius expediri posse censuil Angelica illa acies, quam dicendo, *quod in quolibet genere causæ causa naturaliter tsl prior causato. Contingit autem secundun diversa genera causarum idem respectu ejusdem esse causam, et causatum: sicut purgatio est causa sanitatis in genere causæ efficientis, sanitas vero esi causa purgationis secundum genus causæ finalis : similiter materia causa est formæ aliquo modo, in quantum sustinet formam, et forma est aliquo modo causa materiæ, in quantum dat materiæ esse aclus. Et ideo nihil prohibet aliquid allero esse prius, el posterius secundum diversum genus causæ.* Qua doctrina vere philosophica applicata propositæ quæstioni, concludit S. Doctor, ut patenter dissolutum difficultatis nodum inquiens: *Sic ergo patet, quod simpliciter loquendo secundum ordinem naturæ prior est gratiæ infusio, quam culpæ remissio: sed secundum ordinem causæ materialis est conversio.* Quo quid clarius, aut evidentius veritatis amatoribus ?

166. Ad repiicam in oppositum Magister Nuno ad hunc art. 3, dub. 2, conci. 2 concedit contritionem, ut priorem natura gratiæ , et ut eademmet posteriorem esse satisfactoriam : utroque enim modo est ipsi vera contritionis ratio; siquidem procedit ab auxilio supernaturali : sed contritio secandum se est satisfactoria pro offensa : ergo sive pro priori ad gratiam, sive pro posteriori per se ipsam est satisfactoria. Juxta quam doctrinam neutra dilemmatis pars debet negari, sed in una, et altera oportet esse verum contritionem satisfacere. Ot«m: fi®.

Hæc tamen solutio in eo sensu, quem sonat, accepta, exclusa manet sufficienter improbatione prioris partis dilemmatis, et amplius diruitur ; siquidem contritio pro priori ad gratiam non intelligitur formata eadem gratia : sed contritio non formata gratia non est satisfactoria : ergo contritio pro priori ad gratiam non intelligitur ut sufficiens ad satisfaciendum. Consequentia est in forma. Major constat, qua contritio ut procedens ab auxilio supernaturali, non intelligitur ut procedens a gratia, ut docet ipse Nuno : sed ut non procedens a gratia non intelligitur formata gratia, quia nec actus, nec virtutes aliter per gratiam redduntur formati, quam ut a gratia procedunt efficienter : ergo contritio ut non procedens Iπρα-gwlnr.

procedens λ gratia, nequit por gratiam formari. Minor vero probatur ex doctrina 1). Thomæ supra adducta : quoniam contritio ex eadem radice habet esse meritoriam, et satisfactoriam : sed esse meritoriam non habet ex auxilio supernaturali, i sed ut procedens a gratia sanctificante, a qua ut a prima radice ortum ducit vis meritoria : ergo nec etiam sibi vindicabit vim satisfactoriam ut procedens ab auxilio pro priori ad gratiam.

Rfiici-,iΓ· Ad hæc. Vel actus contritionis ex sua essentia habet esse formatum, et consequenter satisfactorium ; vel per aliquid ipsi superadditum ex vi influxus gratiæ et cbaritatis, ut de actibus fidei, et spei communis, et vera sententia docet? Hoc secundum non potest dici, alias actus contritionis quoad speciem, et essentiam posset esse simul cum peccato ; siquidem ex intrinsecis, et essentialibus prædicatis non magis annecteretur charitati, et gratiæ, quam actus fidei, et spei, quos constat esse in peccatore. Primum, si affirmetur ; convincit actum contritionis non posse non procedere a gratia, ut a principio sibi essentiali, cum essentialiter sit formatus : ergo male conceditur procedere ab auxilio pro priori ad gratiam. Probatur hæc Consequentia. Tum, quia ut dictum est, ab auxilio solo absque influxu gratiæ non reddi potest formatus; alias quilibet actus supernaturalis esset essentialiter formatus, quod est manifeste falsum. Tum ad hominem in ipsomet auxilio, respectu cujus ita est posterior actus contritionis in ratione satisfactionis, quod pro priori ad ipsum non possit intelligi in ratione satisfactorii ; non ob aliam rationem, nisi quia a prædicto auxilio, et ejus influxu habet tum esse supematuralem, tum esse satisfactorium, ut docet illa solutio : ergo si actus contritionis essentialiter est formatus, et esse formatum habet provenire a gratia, ut constat ex doctrina D. Thomæ; liquido infertur actum contritionis non posse procedere ab auxilio pro aliquo priori ad gratiam. Quocirca ipse Doctor Angelicus infra qu. 85, art. 6, enumerans actus, qui ad Pœnitentiam desiderantur, quorum aliqui sunt formati, alii vero informes; ideo actum contritionis docet esse formatum, quoniam actus proprius Pœnitentiæ est contra peccatum ex amore Dei, quam pro priori naturæ supponit ut sui principium.

D.Thom. Verba D. Thomæ sunt : *Una* (virtus) *dicitur esse prior alleva ordine naturæ, qui consideratur ex ordine actuum, secundum scilicet quod actus unius virtutis præsupponit actum alterius virtutis. Secundum hoc igitur dicendum est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore præccdcre possunt actum, ct habitum Pœnitentiæ, sicut aclus fidei, ct spei informium, el aclus timoris servilis. Actus autem et habitus Charilalis simul sunt tempore cum actu, el habitu Pœnitentiæ, el cum habilibus aliarum virtutum. Nam sicut in secunda parte habitum csl* (loco supra allegato ex 1,2) *in justificatione impii simul est motus liberi arbitrii in Deum, qui est aclus fidei per Charilalem formatus, et motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus Pœnitentiæ. Horum tamen duorum actuum primus naturaliter præcedit secundum : nam actus virtutis Pœnitentiæ est contra peccalum ex amore Dei ; unde primus aclus est ratio, el causa secundi.* Non ergo est ad mentem D. Thomæ asserere actum contritionis pro priori ad gratiam effici ab auxilio, a quo juxta veram S. Doctoris doctrinam, non præsupposita, aut præintellecta gratia, et ejus influxu media Charitate, nuilus actus obtinet vim aut merendi, aut satisfaciendi. Recolantur quæ scripsimus tom. 13 de Incarnat, loco supra citato, ubi ex aliis capitibus similem solutionem ex M. Joanne a Sancto Thoma, qui in ea est sententia, convulsimus.

vera iSespon S1°' Quapropter ad impugnationem prædictam contra prioritatem, et posterioritatem causarum, eligimus sustinendam secundam dilemmatis partem, nimirum contritionem ut supponentem gratiam, et actum Cbaritatis satisfacere pro offensa; hæc enim videtur expressa D. Thomæ doctrina, ut loco nuper citato asserta, et in præsenti adducta satis manifestant. Ad probationem oppositam constat ex dictis : nam in illo priori infusionis gratiæ intelligitur ablata culpa, ut importat esse malum hominis, et inducebat carendam gratiæ absolute, non vero ut est malum Dei, atque ipsius offensa : hæc enim sicut non consurgit in Deo absque actu peccaminoso, ita non excluditur juxta communem cursum , secundum quem Deus se accommodat modo libere agendi creaturæ, absque actu voluntario liberi arbitrii, quo homo convertitur in Deum, et detestatur peccatum. Cum ergo in illo priori non intelligatur gratia nisi prout descendens a Deo, neutiquam vero ex vi illius prioritatis, ut convertens creaturam ad Deum, quod fit in signo sequenti media contri-

done; fit manifestum ex vi illius signi, et prioritatis non intelligi remissam offensam ; sed adhuc esse locum contritioni, ut per eam expellatur in signo sequenti. Unde ad formam neganda est Minor, qui licet in eodem indivisibili instanti, in quo infunditur gratia, fiat peccati remissio tam sub ratione maculae, quam sub conceptu offensæ passivæ ; non tamen ex vi ejusdem signi, et prioritatis, ut dictum est : sed post primæ gratiæ infusionem recto naturæ ordine sequitur dilectio Dei super omnia, deinceps contritio, ac tandem pervenitur ad offensæ remissionem, quæ est finis justificationis, ut inquiehat D. Thomas.

Objertio dû?

467. Sed contra hanc doctrinam supersunt aliquæ objectiones diluendæ, ex quarum enodatione veritas magis elucescet. Earum gravior est, quam sub sequenti forma proponimus. Nam ut docet Apostolus Roman. 3 hominis justificatio fit gratis juxta illud : *Justificati gratis per gratiam ipsius; gratis autem ideo justificari dicimur,* ut ejPon‘‘C°nciiium Tridentinum sess. 6, cap. 8, *quia nihil eorum, quæjustificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur.* Et reddit rationem ; *Si enim gratia est, jam non ex operibus, alioquin ul idem Apostolus inquit, gratia jam non est gratia.* Cum hac autem Catholica doctrina non cohæret, quod satisfactio præcedat offensæ remissionem : ergo satisfactio, quæ fit media contritione non antecedit remissionem offensæ. Minor, cui est difficultas, probatur : nam satisfactio, quæ præcedit offensam, reddit ex justitia debitam remissionem offensæ : sed offensa, quæ remittitur ex justitia in ea ratione, in qua admittit justitiam, excludit gratiam : ergo cum in nostra doctrina offensæ remissio fiat ex justitia, consequens est in prædicta ratione excludere gratiam. Cum vero in justificatione includatur remissio offensæ media satisfactione ipsam præcedente, manifestum fit justificationem non fieri gratis contra doctrinam Apostoli, et Concilii.

Rom. 3.

Trideut' *

Bcspon· dei Nono.

Nec refert, si ex Magistro Nuno ubi supra £ 4d *secundum* respondeas illam Apostoli, et Concilii doctrinam procedere de merito, ut verbum illud *Promeretur* satis denotat, non vero de satisfactione: hæc enim cum non cedat in utilitatem satisfacientis, sed offensi, nec petit gratiam, nec excludit justitiam ; secus vero est de merito, quod quia vergit in proprium commodum merentis, et ad id præsupponi debet subjectum gratum, et Deo acceptum; idcirco ita fieri debet justificatio gratis juxta mentem Apostoli, quod nullum ibi interveniat meritum, sive de congruo, sive de condigno. J

Hæc, inquam, solutio non elevat pondus B * indicati inconvenientis. Tum quia ut constat ex supradictis. ex eadem radice habet actus quod sit meritorius, et satisfactorius, nimirum ex gratia, et charitate, sine qua deficiet tam a ratione ïneriti, quam a ratione satisfactionis. Sed quia in ratione meritorii actus supponit necessario charitatem, et gratiam, nequit inducere obligationem justitiæ respectu charitatis, et gratiæ ; ideoque omnino gratis dispensatura Deo : ergo quia in ratione satisfactionis supponere debet eamdem gratiam, et consequenter exclusam offensam, non remanet locus, ut subeat rationem justitiæ. Tum etiam quia debitum ex justitia licet imperfecta excludit, quod remissio fiat omnino gratis : *ei enim, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, ut dicitur ad Roman, k.* Sed in remissione offensæ intervenit justitia nostra licet imperfecta : ergo non omnino gratis remittitur contra id quod docet Apostolus. Tum denique, quoniam si discrimen illud meriti a satisfactione subsisteret, consequeretur inde ante Gharitatem, et gratiam posse hominem satisfacere pro peccato per opera tempore præcedentia justificationem ; quod tamen est fa’sum, et contra D. Thomam : non ergo illo discrimine recte occurritur propositæ difficultati. Probatur sequela: nam totum illud discrimen fundatur in eo, quod ad meritum essentialiter prærequiritur gratia, quia cedit in utilitatem propriam merentis, secus vero ad satisfactionem, quia vergit iu commodum partis læsæ : ergo si hoc discrimen est verum, nulla erit ratio denegandi operibus supernaturalibus tempore præcedentibus infusionem gratiæ, vim satisfaciendi pro culpis, esto illis non insit vis meritoria præmii. Patet Consequentia: quia tota ratio primum negandi potest reduci ad statum peccati, et carentiamgratiæ: quam tamen gratiam non prærequiri sustinet prædicta solutio. Quæ est ergo ratio, quare opera justificationem præcedentia non sint, aut esse possint satisfactoria ex justitia licet imperfecta, contra id quod expresse docet Concilium, et colligit ex illo Apostoli testimonio ?

168.

fidior 168. Hac ergo solutione ut non salis colueronte veritati, relicta, respondetur concedendo, ut par est, doctrinam Concilii, cum testimonio Apostoli, cui ea innititur. Sed negatur illatio posita in Minori, el ad ejus probationem distinguenda est Major : *reddit debitam ex justitia imperfecta remissionem,* concedo Majorem : *perfecta,* nego Majorem, et sub eadem Minoris distinctione, neganda est Consequentia. Quia justitia, quæ intervenit in satisfactione olïensæ media contritione fundatur in gratia, comitatur gratiam, et includit gratiam, et consequenter absolute, et simpliciter fit omnino gratis. Cum enim sit effectus gratiæ, ipsamque comitetur, el aliunde sit infinite distans a gravitate offensæ, palam conficitur esse justitiam secundum quid, eamque acceptare Deum omnino gratis, atque ideo gratis etiam re-
DTeooi. mittere offensam. Nam ut inquit D. Thomas ad Rom. 4, lect. 1, ad illa Apostoli
4 verba : *Reputatur fides ejus ad justitiam, hoc consuevit dici, quando id quod mirius est ex parte alicujus, reputatur ei gratis, ac si totum fecisset.* Et hanc expositionem dicit S. Doctor esse litteralem, et secundum intentionem Apostoli. Hinc constat non fuisse de ipsius mente aliquam rationem justitiæ excludere ab operibus gratiæ, per hoc quod dixerit hominem gratis justificari. Quod idem colligitur ex ipso Concilio Tridentino cap. 5 ejusdem sessionis, ubi licet deferat gratiæ Dei prævenienti, nullis præcedentibus meritis, initium nostræ justificationis, ad quam etiam necessariam duxerit gratiam excitantem, adjuvantem, atque cooperantem; non excludit, quin postulat, cooperationem nostram, qua in ipsomet justificationis instanti Deo libere assentiendo, et cooperando disponamur. Huic autem dispositioni conjunct® cum ipsa gratia, sicut nullus Catholicorum negat rationem meriti respectu præmii essentialis (quamvis non sit meritum ipsius gratiæ, ad quam sequitur, quamque essentialiter supponit pro aliquo priori) ; haud dissimiliter nequit denegari satisfactionis ratio respectu offensæ, quam prioritate naturæ, et causalilatis anteire nos docuit D. Thomas, ubi supra. Quare nec Apostolus nec Concilium excludunt meritum, aut satisfactionem, quæ sit ab ipsa gratia in ipso justificationis momento; sed tantummodo ab operibus tempore præcedentibus gratiæ communicationem ; hæc enim licet sint supernaturalia, quia tamen informia nullam proprie rationem meriti adhuc de congruo habent, subindeque nullam, vel minimam justitiæ rationem inducunt, ut alibi ex professo ostensum est.

Ne vero aliquis hanc expositiomem ut commentitiam, aut minus solidam parvi pendeat, audiamus iterum Concilium Tridentinum sess. 15, cap. 8, ita de nostra satisfactione, quæcumque illa sit, sive pro pœna temporali, quam luere condigne possumus, sive quovis alio modo, ita disserens : *Neque vero ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exolvimus, ul non sit per Christum Jesum : nam quia ex nobis, lanquam ex nobis nihil possumus, eo coopérante, qui nos confortat, omnia possumus : ita non habet homo, unde glorielur ; sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitenliæ : qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, et per illum acceptantur a Patre.* Quæ quidem si energiam habent in satisfactione pro pœna temporali ad æqualitatem solubili, potiori, et urgentiori titulo tenent in satisfactione pro offensa inexæquabili a pura creatura. Quare tantum abest, ut excludat gratiam, qualis qualis ea sit aut esse possit satisfactio, quod potius eam commendet, necessario postulet ; quia ex nobis, tanquam ex nobis nihil possumus ; sed coopérante, qui nos confortat, omnia possumus, et sic quantumvis in satisfactionem conetur homo, non habet, unde glorietur, sed totum refundi debet in gratiam Dei, in qua, cum qua, et per quam acceptatur ab ipso. Unde summopere cohæret Deum omnino ex parte sua gratis hominem justificare, et hominem aliquam ex justitia imperfecta satisfactionem offerre ad perfectam justificationem.

169. Objicies secundo contra supra traditam doctrinam, quæ non ex uno capite, sed ex pluribus videtur falsitati obnoxia. Nam in primis, inintelligibile apparet Deum infundere suam gratiam, qua hominem justum, et sibi amicum reddit, quin ex vi ejusdem condonet ipsi homini offensam; nam Deum esse offensum non aliud importat, quam esse homini invisum, et injurium : in eo autem signo , in quo Deus intelligitur infundere gratiam sanctificantem, intelligitur cedere juri proprio; non ergo intelligi potest, ut infensus homini. Si non ut infensus? Ergo intelligitur remissa ex parte Dei offensa. Eo vel maxime, nam eo ipso quod homini intel-

Apoil. ligatur communicata gratia, intelligitur homo filius Dei adoptivus, et cum jure ad hæreditatem gloriæ, juxta illud Apostoli : S» *filii et hæredes;* hic enim est effectus proprius et inseparabilis gratiæ; quocirca semper atque in aliquo signo intefligatur gratia ut afficiens subjectum, inteiligi debent et ratio filiationis, et jus hæreditatis. Cum enim gratia nihil aliud sit. quam semen gloriæ, in quo participatio formalis divinæ naturæ splendet; inintelligibile est esse Dei graliam in aliquo signo absque jure ad gloriam. Cum hujusmodi autem jure ad gloriam non stat Dei offensa, alias Deo esset homo gratus, et Deus simul homini offensus, quod implicat : ergo ex vi illius signi, in quo Deus intelligitur infundere gratiam, intelligitur etiam remittere offensam : non ergo Deus intelligitur infundens graliam, et relinquens compensandam offensam ; sed utrumque pertinet ad idem signum : subindeque pro illo signo, pro quo gratia præcedit priontate naturæ contritionem, supponitur ex parte Dei condonatio offensæ.

c^or Tbom. Quam objectionem paucis explicasse videtur D. Thomas infra quæst. 86, art. 2, in corpore, ubi docet, *quod* cum *peccatum sil Dei offensa, eo modo Deus peccatum remitlit, quo remittit offensam in se commissam, offensa enim directe opponitur gratiæ: ex hoc enim aliquis dicitur alteri esse offensus, quod repellit eum a gralia sua.* Ex quo testimonio sic roboratur objectio sub hac forma : eo modo Deus remittit peccatum, quo remittit offensam in se commissam : sed Deus remittit peccatum, ut infundit gratiam pro priori ad contritionem : ergo pro priori ad contritionem remittit offensam : non ergo relinquitur offensa remittenda pro posteriori. Major est expresse, ac diserte propositio D. Thomæ. Minorem sustinuimus ubi supra docentes prius infundi gratiam, et abstergi maculam ex parte peccatoris, quam eliciatur contritio, et Consequentia est legitima.

Instatur ultenus. Prorsus urget objectio ex vi ejusdem tes^imonjj ; ^am juxta D. Thomam, offensa opponitur directe divinæ gratiæ : sed divina gratia intelligitur infusa pro priori ad contritionem , ut asseruimus : ergo in eodem signo intelligitur exclusa divina offensa. Patet hæc Consequentia ex præmissis : nam inter duo directe opposita positio formalis unius est exclusio sive directa, sive indirecta alterius, ut inductive constat in luce, et tenebris, et universim in omnibus directo oppositis, et manifestius adhuc liquet in ipsa macula, et privatione gratiæ, quæ statim aufugit ad positionem ipsius, quin sit intelligibilis pnesentia gratiæ cum ipsius privatione : alioqui possent simul inteiligi gratia et peccatum, quod non admittimus : ergo non est diversum signum infusionis gratiæ, et remissionis offensae, sed in quocumque intelligitur illius infusio, debet inteiligi ablatio offensæ.

AM ia?!- *lush* eaotai *ivdli-* Eia. 170. Deinde impugnatur ex alio capite eadem doctrina. Nam forma non influit effective nisi ut connaturaliter existens, et consequenter recepta in proprio subjecto; non enim influit ut ab illo separata; sed influit omnino connaturaliter : ergo ut recepta connaturaliter ; cum enim operari sequatur adesse, nequit influxus esse naturalis formæ, quin similiter sit ipsi naturalis modus essendi. Sed gratia influit connaturalissime in actum contritionis, qui elicitur in illo instanti : est ergo recepta omnino connaturaliter in anima ; atque ideo ut connaturaliter intefligatur recepta, non pendet ab actu contritionis, qui est posterior. Unde vana est illa distinctio de receptione essentiali, et connatural!.

Usimk dea!»“. Demum urget contra illam doctrinam. Quoniam si vera est, et sustineri digna ; non esset unde falsitatis convinceretur, qui doceret ipsamet contritione nedum hominem satisfacere, sed et mereri posse tum gratiam, tum remissionem offensae. Consequens est falsum ; ergo et illud ex quo sequitur. Minor et Consequentia constant, et probatur Major : quia tota ratio asserendi satisfactionem pro offensa in contritione, est præcedentia, seu prioritas aliqua naturæ contritionis ad offensam : sed hanc eamdem habet respectu gratiæ, et maculæ gratia abstergendae : ergo ex vi hujus non est ratio quare contritio non sit, aut esse possit meritoria tam gratiæ, quam etiam remissionis offensæ. Probatur Minor : quia tota illa præcedentia, aut prioritas tandem reduci debet ad genus causæ dispositivæ, quo homo contritionem libere eliciendo, se disponit tum ad gratiam, tum ad remissionem culpæ, et offensæ : sed hoc munus exercetur nedum ad offensam, sed etiam ad gratiam ipsam ; non enim tantummodo se disponit homo libere ad remissionem offensæ, sed etiam et prius ad receptionem gratiæ : ergo eadem prorsus ratione, qua homo queit satisfacere pro

pro offensa, poterit et mereri ipsam gratiam; vel si quæ est ratio, cur non possit mereri graliam, æque militat, ut non satisfaciat pro offensa.

fri'il-htJj

WlaltO* te.

171. lite tamen objectiones minime obsunt, quin deserviunt ad majorem traditæ veritatis elucidationem. Et ut illis majori perspicuitate occurramus, observandum est, nomine gratiæ aliquando usurpari non tantum ipsam graliam habitualem, quæ est formalis, intrinseca, et adæquata causa justificationis, ut constat ex Concilio Tridentino; sed etiam ipsam voluntatem Dei, quæ est causa ejusdem gratiæ habitualis, ideoque illam appellare possumus gratiam active, quatenus est causa, et origo proxima, et immediata ipsius gratiæ habitualis. Aliquando vero (et est communior acceptio apud Theologos) sumitur passive, et ex parte effectus pro ipsa gratia sanctificante, quæ est gratia ad extra, et effectus primæ alterius gratiæ. Quam observatio-

D.Tton.

nem nos docet D. Thomas loco in objectione citato ex quæst. 86, art. 2, ubi distinguit S. Doctor inter gratiam Dei, et gratiam hominis in eo, quod illa causât bonitatem, non tamen supponit : hæc vero supponit, et non causal, bonitatem in homine grato. Porro prædictuin discrimen manifestum est, dumtaxat competere gratiæ Dei active sumptæ, seu quod in idem recidit, voluntati divinæ ut contrapositæ voluntati humanæ : quasi esset dicere voluntatem divinam esse effectivam, et causare bonitatem in rebus; secus vero voluntatem humanam. In quo sensu se refert S. Doctor ad 1,2, quæst. 110, art. 1, et constat ex eodem 1 p. quæst. 19, ubi statuit voluntatem divinam esse causam rerum, et ejus amorem esse effectivum ad extra, non vero pure effectivum.

Similiter offensa prout se tenet ex parte Dei duo importat, et actum odii, seu displicentiae divinæ, quo fertur contra injuriam ut ipsi in affectu illatam, et offensam ipsam passivam. Porro ista duo distinguenda esse ex parte Dei manifestum est; siquidem aliud est injuria alicui vel violenter, vel irrationabiliter irrogata, aliud actus, quo injuriam passus detestatur ipsam injuriam, et nocumentum ab alio illatum, ut liquet in humanis, ad quorum instar in omnium sententia quoad hanc partem meditari debent injuriæ divinæ. Quare offensa divina (sicut et gratia) stat dupliciter : vel pro actu ipso Dei, vel pro injuria formali, et passiva.

Secno *i»* observatio.

Sucundo animadvertere oportet gratiam sanctificantem ex se, et ex intrinsecis prædicatis essentialibus solum inducere effectum physicum renovandi interius hominem seipsa, et mediis virtutibus ipsi annexis ; quin ex vi hujus petat inteiligi ut excludens effectus moralescum ipsamoraliter, et metaphysice incompossibiles, a quibus ipsa secundum se praescindit, ut videre est in Angelis, et in Christo domino , in quibus fuit gratia habitualis perfectissime, absque eo quod aliquod debitum, quod remissione indigeret, præcederet, vel comitaretur. Cum enim sive Christus, sive Angeli in primo instanti, in quo acceperunt gratiam, sint absolute, et omnino impeccabiles; certum debet esse non indiguisse aliqua remissione ex parte Dei pro aliquo debito contracto antecedenter. Quocirca ut se disponerent ad ipsam gratiam libere acceptandam (quo pacto dispositi sunt), non fuit necessarius actus contritionis ; imo nec fuit illis possibilis : sed sufficiebant actus Charitatis, aut aliarum virtutum, quibus positis, perfecta fuit justificatio.

In peccatore autem gratia ut infundenda ultra effectus informationis, et renovationis interioris importat effectus morales remissionis offensæ, quæ est quid morale, necnon aliorum ex ipsa ortum ducentium. Cum discrimine tamen maxime observando, sed quod clare elicitur ex dictis in praecedenti observatione. Nam si gratia sumatur active pro ipso actu voluntatis divinæ, eo ipso quoi Deus velit infundere gratiam, deponit offensam ut est actus displicentiae divinæ. Et in hoc sensu gratia ut infusa in illo priori supponit depositam offensam, cui directe contrariatur, ut inquiebat D. Thomas : quia non stat in illo priori Deum velle infundere gratiam, et non deponere odium, seu displicentiam circa peccatorem. Cæterum hæc offensa non petit satisfactionem, sed præsupponitur ablata ex vi infusionis gratiæ, cui directe opponitur. Ultra quam remanet alia offensa passiva, et formalis, quæ non est voluntaria Deo, sel creaturæ : et hæc non opponitur directe gratiæ, nec destruitur immediate per ejus infusionem in illo priori; sed expectat ut sic dicamus, retractationem voluntatis creatæ pro alio posteriori. Et ratio est clara : quia cum non sit voluntaria Deo, sed creaturæ : tamdiu intelligitur in Deo, quandiu intelligitur voluntas creata non retractata. Gum au-

tem in primo signo nondum intelligatur voluntatis contritio, sed nuda, et essentialis infusio gratiæ ; hinc est non intelligi in illo priori remissam offensam formalem : licet præintelligatur depositum odium Dei oppositum directe voluntati infundendi gratiam.

Consectarium, quo elucidatur veritis.

Ex quibus liquet gratiam active sumptam pro voluntate Dei directe, et formaliter opponi odio, seu displicentiæ divinæ, et in quolibet signo unum intelligatur, directe intelligi exclusum alterum : gratiam vero passive acceptam pro forma sanctificante etiam opponi directe maculæ, seu privationi prout se tenet ex parte peccatoris; atque ideo in eo signo, in quo primo intelligitur infusa gratia, intelligitur etiam exclusa formaliler macula, ut supra dictum est. Cum oflensa vero formali, quæ in privatione morali consistit, ut accurate explicuimus tom. 13 de incarnat. disp. I, solum opponitur objective, et moraliter, quatenus radicat conversionem actualem in Deum ultimum finem, qua formaliter expellitur aversio ab eodem ultimo fine, in qua fundatur tota oflensæ ratio. Unde adhuc posita gratia sive activa ex parte Dei, sive passiva in creatura in illo primo signo, et deposita offensa etiam ex parte Dei active, seu actu odii, quod idem est; adhuc manet locus pro posteriori ad destruendam moraliter offensam passivam media contritione, qua ipsam directe detestamur, et sarcimus constituendo simul in Deo rationem ultimi finis medio priori actu Charitatis. Et hoc fit in toto illo instanti cum ordine prioritatum descriptarum a D. Thoma. Quare omnia argumenta, quæ in contrarium formantur, aliæque subtilitates, quæ confici possunt, solum probant dependentiam, et connexionem inter Charitatem, et actum contritionis ad excludendam offensam in illo instanti reali per modum compensationis ; neutiquam vero suadent, non esse locum contritioni ad compensandam offensam pro aliquo priori naturæ, ut nos docuit S. Thomas, et sufficit ad hoc, ut actus contritionis sit actus veræ justitiæ, licet imperfectæ et non excludentis, quin maxime exposcentis divinam gratiam, vel ad ipsius offensæ remissionem.

Diluitur objectio prima.

172. Hinc ergo ad primam objectionem respondetur in forma, quod si loquatur in Majori de toto instanti reali, vera est; sivero loquatur de illo primo signo infusionis gratiæ, adhuc etiam est vera, si intelligatur de condonatione oflensæ prout importat displicentiam activam Det circa peccatorem .' hoc enim pacto inintelligibile est Deum vello infundere gratiain, et non deponere offensam in illo priori, sicut inintelligibile est intelligere in illo priori gratiam, et non intelligere abstersam maculam. Est tamen falsa, si loquatur de offensa passiva, et formali, ut liquet ex dictis. Unde solum inferri potest quod in illo priori, et ex vi illius exigatur pro aliquo posteriori immediato actus contritionis, el Charitatis, quibus expellatur formalis offensa : nam illa prioritas non est adæquata totius justificationis, sed inadæquata, nec ex vi illius intelligitur conversio hominis ad Deum, sed principium illius : Ideo enim dispensat Deus homini in illo priori suam gratiam, ut pro posteriori sub eadem gratia se ad Deum convertat, et reparet damnum sarciendo offensam.

Unde licet intelligatur communicata gratia, nondum intelligitur exclusa offensa, eo quod remissio oflensæ ordine naturæ est, quæ ultimo intelligitur in justificatione, licet fuerit prior in intentione. Quare in illo priori solum intelligitur gratia cum prædicatis, et effectibus physicis ; non vero cum moralibus, qualis est remissio oflensæ inter alios. Unde non potest intelligi homo perfecte amicus Dei, nec consequenter ut filius, et cum jure expedito, et proximo ad gloriam ; quia nondum intelligitur ablata offensa. Nam ut bene observat Joan, a Jcu.j Sancto Thoma in præsenti art. 2, g Si /a· s,Tk·l *men,* si per possibile, vel impossibile Deos ut formam physicam infunderet gratiam non condonata offensa morali ; profecto homo non assequeretur gloriam ob defectum condonationis moralis, nec esset ad eam proxime acceptus. Non secus ac sancti Patres, quia nondum facta fuerat plena redemptio per Christum, detinebantur in lymbo, quantumvis essent in gratia. Cum ergo in illo priori non intelligatur nisi pura infusio gratiæ prout est bonum hominis, non intelligi debet remissa offensa ut est malum Dei, subindeque non intelligitur homo cum jure expedito ad gloriam, nec ut perfectus hæres illius ob impedimentum offensæ ex vi illius nondum exhaustæ. Unde constat ad primam confirmationem.

Diraitsr secsEU.

Ad secundam desumptam ex D. Thoma constat ex prima observatione, et ad ejus formam concessa, prout jacet, Majori, distinguenda est Minor: sed Deus ut infundit gratiam, remittit peccatum sub ratione

tione maculæ, et ut est malum hominis, concedimus Minorem, sub ratione oflensæ : et ut est malum Dei negamus Minorem: nam sub ista ratione est ultimum, et finis justificationis, ut expresse asserit S. Doctor, qui proinde non potest intelligi nisi in ultimo terminativo illius, non autem pertinet ad prioritates, et signa ipsius, prout est in fieri.

Secandus Sjityis-ÎPÎS ·BîS eipoainr.

Ad secundum Syllogismum etiam liquet : nam Major S. Doctoris intelligitur de offensa sumpta pro odio, seu displicentia Dei, et de gratia active prout idem valet, ac divina voluntas, quam ibi nomine gratiæ usurpat S. Doctor, ut evidenter constat ex textu. Et hoc modo directe opponuntur, et ex positione unius in aliquo priori recte colligifur exclusio alterius in illo priori, ut jam explicuimus: quocircain ilio priori infusionis gratiæ, intelligitur exclusa macula peccati, et displicentia divina ex parte actus; non vero ipsa formalis offensa, ut adhuc in humanis ostendere possumus, ubi non semel accidit deposita inimicitia personæ suppetere adhuc quid ex justitia luendum pœnæ, vel restituendum. Et hoc quod realiter, et a parte rei successive accidit inter homines, intelligitur fieri, et revera fit instantanée inter Deum, et hominem justificandum : convertit enim Deus media gratia se ad creaturam, in quo stat condonatio activa ex parte Dei ; et> in eodemmet instanti se convertit sub ipsa gratia creatura ad Deum, in quo stat ejus satisfactio : et tunc completur, ac perficitur justificatio libera tam ex parte Dei, quam ex parte creaturæ, et omnia consonant.

Seon-cipat-ninißur.

173. Ad secundam impugnationem constat ex olim dictis tract de justifie, disp. 3, dub. 4, ubi fuse occurrimus his, et similibus cavillis, quæ sine intermissione a junioribus extra Scholam D. Thomæ intorqueri solent contra mutuam causarum dependentiam in diverso genere causæ; quamque supra sensibiliter demonstratam relinquimus. Dicimus ergo in præsenti, quod ut forma connaturaliter influat, non requiritur, nisi quod connaturaliter existât, connaturalitate sibi debita in illo priori, in quo influit; et similiter quod sit connaturaliter recepta, connaturalitate propria illius signi, in quo intelligitur recipi. Hoc autem modo connaturaliter existit, connaturaliter recipitur, et connaturaliter influit, quia in illo priori non requiritur nisi gratia associata virtutum supernaturalium habitibus ab ipsa inseparabilibus, mediis quibus omnino connaturaliter recipitur, ut constat in parvulis absque propria dispositione gratiam recipientibus, de quo egimus loco nuper citato, dub. 5, ultra quam in adultis, ut libere recipiatur, desiderantur actus proprii, quibus ai eamdem gratiam libere acceptandam disponantur. Quare vel argumentum probat gratiam non posse operari in illomet instanti, in quo infunditur; quod est manifeste absurdum, et omnino falsum, vel nihil probat. Unde quoad præsens concedimus quod ut gratia recipiatur connaturaliter connaturalitate, ut sic loquamur, necessaria, non desideratur alia dispositio, quam virtutum eam comitantium juxta loco citato asserta de parvulis: cæterum ut libere intelligatur recepta, necessario postulat actum liberum, a quo in genere causæ materialis dependet.

insurgens occluditur replica.

Nec est inconveniens (ut sic insurgenti occurramus replicæ), quod inter gratiam ut expellentem maculam, et se ipsam ut connotantem offensam excludendam pro posteriori, intercedat influxus ejusdem gratiæ, non qualiscumque, sed voluntarius, et consequenter effectivus. Tum quia ut docent communiter Theologi, inter eamdem relationem Patris secundum munus *in,* quo constituitur persona, et eamdem secundum munus *Ad,* quo refertur ad filium, mediat generatio verbi, quæ proinde et supponit unum munus, et supponitur ad aliud. Tum quia ut docet D. Thomas 1 p. quæst. 76, art. 6, eadem accidentia dimanantia a forma secundum aliquem gradum, et illum supponunt, et disponunt ad alterum : licet gradus formarum, ut esse sensibile, corporeum, etc., non distinguantur realiter, et non requiritur ad realem influxum magis, quam ad realem dimanationem. Tum denique, quia ipse ordo naturalis in justificatione servandus, id ita postulat, ut verba D. Thomæ supra relata satis demonstrant. Cum enim pœnitens media hac virtute voluntarie intendat se reconciliare cum Deo, et dissectam cum eo amicitiam resarcire : necessarium est ad ipsius gratiam confugere, ut sub ea, et cum ea voluntarie detestetur offensam prava voluntate commissam. Quocirca congruit ipsis rerum naturis, ut post illam acceptam, illico subsequatur detestatio offensæ, qua plena, ec libera reddatur remissio, utpote quæ est finis, in intentione primus, sed via executionis, quæ est propria causæ efficientis, ultimus.

D.Thom.

Ühiroa objectio dispellitur.

Ad ultimam objectionem neganda est sequela : nam ex eo quod homo in ipso instanti justificationis utcumque satisfaciat pro offensa, non sequitur quod possit mereri gratiam. Et ratio disparitatis est clara; quia licet sub utraque ratione debeat supponere gratiam ut sui principium effectivum, ut supra ostendimus contra Nuno, et alios ; aliam tamen causalitatem exercet circa gratiam, et aliam circa oflensam. Nam circa gratiam ut libere recep-

tam solum exercet munus dispositionis, quo pacto se tenet ex parte subjecti, et reducitur ad genus causæ materialis, et nullam aliam causalitatem exercere valet circa gratiam, quam absolute, et in genere causæ efficientis, et formalis supponit. At vero respectu offensæ formalis se habet active, eamque præcedit ad eum sane modum, quo gratia præcedit actum contritionis, ut constat ex ordine prioritatum, quem supra nos docuit D. Thomas. Stat vero differentia in modo causaiitatis, quoniam actus contritionis nequit in offensam præstare influxum physicum, sed moralem tantummodo ; ex vi tamen prioritatis, in qua illi præintelligitur, sufficienter posset physice influere, si influxus physicus est possibilis. De quo infra redibit sermo in hac eadem disputatione. Unde constat probationem sequelæ in oppositum esse falsam : quia actus contritionis respectu gratiæ, a qua procedit, solum præit ex parte subjecti, et in genere causæ dispositivæ ; quæ est præcedentia secundum quid cum posterioritaie simpliciter, atque ideo ne quit illam promereri, eo quod meritum pertinet ad causam efficientem. Contritio vero ita præcedit offensam, quod ordine naturæ. et executionis præintelligi debeat ad ejus remissionem, subindeque ejus præceientia est absolute talis, et fundat efficientiam saltem moralem juxta principium illud D. Thomæ infra examinandum, quod *Pœnitentia expellit omne peccatum effective,* D.Thom. ut habet S. D. in hac quæst. 85, art. 2 ad 3, et quæst. 28, de verit. art. 8 ad 2, et alibi pluries.

tisfactio pro offensa. Superest deveniamus ad ipsam intra Sacramentum, et ut est intrinseca ejus pars, in quo viget specialis difficultas ox duplici capite pungens. Tum quia pœnitentia est Sacramentum mortuorum, ut docent communiter Theologi, quod proinde non petit supponere in gratia ad ipsum accedentem. Tum et maxime, quia cum Sacramenta sint instrumenta physice concurrentia ad productionem gratiæ ; et pœdietus influxus eis competat non solum ratione formæ, sed etiam ratione materiæ, ut supra ostendimus, manifestum debet esse contritioni ut parti sacramenti competere vim efficiendi physice primam gratiam : non ergo illam supponit productam in aliquo priori ut hactenus dicebamus : atque ideo ut pars Sacramenti non est satisfactoria pro offensa. Prima Consequentia constat, quia nulla causa efficiens supponit productum effectum; est enim de ratione efficientis dare esse, sicut et agere in quantum est in actu, passo existente in potentia ; alioqui enim simul daret, et non daret esse, efficeret et non efficeret, quod implicat : atque ideo si de ratione contritionis sub ratione partis Sacramentalis est causare physice instrumentaliter primam gratiam, non eam debet supponere alias productam. Ex quo secunda Consequentia probatur: quia ut constat ex dictis, contritio noo habet quod sit satisfactio, nisi quatenus supponit gratiam, ab eaque procedit: sed ut est pars Sacramenti nec supponit gratiam, nec a gratia procedit, quin imo e contrario res se habet : Ergo ut est pars Sacramenti non est satisfactio pro offensa. Porro hoc esse falsum liquet: quoniam efficacior est contritio cum Sacramento, quam extra illud ; et sane si qualem qualem vim habet contra peccatum in lege gratiæ, ipsi competit ex voto saltem implicito Sacramenti, ut colligitur ex Tridentino sess. 14, cap. 4 docente *ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti volo, quod in illa includitur, non esse adscribendam;* mirum profecto est, quod extra Sacramentum possit offensam satisfaciendo reparare, et id etiam non valeat cum ipso Sacramento. Hoc autem non potest componi cum eo, quod contritio procedat a gratia ut a principio efficienti; et quod ab eadem ut priori sibi vindicet vim satisfaciendi : ergo vel non procedit a gratia ut a principio effectivo contra id quod supponitur ; vel intra Sacramentum non est satisfactoria pro offensa. Eo presertim quia

I Vil.

Quid de contritione, ut est pars Sacramenti ?

Applicatur tradita doctrina.

174. Explicuimus vim contritionis extra Sacramentum, cum illius tamen voto, a quo utpote in ilia incluso non est denudabilis in lege gratiæ ; ut sit, et esse possit sa·

quis Sacramentum istud petit primam gratiam causare.

nww. Nec in præsenti valet commune effugium Thomistarum de mutua causalitale in diverso genere causæ. Quia proceditur in eodem ; si quidem contritio procedit a gratia efficienter, et ipsamet contritio debet efficere eamdem gratiam instrumentaliter. Quod non minuit difficultatem, sed clariorem ostendit repugnantiam : si quidem primam gratiam efficere saltem instrumentaliter, et ab ipsa prima gratia principaliter procedere in genere causæ efficientis, haud obscuriorem inducit contradictionem, quam quo l actus intellectus ; qui essentialiter supponit animam ut sui principium effectivum, possit assumi ut instrumentum ad efficiendam physice eamdem animam : quia non est assignabilis aut clarior, aut major repugnantia.

(Wtïâi-iireon trcere. 175. Hæc tamen difficultas, qua aliqui rati sunt actum esse de nostra sententia, non tanta est, ut deserere cogat arreptam viam de dependentia essentiali actus charitatis a gratia, quam esse D. Thomæ conformiorem semper censuimus, et interim atque ipsemet Sanctissimus Præceptor oppositum clarius nos docet, ut de ipsius mente propugnare conabimur. Nec etiam extorquet a contritione ut Sacramenti parte ablegatam iri vim satisfaciendi pro offensa ; sed unum alteri recte cohærere manifestum fiet, si tamen prius animadvertatur prædictam difficultatem, quæ tanti est apud aliquos, non esse specialem contra prædictam sententiam, sed æque suam vim, et omnes nervos exerere in communissimam, et fere certam, cui teste Illustrissimo Godoy tomo i, in l p. disp. 3, § 10, n. 228, frequentius adhærent S. Doctoris discipuli juxta quam per se loquendo, et juxta providentiam ordinariam, quidquid sit de potentia Dei absoluta, actus contritionis, et cbaritatis ultimo ad gratiam disponentes, sive intra, sive extra Sacramentum, ab eadem gratia, ad quam disponunt, efficienter procedunt.

IltasU G«doy

feU!ar· In hac,inquam, sententia, Thomistis, et aliis non paucis pervia, et satis plana, urget, et pariter, motivum objectum, quando quidem casus non est extraordinarius, sed satis communis juxta institutionem Sacramenti; quod, cum sit mortuorum, non postulat ad obtinendam in illo remissionem aliam perfectiorem detestationem peccati, quam attritionem supematuraiem descriptam a Concilio Tridentino, quæ nec contritiosit, i.ec ut talis existimetur. Quare illis incumbit exponere qualiter ex una parte contritio a gratia procedat, et qualiter ipsam primam gratiam efficiat, simulque in eodem instanti pro offensa ibi remissa satisfacere valeat pro priori ad remissionem ex parte Dei. Si enim ita naturaliter justificatio fieri debet; nihil difficultatis addit ad extricandum, ac dissolvendum illum modum, quod ita fieri etiam debeat essentialiter : nam quod ipsi naturaliter fieri docuerint, attentis naturis rerum, asseremus et nos essentialiter fieri dehere inspecta adhuc Dei absoluta potentia, remanente solum bello, ut sic dicamus, domestico; an ea dependentia sit essentialis, vel dumtaxat connaturalis ? cujus arbiter est D. Thomæ doctrina, a qua nec per latum unguem discedere in votis semper habuimus.

observatio prælîbanda. 176. Ad difficultatem ergo omnibus discipulis S. Doctoris vel saltem nobiliori, et saniori eorum parti communem, ut respondeamus, observandum est illum eumdem ordinem, quem supra nos docuit D. Thomas servari in justificatione extra Sacramentum in infusione gratiæ, motibus liberi arbitrii in Deum, et peccatum, ac remissione offensæ, retineri etiam in justificatione, quæ fit in ipso Sacramento, seu in instanti terminativo illius ; de quo debet procedere difficultas. Ratio autem hujus observationis est. Nam per hoc quod Deus uti velit instrumentis ad productionem gratiæ, quam alias se ipso æque producere valet absque illis, non ideo invertit rerum ordinem, nec derogat virtuti, et modo proprio influendi ipsarum causarum naturalium; quin imo illis retentis, ac præsuppositis, elevat instrumenta usque ad productionem effectus superexcedentis, quem intendit, ut est cernere in aqua, et aliis rebus sensibilibus, quas assumit Deus in Sacramentis ad producendam gratiam; quin aut aquæ, aut illis vel impediat, vel auferat, quod ex natura rei ipsis competit. Quocirca aqua, exempli causa, ita elevatur ad instrumentaliter producendam gratiam regenerativam propriam Baptismi, quod simul per qualitates sibi proprias, et connaturales eumdem faciat effectum, quam si non esset instrumentaliter assumpta ad producendam gratiam. Quo supposito tacta difficultas non tam consistere debet in explicando qualiter actus contritionis adhuc intra Sacramentum, et in ipso instanti terminativo elicitus possit pro ofiensa satisfacere : nam semel atque actus contritionis

extra Sacramentum sit ordino naturæ prior remissione offensæ. ut explicatum relinquimus cum D. Thoma, eamdem. imo majorem praecedentiam habere debet intra Sacramentum.

Diximus, *imo majorem*. Nam ut sumitur ex ipsomet argumento, actus contritionis ut pars Sacramenti instrumentaliter physice debet producere primam gratiam, et consequenter ante ire ipsam debet in genere causa? efficientis, nedum moralis, sed etiam physicœ : hanc autem praecedentiam nequit non sibi vindicare respectu offensæ, siquidem offensa non remittitur, aut remitti potest absque infusione gratiæ, ut constat ex dictis, tract, de Justif. disp. i, et est communis, et vera Theologorum sententia : ergo actus contritionis eo capite majorem præcedentiam sibi vindicat respectu offensæ, quam extra Sacramentum.

Ad quod landem derolvenda sit difficuius.

Quare totius difficultatis nervus non ad satisfactionem debet reduci, sed ad expiicandum, quo pacto actus contritionis, qui procedit essentialiter a gratia ut a principi0 effectivo, possit ut pars Sacramenti illam eamdem primam gratiam ut instrumentum physicum efficere ? Ad quam superandam ab omnibus supponi debet, quod in eadem contritione interveniat satisfactionis ratio, quæ longe diversa est, sicut et ratio meriti. Hæ enim duæ rationes et meriti, et satisfactionis venari non debent penes influxum instrumentalem, et elevationem ad instrumentaliter agendum desideratam, et consequenter nec penes gratiam ut est effectus instrumentaliter productus ; eo quod utraque illa ratio respicit causam principalem, et principaliter agentem, ac merentem, et satisfacientem. Oportet igitur tenere aliunde contritioni obvenire vim satisfactionis, quam ex causalitate physica in gratiam intra Sacramentum, quo pacto gratia est effectus physicus ipsius contritionis. Et quia in Sacramentis ultra gratiam ex opere operantis, quæ videlicet taxatur juxta gradum dispositionis, qua se ad illam præparat homo, distribuitur ex opere operato in virtute passionis Christi copiosior, et abundantior gratia, quæ est effectus in Sacremento ; idcirco quæcumque major intervenire asseratur satisfactio in Sacramento libere suscepto, debet esse ex opere operato, seu ex meritis Christi medio Sacramento applicatis; non vero hominis Sacramentum recipientis, quasi ab eo sit elicita, et principaliter effecta,

Hinc vero liquido constat longe aliam esse difficultatem i lam, quæ tangitur de causalitate instrumentait actus contritionis in gratiam ; et nostram de satisfactione pro offensa in vi contritionis ut orientis principaliter a gratia. Eo vel maxime: quoniam sicut alia est justitia Christi a justitia nostra, qua ipsi conformamur, et cooperamur: ita alia est, et esse debet satisfactio nobis applicata media intrinseca, et majori gratia ex meritis Christi, a satisfactione nostra, quæ non est major, quam sic valor moralis prædictæ operationis nostra*. Et de hac procedit quæstio, non de illa. Unde catholici concedimus uberiorem fieri satisfactionem mediis Sacramentis recte susceptis, quam quæ communiter fit extra Sacramenta. Per quod occurritur absurdo, quod ultimo obtrudebatur in objectione. Sed hinc non potest inferri, quod satisfactio nostra ut procedit a gratia, et est nobis propria, et non tantum appropriata, uti est satisfactio Christi, non procédât ordine natura? remissionem offensæ; quasi esset extra Sacramentum, juxta superius dicta : si quidem prædicta satisfactio non attendit causalitatem physicam Sacramentorum, nec per eam regulatur; quocirca si per impossibile Sacramenta hoc influxu non gauderent {quod de facto contingere plures autumant), non idcirco destituenda esset nostra contritio vi satisfaciendi moraliter pro offensa adhuc intra Sacramentum.

177. Supposito ergo quod tota difficultas devolvi debeat ad ostendendum, qualiter eadem prima gratia sic principium contritionis in Sacramento, et simnl contritio ipsa ut pars Sacramenti instrumentaliter concurrat ad efficiendam ipsammet gratiam, in quo plurium judicio est nodus quidam Herculeus; pro illius expeditione illico sese obtulerat Lectorem mittere ad tract, de Justificat, disput. 2, dub. 6, ubi prædictam difficultatem extricavimus, et dissolvimus. Sed quia adhuc non deerunt, qui eamdem semper intorqueant, et res est non admodum a nostro instituto aliena, ei breviter operam iterum impendere consultius habuimus, quin ab ibidem dictis vel per latum unguem discedamus.

Alà obsenv üo.

Ut vero id opere complere valeamus, ultra observationem factam numero superiori, ex qua constat prius intelligi debere in aliqua re, quod ipsi competit ex propriis, quam quod emendicat ab extraneis, et omnino accidentalibus, subindeque prius esse considerandum in contritione, quod sibi

sibi vindicat ex natura rei, quam quod accipit ab elevatione, qua constituitur proximo potens, ut sit instrumentum Sacraraentale Dei, animadvertendum etiam est prœdictam contritionem non elevari ab ipsamet gratia, a qua procedit, et ad quam producendam elevatur ; sed ab ipso Deo per virtutem omnino distinctam a gratia, et realiter separatam. Non enim contritio ut pars Sacramenti est instrumentum gratiçe, sed authoris ipsius, qui utitur Sacramento ad producendam gratiam propriam ipsius Sacramenti. Gratia autem propria Sacramenti non est gratia quoad substantiam, et entitatem, ut liquet; hæc enim est communis omnibus Sacramentis novæ legis, nec magis concernit unum, quam aliud ; imo est ab illis in re susceptis prorsus independens, utpote quæ media contritione quoties adfuerit vera contritio, absque illis distribuitur, et communicatur. Ex quo sequi videtur citra controversiam contritionem in hoc Sacramento non assumi ut instrumentum ad causandam gratiam utcumque, sed ad producendam gratiam medicinalem propriam ipsius. Hæc autem ut constat ex dictis de Sacramentis in genere disput. 4, dub. 9, per totum, addit supra gratiam quoad entitatem, et substantiam modum intrinsecum supernaturalem tam diversum, quam sint specie distincta ipsa Sacramenta inter se. Unde terminus per se primo inspectus a contritione ut Sacramenti parte non solum est ipsa gratia, sed gratia ut Sacramentaiis, et ut importat superadditam modificationem, quo pacto, et non aliter intenditur a toto ipso Sacramento.

Distinctio Eodaiis inter ”effectmtn ô’Undïtar.

Porro hanc distinctionem modalem ex Parte termini sufficere ad hoc, ut idem possit assumi a Deo ut instrumentum, ut se ipsura sub alio modo producat, liquet exemplo, a quo nullus adversariorum, in quodcumque latus se excutiat, se expedire, aut liberare poterit. Constans quippe Theologorum doctrina est humanitatem Christi fuisse instrumentum conjunctum divinitatis ad omnia opera miraculosa, interque supremum, vel saltem æqualem locum obtinet transubstantiatio, in qua Christus instrumentaliter se ipsum constituit sub speciebus Sacramentalibus per conversionem substantiæ panis in ipsum ; quæ quidem transubstantiatio est vera actio non adductiva tantum, ut non bene autumavit Scotus, sed conversiva, et productiva; ita quod si per impossibile humanitas Christi non supponeretur vere producta, ex vi illius conversionis poneretur in rerum natura De quo late egimus tract, de Eucharist. disp. 5, dub. 2. In quo sane exemplo obtundi necesse est omnia tela, quæ in præsenti pungere, et veritatem quatere videbantur. Nam idemmet Christus realiter indistinctus, semel productus assumitur a Deo ut instrumentum al productionem conversivam sui ipsius, sola diversitate in esse termini, seu modali; non enim aliam addit Christus ut conversus supra se ipsum absolute, ut Catholice affirmare debemus. Multo igitur minus repugnabit quod non gratiam, sed effectum gratiæ, ipsa priorem in aliquo genere causæ, assumat Deus ad producendam gratiam ex parte termini importantem modum realem realiter superadditum, a quo constituitur in esse termini Sacramentaiis actionis. Patet hæc Consequentia, quia quo magis contritio distat a gratia quam Christus a se ipso, eo segnius pungit scrupulus, et hebetior redditur contradictionis stimulus, ab adversariis objectus, ut consideranti constabit : ergo si absque ulla repugnantia concedi debet Christum esse instrumentum ad sui ipsius conversionem sola modali distinctione ; quæ erit contradictio ad hoc ut Deus contritioni realiter a charitate, et gratiæ imo et essentialiter diversæ non possit conferre virtutem instrumentariam , ut eamdem gratiam, quæ Sacramentalem efficiat ? Non apparet sane, nisi imaginaria oppositio.

Applicatur doctrina.

178. Quoniam totum negotium justificationis Sacramentaiis peragitur in ultimo instanti, in quo debent intervenire plures naturæ prioritates suo ordine. Et quia, quæ sunt naturalia, et propria, prius intelligi, et considerari debent, quam adventitia, et accidentalia : in priori naturæ signo illius instantis, suppositis attritione, confessione, et aliis signis, seu partibus Sacramentalibus, infundit Deus gratiam, quæ ex opere operantis correspondet dispositionibus : et a gratia ita producta progreditur contritio medio charitatis, et Pœnitentiæ influxu; quia nimirum contritio elicitur a Pœnitentia, et imperatur a charitate. In signo autem immediato elevat Deus totum Sacramentum, et consequenter contritionem, ut instrumentaliter efficiat illam gratiam Sacramentalem, quæ ut diximus, realiter modaliter distinguitur a substantia gratiæ. Ubi ut vides, intervenit duplex gratia, vel, ut proprius loquamur, eadem cum majori incremento; alia qui-

dem ex opere operantis, quæ respondet dispositioni pœnitentis. alia vero ex opere operato, quæ est proprius effectus Sacramentalis : cum hoc tamen discrimine, quod gradus intensionis ut octo v. g. tum dispositioni, tum virtuti Sacramenti respondeat; modus vero Sacramentalis in solidum ipsi Sacramento tribuitur. Intervenit etiam duplex satisfactio, ut ita dicamus, et quæ respondet contritioni ex opere operantis, et quæ ipsi ut elevat® debetur ex opere operato, quarum una est propria pœnitentis, ut ab ipso elicita; alia appropriata ex meritis Christi, vi quorum ex opere operato confertur gratia, et remittitur peccatum perfectius, et abundantius, ac remitteretur extra Sacramentum per solam contritionem. In quo sane nulla vel apparens detegitur contradictio, ut exemplum supra allegatum demonstrat, et insuper ratio suadet : quia gratia ut primo, et quoad substantiam producta e.ficit contritionem in illo priori signo : contritio vero sic elicita elevatur cum aliis partibus Sacramenti ad instrumentaliter producendam gratiam sub majori intensione, ac deberetur contritioni ex opero operantis, et sub ratione gratiæ Sacramentalis ; sub quibus rationibus manifeste splendet realis distinctio inter causam efficientem, et ejus effectum, ut considerans facile deprehendet.

Explicatur. 179. Solum superest difficultas circa modum intentionis, qui cum sit indivisibilis ex una parte, et ex alia non debeant simul duo modi concedi ; non facile percipitur quem modum recipiat gratia ut primo infusa, vel quoad substantiam accepta; et quem sibi communicet ipsum Sacramentum : hic quippe cum sit perfectior,.et incompossibilis cum priori, qui proinde destruendus est ad hujus positionem. Et cum hoc totum in eodem instanti peragatur, in eodemmet instanti habebit primus ille modus, et non habebit esse, quod est manifeste falsum.

Solvitur. Respondetur quod licet gratia in eo Ifcm instanti reali nequeat esse sine aliquo intentionis modo, quod non inficiamur, quin affirmamus; non tamen inconvenit, quod in illo priori naturæ intelligatur absque ullo modo : hic enim non assignatur, nec debetur pro signo prioritatis, sed pro loto instanti reali. Sicut licet materia prima in nullo instanti reali possit existera sine forma, et quod magis urget, sine existentia, a quibus in vera D. Thomæ sententia realiter distinguitur : non tamen repugnat, quin imo ita evenit, quod in aliquo priori pro quo præcedit tum formam, tum existentiam, intelligatur, non intellecta forma, aut explicata existentia : quia ut docent N. Complu tenses ad eam quæstionem, et est vera I). Thomæ doctrina, illa priorites est inadequate respectu totius instantis, et consideratur materia ut in via ad formam, et ad ejus existentiam; non vero sub illis actualiter : hoc enim consequitur in toto illo instanti, non vero in signo inadæquato illius. Cum ergo tota illa gratia sive ex opere operantis, sive qua? est ex opere operato, distribuatur a Deo intra Sacramentum, et in facto esse illius; non oportet, quod dum gratia intelligitur in via, seu in signo inadæquato totius illius instantis, intelligatur determinate sub aliquo modo, utpote qui non debetur ei nisi in illo instanti adæquato, in quo est tota peccati remissio.

Alh diftaî-tiî derîsx Hinc etiam occurritur alii interrogationi, quæ hic potest fieri: an nimirum sit alia actio ex parte Dei, quæ producit gratiam in priori signo, ab ea, quæ elevat Sacramentum, et ejus partes ad efficiendam prædictam gratiam ? Ex dictis, inquam, respondetur negando absolute plures actiones ex parte Dei. Et ratio elicitur ex dictis : quia non sunt adstruendæ actiones, sicut nec entitates, absque necessitate. Cum vero Deus non intendat conferre in casu, quam versamus, gratiam nisi in Sacramento, et medio Sacramento cum correspondentia prædicta ad illud instans, eadem indivisibili actione, qua intra Sacramentum infundit pro illo priori gratiam, elevat contritionem, et alias partes Sacramenti, ut pro signo sequenti instrumentaliter concurrant ad præintentam remissionem. Omnes enim praecisiones, el signorum partitiones assignatæ deserviunt quidem ad enucleandam veritatem, et nostro rudi intelligent}] modo exponendam ; respectu tamen Dei, de materiali se habent, et sub una indivisibili ratione explicantur. Et quidem si agens naturale eademmet actione, qua movet calamum ad scribendum, et elevat calamum et characteres format, quin alius sit motus ex parte agentis, ut moveat ; et alius ut scribat : latet profecto ratio, quare tot assignemus actiones in Deo, aliam ut producat gratiam intra Sacramentum, aliam ut medio ipso Sacramento, et in eode.nmet instanti augeat ipsam, cum ejus influxus sit eminentior, et universalior quocumque

quocumque excogitabill, Quocirca melior Philosophorum pars non aliam actionem agnoscit in Deo ad producendum equum, et elevandum generans ad productionem entis, vel existentiæ, præter illam, qua concurrit cum equo generanto ut causa universalissima; quippe eademmet indivisibilis actio ex parte Dei penes diversos termines materiales sortitur rationem concursus simultanei, et rationem elevationis, quatenus simul dat virtutem ad producendem formam, et elevat ad attingendam existentiam ex vi ejusdem influxus.

Cui autem magis arriserit multiplicare actiones ex parte Dei, haud facile falsitatis convincetur ; sed minus consulet universalitati, et eminentiæ divinæ causalitatis, respectu cujus de materiali se habent termini, seu effectus ad extra; qui tamen respectus influxus limitati possunt esse formales, et adæquati.

Okir«-ur. 180. Quod si quis tandem objecerit, sequi ex nostra doctrina Sacramentum Pœnitentiæ nedum non efficere; sed neque efficere posse primam gratiam, quod est contra communem Theologorum doctrinam docentium in eo differre Sacramenta vivorum, et mortuorum, quod illa instituta sunt ad perficiendum, et augendum gratiam; hæc vero ad denuo introducendum.

Respcn-delar. Respondemus totam illam gratiam in iilo instanti intra Sacramentum productam, esse primam, et consequenter jam salvatur Pœnitentiæ Sacramentum inducere primam gratiam. Quod vero ea tota et totaliter sive sub omni expressione sit a Sacramento, nec docent, nec negant Theologi; quin disputant; imo oppositum supponunt, dum statuunt aliquem gradum gratiæ distribui a Deo in virtute Sacramenti ex opere operato supra illum, qui debetur recipienti Sacramentum ex opere operantis. Quod signum est totam, et totaliter gratiam aut Sacramento, aut recipienti divisive, et seorsim tribui debere. Quamvis ergo Deus intra ipsum Sacramentum pro aliquo priori ad causalitatem Sacramenti inducat gratiam quoad substantiam, et in signis sequentibus intercedant aliæ causalitates expensæ ; cum illud fiat ex intentione Sacramenti perficiendi, et in ipsomet instanti terminativo, necnon ex vl ejusdem actionis ex parte Dei, uniusque tantum modo intentionis gradus, ut nuper dicebamus ; non idcirco tota illa gratia ut subest prædlctæ intentioni, et primæ, ex parte Dei infusioni, desinit esse prima et ut prima respondet Sacramento, licet non totaliter, et sub omni expressione. Sicut tota intellectio est vitalis, et tota est ab homine ; non tamen totaliter, et sub qualibet expressione, alias non esset a Deo, a quo ut a principio intrinseco non procedit.

DUBIUM V.

An Poenitentia sit virtus per se infusa ? vel sil (labilis vera virius Pcenilenlix, qu» sil naturalis.

An coincidant virius supernatoralis el per se infusa. 181. Ostensa differentia Pœnitentiæ ab aliis virtutibus, superest considerare ejus quidditatem in se ipsa, et primum quod occurrit est examinare, an sit virtus per *se* infusa, seu quod idem est, quoad substantiam supernaturalis? Licet enim esse supernaturale latissime pateat, et non solum substantiam, seu entitatem, sed etiam plures supernaluralitatis modos sub se ambiat; coincidit tamen, et convertitur in virtute esse per se infusam, et esse supernaturalem. Nam eo ipso, quod virtus petat ab intrinseco a Deo infundi, nequit nostris actibus acquiri : semel vero atque nostris actibus fit inacquisibilis, postulat procedere a Deo ut agente supra totum naturæ ordinem, atque ideo ut ab agente supernatural! : Quocirca tract. 12, disp. 3, dub. 3 § 3, statuimus nec de potentia absoluta posse virtutem per se infusam nostris actibus comparari. Quæ doctrina suadet in nobis coincidere virtutem infusam per se, et virtutem supernaturalem. At vero non tenet in Angelis, quibus absque proprio labore, et industria infunduntur virtutes naturales, quæ idcirco intra ordinem naturæ inditæ, seu infusæ appellari debent. Et ratio differentiæ sumitur ex diversitate naturarum, et modorum agendi : quippe Angelis utpote substantiis perfecte spiritualibus, subindeque intellectualibus debita est rectitudo intra ordinem naturæ, vi cujus directe sunt impeccabiles intra prædictum ordinem, ut late discussum relinquimus tract, de Angelis. Rectitudo autem prædicta proxime, et immediate provenit a virtutibus, quibus afficitur, et recte disponitur eorum voluntas, snpposita illustratione intellectus per virtutes intellectuales, ad attingendum bonum consonum rectæ rationi.

Quid de virintibos Angelicis. Accedit, substantiis complete intellectualibus per se competere esse in actu saltem habituali proximo tum ad cognitionem rerum naturalium, tum ad prose-

cutionem boni honesti. Ratione cujus ipsis debentur in instanti suæ condition is tum habitus virtutum intellectualium, tum et species rerum lotius universi mi explicuimus. Unde fit consequens eodem prorsus modo theologizandum esse do illorum voluntate, subindeque esse illis pro eodem instanti debitas virtutes morales, quarum illæ perfectissima? substantia? fuerint capaces, de quo egimus tractat. 12, de virtutib. disput. 2, dub. 4, ubi explicuimus, an, et quomodo in intellectu, et voluntate angelicis sint virtutes ?

Noster inteilee-ttts non procedit de aclu ad poun-UM, sed e coaver-so.

Cujus oppositum, opposita de causa in nobis accidit. Cum enim omnis nostra cognitio incipiat a sensibus juxta illud Philosophi : *Nihil rsl in intellectu, quod prius non fuerit in sensu,* eo quod intellectus noster est tamquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, donec ministerio sensuum, et operatione intellectus agentis denudantis phantasmata, variis rerum speciebus potiatur, et formetur; quidquid, sive ad intellectum, sive ad voluntatem pertineat, propriis viribus comparaverit, aut comparare possit, acquisitum dicitur. Et quia aliquando contingit, ea quæ non superant vires utriusque potentiæ, intellectus scilicet, et voluntatis, ob speciales causas, a Deo liberaliter infundi absque ullo labore, et operatione hominis, ut accidisse Adamo communis sententia docet ; hinc, ut scite adnotavit Cajet. 1,2, quæst. 83, art. 3, dupliciter aliquid dicitur infusum, vel per se, quatenus ex propria natura sibi vindicat a solo Deo produci : vel per accidens, seu quoad modum. Quæ ad primum membrum pertinent, dicuntur absolute virtutes infusae, et communiter a Theologis supernaturales reputantur : quæ vero sub secundo continentur, vel ad illud devolvuntur, sunt virtutes naturales, ejusdem prorsus rationis, ac si fuissent nostris actibus, et propria industria comparatæ. Quocirca docent communiter Theologi primi Parentis naturalia dona, quibus in prima sui conditione fuit | a Deo cumulatus, ejusdem omnino speciei fuisse cum virtutibus aliorum ab eo descendentium, quas proprio studio sunt nacti, et solum stat differentia in modo eas obtinendi.

CajeL

Statos

182. Quare pnesens difficultas solum considerat primum membrum hujus distinctionis, et inquirit an virtus Pœnitentiæ sit virtus per se infusa, et consequenter quoad substantiam, et entitatem' supernaturalis? In ea voro supponuntur, et supponi debent, possibilitas, et existentia aliquarum virtutum supernaturalium, quæ·cumque illte sint, quod nostra examinare in præsenti non refert. Consulantur, quæ scripsimus loco supra citato de virt. disp. 3, dub. 1, 2 et 3, ubi harum virtutum existential» statuimus, et qu® appetitum sensitivum, quæ vero rationalem ut proprium , et immediatum subjectum sibi vindicent, declaravimus. Unde quod nobis incumbit in præsenti est determinare : An virtus Pœnitentiæ sit supernaturalis.

Sed quia non semel accidit, quin est frequentius, circa eamdem materiam versari duplicem virtutem, et naturalem, et supernaturalem ex diversis finibus, et motivis, cuilibet earum propriis (cujus rationem tradidimus ubi nuper dub. 1, § 4), quia nimirum in quacumque materia, in qua est locus moderationi, et dictamini prudentia? naturalis, adest etiam locus prudentiæ supernaturali ; non enim apparet repugnantia in eo, quod id quod fit ex motivo, et virtute naturali, non etiam fieri possit ex motivo, et virtute supernaturali ; quidquid sit, an tot debeant assignari, et distingui virtutes supernaturales, quot assignantur, et distinguuntur naturales, quæ est alia quæstio ibi num. 18 decisa. Hinc ulterius descendimus, ut præfixus titulus demonstrat ad etiam examinandum, et dicendum, an sit possibilis, et existât de facto Pœnitentia naturalis, quæ sit vera virtus, et virtutis statum sortiatur.

6

Prima pars difficultatis absolvitur, et ex Tridenlino, ac PP. probatur.

Asse-ÚJ.

183. Dicendum est primo Pœnitentiam esse virtutem per se infusam, seu quod idem est, quoad entitatem, et substantiam supernaturalem. Assertionem istam Theologis communem, adeo certam agnoscunt non pauci, ut oppositam variis censuris inurant, ut videre est apud Martinez de Prado in præsenti dub. 5, § 6. Nos vero ab omnibus illis supersedentes, ejus probationibus insistemus, utpote ex quibus gradus certitudinis nostræ sententiæ, et opposite falsitas, vel minor probabilitas clarius innotescent.

Priât.

Primum ergo, et omnino efficax hujus veritatis fundamentum depromitur ex Concilio

JW**|· cilio Tridenlino sess. 6, canone 3, ubi sub anathemate damnat dicentem, *sine præveniente Spiritus sancti inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ul ei justificationis gratia conferatur.* Ex qua doctrina per necessariam consequentiam deducitur intentum : est namque fide sanctum, ac certum actum Pœnitentiæ ul distinctum ab actibus Fidei, Spei, | et Charitatis esse supernaturalem quoad speciem, non secus, ac actus ipsi Fidei, Spei, et Charitatis, ul prædicta definitio Tridentina salis superque demonstrat. Se.l virtutes Fidei, Spei, et Charitatis sunt virtutes per se infusæ, et quoad substantiam supernaturales, ut constanter affirmant Theologi, etiam Scotistæ (quibus alias non arridet concedere virtutes morales per se infusas, ut vidimus loco supra citato). Ergo etiam virtus Pœnitentiæ est virtus per se infusa, et quoad entitatem supernaturalis. Probatur Consequentia ex ipsis Concilii verbis, in quibus nulla vel apparens, aut levissima discretio fit, ut una præ aliis a ratione supernaturalis excludatur, sed indiscrete de omnibus asserit ab Spiritus sancti inspiratione, et Dei adjutorio prodire. Nominibus autem illis *Inspirationis, et adjutorii divini,* intelligunl uniformiter Concilia, et Patres gratiam supernaturalem præexactam ad elicientiam illorum actuum. Ergo eadem prorsus ratione, qua ad eliciendos actus Fidei, Spei, et Charitatis ex mente Concilii prærequiruntur virtutes infusæ Theologicæ ; ad actum Pœnitentiæ adstruenda est virtus Pœnitentiæ per se infusa : non enim actus supernaturalis, qualis est actus Pœnitentiæ, ut testatur sancta Synodus, potest elici a virtute acquisita, seu naturali, nec similiter aliam sibi vindicat virtutem actus Pœnitentiæ, quam Pœnitentiam.

Confirm. Trident.

Confirmatur, et explicatur primo ex eodemmet Concilio sess. allegata cap. 7, ubi ita docet; *Per Spiritum sanctum Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque in ipsis inhæret. Unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per desum Christum cui inserlur fidem, spem, et charilatem.* In quibus verbis licet expresse sermonem tantum habeat de fide, spe, et charitate , non de actibus, sed de eorum principiis, seu virtutibus, intelligi debere manifestum est. Tum, quia loquitur de justificatione prout est communis parvulis, et adultis; in parvulis vero non est locus actibus illis credendi, sperandi, etdiligendi, sed tantum virtutibus gratiam comitantibus. Tum etiam, quia actibus non nisi improprie competii infundi, cum sint actus vitales ab intrinseco principio prodeuntes: nec similiter queit adaptari, quod diffundantur. Quare necesse est asserere sacram Synodum non de actibus, sed de virtutibus disseruisse hasque nobis infundi statuisse; alioqui impropria, et nimis inepta redderentur ejus verba. Cum vero ex eodemmet Concilio habeamus ad actum poenitendi eamdem ex parte Dei gratiam prærequiri, quam præexigi docet ad actus credendi, sperandi, et diligendi, et hanc infundi statuerit ad prædictos actus ; liquido infertur ex mente Concilii ad poenitendi actum virtutem infusam, et inhærentem desiderari, eamque esse Pœnitentiam.

Confirm. 2 ex eodem Concilio.

Confirmatur, et explicatur secundo argumento desumpto ex ipsomet Concilio sess. 14, cap. 4, ubi distinguit duplicem contritionem, aliam perfectam, utpote quæ sibi annexam habet gratiam ; aliam non ita nobilem, seu minus perfectam, quæ attritio dicitur : et hanc docet esse donum Spiritus sancti, nondum inhabitantis, sed moventis, et impellentis. Ex quo a fortiori sequitur ad elicientiam contritionis perfectæ, necessarium esse principium supernaturale, illudque esse tale, quod supponat inhabitantem Spiritum sanctum, seu per modum permanentis ; quo pacto dicitur inhabitare animam, non vero quando se habet ad instar impulsus, seu motionis transeuntis. Inhabitat vero mediis gratia, et virtutibus iufusis, quæ diffunduntur animæ, ut constat ex prima Confirmatione. Ergo ex hac doctrina Concilii bene deducitur ad actum perfectum poenitendi necessariam esse virtutem infusam Pœnitentiæ, subindeque admitti debere Pœnitentiam infusam.

184. Id quod satis clare demonstrat illud Jerem. 31, vers. 18: *Converte me et convertar, quia tu Dominus Deus meus : postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam,* atque ita docent communiter SS. PP. Augustus. lib. 1, contra duas Epist. Pelag. cap. 20, et lib. 5, contra Julian, cap. 3. Leo Magnus epist. 91, ad Theodor, ad quem inquit: *Ipsam Pœnitentiam ex Dei credimus inspiratione conceptam.* S. Fulgent, de fide ad Petr. cap. 31. D. Bernard, serra. | Pentecost, ubi ita rem illustrat : *Initium enim revertendi ad Deum Pœnitentia est,*

rem. 31.

August.

Leo Maga.

Fulgentius. Bernard.

4?

quam sine dubio Spiritus operatur, non noster, sed Dei : idque et certa ratio docet, el confirmat aulhorilas. Quis enim cum ad ignem venerit algens, el fuerit calefacitis, dubitabit ei ab igne venisse calorem, quam habere non poterat sine illo ? Sic *ergo, qui prius in iniquitate erat frigidus, si postmodum fervore quodam pernitenti* accendatur, alium sibi spiritum qui suum arguit, el dijudicat, non dubitet advenisse.* Quo nihil clarius; a ratione, deinde pergit Mellifluus Doctor idem ex Evangelic monstrare. Porro in serm. 3 ejusdem festivitatis, cum statuisset Dei gratiam ad usum, ad mira~-culum, et ad salutem nobis infundi, de hac tertia asserit eam homini concedi, cum *in loto corde nostro revertimur ad Dominum Deum nostrum.* Hoc autem minime cohæret, quin potius repugnat cum eo, quod Pœnitentia sit virtus nostris actibus acquisita, ut rentur Scotistæ, Unde D. Hieronym. ad verba supra relata ex Jerem. 31, ita inquit: *Vide quantum sit auxilium Dei, el quam fragilis humana conditio, ut hoc ipsum, quod Pœnitentiam agimus, nisi nos Dominus ante converter'I, et nisi Dei nitamur auxilio, nequaquam implere valeamus.* In qua sententia perpetuus fuit D. Thomas sive in præsenti a quæst. 84, et deinceps, sive in 4 a dist. 1-i usque ad 21, in quibus locis accuratissime egit de hac materia. Quapropter Magister Joan, a Sancto Thoma tom. 2 in 1, 2. quæst. 62, disp. 16, art. 7, postquam statuerat non esse certo, et indubitate, censura dignam sententiam negantem virtutes infusas distinctas a Theologicis, de Pœnitentia subjunxit : *Sed tamen dc aliqua virtute morali, scilicet Panitenlia, etiam ita proxime deducitur debere esse infusam ex doctrina Concilii, ut existimem de hac morali virtute non posse sine censura negari, quod sit virtus infusa. Itaque existimo ad minus esse proximum errori negare quod virtus Pœnilentiæ sit virtus infusa.* Unde minime audiendus venit Christophorus Delgadillo de Pœnit. cap.2, dub. 14. Ubi possibilem esse negat virtutem Pœnitentiæ infusam ; quod ut paradoxum, et in Scholis audiri indignum censuit Prado in præsenti dub. 5, ad quæst. 85. Qui enim post tam expressam Tridentini doctrinam id asserit de Pœnitentia, pari etiam ratione dicere posset de Qde, spe, et charitate, quod non bene apud Theologos audiet. Et ratio est manifesta ex ipso Concilio nullatenus distinguente inter quatuor actus a so recensitos, ut ponderavimus supra. Nec nisi violenter sensum detorquendo, facile occurret testimoniis Patrum in oppositum reclamantium, ut eorum verba relata, pluribus aliis omissis testimoniis, manifestant.

Idem.

Hieronym.

Ci

D.Thom.

Joan. a S.Thom ,

wl

Delgadillo rejectus.

Prado.

185. Contendit tamen Vazquez in præsenti art. 5, dub. unico, § *ex iis tamen locis,* hinc tantum haberi Pœnitentiam esse Dei donum, et ex auxilio gratiæ excitantis, et adjuvantis provenire: quod verum potest esse, etiam si Pœnitentia non dicatur virtus infusa. Nam virtus infusa non distinguitur ab acquisita, in eo quod postulet gratiam Dei excitantem, et adjuvantem; quandoquidem una, et altera id permittit; sed in eo, quod actus illius est quoad substantiam supernaturalis, vi cujus ultra gratiam excitantem, et adjuvantem prærequirit auxilium elevans ex parte actus primi voluntatem : actus vero virtutis acquisitae, quia non est supernaturalis, non requirit aliud auxilium præter gratiam excitantem, et adjuvantem ; quæ quia est indebita, et confertur ex meritis Christi, sortitur rationem graliæ, licet non sit supernaturalis, sed proportionetur viribus propriis liberi arbitrii. Et quia voluntas nequit se exercere in actum Pœnitentiæ absque prædictis excitatione, et adjutorio ; idcirco dicitur donum Dei, et gratia ipsius, non secus ac auxilium naturale indebitum sub Dei gratia contia continetur. Juxta quam doctrinam alibi a se ipso probatam, respondet ex testimoniis, ac verbis allegatis sive Concilii, sive sanctorum Patrum, solum posse concludi Pœnitentiam esse donum, et gratiam Dei hoc secundo modo, non excludente, quod sit virtus acquisita; non vero inde confici potest esse virtutem supernaturalem quoad entitatem, ut requiritur ad rationem infusæ virtutis. Quare licet ex determinatione Concilii ut de fide habeatur Pœnitentiam sumptam pro actu pœnitendi esse donum Dei; non tamen inde concluditur habitum ipsum debere esse infusum, et supernaturalem.

*luterjn-*to) V*r^e-Dl.

Hoc autem eflugium paucis indiget, ut occludatur, et præclusum relinquimus tract, de necessitate gratiæ disp. 2, dub. 2 et disp. 3, dub. 9 et sequentibus, ubi ejus doctrinam ut Sanctis Patribus, et veræ Theologiae adversam repulimus. Et quidem si per gratiam excitantem, et adjuvantem auxilium naturale intelligi posset apud Concilia, et SS, PP. vel ex eo solum, quod

Refelli· tlir·

alicui in individuo esset indebita, ut Vasquez obtendit; nihil actum illis esset contra Pelagium, et ejus sectatores sub nomine gratite comprehendentes auxilia naturalia, inio et viros ipsas naturales in vi creationis ipsi homini concessas; hanc enim illi negare non poterant, quin fallacissime adstruebant, ut catholici, ct fautores gratiæ haberentur. Cum tam D. Augustinus, exclusa gratia creationis, et deposita larva, aliam gratiam sive excitantem, sive adjuvantem ad opera salutaria omnino necessariam asserere extorserit, ac compulerit. De quo uberrime sermonem habuimus disp. prouemiali ad tract, de gratia, et disputationibus de ipsius necessitate nuper allegatis.

rie «Φ- pjur. Quoad vero in præsentiarnm refert, refellitur primo, ex eodemmet textu Concilii, Nam eamdem et gratiam excitantem, et adjuvantem, quam assignat sancta Synodus ad credendum, sperandum, et diligendum, statuit, et decernit ad poenitemdum : sed gratia excitans, et adjuvans, quam exoptat Concilium ad actus fidei, spei, et charitatis, est supernaturalis in omnium Catholicorum sententia, a qua non recedit P. Vasquez ' ergo gratia, sive excitans, sive adjuvans ad vere poenitendum, nequit non ex mente Concilii esse supernaturalis. Consequentia est legitima. Major sola verborum illius canonis recitatione indiget. Minor vero vel est de fide, vel ita certa, ut absque errore in fide negari non possit.

Crçetor. Rursus. De illa gratia praeveniente et adjuvante loquitur Concilium in canone allegato, de qua cap. 5 illius sessionis docuerat sumi debere justificationis initium : sed justificationis initium sumitur non ex gratia aliqua pure naturali, sed ex gratia supernatural!, nulli principio naturali debita : ergo gratia, quam exoptat Concilium ad veram Pœnitentiam, non est gratia naturalis, sed debet esse supernaturalis, subindeque Pœnitentia non est virtus naturalis, seu acquisita. Hæc secunda Consequentia constat ex prima : quia ad actum pure naturalem sufficit virtus naturalis', nec est necessaria virtus supernaturalis, ut ex terminis liquet. Prima vero Consequentia infertur ex præmissis, quæ constant ex capite allegato ejusdem Concilii, ubi ita se explicat : *Declarat prxlerea ipsius justificationis exordium in adultis a Dei per Jesum Christum proveniente gratia sumendum esse; hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existenlibus meritis, vocantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam, ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem graliæ libere assenliendo, el cooperando disponantur.* Ubi manifestum est sermonem esse de gratia entitative supernatural), utpote qua tantummodo sive proxime, sive remote disponitur homo ad obtinendam justificationem : dispositio autem sive proxima, sive remota ad gratiam justificationis nequit non esse ordinis supernaturalis ; alioqui non esset ratio Semipelagianos amandandi, quod docuissent a nobis esse aliquod licet imperfectum nostræ justificationis exordium. Quam ergo requirit Concilium gratiam ad Pœnitentiam, non est naturalis, sed supernaturalis, atque ideo ex mente Concilii Pœnitentia non est virtus acquisita, sed infusa.

Insbtur ex adverso. 186. Nec refert, si objicias contra probationem secundæ Consequentiæ illatæ. Nam amor Dei ut authoris naturæ est pure naturalis; et tamen in natura lapsa est necessaria gratia supernaturalis pro ejus elicientia : ergo bene cohæret actum esse pure naturalem, et quod ad illum sit necessaria gratia supernaturalis : atque ideo recte cohærebit actum Pœnitentiæ esse pure naturalem, et quod prærequirat gratiam excitantem, et adjuvantem, quæ sit supernaturalis.

Repellitur. Non, inquam, refert objectio, utpote quæ positioni Vasquii minime favet, siquidem nomine gratiæ excitantis, non intelligit aliquid supernaturale, sed dumtaxat quid indebitum intra ipsum naturæ ordinem. Et quia ex meritis Christi, ut ille autumat, dispensatur homini, idcirco donum Dei seu gratiam appellari defendit. Respondetur ergo concessa Majori distinguendo Minorem : *est necessaria gratia pro illius elicientia,* ad tollendum obicem peccati, et expediendas vires liberi arbitrii conceditur : ad præstandas, seu augendas illius vires, negatur, et simul Consequentia. Quia non est contra rationem actus naturalis, supposito obice inauferibili per vires naturæ, quod expectet gratiam, qua tollatur obex, et eo oblato per gratiam se exercere possit voluntas in actum naturalem sibi proprium. Et ita accidit in præsenti ; siquidem in natura lapsa sub peccato adhuc est potentia antecedens ad amorem Dei naturalem, ut constat ex dictis disp. 2, de necessitate gratiæ ; quia tamen adest impedimentum peccati, quod nequit auferri absque gratia; idcirco non

datur potentia consequens, ut ibi explicuimus ad prædictum amorem naturalem, nec in ipsum erumpere potest voluntas, quin prius expediatur ab obice. Nec insuper (ut aliam praeveniamus objectionem) est contra rationem actus naturalis, quod radicaliter præsupponat aliquid supernaturale, ut videre est in assensibus vere Theologicis, quibus necessario competit supponere assensum supernaturalem fidei, sine quibus non est vera, et Christiana Theologia: quamvis ipsi assensus sint actus pure naturales in illatione naturali fundati, ut verior, et communior sententia docet. In neutro enim casu principium supernaturale influit immediate in actum naturalem; sed vel se habet expeditive, et tamquam removens prohibens ut in amore naturali ; vel pure praesuppositive, et remote, ut accidit Theologo discurrenti ex principiis ministratis a fide. In casu autem præsenti tam diserte loquitur Concilium de actu Pœnitentiæ, quam de actibus virtutum Theologicarum, de quibus constans est doctrina apud ipsum etiam Vasquez non posse fieri absque gratia praeveniente, et adjuvante quæ sit supernaturalis, et influat immediate ad credendum, sperandum, et diligendum ; atque ideo per legitimam Consequentiam infertur idem ex mente Concilii tenendum, et asserendum fore de actu proprio Pœnitentiæ.

.Ali,a Autboris evasio,

187. Secundo instat Vasquez dicens Concilium et Patres non loqui de actu proprio ipsius Pœnitentiæ: quo pacto importat intentionem satisfaciendi Deo, et compensandi offensam ; sed tantummodo de actu doloris, seu detestationis propter Deum summe dilectum, vel propter pœnas inferni ; qui quidem actus, inquit Vasquez, secundum omnium sententiam est proprius charitatis. Unde ex praedictis testimoniis non colligitur actum proprium Pœnitentiæ, ut est virtus a charitate distincta, postulare gratiam supernaturalem. Et hoc erat necessarium, ut illa esset virtus infusa.

Praduditur.

Verum enim vero hanc secundam expositiōnem̄ appr̄obare non possumus, quinimo ineptiorem judicamus priori, tum, quia voluntarium omnino est asseruisse Concilium non loqui de Pœnitentia ut est virtus specialis ; ai quod asserendum nullum est fundamentum ; sicut nullum omnino haberet, qui doceret actum sperandi non esse actum diversum, a dilectione, nec subinde distinctam virtutem exposcere. Non enim bene mereretur de fido, qui doceret ab ea lem omnino virtute procedere amorem Dei, et spem de illo, et actuum distinctionem primariam confunderet, ul virtutem spei a charitate diversam in ordine supernatural! negaret ; nam eo ipso convinceretur non esso tres virtutes Théologales contra communem Theologorum sententiam, et quod magis est, contra idem Concilium Tridentinum sess. 6, Caut. cap. 7, supra allegato, ubi docet fidem, spem, et charitatem homini simul, dum justificatur, infundi. Cum ergo ipsummet Concilium quatuor actus diversos annumeret, quorum ultimus est poenitere ; et tam diserte do uno, ac de cæteris statuat, proveniri a gratia excitante, et adjuvantem comitari ; manifestum est cuilibet eorum propriam respondere virtutem, quæ sit ejusiem ordinis cum ipsius actu, et cum prædicta gratia praeveniente, et adjuvante. Contritio autem est actus supernaturalis, et proprius Pœnitentiæ; vel si mavis, ut plures volunt, etiam attritio, quam esse etiam supernaturalem est doctrina Concilii : Ergo etiam virtus illis respondens, quæ est Pœnitentia : atque ideo nequii non ul virtus infusa computari.

4

i

Tum etiam : quoniam in prædicto Canone sermonem habuit Concilium de illa Pœnitentia, quam postea sess. 14, cap. 1, declarat fuisse necessariam quovis tempore eis, qui adhuc ante Baptismum aliquo actuali crimine se contaminaverint; siquidem loquebatur de justificatione adultorum se disponentium ad consequendam remissionis gratiam, ut ea conferenti constabit : sed in prædicto capite 1, sess. 14 loquitur de Pœnitentia ut est virtus, et de ejus actu diverso ab actu Charitatis, ut est perspicuum ; alias solum dixisset ad ablutionem peccati desiderari Charilatem, quod numquam fuit difficultati obnoxium : ergo in prædicto Canone fuit illi sermo de Pœnitentia ut est virtus a Charitate diversa, necnon de actu sibi proprio, qui non eliciatur a charitate, licet ab ea imperetur.

Tum denique quia". dolor de peccatis, quia sunt offensa Dei, et propter Deum summe dilectum, est proprius, et immediatus actus virtutis Pœnitentiæ, ut constat ex supra lictis in hac eadem disputatione : sed prædictus actus est supernaturalis, et de eo loquitur Concilium, ut affirmat Vasquez : ergo male negat non loqui de actu proprio Pœnitentiæ. Præmissæ

missro constant ex jam expensis in superioribus disputationibus, et ex expendendis, dum egerimus do contritione in particulari : nain ut siepe audivimus a D, Thoma in hac eadem quæst. art. 1, ad 1 : Si tn *actu pœnitenlis consideretur sola displicentia peccati præteriti, hoc immediate ad Charilatem pertinet, sicul el gaudere de bonis prælerilis : sed intentio operandi ad deletionem peccali præteriti requirit specialem virtutem a Charilate* (nimirum Pœnitentiam, quæ sub speciali ratione respicit omnia peccata) *in quantum scilicet, sunt emendabilia per actum hominis cooperantis Deo ad suam justificationem,* ut inquit S. Doctor, sol. ad 2. Non autem cooperatur homo Deo ad suam justificationem, nisi mediis actibus supernaturalibus. Ergo actus proprii Pœnitentiæ ut a charilate diversæ sunt actus supernaturales.

188. Sed adhuc insistit Vasquez, et tandem respondet satis superque Concilii, et Patrum mentem salvari, si dixerimus actum illum pœnitendi eatenus esse supernaturalem, vel quatenus imperatur a charitate : vel quatenus intentio compensandi imperat actum charitatis, quo pœnitens de peccatis dolet.

Sed nec hæc ejus metaphysica subsistit, Tum quia virtus imperata non indiget imperio superioris ad attingentiam proprii objecti, sed tantummodo ut pertingat ex imperio ad finem proprio superiorem : ad hoc enim dumtaxat deservit imperium, ut constat inductione : ergo virtus Pœnitentiæ non imperabitur a charitate, ut proprium, et sibi speciale objectum attingat : sed ut se porrigat ad finem ipsius charitatis. Hoc autem posito, inquirimus an Pœnitentia essentialiter petat a charitate imperari, vel non ? Si asseratur primum : sequitur actum Pœnilentiæ esse supernaturalem eniitative, ut convincitur ad hominem contra ipsum Vasquez ; qui quidem eo loci num. 10 immediato redarguit inconsequentiae Durandum, eo quod docuit Pœnitentiam esse virtutem acquisitam, et non posse non a charitate imperari : *Si enim* (inquit et bene) *ab illarum imperio, et prævia operatione Ha pendet, ul essentialiter eam supponat, mirum est, quomodo illa sit acquisita virlus, ct ejus operatio non sil supra naturam.* Et ratio est peremptoria contra Pelagium, et ejus doctrinam : quia non est essentialis, imo nec connaturalis connexio naturalium ad supernaluralia ; alioqui gratia deberetur naturæ, iliaque esset hujus pedissequa; quod omnes Catholici abhorrent : ergo operatio, cui est essentiale a charitate. imperari, nequit non ex hoc ipso reddi supernaturalis. Quapropter eligi debet secundum, quod scilicet non sit essentiale Pœnitentiæ imperari a charitate. Ex quo sequi necesse est posse hominem poenitere absque præveniente, et adjuvante Spiritus sancti gratia; siquidem virtus, quae ab alia in agendo essentialiter non dependet, elicere potest proprium absque concursu alterius, aquo essentialiter non dependet, ut videtur per se notum. Hoc vero est expresse conira definitionem Concilii docentis sub anathemate neminem posse vere poenitere absque præveniente Spiritus sancti gratia: ergo neutiquam potest sustineri, quod tota supernaturalis Pœnitentiæ proveniat ex imperio.

Tum etiam : quoniam si virtus Poenitentiæ sibi vindicaret supernaturalitatem ex illo unico dumtaxat capite ; ad poenitendum non esset necessaria nec gratia praeveniens, nec gratia adjuvans, sed solum ad imperandum : et consequenter verba illa Concilii non appellarent, aut caderent supra omnes illos actus ibi recensitos, quod nullus hactenus excogitavit. Et ratio est clara, quia virtus efficaciter applicata, et imperata non indiget excitatione alia, quam ipso imperio, quo ordinatur infallibiliter in finem imperantis. Virtus namque præveniens, et supernaturaliter adjuvans solum deservit ad influxum supernaturalem; sed actus Pœnitentiæ solum est supernaturalis quia imperatus. Ergo solum ad ipsam ut imperatam, seu quod idem est, ad imperium, erit opportuna prædicta gratia, non vero ad ipsum poenitere. Quod non satis Concilio, et Patribus consonat.

189. Si autem e converso fiat discursus, ut tangitur in evasione, quod nimirum intentio compensandi inspiret ipsum actum Charitatis, et dolorem ex illo ortum, et ita innuit Vasquez, inquiens : *Dolorem illum semper esse actum Charitatis, imperatum tamen ab illa intentione,* nimirum satisfaciendi. Si, inquam, hoc modo ejus discursus exponatur, vel nihil addit, vel falsa inculcat. Nam ut illa intentio possit imperare actum Charilatis, et dolorem , debet esse supernaturalis ; actus enim naturalis nequit imperare, et in proprium finem dirigere actum supernaturalem; esset quippe perversa ordinatio, sicut est quud vires inferiores imperent supe-

riori. Si autem prædicta intentio est supernaturalis. jam supponit Vasques, quod hactenus negabat, et insuper est falsum dolorem illum soium essesupernaturalem, quia imperatum. Nam dolor, qui est actus Charitatis non solum sibi vindicat supernaturalitatem ex principio imperante, sed et maxime ex ipsa Charitate, a qua in ejus sententia elicitur immediate. Relinquitur ergo quod illa intentio satisfaciendi, quæ est proprius Pœnitentiæ actus in ejus sententia, ut imperet dolorem, qui proveniat a charitate, sit vere supernaturalis, non quia imperatus, sed quia imperat dolorem, Quod vero prædicta intentio sit supernaturalis ; non aliunde aut verius, aut efficacius probari debet, quam ex diffinitione Concilii docentis, quod « *quis dixerit sine prxveniente Spiritus sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem pernitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sil.* Verba autem Conciliorum, et Scripturæ ^quod soium eidem Vasquez opponit Arauxo in præsenti, et revera sufficere videtur) juxta regulam D. Augustini de doctrina Christiana cap. 10, et communem Theologorum, accipienda sunt in sensu proprio, et communiter recepto, dummodo inconveniens, vel absurdum aliquod contra fidem, aut bonos mores non sequatur. Nomine autem Pœnitentiæ proprie, et communiter loquendo intelligitur virtus, et actus a charitate distinctus, in quo hactenus nullum detectum est, vel inconveniens, vel absurdum : sive erso Pœnitentia sumatur pro illa intentione satisfaciendi, ut intendit Vasquez; sive pro vero dolore ab actu, et virtute Charitatis distincto, ut vera sententia affirmat; semper salvatur, et efficaciter ex Concilio deducitur, Pœnitentiam virtutem esse supernaturalem, et supponere essentialiter Dei gratiam prævenientem, et excitantem.

Trident,

D. August.

Quocirca rectissime D. August, de Fide ad Petrum cap. 31, dixit : *Firmissime tene neminem hic posse Panitentiam agere, nisi quem Deus illuminaverit. el gratuita sua misericordia converterit :* ubi luce clarius est loqui S. Doctorem de ipsa virtute, seu potentia proxima, ut explicat illud verbum *Posse,* quod etiam usurpavit Concilium. Unde novum, nec inerme confici potest argumentum. Nam hoc quod est posse, vel non posse, non refert actum, sed potentiam : Ergo quoties Concilium, et Patres docent hominem absque gratia non posse pœnitere, clare demonstrant potentiam pœnitondi proximo non esse absque gratia, subindeque esse supernatoralem, quod est asserere Pœnitentiam esse virtutem infusam. Quare Cœlestinus Papa Epist. ad omnes Galliarum Episcopos cap. 4, definivit : *Neminem de ruina peccati per liberum arbitrium posse consurgere, nisi cum gratia Dei miserentis erexerit.* Quæ etiam est doctrina D. Thomæ 1,2, qu. 109, art. 7, et alibi pluries.

gn.

Duplex conclusionis ratio.

ISO. Ratio a priori conclusionis, qua Rjfti utuntur communiter discipuli D. Thomæ, desumitur ex S. Doctore 1, 2, quæst. 51, art. 4, et potest ad sequentem formam reduci. Nam illa virtus, seu habitus est per se infusus, quo homo connaturaliter, et quasi permanenter bene disponitur ad finem excedentem facultatem humanæ naturæ : sed per virtutem Pœnitentiæ bene disponitur homo permanenter, et quasi connaturaliter ad finem excedentem facultatem humanæ naturæ : Ergo Pœnitentia est virtus seu habitus infusus. Consequentia patet. Major præterquam quod est D. Thomæ, facile explicatur, et probatur ex a nobis traditis tract, de virtut. disp. 1, dub. 1, ubi fuse exposuimus, qua· liter virtus contineatur sub specie subalterna habitus, et ejus munera explicuimus, inter quæ potissimum est bene afficere, ac disponere subjectum, ut prompte, suaviter, ac faciliter in proprium actum erumpat, quoties eo uti voluerit. Id quod ipsa experientia liquido declarat, sive habitus sit naturalis, sive supernaturalis : quilibet enim in suo ordine eam promptitudinem, et facilitatem præstat. Unde nequit non esse verum habitum per se infusum tribuere facilitatem, et promptitudinem potentiæ in ordine ad finem supernaturalem, qui solus excedit facultatem "humanæ naturæ. Minor vero probatur : nam habitus, seu virtus Pœnitentiæ id præstat permanenter, etha- bitualiter, quod ejus primarius actus facit actualiter, et transeunter : non enim est habitus, nisi qualitas inclinans in idemmet objectum, in quod actus collimat, unde ortum duxit solidum illud principium communi plausu receptum, quod habitus speciem sumit ab actibus, et actus ab objecto. Sed actus primarius Pœnitentiæ elevat actualiter ad finem supernaturalem, humanam voluntatem,

voluntatem, namque convertit in Deum ut finem supernaturalem. Ergo virtus Pœnitentiæ hoc ipsum præstat habitualiter ; consequenterque bone disponit, et affluit subjectum in ordine ad finem excedentem facultatem humanæ naturæ. Minor hujus Syllogismi constat ex disp. præced. dub. 3, per totum, ubi auctoritate, et ratione stabilivimus actum contritionis esse entitative supernaturalem, subindeque non esse in tota natura destituta supernatural! gratia vires ad eam eliciendam.

Ceiira. D.lm! Confirmatur hæc ratio alio discursu desumpto ex doctrina ejusdem Angelici Præcaptoris eadem 1, 2, q. 113, art. G, et ad hanc formam redacto : Nam ea virtus est infusa, et supernaturalis, cujus actus primarius supponit gratiam habitualem, et virtutes Théologales ab ea profluentes, ipsisque annectitur : sed actus primarius Pœnitentiæ supponit tum gratiam, tum virtutes Theologicas, iliisque maxime annectitur ; ergo virtus Pœnitentiæ est virtus infusa, et supernaturalis. Consequentia constat. Major etiam liquet : quia eadem connexio, quæ exigitur ex parte actuum, reperiri debet in virtutibus, et habitibus nt dicebamus; nec est facile intellectu actum primarium virtutis esse supernaturalem, et gratiæ annexum, quin hæc eadem prædicata virtuti conveniant ; cum virtus non aliunde sibi vindicet speciem, quam ex actu primo inspecto, qui est ipsius finis proximus, et immediatus : non enim est virtus, nec potentia, nisi propter actum. Minor vero probatur ex allegata D. Thomu; doctrina : nam ad actum contritionis præcedere necesse est gratiæ infusionem, et motum liberi arbitrii in Deum ; ad quem sequitur motus liberi arbitrii in 'peccatum; sed motus liberi arbitrii in peccatum, qui consequitur ad infusionem gratiæ, et motum liberi arbitrii in Deum, est actus contritionis, qui primo respicitur, et elicitur a Pœnitentia : ergo actus primarius Pœnitentiæ petit consequi tum ad gratiæ infusionem, tum ad virtutes Theologicas, quibus competit attingere Deum immediate, easque comitari. Hanc Minorera probat D. Thomas, quia contritio est B.Ttos. dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, et sub hac expressione ab omnibus catholicis accipitur ejus definitio. Unde art. 8. sequenti ita rem conclusit Doctor Angelicus : *Et ideo naturali ordine primum in justificatione impii est gratiæ infusio, secundum est motus liberi arbitrii in Deum, tertium vero est motus liberi arbilrii in peccatum. Propter hoc enim ille, qui justificatur, detestatur peccatum quia est contra Deum : unde motus liberi arbilrii in Deum prxcedit motum liberi arbilrii in peccatum, cum sit causa, el ratio e.jus.*

Alia confirmatio.

191. Confirmatur ulterius hæc eadem ratio ex alio principio non minus perspicuo. Nam virtus infusa est quam Deus in nobis, sine nobis operantibus principaliter, non vero sine nobis dispositive cooperantibus, operatur, ut ex doctrina D. Augustini accepit Magister in 2, dist. 27, et explicat D. Thomas in præsenti art. 5, in corpore, ubi examinat Pœnitentiæ originem. Sed hujusmodi est Pœnitentia. Ergo Pœnitentia est virtus infusa. Consequentia est clara; procedit enim a definitione ad definitum. Major continet propriam differentiam virtutis infusæ, qua differt ab acquisitis, ut observavimus contra Vasquez loco supra allegato de virtut. dub. 4. Nam licet integra definitio sit : *est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nemo male utitur, quamque in nobis, sine nobis Deus operatur,* manifestum est per priora prædicata non assignari nisi conceptum omni virtuti communem ; quippe nulla est vera virtus adhuc naturalis, quæ non sit bona qualitas mentis, quæque non deserviat ad bene vivendum, et recte operandum : stat vero unica, et adaequata differentia in eo, quod virtutem acquisitam propriis actibus principaliter comparamus, infusam vero immediate a Deo accipimus media propria dispositione, non quidem naturali, ut perperam nonnulli comminiscuntur; sed quæ procedat etiam a Deo authore supernatural! mediis suæ gratiæ auxiliis. Unde solum restat probanda Minor, quæ facile suadetur ex dictis : nam eo ipso quod actus primarius Pœnitentiæ sit supernaturalis, ejus principium proximum, et immediatum der bet esse supernaturale : sed principium supernaturale non est acquisitum, sed infusum : ergo Pœnitentia, quæ est principium proximum prædicti actus, non est acquisita, sed infusa. Probatur Minor. Quia principium supernaturale nequit acquiri per actus naturales, utpote qui sunt longe inferioris rationis, subindeque impotentes omnino ad inducendum effectum supernaturalem : sed neque etiam potest acquiri per actus supernaturales: ergo principium supernaturale nequit non esse a Deo infusum ; neutiquam vero nostris actibus acquisitum. Probatur Minor tum ex

D. August. Magist. sent.

doctrina D. Thomæ I, 2, quæst.51,art. 4, ubi docet habitus virtutum hujusmodi numquam posse homini inesse, nisi ex infusione devina : quod esset falsum, si nostris actibus supernaturalibus comparari possent. Tum etiam, quia actussupernaturales solum concurrunt dispositive ad habitus supernaturales : sed concursus dispositivus pertinet, et reducitur ad genus causæ materialis, non vero ad genus causæ efficientis, in quo solum genere habitus debent acquiri.

Principium sq perna- tonie an possit acquiri.

Tum denique, quia si principium supernatnrale acquiri posset nostris actibus supernaturalibus, vel esset mediis actibus ipsum praecedentibus, medio auxilio elicitis; vel principium illud supponentibus, ut de se liquet. Porro id fieri non posse

D.Thom.

hoc secundo modo, est expressa S. Doctoris sententia in sol. ad 3, illius articuli, ubi docet, *quod aclus, qui producuntur ex habitu infuso, non causant aliquem habilum, sed confirmant habitum praeexistentem, sicut medicinalia remedia adhibita homini sano per naturam non causant aliquam sanitatem, sed sanitatem prius habitam corroborant.* Et ratio id suadet : quia cum habitus non producantur nisi per actus illis proportionates, si ex repetitione actuum generaretur novus habitus, deberet esse ejusdem speciei cum habitu præexistenti; unde oporteret multiplicari usque in infinitum habitus v. g. Gharitatis. et aliarum virtutum, juxta repetitionem actuum; cum non esset major ratio unius actus, quam plurium, vel non esset designatus numerus actuum, qui deberent coacervari ad generationem novi habitus. Et cum alias omnes illi habitus essent ejusdem speciei cum præexistente, utpote versantes circa idem furmale objectum; conficeretur inde plura, imo innumera accidentia solo numero diversa simul inesse eidem subjecto.

Quod vero nec etiam primo modo id fieri possit, facile ostenditur ex iis, quæ tradidimus loco supra citato de virtut. disp. 1, dub. 3, ubi ex doctrina Angelici Præceptoris sanximus ad generationem habitus ex actuum inculcatione necessariam esse in eodem supposito potentiam superiorem permanentem, cujus participium diffluerет in inferiorem media frequenti superioris motione : quoniam habitus non ponitur, nisi ad id, quod potentiæ est difficile : hæc autem difficultas non vincitur nisi per repetitam motionem superioris, cujus habitus est participium ; de quo ibi, § 3, speciatim. Constat autem ablata gratia, et virtutibus ab ea profluentibus, non manere in homine principium permanens in quem possit refundi influxus supernaturalis, sed solum restat auxilium fluidum supernaturale : non ergo ex vi hujus queit habitus supernaturalis comparari.

Eo vel maxime, nam quod in peccatore maneant fides, et spes, ut aliquis causari poterit, nihil refert, tum, quia jam aclus illi supponunt habitus infusos, quos proinde causare efficienter non valent, ut vidimus. Tum et maxime, quoniam prædicti actus solum deservire poterant ad similes habitus, non vero ad actus Pœnitentiæ, aut aliarum virtutum infusarum. Relinquitur ergo Pœnitentiam esse virtutem supernaturalem nullatenus propriis viribus acquisibilem, sed a Deo penitus infundendam.

Rrçüwîjr ΓΓ·λ

192. His, quæ sive pro ratione, sive pro confirmationibus construendis expendimus, occurri potest dupliciter. Primo opponendo contra rationem, quam non esse solidam, sed falso niti fundamento, inde constat : nam virtus infusa non deservit ad bene, et faciliter posse, sed præstat ipsum proximum posse; habet enim se in suo ordine ad instar potentiæ naturalis intra ordinem naturalem, ut in confesso est apud Theologos, maxime Thomistas. Sed ex vi rationis prout a nobis expensæ solum sequitur Pœnitentiam deservire ad prompte, et faciliter eliciendum proprium actum. Ergo ex vi nostræ rationis non sequitur Pœnitentiam esse virtutem infusam ; quin imo inter acquisitas fore accensendam. Minor et Consequentia constant ex probatione Majoris, quæ tota est in eo, quod habitus sive naturalis, sive supernaturalis deservit ad prompte, et faciliter operandum, quilibet in proprio ordine. Major ergo probatur : nam eo ipso quod habitus deserviat ad prompte, et faciliter tantummodo operandum, supponit absolute, et simpliciter potentiam, quæ non ita prompte, nec ita facile illummet actum contineat : supponit ergo virtutem proximam, quæ licet ægre, ac difficulter erumpere possit in actum sibi proprium : atque ideo non est simpliciter necessaria, sed ad perfectius, et connaturalius operandum : quod est non esse virtutem infusam, sed acquisibilem propriis actibus.

Hinc provenit alterum caput confirmationes enervandi. Semel namque atque

Seeni» obiici®· supponatur

supponatur virtus ad salutem ægre, et non ita facile eliciendum actum Pœnitemtiæ, quod superest suppleri potest auxiliis supernaturalibus, quorum vi superetur illa difficultas : non ergo est necessarium recurrere ad habitum per se infusum, sed sufficiet acquisitus, qui fulciatur prædictis auxiliis altioris ordinis. Consequentia patet ex naturali principio, quod non debeant multiplicari entitates absque necessitate, eo quod Deus tam ut Author naturæ, quam ut largior gratiæ renuit superllua. Antecedens etiam liquet in ipsismet habitibus, et potentiis in utroque ordine, sive naturali, sive supernaturali, in quorum neutro indigent habitu superaddito ad producendam rationem communissimam entis, aut ultimam actualitatem actus, et existentiam, in quibus actum secundum excedere actum primum excessu simpliciter, et absolute tali cum D. Thoma statuimus tract, de Peccatis disp. 3, dub. unico. Et hoc non ob aliam rationem, nisi quia semel atque supponitur virtus ad entitatem actus quoad substantiam ; quod superest majoris actualitatis, et perfectionis defertur auxilio toties transeunter a Deo immisso, quoties potentia, vel habitus erumpit in actum prout in illis contentum. Similiter ergo in nostro casu theologizandum est, semel atque virtus Pœnitentiæ solum inserviat ad prompte, et faciliter operandum, ut convincere videtur prima impugnatio.

Non referre ,'Jk» φι<°· tef· W'·

183. Neutra tamen harum impugnationùm pungit, sed procedit una, et altera ex non satis penetrata efficacia præjacti fundamenti. Et ut altius illud callere valeat lector, dignum est, quod observet in habitibus supernaturalibus duo simul concurrere : et esse virtutem, a qua habeat potentia activitatem simpliciter, nedum ad dùm aliquem, quod est proprium virtutis acquisitæ, sed etiam ad substantiam, et entitatem actus, ut est communis intra Scholam D. Thomæ doctrina, quam ex extraneis amplectitur Vasquez in præsenti art. 5, dub. unie. n. 11, et esse habitum sen quod idem est, qualitatem bene afficientem subjectum ; ut prompte, ac suaviter in proprios actus erumpat. Ex his autem capitibus duo sortiuntur, et obeunt munera prædicti habitus : nam qua parte præstant activitatem simpliciter potentiæ, suntque illi tota, et adæquata ratio proxima agendi, munus potentiæ imitantur, nam de ratione potentiæ est habere activitatem simpliciter. Nec ideo vere potentiæ sunt, sed se habent ad instar potentiæ proximæ quoad hoc pneciee, quod est importare virtutem proximam ad actum absolute, et simpliciter; quod non convenit, quin repugnat, habitibus acquisitis. Hi enim quia tales supponunt in potentia virtutem ad absolute, et simpliciter eliciendum actum, et solum sunt necessarii ad aliquem modum, etformalitatem, quæ illis ut proprius effectus respondet, ut late explicuimus loco supra citato de virtutibus, dub. 3, ubi assignavimus rationem, ad quam ex parte actus habitus virtute concurrat. Qua vero parte supponunt potentiam, utputa intellectum vel voluntatem , eamque elevant supra proprias vires ad attingendum objectum supernaturale, ipsique subduntur quoad usum, ut est proprium habituum, sortiuntur hanc eamdem rationem, et proprie pertinent, ad speciem habitus in prædicamento qualitatis, non vero collocantur, aut ab aliquo, cui stare oporteat, collocati sunt in specie naturalis potentiæ, aut impotentiæ; quod secus fieret, si vere, et proprie sibi rationem potentiæ vindicarent.

? r

Et quia ex hac duplici ratione in virtute supernaturali reperta, hæc secunda est proprior, et notior prima, idcirco hac non negata, sed supposita, secundæ mentionem fecimus pro construenda fundamentali ratione. Porro licet in virtute supernaturali reipsa coïncidant, et esse virtutem proximam agendi actum proprium, et esse habitum infusum; ad decisionem difficultatis præsentis non tam refert primum (quod licet verissimum adhuc contentiose litigatur), quam secundum, in quo stat tota hujus dubii difficultas : quocirca opus fuit huc aciem dirigere, et discursum applicare, ostendendo virtutem infusam nedum præstare virtutem proximam agendi, quod in præsenti non ventilatur, sed supponitur, et supponi debet; verum et promptitudinem, ac facilitatem quam virtutes tribuere solent ; et hinc recte concluditur Pœnitentiam esse virtutem infusam, ut ostenditur ratione supra expensa.

Forma objcctOdisrupta>

Ad impugnationis ergo formam negatur Major primi Syllogismi, nam virtus infusa utrumque præstat, et rationem proximam agendi, iu quo se habet ad instar potentiæ proximæ, et promptitudinem, ac facilitatem ad actum, in quo proprie exercet munus, et officium habitus. Ad probationem in contrarium respondetur veram esse Majorem, quoties habitus deservit ad mo-

dum, vel fonnalitatem aliquam repertam in actu ; tunc enim verum est supponere virtutem proximam in potentia, et superadditus habitus tantum requiritur ad expediendam, ac habililandam potentiam, ut medio prædicto habitu connaturalius, ac promptius-, se exerat in actum, quem alias absque habitu non adeo connaturaliter eliceret. Fallit vero, et est manifeste falsa, quoties habitus utrumque præstare petit, ut videre est in actibus virtutum Theologicarum, quæ in omni sententia sunt virtutes infusæ, pt non solum inserviunt ad actus quoad substantiam, et entitatem, sed etiam ut prompte, faci iter, et connaturaliter eliciantur.

ob-wiio diiaitnr. 19U Hinc corruit secundum caput impugnationis : quia cum actus contritionis sit quoad entitatem et substantiam super* naturalis, ut ex se constat, et supra in hoc eodem tract, ex professo ostendimus; nulla virtus proxima potest concedi in voluntate, quantumvis partialis, et inadæquata ea dicatur, quæ non sit supernaturalis. etpostu* let elevationem. Hæc vero elevatio dupliciter queit in potentia fieri, et ab ipsa recipi, vel fluenter, et per modum transeuntis medio unico auxilio pro elicientia unius tantummodo actus, quomodo facta non aufert difficultatem poteutiæ; sed solum supplet defectum virtutis ad actum desiderat». Vel per modum permanentis, ita ut prædicta elevatio fiat propria forma agentis inferioris, sitque qualitas in ipso permanens, ut quoties oportuerit ea uti, possit quasi ex propriis se exercere in actum. Et hujusmodi elevatio est propria habituum, et virtutum.

D.Thom. Nam ut docet D. Thomas quæst. de virt art. 1 : *habilibus virtutum ad tria indigemus : Primo, ut sil firmitas in operatione, ea enim quæ ex sola operatione dependent, facile immutantur, nisi secundum aliquam inclinationem habitualem fuerint stabilita. Secundo, id operatio perfecta in promptu habeatur. Nisi enim potentia rationalis per habitum aliquo modo inclinetur ad unum, operabitur semper, cum necesse fuerit operari, prxcedere inquisitionem de operatione: sicut patet dc e0, qui tuli considerare nondum habens scicntix habitum, cl qui vult secundum virtutem agere habitu virtutis carens : Tertio, ut delectabiliter perfecta operatio compleatur, quod quidem fit per habitum: qui cum sil per modum cujusdam nalurx, operationem sibi propriam quasi naturalem reddit, el per consequens delectabilem :* nain convenienïio *est delectationis causa.*

Unde colligitur differentia inter modum agendi ex auxilio transeunti, et operandi ex ipso habitu, et virtute Pœnitentiæ ; necnon inter actus inde prodeuntes, quam tradit etiam D. Thomas, ubi supra art. 9. Nam actus medio auxilio prodeuntes retinent quidem entitatem actus, sed deficiunt a modo, qui se tenet ex parte principii, et refunditur in ipsos actus, sunt quippe actus virtutis (ut verbis utamur S. Docto- D.T&», ris) *quantum ad id, quod agitur, in quantum scilicet homo agit fortia el justa ; non autem quantum ad modum agendi,* $uia *ante habitum virtutis acquisitum* (idem dicito de infuso) *non agit opera virtutis eo modo, quo mrtuosus agit, scilicet prompte absque dubitatione, et delectabiliter absqw difficultate.* Quantumvis ergo concederel mus auxilia transeuntia ad sublevandam indigentiam voluntatis pro actibus Poeni* tentiæ, non inde conficiebatur superilôere, aut non concessum insuper iri virtutem Pœnitentiæ ; quoniam praedicta auxilia præstarent quidem vires ad poenitendum absolute, non vero ad prompte, faciliter, ac veluti connaturaliter , ut constat ex verbis D. Thomæ.

Unde constat disparitas Antecedentis à Dsp- Consequenti ; quam omnes concedere tenentur inter causam principalem, et ins* trumentaiem. Voluntas enim sive elevetur ab auxilio, sive ab habitu semper producit actum ut causa principalia, si consideretur actus penes tendentiam in objectum. Si vero accipiatur sub aliqua illarum rationum, quæ in probatione Antecedentis numerantur, petit instrumentaliter a creatura produci. Et ratio est ; nam prædictæ rationes, quia universalissimæ sunt, nequeunt cadere principaliter sub causalitate creata, sed commendant causalitatem divinam, cujus sunt ita propriae, ut omnem virtntem creatam supergrediantur : quocirca solum instrumentaliter ah ea producuntur. Et quia ûe ratione instrumenti est agere ut actualiter motum, et elevatum a principali agenti; idcirco ad præàictas rationes, ibi semper, et indispensabililer re* pertas, necessarius omnino est influxus divinus facile transiens, sive actus sit naturalis, sive supernaturalis, cumque concedimus ad visionem beatificam, et ad actus virtutum Theologalium, quin inde aliquis possit inferre vel superfluere lumen gloriae permanens, vel non esse necessarias virtutes Théologales infusas pro connatural! modo efficiendi iilarum actus. Unde non

uon est simile; alioqui eodem argumento conticeretur nullam esse virtutem adhuc naturalem permanentem : sed omnes operationes in auxilia transeuntia revocarentur ut in illarum principia. Quod est absurdum et minus philosophicum, utpote quo destruuntur nedum habitus supernaturales, sed ipsæ virtutes morales acquisita·, in quibus æque militat necessitas auxiliorum ad producendas rationes entis, ultimæ actualitatis, et existentiæ.

Swiidju<«-tiMisni».

195. Secunda assertionis ratio desumitur ab inconvenienti, quod ex contraria videtur sequi. Etenim si Pœnitentia esset virtus acquisita, consequenterque naturalis, ex viribus naturæ posset homo se convertere ad Deum saltem ut Authorem naturæ, vere pœnitere, veramque contritionem elicere : Consequens est falsum, et intolerabile : falsum ergo, et intolerabile judicandum est Pœnitentiam esse virtutem acquisitam. Consequentia liquet. Minor constat ex dictis in hoc eodem dubio, necnon ex testimoniis tum Scripturæ, tum SS. PP. quæ allegavimus supra disp. 4, dub. 3, ut ostenderemus intra ordinem naturæ non esse vires ad actum contritionis : sed prorsus necessarium esse recursum ad gratiam, non qualem adstruebat Vasquez, naturalem, sed vere supernaturalem, sen altioris ordinis. Sequela Majoris, ad quam devolvitur difficultas, videtur perspicua : Nam virtus in eo ordine, in quo est virtus, potest concurrere immediate ad actum sibi proprium et immediatum, ut videre est in actibus omnium virtutum sive naturalium, sive supernataraiium ; cum enim sit propter operationem, vel quoad substantiam, vel quoad modum , non stat esse virtutem ad actum, et non se posse exerere in illum absque recursu ad alia alterius, vel superioris ordinis; alioqui enim nulla esset virtus propriis actibus acqmsibilis, ut de se liquet. Sed actus proprius veræ Pœnitentiæ est vere pœnitere, sicut actus spei, est sperare, et actus fidei est credere ; veram autem Pœnitentiam comitatur vera conversio in Deum, et sequitur vera contritio: ergo ex eadem radice, ex qua convenit homini posse vere pœnitere, ortum duceret ipsa pœnitentia, conversio in Deum, et vera contritio : sed posse pœnitere, quod præstat Pœnitentia si est virtus naturalis, est naturale, et nostris actibus naturalibus acquisibile : ergo ex eadem radice haberet homo contritionem veram, veramque conversionem. Patet Consequentia , quia non stat vera Pœnitentia absque vera conversione, et e contra, quocirca convertitur et invicem vere praedicatur : *eri* wrc *conversus, ergo vere pœnitens : est vere pœnitens : Ergo vere conversus ;* alioqui posset dari Pœnitentia vera cum eo, quod non esset conversio in Deum, et e contra, quod est falsum, et contra expressa sacrae paginæ, et SS. Patrum testimonia, ut est illud : *postquam convertisti me egi pœnitentiam,* de quo supra et illud Aug. : *Firmissime tene neminem hic posse pœnitentiam agere, nisi quem Deus illuminaverit, et gratuita sua misericordia converterit,* ut supra opposuimus. Ao gust.

Ex quo rursus fieret posse ex libero arbitrio propriis viribus relicto se hominem disponere ad gratiam, nedum remote, sed etiam proxime : siquidem vera contritio, seu quod idem est vera Pœnitentia, est proxima dispositio ad gratiam : ergo in eodem sensu in quo homo posset vere poenitere, aut contritionem elicere, posset se ad gratiam disponere, ac praeparare. Posset autem vere pcenitere ex virtute naturali acquisita : ergo ex eadem virtute posset se ad gratiam disponere, quod etiam intolerabile post tot Conciliorum, et Sanctorum Patrum decisiones.

196. Nec difficultatem elevabis, si dixeris aliam esse radicem conversionis, et Pœnitentiæ : quoniam conversio, quia opponitur directe aversioni, peccato annex®, ortum ducit a gratia; Pœnitentia vero provenit a natura supponente gratiam, ünde non -sequitur nec quod homo possit vere pœnitere sine gratia, nec quod ad gratiam sine gratia se valent praeparare; siquidem tam ad conversionem, quam ad Pœnitentiam debet supponi gratia. Effugiam.

Non (inquam) hac via difficultatis pondus elevatur, quinimo ita augeri videtur, ut potius ejus oneri succumbat, qui ita respondet. Nam inde consequitur Pœnitentiam non esse virtutem acquisitam, ut intenditur, sed supernaturalem, et infusam, quod vitare conatur responsio. Hoc autem, ut fiat magis perspicuum, inquiramus ab opponente : An virtus Pœnitentiæ, et ejus actus omnino proprius, ct primarius supponant essentialiter gratiam, necne ? Si respondeat, supponere; plane conficitur actum Pœnitentiæ, ipsamgue virtutem esse supernaturalem, ut intendimus; non vero acquisitam, et naturalem : quia nulla virtus naturalis connectitur essentialiter cum Occluditor.

principio supernatural!, alioqui non esset gratia, sed deberetur naturæ, quod est esse gratiam, et non esse gratiam.Quocirca optime inconsequentia) redarguit Durandum
Vazqoez. Vasquez in præsenti ari. 5, dub unico. num. 10, g sed *obiter,* quod ex una parte docuerit Pœnitentiam esse virtutem acquisitam, et ex alia asseruerit, operari non posse, quin a Theologicis imperetur. Et ratio est prorsus eadem : quia quod e^t supernaturale, est omnino indebitum, et consequenter gratiosum ; sed in illa dependentia, et connexione imporcatur debitum. Nisi mavis quid majus essa connexionem debito, quando quidem salvatur debitum absque connexione essentiali, et non e converso: ergo eadem, imo etpotiori ratione, qua repugnat gratiam aliquam supernaturalem esse debitam naturæ, implicat etiam esse illi connexam : atque ideo per hoc quod virtus Pœnitentiæ supponat essentialiter gratiam ; non evaditur, quin efficitur eam esse supernaturalem.

Si vero affirmetur secundum, quis non videat intactam manere difficultatem, siquidem Pœnitentia nec dependet a gratia essentialiter, nec eam essentialiter supponit : poterit ergo homo ex viribus propriis minime gratia suffultis vere poenitere, ad Deum se convertere, atque ad gratiam se præparare contra tot decreta Patrum, et Conciliorum.

Uberior impagnatio ci Tiideul.

197. Rursus nequit sustineri illa responsio. si introspiciatur Tridentini decretum, quo statuit absque discrimine non posse hominem credere, sperare, diligere, et poenitere absque Dei adjutorio et gratia. Cum quo decreto neutiquam cohæret evasio illa : nam eamdem gratiam, quam ducit necessariam ad credendum, sperandum, et diligendum, requiri docet ad poenitendum : sed ad illud prius non sufficit supponere gratiam utcumque, sed requiritur quod influat in actus fidei, spei, et dilectionis : ergo etiam ad Pœnitentiam. Nec in Concilio est vel levissimum vestigium distinguendi, ac discernendi inter gratiæ necessitatem magis pro isto, ac pro illis. Unde sicut vice versa bene argueretur hominem posse ex propriis viribus credere, sperare, et diligere, si non supponeret gratiam ut sui principium, sed tantummodo ut conditionem, seu removens prohibens; quod tamen in se est falsum, et minime inter Catholicos asserendum : ita si ad poenitendum Pœnitentia vera, et Christiana non concurrit gratia, nisi ut pura conditio præsupposita, bene infertur posse hominem sine gratia vere pronitere, quia gratia nullas præstat voluntati vires, sed intactas relinquit: quocirca voluntas sub gratia non magis vigeret ad pceuitendum, quam sine gratia, licet esset expeditior. Quodestadstruere necessariam gratiam ad expediendum, et non ad media illa operandum in ordine ad finem supernaturalem contra D. Augustinum, et reliquos Patres, ac Concilia toties decernentia necessaria esse dona supernaturalia pro operibus ad salutem conducentibus. /11;

198. Ex quibus corollarie deducimus cmw non solum in Pœnitentia salvari rationem 'jj/j virtutis infusæ, et supernaturalis, sed etiam eam annexam esse gratiæ, haneque inseparabiliter comitari. Connexionem istam, quam indicavimus in aro. prædicam. Virt. g 9, num. 75, statuere compellimur, non solum ea generali ratione, qua cæteræ virtutes infusæ ut sui radicem gratiam, et charitatem postulant in eo sensu, quem expendimus tract, de Virt. disp. 3, dub. I. sed etiam, et maxime altiori motivo huic virtuti ita proprio, ut in alia vel non reperiatur, vel non ita splendeat, ut facile est colligere ex hactenus dictis de ejus actu primario. Cum enim contritio sit detestatio offensæ divinæ propter Deum summe dilectum, non stat vera contritio absque Dei dilectione supernaturali. Dilectio autem Dei authoris supernaturalis secum affert ipsius Dei gratiam, imo in nostra, et nobis veriori sententia eam supponit : ergo etiam actus contritionis, subindeque et Pœnitentia.

Accedit ratio D. Thomæ in hoc primo articulo solut. ad 1. Nam actui, cui perse convenit imperari a charitate, competit etiam supponere tum charitatem, tum ejus actum imperantem, siquidem actus imperatus essentialiter supponit suam causam, qualem esse actum imperantem supra imperatum nemo ambigere potest : sed actus charitatis imperat actum Pœnitentiæ virtutis : ergo actus Pœnitentiæ supponit ut sui causam actum charitatis. Minor est expressa D. Thomæ docentis, quod a charitate derivatur aliquis actus dupliciter, uno modo sicut ab ea elicitus, et talis actus non requirit aliam virtutem præter charitatem : alio modo aliquis actus a charitate procedit, quasi a charitate imperatus, et hunc actum dicit S. Doctor esse actum proprium Pœnitentiæ. Quod vero hoc per se Pœnitentiæ competat præ cæteris virtutibus

tibus constat; nam illis convenit ratione omnibus communi, quia nimirum sunt proprietates gratiæ, quas subordinat in ordine ad finem ultimum charitatis proprium, vi cujus aliarum virtutum actus evadunt præmio digni. Hanc vero rationem non excludit Pœnitentia, sed superadditaliam sibi propriam jam assignatam, quam intendit S. Doctor dum explicat actum proprium ipsius, de cujus ratione est, quod eliciatur a Pœnitentia, et imperetur a charitate, quia actus contritionis est. Idem colligitur ex ejusdem doctrina in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 2 ad 5, ubi docet Mtom. s. Doctor, quod licet Pœnitentia concipiatur timore servili, non ideo est simul cum illo ; Ad 5 (inquit) *dicendum, quod Pœnitentia timore senili concipitur, qui poenam respicit; nec oportet, quod limor servilis et Pœniientia sint simul ; quia limor servilis non est causa esse ipsius Pœnitentiæ sed generationis ejus, sicut eliam sumptio medicinæ esi causa sanitatis, non tamen sunt simul.* Sentit ergo S. Doctor Pœnitentiam excludere peccati servitutem, quam importat timor servilis.

Id quod vel ex eo etiam liquet, quod medio Pœnitentiæ actu intenditur remissio culpæ, seu oflensæ Deo irrogatæ; ad remissionem autem offensæ (inquit D. Thomas infra quæst. 8G, art. 2) requiritur, quod voluntas hominis sic immutetur, ut convertatur ad Deum cum detestatione conversionis ad malum, et proposito emendæ, quod pertinet ad Pœnitentiam, atque ideo jure speciali sibi arrogat supponere actum charitatis, et gratiam; quatenus prius debet esse hominem ad Deum converti, quam ejus offensam detestari Quocirca in hoc art. 3 hujus quæstionis. docet S. Doctor ad actum Pœnitentiæ concurrere quodammodo omnes alias virtutes tam Theologicas, quam morales. Quod suadet non tantum Pœnitentiæ supernaturalitatem. sed etiam ejus cum gratia annexionem præ aliis virtutibus, de quibus nusquam S. Doctor hæc statuit principia. An vero aliunde subsit alia ratio, ut id statuamos de illis; non est præsentis instituti, sed pertinet ad proprias cujusque illarum materias.

Ohsn ntio. 199. Est vero observandum prædictum Pœnitentiæ nexum cum gratia non esse mutuum, et convertibilem ; siquidem gratia non secum indispensabiliter affert Pœnitentiam, ut patet in gratia Christi, quæ abs dubio fuit omnium maxima, et radicavit in ipso omnes eas virtutes, quæ illius dignitati non repugnabant, ut constat ex dictis tom. 1, de Incarnat.'ad quæst. 7. D. Thomæ, ubi hoc uti in proprio loco discussimus, et ex Theologicis fidem, et spem, ex moralibus vero Pœnitentiam excludendas fore ex D. Thoma, et communiori ac veriori sententia statuimus. Requirit ergo gratia ut Pœniteutiam radicet, subjectum defectibile moraliter ; quo non stante quantumvis ea sit perfecta, neutiquam Pœnitentiæ associatur. In subjecto vero defectibili nunquam gratia infunditur absque Pœnitentia ; nec hæc reperitur absque gratia. Unde provenit actum contritionis numquam esse informem, ut ex nuper dictis satis efficaciter colligitur.

g III.

Expeditur secunda pars difficultatis.

Non est virtus acquisita Poenitentia. 200. Dicendum est secundo, ultra Pœnitentiam infusam,etsupernaturalem, dari etiam Pœnitentiam naturalem acquisitam ; quæ tamen non sit virtus, nec virtutis statum obtineat. Hæc assertio continet duas partes, quarum prima liquido constat ex supra dictis ad art. 7 superioris quæstionis, ubi nos docuit D. Thomas de jure naturali esse, quod quemvis post peccatum de peccato pœniteat, et ibi disp.· 4, dub. i ejus sensum aperuimus. Eam docent communiter Theologi tam antiqui, quam moderni, quin opus sit vel in eis allegandis, vel in ea iterum fulcienda immorari. Secundam vero partem, quæ illi negat rationem, et statum virtutis, amplectuntur communiter discipuli D. Thomæ in præsenti, ut videre est apud Nuno, Arauxo, Prado, Labat et Gonet.

Nuno. Arauxo. Lubat. Prado. Gonet. observa tio·

Pro ejus tamen perfectiori intelligentia est breviter observandum aliud esse in virtute rationem virtutis, et statum virtutis, et aliquando primum reperiri absque secundo : nam virtutis ratio solum importat, quod sit habitus ex aliquorum actuum repetitione. Sub qua ratione non importatur necessario modus essendi firmus, ac stabilis; sed quantum est ex vi hujus permittit resistentiam ex aliquo, vel aliquibus capitibus, cui obsistere facile non valeat operans ; ideoque non inconvenit aliquas operationes non admodum perfectas evadere; cujus oppositum evenit, dum virtus obtinet statum virtutis. Habet enim se virtus sub prima consideratione ad seipsam

sab secunda, ad instar pueri, et viri, in quo non variata essentia, status differentia cognoscitur, vi cujus non eædem operationes ab infante, quæ a juvene, aut viro exerceri possunt, ut experientia demonstrat. Sensus ergo conclusionis est P»·'* tentiam acquisitam esse ita imperfectam, ac debilem intra suum ordinem; ut nec ad virtutis essentiam, nec ad ejus statum, seu perfectionem pertingat

Et sane, licet semel negata Pœnitentiæ virtutis ratione, consequens videtur potiori ratione excludendum ab illa esse virtutis statum, eo quod remota priori, removeri necesse est, et posterius, ut videtur manifestum in exemplo nuper adducto de infante, cui si infantia negetur, consequenter negari debet aut juventus, aut virilitas : ex quo capite superfluum forsan alicui videbitur negasse Pœnitentiæ acquisitæ virtutis statum. Re tamen attentius considerata, oportuit addere prædictam particulam, ut ostenderetur debilitas pœnitentiæ naturalis, ex naturali ratione proveniens. Nam ut bene observarunt N. Complut, in logica, et nos ex ipsis tract, de Virt. disp. 1,dub. 1, quantumvis habitus, et dispositio distinguantur, essentialiter penes esse facile, et difficile mobiles ab intrinseco ; et illud primum per se dispositioni, hoc autem secundum habitui conveniat; per accidens tamen, et ab extrinseco non semel accidit dispositionem diu permanere, et habitum cito evanescere ex aliqua causa, quæ non ita facile submoveatur, aut facillime diffluat, et immobilitati adversetur. In quo casu dispositio obtinet nescio quem permanenti© modum, in quo assimiletur habitui ; et e contra habitus non tam habitus statum, et firmitatem relinet, quam dispositionis rationem facile transeuntis subinduit. Quod ergo asserimus in conclusione est ita tenuem fore nostram Pœnitentiam ex viribus natur® habitam, quod licet pluries inculcetur, et repetatur, semper manebit imperfecta, nec perveniet ad nanciscendam aut virtutis essentiam, aut modum permanenti® stabilis, qu» status nomen mereamur, nisi ad voces quaestio revocetur. Hoc ergo supposito

N. «omplat.

FunJ»-mcnttun ⁑

Aristot.

201. Probatur assertio primo a definitione ad definitum, qu® est immediata probatio. Nam , ut definit Philosophus lib. 3 Physic, cap. 3 et cum eo omnes tam Philosophi, quam Theologi, virtus est dwporiho *ptrfecii ad optimum*. Sed Poenitenüa acquisita non *est* dispositio perfecti ad optimum. Ergo Pœnitentia acquisita non est virtus. Major cum Consequentia liquet, et Minor ostenditur : nam ut Pœnitentia esset dispositio perfecti ad optimum, opus illi erat constituere subjectum in esse perfecto, ad eum sane modum, quo corpus constituitur organicum a forma viventis, in genere causæ formalis; hoc enim sonat illa particula *Perfecti* posita in definitione virtutis, ut explicuimus loco citato de Virt. disp. 1, dub. 4, § 3 et insuper eliceret actum in suo ordine ultimo completum, et perfectum, ut ibi docuimus. Neutrum vero horum Pœnitentiam acquisitam præstare, facile constat. Non quidem primum : nam Pœnitentia pure naturalis, cum sit actus de se imperfectus adhuc intra ordinem naturæ, ut patebit ex sequenti probatione; nequit in genere cans® formalis paæstare perfectionem, quam entitative non continet; quoniam causa formalis non causât, nisi per exhibitionem propriæ entitatis, atque ideo si entitas Pœnitentiæ naturalis est imperfecta, nequit formaliter constituere in esse perfecto, et ex hoc capite non est actus perfecti.

Secundum vero probatur; quoniam actus optimus Pœnitentiæ in illo ordine, in quo est vera Pœnitentia, debet excludere peccatum, contra quod tendit, est enim Pœnitentia in remedium, et medicinam peccati, in cujus destructionem collimat : constat autem Pœnitentiam naturalem non excludere offensam commissam coutra Deum authorem naturalem : tum quia hæc non est auferibilis, nisi ad ablationem offensæ contra Deum authorem supernaturalem ; tum quia non fundatur supra amorem Dei super omnia authoris naturæ, utpote impossibile homini existenti in peccato : ergo Pœnitentia pure naturalis non disponit subjectum ad actum perfectum sui ordinis.

Confirmatur. Quoniam offensa non solum est infinita in ordine supernatural!, sed etiam intra ipsum ordinem naturæ, quem in suo fonte, et radice penitus dissipat, et evellit : sed Pœnitentia naturalis non instaurat, nec instaurare valet ex viribus propriis hoc summum, licet naturale, damnum : ergo Pœnitentia naturalis non est dispositio perfecti ad optimum. Major constat, siquidem peccatum avertit a Deo ut a fine ultimo in utroque ordine, et in quolibet injuriam irrogat, Deum in affectu exuendo ratione ultimi finis moralis; in quo

conira.

quo aba dubio splendet immensa gravitas peccati mortalis, qua major in fioç ordine nequit excogitari ; quocirca nequit non intra hunc ordinem ut infinita, et superioris ordinis ad alias offensas accenseri. Minor etiam liquet; quia nulla operatio, nullave inclinatio superat vires, et efficaciam sui principii : principium autem Pœnitentiæ naturalis in non habente gratiam supernaturalom, est voluntas læsa, et sauciata peccato, quæ subinde infirma, et imbecillis est, atque ideo non ni=i in invalidam, et imbecillem se potens exerere operationem ; non ergo est potens instaurare illud summum damnum, peccato inductum. Patet Consequentia : nam ad hoc necessaria est operatio naturæ perfectae et sanæ, quæque sit intra ordinem naturæ potentissima.

Ad hæc omnes operationes hominis destituti gratia sicut prodeunt a natura, ita non habent alium finem ultimum, quam bonum proprium ipsius naturæ ex cujus
l AnM amore procedunt juxta illud Philosophi : *Amicabile bonum, unicuique autem pro-*
' prium, et alibi : *Amicabilia ad alterum ex*
I *amicabilibus ad se :* ergo nulla operatio hominis destituti gratia excludit aversionem
g a Deo ut a fine ultimo naturali ; quippe quæ non aufertur nisi per conversionem ad eumdem ut ad finem naturalem, quo Deus præhabeatur, et plus diligatur ; quod ila non esse ostendunt Philosophi verba allegata, in quibus bonum proprium ante-, ponitur cuilibet alii bono, et non nisi ex rujus amore illum procedere ostenditur. Non est ergo unde possimus asserere virtutem Pœnitentiæ acquisitam, seu quod idem est, eam esse dispositionem perfecti ad optimum.

S»:iîtann ffilio. 202. Communis Scotistarum solutio est, ad rationem virtutis sufficere quod in proprio ordine, et circa propriam materiam disponat subjectum, ut in proprium virtutis actum prompte, et faciliter erumpere possit; non vero requiritur vel quod propriam spheram supergrediatur, vel quod intra illam actum omnium perfectissimum eliciat, ut sunt exemplo omnes virtutes acquisitæ, quas certum est absque gratia roperiri, et absque actu omnium præstantissimo ; qui quidem tam longe abest, ut ad illas exigatur, quod potius eisdem, et cuilibet earum repugnet.

aéjseîliisr. Hioc tamen Illorum doctrina non enervat rationem nostram, quæ est discipulis D. Thomæ communis, ut eam aliquatenus expendendo constabit. Et, ut exemplum

evasioni insertum in ipsos Scoti discipulos detorqueamus, constans est omnium sententia do ratione virtutis esso inclinare in actus intra propriam materiam perfectos, quibus rcctificetur appetitus ad bene, fir-» miter, et prompte operandum in illa materia, ut constat in temperantia, et sic de cæteris : alioqui enim nec differt temperatus, ab intemperato, nec magis proficeret actuum exercitium, quam si numquam fuissent exerciti, quod est falsum, et contra ipsam manifestam experientiam. Sed materia circa quam Pœnitentiæ sunt peccata, non ista, vel illa, sed omnia, quæoumque illa sint, et contra quamcqmque virtutem se habeant; quippe eadem est utriusque Pœnitentiæ materia, sicut eadem est materia Temperantiæ infusæ, et acquisitæ : non enim distinctionem sortiuntur ex materia, sed ex diversa rationis regula, ut ex communi doctrina supposuimus tract, saepe allegato de Virtutibus, dum ageremus de Virtutibus infusis : ergo ut Pœnitentia naturalis sortiretur rationem virtutis intra hunc ordinem, oportebat, quod actum perfectum intra hunc ordinem eliceret, quo firmiter, prompte, et delectabiliter homo retraheretur a peccato. Patet Consequentia ex præmissis inter proponendum jam probatis : quia propria materia Pœnitentiæ strut peccata, non ut approbanda, sed ut destruenda; atque ideo quoties non intervenerit peccati destructio, non est actus perfectus Pœnitentiæ, sicut non est actus perfectus temperantiæ, ubi non est passionum concupiscentite moderatio, et sic de reliquis.

iη efficacia naturalis Poenitentia?. Constat vero per actus Pœnitentiæ naturalis, quantumvis hi inculcentur, et iterum atque iterum multiplicentur, numquam deleri peccatum, ut importat deordinationem intra ordinem naturalem : ergo actus Pœnitentiæ naturalis non sunt perfecti ea perfectione, quæ ad rationem virtutis adhuc acquisitæ est necessaria. Patet Consequentia, et iMinor subsumpta probatur. Tum ex ratione formata pro assertione, quæ ut eam consWeranti constabit, illam efficaciter probat ob gravitatem peccati adhuc intra ordinem naturæ, cujus authorem et posthabet, et pessundat. Tum a paritate, et nostro judicio, urgenti. Nam proportione servata ordinum, ita se habere debet Pœnitentia naturalis, ut perfecta evadat, intra suum ordinem naturalem, uti se habet in ordine supernaturall Pœnitentia infusa : nam quod hæc supernatu

7

raliter præstat in ordine ad proprium finem tribnit et illa, ac tribuere debet, intra finem naturalem, ut exemplo sunt aliæ virtutes, naturalis, et supernaturalis circa eandem materiam. Sed Pœnitentia supernaturalis non expellit, aut destruit offensam peccati ut oppositi fini supernaturali, nisi ut imperata a charitate (quod ubi supra non semel nos docuit D. Thomas) et supposito amore supernatural! Dei super omnia, ut definitio contritionis satis declarat. Ergo ut Pœnitentia naturalis sub hoc ordine sit perfecta in ratione virtutis, debet imperari ab amicitia naturali cum Deo, et supponere amorem naturalem Dei super omnia intra hunc ordinem. Porro neutrum illorum esse possibile intra ordinem naturalem , liquet. Nam primum exclusum manet tract, de Charit. disp. I, dub. 4, ubi ex professo stabilivimus non esse dabilem amicitiam naturalem cum Deo. Secundam vero etiam patet ex dictis in hoc tract, nec non tract, de Gratia, ubi ostendimus homini existent! in peccato impossibilem absolute esse dilectionem Dei naturalem ob impedimentum peccati. Tum denique (est ratio a priori præcedentis probationis) quia finis in ordine ad actus virtutis se habet ut principium respectu scientiarum, qui proinde debet supponi a virtute ; nam sicut munus scientiæ, et quidem proprium, est inferre conclusiones ex principiis, ita proprium est virtutis ex recta intentione finis eligere intra propriam materiam medium ad præintentum finem : unde ct definitur virtus, quod sit habitus electivus secundum rectam rationem. Sed actus Pœnitentiæ naturalis independenter a gratia, non supponit finem rectum hujus ordinis, qui consistit in amore Dei authoris naturalis super omnia. Ergo nequit obire munus proprium, 'aut rationem virtutis. Et sane quantumvis aliquis syllogizaret, nullo supposito principio vero, nunquam inde edoctus evaderet, aut nancisceretur scientiam, Haud dissimiliter, quantumvis homo naturalis actus Pcemtentiæ eliceret numquam virtuosus inde consurgeret ; quia deficeret rectitudo voluntatis respectu finis naturalis, quam habere nequit absque ilhus amore naturali super omnia, et hic debet supponi juxta principium illud Aristotelis, D. Thomæ, et Theologorum, quod *finis in operabilibus se habet sicut principium in speculabilibus.*

Gravior djflkallas.

203. Sed hinc statim insurgit, et sese objicit gravis difficultas, quam dissimulare, aut praetermittere non expedit. Nam esto vera sint, quæ diximus, si fiat sermo de homine obnoxio peccato, a quo dum non se expedit sub auxiliis gratiæ, neutiquam potest veram Pœnitentiam nec naturalem, nec supematuraiem, quæ virtutis nomen mereatur, nancisci. Fallunt vero loquendo de homine gratia exornato : hic enim constitutus sub gratia queit nedum ex viribus ipsius gratiæ amorem supematuraiem elicere; sed etiam ex viribus naturæ, jam extricatis nexibus peccati, se exerere, et erumpere in amorem naturalem Dei super omnia, ad quem quam plurima suppetunt naturalia motiva, ut est indubium. Hinc vero statim sequi videtur, ex eisdem etiam motivis ipsum pœnitere posse de peccatis contra Deum authorem naturæ. Quis hoc ibit infacias?

Eo vero supposito, sic formatur argumentum. Nam in prædicta hypothesi, quæ est satis communis, et quotidiana, voluntas hominis supponitur rectificata in ordine ad finem ultimum naturalem, quem super omnia in praedicto ordine diligeret; alias posset de peccatis commissis dolere, et ex electione ad prædictum actum sæpius inculcandum, et iterandum se applicare : ergo posset acquirere Pœnitentiam naturalem, quæ esset virtus : non ergo rationabiliter negari debet virtus Pœnitentiæ naturalis acquisitæ. Hæc secunda Consequentia liquet ex prima , prima vero colligitur ex praemissis : quoniam ad comparandam virtutem sufficit (et nihil amplius requiritur) quod actus procedant ex electione supposita recta intentione finis, ut dicebamus : sed in nostro casu supponitur recta finis intentio, imo ejus attingentia medio naturaii amore ; et ex hujus dilectione eligeret homo dolere, ac pœnitere de peccatis ut Deo authori naturali exosis : ergo iteratis praedictis actibus, abs dubio eis acquireretur aliquis habitus naturalis, non alius quam Pœnitentiæ ; ergo acquirere posset, et potest, homo habitum naturalem Pœnitentiæ. Porro prædictus habitus semel acquisitus, quia in conservari non dependeret a gratia, hac per peccatum iterum destructa, non ideo destrueretur habitus acquisitus, sed in ejus absentia permaneret. Unde et contingeret in homine obnoxio peccato invenire habitum Pœnitentiæ naturalem naturæ viribus comparatum.

Hic discurrendi modus solum deservire posset ad novam sternendam viam opinandi duplicem

duplicem dari Pœnitentiæ virtutem naturalem, et supematuraiem, quarum prima semel acquisita in præsentia gratiæ, hac amissa (esto non illico illa destrueretur), neutiquam posset in proprios actus erumpere. Et ratio sumitur ex ipso discursu : quippe eatenus posset acquiri, quatenus connotaret gratiam, et supponeret rectam intentionem finis intra ordinem naturæ, ablatis obicibus peccati : sed iterum recidivo peccato, non supponeret rectam finis intentionem, quin imo deordinationem, et aversionem voluntariam ab ipso : non ergo illa virtus se exerere posset in actum sibi proprium, qui necessario supponit amorem Dei super omnia in proprio ordine ; atque ideo illa virtus in præsentia peccati esset ligata, et ex illa numquam virtuose hominem pœniteret, donec adveniret iterum gratia. Quod est ponere virtutem naturalem ita dependentem a gratia, ipsique annexam, ut solum cum illa, neutiquam vero absque illa queat se in actum virtuosum explicare : hoc vero rursus est prædictam virtutem in ratione, et exercitio virtutis, quantumvis naturalis, a gratia pendere, ipsique annecti, consequenterque esse naturalem, et supematuraiem saltem in ratione virtutis.

Quod nobis probari non potest, tum quia in habitibus virtutis non distinguitur entitas a moralitate, ut probavimus ubi supra disp. 1, dub. 1 et sequent, subindeque nec a supernaturalitate, sed utrumque illi convenit quoad entitatem : implicat autem eumdem numero habitum esse virtuosum, et non esse virtuosum, naturalem simul et supematuraiem ; si quidem supernaturalitas non est habitui denominatio extrinseca, sed prædicatum ipsi intrinsecum, et essentiale. Tum quia otiosum, et inauditum est ponere virtutem naturalem naturaliter acquisitam, quæ solum in præsentia gratiæ actum naturalem eliciat, et in ejus absentia ejus virtus evanescat. Tum denique, quia inconsequenter conceditur acquiri in præsentia gratiæ, et non etiam deficere, ad ejus absentiam. Et ratio est, quoniam habitus destruuntur non solum per suum contrarium, sed etiam per cessationem actuum,
D.Ttom. ut testatur experientia, et docet D. Thomas 2, 2, quæst. 24, art. 10. Sed in nostro casu adveniens peccatum contrariatur Pœnitentiæ naturali, ut constat : aliunde vero prædicta Pœnitentia acquisita maneret ligata, et impedita, ne in proprium actum erumperet : non ergo recte asseritur diu permansuram in absentia gratiæ. Et hoc erat sufficiens ad deserendam objectionis doctrinam, ut implicatoriam.

204. Secundo et directius respondetur non solum in absentia gratiæ non posse hominem veram Pœnitentiæ virtutem acquirere , ut probatum manet, et fatetur ipsemet objiciens; verum nec sub gratia, et in ejus præsentia. Quod quidem fiet perspicuum ex ipsius argumenti doctrina, qua supposita sic instatur : quia in facta suppositione sit voluntas reciificata in utroque ordine ex parte finis, et hoc requiratur ad acquisitionem virtutis ; non tamen sufficit, sed insuper desideratur difficultas objectiva, quæ vinci debeat per actuum iteratam eliciendam. Hæc autem difficultas deficeret in prædicta hypothesi; siquidem prona est voluntas semel elevata per Gharitatem ad detestandum peccatum ex motivo naturali, quin ad hoc indigeat habitu superaddito. Et ratio sumitur ex ipsa objectione. Quia licet voluntas indigeat hahitu ad diligendum supernaturaliter Deum, ut in confesso est apud omnes; non tamen indiget habitu naturali ad dilectionem naturalem ejusdem : ergo licet indigeat Pœnitentia infusa ad Pœnitentiam supematuraiem, non vero indigebit Pœnitentia acquisita habitualiter superaddita ad Pœnitentiam naturalem; sed se ipsa immediate illam eliciet eadem facilitate, qua Deum naturaliter amore prosequitur. Antecedens constat ex dictis tract, de Charit. disp. 1, dub. 4, §4, n. 60, ubi ex Cajet. Banez, et aliis illud sustinuimus edocti a D. Thoma 1, 2, quæst. 2, quæst. 109, art. 3 ad 1, ubi expresse asserit dilectionem Dei naturalem non procedere ex habitu. Consequentia vero probatur ; quia non majorem difficultatem ex parte objecti importat dolor detestativus peccati contra Deum finem naturalem, quam allerat dilectio super omnia ejusdem finis naturalis : ergo si ad hujus elicientiam non indiget homo habitu superaddito , sed tantummodo quod amoveatur peccatum, et sanetur per gratiam ; haud dissimiliter, nec ad eliciendum actum Pœnitentiæ naturalem erit necessarius habitus naturalis. Unde sicut numquam acquiretur habitus naturalis ad dilectionem, quantumvis actus diligendi iterentur, multiplicentur : quia non est objectiva difficultas, quæ superari debeat; consimiliter ex sæpe inculcatis actibus Pœnitentiæ

rd

Secunda etdireeU solutio»

Cajet· Banez. D.Thoni

naturalis numquam genorabitur habitus specialis Pœnitentiæ intra hunc ordinem. Utrumque enim clauditur intra restitutionem naturalem, quam a natura accepit voluntas in prima sui conditione ; quaque non nudatur, sed utitur ad attingendum bonum honestum tam in communi, quam ut est bonum proprii suppositi. Ad quod quidem voluntatem nostram habitu non indigere constat ex dictis tract. XI, do Bonit. et Malit, disp. 4, dub. 2, § 2, nec non tract, de Viri. disp. 2, dubio 3, per totum in quo explicuimus, quando, et qualiter potentia habitibus superadditis indigeat ; quando vero non, sed se sola valeat in actus erumpere. In quo eventu quantumvis multiplicentur, et geminentur actus, non inde consurgit novus, etdistinctua habitus, ut liquet exemplis tum amoris naturalis, tum operationum aliquarum potentiarum, utputa intellectus agentis, nec non sensuum externorum, in quibus nullus habitus debet superaddi, ut explicuimus loco citato num. 49. Quæ omnia hic leviter indicata, et ibi longius expensa recolenda sunt, ad majorem hujus doctrinæ claritatem.

Major dicto-rum explica-tio.

205. Confirmatur, et explicatur : quia cum aliquid fiat difficile dupliciter, vel per se, et ab intrinseco ob excessum supra vires potentiro, vel per accidens, et ab extrinseco ratione alicujus impedimenti retardantis, vel absolute impedientis potentiam; habitus non attendit hanc secundam difficultatem, nec consequenter ad eam superandam est necessarius, quia supponit virtutem completam in potentia ad actum, et amoto impedimento illico se exerit in ipsum, ut patet in pupilla aliquo humore infecta, et in aliis potentiis naturalibus in propria ratione completis, quocirca D. Thomas quæst. de Virt. art. 1, docuit, quod *potentia, qua est tantum agens non indiget ad hoc quod sit principium actus, aliquo inducto, unde virtus lulls potentia nihil est aliud, quam ipsa potentia. Talis autem potentia est divina, intellectus agens, et potentia naturales. Unde harum potentiarum virtutes non sunt aliqui habitus, sed ipsa potenliæ in se ipsis completa.* Requiritur ergo habitus ad vincendum excessum, et improportionem actus supra potentiam de se non completam, in quo stat difficultas per se, et quod idem est objectiva. Cum ergo nec actus dilectionis naturalis Dei authoris naturæ, nec dolor de peccatis contra illum in hoc ordine, et quantum

D.Thom.

est ex vi luminis naturalis, excedant proportionem voluntatis, sed sequantur ad dictamen Synderesis enuntiantis bonum esse faciendum, et malum esso vitandum, et quod sibi quisque non vult, alteri ne velit fieri, consequitur voluntatem ad neuirum illorum actuum esse iiuproportionatam, neo subindo habitu superaddito indigere.

206. Quod si alicui hæc via non arrise* rit, et forsan comminiscatur in Pœnitentia naturali aliquam differentiam, quam mdiheji. inveniat in amoro naturali Dei, ideoque disparilatem velit assignaro inter unum, et alterum actum; recurrendum est ad principium primum jam propositum, quo ostenditur Pœnitentiam naturalem ob sui imperfectionem numquam pertingere posse ad rationem virtutis, interim atque maneat intra nudum naturæ ordinem. Quo magis agnoscetur ex sua inclinatione naturali posse voluntatem prædictum actum, quia imperfectum, efficere absquo recursu ad habitum virtuosum. Ut vero id præste* mus, recolenda sunt, quæ supra disp. 4, dub. 3, diximus de actu contritionis, quod fieri nequeat nec quoad substantiam, nec quoad conducendam ex viribus natur©, sed semper fuisse et esse necessariam gratiam non solum ad expediendam voluntatem, sed etiam ad eam elevandam : quia non stat vera contritio, quae non excludat omne peccatum, quaeque non convertat absolute hominem ad Doum ut ad suum ultimum finem. Quælibet namque restrictio opponatur, jam detrahit, ac minuit contritionis rationem : alioqui admitti deberet in puris naturalibus vera contritio, et simul vera peccatorum remissio absque recursu ad gratiam sanctificantem, contra id quod diximus tract, de Justificat, disp, 2, dub. 8. Ex quo bene consequitur quamlibet Pœnitentiam intra ordinem naturalem contentam, esse actum imperfectum, utpote non supergredientem vires satia debiles naturalis facultatis ad peccatum detestandum, et Deum placandum juxta supra explicata dub. 2 illius disput. 4.

Hinc vero sequens deducitur impugnatio. Nam ad actum imperfectum, et ex se debilem in attingentia proprii objecti non debet assignari virtus, ut tam ex se, quam inductive constat : sed quilibet actus Pœnitentiæ naturalis est imperfectus, et imperfecte attingit proprium objectum : ergo ad actum Pœnitentiæ naturalis non requiritur virtus, quæ superaddatur voluntati.

Major

Major constat ex diffinitione tradita virtutis, et ex alia, quæ non est minus plausibilis, et recepta, *esi quippe virlus, quæ bonum facit habentem el opus ejus bonum reddit :* bonum autem coincidilcum perfecto, et nullus redditur perfectus, atque ideo nec simpliciter ot absolute bonus, per bonitatem imperfectam, et in propria linea deficientem, ut liquet. Minor etiam probatur. Tum quia ut docet D. Thomas q. de Virt. art. 9 : Firtus *appelilivæ partis, si recte consideretur, nihil est aliud, quam quædam dispositio, sive forma sigillata, cl impressa in vi appeliliva a ratione. El propter hoc quamtumcumque sil foriis dispositio in vi appelitiva ad aliquem, non polesl habere rationem virtutis, nisi sit ibi, id quod est rationis.* Sed ratio naturalis est insufficiens ad detestandum, et destruendum peccatum, illudque expellendum : ergo Pœnitentia quæ non nisi' a ratione naturali haberet rationem virtutis, nequit non esse indeficiens, et imperfecta. Minor constat ex supra dictis locis ex hoc tract, allegatis, et tradita est a D. Thoma ubi nuper sol. ad 5, ubi inquit, per virtutem acquisitam (in vi utique luminis naturalis) non posse hominem declinare ab omni peccato. Pœnitentia autem, qua ab omni peccato declinari non potest, non est virtus Pœnitentiæ, cum de hujus ratione sit omni peccato adversari, alioqui enim non esset vera Pœnitentia. Sicut non est vera Prudentia, quæ non attingit omnes circunstantias undique eæ occurrant, ad actum undequaque bonum reddendum, ideoque sanior Theologia partiales, et limitatas ad unam materiam prudentias relegat.

Tum etiam, nam illuminatio fidei, præsentia gratiæ, et alia dona supernaturalia, quæ insunt homini justo, expediunt quidem vires naturales, sive rationis, sive liberi arbitrii intra ordinem naturæ ad se exerendum in Pœnitentia. Neutiquam tamen influunt ad actus prædicti ordinis, ut supponi debet. Ergo adhuc supposita gratia, et aliis donis,nihil est illis intrinsecum, quo intra proprium ordinem intrinsece perficiantur : atque ideo si ut procedentes a ratione naturali sunt deficientes, et inepti ad inducendas stabilitatem, et promptitudinem proprias virtutis; nihil illis proderit ad hæc munia præsentia gratiæ; quando quidem hæc se habet ut removens prohibens, non ut influens, aut virtutem intrinsece perficiens ; ut a fortiori constat in pia affectione, quæ quia intra propriam speciem est actus imperfectus, quantumvis conjungatur fidei, quæ est virtus intellectualis, ot ojusdem ordinis cum ipsa, numquam pervenit ad rationem virtutis. Multo ergo minus actus puro naturalis ex consortio, aut præsentia gratiæ. Et ratio est jam lacta a D. Thoma. Nam virtus in rationo virtutis non constituitur nisi per id, quod a ratione participat; non vero per ordinem ad gratiam, utpote sine qua virtus acquisita babet virtutis essentiam, ut supponendum est, esto non sibi vindicet absque gratia statum virtutis simpliciter talem de quo suo loco jam sæpe allegato.

Alia impngnaiiû opposiiæ

207. Et hinc emergit alia impugnandi ratio. Nam licet sponte daremus (quod falsum existimamus) ex repetitione actuum naturalium pœnitendi aliquem habitum, seu aliqualem dispositionem habitualem generari; non idcirco hæc sortiretur, aut mereretur rationem virtutis, ut a simili constat in habitu piæ affectionis, et in habitu opinalivo : qui quidem in nulla sententia suntveræ virtutes, licet ad eas disponant. Et ratio est eadem de pia affectione jam tacta; de opinione vero, quia de ratione virtutis intellectualis est attingere infallibiliter verum, et de ratione virtutis moralis attingere infallibiliter bonum ; ideoque nulla virtute sive intellectuali, sive morali potest homo ut principio male uti, ut constat ex alia definitione virtutis tradita a D. August, et communiter recepta. Sed Pœnitentia naturalis non attingeret infallibiliter destructionem peccati adhuc ut est contra rationem naturalem, nec actus proprie diceret cum spe firma hunc finem assequendi ; cum hæc haberi nequeat ex viribus naturæ : atque ideo semper se gereret formidolose, et dubitative, ne dicamus conjecturaliter atsque ullo firmamento naturali, cui non posset subesse falsum. Ergo quantumvis admitteretur illa habitualis dispositio ad eliciendos utcumque facilius actus pœnitendi; non idcirco illa Pœnitentia inter virtutes morales adseribi deberet. Nullum ergo est caput eam assignandi; sive recurratur ad statum peccati; sive fiat sermo de homine sub gratia constituto, ut constat ex dictis contra utrumque discurrendi modum.

Opposite sententte, et earum fundamenta.

Prima senlen-tia adversa. Seoius. Durand.

2ÛS. Pœnitentiam esse virtutem naturalem, et acquisitam tenuit Scotus in 4, dist. 14, quæst. 2, £ *De secundo principali,* litera M. cui sententiæ subscripsit Durandus ibi num. 6, nullam aliam virtutem infusam agnoscens, quam Fidem, Spem, Angies. et Gbaritatem. Suffragantur Angles de Enrich, pænitent. quæst. 1, art. 2, difl. 2, etEnric. quodlib. 6, quæst. 12, et eis adhæsit Medina. ConspL Medina Complut, in illo suo Codice de Pœnit. tract. I, quæst. 1. Novissime vero DMff*-diilo. Delgadillo supra relatus asseruit non esse possibilem virtutem Pœnitentiæ per se infusam, sed omnem, et quamlibet Pœnitentiam esse naturalem, et acquisitam, ut constat ex solutionibus argumentorum, in quibus semper stat pro Pœnitentia naturali, et relegat supernaturalem. In quo abs dubio a Magistro descivit, ipsnmque deseruit, ut videre est apud Scotum quæst. 3, sequenti ejusdem distinctionis, ubi docet aliam esse Pœnitentiam regulatam lumine naturali; aliam vero ex a Deo revelatis, et fide cognitis, hæc autem nequit non esse supernaturalis. Quod ergo voluit Scotus, ut ipse immediate littera F se explicat, est omnes virtutes præter Theologicas esse acquisitas, licet earum aliquæ, quia actibus supernaturalibus comparantur, sint supernaturales : quocirca in primo loco asseruerat aliam Pœnitentiam regulatam fide, et lumine superiori, quæ debet esse superioris ordinis ; et aliam innitentem lumini rationis naturalis. Quod si prædictus Author in suo Magistro observasset, non ita intrepide asseruisset non esse possibilem Pœnitentiam supernaturalem. Sed videamus, quo fundamento.

argam. Arguit ergo primo sub hac forma : Quia Pœnitentiæ motivum scilicet ordinare culpam per pœnam a lege taxatam propter transgressionem legis, nequit esse supernaturale, et divinum : ergo virtus, quæ ad illud ordinatur, nequit esse per se infusa.

Secundo (et urgentius, ut ipse affirmat) per se infusum est illud ens supernatural quod a nulla causa creata, vel creabili potest acquiri : sed habitus, seu virtus Pœnitentiæ potest acquiri per repetitionem actuum : ergo non est per se infusa. Consequentia est legitima, Minor est sibi certa, et Majorem probat, et declarat. Quod enim ab aliqua creatura creata, vel creabili potest produci, ox natura sua, seu per se non est infusum, et ideo si contingat a Deo infundi, dicetur per accidens infusum. Hæc prælaudatus Theologus pro suæ sententiæ fulcimento.

209. Eorum tamen imbecillitatem facile perspiciet, qui ea contulerit cum testimoniis supra ex Tridentino, et PP. allegatis. Et ut a radice incipiamus, falsum omnino est id, in quo convenit inter Scotum, Durandum, et Scoti discipulos, nimirum nullam esse virtutem per se infusam præter Theologicas. Cujus oppositum est communi Theologorum plausu receptum, ut constat ex dictis tract, de Virtutibus locis in hoc eodem dub. non semel relatis, et videri potest Magist. Joannes a S. Thoma, ubi joui supra ad 1,2. D. Thomæ cum aliis D. S;rsw Thomæ discipulis, ex quibus mitius se habentes in hac parte improbabilitatis nota Scoti sententiam inurunt. Semel vero atque aliæ virtutes morales in fine debeant concedi, quod hic potius supponendum, quam probandum est; non est ratio id Pœnitentiæ denegandi ; quin specialior pro ea viget ratio, ut specialis mentio de ea facta a Tridentino satis ostendit.

Ad primum ergo illorum motivorum Denegandum est Antecedens, quod nec pro- pnaa. bat, nec facile suadere poterit, quando quidem supplicium æternum divina lege taxatum ob peccatum momentaneum transcendit captum naturalem ; sicut et quod temporali vitetur Pœnitentia ; ideoque accedere debent auxilia supernaturalia tum ad instruendum, tum ad vires proportionatas præstandnm : ultra quas adhuc supplere debet defectum æqualitatis Dei miseratio acceptantis ut æquivalens, quod re vera non æquivalet, ut constat ex dictis in hac eadem disputatione, ubi ostendimus Poenitentiam vel ex hoc solo capite inter partes potentiates justitiæ commutativæ computari.

Ad secundum concessa Majori, negatur Minor, quam improbatam, et ut ibi certam reliquit ; cum tamen falsitati sit obnoxia : Soltilu seaiù. et ratio est : quoniam per actus naturales solum potest reduci ad actum, quod continetur in potentia naturali ut constat; non vero quod pertinet ad potentiam obedientialem, quæ est in ordino ad Deum : Nam ut docet D. Thomas quæst. de Virt. d.Tccs. art. 10, ad 13, *aliquid est in polenlia in anima, quod non est natum educi in actum, nisi per virtutem divinam, et sic sunt in polenlia in anima virtutes infusæ.* Ratio autem

autem naturalis vel ab ejus fronte, qui est intellectus agens, exordiendo, deficit in natura lapsa ad instaurandum ordinem naturalem, quem deordinavit peccatum originale, et quotidie magis exturbant peccata actualia. Alioqui enim sicut seipsum liomo reddit malum prave operando, ita se ipsum redderet bonum bene agendo, et ad statum pristinum revocare posset propriis viribus. Quod contra accidere manifestum est ex testimoniis supra allegatis, et aliis innumeris passim obiciis apud Scripturam, et PP. in quibus edocemur, ultra propriam experientiam, hominem se ipso cadere, non tamen se ipso surgere posse, juxta illud Oseæ 13, n. 9 : *Perditio tua Isiael, tantummodo in me auxilium tuum*. Recolantur supra dicta in hoc eodem dubio, ex quibus liquet, actibus Pœnitentiæ naturalibus nullum habitum acquiri, qui sit vera virtus.

210. Secundo probatur eadem sententia argumento omnibus prædictis Authoribus communi : Nam teste Philosopho 1 Ethicor. cap. 1, ars inferior ex ordinatione superioris potest attingere finem superioris : sed ratio naturalis supposita, fidei revelatione, est inferior ad mysteria gratiæ, et ordinem supernaturalem : ergo ex conjunctione ad fidem revelantem, et alia dona supernaturalia, poterit attingere finem supernaturalem, consequenterque erumpere in actus tam naturales, quam supernaturales Pœnitentiæ ; quin opus sit recurrere ad Dei infusionem supernaturalem : frustra enim fiunt per plura, quæ possunt fieri per pauciora.

Respondetur dupliciter artem inferiorem se habere posse ad superiorem, vel ita ut hæc illam imperet, et actu sibi subjiciat, quo pacto habitus charitatis imperat omnes virtutes inferiores sive naturales, sive supernaturales, quæ natæ sunt a superiori moveri, ut hinc excludamus potentias partis vegetativæad nutritionem, et conservationem individui destinatas a natura. Et hoc modo verum est illud principium : quoniam ex vi imperii, et talis directionis descendit in partem inferiorem motam, et ita imperatam quoddam participium superioris, ejus energiam redolens, vi cujus elevatur pars inferior supra se, et attingit finem superioris, quem alias attingere non valebat, nec valeret, si deficeret praedictum imperium. Et in vi hujus doctrinæ, quæ est expressa D. Thomæ innumeris locis congestis in tract, de Merito et plurium, ac graviorum ejus discipulorum, ibi statuimus omnes actiones naturales honestas reddi meritorias, et Deo acceptas, in ordine ad præmium supernaturale. Sed sane in hoc sensu inepte procedit argumentum; siquidem virtus naturalis adhuc ut imperata non efficit intra propriam speciem, quod non faceret intra ipsam absque imperio : hoc enim solum inservit ad hoc ut vires naturales in vi ipsius evehantur ad modum agendi supernaturaliter, supra speciem. Et ideo singula singulis tribuendo, supernaturalitas vel modalis, vel quæ illa fuerit, impdrio; entitas vero actus naturali virtuti adseribenda est. Et quia virtus naturalis intra propriam speciem est insufficiens ad inducendum habitum naturalem Pœnitentiæ, idcirco adhuc mota, et elevata medio praedicto imperio, remanet impotens ad producendum habitum virtutis Pœnitentiæ naturalis, siquidem prædictus habitus non ex principio supernaturali, sed ex naturali petit causari.

Si vero accipiatur actus imperatus reduplicative, et qua supernaturalis ; jam supra vidimus, et nos docuit D. Thomas nihil ex illis generari ; sed solum deservire ad magis radicandum habitum præexistentem, non quidem efficienter, sed dispositive, et meritorie. Quare prius incumbebat arguenti ostendere positive virtutem naturalem ad acquirendam virtutem naturalem Pœnitentiæ, quam confugere ad conjunctionem unius virtutis cum alia, et imperium prædictum.

Nisi velit monstruosum quid nobis obtrudere, quod partim sit naturale, et partim supernaturale simul, et indivulse et conflatum ex illis intendat esse Pœnitentiam ex utroque capite acquisitam. Sed hoc nihil esse constat ex notione, et distantia ordinis naturalis, ac supernaturalis. Licet enim oporteat modos supernaturales admittere in habitibus, et virtutibus naturalibus, ut exemplum Charitatis jam adductum convincit, et modus unionis hypostaticæ quem Christi humanitati probabilior sententia tribuit, clarius demonstrat ; haud tamen hactenus excogitatum, et luci publicæ datum est dari entitatem mixtam, seu Pœnitentiam coalescentem ex entitate supernaturali, et simul naturali ; sed omnes conveniunt unanimiter in eo, quod quælibet virtus ex sua specie sit vel determinate naturalis, vel determinate supernaturalis. Cum quo stare docent virtutem

ex sua specie naturalem snperindui modo aliquo supernatural! quo utcumque trahatur ad prædictum finem juxta illud : Supre»i«m *infimi attingit infimum supremi, ex* participatione tamen superioris.

Non soflicii conjunctio viriatis inferiojfejd sope-norem.

Alter modus, quo ars inferior se habet ad superiorem, se tenet ex parte subjecti, quia nimirum ars inferior connotât in proprio subjecto virtutem superiorem, quæ iHud expediat ad proprias operationes, et longe faciat impedimenta: quin vero influat in actiones partis inferiori quomolo se habet charitas ad amorem naturalem Dei ex viribus naturæ eliciendum. Qui quidem modus est veluti extrinsecus, et concomitans : neutiquam vero influens, subindeque minus idoneus ad hoc, ut virtus naturalis acquirat aliquid, quod superet ejus efficaciam, et vires. Et ex hoc capite jam liquet virtutem naturalem de se impotentem ad destruendum intra proprium ordinem peccatum, non inde assurgere ad illud ex propriis viribus extirpandum, subindeque ad acquirendam veram Pœnitentiæ virtutem; quantumvis connotet in subjecto tum gratiam, tum alia dona supernaturalia : hoc quippe non provenit ex connotatione, sed ex virtute, et efficacia ipsius actus, quam non tribuit ipsi gratia; aiioqui redderetur supernaturalis. Nec ideo inficias imus virtutem inferiorem aliquo modo roborari, et fulciri ex conjunctione ad superiorem, ad hunc sensum, quod nimirum semotis impedimentis sive intrinsecis a subjecto per virtutem superiorem. facilius utcumque, se exerat vis inferior in proprium actum, hicque aliquo modo sit diuturnior, ac firmior, quam esset, si adessent impedimenta. Et juxta hunc sensum concedimus, melius, ac faeffius erumpere in actus Pœnitentiæ naturalis hominem gratia præditum, quam illa destitutum, et peccato obnoxium ; qui tamen semper sint inefficaces intra propriam speciem, ut explicuimus disp. precedent! dub. 2.

Tertium incnium.

21 1. Arguitur tertio pro eadem sentenbia. Si non daretur vera virtus Pœnitentiæ intra ordinem naturalem ; sequeretur posse hominem esse conscium suæ gratiæ, et instaurat» amicitiæ cum Deo. Consequens eSt falsum, el contra expressam Tridentini doctrinam : ergo etiam est falsum non dari virtutem Pœnitentiæ naturalem. Probatur sequela : nam posse homo scire, imo el experiri se habere actum Pœnitenliæ, quo ex corde detestaretur peccatum propter Deum ; sed per eos actus Pœnitentiæ detestantis peccatum propter Deum est actus supernaturalis, et ultima dispositio ad gratiam, imo eam supponens, et concomitans : ergo eo ipso quod homin-u non lateret se prædicto modo poenitere, ex consequenti nec ipsum fugeret esse ia graiia apud Deum; cum tamen verum semper sit illud Ecclesiasl. 9 : *Nescii homo* Eai* ttfrttm *amore, an odio dignus sit f sed omnia in futurum servantur incerta.*

Btw· .üε

Respondetur hoc argumento magis adversam, quam nostram sententiam premi; quando quidem Pœnitentia naturali potest formari idem discursus. Hæc enim, quia naturalis, est magis cognoscibilis, utpote magis proportionata lumini naturali, cujus experientiae potius actus naturales, quam supernaturales subesse nemo ambiget. Aliunde vero Pœnitentia, quæ est vera virtus, non potest admittere peccatum, in cujus destructionem colliniat; aiioqui vera virtus non esset, sicut non esset vere, et virtuose temperatus, qui objectum temperanti» attingere non posset. Ergo cum Pœnitentia naturalis, petat destructionem peccati intra ordinem natura, illa semel posita, posset venire homo in cognitionem gratiæ, et amicitiæ, ut ita dicamus naturaiium coram Deo. Ex hac vero legitime infertur existentia gratiæ, et amiciliæ itidem supernaturalium; cum sit impossibilis una sine altera, ut modo supponimus alibi probatum, et fere communiter receptum. Eruo de primo ad ultimum ex positione veræ virtutis Pœnitentiæ naturalis deveniret homo in cognitionem propriæ gratiæ, et amicitiæ cum Deo authore supernatural!. Atque ideo ex vi praejacti argumenti non magis pungitur nostra, quam Scotistarum sententia; quin imo oppositum eo efficacius colligitur, quo actus naturales facilius discernuntur, et percipiantur, quam actus supernaturales.

Respondetur ergo negando sequelam &?.» argumenti, quam non suadet subjuncta probatio : quia licet hominem non lateat, quin certo sciat, se pœnitere coram Deo, ignorat tamen, nec scire valet (citra Dei revelationem) se, *ut oportet,* pœnitere, id est cum omnibus illis circunstantiis, quas Deus exigit pro vera contritione, quaeque necessariæ sunt, ut sit dispositio ad gratiam. Nec etiam certo scit, quantumvis illi certum proponatur motivum pcenitendi esse supernaturale, ct propter Deum summe dilectam. Unde nullum est caput

I illud inconveniens devorandi, sed constenter oppositum est asserendum, ut constet ex dictis tract. Iò, disp. 9, ubi egimus do certitudine gratiæ, quam habere possuinus in hac vita. Videatur D. Thomas 1, 2, quæst. 112, art. 5.

24.2. Secunda sententia fuit Richardi in eodem 4, sub eadem distinct, art. 4, ubi duas distinguit Poenitentias, supernaturalem, et naturalem, seu infusam, et acquisitam. Ad quam sententiam avocare possumus Joannem Martinez de Ripalda torn, 1, de ente supernat. lib, 3, disp. 53, ubi docet per actus supornaturales pure fieri habitum pure naturalem. Cui doclrinæ est consequens necessarium mediis actibus Pœnitentiæ supernaturalis acquiri habitum naturalem Pœnitentiæ, et quod magis est, actibus fidei^ spei, et charitatis similiter comparari habitus naturales credendi, sperandi, et diligendi Deum. Et mirum erit, si non etiam comminiscatur intra ordinem naturalem naturaliter reperiri, quidquid nos docet fides de ordine supernatural! ; atque ideo dari intra naturæ ordinem cognitionem immediatam Dei authoris naturæ, qua se ipso immediate videatur, lumen itidem gloriæ, si ita fas sit loqui, quod etiam sit naturale, et sic de reliquis. Si enim fidei, spei, et charitati supernaturalibus illa in hoc ordine debentur post mortem, nec non tres animæ dotes, adjunctis corpori quatuor (quas explicuimus tract, de Beatitudine, et earum correspondentiam virtutibus assignavimus,) non absonum, vel admodum peregrinum erit, semel concessis eisdem virtutibus naturalibus, et naturaliter acquisitis ex sola actuum supematuralium repetitione, similiter theologizare quoad omnia alia per conespondeniiam ordinis naturalis ad supernaturale; et consequenter admittere intra hunc ordinem omnia prsedicta, Quid enim vetat fidei naturali deberi claram, et intuitivam notitiam Dei authoris naturæ, quæ etiam naturalis, et immediata sit, sicut fidei supematurali corresponde! clara, et immediata visio ipsius Dei authoris supernaturalis, et sic de reliquis? Maxime cum illae virtutes ita acquisitæ esse debeant Théologie® intra suum ordinem, utpote quæ non nisi ex actibus Theologicis acquisitae. Sed quis hoc crelat? Profecto quidquid sit de illationibus istis, et aliis, quæplurimæ sunt, et statim sese offerunt; positio illa singularissima est, et non solido aliquo fundamento, vel rationis, vel authoritatis munitur, ut jam videbimus, dum a Richardi argumentis nos expediamus.

Arguit ergo Richardus primo a paritate aliarum virtutum, in quibus similis distinctio reperitur : nam præter temperantiam v. g. infusam, datur temperantia acquisita, et naturalis, et sic de reliquis : ergo idem ob eandem rationem dicendum est de Poenitentia : nam ultra eam, quæ immittitur a Deo ob finem supernaturalem, debemus assignare aliam, quæ sit nobis naturalis, et acquisita. Probatur Consequentia reddendo rationem paritatis. Tum quia peccatum in utroque ordine est offensa Dei, atque ideo illi ut in utroque ordine expiando debet propria virtus adscribi. Tum etiam, quoniam ad rationem virtutis sufficit (nec amplius requiritur) quod intra proprium ordinem inclinet ad actum perfectum, quin ejus perfectio sit absolute, et in omni ordine talis, ut demonstratur exemplo addito virtutum moralium, quæ naturales nobis sunt, et propriis actibus comparantur : hæ quippe si conferantur cum virtutibus supematuralibus imperfectissimae sunt et fere virtutis nomen haud merentur; quin tamen illis obsit, ut intra ordinem naturæ veram rationem virtutis habeant. Sed Poenitentia naturalis disponeret, et inclinaret ad dolorem secundum omnem perfectionem, quam dolor naturaliter potest habere. Ergo intra proprium ordinem obiret rationem virtutis, quantumvis ut relata ad superiorem ordinem sit imperfecta, ut etiam evenit in exemplo adducto virtutum moralium.

1 argu- n,en,0Tn·

Ad hoc argumentum, qtiod est in hac parte præcipuum, respondetur negando Consequentiam, quæ fallit arguendo ab amplo ad non amplum affirmative ; sicut enim non valet quod currit est animal : ergo est homo ; ita non tenet Consequentia illata, in qua arguitur ab esse supernaturali, quod est amplissimum, et supra totum ordinem naturæ, ad esse naturale. Unde licet bene valet illatio ex virtute naturali ad supernaturalem, ex eo quod in quacumque materia, in qua versetur virtus naturalis, debeat concedi virtus infusa supernaturalis, ut supra tetigimus ex doctrina tradita de virt. disp. 3, dub. 1, g 4; siquidem materia, quæ est capax regulæ naturalis, est etiam idonea, ut regulari possit a virtute supernatural!. Non tamen valet e converso, ut constat exemplo charitatis, et amicitiæ supematuralium, quibus in ordine naturali non respondet aut

Enervator.

charitas naturalis, quæ sit virtus distincta a voluntate, aut amicitia itidem naturalis, ut statuimus loco supra citato ex tract, de Charit. Quod discrimen hausimus ex
D.Thom. d Thoma 1,2, quæst. 63, art. 2, ubi inquit, quod *quia lex divina* (ad quam reducit ibi S. Doctor virtutes infusas) *esi superior regula, ideo ad plura se extendit, Ha quod quidquid regulatur ratione humana, regulatur etiam ratione divina, sed non convertitur.* Et ita accidit in nostro casu. Unde ut rectus esset discursus, oportebat prius probare Pœnitentiam naturalem esse virtutem, et inde legitime inferret dari virtutem supernaturalem infusam. Et quia Scotistæ primum affirmant, inconsequenter negant (juxta hoc D. Thomæ principium,) Pœnitentiam supernaturalem a Deo infusam, siquidem *quidquid regulatur ratione humana, regulatur etiam ratione divina.* Et non e converso.

Diluitor proba do. Ad primam Consequenti® probationem concedimus peccatum in utroque ordine importare deordinationem, et offensam Dei nullo modo viribus naturalibus expiabilem, imo (quoad satisfactionem perfectam: nec supernaturalibus ; nisi interventu acceptationis divinæ liberaliter condonantis, ac supplentis ex meritis Christi, quod nostne satisfactioni deest. Et ex hoc capite necesse est deficere rationem naturalem ad efficaciter movendam voluntatem, uti intra proprium ordinem indefectibiliter, attingat medium rationis virtutis. Cujus si ulteriorem velis rationem, ea
D.Tbom. est, quam tradit Angelicus Præceptor ubi nuper sol. ad 3, quia nimirum *virlulum acquisitarum prxexistunt in nobis quxdam semina, sive principia secundum naturam : qux quidem principia sunt nobiliora virtutibus eorum virtute acquisitis : sicut intellectus principiorum speculabilium est -nobilior scientia conclusionum : el naturalis rectitudo rationis est nobilior reclificalione appetitus, quæ fit per participationem rationis : qux quidem reclificalio perlinet ad virtutem moralem. Sic igitur actus humani in quantum procedunt ex ollioribus principiis, possunt causare virtutes acquisitas humanas.* Ubi manifestum est primam radicem acquirendi virtutes, sive intellectuales, sive morales tandem in rationem naturalem revocari, in qua ut in causa nobiliori virtutum acquirendarum semina, seu principia continentur. Hæc vero est intellectus agens, in quo est fons totius luminis intellectualis, et hinc devenitur recto online ad intellectum possibilem, deinceps ad voluntatem, ac tandem ad partem sensitivam irascibilem, et concupiscibilem, ut uberius expendit S. Doctor quæst. citata de virt. art. 9. Cum ergo ratio naturalis non sulïulta gratia ex propriis viribus non valeat intra proprium ordinem, perfectum dictamen formare, nec de ejus gravitate nec etiam remissione obtinenda ex propriis viribus; inde est ejus motionem in partem appetitivam esse inefficacem, et imperfectam, ut possit generare habitum virtutis de se importantis operationem perfectam : atque ideo numquam voluntatem ex motione rationis superioris, quæ sit naturalis, perfectam displicentiam habere, ut opus erat ad acquirendam virtutem : quippe de ratione virtutis est intra propriam materiam perfectum, et consummatum actum dicere. S«jsà

Hujus oppositum (ut secundae probationi Consequenti® occurramus) cernitur in ac- pniz·· tibus virtutum moralium, quarum materia £il,r· ut regulanda ex vi luminis naturalis non transcendit efficaciam prædicti luminis. Quamobrem quilibet earum actus sub motione rationis præscribentis modum, et medium rectæ rationi consonum præstituentis, est actus perfectus, non quatenus a voluntate, seu appetitu utcumque procedit, sed quatenus ab ipsa ut rectæ rationi subdita dimanat. Unde mirum non est posse ex frequentatis, et sæpe inculcatis prædictis actibus in se ipsa habitum aequirere, quo prompte, firmiter, et delectabiliter in similes actus se exerat, quoties oportuerit.

Ubi observandum venit, quod jam diu animadvertendum duximus, tract, de virt. disp. 1, dub. 3, f 3, num. 46, discrimen potentiæ cum habitu, et absque habitu, seu (quod in idem recidit) prompte, aut ægre operantis, non stare in eo, quod eliciat propriis viribus actum virtutis, ut aliqui falso imaginantur, et tunc ægre, ac difficulter eliciat actum virtuosum ; secus vero quando agit instructa habitu : quia numquam appetitus se exerit in actum virtutis nisi ut motus, et elevatus a ratione superiori, sive operetur cum habitu, sive absque illo. Sed stat vera differentia in eo, quod ante acquisitionem habitus, recipit prædictum influxum transeunter, et per modum passionis ; per habitum vero illum habet permanenter ad instar formæ constituentis in esse perfecto, et modo sibi proprio

prio connaturaiitor agendi. Quæ est doctrina D. Thomæ loco citato de virtut. ubi postquam docuerat potentias receptivas habituum non esse per se ipsas rectas, sed rectitudinem aliunde emendicare, inquit, hoc contingere dupliciter ; *Uno modo, ul recipiatur per modum passionis, sicul in hoc ipso quod potentia regulala a regulante movetur,* quod fit transeunter : *el ideo* (subdit S. Doctor) *prædicta receptio rectitudinis non sufficil ad perfectam reclificalionem potentiæ regulalæ*. Et in hoc eventu fit operatio virtutis ægre, et difficulter. *Oporiel ergo* (prosequitur D. Thomas) *ul alio modo recipiatur, scilicet per modum qualitatis inhærenlis, ut rectitudo regulæ efficiatur forma potentiæ regulalæ : sic enim faciliter, el delectabiliter quod rectum esi, operabitur, sicul id quod est conveniens suæ formæ. Et hæc quidem qualitas, sive forma dum adhuc esi imperfecta, dispositio dicitur : cum aulem jam consummata esi, et quasi in naturam versa, habitus nominatur.*

Dw otsecU-ώ. Ex qua doctrina non solum pro hac materia, sed et pro aliis diligenter retinenda, manifeste duo liquent; primum est, quod annotavimus, non ideo dici potentiam ægre, et difficulter absque virtute posse actum virtutis elicere, quia se sola, et absque influxu superiori id valeat ; hoc enim falsum est, siquidem ut docet S. Doctor numquam non potentia indiget motione rationis superioris ad actum virtutis adhuc difficulter agendum : quæ motio si non exhibeatur, aut negetur, neutiquam potentia erumpet in actum, utpote superantem propriam activitatem. *Secundum* est, quod dum hæc motio fuerit imperfecta, semper dicetur dispositio, et non habitus, ut constat ex ultimis verbis relati testimonii. Constat autem motionem naturalis rationis in voluntatem contra peccatum semper esse imperfectam, numquamque consummari in ea', utpote quæ quiescere non potest in Pœnitentia naturali, sed semper manet solicita, suspecta, et absque certitudine nanciscendi veniam, imo cum incertitudine positiva illius. Quare numquam molio illa superior vertetur in naturam, ut dicebat D. Thomas, sed remanebit in ratione dispositionis, et habitus rationem non obiinebit. Unde constat ad Minorem subsumptam argumenti, et ad paritatem virtutum acquisitarum, quæ quidem in ordine ad propriam materiam cum omnimoda firmitate, et certitudine procedunt ex directione rectæ rationis, ut cujus vi proprii illarum actus in propria potentia consummantur.

213. Sed contra hoc instatur (et est secundum Ricardi argumentum) quia ex doloris actibus frequentatis necessario generatur aliquis habitus : sed talis habitus est vera virtus, et non alia, quam Pœnitentice : ergo negari non debet vera virtus Pœnitentiæ naturalis. Consequentia liquet, et præmissæ, quæ indigent probatione, ostenduntur; Major quidem a paritate omnium actuum liberorum sub recta ratione procedentium , ex quorum inculcatione pronior, ac facilior invenitur homo ad se in illos exerendum : hæc autem facilitas, et promptitudo est proprius, et immediatus eflectus habitus : quare vel neganda est experientia, vel est asserendum ex actuum repetitione habitum generari, in quacumque materia, vel virtutis, vel vitii, atque ideo ex actibus doloris naturalis frequentatis novum habitum Pœnitentiæ naturalis acquiri. Probatur hæc Consequentia simul cum Minori primi Syllogismi ; Tum quia talis habitus est habitus electivus secundum rectam rationem, et inclinat ad actus laudabiles, quales sunt detestari peccata, ut opposita rectæ rationi, et fini honesto naturali, ejusque authori. Tum etiam, quoniam ad compensandas humanas offensas datur specialis virtus, quæ consurgit ex iterata actuum inculcatione in illa materia. Tum etiam, quia datur speciale vitium impœnitentiæ intra ordinem naturæ : ergo intra eundem ordinem debet assignari specialis virtus : Consequenterque non est, unde possit excludi a ratione virtutis Pœnitentia naturalis. Alterum ar5°01·

Respondetur, hoc argumentum ex utraque pnemissa claudicare : nam illa Major non est undequaque vera, et ejus probatio non urget, ut patet in dilectione naturali Dei, ex cujus inculcatione non consurgit novus habitus dilectionis naturalis Dei, licet expediatur potentia ad eos eliciendos, quo magis eorum iterationi incumbit. Et ratio sumitur ex dictis : quoniam ut ex actuum repetitione resultet habitus virtutis, requiritur elevatio potentiæ superioris ad aliquid excedens vires potentiæ inferioris. Voluntati autem non deficiunt vires nec ad diligendum Deum authorem naturalem, nec etiam ad detestandum peccatum ut oppositum rationi naturali, et hujus fini ; sed utrumque accipit ex ipsa naturali rectitudine sibi congenita, ex qua habet prosequi bonum honestum, et comequenter Eliditur

dolere, ac pcenitere de opposito. Un ie si semel expediatur per gratiam, ut expediri debet (ahoqui nec unum, nec alterum eliciet) ; sicut ad amorem Dei naturalem non indiget elevatione potentiæ superioris, sed dumtaxat mera illuminatione intellectus; ita nec ad naturalem Poenitentiam, sed unum ex alio sequetur. Quia cum Pœnitentia puro naturalis sit actus imperfectus, est etiam sterilis, et infecundus, ut producat habitum : hic enim non producitur nisi peractum perfectum ex motione superioris elevantis ad id, quod in potentia inferiori non continetur.

Dapîex modus concurrendi intellectus observatur.

Est vero ad hujus doctrinæ intelligentiam animadvertendum dupliciter posse intellectum concurrere ad actum voluntatis. Vel præcise proponendo objectum, quod est prosequendum, et imponendo ejus prosecutionem. Et hoc modo nihil ponit in actu voluntatis, quod vires voluntatis excedat, nec etiam proprie loquendo est superior, sel solum dirigit, et illuminat voluntatem, quæ est potentia cæca, ne cæco modo procedat. Vel ita, quod non solum præluceat, sed etiam dirigat, et regulet ex virtute Synderesis, et Prudentiæ : quo pacto constituit in actu aliquid superexcedens virtutem voluntatis, videlicet rectitudinem, et ordinem, in quo consistit medium rationis proprium virtutis, geritque omnino proprie munus superioris elevantis, et trahentis potentiam inferiorem ad ordinem superiorem, ve! transeunter, seu per modum passionis, vel permanenter imprimendo, ac sigillando in illa propriam formam qua prompte firmiter, et facile modo sibi proprio operetur : et hoc quidem assequitur iteratis motionibus, mediis quibus frequentatis aclus generant habitum. Porro ad Pœnitentiam naturalem se habet ratio naturalis primo modo, et non secundo; atque ideo, quantumvis actus multiplicentur, non generant habitum, quia numquam exuuntur propria, et imperfecta ratione, nec regulantur Synderesi, et Prudentia perfecta, a quarum infiuxu tantummodo poterant habere, quod est proprium virtutis, nempe acluare voluntatem, eamque complere ad destruendum peccatum in proprio ordine, in quam destructionem colliniat vera virtus Pœnitentiæ. Non enim Synderesis, et Prudentia humana queunt dictare, aut proponere modo prædicto medium aliquod naturale, quo indefectibiliter expelli possit peccatum in qualibet materia, ut de se liqnet : quocirca ad summum dictare passunt esso pœnitendum in communi, abstrahendo a modo determinato pmnilontll, Et ex hac parte dicebamus prædictos actus semper esse steriles, et infecundos, et hibltum generare non posse.

214. Minor etiam est falsa, et minime probanda : nam esto per Pœnitentiam naturalem generetur aliquis habitus, non ideo erit virtus acquisita : quia licet omnis virtus sit habitus, non tamen omnis habitus est proprie loquendo virtus, sed potest deficere ab hujus essentia, licet constitui debeat sub specie illius, eo quod plus requiratur ad rationem virtutis contrahendam, quam ad essentiam habitus. De quo plura suppetunt exempla, et aliqua nos docuit D. Thomas, ex quo illa sumpsimus tract, de virtut. disp. 2, dub. 3, § 3, a num. 56, et de continentia tenuit S. Doctor. 12, quæst. 58, art. 3 ad 2, necnon 2, 2, quæst. 155, de Perseverantia vero in eadem 2, 2, quæst. 137, art. I. Qua doctrina hic supposita, et loco citato statuta dehiscunt vires probationum. Ad primam dicimus, bonum, et laudabile non converti cum virtute proprie dicta; alioqui nullus esset actus moraliter bonus, qui non esset actus alicujus virtutis proprie dictæ, quod esse falsum constat in utroque ordine tam naturali, quam supernatural!, in quibus plures necesse est concedere actus honestos, et moraliter bonos, qui a virtute propre accepta oriri non debent. Ut in ordine gratiæ de pia affectione, et pluribus illustrationibus, et affectibus inefficacibus nequit negari, et in ordine naturæ de amore naturali, de verecundia, de continentia, ac de perseverantia, asseruit D. Thomas. In quibus omnibus militat motivum quod obtenditur. Sed quia eorum electio vel non est efficax, et perfecta, vel non tendit in determinata media, sed respicit finem generalissimum, non hujus, vel illius deter* miuatæ materiæ; idcirco non est electio propria virtutis, nec virtutem inducit. Et ex eadem radice deficit Pœnitentia naturalis; hæc enim ut vera virtus sit intra ordinem naturalem, debet opponi non tantum huic, aut illi peccato, sed omni; siquidem in suo ordine debet habere, quod in ordine supernatural! competit Pœnitentiæ infusæ, ut constat exemplo dilectionis naturalis Dei super omnia relate ad amorem charitatis : quare Pœnitentia, qîiæ est vera virtus nequit compati cum aliquo peccato mortali, utpote illi, et cuicumque

alii

alii opposita. \rirtus autem acquisita toste p.Tton. D. Thoma 1,2, quæst, 63, art. 2 ad 2, potest secuin compati aliquod peccatum mortale ; non ergo esso potest virtus acquisita; consequonterque nec habitus electivus electione efficaci, ot propria. Quippe hæc prosequitur medium electum, quod sit efficax ad destruendum, quod destrui intenditur. Et Pœnitentia non unum, aut altorum intendit destruere, sed omnia, ut vera Pœnitentia sit. Nisi quis volitadstruere plures Poenitentiae partiales juxta diversitatem peccatorum, quod est ponere plures Poenitentias, cum tamen Pœnitentia omnia peccata eub una ratione petat detestari, sicut Prudentia sub una sola ratione dirigit omnes virtutes. Ideoque tract, do virt. disp. 4, dub, 1, unam solam Prudentiam recognovimus, et plures partiales ab aliquibus commentas repulimus.

Seesnda Ifttalio SOiftU. Ad secundam probationem constat ex supradictis, dum explicuimus Pœnitentiam ad virtutem justitiæ foro reducendam : ibi enim asseruimus inter homines non aliam reperiri virtutem ad sarciendas offensas, quam justitiam commutativam stricte sumptam, et rationem disparitatis assignavimus ex doctrina D. Thomæ, et ex ipsa virtutum natura, ex qua oritur hominis ad hominem servari posse æqualitatem in offensæ compensatione, quamvis aliqui sint tituli speciales, aliunde speciales virtutes postulantes, ut observanti® in superiores, Pietatis in Parentes, et sic de aliis. Unde illis seclusis, præcise ad poenitendum in humanis sufficit justitia commutativa, ex qua æqualis compensatio exhibeatur ; maxime cum non accedunt illi tituli, qui important superioritatem insuperabilem, aut inexæquabilem ab inferiori; respectu quorum justitia illa non erit perfecta. Quod non inconvenit, ut constat in Pœnitentia nostra, quæ est æqualis respectu venialium, et deficiens respectu mortalium.

Otrsni-Hr teriiæ prato-licfti ex D. Town. Tertiam probationem diluit D. Thomas 2, 2, quæst. 144, art. 1 ad 4, dicens, quod *quilibet defectus causât vitium ; non autem quodlibct bonum sufficit ad rationem virlulis : el ideo non oportet, quod omne illud, cui directe, opponitur vilium, sil virtus : quamvis omne vilium opponatur alicui virtuti secundum suam originem.* Ad contrarietatem namque sufficit, quod sicut impœntentiæ vitium inclinat ad malum, ita Pœnitentia inclinet ad bonum, et vi hujus contineatur sub eodem genere *habitus* sub quo maxime distant, et ab eodem subjecto mutuo se expellunt, quod est proprium contrariorum. Ad rationem vero virtutis, requiritur, quod sit consummativa, et completiva potentiæ medio actu perfecto, quo perfecte attingat medium præscriptum a ratione; quod Pœnitentiæ naturali repugnat ob debilitatem, qua tendit in destructionem peccati, nullis naturalibus viribus consequendam.

Ripalda argumenlam. 215. Deinde arguit Ripalda supra relatus sub hac forma. Nam potentia continuo agens actus sdpernaturales redditur habilior, et agilior, quam non agens : sed hæc agilitas, seu habilitas est acquisita, et naturalis : ergo ex repetitione actuum supernaturalium acquiritur habitus naturalis; consequenterque ex multiplicatis contritionis actibus per Pœnitentiam supernaturaiem, producetur habitus naturalis Pœnitentiæ acquisitæ. Majorem supponit, ct probat Minorem ; nam si ea major habilitas non revocaretur ad habitum acquisitum; nullum esset fundamentum adstruendi habitus acquisitos; non enim potest reduci in remotionem impedientium, quia nimirum prioribus actibus morderais sunt passiones, et superatæ difficultates : nam eadem ratione facilitas potentiæ ad actus naturales reduci posset ad remotionem impedientium facilitatem potentiæ ad actus naturales, quin argumentum sit statuendi habitus naturales acquisitos. Ergo cum alias supponi debeant habitus acquisiti naturales, facilitas comparata assuetudine agendi actus supernaturales, referri debet in habitum naturalem denuo comparatum ex actibus supernaturalibus.

Confirm, Confirmat hanc suam positionem ex eo, quod actus supernaturales superioris sunt conditionis ad actus naturales : aliunde relinquunt in potentia facilitatem agendi, sicut naturales : ergo reipsa efficiunt habitum acquisitum facilitantem, at non supernaturalem, ut constat, alias habitus supernaturales possent acquiri : ergo naturalem.

D.Tfiom. al^s' Hanc autem doctrinam non absonam esse a Doctore Angelico, inde probat : quia S. Doctor quæst. 27, do verit. art. 1 ad 4, ex argumentis *sed contra,* scribit ex actibus Charitatis infusæ generari in nobis aliquem habitum dilectionis acquisitum : non supernaturalem, ut ipsemetS. Doctor affirmat. 1, 2, quæst. 51, ari. 4. Ergo na-

turalem. In quam etiam sententiam venire Altnayn. Almayn in 3, dist. 23, quæst, 3, nec ea esse Scotum, et Gabrielem re- Gabriel. fert ad finem illius disp. 53.

Refelli- tur primo.

Sed certe hoc fundamentum debilissimum est ad tam singularem sustinendam sententiam, eamque pluribus refellere possemus, si propria hujus materiæ (et sane graviora' non jure postularent minus utilia abscindere, et ad præfixum scopum properare. Respondetur ergo ad argumentum, cui soli connittitur illa sententia, negando Minorem, quam evidenter falsam censemus : nam illa facilitas, quæ provenit voluntati ex actibus supernaturalibus, nequit non esse supernaturalis. Cum enim sit effectus immediatus prædictorum actuum ; necessarium est sapiat naturam suæ causæ, atque ideo quod sit supernaturalis : sive proveniat ab eis in genere causæ efficientis, sive in genere causæ formalis. Et ratio est perspicua. Nam causa efficiens non operatur, nec agit nisi secundum quod est in actu vel formali, vel virtual! id ipsum quod operatur, et agit, ut vel ipsa philosophia demonstrat, et ratio naturalis suadet. Sed actus illi sunt supernaturales, et ut supernaturales formaliter agunt : ergo non possunt non inducere effectum supernaturalem, atque ideo illa major habilitas (si semel ab eis oritur, ut oriri docetur), nequit non esse supernaturalis. Major supponitur, et ostenditur Minor. Nam prædicti actus non agunt nisi secundum quod participant a virtute, cujus sunt exercitia, nec nisi per ordinem ad objectum ipsius virtutis, et utrumque est supernaturale : ergo non agunt, nisi ut formaliter supernaturales.

Rejicitor secando.

Rursus : eatenus illi actus possent inducere facilitatem naturalem, quatenus essent superioris ordinis, et eam virtualiter continerent : sed quamvis sint superioris ordinis, non continent virtualiter productive facilitatem naturalem : ergo neutiquam valent illam efficere. Probatur Minor : quia ordo supernaturalis creatus nequit producere ordinem naturalem : nec potentia supernaturalis potentiam naturalem, et idem inductione constat discurrendo de eniitate qualibet supernatural! : alioqui ut supra innuebamus, non esset entitas supernaturalis, quæ non posset efficere sibi similem naturalem, quod est ridiculum, et longe a veritate alienum. Id quippe competit quidem Deo authori naturæ, et gratiæ, qui non solum ut author naturæ, sed etiam ut author gratiæ aliquando seipso efficit res naturales, quibus causas naturales adaptat, ut cum restituit sanitatem infirmo, et visum cæco. Ubi adhuc in esse termini splendet supernaturalitas principii, siquidem sanitas restituta, et potentia visiva a Deo recepta quoad modum producendi, et in esse termini sunt supernaturales, licet non in esse entis. Hoc autem repugnat rebus ipsis a Deo creatis, ut est cernere in Angelo omnino altioris ordinis ad res materiales, quas nequit propria virtute efficere. Quod ergo actus supernaturales altioris ordinis sint ad actus naturales, minime probat posse efficienter causare habilitatem naturalem ab illo Theologo intentam. Quocirca Doc-D.Tia tor Angelicus 1, 2, quæst. 51, hunc theologizandi modum penitus evertit, ac diruit. Nam cum sibi objecisset in art. 4, illius quæstionis illud fundamentum sub hac forma : *Per habitum illum* (infusum} *homo potest mullos aclus producere : sedes illis actibus causatur similis habitus, ut in* 2, *Ethic, dicitur : sequitur ergo duos habitus ejusdem speciei esse in eodem,* imum *acquisitum, et alterum infusum.* Respondet, *Ad tertium dicendum, quod aclus, qui producuntur ex habitu infuso, non causant aliquem habitum, sed confirmant habitum præexistentem : sicut medicinalia remedia adhibita homini sano per naturam, non causant aliquam sanitatem, sed sanitatem prius habitam corroborant.* Non ergo ex mente D. Thomæ affirmari debet ex actibus supernaturalibus aliquam majorem habilitatem naturalem efficienter produci,

Quod vero nec etiam in genere causæ Pnad formalis id efficere, seu præstare valeant, adhuc est evidentius. Nam causa formalis put- non causât, nisi per suimet exhibitionem, as· et informationem subjecti ; effectus enim formalis nihil aliud est quam forma communicata subjecto, atque ideo esse debet ejusdem rationis, et ordinis cum forma : ergo cum entitas actuum supernaturalium supponatur. et bene, a prædicto Authore, supernaturales nequeunt non in genere causæ formalis præstare effectum supernaturalem. Atque ideo quod potentia ex illorum frequentia habilior, et agilior reddatur, non computari debet inter effectus naturales; cum non suppetat illius causa nec efficiens, nec formalis ; sed æquius, ac rationi omnino consonum est asserere illorum frequentiam deservire in robur, et confirmationem, ac majus augmentum habitus

Γ bitus praeexistentis, ut nos docuit D. Thomas, et ratio evincit.

Γ Nec inde evertitur totum fundamentum adstruendi habitus acquisitos, ut causatur ille. Nam hi intra ordinem naturalem sibi vindicant propriam materiam, propria exercitia, ac propriam rationem sub qua attingendi objectum, cujus attingentiæ deserviunt, ut facile obvium cuique est per illos discurrenti, nec potest negare Ripalda.

Dj™'* «no, Hinc absque ulteriori impulsu corruit confirmatio : nam ut paulo ante dicebamus, supériorités conditionis actuum supernaturalium præ naturalibus minime evincit hos ab illis effici posse, eo quod sunt divers® speciei, nec unus continet alium tanquam causa vere effectiva; quippe hac continentia solum prævalet D.Thom. Deus, qui, ut inquit D. Thomas ubi nuper in corpore articuli, *polesl producere effectus causarum secundarum absque ipsis causis secundis,* ut constat ex 1 p. quæst. 105, art. 6 : *Sic igitur quandoque ad ostensionem sus virtutis producit sanitatem absque naturali causa ; quæ tamen per naturam posset causare : ita etiam quandoque ad ostendendam suam virtutem infundit homini illos etiam habitus, qxti naturali virtute possunt causari. Sicut Apostolis dedit scientiam scripturarum, et omnium linguarum, quam homines per studium, vel consuetudinem acquirere possunt, licet non ita perfecte.* Quare non possumus non vehementer mirari allegasse pro sua sententia D. Thomam in hoc eodem articulo, ubi evidentissimum, et sole clarius est, nec verbum pro illa positione stare. Sed adeamus quæst. 17 de veritate, quam etiam in sui patrocinium refert. Inquit ergo D. Tho-S. Doctor art. 1, in solutione ad argumas._ menta *sed contra* sol. ad 4 : *Dicendum quod ex actibus non generatur habitus alterius modi ab illo habitu, ex quo actus eliciuntur : sed vel aliquis habitus ejusdem rationis, sicut ex actibus infusæ charitatis generatur aliquis habitus dilectionis : vel prxexislens augmentalur, sicut in eo, qui habet habitum temperantis acquisitum ex actibus, ipse habitus augmentalur.* Quæ doctrina etiam est satis perspicua, et nullatenus favet eam alleganti : nam prima pars illius disjunctiva· non est ex sententia D. Thomæ, sed ex aliorum opinione, quam retulit, sed non fuit secutus, ut constat ex verbis immediate subjunctis : *El ita cum aclus conscientis procedat ex habitu sapientis, ct scientis, non generatur inde aliquis habitus alius ab eis, sed illi habitus perficiuntur.* Ubi spreta prima parte disjunctivæ, propriam mentem aperuit eligendo secundam partem determinate. Quod nullatenus præstitisset, si utraque disjunctionis pars ipsi probaretur.

21G. Ex quibus omnibus deducitur, quod licet in quolibet statu naturæ humanæ post peccatum, debeat concedi aliquod genus veræ Pœnitentiæ, nt in statu purorum, aut naturæ integræ, quippe quæ est de jure naturæ. In nullo tamen concedi debet Pœnitentia, quæ sit virtus proprie dicta, nisi in statu elevationis, et consortio gratiæ. Quod consectarium constat ex dictis. Quia non est vera virtus Pœnitentiæ, quæ non est supernaturalis, et a Deo infusa : sed in nullo statu, qui non sit elevationis daretur aliquid supernaturale, quod a Deo supernaturaliter deberet infundi, utliquet : ergo in nullo statu reperiretur virtus Pœnitentiæ proprie talis. Ad hæc ; Pœnitentia, quæ haberi potest ex vi principiorum naturalium, non est nec certa, nec firma in attingentia proprii objecti, et materiæ circa quam versatur, sed ad summum conjecturalis, suspecta, et admodum dubia; cum non sit principium naturale, quo quis possit de illius acceptatione certus reddi : ergo cum in prædictis statibus omnia principia, quibus Pœnitentia regularetur, essent naturalia, et alias cessaret recursus ad fidem, aut lumen aliud supernaturale ; sequitur in nullo illorum statu posse concedi virtutem Pœnitentiæ proprie dictam.

Deinde probatur idem consectarium alio principio, quo excludatur prædicta virtus, adhuc supposita fide, et elevatione supernatural!, quod jam supra indicatum est. Nam in eo ordine est impossibilis virtus, ubi impossibile est ejus objectum : sed intra ordinem naturæ adhuc supposita fide impossibile est objectum Pœnitentiæ naturalis : ergo et ipsa Pœnitentia. Minor in qua sola esse potest difficultas probatur : nam objectum Pœnitentiæ naturalis est peccatum destruendum intra prædictum ordinem : sed implicatorium est peccatum deleri ex principiis naturalibus intra hunc ordinem, quia nullum peccatum est remissibile absque Dei gratia : ergo impossibilis est Pœnitentia, quæ sit vera virtus, ex principiis naturalibus. Si enim intra vires naturæ adhuc ut clevatæ non suppeterent vires efficaces ad frænandas, et compescendas passiones insurgentes contra

Consee- Una ·

Confira,

citerior

'

ii

rationem rectam, casque ad debitam proportionem, et medium redigendas: profecto nulla esset virtus proprio laboro acquisita, sicut quia in natura non est potestas totaliter extinguendi fomitem peccati, non ad hoc assignatur virtus, sed fieri debet recursus ad gratiam, et non qualemcumque, sed insignem, et quam nullum accepisse extra B. Virginem Dei Matrem certo certius est. Ergo cum exploratum nobis sit, ex alibi recte probatis, non suppetere vires naturales ad destruendum peccatum adhuc ut est contra rationem : recte deducitur nullam esse possibilem virtutem Pœnitentiæ naturalem, in quocumque statu natura constituatur, atque ideo recurri debet ad gratiam, ut veram virtutem Pœnitentiæ debeamus adstruere. Unde infertur præterea non esse eandem rationem concedendi amorem Dei naturalem ex viribus naturæ, ac contritionem naturalem, quæ sit vera contritio ; atque ideo illo concesso, ut concessimus supra tract, de Gratia, hanc negamus, utpote solum possibilem intra ordinem gratiæ, neutiquam vero intra ordinem naturæ.

Aliud coosectarinm.

DUBIUM VI.

Λη *sil speciale præceptum virtutis Pœnilenliæ, el quo jure obliget?*

SjKtio- q ais. 217. Peccatoribus necessariam omnino esse Poenitentiam satis demonstrant sacræ litteræ, passim obviæ, quibus monentur non aliud illis superesse remedium post lapsum, quam Medicinam Pœnitentiæ. Act. 2. Act. 3. Unde est illud Act. 2 : *Pœnitentiam agile, et bapliz-.tur unusquisque vestrum.* Actor. 3 : *Panilemini, el convertimini, ul delean-* Ezith.18 *iu? peccata vestra.* Ezech. 18, ri *impius egeril pœnitentiam ab omnibus peccatis suis,* Eccle-^ 5* rJ^e" vita *vivet, cl non morietur.* Ecclesiast. 2 : 'Si *poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.* Hierem. 8 : *Si panitenliam egerit gens illa a malo, quod fecit, agam el ego pœnitentiam a malo, quod, cogitavi,* nec- Luc. 18. non Lucro 13 : *Nisi panilentiam egeritis, omnes simul peribitis.* In quibus locis, et innumeris aliis, quæ longum esset percurrere, manifestum est sermonem fieri de Pœnitentiæ virtute, quæ sola fuit ante Baptismum, et institutionem Sacramentorum m nova lege.

„ aiiqnid es*c. necessa- dum. Sed quia potest aliquid esse nécessarlum per modum medii indispensabililer requisiti, uti necessariam esse gratiam I sanctificantem ad hominis interiorem sanitatem constat ex Concilio Tridentino, j quin gratia sub aliquo præcepto cadat; et idem constat in auxiliis supernaturalibuj; ideo ad explicandam necessitatem hujus virtutis toties in sacris litteris commendatam praesens dubium excitamus. Cujus titulus se accingit ad solum id, quod Pœnitentia ab intrinseco petit, praescindendo a charitate, et virtutibus annexis, necnon a casibus, in quibus per accidens aliquid solet obligare, quoti tamen alias sub obligatione non caderet, ut contingit in Confessione, cujus obligatio solum urget semel in anno, et in tempore praefixo ab Ecclesia : cum tamen non semel per accidens necessaria sit intra eumdem annum. De quo infra. Et quia praecepta non dantur de habitibus, sed de illorum operationibus, unde habitus ipsi dicuniur necessarii necessitate præcepti, idcirco idem est inquirere, quod præ se fert titulus, ac investigare : *An aclus Pœnitentiæ cadunt sub præcepto?*

Porro præceptum vel est divinum, el naturale, ipsis rerum naturis annexum, quale est præceptum diligendi Deum super omnia, nec non præceptum ipsum colendi, etc., vel est positivum, et superadjectum ex voluntate legislatoris, aliquid denuo statuentis, et ordinantis, uti in lege nova ordinasse constat Christum Dominum contritionem ad Sacramentum Pœnitentiæ. Et hoc appellamus præceptum divinum positivum, per contrapetitionem ad præceptum mere Ecclesiasticum, seu ab Ecclesia præscriptum. Quale esse præceptum annuæ confessionis, et communionis apud omnes supponi debet; licet præceptum confessionis sit ex jure divino, ut constat ex Tridentino, et jam olim D. Thomas docuerat affirmando, quod licet Pontifex possit dispensare in eo, quod confessio non fiat hoc, aut illo tempore determinato, secus vero in eo, quod numquam fiat; eo quod juris divini sit. Ut ergo examinemus; qualiter Pœnitentia obliget, vel ex jure divino, vel ex ecclesiastico, seu humano, additum est in titulo : *Quo jure Pœnitentiæ præceptum obliget?* Nec est sermo de Pœnitentia exteriori, quæ est effectus Pœnitentiæ interioris ; quia cum actus exterior non sit bonus, nisi per ordinem ad actum internum, in quo est tota bonitas actus externi, non inducit majorem obligationem, quam actus interui, a quibus procedit. Imo sæpe contingit vel ob debilitatem, vel

pisis 130.

vel ob alias causas deobligari hominem α ptenilcnlia exteriori; cum obstrictus ex peccato maneat Pœnitentiæ interiori. Ilis prodibatis pro tituli intolligentia, sit

Prima Conclusio statuitur, el primæ parti difficultatis respondetur.

218. Dicendum est primo dari speciale
s& præceptum Pœnitentiæ. Hanc conclusionem tenuisse omnes Scolasticos testatur
tè- M. Cano in illa sua celebri relect. de Pœnitentia 4 p. § *Primum itaque.* Ubi oppositam sententiam vel ex eo solum refellendam censet, quod novitia sit, et in re, quæ ad mores perlinet, sine idonea ratione communi Theologorum sensui refragetur. Et sane ita est : nam affirmans sententia tam altas radices egit, ut vetustissimus
Tè.tii- Tertullianus de ea ita scripserit lib. de Pœnit .*Cum judex Deus justitiæ charissimæ sibi exigendæ, tuendæque præsideal, in eam omnem summam disciplina sanciat, dubitandum est, sicut in universis actibus nostris, ita in Poenitentia quoque causa justitiam Deoprastandam esse?* Et paulo inferius huic suæ dubitationi ita respondet : *Audaciam existimo de bono divini pracepli disputare, Neque enim, quia bonum est, ideo auscultare debemus sed quia Deus præcepit. Ad exhibitionem obsequii prior est majeslas divinæ potestatis, prior est authoritas imperantis, quam utilitas servientis. Bonum est panilere, an non? Quid revolvis? Deus pracipil. Quod igitur Deus tantopere commendat, quod etiam humano more sub dejeratione testatur, summa utique gravitate› et aggredi, et custodire debemus.*

Striptire teslimolii pro ieerttene UâElij. Porro intentum præceptum in verbis Scripturæ supra relatis contineri inde efficaciter colligitur : Tum, ex tenore ipsorum verborum, quæ praeceptiva sunt, *Poenitentiam agite;* non enim alia assignari possunt clariora; maxime vero cum ea, quæ sub consilio cadunt, conditionaliter soleant proferri. Imperium vero importatum in præcepto non aliter, quam verbo 'imperativo explicatius potest tradi. Tum etiam, quia constat, ut recte docet prælaudatus Magister Joannem Baptistam a principio suæ prædicationis ab illis verbis exorsum fuisse ; *Panilentiam agite, appropinquat in vos regnum Dei.* Non est vero fide dignum primo incepisse a consiliis, eaque quantocyus populo proposuisse, postpositis, quæ de præcepto erant : ergo quia Pœnitentia erat de præcepto, ab ea exordium sumpsit, et verbis præceptivis edixit. Tum etiam (tacitam objectionem præoccupamus) quia licet conditionales videantur aliquæ illarum locutionum, non ideo a praedictis testimoniis excludi debet præceptum, ut constat a simili : nam Joan. 3 asseritur de Baptismo : *Nisi quis* j0an.3. *renatus fuerit ex aqua, el Spiritu sancio, non polest introire in regnum Dei.* Et ejusdem Joan. G de necessitate Eucharistiæ joan.c. dicitur : *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, el biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Cum tamen ex prædietis verbis non tantum necessitatem utriusque Sacramenti evincant Theologi, sed etiam, et præceptum. Ergo similiter in nostro casu. Et ratio similitudinis est : nam omnia quæ sunt necessaria ad salutem, si semel sunt in nostra potestate, cadunt sub præcepto ; cum quilibet teneatur apponere media ad propriam salutem necessaria : sed actus Pœnitentiæ sunt necessarii ad salutem, et cadunt sub humana potestate adjuta gratia, non minus quam assignata recipere sacramenta, et ad ea recte suscipienda se disponere : Ergo eadem ratione, ac istorum sacramentorum receptio cadit sub præcepto, cadit etiam actus Pœnitentiæ virtutis.

Idem etiam evincunt testimonia ex Con- Trident,
cilio Tridentino dub. superiori allegata. Quoniam sancta Synodus quatuor pœnitentis actus ad justificationem necessarios enumerans inter eos accenset actum Pœnitentiæ virtutis : sed alii actus ita sunt necessarii necessitate medii, quod etiam cadunt sub præcepto, ut in confosso est apud omnes. Quis enim neget esse specialia præcepta pro actibus Fidei, Spei et Charitatis? sane, nec illi, quibus arriserat in toto vitæ cursu non teneri hominem ad actus prædictarum virtutum ex vi praeceptorum divinorum, ausi sunt negare existentiam præcepti pro quolibet iliorum, ut constat ex propositione 1, ab Alexandro VIT Alexand.
damnata sub anno 1665, die 24 Septem- VIL
bris, quæ hujusmodi erat : *Homo nullo unquam tempore suæ vitæ tenetur elicere actum fidei, speo, et charitatis, ex vi præceplorum divinorum ad eas virtutes perlinentium,* ubi non est dissensus de existentia præceptorum, sed de illorum obligatione. Cum ergo concilium sub eodem tenore loquatur de Pœnitentia, ex ejus mente, ut firmum

tenendum est osse etiam speciale præceptum pro hac virtute.

D.Ttoa. In qUa sententia perpetuus fuit Angelicus Doctor sive in scriptis super sententias, ut videre est in 2, dist. 43, quæst. 1, articul. 3 ad 3, cujus verba infra transcribemus, in 4, disc. 14, et dist. 17, articul. 1, quæst. 1 et 2, sive in summa, ut liquet ex 2, 2, quæst. 14, articul. 2, quæst. 62, articul. 8, quæst. 88, articul. 3 ad 2, ac tandem in hac 3 p. quæst. 84, art. 7, ad 1 et 2, et quæst. 85, arc. 1. Unde opus non est de ejus mente periculum facere, aut rem adeo perspicuam in Discipulis. Doctore in examen revocare. Nec ex discipulis, unicum si excipias Victoriam, qui S. Doctori non subscribat, quamvis Bonacina torn. 1, disp. 5, quæst. 5, sect. 1, punct. 2, oppositum dicat.

D-Thom.

Primum assertionis fundamentum er D. Thom.

219. Ex quibus locis plura S. Doctoris discipuli depromunt argumenta pro hac veritate stabilienda, quæ omnia premere longissimum, et nimis molestum esset; quocirca unum, aut alterum expendisse sufficiet. Primum Sit ex doctrina S. Doctoris 2, 2, quæst. 3, art. 2. Nam ea, quæ sunt ad salutem necessaria cadunt sub præcepto divinæ legis : sed actus Pœnitentiæ est ad salutem necessarius homini existenti in peccato mortali : ergo actus Pœnitentiæ cadit sub præcepto divinæ legis. Consequentia est in forma. Major præterquam quod est D. Thomæ, ex se palet, quia præcepta divinæ legis non versantur immediate circa finem, quia, ut est commune proloquium, finis legis non cadit sub lege ; salus autem consequenda est finis præcepti, non secus ac salus corporis est finis medicinæ : nec etiam præcepta divinæ legis sunt de iis, quæ sub consilio cadunt ; hæc enim sicut libere possunt adimpleri, ita et libere possunt omitti, nisi spontanee se illis obstringere quis velit aut promissione, aut voto : ergo solum superest, quod illa præcepta sint de mediis ai salutem necessariis. Quam propositionem ut per se notam, et omnino fundamentalem inculcat S. Doctor omnibus fere locis allegatis, et réassurait tandem in hac eadem quæst. art. 1, in argumento *sed contra,* eamque probat ex Philosopho, inquiens : *quod præcepta legis dantur de actibus virtutum, quia legislator intendit cives facere virtuosos, ut dicitur* 2 Ethic. Minor vero probatur : tum quia ut ex dictis constat, actus Pœnitentiæ est actus virtutis, subindeque necessarius. Tum etiam, quoniam absque Pœnitentia non est assequibilis salus ab homine existente in peccato, et illius non ignaro, dummodo compos rationis existât, idque satis declarant verba Scripturæ supra relata. Luc. 13:^a. A'isi *panitenliam egeritis, omnes quidem peribitis.* Tum denique (et in idem recidit) nam sicut sanitas corporis naturaliter comparari non potest, semel atque fuerit amissa, nisi media medicina; ita salus animae nequit communiter, et juxta praesentem providentiam, nisi media Pœnitenlia, quæ est virtus medicinalis sanatrix, et præservatrix contra venenum, aut morbum peccati.

Philosoph.

Confirmatur præoccupando tacitam eva-c,·^ sionem. Quia non stat actum Pœnitentiæ esse necessarium necessitate medii, et non esse necessarium necessitate præcepti : sed actus Pœnitentiæ saltem est necessarius necessitate medii : ergo etiam est necessarius necessitate præcepti. Minor, et Consequentia constant, Major vero probatur : tum quia actus Pœnitentiæ est necessarius non ut habitus aut aliquid se tenens ex parte principii, et finis (quo pacto se habent auxilia, gratia habitualis, et alia operationum principia, quæ indispensabilia sunt antecedenter ad operationem rectam, quæ proinde vel a natura, vel a superiori agente inesse debent ad recte operandum); sed est necessarius ut actus virtuosos, et a virtute procedens : actus autem virtutis est necessarius necessitate præcepti, siquidem ut docet D. Thomas loco nuper citato ex 2, 2, eo modo est de necessariis ad salutem, quo potest cadere sub præcepto affirmativo divinæ legis. Tum etiam : quia ille actus est necessarius necessitate præcepti, ad quem homo ex justitia tenetur; justitia enim sub præcepto cadit : sed homo tenetur ex justitia ad actum contritionis, seu Pœnitentiæ : ergo actus Pœnitentiæ est necessarius necessitate præcepti. Probatur Minor : quia supposito peccato tenetur homo ad satisfactionem pro injuria ex illo Deo irrogata : sed homo non satisfacit Deo pro injuria ipsi illata nisi per actum Pœnitentiæ, qui eliciatur, vel imperetur ab ipsa : quocirca supra statuimus Pœnitentiam esse justitiam licet imperfectam hominis ad Deum : ergo homo tenetur ex justitia ad actum Pœnitentiæ.

§n.

Varia hujus fundamenti subterfugio.

Receib

Qiiliter ecarral D. Suaru.

220. **Hoc fundamentum, quo res confici videbatur, variis modis elidere conati** sunt Recentiores aliqui. Et in primis occurrit Suarez in præsenti disp. 15, sect. 1, docens satis superque esse præceptum charitatis, ut homo teneatur ad detestandum peccatum : detestatio enim peccati non tam ad Pœnitentiam, quam ad charitatem pertinet ; ideoque sufficiet præceptum illius. Et rationem tradit : tum quia per odium charitatis sufficiens compensatio Deo exhibetur; præstat enim actus charitatis, quam actus contritionis. Tum etiam, quia sæpe contingit præceptum unius virtutis obligare ad alterius actum, sicut præceptum religionis obligat ad actus fidei, spei, et charitatis, quoties sine illis nequit exerceri actus religionis. Tum denique, quia motivum actus virtutis non cadit sub præcepto, ut constat in audiente sacrum, aut debitum restituente; non enim ille debet sacrum audire ex motivo præceptum adimplendi; nec iste tenetur ad restituendam pecuniam ex motivo justiæ : alioqui teneretur ad restitutionem post solutam pecuniam creditori, quod est absurdum. Ergo qui eliceret actus Pœnitentiæ ex motivo charitatis, vere adimpleret præceptum Pœnitentiæ, quia vere satisfaceret : atque ideo ex vi ejusdem præcepti charitatis elici possuut actus charitatis, et actus Pœnitentiæ. Non ergo recte probatur præceptum speciale Pœnitentiæ, ex eo quod hæc sit ad salutem necessaria, et ex illa teneatur peccator ad satisfactionem ex justitia.

Refellitur primo.

Hac tamen doctrina non enervantur vires præjactæ rationis, et quod magis est, non recte explicatur Concilium Tridentinum, in quo maxime commendatur necessitas Pœnitentiæ, ut condistinctæ ab actu charitatis, et aliarum virtutum Theologalium, et inter actus pœnitentis defertur primatus contritioni. Unde in regulis fidei can. 4 definitur hujusmodi actum essse unum e tribus ad oblinendam remissionem maxime necessariis, nulla expresse mentione facta de actu charitatis : ergo eadem prorsus ratione, qua ex mente Concilii concluditur necessitas medii, et præcepti specialis pro quolibet actu aliarum virtutum theologalium, evinci debet speciale præceptum Pœnitentæ, et oppositum asserere nullius est fundamenti.

Ad hominem refutatur.

Deinde revincitur ex doctrina ipsius Suarez disp. 3, sect. 4, et disp. 4, sect. 1 et 3. Ubi asserit actum proprium. Pœnitentiæ, inquantum est compensatio pro offensa, esse omnino et ex æquo distinctum ab actu proprio charitatis, haneque esse expressam sententiam D. Thomæ, maxime Patribus, et Concilio conformem. Hac autem vera doctrina supposita, sic instauratur propositum fundamentum : nam pro diversis virtutibus dantur diversa præcepta : sed in doctrina Suarez, et juxta rei veritatem actus Pœnitentiæ est actus virtutis ex æquo diversæ ab actu, et virtute charitatis : ergo ad actum proprium Pœnitentiæ admitti, et concedi debet proprium, et speciale præceptum.. Major, in qua sola hærere potest Suarez, est expressa D. Thomæ ubi supra, et inductione constat in omnibus virtutibus supernaturalibus, quæ eo ipso quod necessariæ sunt ad salutem, sibi vindicant specialia, ac propria præcepta; alioqui enim non caderent sub præcepto actus religionis, et sic de reliquis nisi quatenus continerentur sub præcepto charitatis : quod est manifeste falsum, imo, et absurdum.

buarez.

Arauxo.

A priori reiicitur.

221. Rursus a priori refellendus venit, ex eo, quod non tantum actus virtutis, sed etiam motivum ipsius comprehenduntur sub eodem præcepto, imo implicat unum sine altero imperari. Quod sic ostenditur. Quia implicatorium est praScipi actum fidei v. g. qui non debeat elici ab ipsa fide, sicut repugnat imperari intellectionem, quæ non sit ab intellectu : sed implicat fidem elicere actum fidei, nisi sub proprio motivo ipsius fidei : ergo ex vi ejusdem præcepti, quo præcipitur actus fidei, imperatur etiam motivum fidei. Et ratio (quo universalior, eo verior) est quia nulla virtus, quæcumque illa sit, se exerere potest in actum nisi sub proprio motivo, a quo mutuatur speciem : alioqui esset, et non esset unius speciei. Quocirca nec charitas elicit actum proprium reUgionis, nec religio actum proprium humilitatis, et sic de reiiquis ; alias una sola virtus sufficeret, et aliæ superfluerent. Ergo nec charitas poterit elicere actum proprium Pœnitentiæ, nec e converso, cum enim præceptum virtutis non ultra se porrigat, quam ipsa virtus; juxta diversitatem virtutum debet assignari differentia præceptorum : atque ideo aliud debet esse

præceptum Pœnitentiæ a præcépto charitatis. Maxime cum præceptum charitatis non concernat peccatum, aut supponat perse; præceptum vero Pœnitentiæ solum debeat edici peccatoribus, quos solos ligat.

Dispellitor tandem.

Diruitur tandem detegendo radicem æqui-vocationis, qua laborasse videtur solutionis Author. Nam licet ob connexionem virtutum infusarum, cum inter se, tum cum charitate se invicem imperare, et in subsidium, ut ita dicamus, vocare possint, quod non inficias imus; et in vi hujus charitas imperet Pœnitentiam, et Pœnitentia vico versa imperare valeat charitatem, quin obsit major unius perfectio præ alia ; oo quod sufficiat unitas, et convenientia in online ; falsum tamen est, et nulla ratione concedendum, vel quod actus ipsi confundantur, vel quod propria exuantur specie; hoc enim præter absurdum manifestum, ipsa experientia actus externi improbatur. Nam per hoc quod actus externus despolice imperetur ab imaginative, aut potentia loco motiva, nec confunditur cum actu interno, nec nudatur specie propria, quam natus est habere a propria virtute, aut potenlia. Quare multo minus id contingere debet in imperio politico interiori virtutum, ut ex doctrina ejusdem Suarez facile convinci potest (ut omittamus esse expressam doctrinam D. Thomæ supra in hoc eodem tract, allegatam, et pluries a S. Doctore edoctam). Nam ut ipse tenet disp. 3 de Fide sect. 9, a num. 13 : *Ubi concurrunt duo motiva natura sua formaliter diversa, ct sufficientia ad constituendas diversas species, dantur duo actus realiter distincti : el quod simul et eodem tempore, imo el instanti moveant,* non *confundit rationes objectivas, nec facit illas coalescere in sinam : quia ibi lanium invenitur concomitantia temporis, el subjecti, quai non sufficit ad confusionem, vel unionem illorum inolitorum in unum*. Cum ergo præcepta respiciant immediate actus, quos vel prohibent, vel præcipiunt; si sub imperio unius virtutis respectu alterius, adhuc permanent duo actus ex diversis motivis procedentes, profecto et erunt duo præcepta, alterum proprium virtutis imperantis, et aliud virtutis imperatte. Unde solum concluditur concomitantia præceptorum pro eodem instanti, non vero excluditur a virtute imperata speciale, et sibi proprium præceptum ; alioqui enim sicut in omnium sententia charitas promovet omnium virtutum chorum in finem ultimuni, et id præstat imperando; unicum sufficeret præceptum pro actibus omnium virtutum, ut supra innuebamus. Quod est falsum, ot minimo admissu dignum.

D.Thom.

Suarez sibi *com-*rius.

222. Hinc claro evanescunt exempla in contrarium adducta ; quia nec charitas (ut primum diluamus) ex propria specie offert compensationem pro otïonsa, nec Pœnitentia ex suo immediato motivo respicit Deum tamquam ultimum finem ; sed ut ratio compensationis, et satisfactionis insit actui charitatis, requiritur imperari a Pœnitentia ; et ut hæc tendat iu Deum ut ultimum finem, opus est supponere charitatem, ab eaquo in proprium finem ordinari. Porro discrimen stat in eo, quod Pœnitentia, ob connexionem cum gratia, petit essentialiter imperari a charitate ; hæc voro non ita petit a Pœnitentia ordinari, sed interdum queit proprium actum elicere, quin ibi interveniat Poenitentia : quamvis enim Pœnitentia debeat esse posterior charitate, non tamen ciiaritas semper debot supponere, vel inferre Pœnitentiam, ut in Angelis constat. Unde corruit prima probatio.

Secunda eliam corruit, nam licet verum swü sit sæpe sœpius unam virtutem exposcere concursum alterius, inde non sequitur, nisi quod præceptum unius obliget mediate ad alterius actum. Cum quo stat obligatio immediata proprii præcëpti virtutis. Et profecto ita res est : nam urgento præcepto charitatis, quod adimpleri hic et nunc absque actu v. g. humilitatis non possit, præceptum charitatis obstringit immediate ad actum proprium, sed indirecte, et mediate ad actum humilitatis (quod est per accidens obligare). Quia tamen actus humilitatis nequit exire a prædicta virtute, nisi sub proprio ejusdem motivo, idcirco nequit excludere præceptum ipsimet proprium, Unde sicut idem actus procedit ab humilitate ut eliciente, et a charitate ut imperante, ita concurrit duplex præceptum cuilibet illarum proprium : atque ideo ex eo quod semper, et indispensabiliter actus Pœnitentiæ specialis imperari a charitate debeat, minime inferri potest non esse, nisi unum charitatis præceptum pro illis actibus; quin prius evincatur actum imperantem, et imperatum non esse actus diversarum virtutum, sed ejusdem, quod est arduum, et neutiquam sustinendum.

Tertù dircii

Evidentius adhuc dispellitur tertia ex ipsomet exemplo justitiæ, quod inducitur : Creditor namque, sinon ex motivo solvendi

vendi debitum pecunias elargiatur, semper tenetur solvero; siquidem alia est gratuita elargitio pecuniæ ; alia solutio pocuniæ debit», quia debita est, quarum una pertinere potest vel ad misericordiam, vel ad liboralitatem, aut magnificentiam; altera vero determinato pertinet ad justitiam. Quapropter exemplum in eo utentem regeri debet. Nec hoc est singulare in justitia, ut visum fuit Sanchez lib. 1 summæ, cap. 1, sed universaliter tenet in omni actu virtutis : quippo nullus est, qui ox fine operis (quidquid sit ex parte finis operantis, ex quo capito non semel actus do se honestus vitiosus redditur) non sit etiam ex motivo virtutis, quo pacto cadit sub præcépto. Undo falsum est non cadere sub præcépto motivum virtutis; alioqui enim nec teneretur homo ad operandum ex motivo virtutis, nec consequenter peccaret juxta illud non operando, vel alterum motivum oppositum ex fine operantis adjiciendo. Quocirca deceptum fuisse P. Sanchez ubi nuper docent Thomislæ, et cum eis Navarrus, Henricus, et Azor, quos refert Arauxo in præsenti quæst. 86, art. 2, dub. 2.

Ninn. <*«· mot. A™19·

Est vero omnino observatu dignum (ut alteri exemplo auditionis sacri obviam fiat) quod ad observationem præcëpti non requiritur expressa illius recordatio, sed sufficit ponere actum virtutis ex motivo, seu (quod idem est) ex objecto ipsius. Nam eo ipso includitur ibi observatio præcëpti. Unde qui audit sacrum ex motivo illud audiendi cum attentione, et reverentia debilis, vere adimplet præceptum; quamvis nullatenus in mentem venerit præcëpti obligatio. Et idem accidit quando ex vana gloria, aut alio fine obliquo, qui tamen non adversetur prædictæ intentioni, quis accedit ad sacrum audiendum. Et ratio est, quia fluis extrinsecus legis non cadit sub lege, et præceptum non jubet ex recta intentione operantis audire sacrum ; sed quod audiatur cum intentione audiendi, præscindendo a motivis extrinsecis, et accidentalibus ex parte operantis. Per oppositum vero si homo adstaret sacro animo expresso, et deliberato non audiendi sacrum, neutiquam adimpleret præceptum, sed teneretur ad aliud audiendum, quidquid in oppositum docuerit Sanchez ubi supra. Quippe in omnibus praeceptis militat eadem ratio, nempe, quod non adimpleatur, nisi ex honesto motivo virtutis, quamvis vitiari contingat ex circunstantia, vel fine operantis.

Noû ideo asserimus prædiclam observationem esso actum virtutis proprie talis, ut aliquis nobis posset obtrudere; quoniam magis requiritur, ut actus sit virtuosus, quam ut sit adimplotivus præcëpti : nam ad primum ex nullo capito debet deficere : quia bonum ex integra causa, et malum ex quocumque defectu. Ad secundum vero sufficit actus præcoptua quoad substantiam sub prædicta intentione. De quo tract, de Bonit. et Malitia disp. 6, dub. 1, ubi statuimus eundem numero actum non posse esso simul bonum, et malum adhuc ex diversis capitibus; maxime vero recoli debent tradita g v illius dubii a num. 23, ubi plura huc concernentia inveniet Lector. Unde constat nullum esse caput, ex quo Suarez potuerit excludere ab actibus Pœnitentiæ speciale præceptum, nec principia ad eum finem excogitata, et adducta intentum convincere.

223. Veniamus ad Vasquez, qui quidem q. 86, dub. 3, num. 7, autumat non bene probari esse speciale præceptum Pœnitentiæ, quia ea sit specialis virtus ab omnibus aliis sive Moralibus, sive Theologis distincta. Quia licet concedamus (inquit) *esse virtutem particularem; non tamen esse necessaria ad salutem sub illo respectu, qui speciem tribuit peculiarem. Sed dolor de peccatis ex charitate salis esse in omni opinione.*

QaiJ sentiat P. Vazquez.

Hæc tamen doctrina quoad utramque sui partem est falsa, et directe opposita D. Thomæ. Quoad primam quidem, ut constat ex ratione pro ea formata, quam relinquit intactam, si quidem præceptanon dantur nisi de actibus ad salutem necessariis : sed actuum Pœnitentiæ demonstrant necessitatem clarissima testimonia initio hujus dubii allegata : ergo actus Pœnitentiæ nequit non sub speciali præcépto contineri. Quoad secundam vero (in qua relabilur in doctrinam Suarez , quod non solet) ex nuper contra ipsum dictis manet convulsa. Ubi tamen, et alteri reponimus illud eorum motivum charitatis ad excludendum peccatum, absque necessitate, et consequenter absque præcépto Pœnitentiæ, prævisum, objectum, et dissolutum esse a S. Doctore quæst. 84, præcedenti art. 5, ubi sub hac forma illud proponit : *Proverb.* 10 *dicitur : Universa delicta operit charitas. Et infra* 15 *: Per misericordiam, et fidem purgantur peccata : sed hoc sacramentum non est, nisi ad purgandum peccala : ergo habendo charitatem., el fi»*

Impugnatur.

D Thom.

$

dem, et misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine Panitentix sacramento. Quod quidem argumentum ex vi formæ idem concludit de virtute Pœnitentiæ, et re ipsa convincere rentur prædicti Doctores. Solutio D. Thomæ fuit : .fd *secundum dicendum, quod esc quo aliquis peccatum incurrit, charilas, fides, et misericordia non liberant hominem a peccato sine Pernitentia ; requirit enim charilas , quod homo doleat de offensa in amicum commissa, el quod amico homo studeat satisfacere. Requirit etiam ipsa fides, ut per virtutem passionis Christi, quæ* in *Sacramentis Ecclesiæ operatur, quærat justificari a peccatis. Requirit etiam ipsa misericordia ordinata, ul homo subveniat panilendo suæ miseriæ, quam peccatum incurrit, secundum illud Proverb.* 14 : *Miseros facit populos peccatum.* Ubi, ut vides, charilas non excludit, quin petit, et secum atïert Pœnitentiam, atque ideo præceptum charitatis sicut non aversatur præcepto fidei, et spei; ita minime submovet præceptum Pœnitentiæ, sed secum ducit.

Et isîo. Nec demuntur huic testimonio vires, quia locutus in eo fuerat D. Thomas de Sacramento Pœnitentiæ, non vero de virtute. Tum quia virtus Pœnitentiæ non est, nisi in voto respiciat sacramentum ex institutione Christi. Tum quia actus Pœnitentiæ virtutis sunt materia prædicti sacramenti, ut sæpe nos docuit S. Doctor, et constat ex dictis. Tum quia omnes recensiti actus charitatis, fidei, spei, et misericordia) præcedunt actum Pœnitentiæ ut in plurimum in eodem instanti ; præcipue vero actus charitatis, sine quo ut radice non stat vera contritio. Unde quoad præsens nullatenus refert quod fiat sermo de Sacramento Pœnitentiæ, quin potius magis premit adversarios, si recte expendatur ; si quidem ut cadunt sub Sacramento non nudantur propria specie, et motivo, sed superinduuntur alia strictiori obligatione, ratione sacramenti perficiendi, ut constat in actibus charitatis, et aliarum virtutum ad fructum Sacramenti necessariis. Vel ergo negent omnibus aliis virtutibus specialia præcepta perinde ac si omnes sub unico charitatis præcepto comprehendantur : vel negare desistant veritatem legitime deductam, et a D. Thoma probatam. De quo rursus infra in hoc eodem dubio 7, solutione ad 4 argumentum, cujus ratione eandem Vasquez refricat doctrinam, et illam iterum refellere opus erit.

224. Accedit Lugo in præsenti disp. 7, sect. 10, num. 182, affirmans obligationem Pœnitentiæ non posse provenire ex justitia, tum quia non semper in peccato intervenit specialis injuria, tum quia impossibilis est homini satisfactio pro offensa. Qua doctrina supposita, diruitur confirmatio nostri fundamenti. Eb îm h tiitwi Ujo solvuè.

Sed hoc nihil est, et manet improbatum supra in hac eadem disp. in qua ostendimus Pœnitentiam esse justitiam (licet imperfectam), nostri ad Deum, et ejus satisfactionem non excludi, quin imo acceptari a Deo, quamtumlibet imperfecta, etinæqualis ea sit. Nunc solum opponimus contra primam partem evasionis minime doctrinalem esse : Nam esto ita esset, quod non in omni peccato inveniatur ratio specialis injuriæ, cujus oppositum docet D. Thomas, ut supra indicavimus, et latius prosecuti sumus tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 1, saltem in illo, et in illis peccatis, in quibus splendeat specialis injuriæ ratio, pro illorum satisfactione opus erit recurrere ad obligationem ex justitia. Quo posito reassumit vires nostra confirmatio sub hac forma : Pœnitentia est virtus, quæ tendit in destructionem non hujus, aut illius peccati, sed omnium, media compensatione, licet tenui, et imperfecta : sed inter peccata aliqua sunt, in quibus invenitur specialis ratio injuriæ : ergo ad hæc compensanda tenebitur pœnitens ex justitia : ergo saltem ad hæc necesse erit intervenire præceptum, atque ideo erit præceptum pœnitendi, esto non de omnibus, ad minus de aliquibus. Non ergo bene, et doctrinaliter de omnibus absolute negatur. Rtfefr lcr.

Tandem occurrit Aversa in præsenti quæst. 1, sect. 5, § *Attamen,* et concedit hominem ex justitia obligari, subindeque ex præcepto, ad compensandam offensam; sed non ex justitiæ titulo. Pro quo distinguit, aliud esse hominem ex justitia manere obstrictum ad satisfaciendum; aliud vero, et longe diversum, quod teneatur ad satisfaciendum ex justitia. Ob igatur ergo homo ex motivo justitiæ ad dolendum de peccato ; non tamen ei incumbit onus dolendi ex motivo justitiæ, sed satis erit, si doleat ex motivo charitatis. Et hoc pacto extinguet onus ex justitia satisfaciendi, cui solum erat obnoxius, et adimplevit præceptum dilectionis erga se ipsum sub uno charitatis præcepto. Qird rcs^i- dât Aîtffl

Subtilis hæc distinctio quoad præsens non refert, sed ex dictis prosternitur efficaciter Rejidlir.

caciter : quia homo non solum tenetur ox justitia ad satisfaciendum, etiam obligatus manet ad satisfaciendam ox justitia : ergo quoad præsens nulla est subtilis illa distinctio. Consequentia constat, et probatur Antecedens : nam homo tenetur ad satisfaciendum ex motivo proprio Pœnitentiæ; non enim tenetur ad satisfactionem ex motivo charitatis, aut cujusvis alterius virtutis, quæ Pœnitentia non sit, vel a Pœnitentia non imperetur, sicut non tenetur ad humilitatem, nec ad cultum Religionis nisi vel ex motivo humilitatis, vel ex motivo Religionis. Et quamvis contingat intervenire etiam charitatem in cultu Religionis exhibendo, non idcirco cultus obsequium immediate, et elicitive non pertinet ad Religionem. Sed motivum proprium Pœnitentiæ, quo numquam exuitur, aut nudari potest, est motivum justitiæ, cum Pœnitentia unica sit justitia hominis ad Deum : ergo si homo tenetur ad satisfaciendum Deo ex motivo poenitendi, nequit non teneri ad satisfactionem ex motivo justitiæ.

Porro satisfactionem non alii virtuti præ Pœnitentia primario, et per se iri tributam, reliquis vero ex subordinatione ad ipsam, in quo omnes relatæ evasiones offendere xddentur, haud obscure colligitur Total. ex Tridentino sess. 14, cap. 8, ubi opera satisfactoria summopere commendans, et ea Pœnitentiæ adscribit, et ad ea frequenter usurpanda monet, dicens : *Neque vero securior ulla via in Ecclesia Dei unquam existimata fuit ad amovendam imminentem a Domino panam, quam ul hæc Pœnitenliæ opera homines cum vero animi dolore frequentent.* Et certa ratio idem suadet : quia quod ab intrinseco est unicuique virtuti essentiale, et proprium, nequit alteri aut virtuti, aut pœnitentiæ competere, nisi ex subordinatione ad ipsum. Sic absque charitatis imperio nulla virtus attingit ultimum finem qua talem, nec similiter actus intellectus queit esse bonus moraliter absque influxu voluntatis, nec hujus actus erit rectus, aut bene ordinatus absque intluxu intellectus. Et in hoc principio fundatur dependentia unius ab altera potentia, nec non virtutum inter se. Cum ergo Pœnitenliæ ratio sita sit in eo, quod tendat in satisfactionem offensæ, ut abunde probatum relinquimus, nec charitas, nec alia virtus exhibet compensationem pro illa, quin interveniat vel imperium, vel actus proprius Pœnitentiæ : atque ideo ultra præceptum charitatis adstruendum est speciale præceptum pro Pœnitentia : cum nulla sit supernaturalis virtus, quæ non cadat sub speciali præcepto.

A lia conclusionis ratio.

225. Secunda, et specialior ratio ejusdem veritatis depromitur ex eodem D. Thoma 2, 2, quæst. 14, art. 1, nec non in 2, distinct. 43, quæst. 1, art. 3, ad 3, et potest ad sequentem formam reduci. Si Pœnitentia non esset speciale præceptum ; impoenitentia illi directe opposita non esset speciale peccatum : sed impoenitentia directe opposita virtuti Pœnitentiæ est speciale peccatum : ergo de virtute, et actibus Pœnitentiæ datur speciale præceptum. Consequentia infertur ex præmissis, quæ probatione, et explicatione indigent : ut vero id præstemus facilius, est animadvertendum *Impœnilenliæ* nomine non importari in præsenti nudam carentiam, seu negationem puram Pœnitentiæ, quo pacto, nullum peccatum est, sicut non est peccatum non diligere Deum formaliter, et expresse in quolibet temporis momento. Importat ergo quoad præsens impoenitenti® nomen voluntariam, et expressam determinationem hominis agnoscentis sua peccata et onus pœnitendi de illis, quæ apud se statuit non pœnitere de peccatis vel volitione expressa, et formali, vel voluntarium apponendo impedimentum, ut accidit in aliis omissionibus præceptorum. Quo pacto peccatum impœnitentiæ est peccatum speciale, et contra Spiritum sanctum, ut diximus tract, de Peccatis disp. 8, dub. 1, § 4, num. 21, et docet ex D. August. D. Thom. ubi supra. Quo D.Thom supposito, Major formati syllogismi est perspicua, quia cum impoenitentia sit voluntaria, et expressa omissio Pœnitentiæ debitæ, ut reddatur peccaminosa, et culpabilis, debet supponere debitum, seu obligationem illam non omittendi juxta communem Theologorum doctrinam, a nobis traditam tract, de voluntario, et involuntario disp. 4, dub. 2; non enim facile percipitur, qualiter omissio voluntati imputetur, nisi eidem incumbat onus non omittendi : onus autem non omittendi importat præceptum, ut ibi num. 51 intulimus. Minorem docet D. Thomas loco D.Thom. citato ex 2 sentent, per hæc verba : *Dicendum,*

Secundam fandamentum.

cendum, quod sicut perseverantia dicitur dupliciter ; uno modo ul est virtus specialis, prout dicit propositum perseverandi in bono concepto usque ad finem. Et alio modo ul est circunstantia aliarum virtutum, prout dicit actualem durationem in actibus virtutum usque ad mortem. Ita etiam et impanitentia, secundum quod dicit propositum non pernitendi, est species peccati in Spiritum sanctum. Secundum autem, quod dicit pennanentiam in peccato usque ad mortem, negando peccati poenitentiam : sic esi accidens, vel circunslanlia aliorum peccatorum. Ex quibus liquet, quod licet impoenitentia prout importat continuationem, et perseverantiam usque ad mortem in eodem, aut pluribus peccatis, utputa odii, et injustitiæ, non sit speciale peccatum; secus vero pront dicit propositum, aut determinationem non pœnitendi in hac vita; ob idque est speciale peccatum contra Spiritum sanctum, quatenus impedit ejus effectum proprium, qui est dolor de peccatis, et appropriatur Spiritui sancto, a quo est quilibet bonus motus vo'untatis in vitam æternam.

Objectio. Nec refert, si objicias primo hanc rationem prout a nobis dispositam nullius esse roboris, quando quidem supponit, quod probandum erat. Probat namque dari pro Pœnitentia speciale præceptum ex eo quod impoenitentia est speciale peccatum : sed ut impoenitentia esse possit speciale peccatum debet supponere peccatum, ergo supponit illud ipsum, quod probari intenditur; consequenterque nullius est momenti.

Solutio. Non, inquam, refert, si ita objiciatur : nam hæc secunda ratio non est a priori, et in hoc sensu recte procedit, supponendo esse aliquod speciale peccatum impoenitenti» finalis, distinclæ rationis ab omnibus aliis peccatis. Quam suppositionem tradiderunt D. Augustinus, et D. Thomas, ab eisque alii Theologi desumpsere. Hinc vero recte infertur præintentum præceptum, Co quod nequeat stare impœnitentiam esse speciale peccatum, quin adsit pœnitendi præceptum. Idque satis declarat Major confecti syllogismi, quæ conditionalis est, et inconveniens ostendit oppositum suppositioni veræ ; nam si Pœnitentiæ non esset speciale præceptum, impoenitentia non posset esse speciale peccatum : ergo e converso, si impoenitentia finalis explicata nequit non esse speciale peccatum, nequit non concedi pro Pœnitentia speciale præceptum.

226. Nec iterum refert, si objicias secundo D. Augustinum serin. **il,** do verbis Domini, ubi ait, *blasphemiam, vel peccatum in Spiritum sanctum esse finalem impani-(entiam, quando scilicet aliquis perseverat in peccato mortali usque ad mortem.* Quæ verba referons D. Thomas loco citato ei 2, 2, in ipso corpore articuli, addit : *Quod quidem non solum verbo oris fit sed etiam verbo cordis, et operis, non uno, sed mullis. Hoc autem verbum sic acceptum, dicitur esse contra Spiritum sanctum ; quia esi contra remissionem peccatorum, quod fit per Spiritum sanctum, qui est chantas, el Patris, el Filii.* Juxta quam doctrinam concludens totum articulum in ultimis verbis sol. ad 3 inquit, quod finalis impœnitentia *potest esse circunslanlia cujuslibet generalis peccati.* Ergo ex mente utriusque S. Doctoris finalis impœnitentia, quæ est peccatum in Spiritum sanctum, est circunslanlia cujuslibet peccati, non vero specialis deformitatis, subindeque non inde recte infertur speciale Pœnitentiæ præceptum.

Communis Thomistarum solutio, quam Coms- primitus dedere Cano, et Soto locis supra ŞQ^ allegatis, et ex extraneis amplexi sunt Cus. Coninch. disp. 3, dub. 1, n. 3. Vega Silo. lib, 3, in Concil. Trident, cap. 20 Bellar- Coaisù. Yffï. min. lib. 2 de Pœnitent. cap. 8, non est Beilar- alia, quam assignata a D. Thoma in ver- sii. bis relatis ex 2, sententiarum quibus exhauritur tota difficultas; quidquid in oppositum opponant Suarez, Vasquez, et Ssiru. Lugo apud Prado in præsenti de necessitate Vaujwt. ubi agit de Contrit, quod pertinet ad L»j». quæst. 2, supplem. dub. 1. Esto ergo juxta D. Thomam duplex impœnitentia, et materialis, et formalis, quarum quaelibet est peccatum, sed non utraque est speciale peccatum. Nam prima salvatur in uno, vel pluribus peccatis, quorum non iit in hac vita pœnitentia; quia vel subita morte raptus, vel peccatorum oblitus homo e vita decessit. Hic profecto impeenitens est, sed impœnitentia materiali, quæ non est novum, et distinctum peccatum, ob quoi damnationem subeat, aut mereatur. Non semel enim contingit cum pœhitendi spe dilata intercipi, et præoccupari hominem morte, et Pœnitentiæ locum non invenisse. Et hanc dicit Augustinus esse perseverantiam in peccato usque ad mortem, et suo modo (materialiter) esse peccatum in Spiritum sanctum ; quatenus scilicet perseverantia in illo, vel illis peccatis obici fuit remissioni faciendæ in hac vita, vita, et consequenter in futura, in qua non remittitur peccatum mortale. Et hanc docet D. Thomas esse peccati circunstantiam, vi cujus redditur irremissibile absque novo peccato.

Formalis vero impœnitentia consistit in proposito non pœnitendi, quando instat præceptum. Et quia certissimum est maxime urgere in articulo, vel periculo mortis, ut infra videbimus ; omittendo in illo articulo Pœnitentiam, incurrit peccatum, ob quod, etsi alia deessent, homo subiret damnationem. Et hæc impoenitentia est formaliter, et directe opposita Pœnitentiæ, et ejus præcepto, quod sciens, et lubens contemnit, et dicitur peccatum in Spiritum sanctum. Audiamus D. Thomam, qualiter se explicat in articulo immediate sequenti, et inde constabit, de qua impœnitentia loqueretur in articulo primo, de quo sumitur argumentum. *Ex parle vero* 2."2*3. *peccati* (inquit S. Doctor) *duo sunt, qux hominem a peccato retrahere possunt, quorum unum est inordinatio, el turpitudo actus, cujus consideratio inducere solet in homine pœnilenliam de peccato commisso. El contra hoc ponitur impanitentia, non quidem eo modo, quod dicitpermanenliam in peccato usque ad mortem, sicut supra impanitentia accipiebatur (sic enim non esset speciale peccatum, sed quaedam peccati circunslanlia), sed accepilur hic impœnitentia, secundum quod importat propositum non panitendi.* Quo quid clarius? Unde non est, quare in referendis, et refellendis, quæ hinc, et inde a Suarez, et Vasquez Pnb. opponuntur, immoremur ; videatur Prado ubi supra.

o^ini- Id solum advertendum duximus, perse- tiû' verantiam illam in peccato, quam dixit D. Thomas circunstanliam peccati, non esse ex numero illarum quæ pertinent ad genus moris, et illud intra propriam speciem gravant; sed ab hoc præscindit, et magis pertinet ad ordinem physicum, quam moralem, si quidem non importat nisi durationem non interruptam peccati, vel habitualis, vel actualis. Porro licet duratio determinate peccati actualis, sicut intentio, possit, et debeat dici circunstantia moralis peccati, quatenus illud intra eandem speciem quandoque auget, mixime si adsit plena advertentia ad illam : attamen duratio, seu non interruptio, quæ abstrahit a peccato actuali, et habituali, ob oppositam rationem non est circunstantia moralis proprie loquendo, cum etiam abstrahat ab eo, quod est accretionem facere peccato. Quod vero D. Thomas in hac acceptione D.Tbom. usurpaverit perseverantiam peccati, non vero sub alia, quam comminisci videntur nuper allegati Authores, et bene repellit Prado, constat vel ipso S. Doctoris exemplo. Narn juxta S. Doctorem, sicut perseverantia in bono usque ad mortem stat dupliciter : vel prout importat habitum perseverandi, quo pacto est virtus infusa, et non auget, aut diminuit meritum, quia habitibus nec meremur, nec demeremur. Vel prout dicit continuationem boni, seu conjunctionem cum ipso ultimo fine vitæ; quo modo non est ejusdem actus continuatio, quod fere impossibile est humanæ fragilitati, nec etiam plurium; sed dicit ex parte Dei continuationem conservativam gratiæ, et ex parte hominis ex eadem gratia non consentire peccato in ipso ultimo periodo vitæ, in quo consistit magnum illud Perseveranti» donum, non meritis, sed humillimis orationibus impetrandum, de quo Tridentinum sess. 6, cap. 13. Ita Trident, similiter perseverare in malo usque in finem, vel stat pro ipso statu peccati habitualis, non interrupto nec in ipso vitæ fine ; quidquid sit de actibus, an fuerit unus, vel plures. Et sub hac consideratione est circunstantia peccati pure physica, et inducit impœnitentiam finalem materialem jam expositam. Vel sumitur pro determinatione non pœnitendi in eo instanti, in quo urget præceptum ; et hoc modo est speciale peccatum. Quapropter inutiliter, et absque fundamento in D. Thoma disquiritur, an prædicta circunstantia aggravet, vel non aggravet peccatum ? Cum certum sit non pertinere ad ordinem moralem.

227. Sed adhuc explicandum superest, Diflicnl- qualiter debeat esse voluntarium proposi- e^æsr_ tum illud non pœnitendi, ut sit speciale gens peccatum, directe nimirum, vel indirecte? Quod determinare difficillimum visum est Suarez disp. 15, sect. 2, n. 8. Nam si in- Suarez telligatur de voluntario directo, oportet judi- explicare, quænam sit specialis malitia, cium. contra quam virtutem, et contra quod speciale præceptum ; et cur contrahatur per voluntarium directum, et non per indirectum. Neutrum autem, ut opinor (concludit Suarez) potest sufficienti ratione explicari.

Sed mirum est in re tam perspicua offen- Decep- disse Suarez. Gum enim impœnitentia fi- tus oslcu- nalis sit omissio voluntaria Pœnitentiæ ditur debitæ, utpote contra præceptum affirma- P. Sua- tivum ; non aliam regulam postulat, ut sit rez.

in se voluntaria, quam quæ in omnibus aliis omissionibus voluntariis, contra praecepta affirmativa, repetitur. Unde eo prorsus modo, quo omissio peccaminosa dilectionis Dei potest explicari vel per voluntarium directum, vel per voluntarium in causa, vel per virtuale, et interpretativum, vel si mavis etiam per directum, absque ulla majore difficultate ea doctrina, cujuscumque illa fuerit debet applicari omissioni Pœnitentiæ, seu impœnitentiæ finali.

Nos vero consequenter ad ea. quæ tradidimus tract, de Volunt, disp. 4, dub. 1, supponere debemus, non esse possibilem omissionem voluntariam Pœnitentiæ in eo instanti, in quo urget præceptum, quin præcedat aliquis actus, qui sit causa, vel occasio omissionis : non quia omissio sit voluntaria ex ipso actu, quem supponit; sed quia ea nequit esse formaliter egressus immediatus, indirectus, et indirecte voluntarius, quin supponat exercitium positivum ejusdem voluntatis circa finem, et objectum proprium, ut ibi accuratius explicuimus.

Qualiter se habere possit homo non pœnilendo.

Quo fit in voluntaria impœnitentia se habere posse hominem dupliciter : vel expresse, et formaliter, ex motivo aliquo perverso, quod magis amat, se ad omissionem applicando : qui modus omittendi explicatur per nolitionem, ac si diceret : *Slanle præcepto, et urgente, ut stare, el urgere video, nolo panitere.* Et hæc omissio est formalis, et expressa, licet indirecta, ut explicuimus in eodem tract, disp. 1, dub. 1, n. 19, ubi statuimus posse aliquid esse formaliter et expresse voluntarium licet non directe, contra eos, qui asserebant, directe voluntarium coincidere cum voluntario formaliter, et expresse, et e converso. Cujus oppositum liquet in omni omissione ; quæ quidem supposita illa vera doctrina, numquam non potest esse indirecte voluntaria, cum non oriatur a voluntate directe, sed supposito influxu positivo ; esse tamen potest, et est frequenter formaliler, et expresse voluntaria, ut in casu opposito, et aliis. Vel non ita expresse, et ut sic dicamus, reflexe ; sed quo i tempore urgentiæ præcepti negligenter se habeat, et distendatur ad alia incompossibilia cum observatione præcepti, vi cujus omissio est voluntaria [in causa, et etiam in se ipsa : sicut est illi, qui ut ludo se tradat, sacrum omittit, esto in tempore auditionis sacri nihil cogitet de obligatione audiendi. Quolibet autem ex his modo se habuerit homo ad impœnitentiam, instante pr®·cepto, committit speciale peccatum impœnitentia?, estque ipsi voluntarium indirecte, atque ideo imputabile. Unde constat propositura illud non poenitendi, quod docet I). Thomas esse speciale peccatum impoenitentiae, facillime explicari; nec in eo aliquid salebrosum est, quod alias omissiones subterfugiat.

Est vero observandum (ne aliquis in plano oflendat) quod licet impoenitentia semper sit indirecte voluntaria in sensu explicato, numquam tamen non est directe opposita Pœnitentiæ. Et ratio est : quia esse voluntariam desumit ab influxu voluntatis in ipsam, et quia hic semper est indirectus, nequit non rationem voluntarii indirecti contrahere. Esse vero oppositam Pœnitentiæ habet ex sua ratione formali, quia est carentia actus debiti, et consequenter privatio : id quod satis liquet in omissionibus aliis, quæ similiter hanc duplicem considerationem admittunt.

Aüi ciwr ulio.

g iv.

Quæ assertioni obstant, dispelluntur.

228. Licet ex adverso assertionis nulla militet sententia, quæ vere sententia dici possit, cum unicus Magister Victoria, qui refragari videtur, ad saniorem sensum revocetur a Magistro Nuno ad quæst. 2. Addit. art. 3, quasi non negaverit omne præceptum Pœnitentiæ, sed adstruxerit illud esse commune, et indistinctum ab omnibus aliis præceptis aliarum virtutum. Sunt tamen aliquæ objectiones, quas oportet diluere ut ex illarum enodatione veritas magis eluceat.

Qii sentiat in «atnriw. Mi?. Victor.

Objectio.

Obj'citur ei go primo. Quoniam hujus præcepti nec in sacra Scriptura, nec in Patribus, nec in aliquo Oecumenico, seu generali Concilio fit expressa mentio : ergo absque fundamento solido gravantur homines sub præcepto ad Pœnitentiam. Consequentia constat, et Antecedens per suas partes probari potest. Nam quod attinet ad sacram Scripturam, si quo testimonio illud præceptum assereretur, maxime illo Luc. 13 : *Nisi Panitenliam habueritis,* Luc.li· *omnes similiter peribitis.* Sed hoc testimonium. et si quæ sunt alia ejusdem tenoris, non magis continent præceptum, nec majorem energiam explicant, quam conditionalis ista, *nisi gratiam Dei habueritis, omnes*

nes similiter peribitis, vel alia similis, *nisi* $uû$ *fuerit prædeslinalus, non salvabitur,* quæ licet verissimæ sint, et connexionem unius cum altero exprimant; nullum tamen continent præceptum, aut ex illis recte potest deduci. Similiter apud SS. PP. licet non pauca, nec communia, sed quamplurima, eaque singularissima Pœnitentiæ passim offendamus encomia, quibus ejus necessitas, et utilitas post peccatum summopere commendantur; nec verbum tamen est apud illos, quod præceptum indicet speciale : non ergo ex illorum mente asserendum est tale præceptum. Nec etiam ex Concilio Tridentino id potest deduci; quia licet contritioni ut subest confessioni, et est pars sacramenti præceptum adscribat, idque divinum; non vero contritioni secundum se, quo pacto de illa loquimur, et est antiquior Conciliis, imo et Sacramentorum institutione. Nullum ergo est caput adstruendi speciale præceptum pro Pœnitentia.

M®· Respondetur, hoc argumento solum probari non esse immediate de fide existentiam prædicti præcepti, quod ultro concedimus, et concedunt, quotquot a nostra referuntur sententia. Cum quo tamen stat esse ita certum, et legitime illatum ex principiis contentis in Scriptura, et Patribus, ut oppositum asseri absque ingenti ut minimum temeritate non possit, ut a severiori abstineamus censura, qua ab aliis opposita sententia solet inuri. Quare ad formam objectionis negandum est Antecedens quoad omnes suas partes. Et ad singulas illius probationes constat ex dictis, nam prima retunditur ex similibus verbis, quibus intimari Baptismi præceptum constantissimum, et nulli dubitationi obnoxium est apud Theologos : *Nisi quis renatus fuerit, etc.* Cum ergo his similia tradantur de Pœnitentia, non est, cur ejus præceptum non adstruamus. Eo vel maxime, quoniam ex una parte Scriptura docet : *Panitenliam agite,* deinceps sub interminatione injungit : *Nisi panitenliam egeritis, omnes simul peribitis.* Unde nequit non præceptum concedi : quibus enim verbis aut expressioribus, aut formalioribus vel Legislator humanus posset legis præceptum imponere, quam imperando rem intentam, et comminando ejus transgressionem sub interminatione supplicii'? Nulla est ergo ratio id denegandi Deo; et manifesta ratione convincitur. Nam ut supra arguebamus, omnis operatio virtutis, quæ verbo imperandi a lege præscribitur, vel sub præcepto, vel sub consilio continetur: quare actus Pœnitentiæ sub aliquo ex hoc duplici membro debet comprehendi; non sub consilio, ut liquet; alioqui nullatenus dici posset : *Nisi Pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis,* quando quidem consiliorum observatio sicut non est ad salutem necessaria, ita eorum omissio non inducit perditionem. Est ergo necessarium, ut actus Pœnitentiæ cadat sub præcepto.

Nec est simile de illis propositionibus, in quibus juxta qualitatem materiæ non est locus præcepto; quocirca solum importatur in illis connexio extremorum, quia sine gratia, et prædestinatione divina non est vita æterna; sive enim gratia, sive æterna prædestinatio se tenent ex parte Dei, atque ideo non importatur ibi immediate præceptum vel prædestinationis, vel gratiæ; sed tantum mediate, et indirecte, quatenus opera ad gratiam disponentia, et ad prædestinationem necessaria cadunt sub præcepto.

Secunda probatio etiam deficit, ut constat ex antiquissimo Tertulliano supra relato, cui nefas visum est dubitare de Pœnitentiæ præcepto. Unde quod apud alios Patres tam expressa mentio illius non reperiatur, vel ideo fuit, quia illud ut penitus indubitatum supposuerunt : vel quia a quæstionibus metaphysicis abstinentes soli doctrinaliter res tradendi methodo instiluerunt. Et quia argumentum est negativum, ex vi suæ formæ nihil concludit.

Ad tertiam dicimus, quod licet in Concilio non contineatur expressa notitia præcepti contritionis secundum se; ex Concilio tamen ejus existentia efficaciter deducitur : quippe doctrina Concilii est motum contritionis omni tempore fuisse homini necessarium post lapsum utpote absque eo non posset obtineri remissio : sed hujusmodi necessitas nequit absque præcepto speciali subsistere ut constat ex nuper dictis : ergo ex mente, et doctrina Concilii recte deducitur existentia specialis præcepti de Pœnitentia.

229. Sed contra objicitur, et replicatur secundo, ex doctrina Origenis homil. 2, in Levit, ubi ultra Pœnitentiam sex enumerat remedia contra peccata : ergo non est speciale præceptum Pœnitentiæ juxta illius mentem. Patet Consequentia : quoniam stante prædicto præcepto, non remitteretur peccatum absque Pœnitentia; non enim dimitti potest peccatum, quin adimpleatur Hepiicatar-

præceptum de illius dolore, et detestatione. Antecedens autem constat : nam primum, quod annumerat, est Baptismus, juxta illud ad Titum 2 : *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis;* secundum est charitas, ut colligitur ex illo Luc. : *Demittuntur ei peccata mulla, quoniam dilexit multum.* Accedit Martyrium, quo vita profunditur pro Christo ; unde idud Matthaei 10 ; *Omnis qui confitetur me coram hominibus, confitebor el ego eum coram Patre meo.* Subsequitur eleemosyna juxta illud ; *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum,* et Tobiæ 4 : *Eleemosyna ab omni peccato, et morte liberat.* Quintum est, remittere injuriam Matth. 6 : St *dimiseritis hominibus peccata eorum, el pater vester calestis dimittet vobis.* Sextum tandem est convertere peccatores ab erroribus viarum suarum, unde est illud Jacob. 5 : *Qui convertifecerit peccatorem ab errore vilæ suæ, operit multitudinem peccatorum.* Quæ omnia docuerunt, assignarunt remedia etiam August, lib. 2, contra Crescon. Grammat. cap. 12, et Chrysost. homil. 4, super Epist. ad Corinth. 2. Non ergo ex illorum mente bene conceditur speciale præceptum pro Pœnitentiæ virtute, utpote quæ non est simpliciter necessaria ad destructionem peccati, et præcepta non dantur nisi de simpliciter necessariis ad salutem.

Ad Tit. 2. Luc. 7. Matt.io. Tcb. 4. Matth.6. Jacob.5. Aognst. Chry-

Solvitur.

Respondetur hac objectione non tam improbari præceptum, quam Pœnitentiæ necessitatem. Et ex hac parte enervantur omnes ejus probationes, quando quidem omnibus illis remediis catholice concessis, adhuc perstant communiter Theologi in eo, quod Pœnitentia sit simpliciter necessaria ad delenda, et compensanda peccata : quocirca omnia illa, et quodlibet eorum non excludunt, quin postulant Pœnitentiam, quam comitentur, vel a qua imperari debeant : alioqui eodem posset confici argumento nec charitatem esse necessariam, nec similiter sub præcepto cadere, ut intuenti facile constabit. Quapropter Doctor Angelicus supra quæst. 84, art. 5, ad **1,** ad remittenda peccata statuit alias virtutes concurrere, cum ordine tamen ad Pœnitentiam, et D. Augustinus lib. 2, contra Cresconium omnia remedia, quæ multa sunt, et non pauca refert S. Doctor, sine charitate non prodesse docet ; quin inde aliquis possit inferre vel solam charitatem esse sub præcepto, vel aliarum virtutum exercitia esse superflua, et neutiquam diversis subjici præceptis. Unde concesso Antecedenti, neganda est Consequentia : quia ilia remedia non assignantur ut infallibiliter inducentia remissionem, sed ut valde proficua, et apprime conducentia ad disponendum pœnitentis animum, ut in Pœnitentiam erumpat, et Deum sibi pacatum reddat. Quare in nullo illorum exemplorum, quæ referuntur Antecedenti, excluditur virtus Pœnitentiæ, ut de Baptismo adultorum, in quo olim fuit major difficultas docet Magist. Cano. 3 p. rejectionis, § *el quidem,* et constat ex illo Act. 2 : *Pœnitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum,* ex quo loco Concilium Trident, sess. 6, cap. 6, eam veritatem fidei dogma definivit. Ex ea vero potius firmatur, ac stabilitur præceptum Pœnitentiæ, quam impugnetur.

D.Thom, Ci». Act.;.

Porro hoc quod est remittere peccatum ita esse proprium Pœnitentiæ, quod aliis non conveniat, nisi ex subordinatione ad ipsam, satis expressum reliquit D. ThomasD.lta in 4, dist. 15, quæst. 2, art. 4, ubi postquam docuerat e duobus malis inductis per peccatum, quorum primum est macula, secundum deordinatio, et inæqualitas; statuit primum tolli per gratiam in genere causæ formalis, secundum vero per Pœnitentiam. Unde in solutione ad 2, sic inquit : *Non quælibet virlus est gratia informata , nec quælibet virlus habet actum ordinatum ad prædictam æqualitatem inter Deum, et hominem restituendam, ut dictum est, et ideo non oportet, quod quælibet virtus peccata remittat. Hoc enim Pœnitentiæ convenit, non in quantum est virlus simpliciter, sed in quantum est virlus quædam.*

230. Nec refert, si objicias. Pœnitentia, quæ sufficit, et requiritur ad digne suscipiendum Baptismum non est actus virtutis Pœnitentiæ, sed alterius habitus specie distincti : ergo si ea Pœnitentia, quæ requiritur ad Baptismum, est quæ cadit sub præcepto, non actus virtutis Pœnitentiæ, sed alterius habitus subjacebit præcepto. Consequentia constat, et Antecedens probatur. Nam actus, qui sufficit ad condignam susceptionem Baptismi, est attritio supernaturalis : sed attritio supernaturalis non est actus proprius, et immediatus Pœnitentiæ, sed vel timoris servilis, ut supra nos docuit D. Thomas, et ex infra dicendis constabit, vel alterius habitus a Pœnitentia diversi; hujus quippe actus proprius, et immediatus est perfecta contritio : ergo cum hæc ad Baptismum minime sit necessaria, ut contra Gabriel in 4, dist. 14, quæst.

Rcy-u Gabriel

iiM. quæst. 2, et Adrianum quæst. 1, de Pcenit. et qnodlib. 5, art. 3, docent et supponuat communiter Doclores, consequens est ex vi tradit» solutionis improbatum relinqui præceptum speciale Pœnitentiæ.

Non, inquam, refert, si ita objiciatur : nam concesso Antecedenti, neganda est Consequentia. Et ratio est, quia præceptum Pœnitentiæ virtutis non alligatur nec Baptismo, nec ipsi Pœnitentiæ Sacramento, sed est ab illis independens, et penitus absolutum, utpote quod fundatur in ipsa lege naturali, quæ diu ante per tot recula præcessit legem scriptam, et gratiæ, sub quibus cum ipsamet lege naturali viget. Unde quantumvis nulla unquam fuissent instituta Sacramenta, sicut si adhuc vigeret lex naturalis, vigeret etiam præceptum contritionis post peccatum semel commissum. Nam ut supra vidimus ex D. Thoma, fit homo specialiter Deo debitor et ratione beneficii accepti, et ratione injuriæ ipsi irrogat» : quocirca sicut ratione primi tenetur gratias rependere, ita ratione secundi obstringitur ad sarciendam injuriam. Cum quo tamen recte cohæret non semper atque contingit hominem ad Baptismum accedere in lege gratiæ (et idem dicito de Pœnitentia) teneri ad contritionem perfectam, ut male illi, et alii Authores autumabant; sed sufficit contritio imperfecta, quam dicimus attritionem ; idque deducitur ex satis clara doctrina Concilii Tridentini sess. 14, sæpe citata, ubi eam sufiicere ad impetrandam medio sacramento remissionem statuit. Unde elicitur specialis ratio, quare sufficiat pro illis attritio. Quia cum hæc duo sacramenta sint instituta a Christo Domino in peccatorum remedium pro lege gratiæ, si esset necessaria perfecta contritio ad illa recipienda, et consequendum fractum; nec ipsa sacramenta ex opere operato causarent primam gratiam, cum supponeretur ex vi contritionis inducta, nec consequenter forent sacramenta mortuorum, sed sicut alia sacramenta in illius augmentum collimarent. Non ergo esset, unde possent dici in peccatorum remedium specialiter instituta præ cæteris. Quocirca beneficium Christi institutoris fuit deobligasse peccatorem a contritione elicienda, quoties vel ad Baptismum, vel ad Pœnitentiam accedere vellet; permanente adhuc præcepto contritionis, quo adstringatur homo extra Sacramenta.

Oto- ’îÏÏ. Hinc bene observant, et docent Soto, Cano, Nuno, Arauxo, Joan, a sancto Thoma, Prado, Gonet, et alii D. Thomæ discipuli sufficienter observari contritionis præceptum media attritione cum Sacramento, quin hujusmodi præcepto teneatur homo ad contritionem perfectam, nisi dum abfuerit copia accedendi ad Pœnitentiæ Sacramentum. Et ratio est perspicua : nam eundem, imo et uberiorem fructum nanciscitur homo media attritione cum Sacramento, ac cum contritione perfecta; fit enim ex attrito contritus habitualiter ; alias vero virtute Sacramenti, et ex opere operato consequitur abundantiorem gratiam ultra illam, quæ ex opere operantis deberetur : ergo stante attritione cum Sacramento, non est cur teneatur ad speciale præceptum Contritionis. Et hoc est unum e privilegiis Sacramentorum legis gratiæ, non modica commendatione dignum. Quod explicari potest exemplo præcepti naturalis dilectionis naturalis Dei, ad cujus observantiam specialem non tenetur homo, quoties se exercet in adimpletionem dilectionis supernaturalis, utpote in qua virtute continetur observantia præcepti naturalis, quo alias maneret obstrictus, si non interveniret observantia præcepti supernaturalis. Quare sicut ex hoc quod præceptum dilectionis naturalis Dei non obliget ad conspectum adimpletionis præcepti supernaturalis, neutiquam probatur non esse duplex præceptum, idque speciale; haud dissimiliter, ex eo quod præcepto contritionis non teneatur homo, dum est opportunitas accedendi ad Sacramentum Poenitentiæ, minime infertur non adesse speciale præceptum Pcenitentire, per hoc quod sola attritione cum Sacramento possit homo observare hujusmodi præceptum.

Cano, Araoxô. Prado. Gonet·

231. Objicitur tertio ex difficultate præcepti, quod non vergere videtur, nisi in periculum, et nimiam sollicitudinem animarum : quandoquidem periculosum est præceptum rei ita occultæ, ut nobis constare nequeat de ejus observatione. Tale esset præceptum Pœnitentiæ, si daretur : non ergo admittendum est. Major et Consequentia constant, si quidem præcepta non in perniciem, sed in bonum operantis ordinantur, utpote promoventia in bonum, et declinantia a malo ; quocirca sicut debet homini constare de existentia præcepti, ut illo obligari possit; ita et de ejus observatione, ne anceps semper maneat, et scrupulis angatur, de adimpletione. Minor vero suadetur : quia cum actus adimpietivus

objec-

præcepti debeat esse contritio, et hæc nequeat non esse supernaturalis, et charitate formata, de qua certo nobis constare non potest citra revelationem; numquam homo redderetur certus de ejus observantia, sed merito maneret anxius, ac sollicitus circa violationem præcepti : consultius ergo est, et animarum quieti salubrius a pœnitentiæ præcepto hominem exonerare, quam illo laqueos scrupulorum injicere, et eis homines irretire.

Si autem quis dixerit hominem posse esse certum de observatione hujusmodi præcepti, facile refelletur : inde enim conficeretur eadem prorsus certitudine gaudere de existentia in gratia, et remissione peccati, quod est inconveniens a Tridentino, et PP. damnatum, et testatur illud Apostoli : *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum,* ubi manifestat incertitu.iinem suæ justificationis.

Apjst.

Confirmât

Confirmatur manifestando aliud inconveniens ex positione hujusmodi præcepti. Quia non magis tenetur homo reparare amissam gratiam, quam illam conservare semel acceptam : sed non est speciale præceptum conservandi gratiam acceptam : ergo non est speciale præceptum rccuperandi gratiam amissam media Pœnitentia. Major ex ipsis terminis videtur constare : quia ejusdem rationis est teneri hominem ad reparandam gratiam, ac obligari ad ejus conservationem ; qui enim non tenetur specialiter ad rei conservationem, non tenetur specialiter ad ejusdem reparationem post ruinam, ut constat in humanis. Minor vero probatur; quoniam si esset speciale præceptum non amittendi, seu quod in idem recidit, conservandi gratiam, quoties homo peccaret contra aliquod præceptum divinum, v. g. *non occidendi;* committeret duplex peccatum, aliud contra præceptum non occidendi, et aliud contra præceptum speciale de non amittenda, seu conservanda gratia. Consequens est falsum, et contra communem sensum fidelium, imo et Theologorum : nemo enim de illo speciali peccato in confessione se accusat, nec est Theologus qui ad id coegerit pœnitentem ; non ergo est speciale præceptum conservandi gratiam acceptam.

Solvltan Solo. Prado.

Ad hoc argumentum, quod Magister Soto, et ex illo Prado molestum a pluribus reputari affirmant, respondetur nullius esse roboris ad intentum ; quippe quod omnes, quas vires habet, exerit in omnia alia præcepta supernaturalia, quæ negari catholice non possunt, et in quibus militat eadem omnino ratio. Unde quod de illis assertum fuerit ab omnibus, præsenti materiæ applicari debet. Respondetur ergo negando Minorem, quam non evincit inducta probatio : nam licet contritio sit actus supernaturalis, et gratiæ intime connexus, ob idque neutiquam evidenter cognoscibilis ab homine citra revelationem, divinam; non idcirco rationabiliter manet homo sollicitus, et anceps de observatione præcepti contritionis, ut constat in præcepto Fidei, vel Chantatis, Et ratio est perspicua : quia cum hæc præcepta non obligent nisi ad operandum humano modo, non requirunt in homine majorem certitudinem. quam humanam. Certitudo autem humana non postulat evidentiam metaphysicam, sed optime cohæret cum ignorantia, et inevidentia rei in se. aut in aliquo principio infallibiliter cum ea connexo, ut satis declarat vulgare exemplum hostiæ non consecratæ, venerationi publicæ expositæ . quam quivis Catholicus tenetur adorare, quin certo sciat esse vere consecratam, imo et contingere possit consecratam non esse. Nec ideo exponitur periculo idololatrandi, aut ejus scrupulo angi debet, hostiam adorandam pia veneratione colens; vel ex eo solum quod hic et nunc operatur juxta regulas Prudentiæ, quidquid sit, an re ipsa, et coram Deo hostia illa sit consecrata, vel non ? Hujus enim certa, et evidens notitia non pertinet ad hominem modo humano cultum exhibentem, nec exigitur ad dictamen practicum, et moraliter infallibile Prudentiæ : sed sufficit probabilis cognitio, quod res ita esse debeat, et ut in plurimum ita sit inter Catholicos, quamvis per accidens oppositum esse possit.

Ad rem ergo dicimus nullam esse rationem, cur homo sollicitus sit, et scrupulis pungatur de adimpletione præcepti contritionis, quoties ipsi constiterit de opposita humana diligentia circa detestationem peccati : quippe hanc, et non aliam evidentiorem, aut certiorem notitiam extorquet præceptum ab homine in hac mortali, et ignorantiæ tenebris perfusa vita. Non enim sine causa scriptum est Ecclesiast. 5 : *De propitiato peccato noli esse sine metu, nec adjicias peccatum super peccatum* : quia nimirum noluit Deus supra conditionem propriam hominem obligare, nec quoad diligentiam se a peccato excutiendi, nec quoad notitiam veniae, et remissiomis;

missionis; quocirca peccatorem monuit de peccato præteriio non debere esse absque metu. Quare quoties quis bona fide existimat diligentiam necessariam pro rei gravitate, et juxta prudentum æstimationem ad poenitendum exhibuisse, absque ulla formidine, aut vacillatione, censere debet præceptum Pœnitentiæ observasse ; maxime vero si cum eo dolore accesserit ad Pocnitentiæ Sacramentum, quod semel in anno recipere tenetur.

Id quod etiam liquet in Sacramentis recipiendis ; hæc enim licet sint signa praefica, et infallibilia gratiæ : non tamen nobis certo, et evidenter constat de eorum digna receptione defectu requisitæ dispositionis, cujus qualitas nos sæpe latet : quin inde inferri debeat vel hominem debere esse sollicitum, vel non esse præceptum de illorum raceptione.

Ad inconveniens subillatum in confirmatione respondemus minime gentium illud ex nostra assertione deduci; quia cum refl- et. gratia quolibet peccato mortali destruatur, et peccata inter se non sint connexa ; non est necessarium duplex intervenire peccatum speciale, semper atque gratia destruitur. Et ratio disparitatis est : quia non tenetur homo ad conservandam gratiam nisi media mandatorum observatione, juxta illud : Fos *amici mei estis, si feceritis, quæ prscipio vobis;* quocirca onus conservandi gratiam æque currit cum obligatione servandi omnia Dei mandata, siquidem cum alicujus gravi violatione non compatitur gratia Dei. Unde fit graviter teneri hominem ad conservandam gratiam acceptam ; non ex speciali præcepto, quod detur de conservatione, absolute, et secundum se; sed quatenus tenetur servare omnia Dei præcepta, cum quorum observatione perseverabit in gratia, sicut ab illa excidet ex fea. Xα«. ?r«h. cujuslibet violatione. Quare ut bene Soto, Nuno, Prado, et communiter discipuli D.Thomæ docent, præceptum conservandi gratiam, in eo sensu in quo homini incumbere potest ejus conservatio, sicut et augmentum, re ipsa coincidit cum præcepto charitatis, et cum præceptis aliarum virtutum supernaturalium. At vero præceptum illam instaurandi, cum supponat peccatum, el consequenter injuriam, el offensam Deo irrogatam ; specialiter urget, ut homo illam modo sibi possibili sarcire conetur, quidquid sit de aliis præceptis : quippe ex injuria alteri illata consurgit onus reddendi juste, quod injuste ab illa ablatum est, vel quod injuste contra ipsum fuerit commissum. Unde præceptum Pœnitentiæ virtutis, nequit non esse speciale.

232. Sed contra (et estultima objectio), nam hujusmodi præceptum vel est positivum, vel naturale, et divinum. Neutrum potest dici : ergo non est speciale pro Pœnitentia præceptum. Major, et Consequentia non indigent probatione, et suadetur Minor : nam si esset præceptum positivum, procederet ex libera Dei voluntate, subindeque non ex jure ipso naturali teneretur homo ad Pœnitentiam : cx quo rursus fieret posse a Deo hominem deobligari ad neutiquam satisfaciendum. Quod est contra hactenus ex D. Thoma stabilitam doctrinam. Nec etiam est præceptum naturale; siquidem præcepta naturalia viribus naturæ possunt observari; non est autem intra ordinem naturæ virtus ad actum contritionis, ut constat ex supradictis. Replicatur.

Hæc objectio tangit secundam partem difficultatis, præfixam in titulo quæstionis, de jure hujus obligationis, qualiter nimirum obliget præceptum Pœnitentiæ? Et ex ejus decisione constabit solutio. Unde sit assertio secunda.

Præceptum Pœnitentiæ est naturale, non vero positivum.

233. Dicendum est iæcundo præceptum Pœnitentiæ non esse tantum juris divini positivi, hoc est a sola Dei libera voluntate profectum; sed etiam juris divini naturalis ex ipsamet lege naturali obligantis. Hanc assertionem ut Theologis communem amplectuntur discipuli D. Thomæ, eamque tradidit S. Doctor in præsenti quæst. 84, art. 7 et quæst. 86, art. 6 ad ultimum, et olim in 4, dist. 14, quæst. 1 et dist. 17, quæst. 3, et alibi sæpe. Cui suffragati sunt D. Bonavent. ibi parte 2, art. 3, quæst. 2. Alensis, Ricardus, Major, Marsilius, et ex Recentioribus innumeri, quos in catalogum reducere inutile est. Secunda conclusio. D.Thom D. Bonav. Alensis. Bicard. Major. Marsilius.

Probatur primo ratione desumpta ex D. Thoma 1, 2, quæst. 100, art. 2, ubi S. Doctor constituit discrimen inter ea, quæ cadunt sub præcepto, ab illis quæ cadunt sub consilio, per hoc *quod lex divina convenienter proponit præcepta, de actibus omnium virtutum : ita tamen quod quædam, sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, observari non potest, cadunt* Primum fundamentum. D.Thom.

sub obligatione prjecepli : quxdam vero que? pertinent ad bene esse virtutis perfects·, cadunt sub consilio. Qua doctrina supposita sic formatur prima ratio. Nam præcepta, quæ dantur de actibus virtutum infusarum non sunt tantummodo juris positivi divini, seu quod idem est. non proficiscuntur a libera Dei voluntate; sed supposita elevatione ad finem supernaturalem, ipsis virtutibus et earum actibus annectuntur ex natura rei, quod est esse de jure divino naturali. Sed præceptum Pœnitentiæ est præceptum virtutis infusæ. Ergo non est tantummodo juris divini positivi, sed etiam juris divini naturalis. Major constat ex doctrina præmissa D. Thomæ : nam præcepta, quæ dantur de actibus omnino necessariis ad salutem, qualia sunt præcepta virtutum Theoloualium, et aliarum virtutum infusarum, non sunt juris positivi, sed ab omnibus Theologis computantur inter præcepta juris divini naturalis ; alioqui enim adhuc supposita elevatione, absque illis posset homo consequi salutem ; siquidem ea quæ praecise sunt ex jure positivo non sunt simpliciter necessaria ad vitam aeternam consequendam. Minor etiam liquet : tum quia Pœnitentia est virtus infusa, ut constat ex supradictis; tum quia supposito peccato est simpliciter necessaria ad satisfaciendum pro illo : atque ideo semel atque concedatur, ut concedendum esse probavimus, speciale illius præceptum nequit non ad jus divinum naturale pertinere.

Aliquorum fundamentum,

234. Secundo probatur ab aliquibus alia ratione magis speciali, et propria hujus materiæ. Quoniam ante legem gratiæ, et scriptam nullum fuit præceptum mere positivum, sed sola et omnia, quæ erant de jure naturæ : sed præceptum Pœnitentiæ, supposito peccato, fuit in lege naturali : ergo præceptum Pœnitentiæ non est mere positivum, sed revocari debet ad præcepta juris naturalis divini. Major est certa, siquidem in lege naturali non tenebatur homo nisi ad ipsam legem pure naturalem, nec est qui assignare possit præceptum aliquod mere positivum, nisi, ut inquit Prado. Prado, divinando, et Magister Nuno solum agnoscit præceptum non comedendi carnem cum sanguine, omni alio superaddito ad legem naturalem excluso. Minor etiam Tridcot. constat ex Concilio Tridentino sess. 14, cap. 4, ubi docet quovis tempore fuisse necessarium motum contritionis ad impetrandam veniam peccatorum. Cum ergo in prædicta lege fuerint peccata, in ea profecto necessarius fuit motus contritionis, atque ideo ipsius præceptum non fuit positivum, sed juris divini naturalis, sicut fuisse constat præcepta Fidei, Spei et Charitatis,

Huic tamen rationi ita nudo sumptae committere non possumus veritatem assertionis; quippe quæ negat aliqua præcepta positiva tempore legis naturalis. Cujus oppositum est certius, ut constat ex supra dictis ex D. Thoma in illo tempore agnoscente Sacramentum Pœnitentiæ ; cum quo non cohæret non fuisse præceptum aliquod positivum : ex quo, et non ex ipso jure naturali originem ducunt Sacramenta. Unde Magister Nuno, qui hoc secundum tenuit, ut supra vidimus, non satis consone videtur supponere primum. Et qua ratione admittit præceptum positivum illud carnes cum sanguine non comedendi, debet concedere aliud positivum de Sacramento Pœnitentiæ illius temporis : nisi maluerit Sacramentum illud non fuisse sub præcepto, sed relictum hominum voluntati, absque ulla determinatione actionis sensibilis, seu externae ex parte Dei. Sed hoc solum probabit non fuisse ejus materiam materialiter determinatam; non vero evincet non esse sub præcepto aliquam actionem externam vage, quæ sufficit ad substantiam illius præcepti commensurati illius legis imperfectioni.

235. Quidquid tamen sit de hoc, illa ratione in sua probabilitate relicta, secunda ratio nostræ assertionis est hujusmodi : quia jure naturali tenetur homo ad sails-faciendam injuriam alteri illatam : sed Deo irrogatur injuria peccando, ut supra latius expendimus : ex jure ergo naturali tenebitur homo ad satisfactionem post commissum peccatum. Sed nulla est, aut esse potest satisfactio, quæ non procedat a Pœnitentia, quæ sola est justitia hominis ad Deum pro sarciendis offensis, ut supra late ostendimus : ergo nequit non Pœnitentiæ onus sub præcepto naturali divino contineri.

Confirmatur : nam supposita elevatione naturæ humanæ ad finem supernaturalem, tenetur homo ex ipsamet elevatione ad media necessaria pro oblinendo prædicto fine, consequenterque tenebitur ad consequendam gratiam se disponere, utpote qua sola unice est assequibilis beatitudo ! sed semel amissa gratia per peccatum, nequit se \$0 homo ad illam disponere nisi per contrilionem : ergo ex ipso jure naturali, secluso positivo, tenebitur homo ad contritionem. Consequentia constat. Major videtur perspicua, quoniam linis non est aliter coiisequibilis, quam per media ad ipsum finem omnino necessaria ; quocirca qui serio intendit finem, eo ipso tenetur ad media unice necessaria prædicto fini. Porro media pr.ecipua ad beatiludinem sunt gratia, et actus virtutum theologicarum : quare his peccato destructis, tenetur homo illa quantum ex se est, iterum instaurare, et ut fieri potest acquirere : non est autem medium supposita notitia peccati (quam semper supponimus) nisi retractatio voluntatis aversæ a Deo, et conversio in ultimum finem, in quo stat vera Pœnitentiæ ratio : ergo de primo ad ultimum non stat onus Pœnitentiæ ex aliquo voluntario jure superaddito, sed ex ipso jure naturali insito in ipsamet elevatione hominis ad finem supernaturalem.

6. Sed contra hæc fundamenta statim sese offert difficultas, quasi ea, et assertio illis innixa complicatoria videantur. Nam, ut supra objciebatur, præcepta naturalia viribus naturæ possunt observari, ut ex terminis liquet : sed præceptum contritionis nequit observari viribus naturæ, ut ex se patet, et supra vidimus : ergo præceptum contritionis non est naturale. Quod autem non est naturale, non est de jure naturæ ; ergo præceptum Pœnitentiæ non est de jure naturæ.

Ab hac tamen difficultate facile se expedit nostra doctrina, animadvertendo dupliciter posse accipi ly *naturale :* vel prout distinguitur a supernaturali ; quo pacto, quidquid non fuerit supernaturale, sive sit necessarium, sive liberum, et contingens, est et dicitur pure naturale, et ad nudum naturæ ordinem pertinet, nullo habito respectu altioris finis. Et hoc modo nec præcepta virtutum infusarum, nec alia quæ quælibet, quæ sint supra naturam, pertinet ad ordinem naturalem, ut in confesso est apud omnes. Vel sumitur *naturale,* prout distinguitur a libero, et positive adjecto, minime tamen debito illi rei, aut ab ea exacto in eo statu, in quo est a Deo condita. Et in hoc sensu non limitatur ad ordinem pure naturalem, sed convenit etiam ipsis rebus supei naturalibus : non enim est minus naturale gratiæ exigere virtutes supernaturales sibi adjunctas, quam sit animæ rationali suas proprietates radicare. Et quia prædictarum virtutum exercitia sunt simpliciter, seu necessitate medii ad salutem necessaria, idcirco præcepta illarum de jure naturæ esse dicuntur. Cujus oppositum evenit in præceptis sacramentorum, quæ quia ex summa Dei omnino libera voluntate prodiere. Utpote sine quibus absolute possibilis erat ultimi finis assecutio, idcirco illorum præcepta ad jus divinum positivum pertinent. Unde ad formam objectionis respondetur Majorem esse veram in primo sensu ; fallit vero in secundo, in quo procedit conclusio, et a Theologis propugnatur. Et concessa Minori, neganda est Consequentia, cujus defectus liquet in præceptis charitatis, et aliarum virtutum, quæ in omni sententia non ad jus positivum, sed ad naturale pertinent : semel enim atque hominibus innotuit elevatio ad finem supernaturalem, ipsum jus naturale dictavit illius Authorem esse super omnia diligendum, colendum, ac in omnibus credendum.

Suarii explicatio dispellitur.

Occurnt P. Suarez.

236. Ex alio capite occurrit P. Suarez infra allegandus, distinguendo in Pœnitentia duplicem actum, quorum primus est voluntas, seu intentio satisfaciendi, et hunc docet esse de jure naturali, absque ulla ordinatione speciali Dei. Alter vero est formalis detestatio, seu contritio; quam existimat importare determinationem divinam praescribentem hunc satisfactionis modum; cum tamen aliam et alterius rationis extorquere ab homine posset titulo peccati in ipsum commissi. Quod est summatim dicere satisfactionem formaliter esse de jure naturæ ; materialiter vero, et quod fiat actu contritionis determinate, de jure positivo, seu libera Dei determinatione. Qua posita distinctione, respondet jacta fundamenta solum probare pertinere ad jus naturale, quod homo satisfaciat pro peccato; sed quod id fiat media contritione, juris esse positivi. Et hinc ratus fuit primam rationem enervasse.

occurrit secund0,

Secundæ occurrit, dicendo in lege naturæ non fuisse specialia præcepta pro actibus externis, et quoad peculiares cæremonias sacrificiorum, et sacramentorum ; secus vero quoad actus internos, in quibus, inquit, negari non potest fuisse aliquam determinationem quoad earum ma·

tenant, nt constat in spe, quæ determinata est ad sperandam veniam peccatorum, necnon ipsam beatitudinem. Porro beatitudo promissa aliam ordinationem divinam importat a promissione veni», et sic de reliquis praeceptis Fidei, et Charitatis. Quare pro ipsa Pœnitentia in illa lege recurrendum est ad liberam Dei ordinationem, in qua necesse est aliquid juris positivi admisceri. Unde nunquam probatur esse de jure naturæ quod homo satisfaciat per contritionem ; sed quod teneatur ex jure naturæ satisfacere, praescindendo a satisfactionis modo. Ita citatus Author in præsenti disp. 15, sect. 3, η. II.

Respondet Lugo.

A qua doctrina non longe abivit Lugo disp. 5, sect. 12, a num. 250 dicens, quod si sermo fiat de Pœnitentia ut praescindit ab implicita, et explicita; ahs dubio ejus præceptum est naturale, atque ideo obligare absque alia determinatione Dei : secus vero, si de Pœnitentia determinata, et explicita loquendum sit : sub hac enim consideratione præceptum determinate contritionis pertinet ad jus positivum. Quod est asserere aliquam Pœnitentiam vage acceptam, atque ideo saltem implicitam esse de jure naturæ. Sed quia victualis, et implicita Pœnitentia continetur in actu charitatis, in id tandem recidere necesse est, ut solus actus charitatis sit de jure naturæ ; præceptum vero contritionis pertineat ad jus positivum.

Diruitur prima evasio.

237. Hac tamen doctrina, qua conciliasse oppositas sententias visum fuit perdocto Suarez ut ipsemet testatur num. 3 illius sectionis, non elevantur nostra fundamenta, sed ex illis, et supradictis in hac eadem disputatione efficaciter convellitur. Nam si semel datur præceptum speciale Pœnitentiæ, ut revera datum iri ostendimus, et non inficiatur Suarez, consequitur inde hoc præceptum versari circa actum proprium, et formalem Pœnitentiæ : sed actus proprius, et formalis Pœnitentiæ est contritio : ergo si quod est præceptum Pœnitentiæ, est etiam præceptum contritionis. Major est per se nota ; quia præcepta non damur de habitibus, et virtutibus directe, sed de earum actibus eliciendis ; sicut enim nec violantur, nec observantur habitibus, sed actibus; ita quod directius, et formalius respiciunt, sunt exercitia, et actus, quibus vel observari, vel adimpleri debent. Minor etiam liquet, nam praecipuus Pœnitentiæ actus, imo et primarius, a quo sumit speciem, est contritio, ut supra ostendimus. Ergo cum præceptum Pœnitentiæ virtutis sit ex ipso jure naturali, ut constat ex dictis, et ostendunt nostra fundamenta; consequitur inde praeceptam contritionis non ex aliquo positivo, sed ei ips jure naturali procedere.

Confirmatur. Non stat obligationem sa-0«^ tisfaciendi esse ex jure naturali, et satisfactionem ipsam sub eodem jure non cadere : sed obligatio, imo, et voluntas satisfaciendi cadunt immediate sub jure naturali, quin interveniat jus positivum, ut affirmant allegati Theologi : ergo etiam satisfactio praestita, vel praestanda contineri debet sub eodem naturali jure. Major ex ipsis terminis liquet; siquidem non aliter tenetur creditor ad exhibendam satisfactionem, quam sit obligatio debitam extinguendi, ac solvendi : ergo si onus solvendi est ex jure ipso naturali, similiter et solutio, ac satisfactio. Nulla autem est satisfactio hominis ad Deum pro culpa, quam non inspiret, vel eliciat Pœnitentia; quandoquidem hæc sola virtus est justitia hominis ad Deum pro sarciendis ejus oflensis : ergo sub eodemmet præcepto natural divino, sub quo cadit obligatio, seu voluntas satisfaciendi, continetur, et ipsa satisfactio actualis media contritione.

Unde refellitur illa actuum divisio a huts·. Suarez excogitata, necnon illa divisio satisfactionis in materialem, et formalem, quasi hæc sola sit de jure naturæ ; illa .vero pertineat ad jus positivum. Tum quia illæ duæ voluntates superfluunt, ut supra ostendimus contra Vasquez : quia cum actus voluntatis supra se ipsos reflectantur, ut est perpetua D. Thomæ doctrina; eadem voluntate qua quis actu, et exercite satisfacit, vult etiam satisfacere; non enim satisfaceret nolens : ergo ad idem jus pertinet, et ejusdem indivisibilis rationis est satisfactio, et satisfactionis voluntas : atque ideo vel utraque, vel neutra debet pertinere ad jus naturale. Tum etiam : quia voluntas satisfaciendi speculativa, et ita signate accepta, ut depingitur in illa sententia, et videre est apud ipsum num. 7 prædictæ sectionis, non est actus proprius Pœnitentiæ, seri vel charitatis, vel ipsius voluntatis, quarum est respicere bonum satisfactionis in communi, ut est pars objectiva boni universalis. El ratio est quia velle satisfacere, aut poenitere in communi, non est re ipsa satisfacere, aut Pœnitentiam agere; sed utraque ratio se habet per modum objecti voliti, non vero per modum actus, et exercitii, quo dumtaxat pacto est vera aut satisfactionis, aut Pœnitentiæ ratio. Ergo per hoc quod voluntas satisfaciendi sit de jure naturae; neutiquam probavit Suarez actualem, et formalem Pœnitentiam ejusdem esse juris, ut probare intendebat, imo et ut perspicuum supponebat : sed ulramque Pœnitentiæ rationem a se divisam in formalem, et materialem reliquit extra jus naturale, et soli positivo subjecit. Quod facile constat : siquidem in ipsius doctrina sola pœnitendi in communi voluntas est de jure naturae : hæc autem voluntas sic in communi accepta non est Pœnitentia, nec actus proprius hujus virtutis : ergo adstruendo hanc solam voluntatem esse de jure naturæ, quidquid extra illam manet, non ad jus naturæ, sed ad positivum pertinet. Tum denique (et est alia ejusdem impugnationis ratio) quia cum Pœnitentia, sicut et aliæ virtutes morales, sit virtus essentialiter practica, non tam respicit rationes communis boni, quam particulares contrahentes, et includentes ipsas rationes communes, ut est cernere inductive in omnibus aliis virtutibus : non enim redditur homo justus absolute, et simpliciter, aut misericors, per hoc quod signate velit solvere, et misereri, nisi simul cum possit, actu se exerat in actum justitiæ, aut misericordiae; nec per voluntatem solvendi in communi debitum exolvitur ab onere actualiter, et exercite solvendi : quocirca actum justitiæ proprie dicte neutiquam exercet, usque dum actu pro debito solvat. Vera ergo, et propria Pœnitentiæ ratio non salvatur in illa voluntate signata, et speculativa pœnitendi, sed in elicientia proprii actus, qui est contritio : quocirca

D.Tbom. D. Thomas infra quæst. 90, art. 2, ipsam compensandi voluntatem docet fieri per contritionem, quia nimirum in ipsa includi debet.

Alun ityetiifrais disiinctio.

238. Unde etiam corruit alia ejusdem Authoris distinctio a praecedenti reipsa solum diversa quoad voces, nimirum satisfactionem quoad substantiam cadere sub præcepto naturali ; secus vero quoad modum determinatum, ut scilicet fieri debeat specialiter per actum contritionis, et non aliter : nam sub hac expressione pertinet ad jus positivum, et liberam Dei ordinationem.

DisjHti-

Hæc, inquam, distinctio cum praecedenti. eisdem convellitur impugnationibus, ut eam consideranti constabit. Insuper prosternitur jacta principia magis expendendo, Nam modus determinatus pcenitendi comprehenditur sub eodem jure, sub quo incumbit onus ipsum pœnitendi quoad substantiam : sed onus quoad substantiam pœnitendi in illa sententia est sub jure naturali : ergo etiam modus determinatus pœnitendi. Consequentia cum Minori non indiget probatione. Major, cui soli est difficultas, ostenditur. Tum quia sicut obligatio est determinata ad poenitendum, et satisfaciendum, et virtus Pœnitentiæ, qua fieri debet satisfactio, aut Pœnitentia, est etiam determinata; ita etiam modus Pœnitentiæ ut est actus virtutis, debet esse determinatus, eo quod virtus determinata non est, nisi circa determinatum actum, a quo sumere debet speciem. Tum etiam, quia libera Dei ordinatio solum habet locum in rebus non infallibiliter, seu non necessario connexis : sed inter virtutem Pœnitentiæ, et actum contritionis, in quo stare ponitur modus pœnitendi, datur necessaria connexio; taliter quod nec Pœnitentia se exerere possit in alium sibi primarium actum, quam in contritionem ; nec hæc ab alia virtute produci possit, quam a Pœnitentia : ergo semel atque homo sub jure naturali teneatur poenitere, sub eodem jure tenetur ad determinatum modum, qui sit contritio. Tum denique ob satis manifestam, et nulla tergiversatione elevandam instantiam aliarum virtutum sive Theologalium, sive moralium ; in quibus vel apud ipsum Suarez in eadem sectione, cernitur hac eadem ratione, sub eodem jure naturali, sub quo cadit onus v. g. Deum diligendi, cadere etiam et modum illius, quod nimirum fiat, et fieri debeat per actum dilectionis. Et hoc, ideo, quoniam actualis dilectio est actus proprius Charitatis, illi ita annexus, quod nec actus ab alia virtute, nec virtus ab alio actu per se primo dependeat : ideoque necessarium est utrumque sub eodem naturali jure comprehendi. Cum ergo hæc ratio æque militet in Pœnitentia respectu contritionis, liquido conficitur non stare Pœnitentiam esse de jure naturali, et non similiter sub eodem comprehendi contritionem.

Quso opponit infirmantur.

Nec momenti sunt, quæ in oppositum causatur praedictus Author. Nam quod primo opponit, de sufficientia actus Charitatis, facile prosternitur. Siquidem actus Charitatis ex sua specie non est satisfactio, ut palet in Angelis, nec expellit peccaium

via compensationis, nisi imperetur a Pœnitentia, quæ essentialiter est justitia hominis ad Deum pro compensandis injuriis : ergo ex vi actus Charitatis præcise non adimpletur præceptum Pœnitentiæ, sed opus est recurrere vel ad actum proprium Pœnitentiæ, vel ad ejus imperium, quo moveat Charitatem in proprium finem. Unde corruit illa propositio fundamentalis, quam statuit n. 8 *illius* sectionis, quod *quando ex duobus actibus alter sufficit ad integram satisfactionem faciendam, neuter eorum determinate cadit sub præceptum satisfaciendi, nec ambo simul; sed unus vel alter arbitrio satisfacientis. Nam in* præsenti non est. nisi unicus Pœnitentiæ actus, quo fieri possit integra satisfactio; siquidem actus Charitatis nisi ut subjectus Pœnitentiæ non est satisfactorius : quare formaliter loquendo solus Pœnitentiæ actus est vera *satisfactio,* sicut solus actus Charitatis est vera dilectio, quantumvis aliarum virtutum actus in finem Charitatis ordinentur, ex ejus imperio.

Illius propositio ftllit.

Secanda solutio enervator.

Nec etiam subsistit, quod obtendit secundo, actum contritionis elici posse ex motivo Charitatis. Quoniam hoc solum tenet de motivo extrinseco, et remoto, non vero de proximo, et immediato. Sed est omnino falsum actum contritionis factum ex motivo Charitatis elici ab ipsa Charitate; alias numquam eliceretur a Pœnitentia; siquidem actus contritionis numquam elicitur nisi ob Deum summe dilectum, atque ideo et superflueret virtus specialis Pœnitentiæ, et confunderetur cum Charitate. Aliud itaque est, quod actus Pœnitentiæ imperetur, et imperari petat a Charitate, ex cujus imperio habet attingere proprium objectum cum subordinatione ad objectum Charitatis imperantis; aliud vero, quod ex vi prædicti imperii actus contritionis eliciatur ab ipsa Charitate, non vero a Pœnitentia. Primum concedimus, et est omnino verum, ac a Theologis communiter edoctum, maxime vero ab eorum Principe D. Thoma, atque ideo est principium in ejus Schola inconcussum. Secundum vero est omnino falsum, et satis absurdum; alloqui enim medio imperio, quo se invicem in subsidium trahunt virtutes, invicem confunderentur, et Charitas, quæ omnes imperat, omnium actus se ipsa eliceret, et illæ otio perpetuo ab operationibus propriis vacarent. Per hoc ergo quod actus contritionis eliciatur ex motivo Charitatis, non extrahitur a propria specie, nec elicitur ab alia virtute, quam a Pœnitentia; sed subordinate Charitati imperanti, et in ejus finem sibi extrinsecum, et remotum collimat, ut e converso accidit in Charitate a Pœnitentia imperata; diligit namque Deum summe dilectum, non sistendo ibi, uti sisteret, sinon imperaretur; sed intendendo media illa dilectione ipsum pacare, et inoffensum reddere, quod est proprium Pœnitentiæ. Et talis actus debetur Charitati elicienti, et Pœnitentiæ imperanti, ac in proprium finem dirigenti. Unde numquam salvatur, quod sit duplex actus, quorum quilibet ad integram satisfactionem sufficiat : sed ad satisfaciendum semper intervenire debet Pœnitentia; et quia hæc debet provenire ex amore, nunquam abesse potest Charitas a vera Pœnitentia; salvata semper utriusque propria ratione.

Distwsas P. Soarez.

239. Atque hinc jam. tandem falsitatis convincitur ejusdem Authoris discursus, quem, ut suadeat modum satisfactionis media contritione non esse juris naturalis, sed positivi, sub his verbis proponit : *Atque hoc a fortiori procedit in satisfactione imperfecta : nam quando satisfactio est æqualis magis esse solet ex natura sua determinata ad unum, vel alium modum : quando vero est de se insufficiens, modus satisfactionis magis pendere solet ex voluntate ejus, cui fit satisfactio, quia debet esse illa contentus. Cum ergo ad hoc non cogatur ex vi satisfactionis, quia insufficiens esl, oportet, ul sit ex aliqua libera pactione, vel ordinatione. Ita ergo est in præsenti : nam cum hæc satisfactio hominis ad Deum es se sit insufficiens, nullus modus satisfactionis est de se determinatus, tanquam necessarius, sed quem Deus ipse determinat, seu quod vult esse contentus.*

Hanc itaque ratiocinationem esse falsitati obnoxiam manifeste convincitur tam ex se, quam ad hominem ex ipsiusmet doctrina in eadem sectione num. 6, § *ulterius dici:* ubi asserit, quod quamvis homo non valeat condigne satisfacere; supposita tamen possibilitate ex divina gratia aliqualiter, seu imperfecte satisfaciendi, ad id obligatur ex lege connatural! ipsimet gratiæ. Et reddit rationem : *quia ex vi ejusdem legis justitiæ, qua obligatur homo ad condignam satisfactionem, si potest eam exhibere, obligatur etiam, si non possit integram, saltem eam, quam possit exhibere, præsertim si servetur aliqua proportio in eodem genere, seu ordine rerum.* Cui propositioni

ut.

sitioni loco Majoris positæ, si adjungatur pro Minori hæc per se nota : *sed contritio tsl imperfecta satisfactio hominis ad Deum, quam, solam, et non majorem potest homo tihibere sub divina gratia, salvata proportione in eodem genere, seu ordine rerum;* manifeste colligitur hæc Consequentia : *ergo sub eadem lege justitiæ, sub qua tenetur homo ad satisfaciendum Deo, tenetur etiam, ad contritionem.* Sed ad exhibendam Deo satisfactionem tenetur ex lege naturali ipsi gratiæ in ejus sententia : ergo ex eadem lege tenebitur ad contritionem. Atque ideo inconsequenter concesso illo, hoc secundum negat.

Quod vero illa doctrina sit absolute falsa, etiam liquet in cultu Religionis, qui quamvis sit imperfectus, et inæqualis respectu divinæ excellentiæ, quam deficienter colimus, non idcirco non cadit sub eodem præcepto naturali, sub quo cadit obligatio Deum colendi, ut in confesso estapud omnes, non aliud præceptum, quam de jure naturali pro Deo colendo agnoscentes. Et ratio est eadem : nam defectus æqualitatis in solvendo debito demonstrat quidem inferioritatem, et consequenter impotentiam ad æqualem satisfactionem ex parte creditoris; non tamen minuit, aut variat jus, quod cedit parti læsæ, sed illud immutatum relinquit : ex eo ergo quod non possit homo æqualem satisfactionem præsiare pro Dei offensa, non extrahitur a jure naturali actualiter satisfaciendi per contritionem determinate; sed tantummodo infertur, quantopere conteratur, numquam ad æqualitatem satisfactionis pervenire, quod nullus negat.

Bepli-

240. Sed adhuc in suffragium illius doctnnæ potest instari : nam modus non cadit sub illo præcepto, sub quo comprehenditur substantia actus, ut constat in actibusaliarum virtutum, in quibus solum pnecipitur, quod actus fiat; non vero quod fieri debeat hoc, vel illo modo utputa intense, vel remisse : ergo similiter ex eo quod sit præceptum naturale satisfactionis quoad substantiam, non sequitur modum satisfactionis determinatum ad contritionem ejusdem esse juris; sed quam optime stabit hunc ad jus positivum pertinere.

tefeUiWf

Respondetur hac instantia similiter probari posse nullum esse præceptum contritionis; ut constabit eam consideranti, etex hac parte retorquenda est; vel ut nihil, aut multum probans repellenda. Pro ejus tamen enodatione debet observari dupliciter aliquid posse dici modum, vel stricte, et proprie, quatenus supponit rem substantialiter constitutam; eique accidentaliter advenit saltem logice, quo pacto diffinitur, *quod sil adjacens rei determinatio,* uti se habent existentia, et subsistentia ad naturam, et intensio, ac remissio ad qualitates. Vel sumi potest large, et improprie solum penes voces, et quasi grammaticaliter, in rei tamen veritate est de substantia rei præceptæ; quomodo se habet esse supernatural ad præceptum Charitatis, vel aliarum virtutum supernaturalium : quippe harum præcepta comprehendunt actus modo supernatural! faciendos, ut est communis Doctorum consensus : nam ex vi Charitatis tenemur ad diligendum Deum, non utcumque, sed modo supernaturali. Ubi constat hunc diligendi modum tam esse modum, quam substantiam actus praecepti, subindeque nec ponere in numero cum ipso actu præcepto, nec ad aliud præceptum spectare. Cujus oppositum opposita de causa cernitur in modis primi generis. Modus ergo satisfaciendi per contritionem est hujusmodi : quia cum teneamur ad Pœnitentiam post peccata, et Pœnitentia sit virtus determinata ad contritionem, ut ad actum sibi proprium, et primarium, sub eodem jure, sub quo tenetur homo ad Pœnitentiam, tenetur ad contritionem. Nam ut docet D. Thomas infra quæst. 90, art. 2, *in pœjiilenlia non quæritur sola integratio æqualilatis justitiæ* (sicut in justitia vindicative), *sed magis reconciliatio amiciliæ, quod fit dum offendens récompensai secundum voluntatem ejus, quem offendit.* Actus autem contritionis ex natura rei, et absque ulla acceptione extrinseca Physice disponit ad gratiam, ad eamque ultimo, et infallibiliter præparat. Ut ostendimus tract, de justificat. Quare pro illa non possumus ad liberam Dei ordinationem recurrere, ut sit vera satisfactio, veraque dispositio ad remissionem culpæ, quamvis non esse constet integram satisfactionem, ut causabatur Suarez : sed asserere cogit ratio sub eodem jure contineri cum Pœnitentia.

D.Thom

241. Sed hinc emergit gravior difficultas ex D. Thoma. Nam juxta doctrinam S. Doctons quæst. præcedenti art. 7, quod est ex institutione divina non est ex ipso jure naturali, nec e contra : sed quod homo hoc, vel illo modo agat Pœnitentiam, provenit ex institutione divina : ergo non est ex jure naturali, consequenterque quod

Oppo-

determinate fiat Pœnitentia per contritionem, et non alio modo, provenit ex institutione divina. Hæc secunda consequentia constat ex prima ; quia modus Pœnitentiam agendi media contritione est (inter plures alios possibiles modos pœnitendij, satis specialis. Prima vero sequitur ex
D.Tbem. præmissis, quas docet Angelicus Præceptor loco citato per hæc verba : *Ex naturali enim ratione homo movetur ad panitendum de malis, quæ fecit; sed quod hoc, vel ilio modo homo pœnitentiam agat, est ex institutione divina. Unde el Dominus in principio prædicationis suæ indixit hominibus, ut non solum pœnilerent, sed et pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc Sacramentum.* Consone ad hanc doctrinam affirmati. Doctor in solutione ad 1, ea quæ sunt de jure naturali determinationem accepisse ex institutione legis divinæ, et in solutione ad 2 statuit, *quod ea, quæ sunt juris naturalis, diversimode determinationem accipiunt in veteri, el in nova lege, secundum quod congruit imperfectioni veteris legis, et perfectioni novæ. Unde et Pœnitentia in veteri lege aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad dolorem, ul esset magis in corde, quam in exterioribus signis, secundam illud Joel.* 2 .' *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* Quo quid clarius pro Suarii positione ?

Urgeiar repi13' Qaam urget, et rursus confirmat n. 12, nam in ipsametordinatione, et subjectione naturæ ad gratiam includitur præceptum divinum : sed illa ordinatio, et subjectio fuit omnino libera Deo. et accidentalis naturæ; siquidem potuit eam condidisse in puris : ergo et præceptum illi annexum, atque ideo nequit non esse positivum. Minor et Consequentia liquent, et probat Majorem : Nam fingamus (inquit) Deum nullam determinationem adhibuisse huic satisfactioni pro peccato, nec ob Pœnitentiam remissionem promisisse, nec aliquid de hoc negotio hominibus revelasse, nisi hoc dumtaxat, quod peccatis offenderetur, et illa gravissime puniturum ; nou tamen negaret omnia ea auxilia ad conversionem necessaria, quæ de facto hominibus promisit, et re ipsa distribuit : in hac sane extraordinaria providentia, esto esset aliqua obligatio ex parte hominis ad aliquid faciendum pro obtinenda reconciliatione cum Deo, non tamen teneretur ad actum contritionis, seu formalem Pœnitentiam ; nec hanc, aut illum necessarium existimaret ; licet teneretur, et se teneri cognosceret ad diligendum Deum : ergo signum est in præsenti providentia actum contritionis non ex jure divino naturali, sed tantum ex positivo, et libera determinatione Dei obligationem inducere.

Sed nec hac objectione (specie tenus difficili) compellimur assertam veritatem deserere. Ut vero doctrinam D. Ihomæ, cujus non meminit Suarez, sed ex nostra penu infulcimentum sum positionis adjeci· mus, in lucem eruamus, supponere debe-is mus ex supradictis ad prædictum articulum, in illa prima D. Thomæ propositione sermonem fieri de naturali ratioue lumine supernatural! destituta : unde sensus ejus formalis, ac legitimus est, ut nemine discrepante sentiunt, et intelligunt omnes interpretes, lumen rationis naturalis secundum se, et præcisive ab elevatione, ei revelatione divina solum dictare, quod homo post admissum peccatum moveatur ad poenitendum aliquo dolore, qui haberi potest ex puris naturalibus de peccato. Quocirca ex vi hujus nullus alius ipsi præfigeretur modus specialis Pœnitentiæ. Sed ad hoc opus homini fuit elevatione ad finem supernaturalem, et notitia talis elevationis; qua deficiente deobligaretur homo ex ignorantia invincibili a contritione, non quia non esset illius præceptum ex natura rei; sed quia homini non innotesceret nec elevatio, nec præceptum media elevatione cognoscendum.

Sensa obwrn- lio.

Secundo observare oportet S. Doctorem assignasse discrimen inter hoc, quod est pœnitere, et pœnitentiam agere, nam in pœnitendo, ut pertinet ad jus naturale non est, aut intelligitur modus; sed obligatio sequitur ex natura rei supposita necessaria cognitione, vel quæ sistat in ordine naturali ; vel quæ ultra detegat obligationem supernaturalem. Ad agendum vero Pœnitentiam intervenire necesse est modum aliquem ex jure positivo determinandum, et hic pro diversis statibus naturæ lapsæ fuit diversus, et pro majori, vel minori legis perfectione; nam alius fuit modus legis scriptæ, alius vero et excellentior, ac uberior legis gratiæ. Quod totum manifeste constat ex illis verbis D. D.TbQr. Thomæ in corpore articuli : *Sed quod hoc, vel illo modo pœnitentiam agat : est ex inslilulione divina. Unde et Dominus in principio prædicationis suæ indixit hominibus, ut non solum paniterenl* (quod utique juris erat naturalis) *sed et pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuum.* Quocirca alia fuerunt sacrificia, et sacramenta legis scriptæ, et alia, et longe excellentiora sunt legis gratiæ : sed nec illa, nec ista sunt juris naturalis, sed omnia pertinent ad jus positivum, semper subsistente obligatione juris naturalis ad poenitendum, quæ est formaliter invariabilis, et quovis tempore fuit necessaria, ac determinata, ut determinavit Concilium Tridentmum ad contritionem supernaturalem supposita elevatione, sub qua in hac providentia condita fuit natura humana.

kxa- 242. Quo supposito, etprælibato respondetur ad objectionem conceden 'o Majorem, et distinguendo illius Minorem superius præmissa distinctione. Et siquidem sermo sit de modo agendi Pœnitentiam per ordinem ad sacrificia, et sacramenta utriusque legis, concedenda est. quippe quæ sunt extra jus naturale, et solum pertinent ad positivum. Si vero intelligi velit objiciens de modo pœnitendi naturali præscindenti ab elevatione; vel de supernaturali elevationem supponente, negari debet, quoniam uterque modus pertinet ad substantiam Pœnitentiæ, et solum differunt penes cognitionem obligationis, et præcepti; quando quidem in primo casu solum innotescit ut obligans intra purum ordinem naturæ; et imperfecte; in secundo vero ut se extendit ad ordinem supernaturalem, in quo supposita cognitione currit obligatio ex natura rei inter extrema supernaturalia. Quare, ut supra dicebamus, modus naturaliter, vel supernaturaliter pœnitendi, licet quoad voces per rationem modi explicetur, non tam est modus, quam ipsa Pœnitentiæ, et satisfactionis substantia. Hanc vero esse ipsam mentem D. Thomæ liquet ex ipsa littera. Et ideo modi illi, vel si mavis, actus ipsius Pœnitentiæ ut deservientes diversis illis modis sacrificiorum, et sacramentorum pertinent quidem ad jus positivum, ut constat in contritione sensibili, quæ ut talis, est pars hujus sacramenti juxta supradicta, et pertinet ad jus positivum. Secus vero secundum se accipiatur, quo pacto solum supponit elevationem, et ejus notitiam, sed est a sacramentis independens. Et in hoc sensu affirmamus, et affirmant communiter Theologi sub jure naturali naturaliter debito ipsi gratiæ elevanti contineri.

Confirmatio vero nullum negotium facessit, et sola explicatione enervatur. Si enim velit ipsam elevationem aut esse præceptum, aut introducere ordinationem voluntariam inter actum contritionis, et gratiam; ut omnino falsa rejicienda est Major illius discursus. Tum quia actus contritionis absque ullo favore extrinseco, sed ex natura rei expellit peccatum, et comitatur gratiam, ad eamque physice ultimo disponit, ut loco supra citato de justificatione explicuimus, et probavimus. Tum etiam, quia aliud est subjicere naturam gratiæ, illamque ad istam ordinare ; quod est naturam elevasse; aliud revelare quod est connaturale ipsi gratiæ supposita elevatione; et aliud denique ipsam gratiam accidentaliter alligare præcepto alicui, aut liberæ Dei dispositioni. Primum fuit omnino Deo liberum, cum naturæ ad gratiam nullum sit jus, nullumve debitum, secundum vero non fuit imponere præceptum novum, sed patefacere, ac manifestare antiquum, quod erat contritionis ad gratiam post peccatum consequendam. Et hoc hominibus innotuit semel facta illuminatione fidei de naturæ elevatione ad finem supernaturalem ; non vero denuo fuit impositum, ut commentus esse videtur Suarez. Tertium vero habuit quidem gratiæ respectu Christi ut Redemptoris, a quo tamen ex natura rei gratia non dependebat ; quocirca ad eam ipsi ut capiti omnis gratiæ in hac providentia alligandam opus fuit dispositione divina, a gratia minime exacta.

Falsitas Majçris. Unde constat Majorem illam in sensu a Suarez intento esse falsam, nec leviter impegisse in ea ita statuenda. Nam optime cohæret Deum voluntarie ordinasse naturam ad gratiam, et illam ad istam elegasse ; quin ex vi hujus convincatur præceptum positivum contritionis ad obtinendam gratiam ; sed quod permaneat præceptum naturale, quod cadat supra contritionem, ut constat ad hominem in doctrina hujus Authoris. Nam quod Deus elevaverit naturam humanam, non obest, quominus supposita elevatione homo teneatur ex jure naturali ad diligendum supernaturaliter Deum : alioqui enim omnia præcepta supernaturalia essent juris positivi, et nullum eorum pertineret ad jus naturale ipsius gratiæ ; quod non potest concedi. Semel namque atque Deus manifestavit esse possibilem ex divina gratia Dei dilectionem super omnia, absque aliquo alio incepit obligare præceptum illius dilectionis : sicut statim, ac hominibus innotuit per fidem Deum esse trinum, ex naturali jure obstricti manserunt mysterium

Trinitatis credere, et sic de reliquis praeceptis aliarum virtutum Theologalium. Ergo cum ex jure naturali teneatur homo ad satisfactionem pro peccatis, adhuc in ejus sententia, semel facta revelatione gratiæ, et possibilitatis auxiliorum ad satisfaciendum supernaturaliter ; nullo opus est præcépto positivo, sed ex ipsomet jure naturali tenebiturhomo ad actum proprium Pœnitentiæ, qui est contritio.

probatio. Nec probatio opposita contrarium evincit : nam tota illa fictione admissa, semel atque non negentur auxilia gratiæ, ut non negari supponitur, nec hominem lateat eorum possibilitas : urget præceptum naturale contritionis : quoniam de jure naturali est hominem poenitere de peccatis, et· quod conetur ad restaurandam Dei gratiam omni me.iio sibi possibili, et ad eum finem proportionate. Non est vero aliud medium poenitendi, quam actus Pœnitentiæ ; sicut non est medium diligendi, nisi dilectio, nec magis proportionate : ergo de jure naturali est, hoc, et non alio actu poenitere.

243. Quæ contra illam Thomistarum rationem opponuntur, facile est refellere ; nam admissis aliquibus præceptis positivis tempore legis naturalis, non est ratio sub aliquo illorum comprehendendi obligationem Pœnitentiæ, quippe quæ antecedit omnem legem positivam, sed est inclusa in ipsa conditione naturæ, ex qua obligatur homo ad diligendum Deum super omnia, et vindicandam media Pœnitentia illius injuriam a se irrogatam, ut docet ipse Suarez. Ex hac autem necessario sequitur sub eodem jure teneri ad contritionem, quæ est actus proprius, et immediatus Pœnitentiæ·, quidquid sit de aliis præceptis positivis illius temporis, in quo vim non fecimus. Et ad exemplum illud Spei supponentis promissionem Dei de remittenda culpa, dicimus non esse novam promissionem diversam a promissione beatitudinis ; sed consequi ad elevationem supernaturalem, in vi cujus sicut tenetur homo ad dilectionem Dei ante, et post peccatum non ex præcépto positivo, sed aliunde; ita tenetur ad exhibendam satisfactionem, et praestandam Pœnitentiam. Unde solum intervenit nova manifestatio tum obligationis, tum remissionis nanciscendæ; non Yer0 n0Yæ obligationis impositio ad novum præceptum omnino necessaria.

Occurritur objectioni (brdiua* Lugo.

Quæ autem objiciebat Lugo, non majori indigent labore, ut dispellantur. Nam præcepium Pœnîtontiæ est distinctum a præcepto Charitatis, nec in illo implicite continetur, ut patet in Angelis ubi non fuit, nec esse potuit præceptum Pœnitentiæ; cum tamen maxime viguerit præceptum Charitatis : ergo sicut obligatio est diversa, ita et actus, et observatio. Non enim urgente præcépto, eoque diverso, et expresso, observari potest (stante plena advertentia ad illud), quin adsit actus expresse, et formaliter expressus : sed præceptum Pœnitentiæ obligat formaliter, et expresse ad actum Pœnitentiæ non minus ac præceptum Charitatis ad actum expressum Charitatis : ergo præceptum Pœnitentiæ stante advertentia ad illud, non observatur nisi actu expresso Pœnitentiæ. Actus autem Charitatis non est actus formalis, et expressus Pœnitentiæ, ut liquet : ergo solus actus Charitatis, nullo interveniente Pœnitentiæ actu non sufficit ad observandum præceptum Pœnitentiæ.

Ad hæc. Non minus, nec aliter aliarum virtutum actus continentur implicite in Charitate, utpote quæ est omnium virtutum radix, et forma, quam actus proprius Pœnitentiæ : sed instantibus præceptis aliarum virtutum cum advertentia ad illa, non adimplentur nisi per actus proprios, et formales illarum, ut in confesso est apud omnes : quocirca instante præcépto obedientiæ, aut justitiæ, et advertentia illius, non bene suppleret actus Charitatis, nec impediret violationem justitiæ, aut inobedientiam excusaret : ergo omnino pari ratione idem asserendum est de actu, et præcépto Pœnitentiæ. Quocirca Arauxo in præsenti quæst. 86, art. 2, η 19, docet absque aliqua temeritate negari non posse esse necessariam contritionem formalem, et expressam per se loquendo, et supposita advertentia, ad obtinendam veniam : quippe id passim clamant Scriptura, et Patres, quorum verba formalia esse debent, et formaliter explicari, quando ex eis nullum sequitur absurdum, juxta regulam D. Augustini lib. 3 de doct. Christiana, et Athanasii lib. de communi essentia Patris, et Filii.

Unde confirmatur, et explicatur impugnatio facta. Quia instante præcépto Pœnitentiæ nequit remitti peccatum, quin observetur ejus præceptum, ut de se constat; non enim remittitur, aut remitti potest peccatum, nisi adimplendo, et observando præceptum instans ; alias simul peccaret, et non peccaret homo in eodern instanti. Λ

instanti. Sed juxta Scripturam, et SS. PP. ad remissionem peccati est necessarius actus formalis, et expressus Pœnitentiæ juxta assignatam regulam. Ergo etiam ad observandum ejus præceptum. Patet Consequentia : nam alias observaretur præceptum formale, et expressum Pœnitentiæ absque actu formali, et expresso ipsius virtutis; et consequenter per se loquendo fieret peccati remissio absque formali, et expressa Pœnitentia, cujus contradictorium docent Scriptura, et PP.

§ VII.

Sententia opposite, el ejus fundamenta.

244. Quæ contra primam conclusionem directe procedebant argumenta, diluimus §4; reliquum est, ut fundamenta secundæ sententiæ adscriptæ Medinæ Codice de Pœnitentia tract. 1, quæst. 2, art. 2, et a qua non longe, ut vidimus, tendit Suarez, convellamus.

Arguitur ergo primo ex eodem Medina : quoniam jus naturale neminem obligat ad sibi impossibile, nec ad illud appetendum, aut volendum : sed poenitere de commissis est velle non peccasse, quod est impossibile : ergo ad hoc nullus ex jure naturæ obligatur.

Et confirmatur primo : quia deordinatio voluntatis inducta peccato, aliter quam poenitendo potest restitui, nimirum a vitiis abstinendo, et virtutum exercitiis operam dando : non ergo jus naturale in remedium peccati dictat Pœnitentiam determinate, cum suppetat aliud medium finem consequendi.

Confirmatur secundo exemplo injuriæ proximo factæ, ad quam resarciendam non requiritur, quod ex motivo offensæ illi irrogat® eam detestemur ; sed sufficit aliis operibus illam compensare juxta quantitatem damni illati ; ad quod quidem urget jus naturale, nec aliud a nobis extorquet : ergo similiter ut in Dei amicitiam reducamur, non requiritur necessario exacta detestatio offensæ, qua offensa fuit; sed sat erit bonis operibus incumbere, et a malo perpetrato cessare : atque ideo ex jure naturali solum erit utcumque satisfactionem aliquam in Dei obsequium offerre; quod vero id fiat actu proprio Pœnitentiæ non ad jus naturale, sed ad liberam Dei dispositionem pertinebit.

Respondetur illo argumento non tantum præceptum naturale, sed et positivum amandari ; cum fide sanctum sit Deum impossibilia non jubere; quare ut nihil probans, quin simul probet contra proponentem, rejiciendum est. Unde concesso toto Syllogismo, nihil sequitur; quia jus naturale non obligat hominem, ut velit absolute nunquam peccasse; hoc enim stultum esset : obligat autem ad offensam peccato inductam, quantum possibile fuerit, resarciendam, in quo includitur affectus, quo ex modo tendendi vellet homo peccatum non fecisse, et se non peccasse. Et hoc modo non implicat velle aliquid impossibile, si possibile foret, ut constat ex doctrina D. Thomæ in 4, dist. 17, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. 1 ad 3. Recolantur quæ supra diximus dub. 1 hujus disput. D.Thom.

Ad confirmationem respondetur ex eodem D. Thoma ultra deordinationem turn voluntatis, tum aliarum virium, quæ consurgit ex deordinata conversione ad bonum commutabile, ad quam auferendam, supposita divina gratia, sufficiunt, et requiruntur exercitia bonorum operum, et actus virtutum ; importare peccatum aversionem a Deo, et ejus offensam. Ad hanc vero utcumque, et quantum fas est homini, compensandam necessaria insuper est conversio voluntaria hominis ad Deum, et detestatio offensæ. Quocirca Concilium Tridentinum sess. 14, canon. 5, sancivit contritionem non solum importare cessationem a peccato, et vitæ novæ propositum, et inchoationem; sed etiam veteris odium. Præceptum ergo naturale Pœnitentiæ, seu contritionis non ex primo capite deordinationis voluntatis, ad quam vitandam sufficere possent præcepta aliarum virtutum, sed ex secundo, ex quo nascitur obligatio Deum pacandi adstruitur. Unde peccavit Medina considerans unum, quasi non esset alterum caput, et ideo male intulit. Diruitur confirm. Trident.

Porro in ejus patrocinium duximus observandum ipsius sententiam non percelli hac Tridentini relata sanctione, qua suggillata et proscripta est hæreticorum doctrina e medio tollentium necessitatem pœnitentiæ, et detestationem retroactæ vitæ, contra quam processit Concilium. A qua procul distat hujus Authoris positio, utpote qui non negat, quin catholice adstruit necessitatem satisfactionis : et solum affirmat non esse de jure naturali ; cum quo stat, et stare contendit esse de jure Obser· vatio.

positivo a nullo dispensabili : nisi a Deo. Quod ideo observamus, ut a suspensione, qua ab aliquibus inuritur, hæc sententia, liberetur; alioqui enim haud facile eam notam effugere posset sententia Suarez in sententiam Medinæ recidentis prætextu eam cum communi omnium aliorum Theologorum conciliandi, ul ex ipso vidimus.

Secunda dissolvitur

Ad secundam confirmationem dicimus injuriam proximi, quæ amicitiam disci– ⟨a<aT' ^ent⟩ resarciri non posse, quin amieabiliter reconcilientur offendens, et offensus, D.Thom. ut expresse docet D. Thomas in 4, dist. 14, quæst. 2, art. 5 ad 2, ubi ex hoc exemplo ut clariori affirmat idem servari debere inter Deum offensum, et peccatorem. Verba S. Doctoris sunt : *Ad secundum dicendum, quod sicut inter homines non restituitur amicitia post offensam, nisi per aliquem offensæ dolorem : ita nec charitas per peccatum, nisi per panilentiam.* Et ratio est, quam supra nos docuit Angelicus Præceptor : nam alia est satisfactio amicabilis, et reconciliativa ; quæ sicut debet esse voluntaria ex parte lædentis, ita debet esse grata, et accepta offenso. Et hæc semper debet importare dolorem de offensa commissa : qui enim non dolet se offendisse, non serio intendit recipi in gratiam offensi ; quando quidem adhuc complacet in offensa. Alia est satisfactio extorta, et violenta, qualis est quæ ut in plurimum fieri solet authoritate publica, et pertinet ad justitiam vindicativam, quæ respicit bonum publicum. Et hæc sicut non tendit ad conciliandos animos, non importat dolorem ex parte offendentis pro injuria. De hac autem non est in præsenti sermo, sed de prima. In quo sensu non est contra nos, et objectio falsum supponit.

2 Argumentum.

245. Arguitur secundo, Præcepta naturalia sunt invariabilia, et consequenter indispensabilia : sed præceptum Pœnitentiæ est variabile, et dispensabile : ergo præceptum Pœnitentiæ non est naturale. Major est certa, quippe in eo potissime differunt præcepta positiva, et naturaüa, quod hæc sicut comitantur naturam de se immutabilem, ita non admittunt, quin excludunt mutationem ; secus vero illa, quia juxta diversos status, et rerum eventus ordinantur. Minor etiam liquet in lege gratiæ, in qua præceptum contritionis mutatum est in præceptum attritionis cum Sacramento ; quocirca supra statuimus ex communi et vera sententia satisfieri contritionis præcepto per solam attritionem cum Sacramento in re suscepto. Hoc autem fieri non posset, si non esset et mutabile, et dispensabile præceptum Pœnitentiæ, ut constat ex se, et cernere licet in aliis præceptis : ergo hujusmodi præceptum dispensabile est.

Solliti» avifuv ûtaem· liMC pra- ŒISH,

Respondetur observando præcepta naturalia esse in duplici differentia : nam alia sunt negativa, quæ nunquam non desinunt obligare. Et in his non aliqua variatio, et multo minus dispensatio, utputa in pnecepto Deum non odio habendi, vel non mentiendi : nequit enim Deus vel pro minimo instanti permittere, ut homo rationis compos deliberate erumpat in actum odii Dei. vel proferat mendacium, quia intrinsece sunt mala, et lege naturæ prohibita. Alia sunt præcepta affirmativa, quorum obligatio semper stat, sed non semper, et pro quolibet instanti obligat ad exercitium actus præcepti ; alioqui enim teneretur homo ad nunquam supersedendum ab actuali Dei amore ; quod est impossibile, et minime cohærens cum hujus vitæ curis, quibus hominem distendi necesse est ad alia ; et solum reservatur peragendum in statu beatitudinis. Quia ergo hujus generis præcepta ex se non determinant tempus aliquod, in quo imcunbere oporteat riorum observationi, potest Deus, stante semper obligatione præcepti, disponere, et si mavis dispensare, vel quod homo per totam vitam nunquam eliciat actum v. g. charitatis : quod proprie loquendo non est dispensare, sed differre exercitium actus, et nullum determinatum tempus illi assignare : vel aliam materiam apponere, qua propria ipsius præcepti substituatur. Quod etiam non est dispensare in præcepto ipso, sed subrogare unam materiam loco alterius : quocirca variatio non se tenet ex parte præcepti, quod semper viget : sed ex parte materiæ ipsius præcepti. Porro hanc variationem non esse contra indispensabilitatem præceptorum naturalium docet D. Thomas 1,2, Qjfx quæst. 100, art. «&, his verbis : *Sic igitur præcepta ipsa Decalogi, quantum ad rationem justitiæ, quam continent* (hoc est sub ratione præcepti) *immutabilia sunt : sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares aclus, ut scilicet hoc, vel illud sit homicidium, furtum, vel adulterium, aut non, hoc quidem est mutabile quandoque sola authoritate divina, in his scilicet, quæ a solo Deo sunt distincta.*

Ad rem ergo dicimus in lege gratiæ non fuisse

fuisse derogatum præcepto Pœnitentiæ, quo quilibet tenetur post amissam gratiam per peccatum. Sed hæc obligatio, quæ in veteri lego obstricta erat soli contritioni, quæ erat unica materia præcepti pro singulis generum in particulari, in lege gratiæ determinata est illis dumtaxat, qui Sacramentum non susciperent, nec re ipsa suscipere possent. Illi vero qui vera attritione pœnitentiam coram Dei ministro, et sub ejus Sacramentali judicio pcragerent, ab onere contritionis liberati sunt, quasi sufficienter apposuissent materiam praeceptam Pœnitentiæ. Et dispositum fuit pro adultis circa Baptismum in privilegium horum Sacramentorum, quia instituta sunt in remedium peccati, quod in lege veteri erat unicum, et in lege gratiæ additum est alterum, non abrogato primo. Hoc autem non tam est dispensare in Pœnitentia, quam illi addere novum adimpletionis modum, quo maxime extollitur copiosior gratia hujus legis præ alia. Cum enim quælibet nostra satisfactio, quantumvis jure naturali exacta, sit deficiens, et impar debito); liberum manet legislatori supremo ex meritis Christi apponere novum, et facilius remedium peccati supra primum olim indispensabiliter observatum, et magis arduum. Unde ad formam argumenti, distinguenda est Major : Præcepta naturalia sunt invariabilia, et indispensabilia, sub ratione præcepti, et obligationis, conceditur : ex parte materiæ, subdistinguitur, per oblationem formalem, et totalem ipsius, permittitur; per appositionem alterius facilioris non extincta, et totaliter abrogata prima, negatur; et sub eadem distinctione Minoris, negatur Consequentia ; quia hoc non est stricte loquendo dispensare in præcepto, sed illi arduo, et non ita abundanti medicamento aliud salubrius, facilius, ac compendiosius apposuisse in signum abundantioris gratiæ hujus legis præ alia, in qua sola erat unica via salutis, eaque non ita pervia ; cum tamen in ista præstituta sit duplex via.

246. Nec obest, si objicias, tum. quod contritio in lege gratiæ importat votum Sacramenti, et- consequenter se ipsa non est medicina peccati, ut olim erat. Tum quod contritio est ex propria specie perfectior attritione, ut horum actuum motiva satis declarant : ergo non est perfectior poenitendi modus per Sacramentum, quam qui haberi potest per contritionem.

n 0Dj inquam, obest, si ita objicias : nam potius illustratur, quam expugnetur hac objectione doctrina tradita. Prima enim impugnatio infert quidem ordinationem accidentalem, contritionis ad Sacramentum non exactam ex vi suorum prædicatorum essentialium, ut constat ex supradictis de necessitate Sacramenti in re, vel in voto ; non autem probat ejus variationem essentialem. Quod namque contritio olim sufficiens, et necessario exacta ad destructionem peccati, nunc importet ex institutione Christi Sacramenti votum modo ibi explicato; cedit in excellentiam Sacramenti, ex opere operato, in vi meritorum Christi abundantiorem tribuentis gratiam, subindeque remissionem, quam quæ olim conferebatur, aut modo confertur ex vi solius contritionis : non autem derogat obligationi, aut juri, ex quibus contritio secundum se, quovis tempore fuit necessaria. Quocirca illa extrinseca Dei ordinatio potius fuit ad augmentum gratiæ, quam ad immutationem naturalem contritionis.

Ad secundum dicimus, quod si attritio, et contritio considerentur in esse actuum, et per ordinem ad propria objecta, qùæ est illarum consideratio secundum se, et juxta unicuique propria; abs dubio præstat contritio præ attritione, adhuc ad inducendam remissionem, ut constat : siquidem illa secum affert infallibiliter gratiam, ad quam physice, et ultimate disponit, nec cohæret cum peccato lethali ; cujus neutrum attritioni competit. Si vero hæc accipiatur ut actu est pars Sacramenti, et cum illo concurrit ad effectum tum gratiæ, tum remissionis ; in dubium etiam est uberiorem , ac sublimiorem fructum ex illa germinare, quam ex sola contritione. Et ideo potest dici esse melius, ac fructuosius remedium, subindeque modum importare perfectius poenitendi, quam importet contritio adhuc cum voto Sacramenti. Hic tamen excessus sicut non provenit ab attritione, nisi ut conjuncta Sacramento, et est actu illius pars; ita non debet in ipsam refundi, sed in ipsum Sacramentum, quod manifestum est melius esse medicamentum peccati, quam sint, aut esse possint actus humani secundum se.

Unde infertur, quod licet absolute, et simpliciter consultius, ac subinde melius sit homini post peccatum incumbere eliciendæ contritioni, quam studere attritioni habendæ : tamen melius est homini cum sola attritione Sacramentaliter poenitere,

quam solum actum contritionis elicere absque receptione Sacramenti. Et raiio est ex dictis perspicua : quoniam illud est homini melius in ordine ad finem nanciscendi veniam, et restaurandi gratiam, quod est præstantius ad utrumque, ut ex ipsis terminis liquet : sed ad hoc præstat attritio cum Sacramento, quam sola contritio : ergo præstantior, ac melior est homini attritio cum Sacramento in re suscepto, quam sola contritio. Unde elucet aliud insigne beneficium, et par elogium Sacramenti Pœnitentiæ. Cum quo rursus consonat, et optime componitur satius esse homini accedere ad Sacramentum contritum, quam solummodo attritum; quando quidem uberiorem recipit gratiam, et ex duplici capite obtinet remissionem, titulo videlicet contritionis, et virtute Sacramenti; cum tamen quando accedit attritus dumtaxat eam recipiat ex opere operato, eo tamen majorem, quo intentior fuerit attritio; quo enim major fuerit dispositio intra Sacramentum, eo ex opere operato majorem Sacramenta conferunt gratiam. Si autem contigerit, ut evenire potest, extra Sacramentum erumpere hominem in contritionem ferventissimam, et alterum attritione remissa Sacramentaliter absolvi; in hoc eventu contritus præferendus est, Utpote ex opere operantis recipiens gratiam intentiorem ea, quæ debetur ex opere operato çum attritione remissa accedenti ad Sacramentum,. Quoniam Sacramenta semel atque causent proprium effectum, est ad instar causæ naturalis, quæ illum communicat juxta majorem, vel minorem dispositionem subjecti. Quare comparatio supra illata intelligi debet cæteris paribus, non vero quando paria non sunt, ut in hoc casu, Quod ideo corollarie appinximus, ut innotescat quantum intersit peccatori, quoties accesserit ad hoc Sacramentum (et eadem est de aliis ratio) conari ad majorem dispositionem : ne forte fisus in eo, quod Sacramenta ex opere operato causent gratiam, se ferventius disponere negligat, et non fructum, quem posset, e Sacramento percipiat,

Tertiam meauja».

247. Arguitur tertio. Nam Pœnitentiæ præceptum solum posset obligare ex natura rei, vel propter instaurandam voluntatis rectitudinem, vel propter satisfactionem Deo exhibendam : ex nullo illorum capite obligat ex natura rei : ergo non est præceptum naturale. Probatur Minor, cui soli inesse potest difficultas : etenim ad ordinationem voluntatis, ©jusque rectitudinem sufficit cessasse a peccatis, et novam vitam inchoasse cum proposito deinceps recta operandi ; sicut enim pravi habitus acquiruntur actibus sibi propriis, ita deslruuntur actibus contrariis, et generantur virln. tes; quin ex vi hujus amplius quid agere teneatur homo juxta illud : *Declina a mslo, ei fac bonum :* ergo ex primo capite non tenetur homo præcepto naturali Pœnitentiæ. Nec etiam obligatur ex onere satisfaciendi : tum quia cui est impossibilis satisfactio condigna, est impossibilis obligatio satisfaciendi ; nam ad impossibile nemo tenetur : sed homini est impossibilis condigna satisfactio pro peccato mortali, ut ex communi doctrina Theologorum tract, ds Incarnatione debet supponi : ergo non tenetur naturaliter ad aliam. Tum etiam (et sequitur ex præcedenti' quia nulla hominis satisfactio obligat Deum ex justitia ad eam acceptandam ; sed eo ipso quod sit deficiens, potest illam respuere, et erga hominem ut ipsi inimicum, et exosum se gerere : quocirca recurrere necesse est ad spontaneam, et omnino liberam Dei acceptationem. 8ed acceptatio ita vel est ipsa lex positiva lata a Deo, vel illam in ipso supponit. Ergo obligatio prædicti præcepü necessario supponit legem positivam, ex qua proinde obligat, et non ex lege naturali.

Respondetur hoc argumento simul probari nulla lege naturali teneri hominem ad Pœnitentiam in communi, nec imperfectam, nec perfectam : quod tamen est falsum, et contra authorem sententiæ impugnatæ, non negantem, qnin supponentem ut per se notum, teneri hominem lapsum in peccato ad aliquem satisfactionis modum in generali, et hoc ex lege natarali; quamvis ad actum contritionis solam obligetur ex lege positiva. Unde vel inconsequenter arguit, vel suo argumento nihil probat, ut consequenti consideratione redditur manifestum. Quippe tota ratio excludendi contritionem a jure naturali, et juri positivo eam subigendi est, quia ejus satisfactio utpote deficiens non obligat, nec obligare valet ad eam ex parte Dei acceptandam : sed hoc etiam competit Pœnitentiæ in communi, quæ homini est possibilis; nulla namque puræ creaturæ Pœnitentia, aut satisfactio est condigna, aut æqualis pro offensa : nulla ergo pœnitentia, aut satisfactio erit ex jure naturali Deo pro peccato debita. Vel si aliqua ex praedicto

Rtsa H.

prædicto jure consurgit obligatio ad deficienter saltem in communi satisfaciendum ; nulla est ratio extrahendi ab eodem jure contritionem, quia deficiens sit in ratione satisfactionis. Quo discursu convulsa manet doctrina Suarez idem reipsa asserentis.

f.S«r. Unde ad argumentum in forma concessa Majori, neganda est Minor, quoad utramque partem, quia ex eodem jure tenetur homo totum studium impendere in rectitudinem propriæ, ac deordinatæ voluntatis, et vitæ retro actæ detestationem cum proposito in posterum non peccandi ; quippe totum hoc est necessarium ad perfectam contritionem, ut docet Trident, loco supra citato cap. 4. Ad primæ partis probationem constat ex supra dictis ad confirmationem primi argumenti hujus sententiæ : nam licet deordinatio ex parte voluntatis proxime ab actibus virtutum, emendari possit, et ex hac parte non sit necessaria satisfactio : quia tamen ad illos actus præsupponi debet contritio, sicut et justificatio, sine qua· nequit voluntas ad pristinam reduci rectitudinem ; idcirco adhuc ex hoc capite consurgit obligatio contritionis, licet non in ratione satisfactionis, bene tamen in ratione dispositionis physicæ, et naturalis gratiæ, qua media expeditur homo et vires accipit ad incumbendum rectitudini bonorum operum pro fine supernaturali obtinendo.

Sed quia ultra illum deordinationem superest reparanda injuria Dei; adhuc est titulus exigendi ipsam contritionem in ratione satisfactionis pro illa, ad eamque tenetur homo ex jure naturali satisfaciendi læsionem a se injuste illatam : quippe non aliam, aut majorem, aut meliorem ex sua specie potest exhibere. Cum ergo ex jure naturali, ut adversarii docent, ad aliquam teneatur, manifeste sequitur esse hanc, et non aliam. Et ad hujus improbationem respondetur, quod licet Deus non teneatur ad acceptandam nostram satisfactionem quia imperfectam, vel quia aliis innumeris titulis debitam, non inde confitur a jure naturali deobligari hominem ab exhibenda qualicumque, vel imperfecta compensatione. Aliud quippe est adhuc in humanis debitorem teneri ex justitia naturali ad utcumque solvendum ; aliud vero creditorem teneri ad solutionem inæqualem acceptandam. Et primum bene stat, absque secundo, et potiori jure tenere debet respectu Dei, supremi Domini. Quare acceptationem divinam asserere legem positivarn , vel Jegi positivæ adjunctam pro exigentia contritionis, est tam falsum, quam voluntarium ; cum sit pura Dei gratia, et supponat ex parte hominis obligationem naturalem eam exhibendi, ut constat in cultu Religionis naturaliter Deo debito; cum tamen esse Deo acceptum non sit ex ipsa Religionis lege, sed ex Dei benignitate. Cui accedit divina promissio de acceptatione bonorum operum ex gratia factorum, qua certificantur homines de Dei complacentia. Et quoad actus Pœnitentiæ vel ex eo satis liquet, omissis aliis, quod legimus Ezech. 23 : *Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua.* Et paulo inferius : *Si autem dixero impio : Morte morieris : et egerit pœnitentiam a peccato suo : in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injustum, vita vivet, et non morietur.* Quare promissio ista, si aliqua lex est, solum est acceptandi ex parte Dei, quamque sibi ipsi, ut ita dicamus, imponit; non vero est lex exigendi pœnitentiam, sed eam supponit. Ezec.23.

248. Quarto arguitur. Omnia pfæcepta naturalia vel formaliter, vel saltem virtualiter continentur in præceptis Decalogi, ad eaque ut conclusiones ad sua principia revocantur, quoties in ipso Decalogo non exprimuntur. Sed præceptum Pœnitentiæ non continetur expresse, et formaliter in Decalogo ut liquet, nec ad aliquod ex illis potest reduci : ergo non est præceptum naturale, sed positivum. Caetera constant præter Minorem quoad secundam partem, quæ sic probatur : nam præcepta Decalogi sive ad primam, sive ad secundam tabulam pertineant, solum continent illa præcepta, quæ veluti conclusiones ex illis legitime possunt deduci : non autem ex aliquo illorum deduci potest legitime obligatio contritionis; licet colligatur obligatio pœnitendi, ut per singula, discurrenti constabit : ergo solum obligatio pœnitendi, non vero contritionis cadit sub jure naturali. Arguitur 4.

Ad hoc argumentum respondet Vega lib. 13, in Concil. cap. 19, præceptum contritionis reduci ad quintum Decalogi præceptum de non occidendo, quo jubemur non solum alienæ sed etiam propriæ vitæ consulere non solum corporaliter, sed et maxime spiritualiter : qui autem peccat, se ipsum spiritualiter interficit, cum peccatum sit mors spiritualis animæ. Prima solutio. Vega.

Hæc tamen solutio communiter displicet aliis Theologis, et merito : est enim ut Displicet.

inquit Nuno, nimis metaphorica allusio spiritualis mortis ad corporalem, quæ sola inter licta est il o quinto præcepto : nam mors spiritualis cujuslibet alterius ex novem præceptis violationi impenditur : quocirca hac ratione posset etiam ad sextum. et nonum præceptum reduci, ut constat ex toto Oseæ libro, ubi sub fornicationis, et adulterii metaphora peccata populi describuntur, et sic de cæteris.

Ad hæc. Pœnitentia non est hominis ad se ipsum, sed hominis ad Deum, cui proinde, et non ipsi homini exhibetur satisfactio : ergo præceptum Pœnitentiæ subigi debet alicui praecepto. quo inspiciatur Deus, quod non competit quinto, in quo immediate solum prospicitur vitæ proximi. Adde secundo, quintum præceptum esse negativum, in quod subinde nequit affirmativum pœnitendi revocari.

Alia solutio ex P. Soa rex.

Aliorum solutio est, præceptum Pœnitentiæ radicaliter contineri in præcepto charitatis, quod nullus negat ; quippe hoc modo omnia alia præcepta in charitate, a qua tota lex pendet, et Prophetæ, tanquam in radice omnis justitiæ contineri debent, subindeque ex isto capite ad præceptum charitatis reduci possunt. Propterea addit hæc solutio Çquæ fuit Suarez disp. 15, sect. 3, n. 14, in fine), hoc præceptum formaliter esse legem quandam justitiæ naturalis, quæ reduci potest ad præceptum colendi, et honorandi Deum.

Jinpn-gûaiur.

Sed nec hoc est veritati consonum. Qua enim ratione reducitur ad præceptum religionis, posset similiter ad præceptum obedientiæ : sicut enim peccato læditur divinus honor, ita etiam ejus obedientia, ac subjectio violatur : nec minus consulitur supremæ legislatoris potentiæ poenitendo, quam honori divino ; ergo eadem prorsus ratione, qua hoc præceptum revocatur ad religionem formaliter, potest, et debet redigi in obedientiam,

Rursus. Titulus Religionis est adæquate diversus a titulo Pœnitentiæ, nec ille est radix, aut principium istius : ergo obligatio ad poenitendum inepte subigitur oneri colendi Deum. Patet Consequentia : nam sicut conclusiones reduci nequeunt, nisi ad principia, in quibus specialiter continentur tanquam in sua causa, ita et præcepta naturalia non debent devolvi, nisi ad præcepta illa Decalogi, in quibus aliquo vero, et speciali modo continentur; alioqui enim quodlibet in quodlibet reduceretur. Antecedens vero constat ex sæpius repetito principio D. Thomæ in 4, dist. I i, q. l.D.n». art. I. quæstiun. 5, quod aliter fiat homo Deo debitor ex ab ipso acceptis, quod pertinet ad Religionem, et aliter ex ab ipso ablatis, quod convenit Pœnitentiæ, et primum non infert secundum ; quantumvis enim nunquam fuissent, nec essent peccata, adhuc esset superstes Religionis coitus, ut liquet in Angelis, et in Christo, in quibus viget obligatio Deum et honorandi, et colendi absque titulo, et obligatione satisfaciendi : non ergo hujus pnecpptum bene in illud diversum, et minime huic annexum revocatur.

Præterea, si ut asseritur in solutione, et bene, præceptum Pœnitentiæ formaliter est quædam lex naturalis justitiæ, debet assignari ratio, quare formaliter, et immediate non devolvatur in ipsum præceptum naturale justitiæ, et detorqueri in Religionem debeat, exclusa justitia. Quod tamen in hac solutione non præstatur. Nisi eo indicari velit præceptum religionis non esse distinctum a præcepto Pœnitentiæ, et e contra. Quod est falsius, cum sint divers» virtutis, ut probatum reliquimus.

Alix solatis a P. Vu?-

249. Tandem Vasquez q. 86, art. 2, dub. 2 et 3, affirmat hoc præceptum Pœnitentiæ re ipsa coincidere cum præcepto charitatis, et ad illud immediate reduci; eo quod actus specialis Pœnitentiæ ut importans specialem voluntatem compensandi, quo solum pacto est actus Pœnitentiæ, nec est necessarius ad salutem, nec cadit sub speciali præcepto. 'Odium vero peccati ut est Dei offensa, est actus charitatis, et ex hac tenemur ad diligendum Deum, et ad quærendam ejus amicitiam, qua post peccatum ipsi reconciliemur.

Rejicta

Hæc tamen doctrina supra rejecta est; nam eo ipso, quod Pœnitentia est virtus adæquate distincta a charitate. cadere debet ejus actus sub speciali præcepto, ut nos docuit D. Thomas, et ratione ipsa convincitur. Nec est verius objectum Pœnitentiæ non esse peccatum sub ratione offensæ, ut constat ex dictis dnb. 2 hujus disputationis, ubi efficaciter ex D. Thoma id probavimus. Deviat tandem a veritate in eo, quod adstruit actum proprium Pœnitentiæ non esse ad salutem (saltem per se loquendo, dum adest peccati memoria) necessarium. Cujus oppositum satis clare, et efficaciter demonstrant Scripturæ, et Patrum testimonia supra allegata : et quidem si ita non esset, minus vere, nec bene consone Vasquez docuisset contra Joan.

Joan, do Medina Pœnitentiam cadere sub juro naturali. Sub quo certum est non cadoro ea quæ sunt consilii, el supererogationis, sed tantummodo ea quæ sunt simpliciter ad salutem necessaria. Præterea non bone asseruisset num. 3, omnino falsam esse illius Authoris sententiam, quia nec prædiclus Author, nec alius quis ausus fuit negare charitatis præceptum sub jure naturali contentum; quare dissidium solum versatur circa actum proprium Pœnitentiæ, ut est ab ipsa, elnon a charitate, et hunc tenuit Medina sub præcepto positivo tantummodo comprehendi ; cum tamen P. Vasquez sub nullo contineri doceat. Si ergo omnino falsam existimavit illius sententiam, eodem vitio laborat propria, ntpote magis a vero devians.

b«-5- icf--:· u ¨ m.

Praeterquam quod non facile apparet, qua consequentia dub. 2, nuper allegato, n. 3, hæc asseruerit : *Necessario existimo dicendum actum Pœnitentiæ non tantum esse medium, eo modo quo explicavimus, sed etiam esse in præcepto, et illam omittere tempore debito erit peccatum speciale contra specialis virtutis præceptum.* Cum tamen dub. sequenti immediato, quod ' est tertium, num. 13, § *est ergo,* peccatum impoenitenti® constituat, non in omissione remedii ad salutem necessarii, ut videbatur consequens, supposito, ut supponit, virtutis specialis præcepto pro remedio salutis. Sed peccatum illud impœnitentiæ constituit in omissione reconciliationis, et amiciliæ Dei, quæ quidem omissio non opponitur actui Pœnitentiæ immediate, sed actui charitatis, cujus est omissio. Hæc sane inconsequentia videntur. Quocirca vel debuit negare non esse speciale præceptum de Pœnitentia, prout est virtus specialis, quod diserte affirmat in relatis ejus formalibus verbis : vel tenebatur asserere actum compensandi offensam, qui est actus proprius Pœnitentiæ esse sub præcepto, subindeque necessarium. Cum autem non cadat sub præcepto positivo, ut ipsemet defendit contra Joannem de Medina, cujus sententiam existimat omnino falsam num. 3, dub. 2 sequitur necessario debere ad jus naturale reduci ; non ea tantum ratione, qua præceptum charitatis juris est naturalis, sed et maxime quia præceptum speciale specialis Pœnitentiæ ^li-ad idem jus pertinere debet.

ksjas

250. Porro ad radicitus evellendam hujus authoris in hac parte doctrinam, «anu quod supra § 2, num. 213, hujus dubii in hunc locum remisimus, sufficiat in medium adducere rationem I). Thomæ 1,2, quæst. 100, art. 2, ubi interrogat: *Utrum præcepla naturalis legis sint de omnibus actibus virtutum,* et præmissa distinctione virtutum humanarum, seu civilium, a divinis, seu supernaturalibus, ita de istis loquitur : *Homo autem Deo conjungitur ratione, sive mente, in qua est Dei imago : el ideo lex divina præcepta proponit de omnibus illis, per quæ ratio hominis bene ordinata est : hoc autem contingit per actus omnium virtutum. Nam virtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in se ipsis ; virtutes autem morales ordinant bene actus rationis circa interiores passiones, el exteriores operationes. Et ideo manifestum est, quod lex divina convenienter proponit præcepta de actibus omnium virtutum.* Quæ ratio non 'tantum evincit existentiam specialis præcepti pro qualibet speciali virtute (alias non plura, sed unicum præceptum statuisset S. Doctor ; semel vero atque pro una adstruatur, debet admitti pro qualibet particulari ; cum non sit specialis ratio, qua pro una militet, et non teneat in alia) verum et manifestat præceptorum convenientiam, ut scilicet homo recte sit ordinatus ad Deum in necessariis ad salutem. Inter quæ solum agnoscit discrimen § v expensum, quod quædam virtutes sunt simpliciter ad salutem necessariae, et de his est.præceptum pro qualibet illarum; quædam vero ad melius esse, de quibus est dumtaxat consilium. Unde subjungit immediate : *Ita tamen, quod quædam, sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, observari non potest, cadunt sub obligatione præcepti; quædam vero, quæ pertinent ad bene esse virtutis perfeclæ, cadunt sub admonitione consilii.* Ex qua doctrina colligitur tam verum esse quemlibet actum virtutis specialis cadere sub speciali præcepto distincto ab aliis, quam verum sit nullum actum consilii sub præcepto contineri. Unde qui docuerit Pœnitentiam esse virtutem specialem ab omnibus aliis diversam, ut docuisse vidimus prædictos authores ; vel negare debet expressam, et claram D. Thomæ sententiam, vel debet affirmare ejos actum sub præcepto naturali comprehendi. Gum autem ex eodem S. Doctore insuper clare liqueat actum contritionis esse actum proprium virtutis Pœnitentiæ, nec ad cbaritatem, aut alias virtutes proxime, et immediate, nisi ut ad imperantes, et dirigentes, perlinere posse,

D.Tbom.

D.Thotn.

ut evidenter ostendunt testimonia iu hac disputatione relata; necessario consequitur aliud esse præceptum charitatis a præcepto contritionis. Unde solum explicanium superest, ad quodnam ex præceptis Decalogi debeat reduci, ut ad sui radicem, juxta
D.Tbom. id quod de aliis præceptis docet D. Thomas 1, 2, quæst 100, art. 3 el 11, in quibus explicatur doctrina argumenti.

solatio *Rejectis igitur his, et* aliis solutionibus omissis, quibus argumentum facile interminabile re Iditur, vera illius enodatio est, quam tradunt ex discipulis D. Thomæ Cano, uterque Soto, Nuno, Arauxo, Gonet, et alii plures, videlicet præceptum Pœnitentiæ. quæ est potentialis justitia, ut supra ostendimus, immediato ad præceptum justitiæ erga Deum pertinere : et quia præceptum justitiæ erga Deum remote tandem, ac radicaliter reducitur ad primum Decalogi præceptum a quo ortum ducit, idcirco præceptum naturale Pœnitentiæ continetur in hoc sensu sub primo Decalogi præcepto. Et ratio est : nam in eo quod Deus sit super omnia-diligendus, fundatur nullam illi injuriam esse irrogandam, eamque semel illatam fore faciendam actu aliquo de se in id ordinato : sicut ex eo quod proximus, sicut nos ipsi sit diligendus, colligitur non illi aliquam injuriam esse inferendam, juxta illud primum principium. *Quod libi fieri non* tis, *alteri ne feceris :* quocirca si aliqua inuri proximum contigerit, ex lege immediata justitiæ, in lege tamen charitatis fundata, tenemur ad compensandam, et resarciendam injuriam. Et eadem ratio est hominis ad Deum, ubi splendet major charitatis obligatio, et consequenter strictior justitiæ ratio ad exigendam nostram qualemcumque satisfactionem. Unde ad formam argumenti, negatur Minor quoad secundam ejus partem, et ad hujus probationem constat ex modo dictis, quomodo præceptum justitiæ supponat obligationem charitatis, quæ est omnium prima, et aliarum obligationum radix ; quocirca præcepta fidei, et spei in omni sententia, et ob eandem rationem in primum etiam Decalogi præceptum reduci debent. Sed ut prædicti præcepti radicem omnimodam aperiamus, sit

§ V1U.

Quoi sinl obligationis capita in prxceplo Panilenliæ.

25 i. Occasione ex tradita solutione Pπκφ sumpta, non immerito, nec abs ro posset α",5ι· quis dubitare, an obligatio prædicti præ·· cepti oriatur unice ex motivo satisfaciendi; vel supersint alia hoc motivum comitantia, et ad pœnitentiam inducentia? Et quia res est, non tam discussione longa, quam explicatione indigens, breviter eam absolvemus. Convenit itaque inter Doctores, tam intra, quam extra scholam D. Thomæ: quos refert et sequitur Martinez de Prado, Pnfc. in præsenti quæst. 2, de Necessitate contritionis dub. I, § 4, præceptum contritionis obligare non solum titulo justitiæ erga Deum, cui fieri debet satisfactio, sed etiam ex aliis capitibus. Ex quorum quolibet specialis desumitur ratio pro existentia præcepti naturalis Pœnitentiæ. Primum Pπεε. ergo caput est charitatis, non tantum qua Deum tenemur diligere, de quo supra; sed qua homo seipsum diligere debet, et prospicere bono proprio non tantum corporis sed et maxime animæ : sed peccator non potest consulere bono spirituali proprio, nisi media contritione, qua resurgit a morte peccati ad vitam spiritualem gratiæ : ergo non solum ex justitia, et charitate ad Deum, sed etiam ex charitate ad seipsum tenetur ex jure naturali ad contritionem. Si enim amicabilia ad alterum teste Philosopho, ortum debent ducere ex amicabilibus ad se, et charitas bene ordinata incipit a se ipsa, ut est commune proloquium ; non cohæret multoties teneri hominem ad alteri ex charitate subveniendum, in gravi, et urgenti periculo vel corporis, vel animæ et non ex eadem radice teneri ad sibimet succurrendum in æquali periculo ejusdem mortis spiritualis.

Et sane mirum esset hominem ad alterius salutem vel reparandam, vel servandam ex præcepto fraternæ charitatis obligari, et deobligatum mansisse ad idem pro ipso ex eadem charitate : et quod teneat principium illud juris Canonici ju cap. I, 83, dist : *Mortem enim languentibus* aacait· *probatur infligere, qui hanc, cum potest, non excludit;* quin circa seipsa non currat eadem obligatio, cum scriptum sit : *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.*

inr. Quocirca tract, de charitate disp. 3, dub. unico, % 3, consect. 2, n. 20, cum communi Theologorum doctrina statuimus ex charitale magis teneri hominem ad seipsum diligendum, quam proximum : quippe mensura diligendi alterum est pro-
fai-. pria dilectio juxta illud Matth. 22 : *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum ;* ergo ex eadem provenit radice, quod teneatur ad poenitendum.

San-ta. 252. Secundum caput ex quo homo post peccatum devincitur ad contritionem, ortum ducit ex misericordia circa seipsum,
Ko. ut constat ex illo Ecclesiast. 30 ; *Miserere animæ luæ placens Deo, el contine, el congrega cor tuum in sanctitate.* Gum enim ex peccatu mortali innumera mala homini obveniant, tam intrinseca, quam extrinseca, quæ enumerare vix potest humana ratio : et de pristino gratiæ statu in hunc miserrimum se dejectum ob peccatum agnoscat homo, nequit non, si sui est compos, ex hac sui miseria excitari ad quærendum pœnitentiæ remedium, quo solo amissa dona potest restaurare, et a laqueis, quibus est irretitus, se expedire. Unde
Mta. D. Thomas art. 5 ad 2 superioris quæstionis, inquit : *Requirit etiam ipsa misericordia, ut homo subveniat poenitendo suæ miseriæ, quam per peccatum incurrit.*

li-o a Eχ quibus sic formatur ratio, qua convincitur hominem ex misericordia ad seipsum teneri ad pœnitentiam. Nam lege naturali misericordiæ tenetur homo ad subveniendum pauperi graviter indigenti, in illo ordine, in quo urgeat necessitas, si ex tali opere, æquale, aut gravius damnum ipse non patiatur : sed homo sub peccato constitutus gravissime indiget, cum sit in summa omnium miseria, quæ in hac vita esse possunt : ergo illi subveniendum est meliori modo quo sit possibile, dummodo nullum inde consurgat nocumentum, quod non suboriri est manifestum. Melior autem imo et unicus modus subveniendi est Pœnitentia. Ergo ad hanc tenetur homo ex lege misericordiæ ad seipsum ; prior enim titulus est sui ipsius, quam
D.Ab-ri£!. aliorum, miserandi. Quo respiciens D. Augustinus lib. 21 de Civit. Dei, cap. 27, ita intulit : *Qui ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas facere incipiat a se ipso. Indignum enim est ut in se non faciat, qui facit in proximum.* Nec dissi-
D.Grt-fW' milis fuit sententia D. Gregorii lib. 19 Moral, cap. 20 : *Scriptum* (inquit) *est enim miserere animæ luæ placens Deo. Qui ergo misereri vult proximo, a se trahat necesse est originem miserendi. Scriptum est enim, diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Quomodo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc injuste vivendo fil impius sibi etiam ipsi.* Undo necessario consequitur ex eadem lege misericordiae, qua quis alteri suffragari tenetur in gravi animæ, aut corporis periculo, teneri, et sibi ipsi subvenire in eodem periculo laboranti. Manet ergo perspicuum constringi hominem post peccatum præcepto Pœnitentiæ ex his quatuor præcipue capitibus, nimirum ex titulo justitiæ, charitatis erga Deum, charitatis erga se ipsum, et misericordiæ, quidquid sit de aliis, quæ nec excludimus, nec assignamus, ne in longum abire videamur.

Duo in contrariam militantia. Primum.

253. Sunt tamen duo enodanda, quæ assertam veritatem obnubilare videntur. Primum est repugnantia in odjecto. Nam unicus actus nequit nisi sub unico motivo elici a virtute : sed actus Pœnitentiæ, ad quem ex jure naturali tenetur homo, est unicus, et indivisibilis actus : ergo nequit a Pœnitentia elici, nisi sub unico, et sibi proprio motivo, quod est justitiæ, non vero charitatis, aut misericordiæ. Minor constat, si quidem contritio est unicus actus in specie athoma.

Confirm

Et confirmatur. Nam vel ea plura motiva assignata concurrunt per modum unius, vel per modum plurium. Neutrum potest affirmari : ergo non datur, nisi unicum motivum illius præcepti. Probatur Minor : quoniam si ut plura se haberent, necessario inferrent pluralitatem actuum, hi quippe multiplicantur ad multitudinem motivorum, ut ex se, et inductione constat. Si vero concurrunt ut unum, jam non sunt plura motiva, sed unum; quia ubi sunt plura propter unum, non tam dicenda sunt plura, quam unum, ut est satis notum principium a D. Thoma non semel inculcatum. Et hoc posito adhuc restat explicandum quodnam sit illud unicum motivum, quæve illa ratio, in qua adunantur, et sub qua indivisibiliter obligant ex eodem jure naturali ad contritionem.

Secun-dum.

Secundum quod obstare videtur, desumitur ex inconvenienti, quod sequitur ex tot motivis assignatis, nimirum quoties omittitur actus præceptus Pœnitentiæ, plura peccata committi ; siquidem violato Pœnitentiæ præcepto, omnia illa motiva simul violari necesse est : ergo et quod committantur diversa peccata, nedum numero, sed specie diversa. Probatur Gonse-

quentia : quia peccata multiplicantur ad multiplicationem præceptorum ex parte motivorum ; ita quod si præceptorum motiva sint diversa, diversa etiam sint peccata, ut ex communi sententia docuimus tract. 13 de Peccatis disp. 8, dub. 2; sed in nostro casu tam motiva, quam præcepta sunt diversa; quippe aliud præceptum, et motivum est præceptum, et motivum justitiæ a præcepto, et motivo vel charitatis, vel misericordiæ, et concernunt distinctas specie virtutes.

Objecta diStun °' °best·

254. Neutra tamen harum objectionum distinguendo Majorem : Nequit elici, nisi sub unico motivo proxime, et immediate, conceditur : mediate, et remote, negatur; et concessa Minore, sub eadem distinctione concedenda, et neganda est Consequentia. Ex quo nihil sequitur contra nos : quia sicut non inconvenit eundemmet actum contritionis elici a Pœnitentia ex motivo sibi proprio justitiæ, seu compensationis, et simul ex motivo remoto et mediato dilectionis Dei, a qua imperatur, ut est doc- D.Thom. trina expressa D. Thomæ art. 1, hujus quæstionis sol. ad 1, ita bene cohæret ipsammet contritionem oriri immediate a Pœnitentia ex motivo resarciendi injuriam divinam, et simul ex aliis motivis et charitatis, et misericordiæ in seipsum. Et ratio est eadem utrobique : quia virtus imperata procedit ex motivo imperantis, et ex motivo sibi proprio, et coUimat ut in scopum in duplicem finem, et proprium, et a virtute superiori exactum ; ita tamen quod finis proprius est sibi intrinsecus utpote propria virtute attactus; alter vero est veluti alienus, et quasi extraneus, quocirca dicitur, et est, mediatus, et remotus; eo quod non illum attingit virtus, nisi medio proprio actu, et consequenter media attingentia proprii objecti, aut finis : non enim extrahitur virtus a propria specie, per hoc quod ab una, vel pluribus virtutibus imperetur. Sicut ergo inter virtutem Pœnitentiæ, et charitatem talis repetitur connexio, quod sint inseparabiles ex natura rei, ut supra statuimus cum D. Thoma, ideoque nequit salvari actus contritionis, qui non supponat charitatem, ejus actum, et çimul imperium; quin hoc sit inconveniens, vel absurdum ; sed potius id virtutes, et earum actus necessario sibi vindicant, ac jure postulant. Haud dissimiliter semper atque homo eliciat actum contritionis, ex parte ipsius operis procedit ex motivo charitatis, nec non misericordia ad so ipsum.

Diximus, *ex parte ipsius operis,* ut exeluderemus finem operantis quia non seniper est necessarium, quod reflexe advertat ad obligationem, seu titulum charitatis, aut misericordiæ erga se ipsum : sed sufficit attingentia exercita ad finem proximum compensationis, sub imperio charitatis ad Deum in quo virtualiter continetur amor sui ipsius, et proximi. Videatur D. Tho-D.TUe, mas 2, 2, q. 4, art. 3, ubi docet unum actum a diversis habitibus informari posse, et consequenter ad diversas species ordine quodam reduci.

Ad confirmationem respondetur motiva f» si. illa esse quidem plura, sed ordinem inter “M*: se habentia, quod est esse subordinate. juîio b. Nam primum eorum, et universalius, et perfectius est Deus super omnia diligendus, a quo ortum ducit obligatio satisfactionem ipsi læso exhibendi, et bono proprio animæ ex charitate, et misericordia consulendi media satisfactione Deo exhibita : quippe illa non tantum cedit in bonum, ut ita dicamus, Dei, sed etiam in utilitatem propriam. Unde non sunt plura, ut plura, quo solum pacto exigerent diversos .actus, sed plura subordinata, et quæ in eundem compensationis scopum collimant ex diversis capitibus uni ultimo, et supremo subordinatis. Consulatur D. Thomas i, 2, D.Tta. quæst. 17, art. 4, ubi explicat qualiter actus imperans, et imperatus sint unum, vel plura.

255. Ad secundum inconveniens negatur sequela : quia per se loquendo, dum Diniw “Aurget præceptum Pœnitentiæ, et violatur per omissionem, solum committitur unicum peccatum impœnitentiæ formalis, ut supra diximus. Nec hujus oppositum suadetur inducta probatione, aut doctrina ia ea allegata ex dictis loco ibi citato. Tum quia sola diversitas præceptorum non sufficit ad diversificanda peccata, ut ibi statuimus g 1, num. 26; sed requiritur diversitas ex parte rei præceptæ, ut expendimus in secunda illius dubii assertione num. 28. In præsenti autem non est diversitas ex parte rei præceptæ, cum sit idem indivisus contritionis actus, in cujus elicientiam omnia illa motiva conspirant cum subordinatione indicata. Tum etiam, quoniam, ut ibi in fine illius paragraph! observavimus, peccata non multiplicantur penes motiva adhuc intrinseca, nisi quando immediate, et proxime proceditur contra illa motiva :

motiva; secus vero quando solum immediato violatur unicum præceptum, et mediate aliud, ut constat inductione ; alioqui enim in quolibet peccato committeretur peccatum inobedientiæ formalis, et sic de reliquis virtutibus, contra quas mediate, et indirecte agitur peccando ; nec aliquis esset actus peccaminosus, qui non esset specialiter contra charitatem ; cum constet eam quolibet peccato mortali amitti, et contra ejus præceptum mediate, et indirecte procedi, cujus oppositum debet esse certum. Quamvis ergo actus Pœnitentiæ a pluribus virtutibus imperari possit; non idcirco quoties violatur ejus præceptum, tot peccata committuntur per se loquendo, quod esse poterant præcepta illum imperantia : quia sicut ille actus non habet adhuc a pluribus illis virtutibus imperatus, nisi unicum, et formale motivum proximum, ex quo elicitur, cæteris extrinsece, et mediate se habentibus : ita omissio prædicti actus non opponitur directe, et formaliter, nisi actui, cujus est omissio; cæteris vero solum ex consequenti, et mediate. Unde solum contrahit specialem ex speciali oppositione ad propriam virtutem.

Oter- 256·. Ut vero solutionem utriusque objectionis, quam licet non ita expensam, tradidere Nuno, et Magister Cano, quem refert, et sequitur Martinez de Prado, ubi supra, et scitu dignam pro aliis materiis arbitramur, altius callere possit Lector, animadvertere necesse est aliud esse diversas radices ejusdem præcepti, et aliud diversa formaliter præcepta ; stat enim unum sine alio, ut liquet in præcepto Religionis, quo constringimur ad Deo præstandum cultum, et quia supremus Dominus, et quia beneficus, et quia excellens supra modum in omni perfectione ; quod præceptum tamen unicum est, et tituli innumeri. Quamobrem dum violatur præceptum Religionis, non multiplicantur peccata juxta numerum titulorum, ex quibus a nobis cultum extorquet, sed unum tantummodo perpetrari certissimum est. Quamvis ergo ut devinciamur ad poenitendum sint plures tituli, ex quibus oriatur unica, et indivisibilis obligatio ; non tamen consurgit nisi unicum, et indivisibile jus, et consequenter unicum dumtaxat præceptum.

h'fn Cujus, si velis, ulteriorem rationem, duplex est. Prima, quam tradidimus loco in prima objectione citato § 3, n. 39, quoniam pro materia propria unius indivis® virtutis, non plura, sed unicum præceptum affirmativum debet dari : sed materia propria præcepti affirmativi Pœnitentiæ est actus contritionis ex charitate faciendus ; super hanc enim cadit immediate hujusmodi præceptum : non est ergo nisi unicum, et indivisibile. Majorem expendimus, et probavimus in prædicto loco ab exemplo omnium aliarum virtutum, de quorum actibus non datur, nec hactenus est assignatum, nisi unicum, et naturale præceptum affirmativum. Quod verum est non solum in præceptis virtutum Theologalium, sed etiam tenet respectu virtutis infusæ, et acquisitæ, de quibus non datur duplex præceptum, sed unicum, quod supposita elevatione, et notitia illius sufficienter adimpletur mediis actibus supernaturalibus ; quin ad horum præsentiam sint necessarii actus pure naturales. Quia vero contingit ignorantia, aut nescientia elevationis supernaturalis, ob quam communiter Theologi cum D. Thoma dari docent in fideles negative, in his viget obligatio actuum naturalium, et ad minus tenentur ad diligendum Deum authorem naturæ dilectione pure naturali, de qua obligatione redduntur conscii ex ipso rationis dictamine. Ad quam tamen non obligantur per se primo illi, in quorum notitiam venit tum elevatio, tum auxiliorum divinorum promissio, sed satisfaciunt præcepto amori supernatural! studentes. Unde aliquæ objectiunculæ manent occlusæ, et ostenditur perspicue non plura, sed unicum Præceptum naturale consurgere ex omnibus illis titulis assignatis.

257. Nec inde inferas (ut aliam objectionem præcidamus) supposita elevatione præceptorum materiam, qui sunt virtutum actus, esse supernaturalem ; quia id solum est verum in virtutibus per se infusis, quæ non attingunt actus naturales, nisi ut regulatos lumine, seu ratione supernatural!; secus vero accidit virtutibus per se acquisitis, quarum materia, et actus sunt quid naturale, licet imperari possit a virtute supernatural!, et in proprium finem dirigi : et de facto ita accidit homini existent! in gratia, ut tract, de Merito late prosecuti sumus. Præoccupationes.

Nec hinc rursus inferas (ut alteri replicæ occurramus) duo hic esse præcepta, naturale, et supernaturale : quod esse videtur contra nuper in hac ratione dicta. Nam hæc illatio nulla est : siquidem illud idem præceptum, quod secundum se con-

cornit materiam, cl finem solum naturalis virtutis acquisitæ, atque ideo est præceptum naturale; ex directione virtutis infusæ se porrigit ad finem supernaturalem, et in hoc ordine etiam viget, ut constat ex supra dictis : et liquet in ipso actu virtutis acquisitæ, utputa temperanti», qui quidem ita procedit ab hujusmodi virtute, ut non positive excludat, quin admittit posse ordinari ad prædictum ordinem medio imperio virtutis infusæ. An vero idem dicendum sit de præceptis negativis in materia virtutum, quod non sit nisi unicum, constat ex dictis loco citato de peccatis, quæ recolenda sunt, cum toto illo dubio.

Nota. Addimus vero pro majori hujus replicæ præoccupaiione, quod licet admitteremus gratis duplex præceptum, alterum naturale pro actu virtutis*acquisitæ; aliud vero pro actu virtutis infusæ, nubum inde traheretur argumentum ad Pœnitentiam, et ratio disparitatis est perspicua ; quia licet virtus infusa, et acquisita versentur circa eamdem materiam materialiter sumptam, differunt vero quamplurimum in ea formaliter accepta ; nam materia v. g. Temperantiæ acquisitæ, est exempli gratia, cibus ut regulatus per prudentiam pure naturalem, et in ordine ad finem pure naturalem, sistendo ibi : materia vero temperanti» infusæ est ipse cibus ut cadens sub Prudentia supernatural!, et cum ordine ad eundem finem; inter quas materias nequit non esse formalis distinctio, quantumvis sit idem materialiter cibus. At vero in Pœnitentia non est nisi unica materia, nimirum actus contritionis, isque quoad substandam supernaturalis, ut ostendimus supra : et consequenter non est, aut esse potest, nisi unicam naturale præceptum ; ex diversis illis capitibus ejusdem ordinis.

Aliud resolutionis motivum. 258. Secunda ratio ad idem intentum est hujusmodi. Nam præcepta fundantur in necessitate, et conducentia actuum virtuosorum ex parte finis, non aliter consequendi, quam mediis illis. Quod vero prædicti actus imperentur vel non imperentur ab aliis virtutibus provenit ex ipsa connexione virtutum inter se, et hiec supponitur ad præceptum. Unde alia est ratio præcepti, et alia imperii. In cujus evidentius signum non desunt graves Theologi, quibus non arridet verum imperium unius virtutis in aliam, sed solum admittunt Metaphoricum, et ad summum morale; qui tamen negare non audent, nec possunt, præcepta naturalia pro actibus virtutum. Quod ergo actus Pœnitentiæ possit imperari a pluribus virtutibus, non infert sub pluribus cadere præceptis immediate, et consequenter neutiquam infertur in omissione Pœnitentiæ, plura, quam unum, peccata committi. Quandoquidem pro priori ad præceptum jam ex parte ipsius materi® præcedit exigentia imperii vel ab una, vel a pluribus virtutibus ; quocirca præceptum supervenit, et quasi format actum, et omnes ejus exigentias, et consequenter salvatur has esse in ordine ad plura, cum quibus sit connexio, et quod præcoptum superveniens sit unum, ut Pœnitentia est una, licet cadat supra plura peccata, quorum quodlibet terminare posset specialem Pœnitentiam, si ab aliis sejunctum reperiretur, ut non semel accidit separari.

Alii 259. Sed hinc vires colligit opposita sententia, et objicere potest : si nedum ex justitia, sed etiam ex charitate, et misericordia obligaretur homo ad Pœnitentiam in sensu explicato; conficeretur inde solo charitatis actu, vel misericordi», satisfecere hominem præcepto Pœnitentiæ. Consequens non cohæret cum hactenus dictis. Ergo vel falsa sunt, vel saltem erit falsum tot ex assignatis motivis concurrere ad obligationem Pœnitentiæ. Sequela Majoris probatur : nam quoties in uno, et eodem præcepto concurrunt diversa motiva, ex quolibet eorum atque actus præceptus mandetur execution!, adimpletur præceptum, ut patet : sed ad præceptum Poenitentiæ concurrunt motiva Charitatis, et misericordi» erga se ipsum : ergo ex quolibet harum virtutum motivo eliciatur actus Pœnitentiæ præceptus, adimplebitur præceptum Pœnitentiæ ; subindeque solo Charitatis, aut misericordiæ actu illi satisfaciet.

Ex quo rursus sequitur actum formalem, et expressum Pœnitentiæ, non esse sub præcepto naturali determinate; sed vage, et confuse. Quod, et nihil aliud intendisse videntur Joannes de Medina. Suarez, Vasquez, et alii supra impugnati. Hæc secunda subillatio constat ex prima : nam quoties aliquis actus solum exigitur confuse, indeterminate, et quasi vage ; nullus in particulari est determinate necessarius, et Consequentia a termino vago, et confuso ad determinatum est nulla vel apud ipsos Logic» Tyrones; et eadem ratio est de exigentia, seu obligatione præcepti, ut ex terminis liquet : ergo si vel Charitatis, vel misericordiæ

if

fx?«

misericordiæ actu erga se ipsum lit salis præcepto Pœnitentiæ; actus formalis, et expressus illius minimo erit necessarius nec necessitate modii, nec necessitate præ·
II cepti naturalis.

Non (inquam) obest, quod ita inferae,
*' sed magis deservit ad ostendendam veritatem doctrinæ, quam ad eam vel falsilatis, vel inconsequentiæ redarguendam. Undo
I negatur sequela, ut malo illata ex traditis
I principiis. Nam aliud est, quod Cbaritas
I ad Deum, et ad seipsum, necnon miseri-
I cordia sui ipsius ex proprio harum virtu-
! tum motivo, debeant concurrere imperando, et dirigendo Poenitentiam, ut se exerat in actum proprium ut a se ipsa
ı eliciendum ex motivo immediato compen-
! sandi, et satisfaciendi : aliud vero quod
ı ipsi actus vel Charitatis, vel misericordiæ
i soli sufficiant ad poenitendum, sive ut adimpleatur hujusmodi præceptum. Pri-
i mum est verum, et concedimus, ac conce-
I dunt non solum discipuli D. Thomæ, sed
' et exteri, ut est videre apud Arauxo in
* præsenti quæst. 86, art. 2, dub. 2, num. 16 referentem D. Bonavent. Ricard. Cordu-
£ bam, Vegam, imo et ipsum Suarez disp. 9, Mütsect. 1. Secundum vero est falsum, et omnino negandum ob supra facta argumenta. Si enim per unius virtutis actum, alterius virtutis præceptum affirmativum adimpleretur; et superfluerent plura præcepta, et hæc non fuissent imposita determinata pro actibus specialibus virtutum, quorum quodlibet est falsitati obnoxium. Quis enim neget, urgente præcepto justitiae, ei minime fieri satis obedientiæ, aut alterius virtutis actu? Et sic de reliquis. Et ratio a priori constat ex supradictis : nam præceptum Pœnitentiæ obligat ad satisfactionem ex parte creaturæ exhibendam, licet cum ordine ad Charitatem, et alia motiva extrinseca : actus aulem vel Charitatis, vel misericordiæ, aut cujuslibet alterius virtutis non importat rationem satisfactionis ex ipsa virtute, a qua mediate, et elicitive procedit; cousequenterque nec actus imperans : sed ut eam sortiantur rationem, debet intervenire Pœnitentia; cujus actum imperant, et habent pro objecto. Quare si prædictæ virtutes concernunt aliqualiter satisfactionem, solum est objective, et ut eliciendam a Pœnilentia, non vero elicitive, nisi prius ab ea imperentur. Et hoc modo per actus omnium virtutum satisfactionem præstare possumus, quatenus omnium virtutum exercitia trahuntur ad finem Pœnitentiæ ex ejusdem imperio. Sicut enim nullius virtutis actus aliquid Charitatis habet ex sua specie, sed emendicat ah eadem ex subordinatione ad ipsam, et ejus imperium, non ab aliam rationem, nisi quia ipsa est Charitas essentialiter; cæterivero virtutum actus participative : ita e converso quia Pœnitentia est sola justitia hominis ad Deum ad extinguenda peccata, nec aliæ virtutes, nec ipsa Charitas superinduunt satisfactionis rationem, nisi ex motivo Pœnitentiæ : sicut neque est vera Pœnitentia absque subordinatione ad Charitatem : ea quippe est virtutum annexio, et concatenatio, ut se mutuo foveant, et invicem pendeant.

Unde manet perspicua falsitas illationis factæ, et ejus probationes dirutæ sunt. Ad earum formam piætermissa Majori in sensu, quem verba sonant, quod ejusdem actus sint plura motiva, et quod nullum determinetur : a cujus examine abstinemus, distinguenda est Minor : *Concurrunt motiva charitatis, et misericordiæ, ut propria, et immediata ipsius Pœnilentiæ,* negatur, *ut extrinseca, el remota, ex subordinatione ad alias virtutes, quam nata est habere :* conceditur, et negatur Consequentia ob implicationem importatam : quia nequit Pœnitentia ex motivo alieno, et extraneo elicere actum proprium, quin prius, et immediatius attingat motivum intrinsecum; alioqui enim esset, et non esset actus Pœnitenliæ, ut consideranti constabit. Unde fallit secunda Consequentia, quia præcepto Pœnitentiæ nequit fieri satis solo actu Charitatis, sicut nec hujus præcepto solo Pœnitentiæ, aut alterius virtutis actu. Quod enim (ut latentem replicam obruamus) actu supernatural! naturale præceptum adimpleamus, provenit, ut supra diximus, et latius loco ibi citato de Peccatis expendimus, ex eo, quod præceptum naturale non urget ad præsentiam præcepti supernaturalis urgentis, sed supprimitur, et quasi consopitur minor obligatio ad præsentiam majoris. Et rursus est eadem materia ejusdem præcepti : et hoc non habet locum in casu objectionis, in quo est diversa materia ex diversis virtutibus regulanda. Hinc subversa est altera sequela priori annexa, utpote quæ procedit ex suppositione primæ, sine qua destituitur viribus, quin opus sit illi enodandæ insistere.

Ulterior tio.

I IX.

Consectarium notatu dignum.

Pro præcêpto gMta tentiæ sufflat actus Chariu· tis.

260. Ex dictis in hoc dubio satis claro deducitur, instante præcepto Pœnitentiæ, nec sufficere solum actum Charitatis ad observationem hujus præcepti, nec posse illius loco substitui. Hoc consectarium, quod statuimus contra Suarium, Vasquium, et eorum sectatores, sustinent, et docent communiter discipuli D. Thoma·, uterque Soto, Cano, Nuno supra relati, Viguerius in summa cap. 16, § 1, et ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 17, in secunda illius parte art. 1, quæst. 1. Durandus ibidem. Ricardus art. 2, quæst. 3. Corduba lib. 1, summæ quæst. 2. Vega ubi supra. Pro quo Arauxo in præsenti loco supra citato refert eumdem Suarium disp. 9, sect. 1, ubi docet per se loquendo absque actu formali Pœnitentiæ peccatum non remitti, nec aliter salvari testimonia Scripturæ, et Patrum, quæ ibi ad intentum expendit. Quod an cohæreat cum his, quæ postea docuit disp. 15, alii judicent.

Soto, Cano, κζηο'. Vigue- nue. D. Bo nav. Durand. Ricard. Corduba. Vew. Snarei.

Fundamentum.

Et sane in legitimo sensu a nemine negari posse credimus, juxta veram doctrinam in hoc dubio stabilitam. Supponitur itaque ex parte præcepti urgentia; quia cum sit præceptum affirmativum, dum hic. et nunc non urget, minime obligat; et consequenter exercite non extorquet sui observationem, ut commune est omnibus aliis præceptis affirmativis, utpote semper, sed non pro quolibet instanti obligantibus. Etiam debet supponi ex parte hominis advertentia ad præceptum, et ad ejus obligationem : si enim alterutrius, vel utriusque sit oblivio inculpabilis, sicut cessat vinculum obligationis, ita et onus observandi præceptum; hoc enim non cognitum, sicut non promulgatum, non obligat, aut vincit ad sui observantiam. Utraque ergo conditione stante, asserimus, et ex dictis deducimus, nec satisfieri illi præcepto per solum actum Charitatis, nec hunc posse elici, quin adsit actus formalis, et expressus Pœnitentiæ. Secunda Corollarii pars dependet ex veritate primæ, quam probare testimonia Scripturæ supra relata, videtur perspicuum. Si enim alio, quam Pœnitentiæ actu per se loquendo, satisfieret ipsius præcepto; non esset, cur ita commendaretur onus poenitendi; siquidem cum aliter quam pœnitentia posset peccatum remitti, et homo ad pristinam amicitiam Dei revocari. ■

Deinde suadetur ex illo Ecclesiastici 2: & Si *Pcenitentiam non egerimus, incidemus* in *manus Dei, el non in manus hominum.* Unde Apocalypsis 1, comminatur Deus peccatorem : *Memento, unde excideris, el ago pœnitentiam; sin minus, veniam ad te cilo.* Quæ, et alia similia verba satis frequentia in sacra Pagina injelligi debent de Pœnitentia, quæ vinciat, et obliget hominem, ut liquet. Non autem vincitur homo ad Pœnitentiam, dum ejus præceptum nua obligat. Ergo instante obligatione præcepti, tenetur homo ad Pœnitentiam, nec aliter huic præcepto satisfaciet, ut disertis verbis affirmant SS. PP. Augustinus de remedio Pœnit. cap. 5, inquiens : *Non satis est mores in melius mulare, sed oportet satisfacere eliam Deo per Pœnitentiæ dolorem.* Cyprian, lib. de lapsis, ait : *Illi sola superest panilenlia, quæ satisfaciat. Qui autem Panitentiam criminis tollunt, satisfactionis viam claudunt.* Idem docent Gregorius pluribus in locis passim obviis, Chrysostom, hom. 10 et 11, super Matth. Ambrosius lib. 5, Epist. 28. Justinus Martyr dialogo contra Triphonem : quos omnes fuisse locutos de Pœnitentia formali, et non virtuali, eundemque sensum deferri debere testimoniis sacræ Scripturæ, docet Suarez disp. 9, sect. 1, η. 4.

261. Ratio sumitur ex dictis. Quia non satisfit virtutis præcepto, nisi per formalem, et expressum actum ipsius virtutis; hic enim solus est, qui præcipitur, et non alius diversæ virtutis, qui cadit sub alio præcepto. Sed actus Charitatis non est formalis, et expressus actus Pœnitentiæ virtutis, ut probatum relinquimus, alias confoderentur hæ virtutes. Ergo per actum solius Charitatis non potest satisfieri præcepto Pœnitentiæ. Ut ergo observetur speciale præceptum hujus virtutis, necessarias est actus formalis, et expressus illius.

Confirmatur præoccupando objectionem, ex doctrina Suarez ubi supra num. 13, assert. 4. Nam ut formaliter, et expresse observetur præceptum, oportet in reponere, quod formaliter, et expresse cadit sub illo præcepto : sed præceptum Pœnitentiæ non præcipit Pœnitentiam virtualem, seu in voto : ergo præcipit formalem, et expressam, quam proinde extorquet a pœnitente exequendam. Probatur Minor : quia Pœnitentia virtualis, seu in voto est ipsemet formalis actus Charitatis : sed formalis,

malis, et expressus actus Charitatis non cadit directe sub præcepto Pœnitentiæ, sed continetur sub præcepto distincto ipglus Charitatis : ergo præceptum Pœnitenliæ formaliter, et expresse, non se extendit ad Pœnitentiam virtualem, sen in voto, sed determinatur ad formalem, et expressam : atque ideo iili neutiquam fiet salis, nisi media prædicta formali Pœnitenlia.

262. Hinc aperitur veritas secundæ partis corollarii. Quoniam instante præcepto Pœnitentiæ in sensu explicato, ténetar homo sub gravi culpa, ad non omittendum actum sibi in eo instanti præceptum : sed eliciendo in eo instanti actum Charitatis, non vero contritionis omitteret actum præceptum sub culpa gravi; cum tamen posset, et teneretur non omittere : ergo abs dubio graviter delinqueret. Minor debet supponi, et Consequentia est legilima. Unde rursus infertur impossibilem esse in eo eventu actum Charitatis, siqnidem impossibile est hominem actualiter peccare, et actualiter Deum ex Charitate diligere. Chimericum ergo est asserere in casu posito actum Charitatis sufficere, et solo illo præceptum Pœnitentiæ observari.

Explicatur, et confirmatur. Nam verus Charitatis actus, cum sit dilectio Dei super omnia, secum trahit, et postulat observantiam omnium præceptorum Dei, juxta illud : *Plenitudo legis esi dilectio* : ergo in hypothesi facta tam longe abest, quod absit actus Pœnitentiæ formalis, quod potius ipsa Charitas ex attentione ad Deum, et ad se ipsum urgeat hominem ad non peccandum, et consequenter ad non omittendum actum sibi in eo instanti præceptum; alias simul vellet Deum diligere, et odio habere illius præcepto non obtemperando ; simul ipsum super omnia haberet, et simul sperneret ; non ergo asserendum est *solo* Charitatis actu Pœnitentiæ præcepium observari posse in prædicto eventu. Quare semel atque Deus homini fuerit largitus auxilia efficacia ad actum dilectionis dictæ, seipsum devincit ad simul impertiendum alia necessaria pro actu contritionis. Quia licet actus Charitatis secundum se non necessario annectatur contritioni, sed elici possit independenter ab illa (imo ea repugnante, ut repugnat beatis, repugnavit et Christo, et Angelis), secus tamen est in præsenti casu, in quo nequit stare vera Charitas absque vera Pœnitentia. Unde asserendum est instante prædicto præcepto, non posse salvari actum Charitatis absque actu Pœnitentiæ. Quocirca inconsequenter procedunt oppositum docentes, præcipue vero P. Suarez disp. 9, sect. 1, num. 4, collata ejus doctrina cum ea, quam statuit disp. 15, sect. 3, n. 7.

Objicit

263. Nec refert, si ex eodem Authore objicias ; in actu Charitatis reperitur conversio peccatoris ad Deum ut ultimum finem, et aversio a creatura, in quo stat perfecta hominis conversio ad Deum : non ergo est necessarius actus formalis, et expressus Pœnitentiæ, quandoquidem absque illo stat perfecta hominis justificatio. Vel si hoc non sufficit : numquam posset homo justificari absque formali actu Pœnitentiæ; quod esse falsum docent communiter Thomistæ.

Re^“di'

Non (inquam) obest hæc objectio, sed corruit ex dictis. Nam Antecedens solum est verum absolute, et nulla facta suppositione vel notitiæ peccati, vel præcepti Pœnitentiæ hic, et nunc urgentis. In quo •sensu concedunt Thomistæ, quibus infra subscribemus, non requiri Pœnitentiam formalem, et expressam ; sed sufficere virtualem, seu in voto contentam in ipso actu Charitatis, inclinantis ad observationem omnium præceptorum, eo tempore quo ipsi obligare incipiant, aut cognoscantur. Et si hoc actus ille non præstaret, non esset verus actus Charitatis. Cæterum in nostro casu hoc esse non potest : quia cum præceptum Pœnitentiæ instare cognoscatur, et consequenter ejus obligationem vigere ex memoria peccati præteriti, ad cujus expressum dolorem obligat Pœnitentia ; non stat verus actus Charitatis in illo instanti cum omissione doloris præcepti; alias ut supra inferebamus, simul esset actus Charitatis cum violatione præcepti in eo instanti graviter obligantis ; quod est implicatorium. Quocirca ut adsit actus Charitatis in eo instanti, una debet esse et actus formalis Pœnitentiæ, quo detestetur homo peccatum, et pro illo suo modo satisfaciat, juxta ea, quæ supra diximus in hac eadem disputatione, ubi explicuimus, qualiter actus contritionis, qui est in ipso justificationis momento, et Charitatem prioritate naturæ supponit, sit vera hominis satisfactio pro peccatis in eodem instanti remissis.

Replica,

264. Sed urgebis, et contra inferes : ergo homo medio actu Charitatis justificatus sub ignorantia tum peccati, tum obii-

gationis præcepti acquisita illorum notitia, et deposita illa ignorantia, tenebitur ad actum contritionis invincibiliter omisium ; quod si {id non præstiterit, peccabit, ct ab obtenta gratia decidet. Hoc autem est falsum, siquidem quod peccata remissa denuo veniant in mentem, sicut non excludit justificationem acceptam, ita non denuo constringit hominem ad illico, ac in memoriam venerint, ea detestanda per Pœnitentiam, ut est communis Theologorum doctrina. Prima Consequentia probatur : quia si acquisita nova notitia rei ante ignotae, aut oblitæ, non teneretur homo ad contritionem omissam, signum esset eam notitiam non juvare ad obligationem expressam Pœnitentiæ : quandoquidem cum i Ia non magis tenetur homo ad Poenitentiam, quam absque illa. Non ergo refert quod sit, vel absit cognitio peccati, et præcepti, ut adstruatur necessarius actus formalis Pœnitentiæ; atque ideo universaliter, sutindeque melior est doctrina illius determinatam necessitatem inficians.

Satisfactio. Respondetur negando Consequentiam illatam, vel Charitatis gratia eam distinguamus : tenebitur ad actum contritionis omissum, adhuc instante obligatione præcepti, conceditur : si jam non instet illius obligatio, negatur Consequentia. Ratio distinctionis est supra indicata : quia præceptum Pœnitentiæ, cum sit affirmativum, non obligat pro quolibet instanti, sed pro aliquo, de quo infra. Si ergo homini justificato medio actu Charitatis, cum memoria contritionis omissæ adveniat notitia præcepti adhuc ibi obligationis; tenebitur homo justificatus ad elicientiam contritionis : non quia omissæ inculpabiliter, sed quia adhuc viget ejus obligatio. Et hoc quidem commune est omnibus aliis præceptis, cujuslibet conditionis ea sint, ut considerans facile deprehendit. Unde si tunc non se exererit in contritionem, profecto deficiet per omissionem illius, et obtentam justificationem amittet. Et in hoc sensu concessimus Consequentiam ut legitime illatam ex traditis principiis. Si vero quando supervenit peccatorum memoria, cum notitia contritionis omissæ, præceptum illud non obliget; non tenebitur ad actum contritionis statim eliciendum. Tum quia illa omissio non est imputabilis, ut supponitur. Tum quia esto imputabilis foret, non statim ac homo peccat, obligatur ad contritionem, sed tempore determinato, ob generalem conditionem præcepti affirmativi non obligantis pro semper. Tum denique, quoniam ille homo supponitur justificatus, et consequenter debet supponi remissa illa omissio cum reliquis peccatis oblitis. Unde non est ratio hominem illum obligandi ad contritionem tunc non præceptam. In quo sensu negata est Consequentia, ut primo innuebamus. Et ad probationem dicimus, notitiam præcedere, vel subsequi ad modum referre ad hoc ut imputetur, vel non imputetur omissio,. ut manifestum est in omnibus aliis nedum præceptum, sed etiam obligationibus ; quarum omissio, si præsupponat notitiam juris obligantis, est peccatum, atque ideo imputabilis, juxta qualitatem materiæ gravis, aut levis. Si vero subsequatur notitia ad omissionem inculpabiliter, nullum adest delictum : quoniam lex non nisi ut intimata, et cognita ligat juxta illud Apostoli ad Rom. 5 : *Peccatum non imputabatur, cum lex non esset.* Et iterum : *Peccalumnonl cognovi, nisi per legem.* Quare ex terminis bene cohæret deobligatio Pœnitentiæ formalis cum ignorantia, seu inadvertentia naturali præcepti contritionis, qualis debet supponi in illo casu : et quod homo ad eam teneatur ex prævia cognitione tum peccati, tum præcepti, et obligationis.

Diximus *ex terminis* illius Consequentiae, N». ut modo præscinderemus a difficultate dub. sequenti, § 8, discutienda de homine immemore peccatorum, et sola Dei dilectione justificato; an statim ac in memoriam venerint, teneatur elicere contritionem, quæ deficit per accidens, quando adeptus fuit justitiam? Et juxta ibi dicenda regulanda est præsens solutio, quæ solum procedit absolute, non attenta qualitate materiæ, nec inspecta obligatione præcepti contritionis pro eo instanti, in quo peccata occurrunt memoriæ post justificationem in illo casu. Quamobrem conditionaliter usi sumus distinctione assignata.

DUBIUM VU.

Quo tempore obliget præceptum Panilenlix virtutis.

265. Dum investigamus tempus obligationis hujusmodi præcepti, tempus pro quo obliget contritio, examinamus; quia cum contritio sit actus primarius Pœnitentiæ virtutis, ut constat ex supradictis, et amplius innotescet ex dicendis ; idem prorsus est inquirere : *quo tempore obliget hujus virtutis*

virlulis pra'ceplum ? Ac interrogare : *quando obliget prxoepliim contritionis?* Quapropter ad hanc tantummodo convertenda est intendo, et dirigendus erit nervus totius disputationis, missa pro nunc attritione, tum quia hæc non est aclus proprius, et immediatus prædictæ virtutis, ut supra tetigimus, tum quia hæc solum inducit justificationem medio Sacramento, et ut est actu illius pars. Et hinc etiam apparet longe aliam esse præsentem difficultatem ab illa, quæ agit de præcepto divino Confessionis, et de tempore, quo homines adstringat. Hæc enim cum supponat institutionem Sacramenti, sitque propria legis gratiæ, solum attendit ad ea, quæ juris divini positivi sunt, et legem a Christo latam concernunt. Quæstio autem nostra universalior, et absolutior est, utpote quæ non quas vires habeat illud præceptum ex lege gratiæ, sed quas sibi vindicet ex jure naturali multo anteriori, enucleare contendit.

Porro quanti momenti, et ponderis ea sit, satis superque testantur diversa Theologorum placita pro ejus expeditione in decursu videnda. Supponitur vero apud omnes duplicem esse obligationem præcepti, sicut et est duplex illius consideratio ; vel solitarie, et secundum se; quo pacto solum ea, quæ ipsi sunt propria, jareque sibi debita importat : et hoc modo inducit obligationem ratione sui immediate, et est obligatio per se, vel ut conjunctum , et associatum alteri præcepto, cujus observationi deserviat, quæ est consideratio sibi accidentalis, et importat obligationem per accidens.

Est vero inter hunc, et illum obligationis modum differentia observari digna. Nam obligatio præcepti, quæ est per se, inducit speciale peccatum, contra prædictum præceptum, quod proinde confiteri necessarium est in speciali, si memoriæ occurrat, Cæterum quando solum obligat ratione alterius, seu per accidens, non est ejus violatio speciale peccatum, eo quod non frangitur directe, et per se, sed indirecte, et ratione alterius, ad cujus speciem reducitur sive observatio, sive violatio præcepti per accidens obligantis. Quæ est doctrina D. Thomæ in A, dist. 17. quæst. 3, art. 1, quæstiunc. 4 , ubi explicata illa obligandi differentia, relicto ut manifesto primo obligandi modo, de secundo apponit exemplum Confessionis, *quando ad aliquid tenetur, quod non potest sine peccalo facere, nisi confessus, sicul si debeat Eucharistiam percipere, ad quam nullus post peccatum morlale, nisi confessus accedere debet, copia Sacerdotis oblata, el necessitate non urgente.* Quo in casu, si omittatur contritio, non committitur duplex peccatum, sed unum tantum Sacrilegii : eo quod nec præceptum contritionis, vel etiam confessionis, obligat ratione sui, sed ratione præcepti Eucharistiam in gratia recipiendi. Quod ad discernenda peccata valde necessarium est, et ad ea confessione explicanda. Scopus ergo præsentis difficultatis est designare tempus per se importatum in præcepto Pœnitentiæ ut per se et ratione sui obligantis, licet ex consequenti, et ad doctrinæ complementum opus erit descendere ad obligationem per accidens.

Præcepto Pœnitentiæ satisfit vel contritione, vel attritione cum Sacramento.

266. At tamen prælibandum, et citra controversiam statuendum, huic præcepto adhuc in eo tempore, vel temporis momento, in quo illud per se obliget, aut obligare constiterit, in hac lege gratiæ dupliciter posse satisfieri, vel per actum contritionis, qui est per se primo præcept'us, et intentus, ex vi præcepti : vel per actum attritionis conjunct® cum Sacramento, non quidem in voto, sed reipsa suscepto. Quam suppositionem supra jam indicatam, expresse tradit Cano relect. de Pcenit. part. 4, propos. 4. g *Sit igitur,* cui subscribunt Soto, Ledesma, Nuno, Arauxo, Prado, Gonet, et communiter Theologi tam intra, quam extra Scholam D. Thomæ, saltem extra mortis articulum, de quo est specialis difficultas, et plures, iique graves, Authores dubitant, ut infra videbimus. Ratio suppositionis est privilegium legis gratiæ, in qua ultra remedium contritionis, quæ omni tempore, et sub qualibet lege post peccata actualia in adultis erat necessaria, instituit Deus ex meritis Christi Redemptoris aliud facilius, securius, et salubrius in Sacramento Pœnitentiæ. Quod quidem, quia Sacramentum mortuorum est, non postulat in Pœnitente ad sui debitam, et proficuam receptionem contritionem perfectam ; sed dumtaxat attritionem, conjunctam cum ipso Sacramento, vi cujus juxta doctrinam sæpe allegatam Tndentini, homo disponitur ex prædictis Christi meritis ad obtinendam justificationis gratiam, et perfectam remissionem peccatorum.

Caqo.

Thomistæ.

Unde si in eo instanti, in quod occurrit onus contritionis ex præcepto, cum vera attritione a Concilio descripta homo aff Sacramentum Pœnitentiæ accedat ; mane-

bit liber a contritione perfecta, ad quam ex vi præcepti tenebatur, atque adeo vere adimplet prædictnm præceptum ; aiioqui enim illud transgrederetur, consequenterque in illo instanti transgressionis non posset justificari : quod directe opponitur doctrinæ Concilii toties in superioribus allegatæ.

267. Quod si hujus rationem quaeras, ea est : quod nimirum Deus in lege gratiæ, et supposita institutione hujus Sacramenti, nihil amplius extorquet a pcenitente in compensationis injuriam ob scelus commissum, quam contritionem perfectam cum voto ipsius Sacramenti in ipsa implicito, vel contritionem imperfectam, quæ est attritio, conjunctam cum ipsomet Sacracramento realiter, et vere suscepto. Utrolibet enim modo se gerat pœnitens, vere justificatur, et nanciscitur intentam reconciliationem cum Deo, consequenterque manet expeditus ab ulteriori Pœnitentia tunc exhibenda. Quid fieri non posset, absque adimpletione præcepti tunc urgentis, ut liquet. Quare in lege gratiæ duplex medium observandi hujusmodi præceptum constituendum est, quorum quolibet citra culpam, illi fiat satis.

An idem contingat ubi urget præceptam suscipiendi Sacramentum Pœnitenti».

ATerum enim vero (ut id obiter animadvertamus) hoc non ita accidit vice versa in præcepto Sacramenti Pœnitentiæ, quod etiam divinum est. Nam huic in eo instanti, in quo urget, non fit satis per contritionem, si non sit obex retardans, aut impediens Sacramentum suscipere. Et ratio discriminis continetur in modo dictis. Tum quia in ipsamet contritione imbibitur votum Sacramenti, quocirca in lege gratiæ non debet concedi vera contritio, quæ non importet Sacramenti desiderium, nec aliter est potens justificare, quam per ordinem ad Sacramentum suo tempore suscipiendum. Unde implicatorinm est, quod Sacramenti præceptum instet, pro aliquo instanti, et quod pro illo nolens recipere eliciat veram contritionem : quippe esset velle, et non velle Sacramentum , cujus præceptum instat. Vellet quidem, quatenus contritio debet importare votum, ut vera contritio sit : non autem vellet, quatenus in urgentia Sacramentum recipiendi absque ullo obice detrectaret illud suscipere, cum posset. Atque ideo transgrederetur præceptum, subindeque neutiquam vere contritionem eliceret, quantumvis ad eam conaretur. Tum etiam (et sequitur ex Antecedenti) quia Sacramentum ex sua institutione solum determinat realem susceptionem ipsius, ad obtinendum ejus fructum, utpote quod subordinat sibi alia remedia salutis in privilegium meritorum Christi, cujus organa sunt Sacramenta : non vero subordinatur illis utpote inferioris ordinis. Quare dum est facultas, non sufficit votum, sed determinate ipsum Sacramentum requiritur ne violetur præceptum.

268. Relicto ergo, et ad proprium locum misso Sacramenti præcepto, cardo difficultatis devolvitur ad solam contritionem, quando obliget ? et quando non ? An videlicet, statim ac commissum sit peccatum? Etsi hoc non; an in aliquo tempore determinato? utputa periculo, aut articulo mortis? Vel citra hunc articulum, aliquo vitæ tempore? Et si hoc ita fuerit, quotum sit illud tempus? vel intra septennium, aut quinquennium, quadriennium, triennium, biennium, vel annum? Et hoc semel posito, quanam illius anni parte, vel diebus festivis, aut saltem solemnibus, vel solemnioribus? vel quoties peccata memoriæ occurrunt? Sed nec his quiescit interrogationibus intellectus, sed pergit, et invenit adhuc inquirendi rationem : An scilicet, hoc præceptum æqualiter, et indifferenter omnes constringat ; vel debeat admitti exceptio personarum, ita ut strictius Ecclesiastici præ sæcularibus teneantur ad confestim, vel citius contritioni studendum ? Quarum omnium difficultatum radix est conditio illius præcepti : quod quia affirmativum est, licet semper obliget, non tamen pro semper, sed pro aliquo determinato tempore. Et quia non est facile unum præ alio designare ; vel dici debet confestim ac peccatum fuerit commissum, suam obligationem inducere. Vel oportet eam obligationem protrahere usque ad mortem, vel illius periculum immediatum. Quæ sunt in hae parte duæ capitales sententiæ, extreme opposite, quarum prima ut nimis rigida, et scrupulorum aculeis salebrosa pluribus non arridet; secunda vero, quia laxa, criminibus indulgens, et ansam illis præbens etiam displicet aliis. Hinc pro his duobus scopulis vitandis, tot orte sunt mediæ sententiæ, quot vidimus interrogationes, et quælibet illarum suos habet patronos non contemnendæ authoritatis. Ut ergo inter tam varios, et inter se dissidentes dicendi modos, veritatis scopum attingere valeamus, prius quando non obliget, quod facilius est determinare; deinceps, quando obliget,

obliget, in quo est major difficultas, sub diversis assertionibus statuemus.

§ I-

Pernitentia non obligat per se statim, ac peccatum sit commissum.

ft® 269. Dicendum est primo neminem sive sæcularem sive Ecclesiasticum, aut Religiosum, per se loquendo teneri ad Pœnitentiam, confestim ac peccatum commise-

Hanc assertionem post D. Thomam, qui illam docuit pluribus in locis, ut in 4, dist. 14, et dist. 17. Quodlib. 1, art. 11, in hac 3 p. quæst. antecedenti art. 8 el 9. quam uniformes sequuntur discipuli, docent etiam Scotus in 4, dist. 14, art. 3, jéç- Durandus quæst. 10, num. 3. Richard. art. 3, quæst. 6, quos refert, et sequitur fcpi.Delgadillo de Pœnit. cap. 17, dub. 11, et ex aliis P. Suarez, Vasquez, Lugo, et alii communiter.

Ratio D. Thomæ, qua omnes utuntur, quaque res confici videtur, est hujusmodi. Quia de ratione præcepti affirmativi est non obligare pro semper, sed aliquo tempore determinato : sed præceptum Pœnitentiæ est præceptum affirmativum : ergo præceptum Pœnitentiæ non obligat pro semper, sed pro determinato tempore. Hoc autem tempus determinatum non est immediatum ad commissionem culpæ, sed tempus necessitatis : ergo præceptum Pœnitentiæ non obligat immediate post transgressionem. Prima Consequentia infertur ex præmissis, quorum Major præterquam quod est per se nota, constat inductione in omnibus aliis præceptis, quæ si affirmativa sint, solum obligant hoc, aut illo determinato temporis spatio, ante quod, vel post quod suspenditur onus illa observandi. Cujus oppositum evenit in præceptis negativis, quæ quidem quia talia sunt, in nullo non tempore illorum obligatio imminet, ut constat in præceptis non mentiendi, non pejerandi, et sic de reliquis, in quibus nullum est instans, vel temporis momentum. in quo licitum sit aut pejerare, aut mentiri, sed semper viget onus non mentiendi, aut falso non jurandi; cum tamen non eodem modo teneatur homo ad semper Dei amori, aut proximorum v. g. saluti incumbendum, aut ejus miseriam sublevandam. Minor vero ejusdem Syllogismi liquet ex terminis ipsis contritionis, quæ non negat, sed affirmat, et importat actum positivum. Minor autem subsumpta constat a paritate omnium aliorum præceptorum affirmativorum, quæ per se loquendo non statim obligant, sed suas trahunt moras usque ad præfixum tempus vel necessitatis, vel alterius causæ, quibus non stantibus, cessat illorum obligatio toto illo decurrente tempore, quin imputetur culpæ actu illorum observationi operam non dare.

Confirmatur, et explicatur ex eodem Angelico præceptore in quodlibeto allegato. Quia licet laudabile sit, et maxime consulendum hominem a Deo aversum, quam citius possit, ad ipsum converti, et pœnitentiam agere; non tamen oportet, aut ex vi præcepti compellitur, ut nulla interposita mora ea conversio fiat : ergo absque fundamento adstruitur illud onus mox poenitendi. Patet Consequentia : quia non omne quod est melius, aut perfectius, subindeque laudabilius, cadit sub præcepto : quocirca stat, et stare cognoscimus, maxime commendabilem esse instantaneam, et immediatam resipiscentiam a peccato, cum conversione ad Deum ; quin idcirco sub præcepto ad illam confestim procurandam peccator adstringatur. Assumptum Confirmatl0‘ Antecedentis constat, tum in operibus consilii, et supererogationis, quæ maxime commendari debent, et laudabilissimum homini est illa exequi ; quin inde possit inferri cadere sub præcepto illorum observantiam. Tum in aliis præceptis æque necessariis, ac præceptum Pœnitentiæ, quale esse præceptum dilectionis Dei super omnia non potest esse dubium. Unde licet sit laude digna continua, et formalis Dei dilectio, nullum tamen est præceptum, quo ad eam non interruptam quis in hac vita ligetur. Quin contingere non semel, sed pluries solet ab ea cessare oportere , et aliis operationibus operam navare; licet non ita perfectis, magis tamen hic, et nunc opportunis. Tum etiam exemplo, quo usus est D. Thomas, Sacramenti Baptismi tam necessarii ad salutem, ut omnes fatentur ; et tamen licet sit laudabile mox illum recipiendi, non tamen, quam primum se offerat occasio, cadit sub præcepto; alias peccaret adultus vel per unum diem, aut horam Baptismum differendo, quod est nedum contra D. Thomam, sed etiam contra omnes fere Theologos. Bene ergo cohæret esse momentaneam Pœnitentiam maxime laudabilem, et quod ut ita facienda non cadat sub præceptum.

Objito. 270, Non refert, si contra hanc ullimam probationem acceptam ex D. Thoma, opponas S. Doctorem comparasse Sacramentum Baptismi cum Sacramento Pœnitentiæ, ut sicut illud non obligat nisi tempore determinato, non vero statim : ita nec istud. In quo sensu recte procedit, et concludit ejus discursus. Non autem meminit de virtute Pœnitentiæ, de qua est quæstio, et non tenet paritas, cum Sacramentum sit quid corporeum, et sensibile, atque ideo tempore mensurabile. Cujus oppositum invenitur in actu contritionis interno, qui cadit sub præcepto. cum sit pure spiritualis, et solum per accidens mensure temporis extrinseci subjiciendus. Unde nec paritas ut a nobis proposita est de mente D. Thomæ, nec urget.

Solutio. D.Thom. Non, inquam, refert hæc objectio, quia paritas desumpta ex D. Thoma fundatur precise in obligatione præcepti divini affirmativi, et quia affirmativum est, semper obligat, sed non pro semper, seu quolibet instanti. Quare S. Doctor contra aliquos asserentes Bapiismum, debita opportunitate oblata, qua melior non exueetetur, obligare, sic insurgit : *Sed hoc videtur nimis durum : quia præcepta affirmativa non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum; non quidem ex hoc, quod tunc commode impleri possunt : quia sic si non daret aliquis eleemosynam de superfluo, quandocumque pauper afferretur, peccaret mortaliter, quod est falsum ; sed ex hoc, quod tempus necessitatem urgentem adducit. El ideo non oportet, quod si statim oblata opportunitate, non confiteatur, etiam si major opportunitas non expecletur, aliquis peccet mortaliter ; sed quando ex articulo temporis necessitas Confessionis inducitur.* Unde constat in eo esse probationis nexum, quod quod præceptum affirmativum sit, et consequenter tenere paritatem ut a nobis positam ; quidquid sit de illa dilferentia inter Sacramentum sensibile, et actum spiritualem contritionis, quam non examinamus, sed ut impertinentem relinquimus. Unde

Alia fundamenti confirmatio. Confirmatur, et explicatur secundo, insistendo in illo principio D. Thomæ : nam præceptum divinum Sacramenti Pœnitentiæ ut Sacramentum est, non mox obligat, sed tempore determinato : sed hoc non ob aliam rationem, nisi quia est præceptum affirmativum : ergo cum præceptum virtutis Pœnitentiæ sit etiam affirmativum ; non instantaneam. ac subitam inducet obligationom, sed expectabit casum urgentis, necessitatis, et determinationem temporis. Consequentia constat, quia quod convenit præcepto ex ratione omnibus communi, debet convenire cuilibet in particulari : quod namque alterum sit virtutis, aliud vero Sacramenti præceptum, sicut nun variat conceptum utrique communem, ita nec obligandi modum. Major etiam constat ex decreto Ecclesiæ, in cap. *0>nni$ utrimque sexus* de Pœnitentia et Remission, ubi juxta mentem Cajetani summus Pontifex declaravit, jus divinum Sacramentaliter confitendi saltem intra annum obligare : vel vut aliis placet, et est conformius D. Thomæ paulo inferius allegando) obligationem juris divini determinavit intra spatium unius anni, ne ultra protraheretur, ut protrahi poterat ex vi prædicti juris. Quolibet enim modo id explicetur, semper est verum prædictum præceptum Pœnitentiæ sub ratione Sacramenti non secum ferre obligationem instantaneam iilicoad ipsum accedendi post peccatum. Si enim hoc ita non esset, neutiquam posset Ecclesia ejus obligationem suspendere, et ad aliud tempus pertrahere, utpote non habens authoritatem supra ea, quæ sunt juris divini, ut in confesso est apud omnes : quocirca licet possit dispensare in ea quod hoc, vel illo tempore non fiat confessio; nequit tamen e medio tollere onus Confessionis pro omni tempore. Unde manet probata Minor primi Syllogismi.

Ef:- 271. Sed insistes adhuc, reddendo disparitacem : nam quod pro illis Sacramentis sit Ecclesiæ determinatio ad præfixum tempus, ortum habuit ex ejus beniguitate, ne plus justo homines gravarentur, et. peccandi periculis eos exponeret. Unde optimo jure, ac recta ratione statuit semel in anno ad Sacramentum Pœnitentiæ homines teneri, non vero statim, quod forte erat impossibile. Hoc autem non tenet in præcepto contritionis, ad quam habendam nullum non tempus est opportunum, nec pro ea elicienda devorare oportet ea in conscientia, perturbationes, ac pericula, quæ se produnt cuilibet consideranti ; si mox obligaret suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ. Quapropter hujus obligatione non stante, stabit onus illius.

iits. Sed nec haec disparitas subsistit, et ultro, ac libenter concesso plura fore inconvenientia devoranda, si onus Sacramentaliter pœnitendi instantanée post peccatum commissum in præcepto esset; quæ tamen

nec

nec leviter, imo nec apparenter militant in sola contritione, ut liquet ; hoc omnino impertinens est ad fundandam obligationem in ista, et eam excludendam a Sacramento. Obligatio quippe fundatur in ipso jure præcepti, ut a legislatore provenientis; non in inconvenientibus ex parte subjecti se habentibus. Quis enim neget, adhuc stantibus omnibus iliis inconvenientibus, et præcognitis, ac prævisis a Deo, potuisse decernere, ul statim ac delinqueretur, esset onus ad Sacramentum accedendi pro delicti remissione? Quod ergo non obligaverit ad mox Sacramentaliier poenitendum, non provenit ex inconvenientibus, nec ex benignitate Ecclesiæ, in cujus potestate hoc non erat, sed ex natura, et conditione præcepti, quia affirmativum est, et de ratione præcepti affirmativi est non confestim obligare, sed determinate pro casu necessitatis, aut alio profixo tempore. Unde D. Thomas ex adverso ad doctrinam evasionis discurrens post verba supra relata attexuit sequentia : *Nec hoc est ex indulgentia Ecclesiæ* (ut obtendebant illi Theologi, contra quos agebat S. Doctor) *quod non teneatur ad statim, sed ex natura præcepti affirmativi. Unde ante Ecclesiæ statutum etiam minus debebatur.* Unde non fuit mera declaratio juris divini, ut supra retulimus ex Cajetano, sed vera illius contractio, et determinatio, ut diserte affirmat D. Tho·· mas.

Ewti- 7 Ex quibus verbis nova conficitur impugnatio, et confirmatur assertio : quoniam si Ecclesiæ statutum nihil sua determinatiine induisit (nec quidem poterat ut dicebamus) quinimo jus divinum latius protensum contraxit, ac determinavit ad brevius tempus, quam ex vi prædicli juris homines tenerentur, ut clare affirmat D. Thomas; signum evidens est, ex vi juris divini importati in illo præcepto non teneri hominem ad mox Sacramenlaliter pcenitendum post peccatum : et hoc ideo quia est præceptum aifrmativum. Ergo cum præceptum contritionis sit etiam affirmativum, et alias nec ab ipso Deo, nec ab ejus Ecclesia hactenus emanaverit aliqua specialis pro eo determinatio; nulla est ratio, nullumve fundamentum, ut peccatori imponatur onus confestim Pœnitentiam agendi ex hac virtute, sed regulari, ac mensurari debet illius præceptum, ut alia affirmativa non statim ad sui observantiam inducentia.

§H.

Objectio ex b. Thomæ doctrina.

Difllcul- Î33 ex doctrina D.Thom,

272. Verurn contra hoc D. Thorn® principium, in quo est lotius fundamenti nervus, stare videtur ipse D. Thomas, in cujus doctrina manifestam patitur instantiam. Nam præceptum Charitatis est præceptum affirmativum, ut constat; sel juxta D. Thomam præceptum Charitatis statim obligat ad dilectionem divinam : ergo præceptum affirmativum potest confestim obligare ad sui observationem, atque ideo ex hoc quod præceptum Pœnitentiæsitaffirmativum, non bene illi.denegatur festina, seu instantanea obligatio. Utraque Consequentia constat ex præmissis quarum Major est indubia; Minor vero probatur : quia præceptum Charitatis per se obligat, cum primo pervenerit homo ad primum instans usus rationis, ut est expressa doctrina D. Thomæ 1, 2, quæst. 89, art. G, in 2, dist. 42, quæst. 2, art. 5 ad 7, de veritat. quæst. 28, art. 3 ad 4. Sed hoc est statim obligare ; siquidem ante illud instans morale supponitur homo incapax obligationis gravis, imo et levis; alioqui reperiri posset peccatum originale cum solo peccato veniali, quod etiam militat contra expressam ejusdem S. Doctoris sententiam loco citato ex 1, 2, a nobis explicatam tract, de Peccatis disp. 20, dub. 2, quod est ultimum illius libri.

Urgetur,

Confirmatur id ipsum alio simili exempio Nam præceptum divinum Fidei Theologicae, quod sane affirmativum est, tam celeriter, et præpropere obligat sive puerum illud primum instans pertingentem, sive adultum fidei mysteria edoctum, ut nisi ille in prædicto instanti, et hic quam primum ei illa mysteria sufficienter fuerint proposita, actum fidei eliciant, abs dubio transgrediantur Fidei præceptum. Quod esse non posset, si prædictum præceptum illico non obligaret. Stat ergo præceptum aliquod esse affirmativum, et quam primum inducere sui obligationem ut confestim exequendam. Non ergo ex illo principio recte intulit D. Thomas præceptum Pœnitentiæ non inducere immediatam, seu instantaneam sui observationem absque onere transgressionis peccaminosæ. Utraque Consequentia constat, et Antecedens liquet ex tract, de Fide, disp. 6, dub. 2, ubi cum communi Theologorum doctrina, illud asseruimus et firmavimus.

Unde constat non esse contra rationem præcëpti affirmativi, quod slatim obliget, atque ideo non obesse, quominus præceptum Pœnitentiæ confestim obliget licet affirmativum sit.

Expeditor difficultas.

Hæc tamen objectio, quæ specie tenus videtur urgere, non enervat discursum D. Thomæ, sed intactum relinquit. Nam quod præceptum Charitatis obliget puerum pro primo instanti usus rationis, non provenit ex eo. quod illud præceptum statim ligare incipiat; alioqui enim non solum obligaret pro illo instanti, sed etiam pro reliquis succedentibus, subindeque peccaret homo non se ad Deum convertendo in quolibet instanti; quod est evidenter falsum, et a nullo hactenus excogitatum, nec esset ratio unius instantis, magis quam alterius, ut infra ponderabimus. Provenit autem illa obligatio ex eo, quod ifud instans est instans urgentis necessitatis, in quo etiam præcepta affirmativa in propria materia obligare, manifestum est, ut constat in præcépto v. g. Misericordiæ, quæ non obligat nisi in casu gravis necessitatis proximi, et sic de reliquis. Porro illius instantis urgentia consurgit ex eo, quod cum sit primum usus rationis, in quo primo homo incipit vivere vita, ut ita dicamus, humana, et rationali, quæ esse non potest absque ultimo line, ad quem consequendum est creatus, et elevatus ; tenetur homo de se ipso deliberare, et statuere ultimum finem, in ordine ad quem reliquas vitæ operationes dirigat : ideoque tenetur se et omnia sua in prædictum ultimum finem ordinare, quod est proprium Charitatis, et non convenit alteri virtuti, nisi ex subordiaatione ad ipsam. Qua etiam ratione in ultimo instanti usus rationis tenetur eodem dilectionis præcépto ad minus, quia est discessus ab hac mortali vita, et ingressus ad æternitatem. Hoc autem nec apparenter habet locum in Pœnitentia, quoad illud instans, irr quo supponitur aliud peccatum, quam originale, de quo esse nequit contritio, ut supra diximus, et expresse docet D. Thomas cum communi Theologorum. Si autem fiat argumentum de aliis instantibus; est manifeste falsum, quin imo desumitur inde pro nostra sententia efficacissimum argumentum. Nam transacto illo instanti, præceptum Charitatis non obligat pro aliis sequentibus, non interveniente alia causa ; non ob aliud, quam quia est affirmativum præceptum : ergo cum id etiam competat præcepto Pœnitentiæ, non est ratio, cur non etiam debeat servare modum obligandi proprium præcëpti affirmativi, subindeque non statim, sed tempore aliquo præfixo. Quare ad formam objectionis neganda est Minor primi Syllogismi : et ad hujus probationem iterum negatur Minor, cum illi inserta probatione, imo et suppositum illius, quia obligare in illo primo instanti, non est obligare ad statim absolute, ut constat ex dictis.

Unde constat ad confirmationem, nam Enrs in eodem sensu, in quo obligatur in illo lir<;r instanti puer ad diligendum, tenetur simi-eq^s ter ad cre.len ium, cum quia nihil volitum, quin præcognitum, ut est commune proloquium. et verum, tum quia accedentem ad Deum oportet credere. Hebræor. II. Unde quo expressior, aut obscurior fuerit Dei notitia, qua sit in illo instanti illuminatus, eo erit aut perfectior, aut imperfectior conversio illius instantis. Et sane in aliquibus erit perfect® Charitatis, atque ideo expressioris fidei, pro aliis vero sufficiet implicita, et confusa notitia boni divini, et consequenter non requiretur nisi amor boni honesti in communi, de quo loco citato, et quia nostra non refert, non immoramur. Un le sufficiat indicasse non esse undequaque verum puerum in illo instanti constitutum protinus elicere actum formalem, et expressum fidei, ut videtur supponi : hoc quippe ad summum concedi universaliter poterit inter fideles enutritis, nec tamen omnibus ut rusticis, sed solum perspicacibus, et majoû studio instructis, quorum est minor absque ulla comparatione numerus. Unde primum confirmationis exemplum, quomodocumque explicetur, viribus destituitur. Aliud vero de cathecumeno sufficienter instructo, concedimus : tenetur quippe ad credendum in illo instanti, in quo sufficienter mysteria fidei illi fuerint proposita ; non quia præceptum fidei protinus obliget, sed quia illud est instans urgentis necessitatis ad inteme assentiendura Deo dicenti, et sufficienter divinam authoritatem indicendo proponenti : quocirca tenetur illi præbere assensum dictis credendo, vel positive discedendo dissentiri. Quod præstare potest dupliciter, vel formali, et expresso dissensu, vel dubitando, vel omittendo : et quodlibet modo se habet, adversatur fidei, divinæque revelationi sufficienter proponenti, subindeque obliganti ut ipsi assensus præbeatur. Porro hoc puncto temporis, aut

aut instanti transacto, non obligat fidei præceptum pro aliis instantibus, ut dicebamus do præcépto Charitatis. Unde eodem vitio laborat hæc instantia, et eodem inudo cum illa retorquetur in nostræ sententiæ præsidium.

273. Sed urgebis adhuc : nam casu, quo puer in primo instanti non se ad Deum converterit, subindeque deliquerit, adhuc instat præceptum conversionis omissæ : sed conversio illa fieri, aut baberi nequit absque Pœnitentia peccati omissionis : ergo non minus obligat præceptum Pœnitentiæ in hoc casu, quam præceptum conversionis : hæc autem quam primum possit debet fieri : ergo et pœnitentia.

Hoc tamen minime urget : nam ultra quod toto discursu prætermisso, nihil inde sequitur contra nostram sententiam, et in auxilium adversæ : siquidem neutrum præceptum obligat pro quolibet instanti determinato, quod intendit nostra sententia, et negat opposita; sed dumtaxat pro eo instanti, in quo potest commode fieri, quod non est ad statim obligare.

Hoc, inquam, prætermisso, in quo non sistimus, sunt qui respondeant huic replie®, transacto illo instanti, jam non amplius teneri hominem ad conversionem in illo omissam, subindeque nec ad contritionem protinus habendam, sed suo tempore aliunde determinato, sicut dicitur, et dici debet in nostra sententia, de eo, qui aliud peccatum commiserit, quem non obligamus ad mox de illo poenitendum. Et explicant instantia etiam conversionis urgentis in articulo mortis, quam qui amiserit, si evalat periculum illud, non statim tenetur conversionem omissam procurare, usque dum iterum idem periculum subeat, et vi illius teneatur conversionem tunc denuo urgentem elicere : ergo similiter in nostro casu.

Su" Hæc tamen solutio, cujuscumque illa sit, non satis arridet : nam licet consequenter ad nostræ sententiæ principia videatur procedere, fallit tamen in radice, nec absurdum reputat hominem semel omittentem sui conversionem in primo instanti, non amplius a<l eam teneri usque ad articulum, vel periculum mortis ; sicut qui omisit velsacrum in die festo, vel officium divinum, licet graviter deliquerit, deinceps ad illud non tenetur, ut docet communis sententia. Hoc vero inconveniens, imo et absurdissimum nobis est, et illud devorare minime audemus. Quid enim absurdius, quam hominem Dei imaginem, et ad Deum clare videndum elevatum toto vitæ tempore non teneri ad se in Deum per amorem convertendum post primum instans usus rationis? Hæc equidem nec piae aures sustinent, nec Ecclesia tolerandum docet, ut constat ex propositione novissime ab ipsa damnata sub Innocentio XI, die 2 Martii anno Domini 1679 in ordine quinta, et est hujusmodi : *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum, in vita eliceret, condemnare non audemus.* Quam quidem nec damnasset, nec certe posset ut scandalosam suggillare, si homo post instans primum rationis non ultra usque ad ultimum instans teneretur : quia nullus Catholicorum est, qui negaverit obligationem dilectionis Dei pro ultimo instanti ; nec authores illius propositionis id intendebant; sed quod decursu vitæ, quidquid sit de illius termino, *non auderent damnare peccati gravis non elicientem actum Charilalis.* Quod tamen Ecclesia proscripsit, et docendum prohibuit ut scandalosum.

Refellitur ergo detegendo illius solutionis defectum, ex cujus inconsideratione diseurrunt modo prædicto illius authores. Nam dupliciter potest assignari tempus pro observantia alicujus præcëpti; vel ut terminus finiens, et ut ita dicamus, concludens obligationem in momento determinati temporis, quin ultra illud protrahatur, ut est jejunium Ecclesiasticum, cujus præceptum non obligat nisi pro illo die determinato, v. g. vigili® aut Sabbati, et simile est præceptum recitandi officium divinum, quod ultra illum diem naturalem non protendi, manifestum est ex communi Doctorum consensu. Vel ita ut designetur tempus non ut finiens obligationem, sed prohibens ne ultra illud præscriptum opus differatur. Qui obligandi modus differt a primo in eo, quod transacto eo tempore, non cessat obligatio, sed qui transgressus fuit præceptum, adhuc tenetur, quam primum moraliter possit, illud observare. Et banc differentiam statuunt, et colligunt nedum Theologi, sed etiam juris peritti argumento textus *in leg. Celsus § sed ipse ff. de receptis arbilr.* Ubi certo die obligatus pecuniam solvere, si omittat, cum primum possit, solvere adbuc tenetur, eo quod terminus iile non sit impositus ad finiendam obligationem, sed ne diutius differretur solutio.Ethoc pacto obligari homines præcépto annuæ Confessionis, aut Communionis docent communiter Theologi tam intra, quam extra Scholam D. Thomæ,

Major

quos tract, de Confessione adducemus.

Porro instans illud primum usus rationis hoc secundo, non vero primo modo destinatum esse pro conversione hominis ad Deum, ex eo liquet : quia hominem deliberare de ultimo fine morali, eumque sibi prostituere, ut secundum rectam rarionem vivere, et prodictum finem assequi valeat, non est pro illo injtanti tantum, sed est negotium totius vitæ, cui proinde semper incumbere, et in illum scopum colliniare tenetur. Ridiculum enim, imo et absurdum foret solum uni instanti ingressus in vitam rationalem alligare obligationem totius vitæ. in qua homo peregrinatur a Domino, et viam, ac merita parare debet coronæ obtinendæ; quin in toto vitæ decursu obligaretur ad prodictam conversionem.

Qua doctrina ut vera nunc supposita, prosternitur relata solutio : nam instans illud non est instans finiens obligationem, sed indicens non ultra differendam obligationem : ergo præceptum conversionis in primo instanti, adhuc eo transacto, etomissione commissa, obligat, subindeque adhuc tenetur homo ad eam quam primum procurandam post omissionem. Patet Consequentia : quia hujuscemodi præcepta adhuc post tempus designatam in obligando persistunt. Nec est simile de articulo mortis (ut probationem ex isto exemplo inductam diluamus). Nam articulus ille est tempus, seu instans finiens obligationem, si quidem post mortem non obligant præcepta observanda in via, et quæ meritis deservire debent. Unde nihil mirum, quod eo articulo transacto, jam ex vi hujus non teneatur homo ad illius instantis conversionem, nisi usque ad aliud simile periculum.

Vera difficultatis solutio.

Ad objectionem ergo supra factam facilis est solutio : nam concessis illius præmissis, distinguendum est Consequens : *Non minus, el eodem modo,* negatur, *diverso modo,* conceditur, quia præceptum conversionis obligat ratione sui, et per se ; præceptum vero Pœnitentiæ ratione alterius, et per accidens. Ex eo enim quod obliget præceptum charitatis, quod quia impleri nequit supposita omissione peccaminosa, et necesse est ut interveniat contritio seu virtus Pœnitentiæ ; sequitur quidem utriusque virtutis actum debere concurrere, sed non infertur ad utrumque per se obligari, sed ad primum primario, et per se, ad secundum secundario, et per accidens : quocirca peccatum quod committitur post primum illud instans, non specialis impœnitentiæ, sed duntaxat contra Charitatem per se obligantem.

Rifia

275. Sed contra hanc solutionem insurges ; quia præcepta charitatis, et Pœnitentiæ sunt inter se connexa : ergo non stat obligatio per se illius, quin hujus pneceptum similiter obliget. Antecedens constat, quia illi qui est in peccato, impossibile omnino est observare præceptum charitatis, quin se exerat simul in actum contritionis: aliunde vero actus contritionis haberi, aut esse nequaquam potest absque actu charitatis. Unde probatur Consequentia, quia eadem est connexio praecepti ad præceptum, quæ est actus ad actum, circa quos versantur præcepta : ergo non stat obligatio per se ad unum, quæ non secum afferat eamdem obligationem ad alium ex vi alterius præcepti.

Dobonisr.

Confirmatur, et explicatur objectionis vis : nam præceptum Pœnitentiæ obligat illum, qui est sub peccato, quoties adstringitur præcepto charitatis : sed præceptum illud charitatis, quod fuit transgressus puer in primo instanti, obligat, ut quamprimum possit, ejus observationi incumbat : ergo etiam præceptum Pœnitentiæ. Discursus videtur legitimus, supposita veritate Majoris, quam probat Magister Nuno in praesenti quæst. 2, art. 3, dub. 3, super Addit, ad 3 p. D. Thomæ § *Pro cujus inlelligentia ;* quia hæc præcepta sunt conjuncta ex natura rei, et impossibile est unum sine altero adimpleri ab existente in peccato : ergo non stat hominem præcepto charitaiis adstringi, quin simul maneat obstrictus præcepto Pœnitentiæ.

Ns».

Ob»· usttr ώpι*

Hæc tamen objectio, qua convincitur laudatus author ad sustinendam doctrinam in ea contentam, viribus destituitur, si animadvertatur (id quod jam supra insinuatum relinquimus) aliud esse, quod actus contritionis supponat essentialiter actum charitatis, aliud vero quod actus charitatis petat eisentialiter actum contritionis, quorum primum est verum, secundum vero mamfeste falsum, ut patet iu Christo, in Angelis, et in ipsis hominibus justis, in quibus stat actus charitatis absque actu contritionis, vel quia hic repugnat, ut in Christo, et Angelis, vel quia supposita justificatione, non est admodum necessarius, eo quod solum supersit satisfactionis poena, aliis viis, quam contritione luenda. Unde quod homo supponatur in peccato, non tam est per accidens ad actum charitatis, quam ad ejus obligationem, et præceptum ; quando quidem obligatio, quæ est per se, solum respicit actum secundum sibi intrinseca, et ejus omissionem, prout importat carentiam actus debiti secundum so, proscindendo a suppositionibus accidentalibus, ex parte subjecti. Et in hoc sensu falsa est capitalis illa propositio prædicti authoris ; quia non quoties obiigat per se præceptum charitatis obligat per se præceptum Pœnitentiæ, nec quoties obligat præceptum Pœnitentiæ, obligat etiam præceptum charitatis ; licet præceptum Pœnitentiæ nequeat impleri absque actu charitatis. Et ratio hujus est (primum qqippe est manifestum) quia ubi unum est pruptei aliud, jam obligatio æque non est ratione utriusque, sed ratione obligationis actus per se primo intenti ; casu autem quo urgeat præceptum Pœnitentiæ, obligatio ad actum charitatis non procedit primario ex ipso actu charitatis, sed ex actu Pœnitenliæ per se primo intenti, qui charitatis actum debet supponere : quocirca obligatio hujus semper est ratione alterius, et consequenter per accidens. Quæ est doc-

1H».trina D. Thomæ in 4, dist. 27, art. 1, quæst. 3, quæstiunc. 2, supra allegata, ubi explicans, quæ sit obligatio per accidens, inquit eam consurgere, *quando ad aliquid tenetur, quod non potest sine peccato facere,* ut accidit celebraturo existenti in peccato, qui quidem tenetur per accidens ad confessionem ; eo quod nullus possit sine, ea post peccatum mortale Eucharistiam percipere. Ex quo vice versa sequitur, quod quando aliquis tenetur ad actum, quem elicere nequit, absque gratia et charitate, onus charitatem, et gratiam obtinendi non inducit obligationem per se, sed per accidens, sicut post peccatum obligatio confessionis ad percipiendam Eucharistiam solum provenit ex obligatione eam in gratia sumendi, et quia non est ratione sui immediate, sed ratione alterius, non est obligatio, nisi per accidens. Et idem constat in ipsa contritione in casu urgentis necessitatis ad celebrandum, non oblata copia confessoris ; nam onus contritionis obligat quidem in eo casu, non per se, et ratione sui, sed ratione alterius, et consequenter per accidens.

Htm-

276. Hinc objectio illa dispellitur, et eîus doctrina expugnatur. Nam quoties actus non per se, et ratione sui primario præcipitur, et intenditur, sed ratione alterius sibi annexi, et aliunde, petiti, non inducitur obligatio per se, sed per accidens, et ratione alterius : sed ita evenit ut in plurimum inter actum charitatis, et Pœnitentiæ : ergo non inde consurgit per se loquendo obligatio, nisi per accidens. Non enim obligatio per accidens accipi debet pure grammaticaliter, ut verba sonant, quoi,,scilicet, accidentaliter, et separabiliter conjungatur actus actui, vel præceptum præcepto; sed theologice, et formaliter, id est, quod unus per se et ratione sui, alter ratione alterius intendatur, et præcipiatur. Et quia hoc modo se habent actus eharitatis, et Pœnitenliæ, non semper ac incumbit homini ex præcepto actus charitatis per se, incumbit etiam actus Pœnitentiæ per s»; sed sicut sunt onera diversa, sic et diversa tempora obligandi sibi vindicant, et e converso. Quare in casu omissionis charitatis pro primo instanti, licet quam primum obliget præceptum conversionis, non utcumque sed per se ; præceptum tamen Pœnitenliæ solum obligat per accidens, et ratione actus charitatis quam primum eliciendi.

Unde ad formam objectionis, primum Antecedens absolute negandum est, cum Cano, Soto, Martinez de Prado, et aliis Thomistis, quibus subscripsit Suarez. Et ad ejus probationem concedimus impossibilem esse homini illi actum charitatis per se loquendo, quin eliciat actum contritionis, et impossibilem esse actum contritionis, qum supponat actum charitatis, maxime in nostra, et veriori sententia, juxta quem neuter illorum actuum queit absque gratia fieri. Ex quo solum sequitur utrumque præceptum obligare, quod libenter concedimus, sed non pari titulo, et æquali jure, quia unum obligat ratione sui, et consequenter per se, alterum vero ratione alterius, atque ideo per accidens, ut constat in accedente ad Eucharistiam post peccatum, cui impossibilis est licita Eucharistiæ sumptio, quin procedat confessio, et ea non oblata, saltem contritio in casu urgentis necessitatis, quin, ut audivimus ex D, Thoma, major sit obligatio aut confessionis, aut contritionis, quam per accidens ob rationem dictam.

Cono. So(o. Prado. Suarez,

Et hinc constat ad confirmationem : quia semper atque post peccatum obliget præceptum Pœnitentiæ, obligabit etiam præceptum charitatis, sed diversimode juxta modum explicatum, ratione suppositionis accidentalis peccati, quo supposito impossibilis est unus actus sine alio ; et con-

sequenter quin obligatio unius præcepti subordineiur alterius per se primo intenti obligationi; nisi forte contingat devenire ad instans, in quo æque vigeat utrumque præc<-ptum, ut accidere potest.

Uberier rei deebra· tio.

277. Nec obest connexio ex natura rei contritionis, et actus charitatis, et quod eadem esse debet subordinatio præcepti ad præceptum. quam sit actus ad actum : nam hoc solum probat, quod numquam intendatur, aut præcipiatur actus unius virtutis, quin ratione illius alter debeat præsupponi ; sed non evincitur per se utcumque inten ii, nec consequenter utrumque eodem modo obligare, sed semper cum subordina'ione prædicta : quapropterquando urget præceptum Pœnitentiæ, licet debeat charitas concurrere, non est, quia hujus præceptum per se obliget ; sed quia actus Pœnitentiæ nequit absque actu charitatis exerceri, et transgressio non est duplex, sed nnicum peccatum impœnitentiæ, quo etiam modo accidit quando e converso urget præceptum charitatis, quod nequii observari absque actu Pœnitentiæ; nam solum delinquitur contra charitatem, ec non contra pœnitentiam.

Et sane ex illa objectione ai summum evinci potest Pœnitentiæ præceptum, et consequenter actum per se supponere tum actum, tum præceptum charitatis; non tamen quod semper, atque obligat præceptum charitatis, obliget etiam præceptum pœnitentiæ, quo indigebat objiciens ad doctrinam illam tuendam. Nec etiam inde conficitur aut præceptum, aut actum charitatis subordinari vel præcepto, vel actui Pœnitentiæ, cum latius pateant illa, quam ista, et consequenter salvabitur præceptum charitatis post primum instans posse obligare puerum, uc quam primum possd, in eum erumpat; quin præceptum Pœnitentiæ tunc obliget nisi per accidens, ut dicebamus in solutione, contra quam procedit objectio ; non enim ex eo quod actus Pœnitentiæ per se, et essentialiter petat supponere actum charitatis, potest inferri actum charitatis exigere eodem modo actum contritionis, ut supra dictum est.

§ HI.

Aliud vera senlentiz fundamentum.

Alterum pro asser- tioue argu- meatua.

278. Secundum fundamentum veræ sententiæ depromitur ab inconvenienti, quod videtur indeclinabile. Nam si homo statim ac peccasset, teneretur ad contritionem, quoties deinceps peccaret in qualibet materia, committeret duplex peccatum, aliud impœnitentiæ, aliud vero in materia illius virtutis, contra quam ageret, utputa castitatis, aul justitiæ. Consequens estfalsum, et contra communem sensum fidelium, imo et confessionis praxim inconcusse, vel ab ipsis doctissimis viris probatam, et approbatam. Ergo falsum etiam est, statim ac homo deliquerit, ad contritionem teneri. Consequentia est legitima, Majoris illatio est clara: nam quoties homo post primum lapsum iterum laberetur in materia cujuslibet virtutis, directeeiper se contrairet præcepto .Pœnitentiæ, quo tenebatur post primum peccatum : siquidem vel urgebat præceptum negativum Pœnitentiæ ad non differendam, nec per unum instans pœnitentiam ut aliqui volebant : vel saltem se haberet præceptum Pœnitentiæ ad instar præcepti negativi quoad modum obligandi, ut alii docebant. Constat autem de ratione præcepti negativi, et modi obligandi ipsius esse, ut in quolibet instanti, ac contra illud fiat operatio, committatur peccatum ut constat in præceptis non mentiendi, non furandi, et sic de reliquis: ergo sipræceptum Pœnitentiæ statim ad pcenitendum cogeret, nullum esset instans, in quo non obligaret, et consequenter in illomet instanti, in quo contra castitatem quis laberetur, directe etiam ageret contrapræceptum Pœnitentiæ omittendo actum præceptum, subindeque non solum deficeret in materia luxuriæ, sed etiam in materia Pœnitentiæ.

Unde rursus sequeretur, vel quod homo semper, et incessanter in quolibet peccaret, et vel innumera peccata committeret, quot videlicet instantia, aut temporis interstitia interfluerent : vel saltem quod esset in continuo, et neutiquam interrupto peccato actuali. Quod etiam est falsum, et ab hominum conceptione alienum. Sequela constat: quia cum prædicta pœnitendi obligatio inciperet post primum instans peccati commissi, et ea non interrumperetur, aut suspenderetur, eo quod non esset in oppositasententia major ratio unius instantis, aut hujus partis temporis, quam alterius ; nec consequenter loquendo unum pr® alio instans determinari posset : sequitur in quolibet eterminato violari obligationem instantem contritionis: quocirca se habere necesse esset ad instar illius, qui est in voluntariamoranonrestituendi,cum possit: qui quidem vel tot committit peccata, quot fuerint

fuerint iutcrrupta instantia, ant mono, ut verior, ac sanior sententia docet (ul a sententiis proscindamus) saltem in continuo, etnon interrupto peccato actuali perseverat. Et ratio est perspicua. Nam toties committitur novum peccatum, vel (ut mitiori sententiieannuamus) saltem non interrumpitur commissum, quotiescontraveniturpræcepto tunc obligandi per se, rationcsui, ut videtur per se notum : sed nullum esset instans, in quo non contravenireturpræcepto Pœnilenliæ, omittendo actum ex illa præceptum, quod nullo non instanti urgebat ; nullum ergo esse instans, in quo non committeretur novum peccatum, vel saltem jam commissum actualiter, et expresse continuaretur, supposita, ut supponi debet, advertentia præcepti, et consequenter obligationis.

Falsitas, et absurditas utriusque consequentis constant ex eodem principio : unum quippe, et alterum est contra communem lidelium sensum : quocirca merito asseruit Magister Cano ubi supra prædictam veritatem non aptiori alia via demonstrari posse quam ob oculos apponendo nullum esse peccatum in eo, quod vel ipsi valde timorati deglutiunt, et peritissimi spirituales medici spernunt : quando quidem nusquam illorum aliquis novi peccati vel se accusavit, vel scrutinium, aut mentionem fecit de eo, quod non statim, ac se peccato inquinaverit, pœnitentiam egerit. Tam alte hominum mentibus insedit nullam esse obligationem illam confestim resipiscendi. Quod quidem nequit non argumento esse illud consequens legitime illatum ex illa sententia falsitati obnoxium esse ; alioqui enim et tot sacramenta redderentur nulla, et doctissimi ipsi non interrogando deficerent; quod non debet concedi, nec potestadmitti absque gravi animarum detrimento.

Qjeia'l ms, 279. Prædicta absurda cum sibi objecisset Cajetanustorn. I, opuscul. tract. 17, quæst. unica, § *sed exurgil,* ea conatus est emollire inquiens, *quod quantumcumque aliquis non conteratur slalim, nisi ad hoc deveniat, quod commissionis peccato incurrat detentionem divini odii, non peccat mortaliter, quamvis perseveret in statu peccati mortalis.* Et hujus ratio elicitur ex ejus doctrina ibi præmissa : quia cum præceptum Pœnitentiæ sit mixtum ex affirmativo, etnegativo, sicut contra affirmativum non delinquitur, nisi per omissionem contritionis, ita non agitur contra negativum, nisi per commissionem, seu quod idem est, per voluntariam approbationem status peccati : hæc autem voluntaria status peccati approbatio, cum sit ejusdem consensus, non semper adest in quolibet instanti, et consequenter nec novum peccatum. Quia enim hæc præcepta sunt permixta, et annexa, unum non obligat, nisi ratione alterius, et ideo *nonesl omissio affirmativi præcepti, nisi adsit commissio contra negativum.* Hactenus Cajetanus, quoad ex illius tam subtili, quam obtrusa mente in lucem eruere potuimus.

Venia tamen illius hæc non est via prædicta inconvenientia declinandi, sed ea intacta relinquit, et non satis consequenter procedit. Et ut ab hoc ultimo incipiamus, constat ex ejus verbis in fine§ immediati, qui incipit: *Quibus præmissis,* ubi ita concludit : *sicut igitur præceptum de restitutione propter implicitam detentionem alieni obligat ad slalim restituendum : ita præceptum de contritione propter implicitam detentionem odii contra Deum, obligat ad statim conterendum.* Hoc autem non cohærere cum verbis nuper ex ipso relatis manifestum videtur, ubi ducet non statim conteri non esse peccatum , nisi ad hoc deveniatur, quod incurrat detentionem divini odii. Unde inquirimus : vel semper implicite continetur voluntaria detentio divini odii in non statim conterendo? vel non; sed expectandum est tempus, vel tenenda occasio, ut in illam tandem deveniatur? Si primum ? ergo semper ac differtur Pceninitentia, et non illico execution! mandatur, committitur peccatum, cum procedatur voluntarie contra onus grave confestim pœnitendi ob voluntariam implicitam continentiam detentionis divini odii. Si affirmetur secundum? ergo nec implicite, et voluntarie semper adest detentio divini odii ; nec consequenter semper, et pro semper tenet obligatio, sed pro tempore, et occasione peccandi per actum positivum contra præceptum negativum. Non ergo est obligatio ad statim poenitendum, quod affirmamus, et negat Cajetanus, ut demonstrant ejus verba. Et hinc constat intacta reliquisse illa inconvenientia, vel in nostram, quam deserere intendit, sententiam incidisse.

Defecit insuper ex alio capite sapientissimus Cajetanus, comparando ex æquo obligationem contritionis cum obligatione restitutionis, quasi utraque confestim pro quolibet instanti obligationem induceret, Quod tamen negavit D. Thomas, vel ex eo solum quod obligatio ad statim restituea-

sed non ®ali.s- fâcit·

linpu- S°alur·

dum sit præcepti negativi, secus vero obligatio conterendi. Verba S. Docturis in 4, dist, 17, quæst. 3, art. 1, quæstiunc. ad 3, sunt hæc : .Id *tertium dicendum quod retentio rei alien# invito domino, conlrarialur præcepto negativo, quo obligat semper, et ad semper, et ideo tenetur ad statim reddendum. Secus autem est de adimpletione præcepti affirmativi, quod obligat semper, sed non ad semper, unde non tenetur aliquis ad statim implendum. Quare vel* dicendum solutionem D. Thomæ non esse undequaque veram; vel asserendum est Cajetani doctrinam in hac parte adversari D. Thomæ, excludenti omnimodam illam similitudinem obligationis restituendi, et pœnitentiam agendi. Nec ideo negamus, aut negavit D. Thomas præceptum negativum pœnitentiæ; quia commune est omni, et cuilibet præcepto affirmativo includere negativum, a quo non excludi debet pœnitentia ; sed non in sensu prædictæ solutionis, de quo infra in hoc eodem dubio.

»Alia gn?t?oex Arauxo.

Præterea: quia ut bene docet Arauso infra quæst. 86, art. 2, dub.· 3, implicatorium est, quod præceptum sit affirmativum, et quod per se, et ratione sui non obliget: sed præceptum Pœnitentiæ est affirmativum : ergo ratione sui debet obligare, non autem potest obligare pro aliquo instanti nec ratione sui, nec ratione præcepti negativi in eo inclusi : ergo non est ratio asserendi ullo modo per se statim obligare. Discursus videtur legitimus, et Minor subsumpta quoad primam partem est perspicua ex generali ratione præcepti affirmativi, ut ostendimus in superiori fundamento. Quoad secundam vero suadetur : nam si illa instantanea obligatio proveniret ex præcepto negativo, jam præceptum negativum destrueret modum, et naturam præcepti affirmativi, utpote quod numquam posset obligare ratione sui. et juxta proprium sibi modum, ut patet. Unde ergo cognosci, aut affirmari vere posset esse præceptum affirmativum? Rursus: Nec etiam præceptum illud negativum servaret modum præcepti negativi : quia præceptum negativum non violatur nisi per actum positivum ; sed non statim poenitere non est actus positivus, sed carentia, vel omissio actus : ergo per carentiam, vel omissionem instantané® pœnitentiæ non violatur præceptum negativum pœnitentiæ. Alias aclus positivus poenitendi nec habetur, nec haberi debet in quolibet instanti. Ergo non in quolibet instanti tenetur homo ad pœnitendum ex aliquo capite, ve! præcepti affirmativi, vel negativi; atque ideo præcep·ϊυηχ negativum non servaret modum obligandi proprium præcepti negativi.

280. Si autem dicas omissionem Pœnitentiæ opponi præcepto affirmativo, negativo vero solum adversari actum positivum vel complacentia), vel consensus in statum peccati. Inquirimus, ut supra inquirebamus : an post commissum peccatum semper adsit illa complacentia, vel consensus in nullo instanti interrupta, vel non? Si non adest : ergo jam adest tempus intermedium, imo et plura instantia, in quibus non teneatur homo ad Pœnitentiam, quin obsit præceptum illud negativum : et consequenter reincidere necesse est in nostram, et communem sententiam. Si vero affirmetur primum, redit argumentum supra formatum, quod sit ille homo in continuo peccato actuali, vel innumera committat peccata actualia, quot scilicet fuerint interruptiones morales, quas enumerare non est facile in defluxu temporis considerabilis unius, vel plurium annorum. Unde manet ineluctabile illud absurdum, in quodcumque latus se vertant ad illud declinandum. Pλγ4. Iff

281. Hinc jam devenire opus est ad secundam partem assertionis, in qua Ecclesiasticos. et alias personas Deo sacras, uti sunt Religiosi, a prædicta obligatione exemimus. Et quidem rationes factæ vel nihil probant, vel id etiam evincunt. Unde D. Thomas illorum Theologorum ita sen·tentium positionem refellens loco citato ex 4 Sentent, inquit : *Sed hoc nihil esi : quia Religiosi non tenentur ad alia, quam alii homines, nisi ad quæ se ex volo obligaverunt.* Et ratio etiam est : quia jus naturale ad pœnitendum fundatur in offensa contra Deum facta, vi cujus Deus exigit sibi fieri debitam compensationem : sed in hoc pari, et æquali passu currant Religiosi cum sæculanbas : ergo non est unde illi cogantur ad citius, aut immediatius poenitendum, quam isti ex vi prædicti juris. Major et Consequentia constant, et Minor probatur. Tum quia adhuc respectu person® religiosæ servat illud præceptum modum præcepti affirmativi, nec est minus absurdum, quod plura committat peccata differendo pœnitentiam, quam alii, ut consideranti constabit, dummodo aliunde ratione specialis voti non illud onus incumbat. Tum etiam, nam quod Religiosi (uj. motivum

Asser-tio» eiies-sii.

inolivum oppositum opinantium diluamus) in perfectiori gradu sint constituti, probat quiileni graviorem evadere transgressionem præcepti, subindeque majorem ab illis jure exlorqueri satisfactionem, cui exhibendæ meliorem nacti sunt opportunitatem; non vero quod ad eam citius teneantur. Esto vero ita esset, quod protinus ad eam præsundam tenerentur, id sane proveniret a statu Religionis, aut divini cultus, cui omnes Ecclesiastici sunt addicti; non vero descenderet ex ipso jure naturali communi, et nullum statum concernenti quo indigebat illa sententia ad sui veritatem. Constat vero ex eo quod aliquis majus debitum contrahat, cui exolvendo adstringatur, non bene inferri citius ad id præ aliis teneri ; quin imo si ex humanis trahi potest argumentum, oppositum debet inferri, utpote difficilius, atque ideo morosius sit ære alieno gravato in majori quantitate, quam in minori solvere : ergo cum sæculares ex vi juris naturalis non obligentur ad eam ita citam, ac præproperam poenitentiam, nec etiam Ecclesiastici, et Religiosi.

Confirmatur, et explicatur. Quoniam tam grave onus non est imponendum Religioni absque gravi, et urgenti fundamento : sed nullum est fundamentum injungendi prædictum onus personis Ecclesiasticis : ergo non tenentur prædicto onere. Cætera constant, et probatur Minor, quia non est fandamentum in ipso jure naturali, constat ex dictis, nec in votorum emissione, ut etiam liquet, nec in aliqua Ecclesiæ determinatione, quod probatur : nam in materia Pœnitentiæ solum constat de duplici Ecclesiæ determinatione ; prima ad omnes fideles, cum ad usum discretionis pervenerint, ut stato tempore sacramentaliter confiteantur post lapsum loco supra citato ex cap. *Omnis ulriusque Sexus.* Secunda de statu Monach. Clement. *Ne in agro Dominico,* % *Sane,* ubi Monachis Benedictinis, et ut annotatur in margine, etiam Canonicis regularibus injungitur, *quod singulis mensibus tam in Monasteriis, quam extra (sublata occasione quacumque) ad confessionem saltem semel accedant omnes, et singuli, et in prima Dominica mensis in monasteriis semper communicent.* Nulla vero alia determinatio in hac parte invenitur, quæ magis concernat Clericos, aut Religiosos, quam reliquum sæcularium vulgus ; ergo nullum penitus est fundamentum ad illud tam grave onus ipsis injungendum præ aliis, consequenterque quoad hoc non striectins, sed æqualiter ac sæculares jure divino premuntur. Et si quod alias onus eis incumbit, provenit quidem ex ipso statu, non naturali ex jure. Unde concedimus decentius, ac congruentius esse Religiosis non procrastinari, ac persistere in statu peccati mortalis, quam dedeceat sæculares. Sed alius est decentiæ titulus, aliud præcepti onus.

§ IV.

Ejusdem veritatis asserta consectaria.

282. Ex quibus inferendum, et dicendum est secundo, nec etiam in diebus festivis, aut solemnioribus aliquem ad poenitentiam constringi, dummodo aliunde non proveniat obligatio, utputa ratione Sacramenti vel suscipiendi, vel ministrandi, vel alia de causa. Quod consectarium docent communiter Theologi contra Marsilium in 4, quæst. 12, art. 1. Viguerium cap. 16, § 5. Petrum de Soto lecti 13, et alios, quos referunt Prado, et N. Franciseus, et ratio est eadem cum præcedenti : quia nullum est fundamentum prædictum onus fidelibus injungendi. Nam quod illi prætexunt de festorum sanctificatione, et Deo in illis diebus specialius colendo, leve est, et prorsus insufficiens. Tum quia finis legis, maxime extrinsecus non cadit sub lege; sanctificatio autem interior, cui præcipue deservit pœnitentia, est finis extrinsecus, atque ideo non cadit sub lege praecipiente sanctificationem diei festi. Tum etiam, quia ut bene observat Cajetanus in summa verb. *Festorum violatio* solum exterior cultus praecipitur, non autem interior renovatio per contritionem, Tum praeterea, quia aliud est præceptum Religionis a præcepto Pœnitentiæ : sed cultus externus, et festorum observatio pertinet immediate ad Religionem, cujus sunt proprii actus ; non ergo per se pertinent ad Pœnitentiam. Tum denique, quia præceptum de observatione festorum, et cultu in illis Deo exhibendo sufficienter impletur per cessationem ab omni opere servili, et auditionem sacri, quin ad aliud fideles cogat Ecclesia, ut constat. Unde ergo venit illa specialis obligatio interne pœnitendi, vel quodnam est illius vestigium in Scriptura, Patribus, aut Ecclesiæ statuto? Et quidem licet istud reperiretur, solum induceret obligationem juris Ecclesiastici, non autem juris divini, de quo agimus.

i Coroi- addies festos·

Marsi- rius.

Objectio. Nec obest in oppositum illud Levit. 16 ; *Sabbatum requietionis est, affligetis animas vestras, ab omnibus peccalis vestris mundabimini.* Quibus consonant alia verba ejusdem libri cap. 23 : *Affligetis animas vestras, omne opus servile non facietis in die hac : omnis anima, quæ non fuerit afflicta* in *die hac, peribit de populo suo,* et causa redditur: *ut propitietur vobis Dominus.* Et quod magis est, toto illo capite non semel, sed pluries id ipsum injungitur, et commendatur. Constat vero prædicta verba non aliud directius sonare, aut intimare, quam poenitentiam internam animarum : ergo hæc est quæ imposita fuit fidelibus pro diebus festis. Et ita ultra relatos tenuisse videntur Scotus, Gabriel in 3, dist. 17. Angelus verbo Feriæ, Nider in suo præcepto. quibus annumerari solet D. Antonin, part. 2, tit. 9.

Gabriel. Scotus. Angelos.

Solutio. Hoc, inquam, minime obesse constat ex eo, quod lex vetus abolita fuerit, nec obligatulla ex parte, nisi quoad eam, in qua præcepta legis naturæ continebat. Insuper, lex illa loquebatur de certo die expiationis, qui dies Propitiationis vocabatur, in quo Sacerdos semel in anno pro peccatis populi preces Deo fundebat. Nec etiam erat lex, quæ singulis festis præciperet afflictionem internam Pœnitentiæ, sed solum præscribebat cæremonias illas externas, quibus, ut inquit D. Thomas 1, 2, quæst. 102, art. 4 ad 10, *significabatur emundatio a peccalis populi Christiani,* et hoc erat festum expiationis. Purro præceptum illud de sanctificatione die Sabbati testatur D. Thomas 2, 2, quæst. 122, art. 4 ad 1 : *Fuisse cæremoniale secundum moralem significationem , prout significat cessationem ab omni actu peccati, et quietem mentis in Deo. El secundum hoc quodammodo esi præcepium generale.* De quo videri potest Cajet, in comment, illius articuli, ubi ostendit ad litteram præceptum illud solum esse de exteriori Dei cultu, et oppositum sensum *phantasiam* vucat. Esto tamen iia non esset, quod in tensu litterali foret inteiligendus ille textus, adhuc nihil ex eo infertur : quia præceptum illud pertinebat ad virtutem Religionis primario, et solum per accidens concernebat Pœnitentiam. ut accidit in lege gratiæ accedentibus ad alia sacra-

D.Tbom.

tom* quando' peccala memori® occurrunt.

menta » iluæ ut digne suscipientur a peccatore, prævia pœnitent a indigent. Unde nullo ex capite convincitur intentum.

283. Dicendum, et inferendum est tertio nec etiam per se urgere præceptum Pœnitentiæ quoties peccata memori® occurrunt. Hanc assertionem (jam supra indicatam ad ari. 9 præcedentis quæstionis, ubi cum D. Thoma egimus de continuatione, etduratione Pœnitentiæ, sed in præsenti fusius discutiendam servavimus), statuimus contra plures veterum Theologorum, quos refert Suarez disp. 15, sect, -i, n. 3. Pnecipui illorum sunt Alensis, D. Bonavem. Ricardus, Hugo de S. Victore, et Gabriel. Ratio ejus sumitur ex dictis loco citato, el ex hactenus in hoc dubio expensis. Insuper suadetur aliis motivis, quorum primum proponitur sub hac forma : Quoniam obligatio præcepti venanda est per ordinem ad actum et ejus necessitatem, non vero penes recordationem, aut memoriam materiæ circa quam illius actus ; hæc enim ad summum conducit ad notitiam obligationis, non vero eam inducit de novo : sed præceptum Pœnitentiæ non obligat pro semper ad detestanda peccata : ergo nec quoties in memoriam veniunt. Major explicatur, et probatur simul : nam praecepta non obligant, quia memoria retineantur. sed prius, et aliunde debent obligare, quam sit, vel non sit illorum memoria ; ideo namque memoria retineri postulant, quia important obligationem, et non e converso. Minor supponitur ex dictis pro prima assertione, et Consequentia probatur : nam obligatio per se alicujus præcepti non debet depromi ex eo, quod ipsi est accidentale, extrinsecum, et posterius: sed accidit præcepto, et ejus obligationi, quod excidat e memoria, vel in illam veniat, ut constat; si quidem eadem ratione, qua asseritur ejus obligatio, semper atque in mentem veniant peccata detestanda; deberet etiam asseri si numquam ab illa exciderent, continuo, et pro quolibet instanti fore odio habenda : ergo sicut est accidentale, et extrinsecum, et posterius, quod e memoria labantur, vel quod in illam redeant, ita et quod semper, aut raro illud præceptum obliget. Quamobrem ad sustinendam istam sententiam consequenter asserendum est præceptum Pœnitentiæ per se semper inducere celerem, et praeproperam obligationem, jam in prima assertione convulsam. Quod vero magis vel minus obliget, prodire a memoria, quod est falsum.

alori. D.fe. ut. Hip Via. Gil-rist \ Fuü- Bnla·

Confirmatur primo. Nam illa men.oria vel est, et sufficit ad oblieandurn, ut pure speculativa, vel ut practice, et ita efficax, ut impellat hominem ad consensum, et in

fteixi- tsr.

discrimen proximum consentiendi trahat, nisi interveniat detestatio peccali? Si primum dicatur, planum est non inducere obligationem, nec concernere præceptum : quia praecepta virtutum moralium non versantur circa speculationem, de qua non curant, sed tantummodo circa praxim, in quam collimant. Si vero affirmetur secundum, tenebitur quidem homo ad poenitendum, non ratione memoriæ praecise, ut dicit illa sententia, sed ratione periculi imminentis incidendi in aliud peccatum. Et quia non semper ac in memoriam veniunt peccata, ita prompte, et efficaciter movent, quod in periculum proximum ducant iterum relabendi; falsum est, et communiter improbatum obligari hominem ad pœnitentiæ actum, semper atque in memoriam peccata devenerint.

Confirmatur secundo a paritate aliorum præceptorum affirmativorum. Nam præceptum charitatis (et idem dices de præceptis Confessionis, Eucharistiæ, aut aliarum virtutum sive Theologalium, sive Moralium) non obligat præcise per hoc, quod Deus in mentem veniat, aut ejus immensa bonitas ut summo amore digna cognoscatur; alioqui enim frequentissime teneremur ad actum charitatis, et consequenter illum omittendo innumera committerentur peccata : quod est nimis durum, nec minus salebrosum. Hujus autem non est alia ratio, nisi quia memoria objecti, quod alias cadit sub præcepto, non inducit per se obligationem, sed hæc oritur aliunde ex visceribus, et modo ipsius præcepti, et solum tenet in illis circunstanliis, quæ ab ipso præscribuntur, non vero quoties in mentem venit. Id quod clarius elucet in præceptis Confessionis, et Eucharistiæ; hæc quippe quantumvis in memoria retineantur toto animi decursu, non obligant, nisi tempore ab Ecclesia præfixo. Quod signum evidens est a memoria non oriri obligationem, sed aliunde. Ergo ut asseratur præceptum hujus virtutis obligare, non in memoriam peccatorum, sed in conditionem, et modum hujusmodi præcepti deveniendum est. Cum ergo illud sit juris divini, ex quo non habetur determinatio ad hoc tempus præ alio, nec cogat ad statim habendam contritionem; perperam affirmatur pro regula obligationis, quod peccata in mentem veniant, quasi ejus obligatio pendula esset a nostra memoria. Unde sicut memoria temporis Confessionis, aut Eucharistiæ conducit quidem ad tempore debito ea Sacramenta percipiendum, non tamen novam obligationem secum trahit; haud dissimiliter peccatorum memoria proficiet ad suo tempore de illis poenitendum; non vero ad illico, ac illorum quis meminerit, præceptum exequendum.

284. Nec vim hujus confirmationis elides, si dixeris, quod peccata semper atque se memoriæ offerant, se offerunt ut detestatione digna. Nam mullo masis bonitas divina est digna amore, quam odio peccatum haberi debeat, cum illa sit infinita per essentiam, et in omni ordine, hoc vero ad summum moraliter : et tamen non semper, ac cogitemus in Deo, vel de Deo tenemur ex præcepto ad ipsum amore prosequendum : ergo nec etiam obligabimur ad peccata odio habenda qualibet simplici eorum memoria; sed ad summum quando imminet periculum in aliud peccatum, aut eorum complacentiam irruendi. Quod vero (ut aliam replicam subruamus) voluntas peccatoris pronior sit ad malum, quam ad bonum, probat quidem consilii esse eorum cogitationem avertere, ne alliciant, et in consensum pertrahant; non vero sub præcepto cadere ea positive detestari. Nam ut supra in commentario ad art. 9 animadvertimus inter *placere,* et *displicere* contrarie accepta cadit medium *non placere,* negative sumptum, quo et mens alio distrahi potest, et excluditur, si quod esse poterat, periculum, ut etiam potest cerni inter *diligere,* et *non diligere* privative, inter quæ manifestum est intercedere *non diligere* negative, de quo non est præceptum, nec eo violatur.

Effo-

confu-

latI0·

‘

285. Sed contra insurgit non levis difficultas. Nam si quoties peccata memoriæ se repræsentant, non opus esset illa positive respuere, sequeretur licite posse hominem elicere hunc actum : *nolo poenitere,* hoc autem est falsum : ergo tenetur homo ad positive despiciendum peccatum. Major probatur, quia licitum est velle positive, quod licitum est facere : sed homini existent! in peccato licitum est non pœnitere, quantumlibet peccata memoriæ obveniant : ergo et licitum illi erit *velle non pœnitere,* seu quod idem est, *nolle pœnitere.* Falsitas Consequentis suadetur : quia supposito peccato, non stat voluntas positiva non poenitendi, quin saltem interpretative sit voluntas persistendi in statu peccati sed voluntas perseverandi in statu peccati est virtualis illius complacentia, atque ideo

Gravis obiectio

novum peccatum : ergo non stat voluntas non pœnitendi absque novo peccato. Major huius syllogismi probatur : quia supposita cognitione peccati existentis, velle illud a se non excutere est virtualis approbatio, et volitio perseverandi in illo statu : sed virtualis volitio, et approbatio status peccati non stat absque simili complacentia in illo : ergo voluntas positiva non pœnitendi est virtualis, et mterpretativa voluntas permanendi in statu peccati. Si namque tam formaliter, quam virtualiter peccatum non vellet, abs dubio ab illo facile, cum posset, se extricaret : ergo abeo non se expedire, cum possit, est saltem virtualiter in illo complacere, nec illius consortium respuere, sed complecti.

Prima responsio.

Hujus objectionis non est una Autborum solutio : sed sunt aliqui docentes, quod sit intrinsece malum, vel non poenitere, /icetsit licitum non pœnitere, quando non urget præceptum Pœnitentiæ, de quorum numero sunt F'alacios in 4 dist 17, q. 2. Soto ibidem q. 2, art. 6, ante 3, conclus. Cano ubi supra g *Quod si,* et solut. ad 5. Differunt tamen in explicanda gravitate malitiæ : nam illorum primus existimavit esse peccati mortalis reum, qui adhuc dum non teneretur, renueret agere pœnitentiam , tam expressa volitions; aliis censentibus dumtaxat continere illam volitionem malitiam peccati venialis, eo quod ejus objectum nulla ratione honestari posset.

Palacios. Cano. Soto.

iNon arridet.

Hæc tamen solutio displicet tam in eo, in quo ejus Authores conveniunt, quam in eo, in quo dissident. Et quoad primum rejicitur : quia bonitas vel malitia actus desumitur ex bonitate, aut malitia objecti : sed objectum prædicti actus non est illicitum : ergo actus ille non est intrinsece malus. Major debet supponi ut indubia, maxime in via D. Thomæ, eamque late prosequi, ac firmare conati sumus suo proprio loco. Minor constat ex illorummet doctrina nobis, et illis communi : quoniam objectum illius actus, est non pœnitere quando non urget .præceptum : sed non pœnitere non urgente præcepto, non est illicitum : ergo objectum illius actus non est illicitum.

Major responsionis eversio,

Confirmatur primo. Nam ut omissio sit imputabilis, et consequenter illicita, debet præcedere debitum non omittf-ndi; ut patet in submersione navis, quæ eatenus tribuitur nauclero, quatenus ipsi incumbit ex officio ejus gubernatio ; si namque deficiat debitum est mera negatio, non vero privatio actus debili, ut fuse explicuimus tract, de Voluntario disp. 4, dub. 2. Ergo ut non pœnitere, seu quod idem est, omissio pœnitentiæ refundere posset malitiam in sui volitionem, opus erat debito non omittendi pœnitentiam. Sed non urgente præcepto, aut alia circunstantia extrinseea non est unde oriatur debitum non omittendi pœnitentiam. Ergo omissio pœnitentiæ non est, unde possit esse objective mala ; ergo nec etiam erit intrinsece malum velle prædictam omissionem : quia licitum est velle, quod licitum est non facere ; si namque licitum sit non audire sacrum, latet profecto, quaie licitum non etiam sit velle non audire sacrum ? Si ergo licitum est non statim pœnitere, nec etiam quoties peccata memorise occurrunt; licitum eodem modo erit velle non statim hominem conteri, nec quoties peccata in mentem venerint.

286. Dices aliam esse rationem objecti, Ens», quam actus : nam objectum ex sua specie queit esse indifferens, subindeque nec bonum, nec malum determinate, ut cum D. Thoma, et communi sententia Theologorum statuimus tract, de Bonit. et Malitia disp. 7, dub. 1. Actus vero per se loquendo nequit esse indifferensin individuo, ut dub. 2 illius disputationis cum eodem D. Thoma firmavimus. Quare poterit stare non pœnitere non esse illicitum, et malum ; et quod velle non pœnitere sit intrinsece illicitum ; sicut stat levare festucam non esse malum, et velle illam absque alio fine levare esse prohibitum, quia malum. El ratio esteadem utrobique; eo quod non pœnitere est indifferens ad bonum, et malum, qua indifferentia nequii gaudere voluntas non pœnitendi exercita, seu in actu secundo.

Coadu- tjr·

Sed contra est, et instauratur ad hominem impugnatio ex eodem exemplo, quod est Magistri Cano. Nam eo ipso quod levare, vel non levare festucam e terra non sit objective prohibitum, sed indifferens ad bonum, et malum morale, levatio festucæ non est intrinsece mala, nisi importet determinate carentiam finis honesti, ad quem in quolibet opere constituendum tenetur homo, semel atque ut rationalis, et deliberate procedat : quocirca si honestus finis levationi illi apponatur, evadit actus simpliciter bonus; sin minus, erit illicitus : sed non pœnitere est indiflerens moraliter, utpote non prohibitum aliqua lege, nisi dum

dum urgeat præceptum : ergo velle, non pœnitere non est ita intrinsece malum absoluto, ut asseritur, sed potest ratione finis honesti appositi reddi actus bonus, et si eo canierit, malus in individuo. Unde ergo debet proferri, et annuntiari absolute, et intrinseco malus? Siquidem cum peccata memoriæ occurrunt, potest urgere præceptum vel Religionis, vel Misericordiæ, aut alterius virtutis, cujus exercitio impeditus homo, ex fine illi incumbendi velit non pœnitere, sed differre usque ad tempus instans ; sicut si offerretur occasio confessionis, posset licite eam differre usque ad tempus præscriptum sola intentione interim aliis operibus vacandi. Quare instauratur argumentum : Nam actus qui esse potest et bonus, et malus moraliter, non est intrinsece malus : sed velle non pœnitere potest esse malum, et bonum moraliter : ergo velle non pœnitere, quando non urget præceptum, non est intrinsece malum : probatur Minor : quia non urgente præcepto ad pœnitentiam, bene vero ad alia pietatis opera, bonum, et honestum est vacare operibus præceptis, omisso opere non præcepto : ergo velle non pœnitere ex illo motivo est moraliter bonum ; alioqui potest esse malum, si honestus finis illi non apponatur : ergo velle non pœnitere non est determinate, et intrinsece malum, sed quandoque malitia, quandoque vero bonitate morali gaudere potest.

Asnra rajoj- ektiM [5r.

287. Unde manet convulsum id, in quo prædicti Authores differebant. Nam quod ratus Pa'ac'os peccato gravi, durum est, et nulli fundamento innixum : quia ubi non est præceptum secum trahens gravem obligationem, non est locus transgressioni, aut peccato gravi ; sed nullum est præceptum pœnitendi quoties peccata memori® occurrunt, ut constat ex dictis, vel assignetur ; ergo nulla est ratio damnandi peccati gravis hominem non pœnitere volentem, dum peccata memoriæ occurrunt. Nec etiam est peccatum veniale, ut alii rebantur : nam ut ille actus esset saltem venialiter illicitus, debet carere fine aliquo honesto, quoad exercitium : sed actus ille quandoque fine honesto gaudere potest : ergo non semper erit peccatum veniale, subindeque non est ratio, quare absolute inter peccata venialia computetur.

Adde (et explicatur radicitus) î Nam quod ille, vel quilibet alius actus habere debeat finem honestum, provenit quidem ex conditione generali actuum humanorum, quæ eat radix longe diversa, ex cujus defectu nullus alter actus evadit moraliter bonus. Quare quod velle non pœnitere sit moraliter malus, provenit quidem ex carentia finis honesti, quia malum ex quocumque defectu; sed non tanquam ex propria et objectiva radice, ex qua actus sibi vin licant intrinsecam, et specificam bonitatem, vel malitiam. Et in hoc sensu non magis illicitum velle non pœnitere, quam deambulare, aut in agrum tendere, cui si adderetur sana finis intentio, non deficeret bonitas moralis. Quod est asserere prædictum actum acciden taliter conjungi cum quolibet illorum extremorum vel bonitatis, vel malitiae, consequenterque non esse intrinsece malum : cujus oppositum objectio illa extorquebat. Nam si memoriæ occurrentibus peccatis, homo teneretur ad poenitendum, posset licite velle non pœnitere, utpote non præceptum. Cui non occurritur directe per hoc, quod omni, et cuilibet actui morali debet apponi finis honestus; hoc enim supponi debet aliunde, et nullus 'est actus in individuo, cui non debeat competere. Quocirca ex parte hujus objecti, quod est *non pœnitere,* debet tradi ratio quare specialiter semper sit peccaminosus ? et hoc non præstatur in illa solutione, siquidem non pœnitere quando non præcipitur, non est intrinsece malum; alias potest esse bonum, ut probatum est : non ergo illa doctrina alioqui vera, recte occurritur argumento.

Nota 1 pro legitima difficultatis enodatione.

288. Ut ergo directius illi occurramus, duo brevier prælibanda sunt. Primum sit *velle non pœnitere* sumi posse dupliciter ; vel absolute, et absque ulla determinatione, aut expressa, aut subintellecta, quo pacto importat omnimodam negationem Pœnitentiæ pro qualibet temporis differentia. Vel sumitur contractius, ad hanc differentiam temporis, in qua non urget præceptum, nec consequenter inest debitum pœnitendi : quo modo non excludit totaliter Pœnitentiam, sed tantummodo in illo tempore determinato, in quo ea non obligat, nec consequenter est debita. Ex quibus *velle non pœnitere* primo modo importat deordinationem perversam, imo et quoddam obstinationis genus, quatenus excluditur omnis Pœnitentia post peccatum. At vero in secundo non pœnitendi modo non splendet illa deformitas, sed solum explicatur voluntas non pœnitendi, in hoc vel illo tempore determinato, in

quo ad eam non obligamur ex præcepto, sed ad summum ex consilio. Et quia ad concilia non tenemur ex jure, potest quis licite, et absque peccato, hoc aut illud consilium non sequi in his, aut aliis circumstantiis, in quibus forsan vel melius erit aliis vacare operibus, vel etiam aliarum virtutum obligatio instet. Tum quia, secluso speciali voto, nemo tenetur ad id. quod est absolute meiius. quale est amplecti semper, et in omnibus consilia. Tum etiam, quia consilia sicut non obligant, ita non præcipiunt, nec prohibent actus, et illorum omissiones.

Nota 2. Secundo est prælibandum in hoc quoi est *non pernitere* importari formaliter, et expresse carentiam actus Pœnitentiæ, seu ejus omissionem. Omissio aulem ut sit voluntaria, et libera, ultra debitum non omittendi, exercite debet supponere actum aliquem, qui sit causa, vel occasio omittendi ; alioqui non apparet, quomodo a voluntate ut principio libero emanet, et in se voluntaria, et libera sit, de quo egimus tract, supra citato, et rursus tract, de peccatis disp. 5, dub. 5, et modo supponendum est. Ut ergo Pœnitentiæ omissio exercite libera sit, et voluntati imputabitis, duo habere, aut præsupponere debet, et debitum operandi, et actum, qui impediat operationem, et sit causa, vel occasio omissionis. Quo fit, quod licet non deficiat actus, si tamen deficiat debitum non omittendi ; non possit, nec debeat voluntati moraliter impuiari, ut supra tetigimus, et est perpetua doctrina D. Thomæ.

Porro actus dupliciter potest attingere omissionem, vel per modum objecti directi attacti, quoi est attingere signate, ut quando expresse, et formaliter profero, et intendo omissionem, uti sonat ille actus : *volo non pernitere,* seu *omissionem Panitenliæ*. Et hic actus si excludat omnem Pœnitentiam, vel quod idem est, importet absolutam Pœnitentiæ omissionem, abs dubio est peccatum mortale impœnitentiæ, ut dicebamus. Sed in hoc sensu non procedit objectio, neque procedere potest, ut veniat ad rem. Vel attingit omissionem determinate pro tempore illo, in quo præceptum non viget ; et hoc modo, quia non supponit debitum, et alias esse potest cum fine honesto ; nec etiam apparet ratio, cur a ratione dissonet, subindeque ut peccaminosa damnetur. Vel omissio in hoc secundo sensu sumitur exercite, et in actu secundo, quo pacto debet supponere actum gante objective non est mala, ut etiam ipse Cano docet, sed indifferens; et exercite attacta, sit peccaminosa. non tam attendi debet ad objectum, seu omissionem, quam ad actum, qui est ipsius causa, vel occasio ; quocirca si iste fuerit honestus, etiam honestum exercitium erit omissionis. Si autem ille fuerit peccaminosus, vel ob carentiam debiti finis, vel ob aliam causam positivum ut sui causam, vel occasionem, in quo virtualiter, et in causa contineatur. Et quia omnis actus voluntatis est reflexivus supra seipsum, in ipsomet actu qui est causa, vel occasio, imo et in ipsa omissione, est victualis volitio, qua vult se velle omittere ; consequenterque vult omissionem Pœnitentiæ, seu non pœnitere exercite, quidquid sit de volitione signata in D. Thomas quæst. 6 supplementi art. 5, ubi loquens de dilatione Baptismi, et Confessionis, inquit : *Sed potest contingere, quod in dilatione baptismi mortale erit peccatum, vel non erit, el hoc pensandum est ex causa dilationis, quia sicul dicit Philosophus* 8 *Physicor. voluntas non tardat facere opus volitum, nisi propter aliquam causam rationabilem. Unde si causa dilationis Baptismi mortale peccatum annexum habeat, utpote si propter contemptum, vel aliquid hujusmodi Baptismum differat, dilatio erit peccatum mortale, alias non. Et ideo idem videtur in Confessione.* Quod magis explicans quodlibeto 1 quæst. 6, art. 11,ait; *quod differé Confessionem usque ad hoc tempus per se loquendo licitum est, sed per accidens potest fieri illicitum : puta si immineat aliquis articulus, in quo Confessio requiratur : vel si aliquis propter contemptum Confessionem differat. El similiter potest esse talis dilatio meritoria per accidens, si ad hoc differret, ul prudenliori confiteretur, vel devotius propter sacrum tempus.* Ubi S. Doctor manifeste affirmat per accidens posse esse dilationem peccaminosam. et per accidens etiam meritoriam, ut dicebamus.

289. Hinc ad objectionem supra positam respondetur

respondetur distinguendo Majorem : *Licite posset elicere hunc actum : Nolo pernitere, pernitentia absoluta,* ut in primo sensu, negatur : qui enim post peccatum lethale apud se firmiter statuit numquam de illo poenitere, abs dubio graviter delinquit, sicut qui numquam confiteri vellet, in omnium sententia contrairet præcepto divino Confessionis, quod est gravissimum, et similem actum prohibet, quia certum est unum, et alterum præceptum aliquo vitæ tempore suam inducere obligationem : quare nullo unquam tempore ea observare nolle non potest non esse peccatum, et grave juxta naturam ipsius præcepti. *Posset dicere hunc aclum : Nolo panitere, Pœnitentiæ restricta* ad tempus, in quo non est obligatio, conceditur : quia sicut nullum est peccatum non vel confiteri, aut baptizari ante tempus præscriptum, aut non misereri citra casum necessitatis ; quamvis ea se offerat opportunitas, quam melior non possit expectari, ut supra nos docuit D. Thomas ; ita et ob eandem rationem, nullum est peccatum omittere Pœnitentiam, aut eam non velle ante tempus exactum ab ipso præcepto. Et in hoc sensu demonstratur Major probatione illi apposita, quidquid reclamet Magister Cano loco supra citato. Nam licitum est velle, quod licitum est facere, et similiter licitum est velle non facere, quod licitum est non facere : sicut e converso, numquam est licitum velle, quod non est licitum facere, et quod est illicitum non facere, etiam est illicitum non velle, ex vi horum terminorum ; quidquid sit, an aliunde adjungatur aliqua circunstantia, qua honestari, et dehonestari possit, a qua præscindi in præsenti debet. Unde apud nos est certum, quoi toto eo tempore, quo licitum est non poenitere, licitum etiam esse debet non velle poenitere : non enim quid gravius appreht-ndimus in eo quod quis velit non poenitere in sensu assignato, quam in eo quod est non poenitere ex præcepto.

Ad hujus improbationem contentam in Minori objectionis, distinguenda iterum est Major sub eisdem terminis, quia licet cum voluntate absolute non poenitendi stet voluntas persistendi in statu peccati, quod concedimus ; cum voluntate tamen hic et nunc non poenitendi ex defectu obligationis, stat voluntas tempore debito pœr.icendi : sicut cum vo untate confitendi tempore debito, stat voluntas non confitendi hoc tempore, quia est indebitum, Unde sicut voluntas absoluta non confidendi post peccatum, est mala; ita et voluntas non poenitendi absolute. Cæterum sicut voluntas non confitendi in hoc tempore non præûxo non est mala, sed compatitur cum voluntate tempore debito confitendi ; pariformiter voluntas in hoc tempore non poenitendi, quando non obligat præceptum, non potest ut peccaminosa accenseri, cum admittat voluntatem aliam tempore debito Poenitentiam agendi. Quare non est voluntas absoluta numquam pœnitendi, sed contracta, et determinata ad tempus indebitum, et minime ex præcepto exactum, in quo non apparet qualiter ex vi hujus committatur peccatum, ut videre est in aliis omnibus præceptis. Nec etiam est, ut obtrudebatur, virtualis, et interpretativa approbatio status peccaminosi, in quo ponitur offensionis lapis ; sed est mera negatio, aut, si velis, permissio illius : nam eo ipso quod hic et nunc non sit præcepta Pœnitentia, quia peccata memoriæ occurrant, quod ergo eam non velim, ut non præceptam, solum est velle hic et nunc Pœnitentiæ operam non dare, quod licitum est. et minime prohibitum. Quod vero status peccati perseveret, est omnino per accidens, et præter intentionem meam, quia permitto peccati statum tempore debito exterminandum, et abjiciendum ; interim tamen, nec approbo, nec reprobo, quia non teneor, sed alio cogitationem distraho, et aliis operationibus me accingo. In quo stat displicentia negativa, quam supra ad art. 9 tetigimus, et numquam positive agere contra pœnitentiam, ad quod solum nos cogi ex præcepto ibi audivimus a D. Thoma. Unde manet perspicuum in via S. Doctoris nec confestim, nec quoties peccata memoriæ occurrunt, ad Pœnitentiam teneri hominem post peccatum. Quam solutionem ex discipulis D. Thomæ amplectuntur Nuno, et Prado‘supracitati, ex aliis vero Joan. Medina Codice de Pœnit. tract. 1, quæst. 6, Suarez disp. 15, sect. 5, num. 19 et 20, et alii. Nuno. Prado. Joan. Medina. Suarez.

D. Thomas objicitur, el ejus mens enucleatur.

290. Sed contra assertionem consectam, et ejus doctrinam, imo et contra primam, et præcipuam assertionem directo videtur stare D. Thomas loco citato ex 4 sen- Difficultas circa mentem ιχτϊοπ».

tent, ubi docens propositum confitendi esse annexum contritioni, ait : tunc tenori hominem ad illud propositum, quando ad contritionem tenetur : *scilicet quando peccata memoris occurrunt.* Et nequis hoc testimonium eludere conetur, quasi a 8. Doctore juvene traditum, et a se ipso ut seniore, ac doctiore in hac 3 parte, maxime art. 9 quæstionis praecedentis correctum, et in meliorem, ac saniorem sensum redactum, audiat ipsum 2, 2 quæst. 62, art. ult. ita disserentem : *Manifestum est autem, quod nec per modicum tempus licet in Peccato morari ; sed quilibet tenetur peccatum statim deserere secundum illud.* Eccles. 23 : ^ιαϊϊ *a facie colubri fuge peccatum.* Et in solutione ad primum ita occurrit : *Dicendum, quod præceptum de restitutione facienda quamvis secundum formam sit affirmativum, implicat tamen* in *se negativum præceptum, quo prohibemur rem alterius delinere.* Non ergo retractavit D. Thomas in summa (infert Contempson, cujus est objectio) sententiam olim a se traditam in 4. Ut ergo de mente D. Thomæ (subinfert immediate) hæc conclusio, quæ art. 5, quæst. 6, supplem. habetur : *Quamquam omnes statim de suis dolere peccatis teneantur, et Confessionem differre periculo non careal ; de. necessitate tamen salutis non est, ut statim peccata sua quis confiteatur, sed habita copia Confessoris, el statutis ab Ecclesia pro Panitenlia temporibus.*

Ur??n-tia S. Doc-tor:* testiœo, nu.

Et huic parti tantum detulit laudatus Author în præsenti dissert, unica cap. I, sect. 2, § *objectiones solvuntur, ibi. Equidem* in *re vehementer ambigua,* ut his, et aliis hujus sententiæ argumentis evidenter solvendis diffidendum existimant. Quod forsan, apparentius affirmare potuisset saltem ex mente D. Thomæ, si apud S. Doctorem offendisset aliud testimonium ex quoilib. 1, quæst. 6, art. 11, in quo nulla est retractationis suspicio, ubi ait, *quod morbus corporalis, nisi per medicinæ remedium exlinguatur, semper invalescit in pejus, nisi forte etiam virtute naturæ fuerit extinctus : morbus autem peccati extinguilur per contritionem, unde non est simile.* Ex quibus verbis immediatius, et formalius, quam ex relatis a Contempson formatur in hujus sententiæ auxilium sequens argumentum : nam juxta D. Thomam ideo potest homo Confessionem differre usque ai tempus Quadragesimæ absque periculo, *quia morius peccati exlinguilur per contritionem :* ergo tenetur ad contritionem ante prædictum tempus. Probatur Consequentia ex eodem D. Thoma : ex oo enim, quod morbus corporalis, nisi virtute natur® exlinguatur, sempor invalescit, docet 8, Doctor medicinæ remedium statim querendum : sed morbus spiritualis peccaij gravis, qui potius est mors anima), quam morbus, non est alio remedio oxtingitibilie, quam contritione, aut Confessione : ergo hac dilata usque ad præiixum tempus, illa quam cito apponi debet, no invalescat morbus peccati.

Con-tempson.

Appii-caiio, et ponde-Ρηιιο".

Explicatur hoc insistendo eidem comparationi : Quia morbus corporalis non est unde extinguatur, nisi vel virtute naturæ, vel arte medicinæ, docet D. Thomas quod deficiente virtute in natura ad pellendum morbum, illico, et posthabita omni dilatione, recurrendum est ad remedium medicinæ ; sed morbus spiritualis peccati nullum sibi vindicat remedium præter contritionem, aut Sacramentum Confessionis : ergo hoc non statim recepto, ut non esse necessarium debet supponi, confestim applicari debet remedium contritionis. Hanc enim energiam tenere videntur illa verba Doctoris Angelici, quæ supra retulimus ad robur addendum exaggerationi Contempsonis : quod morbus corporalis, si forte virtute naturæ non fuerit extinctus, illico arte medicinæ expungendus est : non vero morbus spiritualis per Confessionem Sacramentalem, eo quod morbus peccati extinguitur per contritionem : et ideo non est simile quoad Confessionem, contra quam procedebat argumentum, quia superest remedium contritionis ad manum, ut ita dicamus. Et hanc similitudinem non exclusit, quin statuit, ac supposuit D. Thomas '. atque ideo ex ejus mente, licet non sit statim confitendum, est tamen protinus post peccatum conterendum.

291. Hæc tamen testimonia insufficientia sunt, ut D. Thomam ab illa fuisse M»*· sententia evincant, ut erit manifestum si illa singillatim perscrutemur, et discutiamus. Non enim mens Authoris intrepide, et ut sic loquamur, rotunde asserenda est nisi ex fine, et materia, cui applicantur. Si vero inde extracta dissonant aliis Authoris principiis, explicari, et ad sanum, et cohaerentem sensum re· duci debent.Et sane, si illa propositio D. Thomæ absolute, et ut sonat, accipienda esset, posset teneri homo ad Pœnitentiam continuam actualem, quando quidem contingere

*Lr

tingero posset, numquam poccata û memo, ria excidere, sed continuo stimularo; quod tamen improbat S. Ductor supra art. J quæstionis præcodonlis, ubi docot solum quoad habitum obligari hominem ad continue Prenitentiam interiorem agendum; non vero quoad actum, quem necesso est interrumpero vel somno, vel aliis vitæ humanæ debitis operationibus. In omnibus quippe operationibus non est, cur non præveniat peccatorum memoria, atque ideo si hæc secum traheret obligationem Pœnitentiæ præceptæ, prius huic, quam illis furet studendum, atque ideo continuo hominem preniteret, excepto somno. Quod tamen est contra D, Thomam, atque ideo non illjpo amandandus esset, qui assereret virtualiser D. Thomam illam propositionem correxisse, ac retractasse in hac 3 parte. Quam explicationem non infringere testimonia illa ex 2, 2, ex infra dicendis constabit.

Sed hac solutione nec utimur, nec indigemus, cum aliæ supponant germaniores. Porro illam propositionem capitalem glossary et explicari debere, velit, nolit, fateri tenetur laudatus D. Thomæ discipulus ; nam si poenitendum esset actuaiiter, quoties peccata memoriæ occurrunt; post factam Confessionem, post recepta Sacramenta, post veram elicitam contritionem, si rursus peccata in mentem venirent, ut evenire solet, et testatur experientia; teneretur homo ex præcepto ad contritionem, vel etiam ad Confessionem utpote inclusam in voto contritionis : hoc autem non potest admitti : ergo necessario est asserendum illam D. Thomæ propositionem non ita ample accipiendam esse, ut ejus verba sonare videntur, sed ab omnibus ejus discipulis iri explicatam.

Si respondeatur, D. Thomam loqui de memoria ante contritionem elicitam, aut Confessionem factam, nihil respondetur, tum quia jam limitatur propositio ad non quoties memoriæ occurrunt peccata, et falsa redditur universaliter sumpta. Tum etiam (et premamus instantiam), nam casu quo quinquies, aut sexies venerint in mentem peccata, semel elicita contritione in primo memoriæ occursu, jam non tenebitur, quoties rursus occurrerint ob eandem rationem : ergo propositio D. Thomæ limitanda erit ad peccata, dum primo memoriæ occurrunt, non vero quoties, bis, ter, quater, aut quinquies venerint, atque ideo nihil illa solutione dicitur, sed stare debemus omnes in eo, quot) propositio illa glossanda sit, no evidenter dicatur falsa, quod discipulus D. Thomæ sustinere non debet,

292. Respondet ergo primo Cano, ubi supra § *Quem diam in modum,* intellectam iri prædictam propositionem, vel quando homo est dubius de priori contritione, in quo eventu quoties peccata memoriæ occurrerint, tenetur ea detestari juxta illud D. Isidori lib. 2 de summo bono : *Propitiatio Dei occulta est; sine intermissione flere necesse est.* Vel quod tenetur ad displiceo.· tiam peccati ex suppositione quod non suspendat actum, aut alio se divertat : quia cum teneatur ad non denuo approbandum, et complacendum in statu peccati (alias rursus peccaret), si non suspendat actum, nec pœniteat, semper peccabit, Et ex hoc capite tenetur ad displicentiam.

Prima iilûrqm locoram inurpretalio ex Cano.

Sed primam partem hujus solutionis non approbamus, nam alias post commissum peccatum statim teneretur ad contritionem peccator. Si enim quia dubius est, de contritione elicita, quam primum occurrat peccatum, tenetur elicere contritionem vel ad eam conari ; potiori, et urgentiori titulo, teneretur ad ipsam post commissum peccatum, et non e memoria elapsum, quippe qui certus est de peccato, et de ejus perseverantia, seu non remissione ; non enim potest latere hominem contritionem non elicuisse, atque ideo est omnino certus non sibi esse remissum peccatum.

Non P^h'tar

Rursus si quia remissio est occulta,teneretur homo ad Pœnitentiam non intermissam ; nullus esset homo quantumvis contritus, et sacramentis munitus, cui eadem obligatio non incumberet, quoties peccata in memoria retinerentur, vel ad eam denuo venirent, et sic incideremus in sententiam, quam refellere, et expugnare intendimus. Quare verba illa Isidori non præceptum, sed consilium important : eo namque tendunt, ut nemo sibi blandiatur de sua justificatione, sed cautus procedat juxta illud : *Beatus vir, qui semper est pavidus,* nec aliquid aliquando contra Pœnitentiam agat, quod est esse habitualiter, et sine intermissione flere paratum ; qua dispositione omnem pœnitentem gaudere necesse est. Et hoc non solum peccato obnoxiis, sed etiam vel ipsis justis, et sanctitate fulgentibus convenit, ut eorum vitæ, et exempla satis manifestant. Unde quia illa verba omnibus indifferenter proponuntur, inepta sunt ad fundandum speciale præceptum

pro peccatoribus, ut ex illo teneantur ad Pœnitentiam, qui est scopus hujus quaestionis.

Probiter c,ieU

Secunda solutionis pars non ex toto displicet, maxime si reducatur ad sensum Cajetani loco supra citato ex tract. 17 suorum opuscul. quæst. unica : ubi aflirraat *quod vox dicentium, quod homo teneatur conteri, quando recordatur, cerificatur secundum id quod ut in pluribus videtur accidere .· quia scilicet communiter practices memoria* tn *non dolente parere approbationem videtur,* licet quandoque etiam eveniat, ut cogitationem, et memoriam avertat, et mentem, ac considerationem alio distrahat : atque ita peccatum, et ejus periculum fugiat, quæ est Pœnitentia negativa Juxta quam doctrinam sensus propositionis erit, quod teneatur homo ad Pœnitentiam vel positive, vel negative, quoties peccata ejus memoria? occurrerint. Qui sensus est verus, et cohæret cum doctrina expressa D. Thomæ allegata ex art. 9 quæst. præced.

Opportunior S Doctoris sensns.

293. Quæ autem magis arridet, et textui conformior videtur, est alia ejusdem Cajetani expositio ibi, in qua docet relata verba determinari per aiia immediate subsequentia ; inquit enim D. Thomas ; *Tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur, scilicet quando peccata memoriae occurrunt,* ubi non sistit D. Thomas, sed subjunxit certiorem regulam dicens : *Cum praecipue in periculo mortis exislil, aut in aliquo articulo :* quasi diceret; non absolute quoties peccata memoriæ occurrunt, pœnitendum est; sed quoties ea occurrerint in articulo, aut periculo mortis. Quocirca addidit S. Doctor adverbium *Præcipue,* quia periculosius est omittere Poenitentiam in articulo mortis, quo elapso alius non restat poenitendo, quam in quolibet alio articulo. Vel, ut addit Cajetanus, *ly Præcipue denotat principalitatem rationis obligativæ* (id est quod principalius tunc obliget in prædicto articulo! *ad contritionem : ita quod tempus memoriæ est quædam ratio conterendi, sed quia non est sufficiens ratio obligandi ad conterendum, ideo addi-tur principalis ralio obligandi dicendo : cum præcipue in periculo mortis exista.* Quæ expositio quia litteralior præfereuda est, et præfenur a Prado, et aliis discipulis D. Thomæ; nec spernitur, quin commendatur ab ipso Cano ubi supra.

Expiiunturalia testimonia.

Veniamus ad secundum testimonium ex 2, 2, in quo D. Thomas clare loquitur de peccato actuali, et merito docet non licere vel per modicum tempus in eo immorari, quia hoc esset continuare absque interruptione peccatum, vel aliud novum perpetrare, quorum quodlibet est intrinsece malum, et graviter prohibitum. Porro ita rem esse liquet ex Epigraphe illius articuli, et ex ratione adducta iu corpore : titulus est hujusmodi : *Utrum quis teneatur statim restituere?* .An *vero possit restitutionem differre?* Ratio articuli est : *quia sicut accipere rem alienam est peccatum contra justitiam : ita etiam detinere eam : quia pir hoc quod aliquis detinet rem alienam, invito domino, impedii eum ab usu rei suæ, el sic ei facit injuriam,* non tantum habitualem, sed et actualem, quatenus dominum expoliat dominio,et usu actuali rei propriae. Et statim subjungit verba objectionis *Manifestum, etc.* Ubi certo certius est loqui S. Dottorem de peccato actuali, et ideo (concludit' *quilibet tenetur statim restituere, si potest,* ne continuetur peccatum, vel abud denuo contrahatur ; vel si non potest, tenetur petere *dilationem ab eo, qui habet usum rei concedere,* scilicet domino. Consequenter ad hanc doctrinam solut. ad 1, respondet præceptum restitutionis implicare præceptum negativum, quatenus non solum præcipit reddere alteri rem furtim vel violenter, aliove injusto titulo ablatam, sed etiam prohibet ejus detentionem, quæ semper injusta est, dum suppetit facultas reddendi. Hoc autem nec leviter attingit nostram quæstionem, in qua agimus de peccato habituali, qui est effectus reiictus ex peccato actuali. Uwie mirum est D. Thomæ discipu um. ex hoc loco in sententiam a S. Doctore alienam trahere voluisse suum, et communem Magistrum. Paritas autem, quæ hinc ad nostram quæstionem ab aliquibus efformatur, infra commodius proponetur, et diluetur. Sed aliud est a paritate arguere, aliud est D.Thomam authorem argumenti, et paritatis facere, in quo defecit abs dubio Contempson.

294. Quam ob rem conclusio illa, quam dicit esse de mente D. Thomæ, nec est de mente S. Doctoris, nec in art. 5, quæst. supplementi, ut affirmavit continetur: nam totus ille articulus ad verbum decerptus est ex 4 sentent. dist. 17 qu. 3, art. 1. quæst. 4, in quo doctrina supra tradita continetur, ut evidentur constabit hanc cum iilo conferenti : utrobique enim ilem inquiritur : *Utrum,* scilicet, *statim teneatur confiteri?* et utrobique eadem assertione, et

el sub eisdem terminis respondetur, *quod cum propositum confitendi sil annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur, scilicet, quando peccata memoriæ occurrunt, quod præcipue* (ita habetur in supplemento, cujus loco in 4, dicitur : *Cum præcipue in periculo mortis exislit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione oporteat eum peccatum incurrere.* Et post explicatam obligationem præcepti per se, el per accidens, resolvit S. Doctor præceptum divinum Confessionis per se non obligare ad statim confitendum, sicut nec præceptum Baptismi ad protinus illum suscipiendum, et deveniens ad determinationem Ecclesiæ, ad quam aliqui illius temporis Theologiquasi benigniorem recurrebant, se illis opposuit S. Doctor inquiens : *Nec hoc est ex indulgentia Ecclesiæ, quod non teneatur ad statim, sed ex natura præcepti affirmativi. Unde ante Ecclesiæ statutum etiam minus tenebalur.* Hæc D. Thomas articulo illo 5, in quo assertionem suam contineri Gontempson affirmavit, quæ clarissima sunt, et eadem claritate suadent aliam longe esse mentem D. Thomæ ab ea, quam ille ut de mente D. Thomæ nobis obtrudit.

Demonstratur amplius mentem D. Thomæ esse alienam a mente illius discipuli, et consequenter male propriam D. Thomæ attribui, et appropriari. Nam juxta illam conclusionem, licet homo non teneatur ad statim confitendum ; tenetur tamen ad statim conterendum, seu de peccatis dolendum : sed hoc est falsum, et contra D. Thomam : ergo assertio illa nequit esse de mente D. Thomæ, nisi velit S. Doctorem contradictoria docuisse Major elConsequentia non indigent probatione. Minor vero suadetur ex illomet art. 11 quodlibeti primi ultimo loco objecto, ubi S. Doctor inquirit : *Utrum aliquis possit differre Confessionem usque ad Quadragesimam?* et propositis argumentis primi ordinis, ut moris est, ante argumenta *sed contra,* et resolutionem quæstionis, quorum tertium est sub hac forma : *Majoris necessitatis est contritio, quam Confessio; sed Confessio sine contritione non valet ad salutem ; contritio autem sine Confessione potest in aliquo casu valere : sed ille qui est in peccato non tenetur statim conteri contritione, quæ delet peccatum ; alioiquin peccator per singula momenta peccaret : ergo nec contritus lenelur statim confiteri, ita quod peccet, si non agat.* In quodiscursu est Major probata est, et Minor, quæ est contradictoria assertioni supra positæ ex illo discipulo, etiam probatur ab inconvenienti manifesto, et ut supra dicebamus, inevitabili. Proposito (inquam) hoc tortio argumento, quid ad illud D. Thomas? Nec verbum nisi hæc : *Primas ergo rationes concedimus.* Primæ autem rationes sunt, primum, secundum, et tertium argumentum, quæ concessit S. Doctor, et se accinxit ad solvendum argumenta *sed contra,* ut suæ resolutioni opposita. Concedit ergo S. Doctor majoris necessitatis esse contritionem, quam Confessionem; concedit insuper confestim conteri non esse sub præcepto, in quo diametraliter opponitur illi assertioni, quæ dicebatur de mente D. Thomæ : concedit denique per singula momenta hominem peccaturum, si foret illa obligatio, quæ intenditur, tam præproperæ, et festinæ Confessionis. Non ergo est illa assertio de S. Doctoris mente, sed ut aliena reputanda.

295. Hinc jam viribus destituitur ponderatio apposita illi positioni, desumpta ex hoc articulo; nam paritas illa morbi corpora is, et spiritualis sane intellecta, et si cætera sint paria, concedenda est, eamque concessit D. Thomas loco citato ex 4 dicens, *quod non est de necessitate salutis corporalis, quod statim medicum quæral, nisi quando necessitas curationis incumbit, el similiter est de morbo spirituali.* Et eadem verba habentur in loco illo supplementi, unde Contempson hausit suam conclusionem. Unde retorquetur argumentum. Quando ergo S. Doctor in illo quodlibeto disparitatem constituit inter morbos, spiritualem, et corporalem, ut hujus remedium cito quæratur, secus vero illius ; supponebat periculum proximum invalescendæ infirmitatis et ex negligentia quærendi medicum corporalem, periclitaretur infirmus, subindeque peccaret, ut constat ex argumento, cui occurrit. Satisfit

Hoc autem per se loquendo non contingere docet respectu peccati, quod non invalescit, postquam est commissum, quin superveniat ejus continuatio, quæ non semper et per se invenitur, ut constat experientia; quamvis remaneat ejus effectus, qui est peccatum habituale atque ideo non est necessarium statim recurrere vel ad contritionem, vel ad Confessionem, eo quod status peccati, seu peccatum habituale,

non addito novo peccato, non illico intm- *lescii in pejùs, ul morbus corporalis, nisi virtute nnlur» erlinguatut',* in quo stat tota ratio discriminis traditi a D. Thoma.

Unde ad formam objectionis concesso Antecedenti, negatur Consequentia : nam ex eo quod morbus peccati, seu peccatum habituale extinguatur per contritionem saltem indirecte, et dispositive, non sequitur hominem illico teneri ad illud expellendum hoc modo, subindeque nec ad contritionem; quia contritio non desideratur nisi pro destructione peccati, atque ideo non prius tenetur homo ad contritionem, quam ad expulsionem peccati ; sed potius e converso, quia tenetur destruere peccatum, et hoc fieri nequit absque contritione, idcirco tenetur ad ipsam contritionem. Ad probationem consequents constat ex dictis, et ratione ipsa D. Thomæ, quia morbus de se gravis invalescit, nisi statim occurrat medicus corporalis; secusvero peccatum habituale pet se loquendo, nisi alia et alia ita multiplicentur, ut vires naturalis rationis ita marcescant, quod vix a peccando se expedire valeant, sed hoc raro evenire solet. Unde non obest, quod morbus peccati non aliud remedium habeat, quam contritionem, aut Confessionem : nam hoc solum probat illarum alterutram esse necessariam, non in quolibet momento, sed debito, et opportuno tempore.

Ad confirmationem, seu majorem explicationem dicimus Majorem illam esse diminutam, et omittere causam, ob quam opus est instantanée medico corporali, propter ingravescentium morbi, quæ non adest per se loquendo in morbo spirituali, sicut accidit in corporali. Itaque conveniunt morbus spiritualis, et corporalis in eo, quod quilibet duplicem sibi vindicat medicinam, alterutram indispensabilem, nimirum spiritualis aut contritionem, aut confessionem, corporalis vero vel virtutem naturalem vel artificialem : conveniunt insuper in eo, quod in casu urgentis necessitatis nec ulla, nec altera licite potest omitti, ut testatur D. Thomas in verbis relatis. Differt vero inter illos, quod morbus peccati habitualis semper est gravis, sed per se loquendo non semper ingravescit in pejus ita immediate, et continuo, ut opus illi sit præsentaneo, ac præcoci remedio, secus vero morbus corporalis, qui eo ipso quod natbræ virtute non sit superabilis, semper invalescit in pejus : quocirca remedio eget instantaneo, quo interpellari possit. QUO respiciens Cajetanus loco supra citato optime asseruit, quod *quantum ad vitan· dum novum peccatum transgressionis prxccpli de contritione, tempus esl determinatum ad articulum necessitatis, sicut in aliis affir» malivis prxceplis contingit.* ù/e ,u

296. Ex quibus deducimus nec etiam ob oblivionis periculum teneri hominem ad contritionem. Hujus oppositum indicavit Soto in 4, dist. 17, quæst. 1, art.6; ei tamen refragantur uon solum alii discipuli D. Thomæ, sed et cælori Theologi, quos refert, et sequitur N. Franciscus in præsenti cap. 1, punct. 5. Et ratio est. Tum quia non videtur esse major ratio oblivionis, quam memoriæ ad inducendam obligationem ; cum enim oblivio sit carentia notitia?, quam importat secum memoria, si hæc non secum trahit onus poenitendi, dum adest ; nec etiam ejus carentia. Et quidem si hæc sit voluntaria, manifestum est, non plus gravare, et urgere posse, quam memoriam expressam : ergo si hæc non inducit obligationem, nec etiam oblivio voluntaria, aut periculum illius. Si autem sit naturalis, et involuntaria, potius juvat ad abolendam, vel extenuandam obliga tionem, quam ad eam urgendam,vel augendam. Unde quocumque modo accipiatur, est extrinseca, et accidentalis præcepto. Tum etiam : quia ex vi contritionis non tenetur homo ad singula peccata divisim excogitanda, vel detestanda ; sed sicut omnia conveniunt in unica, eaque communi ratione aversionis, et offensæ gravis ; ita sub unica etiam, et inducibili ratione attinguntur, et detestantur per Pœnitentiam ; cui proiiide materiale est, quod sint plura, vel pauciora peccata, vel quod hæc, aut illa e memoria exciderint. *ifai* nia. So»). v.Frusenti

Nec ponderis est, quod per oblivionis periculum se exponat homo itidem alii periculo non pœnitendi. Quia periculum non pœnitendi, quando præceptum non urget, nullum periculum est, ad quod vitandum teneatur homo. Si autem sit tempore urgenti ex parte præcepti, vel illud est involuntarium, et consequenter nec in se, nec in causa prævisum ? vel est aliquo ex his modis prævisurh, et voluntarium? Si primo contigerit modo, transgressio est pure materialis, et neutiquam peccaminosa. Si vero secundo modo evenerit, imputabitur transgressio, non ratione oblivionis praecise ; sed ratione præcepti voluntarie vel in se, vel in causa violati. Et

Et sano si ob periculum oblivionis teneretur aliquis ad contritionem praeveniendam, ob simile etiam periculum teneretur horno ad anticipandam Confessionem, ad quam major, et exactior discussio peccatorum eligitur, quam ad contritionem : sed hoc est falsum, et contra ipsum M. Soto : ergo ob periculum priecise oblivionis non tenetur lioino ad habendam contritionem indepon-ilenter ab alia obligatione.

g VL

D. Thomæ senlenlia proponitur, el probatur.

Ab his expeditis sententiis, et aliquibus minoris momenti dicendi modis omissis, superest difficultatem initio positam directe, et positive determinemus ; non enim admodum refert, quid non sit tenendum scire, nisi simul quid sequendum, et affirmandum sit, conemur statuere : quocirca non sat est depulisse falsum, sed opus est assignare verum.

297. Dicendum ergo est Pœnitentiæ præceptum per se obligare tempore necessitatis, ut est articulus, aut periculum mortis. Dicimus *per se* ut excludamus obligationem per accidens, seu ratione alterius, et loquimur de hoc præcepto ut est, et retinet modum præcepti affirmativi, quidquid sit. an detur etiam, et quomodo obliget, præceptum aliud negativum? de quo seorsim claritatis gratia agendum erit. Qua de causa non apposuimus limitationem, aut exclusivam particulam *tan-Ium,* qnam non invenimus apud D. Thomam, licet aliqui efus discipuli ea utantur, quod ibi etiam declarabimus. Tn hac ergo assertione sic in communi statuta conveniunt post D. Thomam locis supra allegatis ejus discipuli, Soto, Cano, uterque Ledesma, Nuno, Arauxo, Gonet, Prado, Candidus, N. Gabriel. N. Philippus, et alii innumeri extranei, quorum aliquos refert, et sequitor N. Franciscos a Jesu Maria in præsenti cap. 1, punch 5.

Probatur breviter, et efficaciter sequenti ratione : nam præcepta affirmativa obligant per se, et ratione sui in aliquo tempore determinato hujus vitæ, pro qua imponuntur, et in qua observari postulant; non enim servantur observanda post mortem, ubi nec merito, nec demerito subest locus ; sed præceptum Pœnitentiæ est affirmativum, ut constat ex illo *Panilen-liam agile,* et ex aliis textibus sacræ Scripturio supra relatis : ergo aliquo vitæ tempore determinato debet obligare. Non esl autem aliud magis expressum, et determinatum, quam casus necessitatis, et hæc non aptius explicatur, aut certius, quam in articulo, vel periculo mortis : Ergo in bis petit per se, et ratione sui obligare. Gætera constant præter Minorem subsumptam, quæ ex dictis facile suadetur : nam prædictum præceptum non obligat immediate ad commissum peccatum ; nec etiam in diebus festis, adhuc sdlemnioribus ; nec insuper quoties peccata memoriæ occurrunt ; vel etiam si timeatur oblivionis periculum, ut probatum relin* quimus ; nec est tempus aliquod aliquo ex capite determinatum, cum non sit major hujus, quam illius ratio : ergo necessario deveniendum est ad casum necessitatis per se, et non ratione alterius emendicatæ : hic autem clarissime splendet in articulo aut periculo mortis : ergo in his certissime, et absque ulla dubitatione tenendum est hoc præceptum obligare.

Confirmatur a paritate aliorum præceptorum affirmativorum juris divini : quia licet ex ipso jure divino non debeat sumi determinatio hujus temporis præ alio, ut docet D. Thomas loco citato ex 4 sent, quocirca nec ad Baptismum, nec ad Confessionem, Orationem, aut Misericordiam ullum temporis spatium est præfixum determinate, ultra quod non possit homo ea Sacramenta, aut illarum virtutum exercitia differre absque peccato; tamen constantissimum est omnia illa præcepta in casu necessitatis per se obligare, ut patet de Oratione, in casu urgentis tentationis, de Misericordia in casu gravis necessitatis proximi, et sic de reliquis. Ergo cum eadem sit ratio de præcepto Pœnitentiæ, ejus obligatio reduci debet ad casum urgentis necessitatis, qualia sunt articulus, et periculum mortis. Et quia nullum est spatium temporis, in quo non possit occurrere vel periculum, vel articulus mortis, undecumque id proveniat; nullum est instans, in quo non possit inveniri ea necessitas, et consequenter quod illud præceptum possit obligare ; licet de facto, quia non semper, et ut in plurimum occurrit, idcirco non de facto pro quolibet instanti obligat usquedum illa necessitas adsit.

Porro quid per articulum, et quid per periculum mortis intelligendum veniat, non convenit inter omnes, nec eodem Declara-,ur.

modo explicatur. Sed omissis plurium judiciis, illud pro certo statuendum est, quod sub articulo, aut periculo mortis non comprehendi debet communis illa vitæ incertitudo, qua cuncti laborant mortales; alioqui enim nullum esset instans, in quo de facto non teneretur homo ad contritionem, imo et ad omnia alia præcepta juris naturalis, siquidem nullum est temporis momentum, in quo homo de sequenti ducatione reddatur certus, aut sit absolute securus, cum scriptum sit : *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet,* Lucre 13. Unde homines vigilare jubentur juxta illud : *Vigilate ergo, quia nescitis diem nec horam.* Non ergo sub articulo, aut periculo mortis hæc generalis incertitude, comprehendi debet ; sed ea supposita aliquid proximius, et immediatius dedignandum est, nisi dicere velimus, coincidere articulum mortis cum ejus periculo, et e contra, quod etiam esse falsum ex dicendis constabit.

Articulus

Articulus ergo, et periculum mortis se habent sicut excedens, et excessum, et ille est strictior isto, quandoquidem in articulo mortis includitur periculum, sed in periculo non includitur articulus, quinimo illud hunc antecedit, et separatum invenitur. Articulus itaque mortis, ut cum ex Cano parte 6, Navarro, et Enriquez, des-

Arauxo.

cribjt Arauxo in hoc eodem dubio, consurgit ex morbo, senectute, aut vulnere, aut per sententiam judicis nullo juris, aut facti remedio impedibilem ; vi cujus, aut cujuslibet illorum in eo homo constituatur statu, ut infallibiliter mors paulo post evenire necesse sit, inspectis causis naturalibus; quamvis per miraculum evadere

Periculum mortis.

possit. Periculum vero non ita adstringit, nec eas patitur angustias, ut illico e vivis eripiendus judicetur homo ; sed in eo inveniatur etiam sanus, ut ipsi regulariter, et probabiliter mors accidere soleat, licet quandoque etiam incolumis evadere contingat, ut dum miles cruentum iugreditur prælium, el nauta periculosam aggreditur navigationem, aut mulier primum partum experiri contigerit. Cui alii accensent grassantem tempore pestis calamitatem, quam pauci effugiunt, et alios similes casus, qui moraliter, et non metaphysice computari debent. Unde a particularibus supersedendo, regula generalis est nomine periculi, de quo in præsenti, intelligi debere casum, vel casus illos, in quibus prudentum judicio homo constitutus vitæ discrimen probabiliter pari necesse sit, quamvis ceria mors non inde semper sequatur.

an

298. Et qui i non semel accidere potest, quod quis sit dubius de prædicto periculo. ita ut etiam vel ipsi docti hæreant in decernendo, an omnibus hinc inde inspectis sit, vel non sit praesens contingentia mortis, vi cujus anceps etiam appareat obligatio præcepti ? idcirco animadvertimus Icum Ledesma in summa de Sacramento Pœnit. c. 9, in prædicto eventu similis dubii teneri hominem præcepto Pœnitentiæ. Quia licet periculum non sit certum, est tamen dubium, et piobabile, quod sit certum ; unde consequenter est etiam certum, quod teneatur ad Pœnitentiam: quia certum est sub dubio agentem, interim ac non deponatur dubium, se exponere periculo proximo errandi, quia *qui amat periculum peribit in eo.* Quam ob causam dubitans de peccati gravitate tenetur illud Confessioni exponere, et Sacerdoti manifestum facere, ut expresse affirmat D. Thomas, et infra suo proprio loco firmare studebimus contra novam opinionem paucis abhinc diebus apud aliquos Recentiores invalescentem. Quare ad prædictam obligationem inducendam non requiritur, quod periculum sit certum ; sed sufficit esse rationabiliter dubram.

Qu

dlbtfcj.

an fuerit a se emissum ? hic enim dubitat non de jure ipsius voti, sed de emissione a se facta; et consequenter possessio stat pro libertate : et quia melior est conditio possidentis, ideo se liberum ab obligatione voti judicare debet.

P.feren · ώ kUIdl iKcf

299. Quo supposito ratio distinguendi articulum a periculo mortis, ea est nobis notior, quæ sumitur a signo, seu effectu, ut optime observavit Magister Cano ubi sûpra part. 5, § *Circa primum casum,* et ex eodem Ledesmæ loco nuper citato, quia casuum reservalio, quæ juxta Tridentinum non tenet in articulo mortis, in quo quilibet Sacerdos absolvere potest, a quolibet quantumvis enormissimo crimine, non suspenditur in mortis periculo : constat enim exempli gratia hominem longæ, et periculosæ navigationi se committentem absolvi non posse, aut debere ab omnibus peccatis summo Pontifici, vel aliis Pastoribus reservatis ; cum tamen si esset in mortis articulo, ab omnibus illis absolvi posset, et deberet a quolibet simplici Sacerdote. Ipsaque ratio suadere videtur : quia cum mortis articulus sit strictissimus, utpote destituens hominem qualibet spe recuperandi vitam, inspectis causis naturalibus ut in plurimum in simili angustia deficientibus; rationi consonum est, ut privilegium pro eo liberaliter indultum ab Ecclesia, non protendatur ad non ita urgens, et momentaneum periculum vitæ. Præterquam quod ipsa diversa nominum ratio satis denotat magis ad unum, quam ad alium requiri, et consequenter non pro eodem usurpari debere, nec quoad rem ipsam, nec quoad privilegium absolutionis.

§ VII.

Ejusdem senlenliæ appendix de conlrilione posl attritionem cum Sacramento.

Grave

R. emis ructo.

300. Circa sententiam D. Thomæ ita explicatam statim sese offert difficultas supra indicata, et in hunc locum remissa : an videlicet praedictum præceptum etiam obliget iilum, qui in mortis articulo cum sola attritione accesserit ad Sacramentum Pœnitentiæ? Et procedit difficultas de vera attritione, et ut tali cognita ; si enim quis de illa esset rationabiliter dubius, certum apud nos est præcepto contritionis teneri, ut proxime dicebamus, ratione ingentis periculi damnationis æternæ subeundæ, cui se exponeret homo sub tali dubio non studens contritionem elicere. Et quidem esse magis utilem contritionem, et ex consilio procurandam nemo inficias ibit, quare solum stat dissidium : *Au attritio vera cum Sacramento adhuc in eo articulo sufficiat?* vel adhuc illa cum illo posita, *insuper requiratur contritio ex vi præcepti poenitendi in articulo mortis, ul statuimus cum D. Thoma?*

Aliquorum placitum.

Cujus difficultatis non una est Authorum responsio. Sunt qui asserant necessariam omnino esse contritionem, subindeque adhuc recepto cum vera attritione Sacramento Pœnitentiæ, teneri hominem ad procurandum elicere contritionem. Si autem illis opposueris, quod in decursu vitæ adimpletur præceptum Pœnitentiæ cum vera attritione Sacramento adjuncta, quin deinceps obligetur ad veram contritionem, aut ejus conatum, ut ex communi sententia supposuimus in principio hujus dubii. Respondent aliam esse rationem de

Mott vum

articulo mortis, ac decursu vitæ : in hoc enim nullum est proximum periculum æternæ damnationis, atque ideo potest licite homo sequi opinionem communem, et satis probabilem de sufficientia attritionis cum Sacramento ad obtinendam remissionem. Et vero in illo ingentissimum, et prorsus irremediabile æternæ damnationis discrimen, si forte ea sententia coram Deo non sit vera, et ob eam sequendam Pœnitentia illa ipsi non sit accepta, sed reddatur frustranea. Quid enim proderit ejus probabilitas, si re vera non insit illi coram Deo veritas ? Quo ductus motivo

Sanchez,

P. Sanchez lib. 1, in Decalogum cap. 9, num. 34, asseruit in eo casu non solum Pcenitentem, sed etiam Sacerdotem ministrantem sub attritione Sacramentum, cum posset haberi contritio, peccare mortaliter ; alter ob irreparabile damnum, cui se exponeret, alius vero, quia eidem discrimini submitteret moribundum, qui, cura posset, renuit apponere contritionem citra dubium tutam, et ab omni periculo immunem. A qua sententia fuisse etiam

Suarez,

P. Suarez aliqui referunt ; sed minus recte, nam in illa disp. 15, sect. 4, num. 18 et 19, quæ allegatur, solum tenet hanc sententiam semper sibi visam fuisse probabilem ; sed infra oppositum affirmat; licet asserat ex charitate erga Deum, et seipsum teneri hominem sub culpa mortali ad majorem dispositionem. Cæterum quia hæc obligatio est per se, et intrinseca Gharitatis; si homo attritus cum Sacramento

dilectionem Dei elicerer, non credit ad majorem contritionem, aut formalem Pœnitentiam obligari. Quod est reducere obligationem per se ad præceptum Charitatis, non autem ad præceptum Pœnitentiæ. Pro

bran" ?ua et,arn senlentia allegantur Zambran. cap. 4, dub. 1, n. 4. Valencia tom. 4, disp.

„ c'a·, 7, quæst. 8, punch 4. Coninch. disp. 3,

FiLiu- dub. 1, num. 6. bilhucius, quæst. 7. Zerola de Sacram. Poenit. quæst. 24. Bonacin. disp. 5, sect. 1, punci. 2, num. 5,

ciM. Granados 1, 2, controv. 2, do Actibus hu-

dos. manis tract. 12, disp. 4, n. 36, et alii plures.

Vera 301. Consequontior. et omnino vera est sententia, quæ docet in articulo mortis non obligari hominem attritum cum Sacramento ad præceptum contritionis ; sed sicut in decursu vitæ sufficienter, et absque ullo scrupulo satisfit præcépto Pœnitentiæ sola Sacramentali attritione reipsa habita, ita et ob eamdem rationem in articulo mortis, quin obsit periculum illud in contrarium obtensum. Quam sententiam certissimam

Prado, judicat Martinez de Prado in præsenti quæst. 2, de Necessitate contritionis dub. 4, g 3, non solum quia communem apud Theologos hujus temporis, sed quia fuit semper inter antiquos plausibilis, et valde recepta opinio illa, quæ asserit attritionem cum Sacramento sufficere ad valorem, et fructüm Sacramenti, quidquid aliqui in contrarium opinentur, de quo infra agentes de Attritione, eidem subscribunt communiter discipuli D. Thomæ, vel eam ut in-

Tbo- dubiam supponunt, quibus ex extraneis

mi£ta· adhærent Suarez ubi supra, et alii relati

Soarez. a N. Francisco a Jesu Maria, in præsenti

N'ci.7n' n. 39, etN. Gabriel a Sancto Vincentio

N Ga- βθ pœnj^ disp. 2, quæst. 11.

briel.

Ratio. £st etiam (et sufficiebat) D. Thomæ, ut testimonia statim alleganda videntur convincere. Ut autem earum efficacia clarior appareat, sub hac forma proponitur ratio fundamentalis, qua obtundantur aculei oppositi motivi. Nam si ob aliquam rationem non sufficeret attritio cum Sacramento ad satisfaciendum præcépto Charitatis in articulo mortis, sed ulterior esset exacta contritio, maxime ob periculum incertitudinis subeundi æternam damnationem ut adversarii obtendunt, et praetexunt : sed nullum est tale periculum : ergo nullum est motivum negandi sufficientiam attritionis cum Sacramento, in articulo mortis pro adimplendo contritionis præcépto. Consequentia constat. Major est adversariorum doctrina. Minor vero probatur ; quia ubi nullum est periculum peccandi denuo, aut invalidum, et infructuosum suscipiendi Sacrementum, nullum est periculum obeunda damnationis æterme, ut de se patet : sed stanto vera attritione (suppositis alias aliis requisitis, ut ab omnibus supponuntur) ei hoc precise capite nullum est periculum aut denuo peccandi, vol infructuosum Sacramentum recipiendi : ergo nullum est periculum ex hoc solo capite rotemam damnationem subeundi. Cæiera constant, et probatur Minor : quia nullum est periculum peccandi denuo in eo, quod quis accedat attritus ad Pœnitentiæ Sacramentum, nec etiam adest periculum irritum conficiendi Sacramentum; alioqui enim quoties in vita homo ita accederet, simile periculum pateretur, cum attritio, et Sacramentum non sint alterius rationis decursu vitæ, quam in articulo mortis : atque ideo si semel attritio citra prædictum articulum non importat periculum peccandi denuo, et Sacramentum irritum reddendi, nec etiam in ipsomet articulo. Consequentia constat, et Antecedens probatur ex eo, quod nullum est pericuium peccati in eo, quod quis accedat ad Sacramentum cum dispositione exacta per se ab ipso Sacramento : sed attritio, et non contritio, est dispositio per se exacta a Sacramento Pœnitentiæ : ergo nulli periculo peccandi exponitur, qui cum attritione accedit ad Sacramentum, dummodo non absint alia requisita. Probatur Minor, quia cum Sacramentum Pœnitentiæ ex sui primaria institutione sit ordinatum in remedium peccati ; per se non postulat pœnitentem justum, nec consequenter contritum; alias ipsum præexigit recte dispositum : ergo non contritione, sed attritione, quæ proinde est indispensabilis, et omnino exacta ejus dispositio. Sicut quia Baptismus per se primo fuit institutus ad abstergendam maculam peccati originalis, per se loquendo non prærequirit illam ablatam, nec in parvulis, nec etiam in adultis. Tum eliam (et fere coincidit) quia cum Pœnitentia sit Sacramentum mortuorum, subindeque primam gratiam petat inducere ; nequit per se exigere illam dispositionem ; quæ est effectus gratiæ, illamque ut sui causam supponit, sed aliam, quæ omnino antecedat gratiam; alioqui enim potius supponere deberet primam gratiam , quam in illam propria virtute inducendam collimare. Constat autem hujusmodi esse attritionem, secus

secus vero contritionem, ntpote qtuo est effectua gratiæ, vol ipsam comitatur, vel saltem in omni sententia est incomponihiis cum peccato, cujus aversionem (instruit : ergo Pœnitentia ut Sacramentum non postulat per se aliam dispositionem, quam attritionem dictam. Unde ergo est periculum ex hoc capite accedendo cum ipsa ad Sacramentum ? Quorsum damna* tionis periculum, per hoc quod in articulo mortis recipiatur Sacramentum cum dispositione perse ab ipso Sacramento exacta?

Enitir 302. Quem discursum desumimus ex D. Thoma in hac 3 p. quæst. 80, art. 4 ad. 2, ubi loquens de Baptismo, et Pœnitentia, in quibus quoad hoc eadem militat ratio, inquit : *Baptismus, el Pernitentia, sunt quasi medicinx purgativae, qux danlur ad tollendam febrem peccati;* quocirca quæst. 68, art. 4 statuerat, quod *peccatoribus est Sacramentum Baptismi conferendum, quia est ad hoc specialiter institutum, ut per ipsum sordes mundentur, et ideo* quæst. 79, art. 3 ad 2, inquit, *quantum ad utrumque* (scilicet ablutionem, et mutationem do non esse ad esse ad instar generationis substantialis dantis primum esse) *non inconvenienter accedit ad Baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis.* Ut vero horum duorum Sacramentorum in hac parte omnimodam similitudinem doceret B. Doctor, in 4, dist. 6, quæst. 1, art. 3, quæstiunc. 1 ad 5, sic efiatur : *ad hoc ul homo prXpàret se ad gratiam in Baptismo percipiendam, prxexigilur fides, sed sion charitas ; quia sufficit attritio praecedens, el si non sit coniritio. El ideo* (verba sunt ejus dist. 17, quæst. 3, art. 5, quæstiunc. 1) strut *de Baptismo dicitur, quod liberet a inorle,ila eide confessione dici potest.* Unde Joan, **il,** lect. 6, circa fineni ait : *Si quis* autem *anis Baptismum non perfecte fuisset dispositus ad consequendam remissionem peccatorum, in ipso actu, dum baptizatur, remissionem consequitur virtute Baptismi, nisi ponat per fictionem obstaculum Spiritui sancto, et similiter est dicendum de Pamitenlia.* Unde sicut nullum esset periculum, ncc suboriri posset aliqua dubitandi ratio de hominis salute in articulo mortis cum sola attritione baptizat!, vel ex eo solum quod boc sacramentum sit per se primo institutum ad delendum peccatum originale, ad quod consequendum sola indiget attritione ex parte recipientis, si sit adultus; eadem prorsus dubitatione, et periculo postpositisasserendumest in via D. Thomæ, et in rei veritate, nullum esse periculum vel peccandi, vel aeternas pœnas luondi homini cum vera attritione accedenti in articulo mortis ad Sacramentum suscipiendum, dummodo ox alio capite subsint necessaria ad perficiendum Sacramentum : quippe tam primario instituta est Sacramentalis Pœnitentia ad excludenda, et remittenda peccata actualia, quam sit Baptismus ad originale, ut explicuimus, dum supra egimus de necessitate hujus Sacramenti.

Mittimus alias probationes opportuniori loco expendendas infra et ex ibi dicendis præsens veritas magis elucescet. Nunc vero præscindendo a sententiis ibi recensendis.

Confirmatur, et explicatur. Nam omnium catholicorum sententia attritio, quæ est necessaria dispositio ad obtinendam in Sacramento infallibiiiter remissionem peccati, debet excludere omnem voluntatem actualem peccandi, non vero habitualem : sed eo ipso quod detur hujusmodi attritio ; et conjungatur cum Sacramento, Sacramentum infallibiiiter confert gratiam : ergo infallibiiiter remittit peccata. Et ratio est peremptoria : quia Sacramenta legitime disposito infallibiiiter, et ex opere operato conferunt gratiam ; non enim ex parte subjecti postulant nisi exactam, et propriam dispositionem, suppositis alias partibus essentialibus, et intentione ex parte utriusque, sive recipientis, sive ministrantis. Sed in qualibet illarum sententiarum attritio, quæ assignatur pars, et dispositio ad intra Sacramentum obtinendam gratiam excludere debet omnem voluntatem peccandi actualiter : ergo in qualibet rllarum sententiarum erit verum, quod infallibiiiter conferat gratiam Sacramentum Pœnitentiæ : nullum ergo est motivum exigendi in articulo mortis contritionem pro vera, et proficua pœnitentia : cum stante vera dispositione ex parte subjecti, infallibile sit sortiri Sacramentum proprium effectum, subindeque cessare periculum. Minor patet : nam in sententia exigente ad prædictam attritionem veram, licet non perfectam, Dei dilectionem, luce clarius est, prædictam attritionem excludere omnem Voluntatem actualem peccandi ; non enim componitur vera Dei dilectio, quam adslruit illa sententia, cum aversione a Deo, quam importat peccatum grave, ut vel ipsimet docent patroni talis positionis. In altera vero sententia etiam est certum illam attritionem, licet ex diverso motivo, scilicet evadendi supplicia

Confirm.

perpetua, et justitiam Dei vindicativam, procul abigere quamlibet voluntatem graviter peccandi. Ergo quolibet modo explicetur attritio, vel ut orium ducens ex amore, vel ut proveniens ex solo pœnarum terrore, excluditur voluntas peccandi, subindeque cessat periculi urgentis motivum, quod praetexebatur.

Objectio.

303. Sed dices hanc explicationem nullius esse roboris, quia licet utraque sententia in eo conveniat, quod attritio debeat excludere voluntatem peccandi, ut inducatur remissio, et infundatur gratia; dissident tamen, et vehementer, in eo quod altera negat id posse fieri absque Dei amore, altera vero affirmat. Et quia sunt contradictoria?, altera illarum est falsa, et altera vera; sed neutra determinate, cum sit utraque probabilis. Authores ergo qui docent non sufficere attritionem cum Sacramento pro adimplendo præcepto Pœnitentiæ in illo articulo loquuntur de attritione pure ex metu gehennæ, quam non est omnino certum esse dispositionem adhuc intra Sacramentum ad obtinendum gratiam, sed tantum est probabile : at si non ita forsitan sit, manifesto periculo exponitur. Opposita autem sententia est omnino secura, et nulli discrimini obnoxia, cum petat dilectionem Dei pro illa attritione. Et quia in dubiis tutfi.r pars est eligenda juxta supra traditam regulam juris; melius, et rationi conformius est affirmare opus esse contritione in illo articulo adhuc post receptum Sacramentum, aut in ejus receptione, quam adstruere sufficientiam attritionis ex motu gt-hennæ cum Sacramento, in quod es periculum irreparabile, si hæc sententia coram Deo est falsa.

Arga-mentum difficul-tatis.

Confirmatur, et explicatur hujus objectionis doctrina. Nam in præsentia duplicis opinionis probabilis, quarum una nullum affert incommodum, aut detrimentum, secus vero a tera vel respectu alterius, vel respectu suiipsius ; saltem ex charitate vel erga alium, vel circa seipsum tenetur homo amplecti opinionem omnino a periculo liberam, postposita alia detrimento, aut periculo gravi obnoxia, ut recta et prudens ratio dictat, et suadet exemplum Baptismi, quem applicare sub forma, aut materia probabiliori, periculo tamen exposita, relicta non adeo probabili, sed tuta, et nullius periculi experti esset illicitum : quippe esset exponere hominem periculo æternæ salutis amiitendæ. Sed in sententia probabili attritionis cum dilectione nullum est periculum vel apparens æternæ salutis, secus vero in sententia oppositu, quæ potent esse falsa : ergo hac posthabita, illa tenenda est.

£ ul

Et præscindendo ab illis sententiis, de quibus infra, immediatius applicatur idem argumentum præsenti materiæ sequenti reflexione : nam sententia quæ ultra Sacramentum requirit contritionem pro præcepto Pœnitentiæ in articulo mortis, est probabilis, et nulli periculo exposita, ut patet: nostra vero sententia adhuc cum sua magna probabilitate, non est omnino certa, et alias periculo irreparabili subjacet : ergo illa, et non ista tenenda est, atque ideo standam est pro præcepto contritionis, adhuc posita attritione cum Sacramento.

nil

0«îm· nr p«- œûiii.

304. Sed in contrarium stat. Nam quod attinet ad utramque illam sententiam, sive quæ desiderat pro attritione verum actum amoris sive quæ illum excludit, a quo præscinditur, quin alterutram illarum ex vi illius confirmationis determinemus ; commune est utrique sententiae, quod attritio Sacramentalis debet excludere omnem voluntatem peccandi ; qui Iquid sit de radice hujus exclusionis, quod ad confirmationem ut a nobis positam non est necessarium decernere, sed proprio loco debet reservari : sed attritio excludens omnem voluntatem peccandi intra Sacramentum disponit ad obtinendam gratiam Sacramenti, ut est catholicorum communis, et vera doctrina a Concilio Tridentino stabilita.Ergo per prædictam atttritionem manet homo dispositus ad oblinendam gratiam Sacramenti. Unde illarum sententiarum dissidium non debet stare in eo. quod attritio excludens voluntatem peccandi sufficiat cum Sacramento ad justificationem; enim hoc negaret, manifeste se opponeret doctrina? Concilii diserte illud asserentis, ut suo loco videbimus : sed in eo quod una illarum affirmat ad illam attritionem requiri actum veræ dilectionis Dei super omnia ; alia vero constanter negat, a quo litigio nos abstinemus ; sed affirmamus attritionem illam, quæ excluserit omnem voluntatem peccandi intra Sacramentum, el virtute illius ex meritis Christi annexam habere gratiam, subindeque non indigere contritione ad eam inducendam. Sed talis est attritio, qua dicimus satisfieri præcepto Pœnitentiæ in articulo mortis : eruo per illam attritionem nulli periculo æternæ damnationis exponitur. Quod si ea non fuerit hujusmodi, non sufficiet, sed opus erit recurrere ad contritionem perfectam. Quare jam non urget confirmatio objectionis; utpote qui non agimus de hac Sententia determinata præ alia, aut unam alteri præferimus, sed assumimus principium omnino cerium, jam explicatum. Ex quo liquido et citra omne dubium infertur intontum sub forma immediate apposita. Ex quo ulterius sequitur non esse necessariam contritionem in prædicto casu, et quia obtenta est medio Sacramento remissio, et quia adimpletum est præceptum Pœnitentiæ. Unde manet convulsa capitalis sententia nobis opposita : nam eatenus foret necessarius recursus ad contritionem, quatenus esset incertum attritionem solam sufficere ad remissionem peccati intra Sacramentum : sed non est incertum attritionem descriptam a Tridentino ad id sufficere : ergo non est incertum attritionem ut a nobis positam sufficere. Patet Consequentia : quuniam attritio *a* nobis posita est attritio excludens omnem voluntatem peccandi cum spe veniæ : sed hæc eadem est cum attritione Concilii, nec aliam voiumus ad fructum Sacramenti : ergo eadem est attritione nostra cum ea, quæ designata est a Concilio.

305. Sed insistes adhuc non esse certum ex mente Concilii solam attritionem absque dilectione Dei intra Sacramentum afferre gratiam : cum plures nec spernendæ authoritatis de hoc dubitent, et oppositum mordicus teneant : ergo esto certum sit attritionem procedentem ex Dei amore in quolibet articulo sufficere ; non est tamen certum, sed satis ambiguum solam attritionem cum exclusione dilectionis adhuc intra Sacramentum valere ad ejus fructum consequendum. Et ex hoc capite claudicat nostra sententia, et impugnatur a contraria, quasi illa, et non ista constituatur homo in discrimine æternæ salutis ob incertitudinem remedii. Unde caput dissensus non stat in eo, quod sufficiat attritio al fructum Sacramenti, ut docet Tridentinum, et supponitur ; sed in eo quod illa attritio, quæ sufficere dicitur, non importat actualem Dei dilectionem, ut sui principium ; sed tantummodo tormentorum metum, et pœnarum cruciatum, ob quæ fugienda attritus detestatur peccata. Et quia in hoc sensu nondum est ab Ecclesia definitum, sed diversorum judiciis, et opinionibus expositum, an sufficiat, nec ne? idcirco ut tutius in hac re omnium gravissima procedatur, stare oportet pro obligatione contritionis in illo extremo articulo.

Dispelltur.

Sed nec huc urget, quamvis compellat descendere ad attritionem puram, hoc est, non importantem veram, et efficacem dilectionem Dei adhuc imperfectam, quæ apud nonnullos his temporibus invaluit, et determinationem infra stabiliendam ex nunc indicare. Et in primis (ut motivum Sanchez in ea contentum dispellamus, et enervemus) nullum esse per<culum damnationis in eo, quod adultus accedat ad Baptismum cum sola attritione manifestum est ex testimoniis D. Thomæ supra relatis, et eandem rationem docet S. Doctor esse de Pœnitentia; quoniam hæc duo Sacramenta non instituta sunt administranda justis, sed peccatoribus, nec per se etiam primo intendunt augere gratiam, sed eam primo inducere ad instar generationis, et regenerationis, quæ non supponunt introductam formam, et exclusam contrariam.

Deinde displicet minor illius authoris Consequentia. Si quod enim esset periculum in illo articulo, quod proveniret ex incertitudine hujus sententiæ, idem etiam esset peccandi, et non vere pœnitendi, quoties in defluxu temporis homo ea sola attritione instructus ad Sacramentum accederet. Sed in hoc nullum est periculum in ejus doctrina, cum quia illud non objicit, nec vel leviter indicat, tum quia solum prohibet attriiionis cum Sacramento sufficientiam pro solo mortis articulo ob periculum damnationis, quod non viget aliis temporibus : ergo non est ratio negandi sufficientiam prædictam in articulo mortis, et illam astruendi decursu temporis. Illatio Majoris constat, quia periculum prætensum damnationis nequit oriri, nisi vel ex eo quod homo attritus cum Sacramento non vere pœniteat, vel de novo peccet apponendo illud remedium incertum, vel ex utroque simul : sed huic eidem periculo peccandi, vel non veram pœnitentiam agendi se submitteret homo in decursu vitæ utendo eodem remedio non minus lubrico : ergo vel semper et in quolibet articulo erit licitum ita se gerere in poenitendo, vel numquam licebit. Quod enim unius damnum sit reparabile, aliud vero non, arguit quidem majus detrimentum; non vero quod in una parte sit licitum, secus vero in alia : aliter enim licitum esset homini in vitæ fluxu se exponere periculo proximo peccandi, et frustrandi proprio fructu ipsum Sacramentum; licet esset id prohibitum in articulo mortis.

Ad hæc : non major certitudo requiritur ad recipiendum Sacramentum in articulo mortis, quam alio vitæ tempore : sed in decursu vitæ talis est certitudo recipientis Sacramentum Pœnitentiæ cum sola attritione cognita, ut nullum sil periculum aut denuo peccandi, aut vere pœnitentiam non agendi, ut non negat, quin supponit ille Author : ergo etiam abest idem periculum ab articulo illo extremo vitæ. Major constat, quia Sacramenta novie legis sicut eandem institutionem habent a principio, ita eandem conservant essentiam, easdemque postulant ex parte subjecti dispositiones, quibus positis infallibiliter proprium inducunt effectum. Unde si qua est incertitudo, non ex parte Sacramenti, sed ex parte subjecti accipienda est : quocirca dispositio, quæ semel est sufficiens ad fructum, absque ulla formidine omni, et quolibet vitæ tempore censenda est sufficiens. Ergo semper, vel numquam potest homo licite cum sola attritione dicta accedere ad Sacramentum Pœnitentiæ; quin sit, vel saltem existimetur contritus.

306. Qua doctrina parumper expensa non solum refellitur prædicta inconsequentia, vel etiam absolute probatur veritas nostræ sententiæ. Quoniam nec in articulo mortis extorquet Deus ab homine majorem certitudinem in negotio salutis, quam moralem; nec remedium postulai metaphysice certum ipsi homini, ut constat in eodem homine contrito, qui nequit citra revelationem certus metaphysice reddi de sua contritione ; quia licet metaphysice sit verum Sacramenta infallibiliter conferre gratiam, et actum charitatis, seu contritionis , excludere a subjecto maculam peccati, et illi non coexistere; non tamen est metaphysice verum, quod hic et nunc aut Sacramentum conferat graliam, ob latentem, et non cognitam indispositionem, vel ob defectum intentionis ex parte ministri, aut quod actus contritionis excogitatus ut talis, et invincibiliter existimatus, sit verus Pœnitentiæ actus ; sed ad summum est moraliter certum, quatenus homo omnem diligentiam humanam modo humano sibi possibilem adhibuit ad se disponendum pro fructu Sacramenti percipiendo, vel ad eliciendam contritionem. Sed quod homo attritus cum Sacramento recipiat gratiam est moraliter certum. Ergo dum ipsi moraliter constiterit de sua attritione post diligentiam humano modo sibi possibili faciam, non obligatur ad habendam contritionem, utpote de qua noquit esse, nisi moraliter certus, no cum qua i|o saluto redditur securus, nisi ad summum moraliter. Major simul probata, pt P¥plicata manet. Suadetur Minor; nam qund prædicta sententia non sit metaphysice certa, non tollit, quod habeat certitudinem moralem ; non enim ost metaphysice certum hunc Episcopum v. g. Salmanticen-: sem esse vorum Sacerdotem, aut vere baptixatum ; est vero ita securum, ac inoraliter verum, ut nulla sit ratio suspicandi vel de ejus consecratione, aut de ejus Sacerdotio. Sed prædicta sententia est ita communis, et communiter recepta, et fero omnium calculo probata, et approbata, ut vix in practica relinquat ansam dubitandi ^quidquid sit de veritate metaphysica coram Deo) maxime post Concilium Trideu: tinum : nec homo esse potest moraliter certior de sua contritione, quam sint communiter Theologi de veritate practica istius sententiæ. Quocirca Lugo de Pœnit, disp. 7, sect. 13, num. 273, asseruit oppositam sententiam post Tridentinum esse improbabilem, a qua tamen censura abstinemus propter loco suo diconda.

307. Sed adhuc insistes, et assignabis Replica, disparitatem inter exempla hujus discursus, et rem, quam versamus : quoniam in praedictis instantiis tota incertitudo se tenet ex parte subjecti, et ibi sistit : et hac incertitudine metaphysica æque laborant, attritus, et contritus, nec ea excluditur certitudo moralis, et practica, ut demonstrant illa exempla, et innumera alia, quæ possent adduci. In attritione vero est alia incertitudo objectiva, quatenus non est certum tantam connexionem inveniri attritionis intra Sacramentum cum remissione peccati, qualem concedunt Theologi contritioni cum eadem remissione ; cum sit probabile oppositum, et a pluribus censeatur verum. Et hæc incertitudo est, quæ excludit moralem certitudinem, et cogit recurrere ad obligationem præcepti contritionis, qua sola potest evitari : siquidem homo tenetur, maxime jn mortis articulo, apponere medium moraliter certum, et eodem modo connexum pro salute æterna oblinenda. Sed attritio adhuc intra Sacramentum non habet moralem certitudinem cum remissione peccati. Ergo attritionem apponendo cum Sacramento non apponitur medium moraliter certum : atque ideo ulterius tenetur homo ad contritionem. Minorem non aliter probant ita opinantes, quam

quam assignando post Trldontinum non paucos, nec vulgaris notie Theologos, militantes ox adversu, ot rem in Concilio non definiri docentes. Et quia res est non delinita, nec uniformiter ab omnibus constituta, sed a pluribus reprobata; adimitur illi certitudo moralis, quæ exigebatur, ut homo deobligaretur in re tanti momenti a contritione.

(•ώ· *' Sed contra est, et instauratur argumentum urgendo paritatem ex illamet distinctione responsionis. Nam cum incertitudine metaphysica ex parte subjecti, stat certitudo moralis et practica ex parte ejusdem subjecti, et respectu ejusdem v. g. Sacramenti, aut contritionis, ut docetur ab arguente, et negari non potest : ergo cum incertitudine metaphysica ex parte medii seu objecti attritionis cum remissione bene cohaeret certitudo objectiva moraliter secura respectu ejusdem. Patet Consequentia a paritate rationis, nec apparet disparitatis vestigium, præcipue si diruamus probationem Minoris, cui maxime fidunt ex adverso stantes pro obligatione contritionis. Nam quod aliquis, vel aliqui Theologi aliquam teneant sententiam ; non obest, quominus opposita sit moraliter, et practice vera, ac omnino certa, maxime si a meliori, et majori parte Theologorum doceatur, et ejus fundamenta sint efficacia; esto non sint clare demonstrativa. Sed talis est sententia docens attritionem cum Sacramento sufficere, imo et inducere, infallibilem remissionem peccati. Ergo prædicta sententia est moraliter certa objective, Consequentia est in forma, Major videtur certa, sive speculative, sive practice loquendo. Quis enim neget sententiam docentem esse moraliter verum (ut ab scopo recedamus) hominem contritum esse justum, et Deo gratum ; per hoc quod aliquis, etaliqui docuerint actum contritionis coexistera cum peccato ? Et quis audebit affirmare con esse moraliter certum, et nulli dubio practico expositum Christum ut hominem esse filium Dei naturalem, quia aliqui fuerint, et non desunt, asserentes esse filium Dei adoptivum. Et sane in hac nostra materia non desunt, qui teneant attritionem naturalem sufficere ad valorem, imo et ad fructum Sacramenti, quin per hoc derogetur certitudini morali oppositæ sententiæ, et sic de reliquis. Vix enim est tam recepta, tam perspicua, et manifesta sententia, cui ex adverso aliqua non refragetur, sive practice, sive speculative loquamur.

Minor vero probatur : quoniam si ad Authorum numerurn, et authoritatem inapiciamus, tot sunt, et tam superioris magnitudinis, qui ante Concilium Tridentinum, et post ipsum rem vel ut.perspicuam supposuerunt, vel diserte discusserunt, et statuerunt, ut pauci appareant ex adverso militantes, ut loco citato videbimus eorum catalogum texentes. Si vero ad Tridentinum nos accingamus, tam efficaciter ex illo deducitur veritas nostræ sententiæ, ut fere prope accolat ad demonstrationem, quidquid alii dicant, et Concilii mentem alio distrahere conentur : non enim opponitur veræ demonstrationi, quod aliqui contra illam insurgant, ut constat in illo principio Philosophi. *Omne quod movetur ab alio movetur, ex* quo demonstrative probatur nedum existentia primæ causie, moventis immotæ, sed etiam motio ipsius in causas inferiores, vi cujus hæ illi intime in agendo subjiciuntur, et subordinantur ; quamvis non defuerint, nec adhuc desint, quibus hic discursus non arrideat, nec, ut par est, a pluribus exponatur illud princl··pium.

Et sane, *attritionem illam, quæ vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ,* adhuc extra Sacramentum esse dispositionem remotam pro obtinenda salute clarissima doctrina est Concilii Tridentini in verbis illis : *quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat,* quæ paucis interpositis lineis, subtexuit. Hanc vero attritionem, quam extra Sacramentum per se non sufficere docet, in Sacramento dis··; ponere affirmat in verbis sequentibus î *Tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit.* Ubi quod negat attritioni extra Sacramentum, ipsi intra Sacramentum concedit : non negaverat autem remote disponere, quin parare affirmat extra Sacramentum : ergo ultra aliquid illi concedit in ratione dispositionis intra Sacramentum, seu virtute illius, quod non est aliud, quam proxime ad salutem disponere, subindeque vi Sacramenti vindicare sibi illam sufficientiam, qua extra Sacramentum destituebatur. Cui discursui adjunctis aliis suo loco expendendis, ita firmiter adhaeremus, et adhærent Authores nostræ sententiæ, ut nullam partis adversæ formidinem concipiant, quominus sententiam nostram omnino tutam, et moraliter certam absque ullo periculo in ea sequenda

peccati, aut damnationis censeant, et a parte fateantur : quidquid sit de probabilitate adversæ partis, a qua præscinditur, sed relinquitur probanda, ct approbanda altiori supremæ sedis judicio, ad quod est deducta ultima decisio causæ. Interim concedimus adversariis rem non esse expresse, et formaliter in Concilio definitam, ita ut sententia nostra tamquam de fide haberi debeat; hoc enim nullus ex Authoribus hujus sententiæ aperte docuit. Est tamen ita conformis doctrinæ Concilii, el tam efficaciter ex illo deducta, ut formidinem partis adversæ excludat, et moraliter certa habeatur. Quod sufficit ad hoc ut homo in quovis articulo quantumvis extremo secure illa utatur, ad aliam intentam contritionis ex præcepto non teneatur.

Communis sententia, ad huc permissa

308. Hinc convulsa manet objectio ultima cujus vis consistebat in eo, quod sententia docens ex præcepto requiri contritionem, stante adhuc cum Sacramento, Vitale*est Probabilis' alias est omnino tuta : ergo hæc præferenda est alteri, licet probab^'orL non lamen ita totæ. Hæc, inquam, objectio ex dictis refellitur : nam tota probabilitas illius sententiæ fundatur in probabilitate prioris : ideo enim est probabile requiri contritionem adhuc in illo casu, quia probabile est solam attritionem cum Sacramento non sufficere ; si enim non esset prius probabile, non esset probabile alterum, utpote in primo necessario fundatum : sed prioris sententiæ probabilitas non impedit certitudinem moralem alterius sententiæ de sufficientia attritionis, ut manet explicatum : èrgo probabilitas sententiæ stantis pro contritione in articulo mortis, non impedit certitudinem moralem sententiæ ejus necessitatem negantis in præsen lia Sacramenti cum attritione. Sed homo nec in articulo mortis tenetur ad operandum majori aliqua certitudine, quam morali, qua omne dubium practicum expellatur, ut· patet (supra dicebamus) de ipsa contritione, de qua nequit homo reddit securus, nisi ad summum moraliter : ergo cum hæc certitudo non desit nostræ Sententiæ, omnino secure, et absque periculo imputabili, ex vi hujus e vita migraret : non enim magis puniretur, quam homo invincibiliter se existimans in illa hora contritum; qui tamen re ipsa non esset; quippe qui non damnaretur ob violationem præcepti contritionis, sed ob alia peccata præcedentia.

Hæc ratio moraliter.

I VIII.

Consectarium procedentis doctrine, et alterum appendix de justificato sine formali poniienlia.

Dwbligitori «airitiott, sapwuu attriiiose ωριΛ.

309. Ex proxime dictis inferendum est in uullo casu teneri ad contritionem eum, qui cum attritione cognita suscepit vel Baptismum. vel Pœnitentiam, quamvis certo sciat se non fuisse contritum. Quod consectarium est discipulorum D. Thomæ quibus subscribunt Suarez, Vasquez, Lugo, et alii pro præcedenti relati. Et sequitur ex dictis : quia non est imaginabilis urgentior necessitas, quam articuli mortis : sed in hoc non requiritur contritio post Sacramentum cum attritione : ergo multo minus in alio quolibet eventu. Deinde probatur : nam qua certum est attritionem cum Sacramento producere gratiam, certum etiam est i la adimpleri præceptum Pœnitentiæ; sed est moraliter certum attritionem cum Sacramento producere gratiam : ergo etiam est eadem certitudine asserendum sola attritione cum Sacramento observari præceptum Pœnitentiæ : non ergo est ratio cogendi hominem ad iterum illud observandum media contritione. Prima Consequentia cum præmissis constat ex dictis immediate, nec non ex suppositione limini quæstionis adhibita. Secunda vero infertur ex prima : quia semel posita observatione præcepti deobligatur homo ab iterata ejus observatione, donec iterum obligatio adveniat, ut constat in observatione aliorum præceptorum, transit enim onus cum illo instanti, in quo currit obligatio : ergo si inillo instanti adfuit observatio præcepti, non est, cur ai eandem rursus obligetur, nisi præceptum rursus obligare incipiat.

Non dokrta reuusw- brW. I

Qua etiam ratione de peccatis semel remissis non teneri hominem vel ad attritionem, vel ad contritionem ex præcepto docent communiter Theologi, quos referunt, et sequuntur N. Gabriel, et N. Franciscus ubi supra. Licet consultissimum sit, et ut in plurimum admodum expediens, actus displicenti® habere quoties vel memoriae, vel apprehensioni se inseruerint, ad occasionem complacentiæ vel aliud periculum procul abigenda.

H I

fjlüë- quorti sesintia. Veri. Med.

310. Cui consectario refragatus est Andreas Vega q. 13, de Justificat, conci. 3, et lib. 13, in Concil. Trident, cap. 20. Quod etiam docent Joan, de Medina cod. de Pœnit. tract. 1, quæst. 2, ratione

Valencia

Lm Valencia q. 6, punct, 3, et punct. 4, asp^'sert. 6. Isambertus disp. 14, de Pœnit. R- tract. 11, n 5. Joan. Morinus lib. 8, de |>‘ Admini-tr. Pœnit. cap. 4, ubi asserit hujus I doctrinæ fundamentum, non sexies sed I sexcenties, imo et innumeris locis jecisse D Augustinum, cujus tamen nullum in particulari producit testimonium ; cum tai men alii Theologi, ut bene observat Prado, ï in doctrina D. Augustini se iulo versati nec semel invenerint tale fundamentum, I vel leniter insinuatum, quod mirandum est. Sed ea sunt hominum ingenia, ut passim aliqui offendant, quod alios latissime preterit. Nec aliud a ratione præstat fundamentum, quam quod indicat Vega ubi nuper dicens : *Oportet quidem rescindere, et* i *involuntaria facere, quæ dum fuimus in peccato male placuerunt. Et argumentum hujus rei est : quod juslificali per Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ cum solo dolore suorum peccatorum ob metum inferni, tenerentur postea de illis dolere, quia offensæ furrini Dei, si hoc eis constaret, quod numquam ea ratione de illis doluerint.* Ubi in eo esse significat, quod peccata, quæ fuere voluntaria, non reddi possint involuntaria, seu quod idem est, non possent retractari, nisi per actum contritionis ; sed sicut est duplex motivum ea retractandi, et ob inferni metum, et quia sunt offensa Dei : ita etiam est duplex onus retractationis. Et si hoc non probat ejus argumentum, nihil probat.

-'zf Refellitur ergo, et simul assertio roboraém tur. Nam quoties aliquod onus exolvi potest uno e duobus modis, alterutro illorum posito cessat obligationis onus, ut constat in votis et in aliis præc»ùptis : sed onus præcepti Pœnitentiæ obligat vel ad attritionem cum vero Sacramento ; vel ad contritionem cum voto in ipsa incluso ejusdem Sacramenti : ergo semel posita attritione cum Sacramento, cessat onus contritionis cum voto Saci amenti. Discursus videtur legitimus, et ev illo clarior detegitur nostræ loctrinæ ratio : quia posito sem<d Sacramento Pœnitentiæ cum attritione, cessat votum ipsius Sacramenti, sicut posito vero Baptismate, non est locus ejus voto : sed contritio in lege gritiæ non denudatur a voto Sacramenti, cum in ipsa includatur, ut affirmat Tridentinum : ergo non stante voto Sacramenti cessat obligatio contritionis. Patet Consequentia : quia in lege gratiæ nequit haberi contritio absque voto Sacramenti Pcenitentiæ : quo proinde non stante, non stat vera contritio.

Quo etiam argumento maxime illustratur, et stabilitur doctrina § præcedentis. Quoniam posita attritione vera cum Sacramento in articulo mortis, ut adhuc superstes foret obligatio contritionis, deberet esse locus Sacramento Pœnitentiæ iterum suscipiendo, non utcumque sed ex præcepto : sed semel in illo articulo suscepto Sacramento, non est præceptum iteratæ receptionis, si non sit novum peccatum : non est ergo obligatio contritionis, utpote quæ non reperitur absque voto Sacramenti, et non est votum Sacramenti post receptum Sacramentum.

Deinde impugnatur. Quoniam ut peccata, Secundo, quæ male placuerunt, bene displiceant, et involuntaria reddantur, sufficit retractatio efficax ejusdem voluntatis, utpote a qua hominis operatio habet, quod imputetur, vel non imputetur : sed actus attritionis, de quo loquimur, est efficax retractatio actus peccaminosi, quem destruit actualiter licet non expellat ejus effectum, qui est peccatum habituale; aliter namque non esset attritio exacta a Concilio ad fructum Sacramenti, utpote quæ non excluderet omnem affectum actualem peccandi : ergo media attritione peccata, quæ male placuerant bene displicent, et involuntaria redduntur, quin ad hunc finem necessaria sit contritio. Unde obligatio illa, quæ videtur adstrui a prædicto Authore, de displicentia peccati ex duplici illo motivo est voluntaria, et a nullo ex aliis Authoribus admissa; alioqui præceptum contritionis non sufficienter observaretur media attritione cum Sacramento; imo licet daretur contritio, adhuc teneretur homo ad attritionem, quando quidem ex motivo contritionis nondum esset retractatum peccatum. Quod tamen non potest dici. Sufficit ergo, et requiritur ad veram Pœnitentiam, et ipsius præcepti observationem, quod vere, et efficaciter detestetur peccator offensam peccati; quod vero sit vel propter ejus turpitudinem, et fœditatem, vel propter pcenas inde obventuras, vel quia præcise offensa Dei est, provenit ex diversis motivis, perfectioribus, vel imperfectioribus ex parte modi piocedendi ejusdem pœnitentis, qui non tenetur operari semper quod est perfectius. Sed non officit veræ Pœnitentiæ, eo quod illum non adeo sublimem operandi modum, sed satis demissum, supplent merita Christi medio Sacramento

applicata, vi cujus ex attrito fit contritus habitualitér, ut est commune axioma Theologorum.

Quid di» endon), obi exdosio precatorum fit solo actu Chérira-lis.

311. Hinc suboritur alia difficultas, quam per modum appendicis resolvere oportet, ne diutius in illa immoremur. Quid videlicet dicendum sit, quando solo actu Charitatis justificatur homo, quin ulium actum attritionis, vel contritionis elicuerit, ul esse possibile supponendum est : an teneatur ad eonDicionem ex vi præcepti, dum peccata remissa in memoriam venerint, vel non? Et quidem cum Pœnitentia ordinetur ad obtinendam reconciliationem cum Deo media remissione peccati cum infusione gratiæ; et hoc fiat in eo casu media sola charitatis dilectione, quin intervenerit formalis pœnitentia. ut supponitur ; superfluum, imo et voluntarium videtur imponere ita justificato tam grave onus, quale est sub præee.ao p«nitere : quippe m^dia nec sunt necessaria, nec praecipiuntur, nisi ia ordine ad consequendum finem ; quo proinde obtento, sicut cessant media, ita et obligatio illorum evanescit. Id quod etiam elici videtur ex proxime, et toto hoc dubio dictis : quia supposita justificatione media attritione cum Sacramento, deobligacur humo a præcepto contritionis, utpote mediis illis consecutus, quod alias fuerat obtenturus per contritionem : ergo similiter in casu posito ob identitatem rationis.

Aliquorum opinio. VBoinl' cina. Lugo.

Quo motivo ductus P. Vasquez infra quæst. 8fi, art. 2. dub. 2, pariem negal'llvam eleait,. quem secutus est Bonacina tom. t, disp. 5, sect, 1, punct. 2, num·. 2, vers. *Verum,* et eis adhaesit Logo disp. 7, sect. 1'2, num. 25fi, beet ex alio motivo : quia 'inquit)sive obligatio ad pœnitentiam oriatur ex ejus necessitate ad servanda alia praecepta, sive ut virtute coi temptas impl citus Dpi, qui esset, si non retractaretur ejus offensa; ex neutro capite restat necessitas contritionis formalis : ergo ex nullo capite Antece m constat quia jam per dilectionem æquiva– lenter, et quoad sufficienti un est retractata prior offensa. Et sane media charitate non minus, imo magis roboratur homo ad servanda omniaalia præcepta, quam media pœnitentia ; quandoquidem charitati utpote Deum sub ratione ultimi finis attingenti incumbit, omnia inferiora in prædictum finem ordinare ; quocirca nulla alia virtus absque charitate id valet pnes* tare, et ei quod robur est in virtutibus ad prœcepta ut oportet rervarida, a charitale dimanat, et ab ejus influxu prucedit. Aiias vero cum affective hominem Deo ipsi conjungat, sufficienter retractat aversionem ab eodem Deo, quam importabat peccatum : nullum ergo est caput obligandi hominem media charitate justificatum absque formali pœnitentia ad eam ineundam per hoc quod peccata totaliter oblita in momento justificationis, post ipsam memorise occurrant.

Si autem his Authoribus opposueris hominem praedicto modo justificatum teneri ad ea omnia peccata confitenda tempore saltem ab Ecclesia præscripto, quocirca dum in memoriam veniunt opus est proposito illa manifestandi, et Ecclesiæ clavibus subjiciendi. Cum autem propositum confitendi, ut docet D. Thomas in 4, dist. 17, quæst. 3, art. I, quæstiunc. 4, sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quan io ad contritionem tenetur: sed ad contritionem saltem imperfectam tenetur, ut accedat ad confessionem : ergo per hoc quod prædictomodo ille sit justificatus, non eximitur ab obligatione detestandi formaliter peccata dimissa vel media attritione cum Sacramento, vel media contritione. replia, β.·^,

Si. inquam, eis ita objicias, facile pro illis se expedit P. Vasquez ab hac objectrône. Tum quia, præceptum eonbssionis est speciale, et obligat post rem issa peccata, sive ea fuerint remissa media sola charitate. sine media etiam contritione; semper enim tenetur homo peccata illa ex præcepto ecclesiastico submittere Dei ministro' per Sacram entàlem- confessionem. Præceptum autem Pœnitentiæ non obligat! post remissionem peccati, ünde illa obligatio· et propositum, quorum meminit objectio, non urovemunt per se ex præcpptœ Poenitentiae, sed ex præceptt>conf?3sionisannuæ. Tum et am : quia non habemus specialel præcpptutn pro Pœnitentia, atque' i leo non· est ratio, quare ad eam post dimissa peccata obligemur. An- 0,3 r^'z'

312. Huic tamen sfententiæ acquiescere' non posumus, tum quia opposita communi, et veræ doctrinæ alio-nm Theologorum, tum quia inermia ejus fundamenta sunt ad eam stabiliendam ul jam ridebimus. difio!· expc* tiœt

Nec priam assentimur negantibus factam suppositionem, quasi impos-ibile sit hominem justificari absque formali pœnitentia, undecumque id proveniat, vel ex obligatione

tfoïtè naturali Chm velwmêYitissima dilectione; vol ex eo quod peccatori dormienti Deus suam gratiam infundat, in quô eventu nuihim actum eliciet. Nam oppositum certius esi, et esse possibile docuimus, et docent alii, tract, de Justificatione. Quamvis enim justificatio adultorum per se loquendo sit, et esse debeat ex praevia dispositione subjecti, et libera ejus acceptione ; minime tamen obest, guod Dens ut a legibus absolutus firæter, et supra ordinem a rebus exactum prout voluerit, operari possit. Quamobrem admitti debet casus, in quo ve! absque ulla dispositione, vel solo actu charitatis absque formali Pœnitentia homo justificetur ; quidquid in' oppositum dixerit j».'· Cano ab omnibus aliis discipulis D. Thomæ desertus in' hac parte.

Quol supposito præferendam esse censeriius sententiam affirmantem obligationem praecepti vel ad actus charitatis, vel Pœnitentiæ, casu quo uterque defuerit ut m Somno; Vel saltem Pœnitentiæ, ut in castf posito. Quam sententiam amplecItasi.(nntur non solum discipuli D. Thomæ, ut Aratixo, Nuno, et Martinez de Prado, apnd quos dumtaxat invenimus tactam hanc difficultatem ; sed etiam Vega ubi ▮jju supra cap. 20. Joannes de Medina, CorVjf·duba lib. 1, q. 15, quibus subscribunt Enriq. lib. 4, cap. 6, et cap. 28, n. 4. ïï· Suarez disp. 15, sect. 4, et disp. 4, sect. 6,et disp. 19, sect. 1. Coninch. disp. 13, dub. 4. Tannerus, Becarius, Layman, et alii plnres a Prado felàti.

hr Probatur primo ex dictis in hoc dubio de puero in primo instanti transgrediente vel omittente sui Conversionem ad Deum ut ad ultimum finem. Nam quoties instat præceptum divinum de opere faciendo, et illi assignatu·* tempus non quo finiatur obligatio, sed ne ultra diff ratur ; éo prætermisso, adhuc remanet obligatio operam dandi observationi præcepti, ut ibi expenJimus, et exemplis illustravimus : sed ut homo resurgat a peccato, ét justificatiom extra Sacramentum nanciscatur, tenetur ex dLino præcepiu ad formalem pïnitentiam. non qualemcumque, sed quam importat Contritio : ergo manet obligatus' ad contritionem extra Sacramentum nisi velit hoc onus medio Sacramento levare. Major constat ex supra dictis. Minor etiam liquet, nam actus contritionis est medium necessarium ad jnsfificatiohem extra Sacramentum ex jure divino pneceptum. Consequentia vero probatur : quia cessante· impedimento obligationis præcepti, reviviscit obligatio præcepti, ut patet in esu inculpabili carnium die veneris,· in votis,- in recitatione officii divini toto die, et in omnibus aliis præceptis, quæ ex causa aliqua naturali non obligant, Via vero abeunte, consurgit præcepti onus ; sed oblivio inculpabilis peccatorum fuit rtf causa non eliciendi actum contritionis, ad quem in illo instanti justificationis tenetur homo ex præcepfo divino naturali : ergo hac cessante, et fedeunte illorum memoria, tenetur homo ad ea detestanda, supplendo voluntarie, quod ex causa naturali deficit obtentæ justificationi. Quo etiam argumento probatur necessitas dilectionis eliciendae, casu quo homo justificaretur in somno ; tunc quippe utrumque actum et charitatis, et Pœnitentiæ teneretur elicere, ut suppleret defectum illorum, et gratiam redderet' voluntarie, et libere receptam, quam non omnino connaturaliter receptam habebat, utpote inanimiter se habens ad ejus infusionem ; cum tamen ipsa in adultis cooperationem exposcat.

313. Secundo probatur infirmando opposita fundamenta. Quoniam eatenus non teneretur homo m hypothesi facta ad contritionem, quatenus vel non esset præceptum speciale Pœnitentiæ, ut corniniscebatur Vasquez, vel quia suppleretur sufficienter actu charitatis, ut etiam idem docet : vel quia cessante fine cessat medium ad ejus assecutionem ordinatum, ét Pœnitentia est medium solum ad justificationem deserviens, qua proinde obtenta cessat ejus obligatio, ut tandem afnrmat. Sed nullum ex his mottvis est sufficiens ad deobligandurh hominem a præCepto contritionis in casu posito : ergo nulla est ratio negandi talem obligationem, séd etf oppOsito aiistruenda, ét propugnanda est. Consequentia cum Majori non indiget probatione. Minor, in qiia est difficultas, probatur ostendendo per singula insuffi- Aliud fanda" Evenun- ,lur ρ· motiva,

cientiam prædictorum motivorum. Et quidem falsitas .primi constat ex supra dictis de præcepto speciali Pœnitentiæ, quia cum sit specialis virtus a cfæteris aliis diversa, ita pro propriis actibus speciale sibi vin licit' præceptum. Primum,

Secun lum etiam laborat eodem defectu : quoniam aliud est Charitatem esse priorem, superiorem ac perfectiorem Pœnitentia ; aliud vero hand in illd eminenter contineri, vel illam pro ista posse supplere Secun- dum-

formaliter. Sed ex primo capite, quod inficias non imus, neutiquam infertur secundum : ergo illo, ut concedendum est constituto, neutiquam infertur intentum. Probatur hæc Minor : tum a paritate aliarum virtutum, utputa Fidei, Spei, aut Religionis, quarum actus non sufficienter actu Charitatis supplentur : alioqui enim compendiosius ageretur iliorum segetem ut inutilium rejiciendo, et unicam Charitatem virtutem assignando, quam illos coacervando, dividendo, et multiplicando. Unde qui negaret actum proprium, et formalem, Fidei, aut Spei, aut Religionis, aut assereret sufficienter pro quolibet illorum unicum Charitatis actum substitui, instantibus illarum virtutum præceptis, obvios quosque, et adversarios haberet : tam insitum est omnium menti nullam virtutem alterius defectum supplere, sed quamlibet incumb-re elicientiæ proprii actus, et observantiæ proprii præcepti. Tum etiam a priori : quia sicut nulla virtus attingit nisi proprium, ac formale objectum, a quo mutuatur essentiam, et in propria, et sibi adæquata specie constituitur : ita nuba earum attingit formaliter objectum alterius, aut elicit proprium actum, licet directive, architectonice, aut imperative se habere possit virtus superior ad inferiorem : ergo nulla virtus, quantumvis superior sufficienter potest loco alterius substitui, nec etiam actus pro alterius actu supplere.

Eo vel maxime : nam ubi non est continentia eminentialis vel formalis, vel virtualis non est æquivalentia. ut patet in Ange'o ad hominem, in homine ad equum, et in ipsa religione et Charitate ad orationem, temperantiam, etc., sed quamvis Charitas sit perfectior, præterque, quam quælibet aha. imo ab illa omnes ultimum complementum, seu formationem accipiant ; non tamen continet eminenter formaliter, aut virtue liter illarum perfectionem specificam : ergo non æquivalet, aut sufficienter substituere potest pro illis, aut eorum actibus.

Tertium. Hinc convulsum manet jam tertium. Tum quia licet per se loquendo cessante fine, cesset etiam me irum, quia medium non intenditur, aut eligitur, nisi ob finis assecutionem ; secus vero quando per accidens finis aliunde habetur ; alioqui enim irrationalis esset peccatorum oblitorum confessio, nec præcipi homini posset. Præterquam quod in nostra hypothesi licet non fuerit necessarius actus contritionis ad introducen am gratiam dispensante Deo, et supranaturalem exigentiam operante; erat tamen necessarius ad ejusdem gratiæ conservationem, nec dispensasse crederetur in aciu contritionis ipsam consequente , esto dispensasset m praeparante, et antecedente Cujus non est rationale motivum, nisi expresse reveletur. Et ita apparet in naturalibus, ubi non ex eo, quod antece.ienter aliquid prater communem ordinem fuerit eflectum ; sequitur in rei conservatione, non servari consuetum agendi modum, ut in generatione vermium ex speciebus cernere licet : ibi enim non præcessit materia, quæ immediate disponeretur ad iilorum formam, nec servatus fuit rerum ordo; cum tamen ad ejus conservationem nulla ex naturalibus dispositionibus defecerit. L cet ergo fuerit dispensatum cum homine ad illi infundendam gratiam absque cooperatione propria, vel absque Pœnitentia ; non ideo dispensatum intelligi debet in Pœnitentia sequenti. Unde qui certo cognosceret se esse illo modo justificatum ; certo etiam sciret non se præparasse ad illud beneficium, nec etiam debitam Pœnitentiam exhibuisse : quapropter teneretur vel Sacramenlaliter confiteri, vel actum contritionis elicere, non quidem pro reconciliatione jam obtenta, sed pro ejus conservatione, et continuatione ; alioqui peccaret non observando, cum posset, id ad quod luerat obligatus ex præcepto. Tum etiam (et est major elucidaiio hujus discursus) quia Pœnitentia non cadit sub præcepto, nec tendit in gratiam utcumque, sed per modum compensationis, et satisla· tionis debitæ a creatura : sed hæc satisfactio non fuit tempore debito apnosita. ut supponitur : exhiberi ergo et apponi debet, cum subest facultas, ut est po-t nactam justificationis gratiam : qua deobl gatio accidei.talis, et extraordinaria non tol it obligationem per se, dummodo permaneat post instans accidentalis contingentiæ, ut est in præsenti.

Unde colligitur aliter gratiam esse finem Pœnitentiæ, quam sit satisfactio : nam illa est finis communis, extrinsecus, et, ut ita dicamus, ultimatus. Sicut enim est finis, et forma omnium virtutum, ita et omnium illarum etiam est commune, et universale principium, a quo oriuntur, et in quam ut in scopum collimant Satisfactio vero et æqualitas proportionalis intenta a Pœnitentia,

tentia, ont finis intrinsecus, et immediatus; ei Inc nondum est appositus ex vi accept» justificationis in illa hypothesi, atque ideo adhuc est ob.igatus homo ad eam exhibendam : unde non fuit Vasquio ratio urgens a communi doctrina recedendi.

314. Nec urgentiora suut argumenta Eminentissimi Lugo, sed omnia peccant in reddendo non causam pro causa, et consequenter nihil concludunt. Nam quod primo objiciebat de necessitate Pœnitentiæ ad servanda alia præcepta, non est ratio exigendi contritionem post adeptam justificationem. Cum enim plen tudo legis sit dilectio, et qui diligit Deum, sermones ejus servet, ex hoc ipso quod homo ille adeptus fuisset gratiam, et alias virtutes annexas, posset ex vi hujus intendere, imo et exequi præceptorum observantiam, ut patet in Angelis, et in Christo in quibus non fuit Pœnitentia, et non defuit præceptorum observantia. Nec etiam valet secundum : quia non sistimus in retractatione utcumque, seu quoad explicitum conceptum retractationis ; sed sumus in retractatione formali, et expressa, quæ secum afferat satisfactionem, imo et sit ipsa satisfactio ; et hæc est quæ cadit sub speciali, et proprio Pœnitentiæ præcepto. Charitas autem licet retractet, et excludat peccatum quod odio habet, non id præstat ex motivo compensandi, et satisfaciendi, sed ex alio longe diverso, etuniversaliori : vi cujus relinquitur locus et obligationi, et præcepto contritionis adhuc posito actu charitatis; et idem constat in actibus aliarum virtutum, nisi velimus omnium virtutum exercitia in unam, eamquesoiam charitatem, ut in immediatam, et proximam radicem revocare ut Vasquio opponebamus . Concedimus ergo omnia illa attributa, quæ in confirmationem utriusque probationis charitati adseribuntur, et plura alia, quæ possent assignari. Sed omnia illa præstat sub universaliori ratione, non tamen sub formali, et propria cujusque virtutis, atque ideo non derogat nec præcepto, nec obligationi contritionis. Recolantur supra dicta de Pœoitentia ut est specialis virtus, ex quibus clare colligitur præsens doctrina.

315. Nec refert, si objicias: Perfectior esc ne lum in esse entis, sed etiam in ratione dispositionis actus charitatis, quam actus solius Aitritiums : S'jd posito actu attritionis cam Sacramento, non teneretur homo ad præceptum contritionis : ergo nec etiam quando præcessit solus actus charitatis. Eo vel maxime, quoniam attritio non provenit a virtute speciali Pœnitentiæ, utpote quæ est, et petit esse conjuncta gratiæ, et charitati, ut supra statuimus; sed provenit a principio inferiori, utputa timore servili, in quo non est ratio formalis Pœnitentiæ virtutis ullo modo. Unde reassumunt vires argumenta Cardinalis Lugo, et quæ contra illaopposuimus, vel inconsequenti», vel falsitatis, vel utriusque redarguuntur sub hac forma. Nam tota, et adæquata ratio insufficienti» ex parte charitatis, et exigenti» contritionis in ibo casu, e>t quia charitas est distincta virtus a Pœnitentia, nec importat formalem, et expressam satisactionem, quam secum affert contritio : sed hæc ratio vel est nulla, vel simul probat non sufficere attritionem cum Sacramento; ergo vel doctrina tradita est falsitati obnoxia, vel actus charitatis absque contritione sufficit in prædicto casu, subindeque immerito cogimus hominem prædicto modo justificatum ad contritionem postea habendam. Probatur Minor : quia ex una parte actus charitatis perfectior nedum attritione, sed etiam contritione ut liquet; attritio vero est utroque imperfectior : aliunde autem a diverso principio oritur contritio, quam attritio, ut decimus : ergo vel nulla est ratio excludendi ut insufficientem actum charitatis, vel ea etiam sufficiet, ut rejiciatur attritio. Hoc secundum nequit sustineri : ergo necessarium est affirmare primum, aque ideo quod non teneatur humo ad contritionem ut intendebant prædicti Authores, quos impugnavimus.

Non, inquam,refert hæc objectio: nam ad primam ejus partem concessa utraque præmissa, negamus Consequentiam, quam non legitime inferri, vel exeo constat, quod alioqui eodem argumento probaretur necesse necessarium actum contritionis perfect» per se loquendo ad remissionem peccatorum sive medio Sacramento, sive media Pœnitentia virtute assequendam ; quandoquidem actus charitatis perfectior est sive attritione, sive contritione : ergo si titulo prædicti excessus in perfectione res foret mensuranda, profecto nunquam foret necessarius actus contritionis, sed sufficeret unicus, et solus charitatis actus. Quare sicut hoc non probari, nec intendi potest ab objiciente ; sed cum ea majori perfictione actus charitaiis supra omnium aliarum virtutem actus, debet componere superesse locum ad eos exercendos : ita similiter concesso ut concedi debet, excessu perfectionis in actu

solutio,

charitatis, aupra actus PœukenLiæ sive imperfecta?, sive perfeci», adfiuc .eat ratio obligandi ad eam vel eum attritione intra Sacramentum, vel sola contritione cum voto Sacramenti, quorum alterutra satisfit præcepto Pœnitentiæ; neutiquam vero, si utraque deficiat.

Ad hujus improbationem insertam iu secunda parte objectionis, concedimus cum D.Tfiom. p Thoma, attritionem prodire a timore servili, qui non est habitus .virtutis, solam vero contritionem procedere a Fœnitenùæ virtute, supponente gratiam infusam pro aliquo priori, cum ob generalem rationem omnibus virtutibus infusis communem, tum ob specialem, et sibi propriam; secundum quam actus contritionis petit oriri ex amore Dei, ut constat es doctrina art. *6,* hujus quæscionis S5, ubi ait, quod *horum duorum artuum primus naturaliter prxccdU secundum : nam actus virtutis Pa·niteniix est contra peccatum cx amore ihi. Unde primus aclus est ratio, et causa secundi.* Et hæc est specialis, et propria ratio dependent]'», et connexionis intrinsecæ actus contritionis, et virtutis Pœnitentiæ a gratia, supra statut», et toties in superioribus libris indicatæ. Communem vero rationem aliis virtutibus, et quare attritio nequeat a virtute Pœnitentiæ procedere, D.Thom. tradit S. Doctor in Addit, ad hanc 3 p. quæst. 4, art. 3, ubi supponens ut per se notum attritionem semper esse informem ex sua specie, hoc est antecedere gratiam, et peccatum habituale comitari, inquit t *flatilus autem virtutum infusarum, qui voluntatem respiciunt, non possunt esse informes , cum charitatem consequantur, ut in* 3 *lib. dictum est. Unde antequam gratia infundatur, non est habitus, a quo aclus contritionis postea elicitur : et sic nullo modo attritio potest fieri contritio.* Unde agnoscitur quam longe abeant a doctrina, et mente D. Thomæ Theologi, qui attritionem, et contritionem solum distinguunt penes majorem, aut minorem perfectionem intra eandem speciem essentialem; quod tamen toto, ut aiunt, cœlo ab eo distare est manifestum. Unde est asserendum essentialiter inter se differre, et diversa principia essentialia postulare.

816. Hinc tamen nulla est illatio ad negandum attritioni veram Pœnitentiæ rationem. Tum, quia attritio continetur ut species imperfecta sub conceptu communi contritionis, et sub eo non semel eam usurparunt celebriores Theologi, et quod magis est, traditui expresse a Coucilio Trident, ies». illa 14, *æpe allegata cap. 4, ubi pro parte essentiali hujus Sacramenti Pœ? nitenti» uccenset contritionem, quam deinceps dividit in perfectam, et imperfeciam, quam dicimus attritionem. Tum etiam, quia licet non oriatur a virtute Pœnitentiæ, sed a principio longe inferiori; disponit tamen remote ad Pœnitentiam perfectam, ut constat ex eodemmet .Concilio in eodom luco, et ante ipsum docuit D, Thomas art. 5 hujus quæstiouis, ubi exponit qualiter Poenitentia oriatur a timore tanquam a principio. Unde corruit argumentum ex ilio principio deductum in favorem im» pugnatæ doctrinæ. Nam licet cum Gharl·tate conveniant in eo, quod a diversis prim cipiis essentialibus provenire postulent; differunt tamen, quod actus Charitatis ex sua specie nec est satisfactio, nec est *for?* maiis Pœnitentia. Attritio vero est fore malis Pœnitentia, et licet nondum ex sua specie sit satisfactio, ob conjunctionem cum peccato, intra Sacramentum tamep ex meritis Christi suppletur illa satisfactio, et imperfectio attritionis, vi cujus supple? menti disponit proxime, et coneurrit effec» live ut pars Sacramenti ad induendam gratiam. Quocirca optime animadvertit Suarez disp. 15, *sect. 4,* n. 14 (et subseri? soaro. bit Prado ubi supra § *2,* num. *7)* esse Prado, magnam differentiam inter remissionem peccati comparatam solo amore sine ulla formali Pœnitentia, et obtentam ex vi Sa» cramenti cum sola attritione : nam illa prior non est dispositio per se sufficiens, nec formaliter continet satisfactionem requisitam per se ad justificationis gratiam consequendam : quapropter in ea non fit remissio nisi sub onere, et voto Poenitentiae, quæ tunc abest, et ideo est obligatio ad futuram. Hæc vero est formalis Pœnitentia, et affert satisfactionem, si non propriam, saltem ex meritis Christi ; ex cujus institutione habet, quod sit pars Sacramenti Pœnitentiæ, et intervenit quædam veluti commutatio necessitatis contritionis in necessitatem Confessionis Sacramentalis.

Ex quibus constat ad rationem dubitandi initio positam, quin opus sit operosius ejus solutioni insistere. Constat insuper, qualiter intelligenda sit doctrina in fine dubii præcedentis tradita, cujus ultimum judicium ad in præsenti dicta remisimus. Quare ad objectionem illam concedenda est absolute Consequentia, quam ibi (ne his pnepediremur) distinguendam diximus.

§IX.

§ IX-

Postrema difficultatis decisio.

317. Dicendum est ultimo præceptum Pœuiteniiæ obligare hominem ad non diu ia peccato permanendum, subindeque ultra articulum, aut periculum mortis teneri peccatorem ad contritionem procurandam, ne diu in peccato mortali permaneat. Hanc assertionem non invenimus ita expressam apud D. Thomam, est tamen comona ejus doctrinæ, et ut illi conformem propugnant graves S. Doctoris discipuli 8oto in 4, dist. 17, quæst. *2.* art. 6, conci. 4 et 6. ia» Joan, a Cruce quæst. 2 de Contrit, dub. tea. 5, conci. 2 Nuno in addit, ad 3 quæst. Ut 2, art. 3, dub. 3. Candid, tom. 2, disquisit. 24, art. 16, conci. 5. Petrus de Ledesma ubi supra Gano relect. de Pœnit. 4 p., § *Ad testimonium,* ubi non solum ad articulum, et periculum mortis, sed ad alios necessitatis casus protendit obligationem hujusmodi præcepti, licet ab aliquibus pro sententia contraria allegetur ; sed male, ut observat Prado, et bene. Nusquam enim nec Cano, nec etiam D. Thomas limitationem pro articulo, aut periculo mortis tantum apposuerunt, nec usi sunt verbo aliquo excludente alios necessitatis casus, quin imo de casu necessitatis affirmando exempli gratia omnino certum, et extra omnem dubitationem, articulum mortis, aut ejus periculum designarunt, ut constat ex illis j'i.'i verbis D. Thomæ : *cum præcipue in articulo mortis cxislit,* in quo non excludit alios casus necessitatis Et quidem S. Doctor in prædicta quæstiuncula toms fuit in refellendo, et propulsando celebrem illam opinionem de obligatione instantanée, et immediate post lapsum pœnitendi, quæ tunc temporis apud aliquos invaluerat, et hujus occasione docuit solum in casu necessitatis urgere tale præceptum. Inter casus autem necessitatis strictissimi, et nulla tergiversatione objiciendi sunt articulus, elpericulum mortis; quamvis non desint alii non ita perspicue, et urgenter obligationem illam inducentes. Quo i annotamus, ut constet non esse a'ienam sententiam a mente D. Thomæ supra statutam, licet non ».*'*»· sit ita expressa. Atque ita defendit N. Fran- B. ciscos a Jesu Maria plures extra Scholam D. Thomæ pro ea referens.

Fsü· Primum hujus assertionis fundamentum sumitur ex sacra Pagina, ubi non in uno, aut altero loco (quod sufficeret) sed in pluribus edoceri videtur, ut est illud Eccle- Eccle- siastic. 5 : *Non tardes converti ad Dominum, 8USt- 5' nec differas de dic in diem; subito enim venit ira ejus, et* istud Apocalyps. ; *Age pernitentium, et prima opera fac : sin autem, venio* Apoca- *libi, ct movebo candelabrum de loco suo, nisi* 'yps. *Poenitentiam egeris.* Cui consonat qu,id paulo post Angelo Pergami indicitur : *Similiter Poenitentiam age, si quo minus veniam tibi cito.* Quai verba si præceptum non differendi Pœnitentiam non continent, non suntautexpressiora, aut urgentiora in sacra Scriptura pro aliis præC'-ptis, nec majori fundamento exilia deduci pos.-unt in vi Consequenti®: nec esset unde convinceretur, aut redargui posset, qui ex Scriptura non recte alia præcepta colligi mordicas alfirmaret. Et sane ex his, et similibus textibus deduximus supra, et deducunt communiter Theologi satis efficaciter, præceptum Pœnitentiæ, quod sit speciale pro hac virtute præ aliis. Sed sub eadem verborum filo, et nexu prohibetur nimia in poenitendo dilatio : ergo vel non probatur satis ex sacra Pagina præceptum Pœnitentiæ ; quod non est dicendum ; vel non tam hujusmodi præceptum positivum asseritur, quam etiam negativum eam non procrastinandi statuitur.

318. Quare non assentimur illis, inter Praeluditur effugium Arauxo. quos est Arauxo in præsenti, qui nullum præceptum negativum Pœnitentiæ admittunt. Tum quia verba prædicta, et alia innumera omissa satis perspicue prohibent moram, et dilationem in peccatis. Quid enim aliud aut verius, aut sincerius intelligendum venit iu illis verbis : *Non tardes, Ne differas, quum* non diu moras agere, nec diutius in peccatis detineri. Tum etiam, quia commune est omnibus, et cuilibet ex praeceptis affirmativis includere, et tecum trahere negationem, et prohibitionem actus oppositi præcepto, nec oppositum facile intellegitur. Qualiter enim amor v. g, potest cadere sub præcepto, quin ex vi hujus prohibeatur odium, aut carentia amoris, et sic de reliquis ? Ultra hanc vero communem rationem, quæ nequit non militare in Pœnitentia, superest specialior,et expressior prohibitio de non retardanda Pœnitentia, ut ostendunt relata testimonia, adjuncta doctrina Patrum, quam infra adducemus.

Porro videtur non prætermitti dignum in prædictis testimoniis neutiquam præcipi, quod statim, seu cito agatur Poenitentia ; hæc quippe solum absolute præcipitur ; sed comminationis vis in eo collocatur, quod cito ad punitionem, seu

vindictam veniet, si diu Pœnitentia protrahatur. In quo profecto (ut hanc sententiam ab illa antiqua a D. Thoma expugnata disjungamus, in quo aliquis posset offendere) satis innuitur non præcipi ita citam, ac præproperam Pœnitentiam, quam illi, et alii adhuc, comminiscuntur, sed prohibetur Pœnitentiæ di alio, et procrastinatio per longum tempus. Constat autem intercedere medium inter statim agere Pœnitentiam, et illam differre usque ad extremum vitæ periculum, atque ideo hoc secundum prohiberi, et primum non præcipi sub illo onere, sed tantum absolute, ut revera præceptum est.

Nota.

Pπρoo-cufQlcr alia evasio.

3i 9. Nec etiam placet effugium Gonet et aliorum docentium in prædictis testimoniis contineri præceptum Pœnitentiæ quoad substantiam ; quantum ad modum vero, et circunstantiam temporis esse consilii.

Hoc, inquam, hujus Authoris effugium displicet. Tum quia eadem facilitate, qua dicitur, sed majori fundamento rejicitur, utpote omnino voluntarium, et solum excogitatum ad elidendum verborum robur : habemus enim expressa verba prohibentia dilationem Pœnitentiæ. Quare ergo non sunt præceptiva, ei non inveniuntur alia expressione pro aliis præceptis ? Et unde constat, quodve est vestigium, ut sufficiant, et efficacia sint ad stabiliendum præceptum quoad substantiam, et non etiam quemadmodum, et circunstantiam temporis vagi, hoc est, quod non per longum tempus protrahatur retractatio? Hujus profecto nulla potest ratio assignari ex ipso textu, ex quo desumi debebat, ut satisfaceret. Tum etiam quia ob non observationem consilii non sibi homo mortem consciscit, nec temporalem, nec æternam, quippe consilia sicut non induunt obligationem, ita nec gravissimam important comminationem non observantibus; alioquinondistinguerentur a praeceptis : sed comminatio mortis, quæ gravissima pœna eA, et acerbior si fuerit aeterna, statuitur pro retardantibus Pœnitentiam : ergo non solum cadit præceptum supra Pœnitentiam quoad substantiam, sed etiam contra ejus retardationem, atque ideo hæc non est mere consilii, sed et præcepti. Minor constat ex illis verbis *Ne lardes,* etc. quæ non concernunt Pœnitentiam, sed illius moram, et clarius innotescit ex verbis immediatis ejusdem textus ubi sic habetur : *Et ne dicas : Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Et quasi respondens, et praeoccupans inanem peccatoris fiduciam, subjungit ; *Misericordia, et ira ab illo cito proximant, el in peccatores respicit ira illius.* Ubi perspicuum est sermonem esse de peccatis gravibus, et non de violatione consiliorum, contra qua? non est peccatum grave, secluso \oto, aut aha obligatione itidem gravi, et statim sub illa comminatione prosequitur : *Ne lardes,* etc. Unde expositio illa nequit adaptari huic testimonio.

LU-· ?■<·.

3Î0. Apparentius respondent alii ad verba Apocalypseos ibi ad litteram sermonem fieri contra Episcoi os illarum Ecclesiarum, qui tempore, aut ignavia a sui status perfectione exciderant, ob idque tam acri objurgatione, ac comminatione plectuntur, nt resipiscerent, et in pristinum fervoris statum se revocare satagerent.

A Horan frci prtCrâ-i lux*

S^d ita sit, adhuc tamen retinent vires testimonia allegata : tum quia in eodem Scripturae loco agnoscunt Theologi cum D. Thoma, 1 p. quæst. 1 , art. 10, plures sensus litterales, quin unus alterum excludat, atque ideo admisso illo sensu, adhuc est locus alteri a nobis posito, qui non opponitur circunstantiæ alicui textus. Tum etiam, quia non desunt graves expositores, ut D. Ambrosius, et Haymo apud Cornelium, quibus arrideat Episcopum illum per peccatum grave a gratia excidisse. Tum denique, nam teste eodem Cornelio cum aliis expositoribus, quod illis Prælatis indicitur, intimatur etiam et fid> libus illarum Ecclesiarum, imo et totius Ecclesiæ; peccata quippe nembrorum sub specie capitis, et ejus nomine redarguuntur : quocirca non tam capiti ipsi, quam etiam ejus membris dicta illa verba intelliguntur. Constat autem in membris non teporem, aut ignaviam, sed peccata gravia, de quibus poenitere jubentur, objurgari.

D.TUj.

Tandem respondet prædictus Author, illa Apocalypsis verba non urgere; nam esto contineant præceptum, non tarai at ille, qui differt, seu qui non statim facit, quod potest ; sed tantummodo qui non facit eo tempore, quo faciendum est.

Aiii reses-so,

Sed sit ita, hinc vires assumit nostrum argumentum : quia nequit ut tardus reprehendi. qui tempore quo debet solvit : sed peccator non debet usque ad finem vitæ; non ergo tardat differendo Pœnitentiam usque ad illud momentum. Quare *ergo jubetur, ne tardet?* Rursus. Quia jam admonitio,

Coift-onr.

nitio, seu comminatio illa esset superflua, et do subjecto non supponente, utpote cui nullus esset locus, siquidem nullum esset tempus, quo urgeret obligatio, nisi illud, quod existimatur ultimum : et non esset ultimum usque adesset articulus, vel periculum mortis proximum. Unde ergo posset prohiberi ut non tardet ad Deum converti Î

Ivώ "1à Quæimpugnationes, confirmari, et explicari possunt ex Apost. ad Kom.2, uhi cum peccatoribus loquens. Dei benignitatem ex una parte commendans, et peccatoris duritiam ex alia exprobrans, inquit : *Ignoras, quod benignitas Dei ad Pœnitentiam te adducit* (excitando utique, et vocando juxta illud Isai. 65 : *Omnes in cæde corruetis, propter quod vocavi sæpe, et non respondistis]. Tu autem secundum duritiam tuam, el impanitens cor, thesaurizas tibi iram in die irx.* Hoc autem non ita congrue salvaretur, si in decursu vitæ non esset specialis obligatio pœnitendi citra articulum, aut periculum mortis : ergo datur hujusmodi obligatio. Probatur Minor : quia cor impoenitens negative, dummodo non teneatur ex aliquo capite, non thesaurizat sibi iram in die iræ ; siquidem impoenitentia negativa non est peccatum, nec consequenter potest homini imputari, sicut nec etiam infidelitas negativa : similiter impoenitentia negativa non constituitur cor impoenitens, ita ut ob eam illi possit ira Dei comminari, in die iræ ; loquebatur ergo Apostolus de impoenitentia, quæ erat prohibita ante articulum, aut periculum mortis, atque ideo antecedenter adstringebantur homines ad poenitendum, seu non differendam contritionem juxta illud Ecclesiastici 17 : *Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua.* Quo quid clarius, et expressius ? Sed expressius ibi vers. 26 : *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, confiteberis vivens, vivens, el sanus confiteberis.* Ubi non loquitur de confessione sacramentali, ut est per se notum, sed de confessione interna soli Deo facienda juxta illud Psalmi : *Ego dixi confitebor injustitiam meam Domino, el tu remisisti impietatem peccati mei,* quod fit media contritione, et hanc non ad mortis, aut infirmitatis, sed ad sanitatis tempus reducit : non ergo expectandus est articulus mortis ad poenitendum ex præcepto, sed etiam tempore sanitatis hoc onus peccatori incumbit ex præcepto divino in Scriptura sacra satis expresso.

i,/' 321. Inquam etiam sententiam abiere SS. PP. et ut omittamus Ambrosium toto lib. de Pcenit. necnon in exhort, a l ipsam, D. Hieronym. ad Psal. 37. D. Gregorium hom. 11 super Ezechiel, et alibi sæpe, quorum testimonia molestum esset referre, interim atque alios auscultamus, præmittimus hunc discursum. Narn si Pœnitentia non obligaret, nisi in fine vitæ, aut periculo mortis, nullum esset damnationis periculum eam differre usque ad illa tempora ; nec esset, cur ea Pœnitentia esset incerta, suspecta, et angoribus, ac solicituuinibus plena : sed hoc est falsurn, et contra SS. PP. unanimiter oppositum affirmantes : ergo ex ipsorum mente illicitum, et consequenter prohibitum est differre Pœnitentiam usque ad illas temporum angustias, in qnibus vel proxima, vel moraliter præsens præsentienda est mors. Consequentia constat ex præmissis : quia SS. PP. ut Ecclesiæ lumina, latere non poterat possibilitas veræ Pœnitentiæ in qualibet hora, quod est Catholicum dogma; nec similiter negarunt, aut negqre poterant in illis circunstantiis ita vicinum vitæ finem prænuntiantibus eam præcipue obligare ; quocirca D. Augustimus, teste Possidio, seu Possidonio, solitus erat dicere, *neminem e si nullius sceleris sibi conscius esset, committere debere, ut sine Pœnitentia migraret e vita,* et ipsemet jam morti proximus Psalmos, quos Prenitentiales dicimus, legendos curavit. Major vero videtur certa, quia nullum est periculum in eo, quod quis prætermittat illud, ad quod non tenetur, ut patet in consiliorum, et operum supererogatioms non observantia, aut exeeutione ; ob quarum neutram tantummodo nullus aut periculo salutis se committit, aut iræ divinæ comminationem meretur; alioqui nul>um esset discrimen voto ad id se obligantium, a communi ccetu fidelium, sed æque istis ac illis imputari deberet consiliorum, aut supererogationum non observantia,, et eodem jure possent indifferenter objurgari : cum tamen D. Thomas, et ex eo alii discrimen inter ea constituant, *quod præceptum importat necessitatem, consilium autem in optione ponitur ejus, cui datur,* ut constat ex 1, 2, quæst. 108, art. 4. Nec similiter ex tali dilatione incerta salus redderetur, siquidem in nullo alio instanti, aut tempore antecedenti teneretur ad Pœnitentiam; non autem redditur incerta, aut suspecta præcepti observatio, quæ ponitur tempore præfixo ab ipso præcepto, ut liquet in ipsa Confessione prout ab Ecclesia præscripta,

Dt.;r^.ra' d. life- ™nIra' g0t5e'

d, Au. gust,

D.Thom.

quæ nec incerta. nec suspecta, nec dubia existimatur, aut rationabiliter existimari potest per hoc praeciso quod quis decursu totius anni nHardaveritConfessionem usque ad terapas determinatum ab Ecclesia : non enini proprie loquendo tardat, qui tempore debito solvit.

Soni-Eism nerien-iam in diffe-rendo Pernitenlit JS. D Augsst.

Minorem vero non alia efficactori via probandam assumimus, quam in medium producendo Patrum testimonia, quæ illam clare demonstrare videntur : et in primis D. Augustinus lib. de verra, et falsa P<enit. cap. 18, ita inquit : *Periculosissimum est, et interitui vieinum ad mortem protrahere Pœnitentiæ remedium,* et ne quis non tanti habeat boe testimonium ob nuperam aliquorum dubitationem' de illius legitimo Authore, ut supra tetigimus, audiamus S. Doctorem homil. 40, ubi loquens de retardantibus Pœnitentiam ita se explicat : *Si quis positus in ultima necessitate, votuerit accipere pcenitentiam, et aecipit, el mox reconciliatur, el hinc vadit : fateor vobis, non illi negemus, quod petit. Sed non præsumimusy quod bene hinc exit. Non vos fallo, agens poenitentiam ad ultimum, et reconciliatus,* H securus *hinc exit, ego non sum securus. Unde securus* sum, *dico, et do securitatem? Unde non sum securus? Pcenitentiam dare possum, securitatem dare non possum.* Unde autem id proveniat pergit exponere inferius, subjungens: *Illud planius debeo exponere, ne me aliquis male intellexisse inlelligal. Numquid, dico, damnabitur? Non dico. Sed dico etiam, liberabitur ? Non. Quid ergo dicit mihi ? Nescio, Non præsumo, non promitto. Nescio.* Fis te *de hoc dubio liberare ? Age poenitentiam, dum sanus es. Si dum sanus es, agis veram pœnitentiam, et invenerit te notissimus dies, securus es. Quare securus ? quia egisti panitenliam eo tempore, quo el peccare potuisti. Si autem vis agere Poenitentiam, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.*

D. Aβ· gust.

Similia docuit 8. Doctor serm. 57, de tempore, ubi ita habet : *Poenitentia, qux ab infirmo petitur, infirma est) qux autem a morienle petitur, timeo, ne el ipsa moriatur.* Necnon serm. 71, ad Fratres in eremo, ita loquitur : *Satis alienus est a fide, qui ad agendum Pœnitentiam tempus senectutis expectal.* Quibus si addas dilemma a S. Doctore propositum, et illationem ex illo deductam, clare perspicies Minorem assumptam a D. Augustino clare demonstratam homil. 41. *Dux* (inquit) *res sunt; Aut ignoscitur tibi ; aut non* ignweWurf *Quid horum tibi sit futurum?nescio. Ergo tene certum dimitte incertum.* Quibus nihil, clarius, aut luculentius pro veritate illius propositionis juxta mentem D. Augustini: atque ideo nequit evadere periculum letern» damnationis, qui impœnitenter vivendo in ultimum vitæ terminum Pœnitentiam reservat, ut etiam testatur D. Chrysostom, D. Chrj· c. 4, do Compunet. Cord, per hæc verba: *Qui prava videndo pœnitentiam agit* in *mortis periculo sicut ejus damnatio incerta est, sic et remissio dubia. Qui ergo cupit securus esse de indulgentia, sanus pœniteal, sanusque perpetrata defleat.* Consonat Leo D.Leo. Magn. Epist. 91, ad Theodorum ita scribens : *Oportet unumquemque Christianum conscientia suæ habere judicium, nec converti ad Dominum de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in finem viix suæ constituat, quem periculose ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum se reservet incertum.* Quæ testimonia ideo ad verbum transcripsimus, ut illa gravissimo suo pondere absque ulla tergiversatione rem ipsam conficerent, et quælibet subterfugia occluderent. Non enim Theologorum aliquis disertioribus verbis propriam sententiam explanare posset, quam explicent allegati Patres non minus sanctitate, quam doctrina conspicui irreparabile damnum æternæ salutis, cui se exponit, Pœnitentiam procrastinans usque ad ultimam vitæ periodum. Et sane si Ponjai ena plea quis simili vitæ naturalis discrimini se voluntarie exponeret, et cum ejus dispendio in eo stata eam amittendi se constitueret, in quo constituant SS. PP. Pœnitentiam usque ad mortem protrahentem, mirum esset, si deobiigaretur ab eo periculo fugiendo, aut in conscientia tutam aliqais eum judicaret. Quæ ergo esse potest ratio, quare non idem dicamus de homine totam vitam in peccato, et peccatis insumentem? Teneamus ergo certum cum D. Augustino, et relinquamus incertum, et maxime dubium in re tanti momenti, quo majus non est.

Posa· ritf iponi-dia respot-SiO.

3T2. Unde paucis refellemus aliquorum effugium, quo prædictorum testimoniorum energia magis eludi, quam elidi videtur. Inquiunt enim ita invehi Sanctos Patres in retardantes Pœnitentiam, eamque usque ad finem vitæ protrahentes ; non quia ejus præceptum pressius obliget per se inspectum; sed vel quia ob varias tentationes, et pericula vitæ, vel propter alia præcepta observatu

observatu difficilia, imo et impossibilia, absque PœnUentia, peccator ad eas angustias voluntarie deyetjerit, ut jncerfitudiaem saiuib» æLernæ subiro compellatur, Quod *est* præceptum Pœnitentiæ multoties obligaro per accidens, pon autem p»>r se, et rations sui, ut oportebat statuere ad finætatem postræ sententiæ.

JIuic accadit (et potest esse aliorum evasio] quod incertitude illa, quam tanti faciunt yerba rejata, est universalis, atque ideo tantum sufficiens ad inducendum periculum remotissimum damnationis, quale io naturalibus patiuntur omnes de vita corporali, Præcepta autem nec imponuntur pro vitandis periculis communibus, nec etiam obligant, nisi in proximis, et immediatis, in quibus dumtaxat urgeat necessitas aatps præcepti,

Hæc, inquam, effugia paucis indigent, ut convellantur. *Et* contra primum facit, quod quando præceptum per se, et ratione sui non obligat, sed tantummodo ratione alterius, seu per accidens, sicut non committitur specialis culpa in ejus violatione, ita nec ob id potest homo objurgari, aut puniri specialiter; quia tota obligandi ratio provenit a præcepto, quod per se instat, et consequenter tota malitia devolvitur In ejus solius transgressionem. Sed periculum illud æternæ damnationis tam solemniter deeiamatum a SS. Patribus provenit ex retardata Pœnitentia. Ergo tota malitia, itgrafitas illius periculi devolvitur in voluntatem retardantis Pœnitentiam, et ob hujus dilationem præcise incidit homo in periculum illud adeo magnum, ut prædicant 68. Patres. Quod est per se obligari hominem ad Pœnitentiam agendam ; siquiiem voluntarie se injiceret homo in illud damnationis periculum ; et hoc eet gravissime peccare ob solam dilatam Pœnitentiam.

Deinde. Nam in eo quod innumera sint hujus vitæ pericula peccandi, ne dum contra hoc vel illud præceptum determinate, sed contra plura, et si mavis, contra omnia (cui discrimini subjacet homo diu sustinens non pœnitere) exprimitur periculum proximum peccandi absolute, quin determinetur hoc præceptum præ illo. Unde obligatio hoc periculum vitandi non potest reduci ad aliquod præceptum determinatum ; et consequenter non est per accidens, æd per se, et immediate ortum ex ipsa dilatione Pœnitentiæ, ideo prohibita a Sanctis Patribus. Quare in eo ipso quod conceditur (et merito) in illa evasione, includitur, quod intenditur ab Authoribus uostræ sententiæ. Major propositio explicatur exemplo desumpto a vita corporali. Qui eqirn voluntarie se constitueret in periculo prodigendi vitam infallibiliter nullo determinato medio, sed vel occasione, vel praecipitatione, vel suffocatione, aut naufragio, abs dubio esset constitutus in periculo proximo e vita migrandi, et ex ipsa coacervatione periculorum consurgeret obligatio perso ab eis angustiis se expediendi. Quæ propositio videtur per se nota, et nobis est omnino certa, et indubitata : nam quod medium non sit determinatum, non impedit periculum infallibile mortis proximae, cum infallibile sit eam mox futuram , sive hoc, sive illo medio sed id ipsum habet homo diu in peccatis persistens ex hoc ipso, quod innumera sint hujus vitæ pericula. Ergo ex illomet principio oritur, quod teneatur ad non in peccato tandiu persistendum. Probatur Minor, imo et tota impugnato ex D. Thomæ doctrina 1,2, quæst. 109, art. 8, ubi ait, quod D.Thom. *antequam hominis ratio, in qua est peccatum mortale, reparetur per gratiam justificantem, potest singula peccata mortalia vitare, et secundum aliquod tempus : quia non est necesse, quod continue peccet in actu. Sed quod diu maneat absque peccato mortali esse no7i potest :* ergo juxta D. Thomam hoc quod est diu esse in peccato mortali, secum trahit infallibiliter lapsum in aliud, et alia peccata mortalia; quin hoc præ illo determinari possit, cum innumera, et diversae conditionis sint pericula, et tentationes, ut homo decidat, et infallibiliter succumbat.

Nec hoc periculum est universale, et remotum, ut obtrudebatur in secunda evasione, sed præsentaneum, et proximum, annexum statui peccati mortalis longo tempore protracto : quo enim magis in eo persistitur, eo magis obnubilatur ratio, et voluntas ex ipsamet assuetudine peccandi infirmatur, et ineptior ad resistendum redditur. Cum enim abyssus abyssum invocet, ut docet Scriptura, et peccatum Pœnitentia non deletum suo pondere in aliud trahat, teste D. Gregorio horn. 11 in Ezech. noquit non longo tempore in vitiis commoratus in proximo, et manifesto periculo, impingendi reperiri.

323. Quod ut fiat manifestius, et relatæ evasones radicitus evellantur, recolenda *est* doctrina, quam tradidimus tract, de Peccatis disp. 20, dub. 1, § 1, n. 6, ubi Doctrina

statuimus quam optime stare, quo i præceptum obliget raiione periculi delinquendi contra alia præcepta, et nihilominus obliget per se, et ratione sui, ut de præcepto conversionis in primo instanti ibi statuimus. Et ratio est; quia obligatio per se oritur ex periculo per se; hoc autem periculum eatenus ita dicitur, quatenus ex absentia proprii actus proxime, et imme liate oritur difficultas b-ne agendi. Porro istud accidit, quoties actus non casu, et contingenter, aut ex hujus, vel illius peculiaris accidentis occursu, sed ex natura rei, et ex ordine divinorum præceptorum requiritur ad periculum vitandum : neque alia via, quam per talis actus positionem potest juxta communem ordinem rerum cav--ri : ipsumque periculum non urget dumtaxat contra hoc, vel illud præceptum determinatum, sed communiter, et indifferenter contra omnia, vel conira plura. Tunc enim obiigatio est per se, et periculum et absentia talis actus proveniens est etiam pmximum, ut latius ibi expendimus, obligationem per se obligationi per accidens, et periculum periculo contra ponendo. Id vero etiam tenere in præsenti manifestum est; omnia quippe illa damna, quæ ex mente SS. PP. imminent homini longo tempore in peccatis demoranti, proveniunt illi ex absentia Pœnitentiæ, ex qua redditur proxime impotens ad vitauda omnia peccata, et observanda omnia alia præcepta, graves tentationes contra illa insurgentes superandas, et alia innumera, quæ longum esset recensere.

Expenditur ratio noslræ assertionis.

3Î4. Huic fundamento ex Scriptura, et Sanctis Patribus accedunt non incongruæ, sed efficaces rationes Theolog'cæ, quæ si rem non demonstrant, ut concedimus; eam tamen probabilissimam, et nobis certam reddunt; quin per hoc derogare velimus probabilitati partis adversæ. Ex pluribus vero, quæ suppetunt, et apud Authores relatos videri possunt, unicam tantummodo subjiciemus, qua oppositum fundamentum diruitur. Nam eo præcise præceptum Pœnitentiæ non obligaret per se, et ratione sui, nisi in articulo, aut periculo mortis, quia est præceptum affirmativum, de cujus ratione est obligare aliquo determinato tempore, utputa in casu urgentis necessitatis, qualis est articu'us mortis, aut ejus periculum. Sed hæc ratio non excludit, quod homo teneatur ad Pœnitentiæ incumbendum citra ilia pericula : seu (quod pro eodem sumimus) non probat non prohibitum illi esse ex eodem præcepto longo tempore in peccatis perseverare, aut Pœnitentiam usque ad illas angustias perducero, ac differre : ergo nulla est ratio necandi prædictam obligationem. Consequentia est legitima, iMajor constat ex ipsi inset ta probatione, nec aliam urgentiorem po-ilive apud adversarios offendes : et quidem sane intellecta verum continet, et hune applicata recte concludit, ut supra vidimus ; unum vero et alterum deficere in præsenti constabit ex Minoris probatione.

Minor ergo, in qua est difficultas, probatur dupliciter. Primo quia licet præcepta affirmativa non obligent pro semper, sed dumtaxat tempore necessitatis; hæc tamen necessitas non debet esse omnium maxima, quam communiter dicimus extremam; sed sufficit quod sit gravis prndentum judicio, nam eo ipso viget præcepti obligatio, ut constat ex communi Theologorum sententia, et patet iniuctione in aliis præceptis affirmativis, v g. Orationis, Eleemosynæ, aut etiam Charitatis, et sic de reliquis, quæ citra extremam necessitatem obligant. Sed ante articulum, aut periculum mortis intervenit gravis necessitas Pœnitentiæ. Ergo ante prædicta pericula obligat præceptum Pœnitentiæ. Consequentia constat, Major supponitur, et probatur Minor, tum ab exemplo aliorum præceptorum, in quibus occurrit necessitas gravis, quæ non sit gravissima, seu extrema .' tum etiam a ratione, quia juxta illud commune proloquium, nemo *repente /it summus*. Sed gradatim progredimur a minori ad majus, ut experientia testatur sive in progressu virtutum, sive in prosecutione viliorum, et natura ipsa est magistra, de imperfecto ad perfectum procedi; quocirca non fit transitus de uno extremo ad ultimum, nisi per media. Constat autem articulum mortis importare extremam, et omnium maximam neces?itatem, nec ab ea multum differre periculum illius, licet non ita premat, ob idque citra extremam est omnibus gravior : ergo ante unam, et alteram est locus gravi Pœnitentiæ necessitati. Non autem apparet clarior, aut manifestior, quam in retardatione Pœnitentiæ per longum tempus : ergo in hac censendum est obligare præceptum Pœnitentiæ. Et quidem difficile creditu est, in omnibus aliis præ- e tis affirmativis fpperiri necessitatem absolute gravem intra diuturnum tempus, pro qua urgeat praedictum præceptum, et quod id peccatori denegetur pro Pœnitentia; sed quod teneamur concedere

concedere vel quoti statim cogatur ad resipiscendum, vel quod toto vitæ tempore possit sine Pœnitentia spatiari, quasi non esset medium inter hæc extrema ita distantia.

!*· Secundo probatur eadem Minor principalis, et fulcitur simul jacta probatio : Nam quod præceptum charitatis sit affirmati-
p' Yum, non obest, quominus obliget per se nedum in primo instanti usus rationis, ut supra tetigimus, et alibi fusius expendimus, aut in articulo mortis : sed etiam in decursu vitæ : ergo quod præceptum Pœnitentiæ sit affirmativum minime infert quod solum in articulo mortis, aut ejus periculo petat per se obligare; sed optime cohæret citerior oblieatio, adhuc ea concessa in prædictis casibus. Antecedens probatur ex determinatione Ecc.esiæ sub Inn. XI, die 2 Martii anno 1679, in Congregatione generali, in qua sequentes propositiones ut minimum tanquam scandalosas, et in praxi perniciosas prohibendas, et damnandas esse censuit. Earum prima erat : *peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei, semel tantum in vita eliceret? condemnare non audemus.* Secunda fuit : *Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinquenniis per se obligare præceptum Charitatis erga Deum.* Tertia propositio acriori censura perculsa fuit ab Alexandro VIII, die 24 Augusti anno 1690. *Hunc* (ultimum videlicet finem) *homo non tenetur amare, neque in principio, nec in decursu vitæ suæ moralis,* quam ut hæreticam suggillavit summus Pontifex. Unde constat veritas Antecedentis, et qualiter componatur optime quod præceptum sit affirmativum,, et quod in decursu vitæ citra articulum, aut periculum mortis, inducat sui obligationem per se. Idem argumentum fieri poterat de actibus fidei, et spei, de quarum prima fuit etiam proscripta ab eodem Innocent o hæc propositio, quæ in ordine est decima septima : *satis est actum fidei semel in vita elicere.* In qua non agitur nisi de obligatione per se ad actum fidei, et in hoc sensu damnatam esse constat in propositionibus modo relatis, in quibus de obligatior.e per se, esse sermonem testantur ejus verba; quasi vellent illarum Authores nec præceptum Charitatis, nec etiam Fidei obligare per se ultra, vel extra tempus in ibis propositionibus descriptum, idem abs dubio dicturi de præcepto t-pei, si jam non dixerant in hac 1, ' propositione etiam damnata : *Homo nullo unquam tempore suæ vitæ tenetur elicere actum Fidei, Spei, et Charilatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes perlinentium.* Ubi evidens est negasse obligationem per se; quippe quæ sola^ea provenit ex vi præceptorum divinorum *ad eas virtutes perlinentium,* ut illi comminiscebantur. Quod annotatum volumus propter novissimam expositionem Junioris, qui ut suum Leandrum a censura vindicaret, tract, de Sacram. Pœnit. disp. 2, qu. 2, qu. 24, 305, respondet *damnari eum, qui dixerit esse salis actum fidei semel in vila elicere, quin per se, nec per accidens ad eam amplius teneatur.* Quod tamen esse falsum ex ipsis propositionum terminis liquet. Quapropter si semel egisse constiterit P. Leandrum de obligatione per se, necesse est ejus propositionem illa inuri censura : quidquid asseruerit de obligatione per accidens, de qua nec agimus, nec illi agebant. In quo latius immorari non refert, aut vacat, sed Leander in suo sensu abundet. Id vero indicasse oportuit, ut constet propositiones relatas intelligi debere de obligatione per se, in eoque sensu esse proscriptas, ut inde constet veritas nostri Antecedentis : quod quidem ex illis recte infertur; quin ex aliqua parte pati possit calumniam ; nulla quippe esset ratio eas tam severe annotandi, si semel esset verum præcepta illarum virtutum, quia affirmativa sunt, solum obligare in aniculo mortis : sicut non est ratio animadvertendi in eos, qui docent non peccare mortaliter contra præceptum confessionis, qui vel usque ad tempus ab Ecclesia præceptum eam differret, vel tantum semel in anno confiteretur. Quare præfata Ecclesiæ prohibitio est manifesta Antecedentis probatio.

Continuatio probationis.

325. Consequentia vero, pro qua probanda ut assumptum, ex illo efficaciter suadetur : nam semel posito omnia illa præcepta affirmativa, non semel obligare in vita, citra articulum, vel periculum mortis, nulla apparet disparitatis ratio, qua quiescat animus, quare non idem de Pœnitentia non possit, et debeat affirmari. Nam quod innuit Arauxo in præsenti qu. 86, art. 3, dub. 3, n. 35, scilicet illa præcepta, quia sunt de actibus virtutum Theologicarum, obligare extra casum necessitatis, eo quod sint de ultimo fine vitæ humanæ. Hoc, inquam, parum, aut nihil refert. Tum quia jam præcepta affirmativa non excludunt posse obligare extra casum necessitatis, et consequenter non bene probaverat præ-

dictas Authtfr Pœwitentiam durtitaxat ohiigare in artienltf, rd periculo mortis, ex eo quod ejus pTteceptdm qtfia affirmativum est, non oWigalt, nisi in eàsu extreme, vet determinatte necessitatis. Tum etiam : quia ex eoi quod actus illarum virtutum versentur circa finem vitae· humante; soqûitur quidem aliquoties teneri hominem ad se in *illis exercendum* ; et hoc necessarium absolute est in toto decnrstr vitæ, licet non sit necessario determinatum hoc temphs, præ illo : quocirca indifferentia se tenet ex parte temporis, sed necessitas est absoluta, et determinata ; sirnt necessario est determinatus, ac requ situs oculus ad videndum', quod vero sit dexter, Vel sinister est exigentia vaga, et confusa. Hoc autem sufficit, et probatur ex illa paritate respectu peccatoris. Ergo tenebitur aliquando ad poenitendum, et licite non poterit usque ad finem' vitæ ex vi præcepfî pœnitentiam protrahere. Probatur Minor : quia tam necessaria est peccatori Pœnitentia, quam sit necessaria homini tendentia in ultimum finem, imo absque Pœnitentia impossibile' ipsi est Deum sub ratione ultimi finis attingere : eruo sicut in actu dilectionis stat, et sufficit obligatio, quin sit tempus individue præstitutum pro illo, ita' etiam in Pœnitentiæ præcepto.

^natfo saædam tnr'l*" et-iam officit, quod aliunde posset obtrudi de temporis determinatione, quasi esset Necessarium determinatum diem, vel certam horam designare intra vitæ curriculum pro adimpletione præcepti, sicut determinatus est articulus mortis. Hoc, inquam, in quo magnam esse vim aliquis obtendere posset, nullius esse roboris ex eodem Convincitur argumento. Nam etiam assignatis ex communi sententia primo instanti usus rationis, et articulo mortis pro aciilius Charitatis, adhuc superest obligatio ejusdem actus non semel eliciendi in decursu vitæ, ut constat ex propos tionibus relatis, et reprobatis ab Ecclesia, oppositum enuntiantibus : erito pari ratione, quamvis Pœnitentiæ sit determina tum utrumque tempus, et articuli, et pp.iiculi mortis, adhuc erit locus citeriori obligationi prædictæ virtutis exercitii. quin ad hoc illi sit obici, quod non possit certum momentum, aut quota hora præ-enbi pro ejus actu eliciendo ; sed potest esse certum esse prædictam obligationem ad aliquando, vel aliquoties pœnitendum, quin tempus intermedium sit determinate præstitutum. Et si hoc non admittitur in Pœnitentia, restat assignare discrim'ên, qtnrft admitti debeat in Charitate, et aliis virtutibus Theologicis, imo et moralibus. Quod quidem discrimen expectamns, et a nullo vidimus indicatum, nec credimus facile indicari posse'.

Eo vel maxime. Quoniam aliud est investigare tempus ultra quod non esi dlfierends prtecepti adimpletio, aliud vero quærere tempus determinatum, in quo, ct non in alio observandum est præcepÉûm : in quo' diversimode se' gessit Ecclesia statuendo primum, ut constat ex propositionibus ab ipsa suggillatis quarum una dicebar sufficere semel in vita Deum dilexisse, quod reprobatum est : altera affirmabat hominem non teneri àd amandum Deum, nec in principio, nec in decursu vitæ suæ moralis, et hæc ut hæreticà ftfit àmandata : et ideo ejtfs contradictoria Ut catholica, et omnino veYa tenenda est; quin ex vi hujus hora, dies, mensis, vêl aUU'us determinentur. sed solumi est verum, et catholicum dogma, quod homo teneatur in decursu vitæ muralis ad Deum aliquoties super omnia diligendum. Ultima denique statuens, nec singulis quinquenniis per se obligare præceptum charitatis, etiam ut scandalosa suggillata fuit, quasi nimis laxans, et plus justo protrahens obligationem præcepti charitatis. Neufiquam verb statuit, aut statuisse alibi constat determinatum tempus, in quo, et non in alio præceptum obliget, sed ad hoc, ut sic dicamus, præscindens, solum resecuit exorbitantiam, et audaciam illarum propositionum, vef totaliter homines deobligantium, vel nimis ejus adimpletionem, et observantiam limitantium ad semel intra sexennium Deum diligendum. Stat ergo ex prædicta determinatione Ecclesiæ obligatio per se ante vel intra quinquennium, quin ex vi hujus cogamur assignare vel diem, vel horam determinate, se l solum ut omnino certum asserere debemus non esse probabile. quod ne singulis rigorose quinquenniis homo non teneatur ad dilectionem Dei, atque ideo esse c-rtum intra illud tempus obligare illius præceptum.

326. Quibus exemplis manifestum est argumenta inde petita contra hanc assertionem penitus exarmari, quando quidem constat posse hominem obligari ad non differendam pœnitentiam usque ad articulum, et periculum mortis, sicut obligatur ad dilectionem divinam, quin cogatur determinare diem, horam vel mensem, in quo,

uo, vel in quibus determinate potat fieri, labemus insuper, quod sicut quinquennwm est terminus plus justo extendens pridieturn dilectionis onus juxta præscrrptw Ecclesiæ, ideoque utscandalosa rejecta est propositio illa, quæ ita enuntiabat; ita necetiani debemus tempus Poenitentiae ita porrigere, nt terminum ab Ecclesia proscriptum pro actu charitatis transgrediamur, ob rationem supra indicatam : quia non minus est necessaria Pœnitentia peccatori, quarti actus charitatis, licet tituli sintdivorsi; nam obligatio charitatis convenit homini qua rationalis est, et debitam subjeciionem præstare Deo debet, sé, et omnia sua in ipstirn ut iri ultimum referendo ; oriris vero pœniteridr convenit ipsi, quia* peccator est, injuriam intulit, et ab ultimo· i fine se voluntarie avertit. Quæ rationes', non probant citaïff, et instantaneam pœui·* teniiam. ut est illis, et nobis certa suppo- ' sitio; cogunt tamen, ad eam non de die. in diem ita procrastinandam, ut absque poeni- ; tentis transigatur totius vitæ curricula#. Torn ob motiva hactenus expensa, quæ I hanc partem suadent. Tum ob imbecillitatem motivi adversi, quod evidenter dirui' tur alhuis exemplis. Tum ob motiva etiam supra statuta de' præceptol Pœnitentiæ, quod ortum' ducit ex charitate, et misericordia erga se ipsum, quibus urgetur homo', ut non ita perduret voluntarie' in summa miseria peccati mortalis ibi, si non ut revera ëst, descripat, saltem Sanctoriyn verbis delineata. Quæ quidem motiva facile esset expendere, sed consulto· mittere dej tferimus, quia sufficientia hic proposita eifetrrttamus. Recolantur ibi, et consulatur Suarez, quem et alios refert, et sequitur pro hac doctrina, Martinez de Prado ubi supra.

feti. 3ÏÎ. Sed dices adhuc disparem esse ra- ^tionem Antecedbntis a Consequenti. Quo- :ân:,5 oiam tn casu Antecedéntis intervenit expressa determinatio Ecclesiæ, ut patet, " atque ideo nil mirum jam non pusse sustineri sententias illas, vel nimirum laxantes præceptum charitatis, vel prorsus abolentes solo retento præcepti nomine. In casu vero Consequentis nullum intercedit Ecclesiæ decretum, quocirca remanet præceptum eaturale in sua amplitudine ; et cum alias A affirmativum, quod proinde solum petit oh'* gare in casu specialis necessitatis, vi- I feitr omnino Voluntarium, et absque furi- i talenta in Scriptura, et Patribus, illi adhvlribere obligationem ita Vagam, et indeterminatam, ut solam obliget intra al'P quod tempos ; non vercr determinate *tri* hoc, aut ill» die, mense, vel anno. Qua enirn facilitate hoc asseritur, ea, sed ma-' jori fundamento, id negdtur, cum semper urgeat idem argumentum de quolibet die, mense vel anno, si in illis speciali# necessitas non occurrat. Non ergo recte ex uno ad illud fit argumentum, sed concesso An' lecedenti, nulla est Consequentia.

Hæc tamen evasio, hi qua est' riervu# Prosterpraecipuus adversæ opinionis, riori elevat vim argumenti apposai, ut facile erit Ostendere si animadvertatur modus, quo se gessit Ecclesia in eliminan is. et nota hfu-" rendis supradictis propositionibus'. Non enim positive Ecclesia rfêcr· vrt, aut sta·* tuere Voluit determination» m ad hoc, Vel siillud tempus præceptis illarum, Sed ea' supposita, et omnino· in sùa Vi Obligaricfi permanente, ioluminodo resétiurt, àc prohibuit propositiones a-sen-nt- s vel semel iri vita, vel'intra quinquennium, vel riullo unqïràriï alro tempore præcepta illa obligare; Quod quidem ut scandalosum, et fidelium' conscientiis valde nocivum explodendum, ét' procul abigendum' censUit. In quo plane suppo>uit strictiorem éssë obligationem, quam in illis propositionibus enuntiabâïûf, et fi telibus eas, aut illàtum âÎîquam Conjunctun, aut divisuri, docere, defendére, edere, aut de' illis, riisi impugnando' tractare, prohibuit ; nihil aliud declarando', aut determinando, nisi quod praedictis assertionibus bon bene, nec sat' consulebatur illarum Virtutum præcëptîs, sed' pessumea ire, si non adstririgererit, nisi in illis temporibus; quantumvis præcepta illa essent affirmativa, et soluiri iri casu necessitatis sui observationem extorquerent. Quapropter ex vi illarum censurarurii* prout' jacent, et constat ex decretis declaratio non fuit versata immediate circa præcepta. sed contra propositiones perstrîngptftés modo in ibis exprësso illorum obligationem. Unde a firmare necesse est præcepta illa licet affirmativa, inducere ad sui observantiam non solum iri articulo, aut periculo mortis, sed etiam ad minus ante quinquennium, intra quod ex vi decreti nulla fit major determinatio ad biennium, vel ad annum, vel ad mensem. Umecumque id proveniat sive ex solo ipso præcepto affirmativo , sive ex negativo iri illa incluso non permittente fam seram dilectionerii pro præcepto charitatis.

I Hoc autem posito, ut ponendum esse

constat ex decreto, quis non videat ex vi formæ non excludi a Pœnitentia, quin et ipsi permitti, quod obliget ultra casus illos assignatos ? siquidem nulla alia ratio redditur, aut reddi urgentior potest, quam quod conditio ea sit præcepti affirmativi. Cujus tamen insufficientiam evidenter demonstrat judicium EcclesiÆ in censura illarum propositionum manifestum. Quapropter nostra non referi, nisi illam formam applicare huic materiæ, ad quod compellunt testimonia Scripturæ, Patrum doctrinæ, et summum periculum damnationis, in quo non pœnitens alio quam mortis tem, ore, se ipsum voluntarie constituit; ut omittamus virtualem despectum, et satis culpabilem amicitiæ Dei, et observationis præceptorum, summam miseriam, in qua sciens, et volens invenitur peccator retardans pœnitentiam, et alia innumera gravissima detrimenta, quæ subire necesse est, de quibus sparsim apud Authores non pauca reperies. Unde tantum abest, quod nobis assertio voluntaria videatur, quod omnino consequentem, et conformiorem opposita reamur : et quod si judicium Ecclesiæ expectandum sit, ut expedit, potius pro nostra, quam pro adversa stabit sententia. Quod in causa etiam et huic sententiæ præ alia adhærendi.

Accuratior diûlcul-Us pro determinando tempus hujus præcepti.

328. Sed quia adhuc non sat est sic in communi statui.-se præceptum Pœnitentiæ obligare aliquoties in decursu vitæ, independenter ab articulo, aut periculo mortis; nec quiescit intellectus in ea confusa, et quasi vaga obligatione hactenus posita ex vi argumenti jam tacti majorem determinationem extorquentis (quando quidem præcepta sicut sunt determinata, et pro determinatis actibus : ita et ob eandem rationem sibi vindicant determinatum tempus observationis); idcirco opus est descendere ad particularem modum illius obligationis, et tempus aliquod pro illa designare. In quo est opus, et labor, nec parum negotii Theologis nostræ sententiæ facessivit, ut eorum discordia attestatur.

Variæ ti».

ex^3! leDchi." P°rr0 Trullenchi ratus fuit usque ad septennium. vel quinquennium enenli posse hujusmodi ob'igationem. In quo sane deceptum fuisse manifestum est ex secunda propositione damnata, sub qua continetur hæc sententia, vel non longe ab illa recedit : quapropter rejiciendus est.

Secanda ex Logo.

Consultius se habuit Lugo di>p. 7, sect, H t §2, n. 243, docens, quod sicut charitatis præceptum violaret, qui Dei amorem ad tres, aut quatuor annos differret, sic de obligatione pœuitentiœ fatendum est, peccare procul dubio contra hujus virtutis speciale præceptum, qui ad id tempus pœnitenliam, aut veniæ petitionem protraheret. In quam ivit sententiam Coninch. disp. 24, de charitate, dub. 3, n. 53. Sed nec hæc sententia placet, et illornet motivo, quo utitur, refellitur. Nam certior est •sententia, negans illam amplitudinem trium, vel quatuor annorum ad observandum præceptum charitatis, ita ut non peccet graviter contra charitatem non eliciendo ejus actum intra illud spatium. Cum enim obligatio charitatis ex una parte sit maxime conformis inclinationi naturali, et ex alia respiciat Deum sub ratione ultimi finis, cui petit uniri affective, profecto qui toto triennio, vel quatriennio non se in Deum referret, nec ipsi per amorem subjectionem præstare curaret, et ex ipso agendi, et procedendi modo convinceretur, nec Deum, nec propriam vitam spiritualem, tanti, ut par est, habere; et vel esset in peccato mortali, vel in periculo proximo se a Deo avertendi, quod etiam peccatum est. Et cum alias sit moraliter impossibile non esse toto illo tempore quam plures occasiones actus virtutum eliciendi, nulla apparet ratio, quare excludi debeat obligatio charitatis, sine cujus- influxu nulla est vita Christiana, Deo accepta. Unde si ex obligatione charitatis sumenda est regula pro Pœnitentia, non debet extendi usque ad tres, vel quatuor annos, ut voluit Lugo, sed restringenda est ad brevius spatium, ut restringunt præceptum charitatis Ledesma tom. 2, tract. 3, cap. 5, conclus. 6. Petrus Hurtado 22, disp. 174, sect. 5, g 16. Villalobos difficultat. 2, num. 7. Lorca disp. 58. n. 8. Martinos de Prado cap. 12. Theolog. Moral, quæst. 3, § 1, n. 10, et alii, quod etprobabilius censemus.

Lidesa PΛ Rsr.it!. Vila!»· bos. Lorei. PnU.

Quo respiciens Aversa sect. 7 in fine asseruit ob majorem necessitatem, quam peccatum affert, posse etiam hoc tempus magis coarctari pro diverso statu personarum, et circunstantiarum, ex quibus capitibus plus , aut minus solet tempus contrahi pro exercitio virtutum. In quo non tantum spatium pœnitentiæ, quam charitati reliquit.

Tertii Ncçu

Omnium strictissimus fuit in hac parte Nuno ubi supra dub. 3, cui subscripsit Candid, tom. 2, disquisit. Moral, disqui- Cwdiai sit. 24, art. 16, conclus. 5, dicens eum, qui maneret in peccato mortali per octo,

et

et forte otiam per sex menses, peccaro contra hoc præceptum, atque, ideo de ejus violatione se iri accusatum.

329. Inter has exiremus sententias, media incedendum via existimamus cum Soto in 4, dist. 17, quæst. 2, art. 6, conci. 4, et sexta, Joan, a Cruce quæst. 2, de Contrit. dub. 5, conclus. 2. Cano a Prado relato, et ex Scotistis Delgadillo cap. G, de Pœnit. dub. 8, n. 15, et alii, qui asserunl semel in anno teneri hominem per se loquendo ad poenitendum post peccatum commissura. Quæ resolutio non est ita certa, sicut præcedens, est tamen satis conformis sanæ, et veriori doctrinæ ab Ecclesia approbatæ, ut vidimus nuper. Ratio est : quia præceptum Pœnitentiæ, quod transcendit legem naturæ, et scriptæ, ita determinavit, et ut ita dicamus allegavit Christus Sacramenio Pœnit» ntiæ, ut absque illo in re, vel in voto nequeat observari; non enim observari potest nisi vel actuali susceptione Sacramenti, vel media contritione cum voto ipsius Sacramenti; in quo abs dubio submisit quamlibet poenitentiam nostram dignitati, et efücaciæ Sacramenti, penes ordinem ad quod accepta est Deo, et non aliter; alioqui absque Sacramento, et ejus voto teneretur homo ad contritionem : quod in lege gratiæ nequit admitti ob determinationem a Christo factam antecedenter ad omnem Ecclesiæ declarationem : ergo cum teneatur homo ad observandum præceptum meliori modo, quo potest, intra annum tenebitur ad contritionem in absentia Sacramenti. Patet Consequentia : quia intra annum tenetur 11 observandum præceptum Pœnitentiæ : sed præceptum Pœnitentiæ p<-tit, et potest observari vel medio Sacramento ipso, vel media contritione cum volo Sacramenti : ergo deficiente opportunitate recipiendi Sacramentum, pei manet cum onere contrilionis.

N,»c oberit dicere hanc obligationem non oriri ex jure ipso naturali pœnitendi. sed ei præcepto Ecclesiastico annuæ confessionis, in quod revocari deuet totum pondes annuæ pœnitentiæ.

Sed contra est. Tum quia præceptum ipsum juris naturalis homini nun injungilor nisi sub onere Sacramentum recipiendi in re, vel in voto : ergo dum ei non suppetit suscipiendi facultas, remanet obligatio contritionis. Tum etiam, et maxime., quia medio Sacram»mto in ie accepto, non solum observatur præceptum Ecclesiasticum, sed etiam divinum, et naturale : unde qui commode nequit Sacramentum recipere, et hoc modo præcepto satisfacere ad id, quod commode tunc potest, nimirum ad contritionem cum voto Sacramenti, ut vel sic præcepto divino satisfaciat, semel atque Ecclesiasticum observare non possit. Unde sapienter Soto ubi nuper docuit, quod quia ex Evangelio colligi liquido non poterat obligatio Sacramenti; non enim Christus Sacramenta instituens tempus ilia recipiendi determinate pro singulis præscripsit; ideo Ecclesia præstituit annuale tempus pœnitendi, sub quo utrumque et Ecclesiasticum, et divinum præceptum deberet observari, in quo proinde si desit opportunitas unius, alteri, cujus est possibilitas, debet satisfieri.

Nec valet recursus ad attritionem cum voto; hæc quippe nisi cum ipso Sacramento, non est sufficiens ad observantiam ullius illorum præceptorum ; bene tamen contritio cum hujusmodi voto, ut nos docuit Tridentinum. Quare obligatio pœnitendi vel sub Sacramento, et intra Sacramentum, vel cum contritione, et voto Sacramenti non provenit ex jure Ecclesiastico, sed ex ipso jure divino, et determinatione Christi diu ante Ecclesiæ declarationem, seu jus Ecclesiasticum. Quod observatu dignum censemus ad nostræ assertionis veritatem in lucem eruendam. Nam determinatio Christi tum pœnitentiam, tum ipsius onus subordinantis huic Sacramento, præcessit dispositionem Ecclesiæ circa tempus confessionis : et ex vi illius, quæ est juris divini, licet positivi, nequit homo satisfacere præcepto Pœnitentiæ, nisi vel ipso Sacramento suscepto saltem cum attritione, vel contritione cum ejusdem voto quorum alterutro occurritur violationi præcepti divini. Quare deficiente Sacramento, quo poterat satisfieri etiam præcepto Ecclesiastico; opus est sese in contritionem exerere, ut fiat satis saltem præcepto divino, semel atque observari nequeat, licet inculpabiliter. Unde constat prædictam obligationem non revocari in dispositionem, seu declarationem Ecclesiæ, licet eam comitetur quoad observari medio Sacramento.

330. Ex quo infert Magister Soto et bene, sive in articulo mortis, aut ejus periculo, sive in Paschale, aut intra annum, si desit confessoris copia, teneri hominem ad actum contritionis ex vi obligationis prædictæ. Quod constat ex hactenus dictis.

effugium

Aliud. Unde subinfert, nominem e vita migraro in peccato, cui suppetat pmnitemli tempus, qui non speciale peccatum impcenitentiæ committat, ut eliam supra diximus agendo
Alied. de præcépto Pœnitentiæ. Fit ulterius omittentem annuam confessionem, et contritionem contraire duplici præcépto, et divino Pœnitentiæ, et Ecclesiastico confessioni An vero ex eo titulo duplex committat peccatum in confessione exponendum? difficultati est obnoxium, et parti affirmativa* suffragari videtur laudatus Magister, docens, *quod qui non confitetur semel in anno, duplici peccato pcccal. allero omissionis contritionis, el allero confessionis.* Sed re melius inspecta unicum dumtaxat peccatum perpetrari asserendum est cum eodem Soto paulo inferius ad prædicta verba, ubi sub formidine ita scribit : *Imo vero forsan, quia in przcepto confessionis delertninalur tempus contritionis, unicum censetur prmeplum contritionis, et confessionis semel in anno, nisi quod si non potest perfecte impleri quoad confessionem, debet saltem impleri quoad contritionem.* Et hinc ad idem sumitur alia ratio. Nam unica confessione Sacramentali rile facta fit satis illi duplici præcépto, quin obstet eorum diversitas : ergo etiam unica transgressione violatur, dum subeat ad utrumque facultas : quocirca licet physice, et rnetaphysice sit duplex omissio, altera contritionis, altera vero confessionis, moraliter tamen non sunt in eo casu diversæ, sed pro eadem
Nola. censentur. Cum quo stat, quod si conligeiit omissionem confessionis esse inculpabilem, non ideo omissio contritionis inculpabilis manebit : plus quippe ad primum, quam ad secundum exigitur, nec semper est in hominis potestate libera ad manum habere idoneum ministrum confessionis : qui si deficiat, non imputatur defectus confessionis. Sed in eo casu tenebitur conari ad contritionem, ut ea saltem paite præcépto Pœnitentiæ fiat satis. Qui enim non potest solvere totum quod debet, tenetur ad partem quam potest, in quacumque materia debitum sit. Unde in Congregatione generali habita sub Innocenté XI die 2. Martii anno 167 9, merito proscripta fuit hæc propositio : *Qui non potest recitare Matutinum, el Laudes ; potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.* Ratio autem eam taxandi, ac prohibendi non fuit alia, nisi quia contingens est. et frequentissime accidit esse impotentiam ad totum eum potestate nd pariem, et ex una impo·teniia neuliquam infertur alia. Quapropter deobligato homine quoad totum ob impotentiam vel physicam, vel moralem, inique deobligabalur ab ea parte in quam erat potens tam physico quam moraliter. Quæ ratio etiam militat in præsenti, ul conside» ranti constabit.

Capitalis senlenlix adversa fundamenta.

331. Quæ contra hactenus dicta possent apponi, majori ex parte diruta sunt inter proponendum, et firmandum interjecta consectaria, in quibus prrecidimus aliquos dicendi modos a vero deviantes. Quapropter in præsenti solum occurremus capitali illi sententiæ olim celebri, et nunc, ut audivimus. extra Hispaniam revirescenti, de qua supra suffragium audivimus ex Contempsone. Illius Patroni ultra Guillelmum Pansiensem tract, de Poenit. cap. 19, sunt Innocent. IV, in cap. *Omnis utriusque* vtus, de Pœnit. et Remission. Archidiac. in cap. *Ille Rei* de Pœnit. dist. 3. Thomas Argentin, in 4, dist. 17, 4 ad 4 Major. quæst. 2, ante medium, Gabriel quæst. 3. Marsil. quæst. 12, art. 1, parte 5, quibus adhaesisse videntur Alensis 4 p. quæst. 77, membro 4, art. et D. Bonavent. in 4, dist. in 2 p. art. 4, quæst. 3. saltem quoad religiosos tt alias personas Deo sacras, in quibus specialiter illud onus vigere fuit ratus, de quo supra jam egimus. Pro eadem sententia refert etiam Arauxo Beraardinum Senensem lib. de æterno Evangclio, serm. de Confess. Petram de Soto lect. 13, de Pœnit. et Cajetanum tom. 1. Opuscul. tract. 17, quæst. 1, apud quem eam sententiam post sedulam inquisitionem non invenimus : inquit enim post aliqua verba, quæ superficie tenus ilii sententiæ favere videntur : *Nec proplerea hujusmodi mixta prscepta exorbitant a communi regula przceptorum affirmativorum, sed sequuntur eam obligando tamen ad tempus necessitatis : nam implicatio imbibilæ conlraritlalis ad virtutem determinat tempus necessitatis ad slatim.* Quorum sensus esse potest, et esse videtur, quod dum adest necessitas actus Pœnitentiæ, statim adest obligatio præcëpti; sed non statim adest necessitas, et consequenter non statim obligat præceptum. In cujus manifestius signum, cum sibi

sibi opposuisset illud argumentum superius expansum, hominem vldelicot continuo peccaturam, et quod tanti fecit D. Thomas, ut cx illo etiam sententiam roputerit, respondet Cajetanus post allata sute doctrinal exempla : *El simili modo eadem ralione quanluincumque aliquis non conleratur statim, nisi ad hoc deveniat* (ecce casum necessitatis) *quod commissionis peccato incurrat detentionem divini odii, non peccat mortaliter, quamvis perseveret in statu peccati mortalis.* Quo nihil clarius pro nostra, et contra adversam sententiam. Unde sequenti *ex his palet,* inter alia sic inquit : *Et proplerea nisi memoria afferat urgentem, causam ad actum actualis odii Dei, non occurrit nova omissio contritionis, sed antiqua perseverat.* Unde liquet in illo loco male pro contraria sententia allegari, nam ut ex eodem vides, semper refugit ad urgentem causam necessitatis, et eam non statim adesse indefectibiliter post peccatum constanter docet. Quare non est ratio in hanc sententiam nisi invitum trahendi Cajetanum. sed accensendus est pro opposita, et communi. Melius referri posset Lugo disp. 7, sect. 11, η. 159, ubi docet, quod si vera esset sententia affirmans omne peccatum mortale continere propriam, et strictam injuriam Dei, cui ex justitia debeatur satisfactio, non facile posset reddi ratio differenti®, cur homini ex injustitia proximo irrogata incumbat obligatio eam illico resarciendi, et non etiam eadem insit peccatori circa Deum. In quo profecto vel non satis consequenter videtur locutus : cum juxta ipsum tract, de Incarnat, disp. 3, sect. 3, aliqua sint peccata, quois competit propria injustitiæ ratio; ubi ex illa parte eidem subjacet difficultati, cui vel satisfacere, vel succumbere necesse est.

Omissis ergo pluribus sacræ Scripturae testimoniis, quæ non probant immediatam, et tam citam pœnitentiam, ut intenditur ab hac sententia; sed prohibent tardam, et ita serotinam, ut usque ad articulum, aut periculum mortis per plures annos de die in diem protrahatur juxta ultimam nostram assertionem ; accedamus ad illud argumentum, cui haud facile potest ratio disparities assignari, si semel in quolibet peccato continetur propria injustitiæ ratio, et proponitur sub sequenti forma.

332. Nam qui injuste retinendo alterius bona proximum læ lit, tenetur statim illatam injustitiam resarcire media illorum restitutione, ut est expressa doctrina I). Thomæ 2, 2, quæst. 62, art. 8, et fere D-Tbom. communis Theologorum; alioqui vel continuo peccaret, vel in continuo peccato permaneret, nedurn habitualiter, quod est indubium, sed eliam actualiter, vel peccata actualiter multiplicando, vel in eodem peccato actuali permanendo : sed homo mortaliter peccans gravem injuriam, eamque proprie talem intulit Deo, a quo abstulit debitam subjectionem, consequenterque rationem ultimi finis sibi omnino propriam : ergo tenetur ad statim resarciendam prædictam injuriam; alioquienim continuo peccabit, vel persistendo in eodem peccato actuali, vel peccata actualia multiplicando. Syllogismus est recte dispositus, praemissae illius sunt omnino certae. Unde vel est assignanda disparitas, qua quiescat intellectus, vel immerito negabitur Consequentia, utpote quæ legitime videtur inferri, et consequenti syllogismo probatur : omnis injuste alteram lædens in propriis bonis, sive honoris, sive pecuniæ, tenetur ad statim compensandam injuriam a se factam, cum commole possit : sed omnis mortaliter peccans injuste lædit Deum in bonis sibi propriis : ergo omnis mortaliter peccans tenetur ad statim compensandam prædictam læsionem, seu injuriam, cum possit. Qui syllogismus est clarissimus, et nihil assumit ex parte medii, quoi non contineatur in præmissis prioris argumenti.

Respondetur tamen ex communi doctrina inter discipulos D. Thomæ, negando utramque Consequentiam utriusque syllogismi ob disparitatem latentem inter præmissas, et Consequentiam. Quam ut me- Nota 1·
lius percipias, observare necesse est, non idem esse munus compensationis, seu satisfactionis, ac munus, et rationem propriam restitutionis, ut patet in solutione debiti ex contractu licito, cui fit satisfactio debiti illius solutione ; non tamen fit proprie restitutio, utpote quæ ex vi nominis proprietate importat iterato rem alienatam suo Domino reddere; restituere enim idem sonat, ac iterum statuere rem a proprio loco, seu statu delapsam. Unde licet restitutio sit quoad præsens compensatio, seu satisfactio ; non tamen omnis satisfactio est restitutio, sed se habent ut gradus inferior, et superior, et ab hoc secundo non bene arguitur affirmative ad alterum prius, ut patet in quolibet gradu superiori ad inferiorem.

Secundo prænotare oportet hanc osse Nota e.

differentiam quoad præsens maximopere observandam, inter Deum, et homines, quod istis, quælibet injuria ipsis irrogetur, semper detrahitur aliquid non solum in affectu sed etiam in effectu, vel physice, ut constat in furto, aut iniqua usurpatione rei, vel sa'tem moraliter, denigrando ejus famam, qua apud homines pollebat. Quocirca apud homines locum habet restitutio rei ablatæ, qua per injuriam sunt expoliati she ea fuerit in materia pecuniaria, aut qualibet alia. Et quia homines injuriam passi ita læduntur, ut detrimentum patiantur in bonis sibi propriis, et utilibus, quibus carere coguntur, inierim atque ipsis non iterum conferantur, ut potiri, et gaudere de iliis valeant; semper manent inviti, et cum jure proxime rem propriam injuste retentam possidendi, non minus, ac si in illomet instanti fuisset ablata.

Jsb. 35. Unde est illud Job. 35, vers. 8 ; *Hominis, qui similis lui est, nocebit impietas tua, et filium hominis adjuvabit justitia tua* quia nimirum ex injustitia cogitur damnum subire, a quo levatur, dum ipsi justum, sen, quod idem est, debitum rependitur, et inde *adjuvari* dicitur. Quocirca justitia obligat non solum ad non lædendum proximum, vel sibimet propria non auferendum ; verum et ad non retinendum, non enim minus læditur injusta retentione, quam injusta ablatione, ut maxime splendet in pecuniis, aut aliis rebus utensilibus : atque ideo quoties homo voluntarie, cum possit, et memor sit obligationis, non restituit, semper actu facit injuriam juxta doctrinam in argumento citatam D. Thomæ ex 2, 2,Theoogis communem. Unde restituendi onus, ut etiam docet D. Thomas loco supra citato, non tam provenit ex præcepto affirmativo, quam ex negativo, quod obligat pro semper; cujus radix est præceptum iliud Decalogi : *Non furaberis,* quo prohibetur in quolibet instanti retentio reialienæ. Quod servata proportione currit in læsiune morali proximi media injuria, aut aliqua contumelia, et ideo Matlh. 5, vers. 24, homini ad altare offerre volenti injunctum fuit, non a quo-

Maltb.5. libet, sed a Christo Domino : *Vade prius reconciliari fratri tuo, el tunc veniens offeres munus tuum.*

Nota 3. 333. Porro hanc doctrinam non tenere respectu Dei, manifestum esse videtur, nedum ex ratione ipsa naturali, ex qua constat esse penitus immutabilem , cui proinde nec abqua accretio, aut diminutio advenire potest, sed etiam ex ipsa sac«?^ pagina, Psal. 15 : *Diri Domino : Deus meus* Plll 15 *es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Job. 35 : Si *peccaveris, quid ei nocebis ? el*lob' *si muUiplicatx fuerint iniquitates tux, quid facies contra eum? Porro si juste egeris, quid donabis ei? aul quid de manu tua accipiet?* quibus miritice explicatur nostris operibus, sive bonis, sive pravis nihil ac· crescere aut derogari Deo. Quod non solum est, et debet esse verum physice, vel metaphysice loquendo, sed etiam moraliter : non enim denigratur, ut ita dicamus, nostris otlensis divinus honor adhuc moraliter, ut in effectu aliquid patiatur; licet in affectu peccantis, et ex modo procedendi in prudentum æstimatione offendatur, ex quo capite statuimus, et communior sententia docet, ejus offensam esse simpliciter infinitam. Quod ut dicebamus, totum est aflective, non vero, quia in effectu damnum aliquod ipsi immineat, aut subire necesse sit subjective et in se ipso, vi cujus ab aliis merito despectui habere debeat. ünde D. Thomas hanc differentiam præcallens 1,2, quæst. 21, art. 4, inquit, quod *per actum hominis Deo secundum se nihil potest accrescere, vel deperire : sed tamen homo quantum in se est, aliquid subtrahit Deo, vel ei exhibet, cum servat, vel non servat ordinem, quem Deus instituit.*

D. Hornis.

Quo fit damnum, aut detrimentum ex pravis operibus homini potius obvenire quam Deo, atque ideo sibi ipsi nocere, et male prospicere peccatorem deficiendo, non Deo; et vice versa bene operari ceuere in utilitatem bene agentis, magis quam ipsius Dei, ut est doctrina D. Thomæ 2, 2, quæst. 30, art. 4, ubi ait, *quod Deum non colimus per exteriora sacrificia, aut munera propter se ipsum, sed propter nos. et propter proximos. Non enim indiget sacrificiis nostris, sed vult sibi offerri propter nostram devotionem, el proximorum uMitalem.* Et eadem ratio est de aliis bonis operibus, quæ nobis proficua sunt, et nostræ inserviunt utilitati : atque ideo in illis non tam culte est Deo suæ convenientiæ. quam nostræ perfectionis. Quapropter m nostra pœnitentia non tam intendit propriam injuriam resarcire, quam nostram salutem reparare juxta illud Chrysostotni a illa verba Psal. 113 : *Nomini luo da gloriam, Neque enim Deo sua gloria tantæ est curx. quants salus hominum.*

Idée

Appli-raMor

Fit ulterius (quod intendimus, et est necessanum a i claram, et expeditam dispa-

M

s.n .. gliaieii·»).

ïiatem

ritatem objectionis, quam assignaro difficile visum fuit Luguni) in pœnitentiæ satisfactione non tenere restitutionis regulatu, ut manifestum fit nostro judicio ex proxime dictis : nam hæc unice, et adæquate fundatur in damno proximi et retentione injusta, quam illico injustus possessor, aul fraudator, amovere debet, et si non amovet reddendo debitum, statim peccat, quasi tunc primo subriperet. At vero in compensatione Deo facienda intenditur satisfactio amicabilis creaturæ, ad quam obeundam malum ipsius creaturæ prius debet auferri, et ultimum est Dei injuria, ut constat ex dictis supra de modo satisfaciendi per contritionem. Unde Angelicus Ductor 1, 2, quæst. 113, art. 6 in corpore inquit : *Consummatio autem, sive perventio ad terminum hujus motus* (justificationis) *importatur per remissionem culpæ ; in hoc enim justificatio consummatur,* sicut quilibet motus in suo termino ad quem. Unde patet ratio ob quam concessis præmissis, aut explicatis hoc modo, neganda est Consequentia utriusque syllogismi, quæ fallit attribuendo satisfactioni pœnitentiali, quod insolidum convenit restitutioni humante. Imo negari poterat suppositum, sicut a Deo nihil per peccatum aufertur, ita nihil proprie restituendum manet, quo subjective privatus sit; sed tota perversio se tenet ex affectu peccantis, et ex solo affectu nec in humanis tenetur qui ad restitutionem. Ex hoc capite etiam potest retorqueri argumentum.

Nec ideo negamus aliquando per accidens teneri hominem ad detestandum et re ractandum peccatum, ut quando ex errorej unius fides aliorum periclitaretur, et similibus. Srd hoc non provenit ex præcepto Pœnit-ntiæ, sed ex præcepto fidei servandæ illæsæ, vel ex abis præcepiis tunc occurrentibus. Quo respexisse D Thomas 1, 2, quæst. 73, art 8 ad 2, videmr, dum ita scripsit : *Et tamen potest dici, ^eo nullus possit nocere quantum ai ejus substantiam : potest tamen nocumentum attentare in iis, quæ Dei sunt sicut exlirpando fidem, violando sacra, qux sunt peccala gravissima.* Unde qui ex malitia, vel etiam ex ignorantia, errorem aliquem disseminavit. tenetur statim illum corrigere, ne illud virus irrepat, et inficiat a ios, ut bene observavit Nuno, et ex ejus sententia docet Prado referens pro se Suarez, et est communis doctrina.

334. Sed contra disparitatem assignatam, insurges. Nam etiam apud homines, nullum multoties sequitur detrimentum ex ablatione vel pecumæ, vel etiam famæ, ut quando spoliatus affluit divitiis, vel ita est probatæ opinionis, et vitæ apud alios, quod nullum ex diffamatione ipsi obvenire possit nocumentum. E contra vero licet Deus in bonis intrinsecis nullum subire possit detrimentum (quod solum probant textus allegati, et nemo it inficias) interdum tamen illud patitur in bonis extrinsecis, utputa honoris, aut famæ apud aliquos, veiuti si ex alicujus peccato mala suspicio de Deo aliis ingeratur, aut sumatur occasio, ut par est, de eo sentiendi. Et in universum quolibet peccato mortali derogatur cultui, et subjectioni Deo debilis a creatura rationali. Ergo vel in primo casu non tenebitur homo ad instantaneam, et immediatam restitutionem, et consequenter ruit disparitas tradita : vel in secundo tenebitur ad confestim poenitendum, atque ideo nullum erit discrimen inter obligationem pœnitendi, et onus restituendi.

Confirmatur ex doctrina Suarez sect. 5, num. 7, lσco supra citato; nam obligatio præstandæ satisfactionis Deo absolute provenit ex delicto, et injuria ipsi irrogata; in quo profecto differt a restitutionis onere, quod ex sola rei alienæ detentione absque delicto præcedenti oriri potest, ut constat in possessore bonæ fidei : hoc tamen non obstante onus restitutionis est strictissimum, et obligat quam cito, et immediate quis possit : ergo potiori titulo id asserendum est de obligatione pœnitentiæ, quæ semper provenit ex delicto. Præmissæ constant, et Consequentia probatur, tum quia major, et strictior debet nsse obligatio, supponens indispensabiliter delictum, quam quæ illud non semper supponit, ut videtur perspicuum ; siquidem culpa inducit obligationem damnum amovendi. Tum etiam, quia nullum est fundamentum asserendi Deum proprio juri cessisse pro extorquenda satisfactione sibi debita ex injuria peccato commissa; alias satis expressit voluntatem citæ, ac instantaneæ satisfactionis, ut constat ex testimoniis sacræ Scripturæ supra allegatis : ergo cum de opposito non clarius constet, standum est pro obligatione cito, et immediate pœnitendi, eo modo quo asseritur statim urgere obligationem restituendi rem alienam adhuc bona fide possessam, illico ac constiterit eam non esse propriam.

Confirmatur, et urgetur ulterius insis- Confirmatur ».

tendo eidem paritati. Ideo inest obligatio rem alienam restituendi confestim, vel quia prædictum onus fundatur iu præcepto negativo non *furandi,* seu non retinendi rem alienam, invito proprio ejus domino ; vel saltem quia prædictum præceptum annexum habet sed onus pœnitentiæ secum trahit præceptum negativum non differendi, aut de die in diem procrastinandi pœnitentiam, ut nos asseruimus : ergo eadem ratione, qua prohibetur nimia ejus dilatio, prohibetur etiam quælibet mora in illa exhibenda. Patet Consequentia, tum quia non est major ratio ad unam, quam ad alteram, et quæcumquo assignetur, erit voluntaria. Tum etiam, quia de ratione præcepti negativi est obligare pro quolibet instanti : ergo vel in Pœnitentia non includitur præceptum negativum contra supra dicta; vel eo semel admisso, tam necessarium est adstruere immediatam, et instantaneam obligationem pœnitendi, quam est certum sub prædicta obligatione teneri hominem ad protinus restituendum.

Ortnrilar argamcDto.

335. Hac tamen objectione, qua nervus difficultatis enucleatur, non convellitur doctrina traditæ disparitatis, quae verissima est, et rationabiliter negari nequit, quin simul negetur differentia lumine naturæ nota inter detrimentum, quod est in humanis materia restitutionis, et inter injuriam irrogatam Deo. Nam ad restitutionem pure humanam non requiritur amicitia, sed tantummodo quod æqualiter fiat compensatio sive in pecuniis, sive in honore, nec etiam est necesse, quod interveniat delictum, sed eo ipso quod bona fide possidens sciat rem esse alterius, vel quod aliquem diffamaverit esto ignoranter, et inculpabiliter, tenetur ad statim restituendum meliori modo, quo possit, quidquid sit de dispositione interiori restituentis erga creditorem, aut reconciliationem cum Deo, ad quam non compellitur homo, dum actu restituit vel æs alienum, vel famam proximi. Cum tamen in Pœnitentia non tam intendatur restitutio juris divini, quam ejus amicitia, quæ ut perfecta suo modo sit, debet esse satisfactoria : quocirca principaliter est gratia Dei, ct ejus amicitia, quam comitari debet compensatio. Unde licet utraque sit per se intenta, principalius tamen una, quam altera; ut constat in remissione obtenta medio Sacramento cum sola attritione, ubi non est restitutio, aut compensatio juris divini læsi, quæ sit perfecta, et reddat Deo actualiler rationem ultimi finis; quippe quod est proprium aclus charitatis, et excedit limites attritionis supernaturalis. Hinc autem liquido tit in restitutione magis, imo *et* totaliter attendi ad damnum, aut detrimentum ex parte passi, in quud sarciendum totum onus inclinat. Quod non habere locum in Deo notissimum est ex differentia assignata, et ex doctrina modo praemissa. Unde ad objectionem in forma, concessa prima parte Antecedentis, negatur Consequentia : nam per se loquendo apud homines restitutionis dilatio est alteri nociva, et consequenter eidem rationabiliter involuntaria; siquidem ipsa carentia rei propri®, et utilis quoad humanum usum (uti est pecunia, nec non honoris jactura, quæ quo magis durat, eo plus radicari solet), important ex se detrimentum illico submovendum, si commode potest. Quod autem id in admodum divite de facto non inducat, est per accidens. Porro in hoc casu accidentali, ut sentit Nuno, ex justa causa absque ullo peccato differri potest restitutio. Sed ex hoc nihil sequitur contra nos, quin imo in adversarios retorquendum est argumentum. Quia per accidens in illo casu actu non irrogatur damnum alteri, aliquantulum potest ex justa causa restitutio differri : sed Deo numquam infertur damnum nisi ex affectu peccantis ; ergo per se loquendo non obligatur homo ad illico pœnitendum.

NoU.

Rursus : ex affectu furandi non inducitur aut obligatio, aut regula restitutionis, ut liquet : sed Deus numquam offenditur, nisi ex affectu peccantis, ex quo in prudentum æstimatione consurgit offensa : ergo non est. unde consurgat obligatio immediata illico pœnitendi, nec unde urgeat paritas restitutionis.

Unde corruit secunda pars illius Antecedentis : quia per se loquendo nec in bonis extrinsecis proprie læditur Deus nostris offensis; nec est qui prave sentiat de ipso, quia contra ipsum homo delinquat; quin potius summa ejus clementia ostenditur, quod solem suum oriri faciat super malos, et bonos, et nostram resipiscentiam expectat juxta illud *I* Petri cap. 3 : *Patienter agit propter vos, nolent aliquos perire.* Casu autem quod per accidens immineat speciale periculum, jam supra tetigimus per accidens teneri hominem ita peccantem illico resipiscere, ac peenitere. Ex quo non sequitur eandem

per

per *e loquendo inesao illi obligationem, ut vico versa dicebamus de restitutione.

VJ Nunc voro addimus, nec in illo casu ut in plurimum teneri ad pœnitentiam internam coram Deo, sel ad retractationem externam coram hominibus, qua sola occurri potest imminenti illi damno fidei, aul Religionis quantumvis interne non vere, et coram Deo pceniteat. Nam ut bene observat Nuno in præsenti, si humo potest recuperare honorem divinum, et utilitatem proximi vel prædicando, vel contrarium asserendo, sufficiente occurrit damno imminenti , nec ad majorem pœnitentiam coram Deo tenetur. Eo præsertim quod ad vitandum illud periculum non sufficit pœnitentia pure interior ad quam primario obligat præceptum, de quo loquimur ; sat vero est exterior retractatio, quidquid sit de occulta, de qua non judicat Ecclesia. Qjare neutra illarum Consequentiarum est legitima, siquidem stat veritas antece-

P dentium cum falsitate consequentium.

336. Ad confirmationem primam resitXpondetur ex eadem radice, concedendo iterum praemissas, et negando Consequentiam, eo quod ratio differenti® inter obligationem restitutionis, et Pœnitentiæ non

venanda est ex illo capite, quod una sup-

I ponat delictum, et alia non; hoc enim est quid materiale, et extrinsecum; sed ex eo quod restitutio supponit in restituente rem alienam, et consequenter extra dominium proprium illius, ad quem pertinet : quocirca rem sive bona fide, sive mala possessam, statim ac constet non esse propriam, sed alterius, tenetur reddere proprio Domino. Quod si non fecerit, cum possit, statim peccat, ac si de novo surriperet. Hoc autem locum non habere in Pœnitentia liquet : nam per hoc quod homo Deum offendat, licet in affectu se avertat a Deo tanquam ab ultimo fine ; non tamen re ipsa ab eo demit aut rationem ultimi finis, aut ejus supremum dominium minuit; sed supponit intactum non solum quoad ipsi intrinseca, sed etiam extrinsece, ut patet in dæmonibus, quorum quia obstinati sint, non amittit Deus supremam, et universalem potestatem. Quare totum damnum re ipsa obvenit peccanti, quia non se submiserit Deo, et ejus mandata non observaverit. Et hoc damnum resarcitur per gratiam liberaliter collatam, et media illa erumpit in actum contritionis, ut ex justitia imperfecta satisfaciat injuri» in prudentum judicio Deo irrogat®, non vero re ipsa induct®. In quo sensu loquens I). Thomas infra quæst. 86, art. 4 ad 2, D.Thom. inquit : *Ad gratiam perlinet operari in homine justificando ipsum a peccato, el cooperari homini ad recte operandum,* mediis actibus charitatis, et contritionis, et ideo proprie loquendo non debet servari modus restitutionis; nec inde bene sumitur paritas ad satisfactionem pœnitentialem Deo exhibendam, quæ est alterius rationis, et aliam regulam servare debet.

Ad primam Consequenti® probationem constat ex dictis obligationem instantaneam restituendi non oriri præcise ex delicto, sed ex retentione rei alien®, sive bona, sive mala fide ea retineatur. Unde quod inde infertur, est absque culpa præcedenti posse obligari hominem ad restitutionem, secus vero ad Pœnitentiam quod verum est. Cum quo stat præceptum satisfaciendi Deo absolute, et simpliciter strictius obligare : eo enim strictior est obligatio, quo altioris rationis est offensa facta Deo injuria particulari proximi; licet ex aliis capitibus, et circunstantiis onus restitutionis strictius liget præcepto Pœnitentiæ. Sed hoc provenit ex indigentia proximi, et nulla læsione ex parte Dei, et summa ejus munificentia.

Ad secundam ejusdem Consequentiae probationem, dicimus, quod licet supposita offensa peccati, obveniat Deo jus in quolibet instanti exigendi satisfactionem ; non tamen illam pro quolibet instanti extorquet. Tum quia præceptum Pœnitentiæ est affirmativum, et non obligat pro semper.. Tum, quia ut docet D. Thomas infra D.Thcm. quæst. 90, art. 2, in corp. ; *In Pœnitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, et secundum arbitrium Dei, in quem peccatur.* Et ex neutro capite colligitur tam stricta obligatio : non quidem ex parte hominis, cujus arbitrio subjacet Pœnitentia; nec etiam ex parte Dei, de quo solum constat statuisse directe, et immediate præceptum affirmativum pœnitendi. Et tradit rationem 8. Doctor, qua supradicti pro hac disparitate s itis elucidantur : *Quia hic non quærilur sola reintegrate æqualilalis juslilix (sicut in justitia vindication) sed magis* (perpende adverbium cum sequentibus) *reconciliatio amicitix, quod fit, dum offendens récompensât secundum voluntatem ejus, quem offeudit.* Ad quam quidem reconciliationem utpote homini voluntariam, et Deo etiam acceptam statuit Deus legem, non legandi suam

gratiam, quoties homo ex ejusdem viribus se. voluntarie disposuerit; sed non compulit hominem, ut in quolibet instanti converteretur, ut constat in aliis præceptis affirmativis. Nec est testimonium aliquod Scripturæ, aut Patrum, ex quo evinci possit in quolibet instanti teneri hominem sub præcepto ad conversionem licet in quolibet instanti possit se in illam exerere, et a Deo acceptari. IHæenim comminationes, et locutiones Scripturæ supra relatæ eo dumtaxat tendunt, ut non plus justo retardetur tempus pœnitentiæ, sed quo citius illi studeatur, eo erit melior, et cæteris paribus Deo acceptior.

Dirnitor eofirmabo 2.

Hinc ad secundam confirmationem constat·. Nam præceptum restitutionis revera est negativum, licet quoad formam videatur affirmativum, ut supra dixit D. Thomas. Præceptum veeo Pœnitentiæ primario est affirmativum, licet includat etiam negativum numquam agendi contra Pœnitentiam, aut illam per longum tempus, aut totam vitam protrahendi. Ex quo nihil sequitur, ut patet in præceptis charitatis, aut aliarum virtutum, in quibus idem omnino reperitur, ut supra expendimus, quin inde evincatur pro quolibet instanti sub præcepto constringi hominem ad opera prædictæ virtutis, aut aliarum.

Conve- rentia inter P restituendi,et diæc'ino.

337. Hæc cum ita sint quoad differentiam' suPerest assignare in quo conveniant præcepta restitutionis, et Pœnitentiæ, quod prjor præstitit Magister Cano in illa sua relect. 4 p. g *sed est tamen.* Assimilantur erg0 primo in eo, quod quemadmodum non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, ita quoque culpa non remittitur per se loquendo absque Pœnitentia. Secundo conveniunt in hoc, quod tam nolens pœnitere, quam nolens restituere alienum, si habet formale propositum non satisfaciendi aut Deo, aut creditori, uterque peccat mortaliter; qui enim vult expresse permanere in peccato, complacet sibi in illa specie peccati, et complacentia peccati peccatum est. Quod intelligendum venit de voluntate positiva, et absoluta. Si vero tam nolens poenitere, quam nolens restituere sumatur negative, adhuc stante cognitione obligationis, et delicti, est differentia, quam observat Arauxo in præsenti, et pro ea refert Navarr. in sum. cap. 17. Cajet. 22, q 66, art. 2 ad '2. Azor. 3. Sum. lib. 4, cap. 36, q. 1. Suarez, et Vasquez, scilicet non peccare nec venialiter qui tempore indebito vult non poenitere pure negative. Cujus rationem dedimus supra in hoc eodem dubio n. 288. Cæterum qui habita opportunitate, et conscius obligationis negative se habet circa restitutionem, continuo peccat; nam eo ipso virtualiter velle convincitur retentionem rei alien» invito ejus Domino, et transgreditur præceptum negativum prohibens voluntariam detentionem rei non propriæ, contra voluntatem Domini, quæ semper stat pro re alienata. Unde minus est detractor rei alienæ, ut bene docet Cano, ubi nuper $ *Ad primum*, qui eam casu inventam apud se, invito Domino, detractat, ac retinet, quam si forte suscepisset, aut violenter usurpasset.

Arauxo. Nanrr. Cajet. Azor. Suarez. Vasquez,

338. Sed contra hanc disparitatem insistes : velle virtualiter in pevcato permanere est peccatum : sed velle non poenitere negative adhuc in illo sensu ubi supra explicato, est velle virtualiter in peccato persistere : ergo non poenitere negative in prædicto sensu est peccatum, consequenter quæ nulla est quoad hoc differentia inter non restituere negative, et non pœnitere itidem accepto. Utraque Consequentia constat ex præmissis, quarum Major supponitur, et probatur Minor : nam qui vult antecedens, virtualiter etiam vult consequens ex illo illatum necessario, sicut qui vult causam sub ratione causæ, convincitur etiam velle ejus effectum in illa contentum, et inde deductum : sed ad non pœnitere negative infallibiliter sequitur permanere in siatu peccati : ergo qui vult illud primum, cogitur ad secundum eadem violatione prosequendum. Patet Consequentia, nam alias conaretur ad displicentiam prædicti status peccaminosi, de eoque displiceret, cum posset : ergo si cum possit, non displicet, signum est intercedere complacentiam illius status, quam esse peccatum nemo est, qui dubitet : atque ideo sicut restituere nolenti est voluntaria, subindeque imputabilis, retentio rei alienæ contra voluntatem Domini; haud aliter nolenti pœnitere est imputabilis permanentia in peccato, eamque mag s apud ipsum haberi, quam detestationem eadem ratione convincitur.

Objetfi*.

Respondetur ad hanc repi icam concedendo Majorem, sed neganda est Minor, cujus falsitatem satis ostendunt exempla aliarum virtutum, sive moralium, sive tbeologalium, quarum actus canmtiæ objective non important deformitatem cum regulis morum pro quolibet instanti, ut patet

patet in hoc quod est actu formaliter, et espresso non diligere Deum in quolibet instanti, aut actu, eodem modo nec credere vol sperare, et sic de cæteris : quam ob rem velle actu non credere, amare, vel sperare in hoc instanti, non est peccatum. Et eadem ratio est de illo actu ; *nolo hic el* nunc *formaliter pœnitere,* quamvis suppetat ad eum facultas; quia tamen non teneor, ob defectum debiti, et obligationis, illi omissio est pure physica, et nullo modo moraliter imputabilis, ut supra explicuimus. Ad Minoris probationem permissa Majori, et concessa prout jacet Minori, negatur Consequentia. Cujus defectus consistit in hoc, quod licet ad velle non poenitere sequatur permanentia in statu peccati, ut dicitur in prædicta Minori : nun tamen ad velle non pœnitere sequitur velle etiam permanere in statu peccati, quod non explicatur in Minori, et expresse ponitur in Consequenti; et ideo fallit Consequentia arguendo a termino non distributo in præmissis ad terminum distributum, quod est parallogizare. Quamvis enim ad velle non pœnitere sequitur conservatio peccati, et pravi status ; non tamen sequitur, quod quis velit eo ipso adhuc virtualiter ipsum statum peccati : quia potest voluntatem alio distrahere, vel aliis a tibus præceptis applicare, quin cogatur velle ipsum peccatum, ut patet in permissione Dei, ad quam sequitur infallibiliter peccatum, vel in denegatione auxilii efficacis, quarum quamlibet Deus intendere, ac veile potest, absque eo quod inde colligatur complacentia divina in peccato. Et Christus Dominus potuit velle carentiam mortis secundum se, adhuc posito præcepto, quin inde probetur potuisse velle prædictam carendam ut prohibitam. Et ratio est eadem utrobique, quia consecutio illa Antecedentis cum Consequenti solum est logea; non vero physica : siquidem præscinditur ab eo quod habet rationem peccati, et ulterius in nostro casu datur medium inter velle non pœnitere pure negative, et velle permanere in peccato, nimirum velle voluntatem di vertere, et a'iorsum applicare, ad id quod tunc urget, et cadit sub præcepto, postposito eo, quod voluntarium est. Et sane si illa probatio ex vi formæ teneret, probaret etiam teneri hominem speciali præcepio Charitatis in quolibet momento; siquidem ad ve le non diligere, vel ad nolle diligere sequitur permanentia in peccato, utpote quod per se loquendo absque actu Charitatis aboleri nequit : quod tamen est falsum, et neutiquam intentum ab objiciente, aut alio ex patronis illius sententiæ, maxime in illorum opinione, quos supra retulimus de sufficientia actus Charitatis absque formali Pœnitentia ad justificationem per se loquendo. In qua sententia æque urget illa probatio contra illos, ut consideranti fiet obvium.

339. Ex quibus omnibus inferes illam .prp
injusütiæ, aut injunæ rationem, quam m difficui-
peccato concedunt melioris notæ Theologi, ^^seno-
et cum illis propugnavimus loco supracitato de Incarnatione, coincidere cum ipsa ratione oflensæ, vel saltem ab ea divelli non posse : atque ideo sicut hæc consistit in privatione juris divini, non quidem physica, aut metaphysica; sed morali, juxta prudentum æstimationem , juxta quam ex affectu, et modo peccandi offenderetur Deus reipsa, si esset capax; haud dissimiliter ratio illa injuriæ, et injustitiæ meditanda, et regulanda est ex prudenti hominum appretiaiione. Quo fit (ut scrupulum dispellamus Lugonis supra ex ipso propositum) non aliam satisfactionem nec aliter, aut Deum extorquere, aut ipsi exhiberi debere ob rationem propriam injuriæ, vel injustitiæ, quam ob offensam, quæ a nullo illorum negatur, quamvis inter eos sit dissensus circa ejus gravitatem, ut vidimus loco citato. Unde si ex ipsa offensæ ratione ab omnibus concessa, præscindendo ab injustitia, nulla oritur difficultas in nostra sententia, quæ facile superari non possit ; nec exemplum restitutionis eodem teste contra eam urgeret : nulla esse potest ratio, quare tantam difficultatem obtenderit in illa alia ratione, si alia est; quando quidem æque militat, si quæ est difficultas contra unam, ac contra aliam : quippe ex ipso jure naturali divino tenetur homo ad resarcien lam offensam alteri illatam, et ejusdem virtutis est adhuc in humanis satisfacere, et restituere ; quamvis satisfactio spectet ad præceptum positivum, et restitutio ad negativum, in vi cujus citior obligatio esse potest sub munere restitutionis proprie dictæ, quam sub ratione satisfactionis, quam solam exigit Deus.

340. Deinde arguitur alia paritate de- Sectin-
sumpta ex præcepto Charitatis, ut extenso gumca.
ad correctionem fraternam, quam sub il- uun.
lius præcepto contineri nocet D. Tho- D.Thotu.
mas2, 2, quæst 33, art. 2. Etenim ex præcepto correctionis fraternæ tenemur ad subveniendum proximo, quam cito, ne in

peccatum labatur, vel ipsum secreto corrigere, quia lapsus est, se i vinculum Charitatis erga se ipsum strictius est, quam erga proximum : nam cæteris paribus præforendum est bonum proprium bono alieno, et propria salus pluris h iberi debet, quam alterius : ergo potiori titulo obligatur homo ad sibimet consulendum post peccatum, quam proximo ; quod fieri non posse, quin statim ipsum pœniteat de peccato, manifestum est : ergo statim cogitur ad Pœnitentiam in vi præcepti hujus virtutis.

Discordia Au; thoron l«b3'r di fflca!-ute.

Occasione hujus argumenti non parum disceptat Vasquez in præsenti ad quæst. 86, art dub. 5, cum Magistro Cano, circa veritatem majoris propositionis, et jam ipsum commendat, jam impugnat; qua vero Consequentia, haud melius potest ostendi, quam unum, et alterum audiendo. Inquit

Cano. enim Mamster Cano teneri hominem ad proximo subveniendum in necessitate spirituali, aut *corporali vitæ; non vero ita* vinciri pro salute spirituali propria. Et rationem disparitatis assignat : quia vitæ spiritualis propriæ homo constitutus est Dominus, juxta illud Ecclesiastic 15:: *Deus ab initio constituit hominem, el reliquit illum in manu consilii^ui.* Atque ideo potest vitam spiritualem prodigere, nec tenetur sub stricto illo vinculo de ea curare. At vero nec vitæ spiritualis proximi, nec etiam vitæ corporalis sive propriæ, sive alienæ designatus fuit Dominus, sed tantummodo custos; quocirca in imminenti periculo alterutrius, vel utriusque (si absque incommodo, aut sui jactura id potest) tenetur ad statim subveniendum et sibi, et alteri sub onere peccandi vel contra Charitatem proximi, vel contra propriam. In qua disparitate est totus nervus illius

Vazquez, doctrinæ a M. Cano edoctæ. Quam tamen dicit Vasquez ibi g *Canus ergo,* num. 15, sibi omnino displicere, et infra in eodem dubio, § *Sed dicet aliquid,* num. 27, inquit : *In primis verissimum esse nos non esse dominos vilx corporalis, esse tamen vitæ spiritualis, ob quam causam peccat quis, cum sibi infert mortem,* etc. *At vero cum quis statim non se eripit a morte peccali, in qua est per peccatum prælerilum, non peccat,* nec contra justitiam, nec contra aliam virtutem. Quæ si non sunt inconsequentia, explicatione indigent, ut sint consona. In quo etiam

H. Lugo. offendisse Lugo affirmavit Prato, ex una parie assentiendo Vasquio, et Cano docentibus, data opportunitate, non esse differendam correctionem proximi, ut constat ex num. 205, ex alia vero adhærendo Suarez, et aliis illam obligationem negantibus, ut patet ex η. 215. Unde liquet priedictos Authored modo in unam, modo in ali.irn partem declinasse. Cum tamen Cano constans fuerit in concedendo Antecedens, et negando Consequentiam ; eo quo l quisque est dominus suæ vitæ spiritualis; vit® autem corporalis, sive propriæ, sive alien® solum est custos, quocirca hanc continuo eripere tenetur a periculo; secus vero illam.

341. Quod ox horum divisione ad intentum nostra refert, est dehiscere argumenti vires, cujus principium, quia incertum nequit inferre certam consequentiam, sive enim admittatur illa obligatio, cum prte-laudato Authore ; neganda est Consequentia, et ratio disparitatis (si semel verissima est, ut testatur Vasquez) bene fuit assignata, qua proinde utitur Arauxo in præsenti. Si autem negetur cum aliis, adhuc clarius enervatur objectio, utpote procedens ex falso principio ad male inferendum conclusionem.

Sed videamus quid apponat Vasquez, ut sibi omnino displiceat illa disparitas, quam judicat verissimam. Quia licet homo non sit dominus vitæ spiritualis proximi, peccat illum non statim corrigendo, si non contra justitiam, saltem contra charitatem, et misericordiam in sententia Gani : ergo et non sucurrendo sibi. Probat hanc Consequentiam his verbis : *Etenim el sui præcipue custos in hoc casu, si proximi est, unde non video, quomodo misericordia erga proximum obliget, non vero erga se ipsum.*

Hæc tamen impugnatio levis est ad illud principium verissimum diruendum : nam concesso Antecedenti, fallit Consequentia. Cujus probatio est falsa ; quia homo per hoc, quod sit custos vitæ spiritualis proxhni, quam non constituit Deus in manu consilii sui, non fit etiam custos vitæ propriæ spiritualis, ita quod ipsam sub eodem vincu o teneatur illæ-am servare; alioqui non fuisset etiam constituta in manu proprii judicii, et consilii, quod esse falsum constat ex textu allegato. Rationem autem, quam non vidisse fatetur Vasquez, non latuisse authorem disparitatis, constat ex vernis paulo post subjunctis : *Ac re vera (utcumque opinemur) negare non possumus inter bona proximi, el nostra longum esse intervallum. Nam bovem proximi, aut ovem jacentem levare teneor, el servare, si possum; bovem meum, aut ovem non item : Sic ergo, et bona spiritualia proximi mei, diam extra mortis xlernx periculum curare teneor, mea non perinde, nisi cum arliaplus necessitatis propriæ spiritualis occurrit.* Non ob aliam rationem, nisi quia hujus sum dominus, illius mere custos, ct onus custodi® non injungitur sub eodem vinculo domino, quique dominus pro li bito potest re sua uti, prout voluerit. Unde qui vellet pro solutione argumenti non so intricaro iu examine illius Majoris prædicti syllogismi, posset, illa omissa, et concessa Minori, negare Consequentiam, cujus disparitas ab Antecedenti est satis perspicua ex dictis : quidquid sit de sensu intento ab Authoribus illius discriminis circa illam propositionem, an sit vera, vel falsa? Quod juxta hanc solutionem non debet extorqueri; sed solum attenditur ad formam argumenti, qua admissa, adhuc perstat assignatum discrimen Antecedentis a Consequenti, et indemnis manet nostra sententia.

Jtestt E^ad 1i k J" 342. Quia tamen non sat est attendisse formam, sed oportet materiam propositionis discutere, videndum superest, quam veritatem habeat illa propositio, ex qua sumitur paritas argumenti. Pro quo supponere debemus, nec negare possunt ipsi adversarii, præceptum correctionis iratemæ esse affirmativum, subindeque non pro quolibet instanti obligare, eadem prorsus ratione, qua asserimus præcepio Pœnitentiæ non statim vinciri hominem ad contritionem. Eo autem ipso non tenetur homo ad continuo corrigendum proximum, sed expectare debet tempus correctioni opportunum, in quo proximus ea indiget, et alter ad eam impendendam teDÿ neatur. Quæ fuit doctrina D. Augustini "B· lib. 1 de Civitate Dei cap. 9 et a fidelis-^•irimo ejus discipulo D. Thoma tradita 2, 2, q. 33, art. 2, sub his verbis : *Correctio auitm fraternа ordinatur ad fratris emendationem : et ideo hoc modo cadit subpræcepto, stcundum quod est necessaria ad istum finem : non autem ita, quod quolibet loco, vel tempore frater delinquens corrigatur.* In quo profecto supponitur delinquentem non statim teneri ad resipiscentiam, et emendationem culpæ ex vi præcepti ; alioqui enim locus non esset expectandi tempus correctionis. Unde (ut bene vidit Vasquez ubi nuper) ipsummet argumentum supponit, quod impugnare intendit, et illudmet principium, quod assumit, includit necessario illammet assertionem, quam debellare pergit. Quod est se ipsum destruere, et nihil posse concludere; quin potius contra ipso utentem retorqueri debet. Quia non tenetur proximus proximum statim corrigere, sed expectare debet tempus oppoi tunum illius correctioni : ergo omnimodo pari ratione, non tenetur quis ad se ipsum confestim retractandum, ct corrigendum : qua enim ratione tenetur, vel non tenetur ad proximum, tenetur etiam, vel non tenetur ad se ipsum ; licet vinculum erga se ipsum sit intimius, et strictius, sed non quod pertineat ad diversum præceptum.

Secundo observari debet correctionem fraternam solum posse ordinari vel ad peccata pneterita excutienda, vel ad præsentia, ct futura vitanda. Et quia hæc duplex nocumentum important, maxime si externa sint, et respectu delinquentis, et respectu aliorum, in quorum perniciem vergunt; idcirco fraterna correctio non tam intendit remedium apponere peccato sub secunda consideratione, quam sub prima, et ex hoc capite proprie loquendo appellatur fraterna correctio; ex ea vero parte qua cedit in damnum aliorum, pertinet ad justitiam vel legalem, vel vindicativam, cujus est conservare rectitudinem justitiæ unius ad alterum. Dequo D. Thomæ2, 2, quæst. 33, D-Tho®. art. 1. Si ergo correctio fraterna ordinetur ad impediendum peccatum præsens quoad continuationem, vel proximam reincidentiam proximi, planum est præsens esse periculum, summamque necessitatem subsidii spiritualis media correctione : atque ideo tenetur homo ad proximo subvenien- Proxi“ dum statim, ac ipsum cernat in periculo quando imminenti vel continuationis peccati, vel *ta9m reincidentiæ in præteritum : dum tamen c°dus.en' sit spes ipsum a peccato retrahendi alioqui enim ex prudentia ipsa teneretur homo ad differendam, vel omittendam correctionem, utpote prorsus inutilem ad finem intentum. Quocirca duo docuit D. Thomas loco nuper citato ex 2, 2 et quod actus corrigendi proximum sit immediate a prudentia, ut ab exequente, et a Charitate ut imperante. Prudentia autem non attingit nisi quæ in finem virtutis collimant, et finem rectum præintentum ut assequendum concernunt. Unde scripsisse D. Aug. 1 de Civit. Dei cap. 9, refert D. Thomas art. 2 : *Si propterva quisque objurgandis, et corripiendis male agentibus parcit, quia opportunum tempus inquiritur, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur,*

rd *ad bonam vilam, el piam eruditos, impediant aliquos infirmos, et premant, atque avertant a fide; non videtur tsse cupiditatis occasio, sed consilium Charitatis.* Ulraque ergo virtus debet concurrere ad co rectionem fraternam in illo casu imminentis necessitatis vel continuandi, vel iterandi idem peccatum ; atque ideo subesse debet spes ab eo imminenti periculo damni spiritualis eripiendi proximum, seu quod a peccato retrahetur media correctione; alias meritorie omitteretur, ut ibi docet D. Thomas.

Exclusa «rgj-m-oti difficultas.

Porro in hoc eventu nullum est argumentum; quis enim ibit inficias teneri hominem ad corrigendum proximum in adeo gravi periculo damni spiritualis constitutum? Sei nemo etiam est, qui non affirmet teneri etiam ad Pœnitentiam instantaneam, si semel se ipsum quis videat eidem periculo expositum. *De* hoc enim non est quæstio, sed omnes veraciter supponimus in eo discrimine teneri hominem ad se extricandum media Pœnitentia, et alium, vel alios coercendos me lia correctione fraterna, subindeque vel interrumpere peccatum præsens, vel præcavere imminens futurum.

Quando nonsta-tim corrigea-dn5,

343. Si vero correctio tendat in peccatum commissum ab-que ordine proximo ad aliud futurum, profecto non magis tenetur homo ad corripiendum proximum, quam proximus ipse teneatur ad poenitendum ; quia cessante spe emendat onis in proximo cessat medium correctionis, quæ sit sub præcepto : sed proximus peccans non tenetur statim ad poenitendum : non ergo tenetur alter sub præcepto ad corrigendum præcise ob peccatum commissum : majus quippe est vinculum ob igationis hominis ad se ipsum, quam ad alios cæteris paribus : ut constat ex ipso argumt-nto, et ex doctrina Philosophi in Ethic. Ubi docet amicabilia ad alterum ortum ducere ex amicabiiibus ad se. Ut ergo quis teneatur ad corrigendum peccatorem, oportet, vel quod peccator sit in periculo imminenti iterum delinquendi, quod supponitur non esse : vel quod statim a peccato resilire teneatur, quoi est supponere quod probandum erat. Quare ut sit locus correctioni fraternæ sub obligatione præcepti devenire debemus ad casum necessitatis specialis vel novi peccati, vel novæ obligationis

tur^r* cultas."

Proxime occurrentis Et ex hac parte nullbim etiam est paritatis argumentum, nec habet adversarium, contra quem intorquea-

tur; siquidem pari passu currunt correctio fraterna, et Pœnitentia quoad obligationem in casu necessitatis. Sed nec de hoc est quæstio, et una est inter omnes sententia.

Ut ergo paritas teneat, et vires exerat, debet statui casus necessitatis, in quo obliget correctio fraterna, et inde argui ad Pœnitentiæ obligationem, quæ semper insit homini, ex peccato commisso, ita ut teneatur pro quodbet instanti ad Pœnitentiam. Sed hoc modo ipsummet Antecedens finnat nostram sententiam*, et destruit Consequentiam illatam. Si enim correctio fraterna non obligat nisi in casu necessitatis, quare obligabit Pœnitentia nisi etiam in casu necessitatis ? similiter si peccatum commissum præcise quia commissum, non est materia correctionis fraternæ, nisi aliunde superveniat aliqua major obligatio, periculum, aut necessitas in futurum, nulla est ratio, cur aliter sentiamus de Pœnitentia. Solum ergo manet recursus ad hoc quod ipsummet peccatum secum trahat ingentem necessitatem immediatam retractationis. Sed hoc negamus, nec probatur ab exemplo correctionis fraternæ, quæ non est ob igationis, sed consilii citra casum necessitatis. Et ideo conces>a illa majori propositione simul cum Minori neganda est Consequentia, cujus opposita efficacius ex illo Antecedenti deducitur, ut ex dictis facile constat. Unde liquet quam solide, ac vere concesserint Cano, et Arauxo illud Antecedens, et negaverim Consequentiam, utpote qui optime calluerant solum deservire posse in hac ultima consideratione, omnibus abis recen-itis ut omnino extra rem prætermissis. Quam etiam doctrinam sectantur alii discipuli D. Thomæ Cajetanus in summa verbo *Correctio,* ubi docet non quemlibet esse corrigendum, sed *solum indigens correctione, eo quod eleemosyna nonnisi indigenti danda est.* Solo de tegendo secreto, memb. 2, quæst. 2, conci. 2. Sylvester verb. *Correctio* quæst. 1. Armilla eodem verbo, num. 2, adjunctis Abul. quæst. 83, in Matth. cap. 18. Adriano in 4, quæst. 1, de Correct. Fraterna, propos. 2. Glossa in Cap. *si peccaverit* 2, cap. *Qui alios,* de Hæret. Suarez, et aliis pluribus. Qui omnes constanter, et uniformiter docent extra casum necessitatis correctionem fraternam solum esse consilii, non præcepti. Et idem asserimus de Pœnitentia instantanea, quin quoad hoc agnoscamus, nec agnoscant disparitatem inter illam, et istam, nisi in sensu

x ultimo

ultimo explicato, in quo jam rationem dedimus negandi Consequentiam, et negant omnes discipuli D. Thomæ cum Magistro Cano.

Ex quo infertur teneri hominem ad sub·veniendum proximo, et sibi ipsi quoties adest periculum vitæ corporalis, mutilationis membri, aut alterius damni gravis in suo corpore, atque ideo si id omittat graviter peccare nedum contra justitiam, sed etiam contra Charitatem propriam. Quod ultra allegatos Autliores docet idem Vasquez ubi supra num. *27,* non ob aliam rationem, nisi quia nullus est dominus propriæ vitæ corporalis, nec etiam corporis, aut membrorum ejus,· *ob quam causam* (verba ejusdem sunt) *peccal quis cum sibi inferi mortem, aut quia non utitur necessariis, aut lædit se ipsum peccat autem ob hoc speciali peccato homicidii, vel contra justitiam, ut nonnulli volunt, vel certe contra fortitudinem, quæ sicut est contra timiditatem in periculis mortis superandis, sic diam est contra audaciam, el temeritatem in exponendo se absque ratione periculis.* Qua etiam ratione qui non corrigit proximum positum in proximo periculo peccandi, si adsit spes illum ab eo eripiendi, similiter delinquit contra Charitatem, et misericordiam, ex quibus tenetur subvenire proximo, ut potuerit, in periculo imminenti corporis, vel animæ. Ubi tota ratio obligationis revocatur ad hoc, quod homo non est dominus nec proprii corporis, nec extranei, nec etiam vitæ spiritualis aliorum. Quod vero non teneatur ad statim poenitendum, unde ortum ducat, explicant ejus verba immediate apposita : At vero cum quis statim non se eripit a morte peccati, in qua est per peccatum præteritum, non peccat contra justitiam, cum sit dominus vitæ spiritualis, aut saltem nulli facit injuriam. nec contra aliam virtutem.

In quo seipsum vel deserit, vel impugnat. ut fit perspicuum ex sequenti reflexione iterum assumendo ejus verba supra relata : *homo non solum est dominus, sed et præcipue custos in hoc casu sui ipsius, si eliam est proximi;* sed quia est custos proximi, peccat contra Charitatem, et misericordiam illi non subveniendo in prædicto casu : ergo quia est præcipue custos sui ipsius, et præcipue peccat etiam non se eripiendo a morte peccati, cum possit. Qui discursus recte procedit contra Vasquium, supposita ipsius doctrina. Unde vel tenetur se ipsum deserere negando hominem esse proprie custodem vitæ spiritualis, ut docebat Cano; vel seipsum illaqueat eodem argumento ; nam nequit non peccare homo seipsum non eripiendo a morte, quia custos præcipue sui est, contra illam virtutem, contra quam delinquit non subveniendo proximo, quia custos illius est. Supposita ergo propria doctrina falsum fuit asserere quod *cum quis statim non se eripit a morte peccati, in qua est per peccatum præteritum, non peccat contra justitiam, cum sil dominus vitæ spiritualis, aut saltem nulli facit injuriam, nec contra aliam virtutem,* quoniam peccare potest ut cpstos sui est, sicut peccat ut custos proximi, et consequenter contra Charitatem, et misericordiam erga seipsum. Quare standum est in doctrir a tradita, .et omnino consequenti, quod secluso periculo aliunde suborto, ex vi præcise peccati commissi non tenetur sub aliquo præcepto ad ita festinam, et præpoperam Pœnitentiam, ut intenditur ab illa sententia, idque vel ex ipsa instantia fraternæ correctionis, qua utuntur adversarii.

De obligatione hujus præcepti ratione alterius.

casns, *inqpibus* per acci- "9nsP.æ-

344. Hactenus egimus de obligatione per se importata ab hoc præcepto, superest deveniamus ad obligationem *per accidens, seu* quæ non provenit ex ipsa Pœnitentia secundum se inspecta, sed aliunde vel ex concurrentia alterius præcepti, vel ex fine, aut circunstantiis extrinsecis, ratione quorum non semel contingit teneri hominem ad aliquid, ad quod absolute, et illis absentibus, non teneretur. Idque accipere in Pœnitentia te-tantur communiter Theologi, varios casus assignantes, in quibus confugere necesse sit a i Pœnitentiam. Pro quo statuenda est regula tradita a D. Thoma loco sæpe citato ex 4 sent. dist. 17, quæst. 3, art. 1, quæstiunc. 4, ubi obii- Primus, gationem per accidens Confessionis, in quo est eadem quoad hoc ratio cum virtute Pœnitentiæ, reducit ad hoc *scilicel quando ad aliquid tenetur, quod non polesl sine peccato facere, nisi confessus; tunc enim tenetur confiteri, sicut si debeat Eucharistiam percipere, ad quam nullus post peccatum mortale, nisi confessus, accedere debet, copia Sacerdotis oblata, el necessitate non urgente. El* D.Thom. *inde venit obligatio, qua Ecclesia omnes obii-*

gal ad semel in anno condiendum; quia instituit, ul senui in anno, *scilicet in Pascha omnes sacram communionem accipiant, d ideo ante tempus illud con/Heri tenentur.* Quo iit Sacerdotem existentem in peccato, si teneatur ad celebrandum, et non adsit copia Confessionis, teneri per accidens ad aptum contritionis, qui est unicum medium, quo i superest ad digne Eucharistiam pertractandam, et suscipiendam : suhinderque in illius omissione unitum dumtaxat peccatum sacrilegii committi indign e celebrationis Eucharistia?. Quoi specialiter annotamus propter Cano -4 p. relect. Dabi» in-quaesi. 2, post. i, conci. not contendit duplex ibi committi pe'catum, alterum sacriieqii contra Eucharistiam, aliud vero ob Pœnitentiæ omissionem, quasi hujus præceptum per se obligaret independenter ab alio. Quod etiam indicavit Soto ad eam distinctionem qmest. 2, art. 6, § *Postremum*. ut refert Scares disp. 15, sect. 6, g *Pro resolutione,* num. 6. sed paulo inferius subjunxit propriam mentem : *Tametsi hoc postremum non ita facile condemnarem,* nec certe deberet discipulus D. Thomæ, et ejus expositor contra expressam S. Doctoris sententiam.

4 ↓

Dispelli- vaa»°op- positam,

Quin obsit motivum, quo ductus est ^ao· ^ano Part· a» s°l- el 50, § *Nostra igitur,* ubi totus est in probando esse de jure divino Confessionem ad Eucharistiam praemittere.

Quod sane princtpium non latuisse D. Thomam. quinimo, et diserte agnovisse manifestum est ex eodemmet articuloallegato, qmestiuuc. 3 imme liata, ubi docet, *quod ad Confessionem dupliciter obligamur. Uno modo er jure divino, ex hoc ipso, quod* D.Thom. *esl medicina : El secundum hoc non omnes tenentur ad Confessionem, sed ilii lanium, qui peccatum mortale incurrunt post Baptismum. Alio modo ex prxceplo juris positivi : el sic tenentur omnes ex ista institutione Ecclesiis edita in Concilio generali sub innocentio III tum ul quilibet se peccatorem recognosceret, quia omnes peccaverunt, ct egent gratia Dei : tum ut cum majori reverentia ad Eucharistiam accedat.* UbiS. Dortor temporis determinationem ad jus positivum refert, non ad divinum. Imo Cano. idemmet Canus paulo superius, § *Quocirca dicendum,* docuerat semel in anno confiteri esse de jure positivo, et quod citra hoc jus humanum, quo Confessio ad certum tempus limitatur, divina de Confessione lex incommode servaretur. Ut vero ejusdem juris Eucharistiam sumere in Pascha : ergo et prmmittero Confessionem ad cam digne suscipiendam. Unde, contritionis vinculum nequit obligare nisi ex defectu Confessionis Sacramentalis, subindeque non per se, et ratione sui, sed ratione Eucharistiæ recipiendae, quod est obligare per accidens. Atque ita sentire communiter Theologos docent Suarez, et Prado Slifu. Pfili. quæst. 2, de contritionis necessitate dub. 3, §2, n. 13.

345. Hinc elicitur aliud principium raque apud Doclores commune, toties videlicet eodem pacto obligari hominem ad Pœnitentiam , quoties necesse fuerit exercere aliquam actionem, quæ propter suam dignitatem requirat sanctitatem, seu statum gratiæ in persona illam exercente, nec nisi peccando eam præstare valeat existons in peccato, ut est ministrare ex officio aliquod Sacramentum (quod dicimus propter Baptismum' aut recipere aliquod Sacramentum vivorum. Hujusmodi namque obligatio non provenit ex ipso præcepto Pœnitentiæ, sed ex eo quod sancta sancte tractanda sunt, et Sacramenta et recipi, et ministrari non nisi a dignis licite possunt. Serai- duo» î«,e g«tn- litf.

Tertius casus est gravis tentationis, qua perculsus, et exagitatus homo nequit eam superare, nisi se exerat in actum contritionis, quo vitet periculum imminens consensas, et præcaveat futurum. Tunc enim obligatur homo ad apponendum hoc medium ex præcepto illius virtutis, contra quam urget tentatio. Ita docet Soto, cui subscribit Gonet, disp. 7 de Contrit, art. 5, η. 102. Tertiis ea.<y S«W. Go î«

Circa quod observat, et objicit Suarez in primis hunc casum non esso moralem per se loquendo ; nam ad vincendam quamcumque tentationem sufficit auxilium gratiæ excitantis, et adjuvantis Et nullum est principium sufficiens, quo homo sibi persuadeat non posse absque gratia sanctificante consequi auxilia sufficientia, et efficacia pro obtinenda victoria : non ergo est, cur per se loquendo teneatur homo ad contritionem pro reportanda victoria gravis tentationis. Eo vel maxime, quia supposita gravi ea tentatione, habere contritionem est vincere tentationem, quia includit propositum non peccandi etiam in ea occasione : ergo contritio non est mediam ad reportandam victoriam, sed potius ipsa contritio est effectus auxilii antecedentis tum ad gratiam, tum ad contritionem : sura, I /

Lritionem : atque idoo noquit esse medium viucendin tentationis, quam subactam, ct evictam supponit.

Secundo animadvertendo objicit illam necessitatem esso extrinsecum, et oriri ex præcepto v. g. Castitatis, aut a'terius virtutis, contra quam urget, et pungit tentatio, et tunc (inquit num. 8) omissio contritionis non est speciale peccatum contra præceptum Pœnitentiæ, sed solum est circunstantia peccati contra castitatem.

u»?* Îe> 346. Sed neutra harum observationum subsistit, et doctrina, cui innituntur, est falsa : nam quod attinet ad primam, constat cx lato discussis, de necessitate gratiæ disp. 2, dub. 8, § 4. Ubi oppositam doctrinam ex Patribus, et rationibus Theologicis stabilivimus, loquendo de homine lapso ob aversionem a Deo ut ab ultimo fine, in qua constituitur. Quæ recoli de- /;«· bent, modo sufficiet auscultari D. Thomam in 2, dist. 28, quæst. 1, art. 2 ad 6, ubi ait : *Aliud est resistere peccato, el aliud victoriam de peccalo habere. Quicumque enim vitat peccatum, peccalo resistit. Sed ille proprie vincit peccatum, qui potest pertingere ad hoc, contra quod esl pugna peccati. Hoc autem non potest esse, nisi in eo, qui opus meritorium operatur. Unde talis victoria vitam sternam meretur.* Porro nullum actum quantumvis honestum ex sua specie, et hac supernatiirali, esse meritorium vitæ æternæ absque gratia sanctificante, constantissimum debeat esse : alioqui enim haud facile posset reddi ratio, quare nobilissimi actus Fidei, et spei hominis peccatoris, ante justificationem non ea gauderent efficacia. Idque statuimus tract, de Merito disp. 3, dub. 1, et in eodem tract, disp. 4, dub. 1, fuse ostendimus actus omnium virtutum, ut evadant Deo accepti, et præmio digni, imperari debere a Charitate, in gratia habituali radicata. Et in hoc sensu, quem intendimus cum prædictis D. Thomæ discipulis, casus ille moralis est, et non tam insolens, aut exorbitans a communi cursu, ut ratus fuit Suarez. Quis enim neget hominem post peccatum commissum, iterum concuti, et moleste vexari solere vel circa idem specie peccatum, vel contra aliam ex virtutibus, et ab ea rixa se excutere, aut extricare non posse, nisi contritionis auxilio se muniat? Unde falsum est, quod tam plane supponere videtur ille Author. Quia licet auxilia sufficientia, et efficacia gratiæ excitantis, et adjuvantis superare possint, et reipsa superent quamlibet gravem tentationem, in sensu explicato; imponant tamen tum gratiam, tum Charitatem, mediis quibus homo conjungitur ultimo fini supernatural), ex cujus intentione efficaci veluti ex prin,o principio in ordine morali movetur homo ac) reliqua bona opera, et ad dispellenda tentationum obstacula, ut loco citato de necessitate gratiæ uberius prosecuti sumus. Nequit autem homo conscius peccati obtinere gratiam ad victoriam reportandam de tentatione, quin simul conteratur, et vere coram Deo pœniteat : tenetur ergo in eo casu ad Pœnitentiam, sicut tenetur ad vitandum peccatum, a quo pulsatur.

Nec est solidius, quod a· ditur ad fui- Evertunciendam suam observationem. Nam licet tin habere contritionem sit vincere tentatio- P–Sua* nem, et hæc victoria sit effectus nedum rcz» auxilii excitantis, et adjuvantis, sed etiam ipsius gratiæ sanctificantis, a qua contritio essentia iter oriri postulat. Cum hoc tamen recte cohæret conttitionem ipsam esse dispositionem ad connaturalem gratiæ receptionem, eamque præire in genere causæ materialis, licet sit posterior gratia in genere causæ efficientis, et formalis juxta ea quæ scripsimus, et satis firmata manent tract, de justificat, disp. 3, dub. 3. Quare illatio illa Suarez solum tenet in dispositionibus antecedentibus formam, ad quam disponunt, non vero de ipsam comitantibus; hæ quippe ita subsequuntur, quod etiam se tenent ex parte subjecti, et in eodem genere causæ sub alterno cum ipso præcedunt formam, ut ex doctrina nedum D. Thomæ in Theologicis, sed etiam ipsius Philosophi naturalis probant discipuli D. Thomæ, quos loco citato retulimus. Et ex hoc capite bene compatîtur necessitas contritionis ad superandam gravem tentationem, et quod homo per accidens ad illam teneatur; licet contritio sit prædicto modo effectus gratiæ, et supponat ipsam, subindeque subactam, ac sedatam tentationem.

Magis displicet secunda animadversio, utpote quæ procedere videtur ex non satis penetrata obligatione per accidens. Hæc quippe semper est, et esse debet extrinseca, et aliunde, quam ex ipso præcepto, ortum ducens, nec ejus transgressio est speciale peccatum. Quare si contritio est necessaria ad tuendam castitatem in occurrentia gravis tentationis. omissio contritionis non est diversum peccatum a violatione casti-

tatis ; quia cum non obliget in illo casu contritio nisi ratione castitatis servandae in ea occasione; totum pondus obligationis reducitur ad ipsam castitatis observantiam, cujus proinde transgressio est dumtaxat culpabilis. Et sic verum est quod omissio contritionis non sit speciale peccatum, ut docet Suarez. Sed hoc non fuit animadversione dignum, utpote commune, et annexum cuilibet obligationi p?r accidens.

. Qaart0 denique obligat per accidens præceptum contritionis in casu imminentis supplicii totius communitatis;quod quia est malum commune, quilibet particularis tenetur avertere pro suo posse. Si enim ob peccata particularia probabiliter timetur Deum punirerem publicam, sicut propter solum peccatum Acbam punivit totum exercitum Israel, ut habetur Josue 7, ratio ipsa postulare videtur, ut personæ privaiæ media propriorum peccatorum detestatione, lenire conentur indignationem Dei, et placare divinam justitiam, ne forte ob cujusque delicta tota plebs, aut respublica tantum malum subire contingat; hoc enim postulat vinculum Charitatis, et partis ad totum illæsum servandum naturalis propensio, quæ in moralibus servari debet. Atque ita docent post Navarrum, et Petrum de Soto, Suarez, Gonet, et alii. Quos casus in particulari annumerasse sufficiat, quin excludamus alios, qui possint evenire, et juxta supra positam doctrinam D. Thoææ regulari debent Reliquum est, ut articulorum ordinem percurramus.

ARTICULUS IV.

Utrum Iolantas sit proprie subjectum Pœnitentiæ ?

Ad quartum sic proceditor. Videtur quod subjectum Pœnitentiæ non sit proprie voluntas. Pœnitentia enim est tristitiæ species. Sed tristitia est in concupiscibili, sicut et gaudium. Ergo Pœnitentia rst in concapisribili.

Præterea, Pœniteulia esi vindicta quædam sicut Aug dicit in lib. de Pœnitentia. Sed vindicta videtur ad irascibilem pertinere : quia ira est appetitus vindicte. Ergo videtur quod Pœnitentia sit in ira^cibili.

Præterea, Praeteritum est proprium objectum memoriæ. Secundum Philosophum in bb. de Memoria. Sed Pœnitentia est de præterito : ut dictum est. hrgo Pœnitentia cri in memoria sicut in subj cto.

Praeterea» NiVil agit ubi non est. Sed Pœnitentia exci dit peccatum ab omnibu* virulibus animae. Ergo Pœniteutia est in qualibet vi animæ, et non iu voluntate lautum.

Sed contra. Pœnitentia est sacrificium quoddam : secundum illud PsaL sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Sed offeiH sacrificium, esi actu> voluntatis : secundum illud PsaL voluntarie sacrificabo libi. Ergo Pœnitrnlia est iu voluntate.

Respondeo dicendum, quod de Pœnitentia dupliciter loqui possumus. Uno modo, secundum quod est pasio quædam. Et sic cum sit species tristitiae, est ia concupiscibili sicut in subjecto. Alio modo, secundum quod est virtus. Et sic sicut dictum est, est species justitiae. Juriith uuiem (ut in secunda parte habitum est) habet p-o subjecto appetitum ration's, qui est voluntas. Uode manifestum eri» quod Pœnitentia, secundum quod est virtus, est in voluntate sicut in subjecto, el proprius actos est propositum emendandi Deo illud, quod conlra eum commissum est.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de P i il nt»u. «eeuodom quod est passio

Ad secundum dicendum, quod vindictam appetere, ex passion·» de alio, pertinet aa irascibilem. Sed appetere iri acere vindiciam ex ratione de se vel de alio, perlinet ad «oluvUtem.

Ad t-rtium dieenibm, quod memoria est vis apprehensiva præleriti. Pœiritrntia autem non pertinet ad vim appeti'ivim, quæ præsupponil actum apprehensivæ. ûude Pœmteutia non est in memoria : sed præsuppnnit eam.

Ad quartum dii endura, quod voluntas (sicut in Primi part·· habitum est) movet omnes alias potentias animæ. Et ideo non est inconveniens, si Poenitentia in voluntate exisiens, aliquid in ringulis potentiis atrio operetur.

Prima Conclusio : Pœnitentia ut est virtus est in voluntate ut in proprio subjecto.

Secunda Conclusio : Pœnitentiæ ulest passio proprium subjectum est appetitus sensitivus. non irasci bilis, sed concupiscibilis, ubi etiam est tristitia, cujus est species.

Tertia Conclusio : Non quælibel voluntas est subjectum Pœnitentiæ, sed sola illa, quæ est capax peccandi, et peccatum semel commissum corrigendi.

COMMENTARIUS ARTICULI,

El elucidalio assertionum.

1. Postquam Doctor Angelicus art. 3 praecedenti virtutem Pœnitentiæ inter justitiæ imperfectas species collocavit, in hoc art. 4, ad investicandum ejus proprium subjectum se accinxit, et tres præjactas assertiones statuit, ut constat ex corpore ejusdem articuli. In quo primo distinxit Pœnitentiam in seipsam secundum quod est passio, et secundum quod est virtus. Si accipiatur hoc modo, cum sil species justitiæ, in eodem subjecto est, quod sibi vin icit justitia. Constat autem justitiam præcipue in voluntate esse, ut constat ex ejus definitione, a Theologis, et juris peritis unanimiter recepta, quod *est constans, el perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi,* et statuerat S. Doctor 1, 2, quæ-t 56, art. 6. Acceptavero Pœnitentia in prima consideratione, nequit ad· voluntatem immediate pertinere, sed reduci debet ad partem inferiorem seu appetitum sensitivum, in quo proprie sunt passiones, quæ regulari, et ad mediocritatem reduci debeant. Et quia est species tristitiae, ob eaud-m rationem, quæ dicta fuit de justitia. debet in parte illa sensitiva collocari, in qu ‹ fuerit, aut esse debuerit tristitia, et hanc constat sibi vindicare partem concupiscibilem; unde consequens esse debet in hac eadem parte concupiscibili esse debere et

et Pœnitentiam, ut passionis habet rationem.

Verum enim vero, quia virtus Pœnitentiæ ita importat dolorem, et tristitiam de peccatis, quod etiam afiert propositum emendationis in futurum, ut sit vera Pœnitentia; idcirco eam voluntatem postulat, qute in alterutram harum partium sit vertibilis, ac flexibilis : quod solum competit voluntati illi, quæ modo in malum, modo in bonum possit verti, atque ideo solum voluntas, quæ est capax peccandi, et a peccato resipiscendi, est subjectum Pœnitentiæ. Unde manent elucidatæ in communi, et veluti rudi minerva assertiones D. Thomæ iu hoc articulo.

2. In quo plane supposuit S. Doctor distinctionem realem auimæ ab ejus potentiis, necnon gaatiæ ab ipsius virtutibus, ex alibi a se traditis. Si enim hoc non supposuisset in cassum iret tota investigatio, et rueret doctrina tra lita, ut ex se constat. Unde fit consequens supposuisse etiam Pœnitentiam reaiitera gratia distingui, subindeque diversum subjectum ex vi hujus sibi vindicare posse ; aiioqui enim, cum in via S. Doctoris gratia immediate afficiat animam, ut proprium et immediatum subjectum, ibi etiam collocari debet Pœnitentia : non enim idem numero accidens potest esse in subjectis realit-r, et essentialiter diversis, cum ventas numerica formæ a subjecto, vel ab ordine ad illud accipienda sit, ut est perpetua doctrina Philosophi, et D. Thomæ.

ha:5- Unde obiter exclusa manet sententia Aliisiodorensis lib. 4, tract. 6, qu. 3 et -J. al.orum, quos supra refellimus, existimandum pœnitentiam recepi in omnibus viribus ammæ peccato subjectis. Cum enim senserint Pœnitentiam esse conditionem generalem omnium virtutum, et hæ non unam, sed plures potentias afficiant, nedum spirituales, sed etiam corporeas, consequenter docere tenmtur in omnibus illis debere esse Pœnitentiam. Hæc, inquam, sententia suppressa fuit hic a D. Thoma unicum, et singulare subjectum Pœnitenti® proprium designando, exclusis aliis, utputa intellectu, memoria, viribus apprehensivis, et appetiiivis infra voluntatem, in quibus omnibus constat esse virtutes morales.

ns. 3. Restat tamen circa primam conditionem duplex difficultas non omitti digna. Pnmæ occasionem dedit Alexander 4 p. q. 12, memb. 2, art. 3, | 2, ubi asseruit

virtutem Pœnitentiæ subjectari in libero arbitrio, non quatenus liberum arbitrium reipsa coincidit cum voluntate ; sed quatenus integratur ex illa et intellectu, quo pacto ex ratione, et deliberatione procedit ad electionem mediorum. Unde sumitur argumentum contra prædictam assertionem : quia Pœnitentia procedit cum judicio; judicium autem, cum sit munus judicis, et actus justitiæ, pertinet a<l intellectum, ut etiam docet D. Thomas 2, 2, q. 60, art. 1. Ergo cum pœnitentia sit species justitiæ, et cum judicio procedat, nequit non ad liberum arbitrium modo prædicto pertinere. Eo præsertim, quia 'juxta D. Thomam 2.2, q. 24, Charitas non subjectatur in libero arbitrio, sed in voluntate, vel ex eo solum quod liberum arbitrium est distincta potentia a voluntate; hæc enim teste Philosopho 3 Ethic, solius est finis ; sed liberum arbitrium est vis electiva mediorum, quapropter Charitas illam, et non istud respicit ut proprium subjectum. Cum ergo Pœnitentia non versetur circa finem ultimum immediate, quod est proprium Charitatis, sed circa media ; consequens esse videtur, non subjectari in voluntate, ut voluntas est, sed in libero arbitrio.

Hoc tamen argumentum non enervat Expto- aut conclusionem, aut ejus fundamentum, ut evidenter probat diffinitio supra dicta de justitia, cujus est pars potentialis Pœnitentia. Præterquam quod suppetit alia ratio satis efficax : quia cum virtus sit propter rectitudinem actus, ibi collocanda est, ubi rectitudo actus perficitur, et consummatur, ut est perspicuum ; Pœnitentia autem non respicit rectitudinem propriam intellectus, sed ea aliunce supposita, inclinat ad rectificandam voluntatem media conversione ad Deum, a quo erat aversa per peccatum; atque ideo non intellectum, sed voluntatem immediate afficere debet. Quo discursu probavit D. Angelicus 2, 2, q. 58, art 4 justitiam non esse tanquam in proprio, et immediato subjecto, nisi in voluntate, licet debeat supponere ex parte intellectus judicium, quo ea, et ejus actus debeant regulari.

Unde corruit objectum argumentum, quod nihil probat, ut constat ex doctrina D. Thomæ loco ibi citato, ubi explicans D· T,1°' mas. mas. qualiter judicium sit actus' voluntatis, et qualiter etiam rationis, inquit : *In omnibus tamen ad rectum judicium duo requiruntur, quorum unum est ipsa virtus proferens judicium, et sic judicium est actus*

Talionis\ dicere enim vel diffinire aliquid rationis est. Aliud autem est dispositio judicantis, cx qua idoneitatem habet ad recte judicandum: et sic in iis, quæ perlinent ad justitiam, judicium pracedil ex justitia, sicut in his, quæ pertinent ad fortitudinem, ex fortitudine. Sic ergo judicium est quidam aclus juslilix, sicut inclinantis ad recte judicandum, Prudentix aulem sicut judicium proferentis. Atque ideo ab hac virtute procedit eiicitive, ab illa vero applicative, seu imperative. Ex quo potius sequitur oppositum intentioni arguentis.

Wem. Nec etiam premit additamentum, ut constat ex eodem D. Thoma loco ibi citato art. 1 ad 3, ubi ait *quod liberum arbitrium non est alia potentia a voluntate, ut in* 1 *dictum est* (videlicet 1, p. quæst. 83, art 4). *Et tamen Charitas non est in voluntate secundum rationem liberi arbitrii, cujus aclus est eligere. Electio enim est eorum, qux sunt ad finem, voluntas autem est ipsius finis, ut dicitur in* 3 *Ethic. Dnde Charitas, cujus objectum est finis ultimus, magis debet dici esse in voluntate, quam in libero arbitrio.* Hoc tamen non obest, quominus tam Pœnitentia, quam plures aliæ virtutes absolute afficiant immediate voluntatem, ut hic intenditur; licet aliæ sint, quæ ipsam respiciunt sub ratione voluntatis attingentis finem, ut de Charitate statuit S. Doctor; reiiquæ vero aliæ inferiores, quibus incumbit mediorum e.ectio, non eam afficiant, nisi sub ratione liberi arbitrii. Et hoc quidem commune est omnibus aliis virtutibus moraibus; quocirca si objectio probaret, nulla alia præter Charitatem, et spem foret applicanda voluntati, quod est falsum, et improbabile.

Secnn dum quam rationem volunlas sitsubjecI'im pænitîntiæ. 4. Sed hinc insurgit secunda difficultas, quam ex citatis D. Bonaventura in 4, dist. 4, artic. 2, quæst. 1, ubi convenit cum D. Thoma in eo. quod Pœnitentia resideat in voluntate tanquam in subjecto proprio; dissentit vero in assignanda ratione formali, sub qua illi inhaereat : quia prædicta virtus non afficit appetitum rationalem. qua concupiscibilis est, sed ut eminenter habet munus irascibilis. Et ratio illius fuit : quia proprium munus Pœnitentiæ est infligere prenam pro culpis : sed infligere pœnam pro culpis pertinet ad irascibilem, non vero ad concupiscibilem : ergo ad illam, et non ad istam debet Pœnitentia reduci, atque ideo non in concupiscibili, sed in irascibili parte collocanda est. Probatur Minor, nam inflictio suppliciorum pro delictis est proprium justitiæ vindicativæ; sel justitia vindicauva est in volutitate prout irascibili, nec pertinere potest ad concupiscibilem, cujus est attingere delectabile secundum sensum, aut secundum se, quod longe abest a Pœnitentia, ut constates dictis initio hujus tractatus, ubi Pœnitentiam illam ab haereticis obtrusam, suavem, placidam, et minime laboriosam, explosimus ut inimicam Pœnitentiæ Christianæ : ergo Pœnitentia, quæ sit virtus non in voluntate ut concupiscibili, sed in ea, quæ est eminenter irascibilis, collocari debet.

Opinio D. Bonav. Verum enim vero hoc fundamentum sicut non probat Pœnitentiam esse proprie justitiam vindicativam, aut ejus speciem : ita non suadet intentum. Quia ad assignandum proprium subjectum formæ non tam debet attendi ad analogiam aliquam, secundum quam modus unius formie assimilatur alteri, quam ad entitatem specificam ipsius formæ, juxta quam propria) species, propriumque subjectum, penes quod individuatur, regulari debent. Licet autem Pœnitentia aliquo modo reduci valeat ad justitiam vindicativam, ut non negat D. Thomas, quin sæpe incidat, absolute tamen ab ea differt ; *nam in vindicative* (verba sunt ejus non semel allegata ex quæst. 9Û, art. 2) *justitia fit recompensatio secundum arbitrium judicis, noti secundum voluntatem offendentis, vel offensi', sed* tn *Pœnitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, el secundum arbitrium Dei, in quem peccatur.* Et inde elicit S. Doctor rationem differentiæ subjungens ; *quia hic non quærilur sola integratio æqualilatis justitiæ (sicut in justitia vindicaliva), sed magis reconciliatio amiciliæ : quod fit dum offendens récompensai secundum voluntatem ejus, quem offendit.* Unde ex eo quod vindicati'a justitia afficiat voluntatem, ut est eminenter irascibilis, non bene deducitur sub eadem ratione respici a Pœnitentia. Sed quia imponat dolorem, et tristitiam de peccato quæ sunt disconvenientia naturæ concupiscibili , dicendum, ac asserendum est afficere voluntatem sub ratione co neu pis-q. t » cibilis. zX-tque ita tenent ultra discipulos D. Thomæ Scotus in 4, dist. 14, quæst. 2, art. 4. Ricard, art. 3. Dionis, quæst. 2. Vasquez dub. I. Valentia punct. 2. vaï'jk !

feriar seaua-lia.

5. Secunda conclusio constat ex prima : nam si Pœnitentia sub ratione virtutis afficit voluntatem quatenus concupiscibi» *Pî*W lem yiirj.

leni eminenter; eadem ratione Pœnitentia sub conceptu passionis, quo i acto pertinet ad ordinem sensibilem, nequit non afficere immediate potentiam concupiscibilem, qua.* in hoc ordine magis contracto, et materiali distinguitur realiter a potentia irascibili, ut docent N. Complut, ad lib, de Anima disp. 22, quæst. 2. Quia tamen sub hac ratione, si reguletur per prudentiam, est aclus virtuosos, et valde honestus, et exsum, aut his contrariis; idcirco Pœnitentia prout passio non ad irascibilem, sed ad concupiscibilem ut ab ipsa Pœnitentia superiori motam debet pertinere. Non ergo ex mento D. Thomæ adstrui potest alia virtus Pœnitentiæ in parte sensitiva, quam quæ est in voluntate. Atque ita docent Nuno, Arauxo, Gonet, et alii quibus subscribit Vasquez.

plicuimus in annot. ad art. 1 hujus quæstionis, superest examinare difficultatem ibi leviter tactam, et in hunc locum remissam, quæ gravis est, et ex utraque parte non contemnendos patronos habet : An, videlicet, in parte sensitiva pro eliciendo hujusmodi actu concedendus sit specialis habitus, qui resideat in appetitu sensitivo, vel oriatur immediate a Pœnitentia existente in voluntate ?

|1 In qua difficultate cogimur ad tuendam decisionem loco citato indicatam ex doc- &-S- trina D, Thomæ in hoc articulo, ubi cum sibi opposuisset quartum argumentum ad probandum Pœnitentiam non posse immediate afficere solam voluntatem, sed esse etiam debere in appetitu sensitivo, sub hac forma ; *Nihil agit, ubi non est : sed Panilenlia excludit peccatum ab omnibus viribus animæ : ergo Panilenlia esi in qualibet vi animæ, et non in voluntate tantum*. Cum itaque ita arguisset, responsum fuit hujusmodi : *Ad quartum dicendum, quod voluntas, sicut in* 1 p. habitum est (quæst. 82, art. 4), *movet omnes alias potentias animæ. El ideo non est inconveniens, « Panilenlia in voluntate existons, aliquid* in *singulis potentiis animæ operetur.* Ubi, ut vides, comparat S. Doctor motionem voluntatis influxui Pœnitentiæ in partem sensitivam : sed ex motione voluntatis in vires inferiores nulla in illis consurgit virtus, sed tantummodo ex ratione superiori, ut explicuimus tract, de virt. disp. 1, dub. 1 et 2 ; ergo nec etiam ex influxu Pœnitentiæ in dolorem sensibilem pro peccato.

Expressius adhuc locutus fuit Angelicus Praeceptor in 4, dist. 14, quæst. 1, art. 3, quæst 4, docens Pœnitentiam sumptam pro passione esse in concupiscibili subjective, et non esse habitum, sed actualem motum doloris, ac tristitiæ circa peccata commissa. Et quia hoc pertinere debet ad illam partem sensitivam, quæ nata est moveri motibus gaudii, delectationis, et amoris circa delectabilia secundum sen-

Probatur etiam ratione : quia si daretur nt appetitu sensitivo illa virtus, deberet esse supernaturalis : hoc autem est falsum : ergo falsum etiam est dari in appetitu sensitivo veram virtutem Pœnitentiæ. Consequentia constat : Major probatur : nam illa virtus est supernaturalis, quæ moveri postulat a ratione supernatural!, et tendit in objectum formaliter supernaturale : sed Pœnitentia sumpta pro passione, ut sit actus virtuosus debet regulari per prudentiam supernaturalem, et moveri a Pœnitentia existente in voluntate, quæ est supernaturalis; absque hac enim motione, et regulatione non est actus virtutis, sed pura passio naturalis præveniens rationem : ergo necessarium foret, quod esset supernaturalis. Quod vero hoc sit falsum probatur : quia virtus supernaturalis infunditur a Deo immediate, quin ad ejus infusionem, aut augmentum effective concurrat principium creatum, sed tantum se habet dispositive, et ad summum meritorie : sed Pœnitentia ut est passio non infunditur a Deo, sed ex ipsa ratione naturali habet, quod consurgat ex malo perpetrato : et ut constituatur in mediocritate propria virtutis, quin declinet ad extrema, sufficit, quod reguletur per prudentiam, et efficiatur ab ipsa Pœnitentia partis superioris : ergo falsum est esse in appetitu sensitivo Pœnitentiam supernaturalem distinctam a Pœnitentia, quæ est in voluntate.

Ad hæc. Per actus supernaturales non acquiritur habitus supernaturalis, ut modo supponimus : nec etiam habitus naturalis : ergo neuter in præsenti admittendus est in parte sensitiva. Major constat; nam alias daretur virtus supernaturalis, quæ non esset infusa, sed nostris actibus acquisita, quod non debet amitti. Minor etiam liquet, quoniam habitus est ejusdem ordinis cum actibus, ex quibus generatur, ut patet inductione, el in idem objectum formale habitualiter tendit, in quo actualiter coliimant actus ; sed implicat habitum naturalem tendere in idem objectum formale, aut ejusdem ordinis esse, cum actibus super-

nonest fvirlos^ p tiæ. Nugiius.

vasquez. Fonda-

naturalibus : ergo implicat habitum naturalem acquiri posse per actus supernaturales. Nulla ergo ratione asserendum est dari Pœnitentiam, quæ sit virtus in appetitu sensitivo.

Aliud noüvam

Præterea suadetur : quia non sunt multiphcandæ entitates absque necessitate : sed ut Pœnitentia appetitus sensitivi sit actus virtuo.-us, et rectæ rationi consonus, sufficit motio prudentiæ, et influxus Pœnitentiæ residentis in voluntate : non ergo est necessarius habitus alius virtutis specialis pro illo actu. Cætera constant præter Minorem, quæ facile probatur : quia magis distat Confessio externa fidei a fide existente in intellectu, quam passio appetitus sensitivi a voiuntate, ut est per se notum : sed ad assensum, seu Confe?sionem externam fidei non requiritur aliqua virtus a fide diversa, sed hæc sola cum prudentia, et applicatione voluntatis sufficit: quocirca docent Theologi Confessionem externam esse actum proprium, et immediatum fidei : ergo eadem prorsus ratione, imo et a fortiori, idem dicendum est de Pœnitentia ut est passio. Nec hic apparet ex al.quo capite di;ficultas aliqua, quæ non etiam militet, et solvenda sit in Confessione externa respectu virtutis fidei, ut rem consideranti constabit. Et idem fit argumentum de Pœnitentia externa, ad quam sufficit voluntas interna Pœnitentiæ, quantumvis appetitus sensitivus reclamet, et resistat. Præterquam quod dolor sensibilis, 'pro quo eliciendo requirunt illi Authores specialem habitum corporeum, nec est necessarius ad veram Pœnitentiam, nec semper eam comitatur, nec demum cadit sub præcepto, ita ut obligetur homo ad eum semper habendum ; alias peccaret, qui non semper sensibiliter doleret : non ergo pro eo eliciendo assignandus est habitus specialis, diversus a Pœnitentia partis superioris.

Aliorum Oiund°a-meotum.

β. Contrariam sententiam constituentem in parte sensitiva habitum specialem, pro regenda, et moderanda passione doloris, aut tristitiae ex peccatis commissis, tenent

Soto. nus?* Suarez. aentli‘

goto ad illam distinctionem 14, quæst. 2, art· 4. Paludan. ibidem qu. 2. Suarez disp. 7(sect. 1. Valentia punct. 2. Quorum præcipuum fundamentum revocatur ad hoc, quod dolor de peccato, qui est in appetitu sensitivo est actus virtuosus, et laude dignus, quocirca satis frequenter commendantur in Scriptura lacrymæ pro peccatis effusæ, utpote signum, et effectus doloris : sed dolor hujusmodi nequit elici a Pœnitentia, quæ residet in voluntate : ergo necessario concedenda est alia specialis virtus Pœnitenliæ, quæ sit et deserviat in appetitu sensitivo ad eliciendum prædictum dolorem. Major, et Consequentia non indigent probatione. Minor vero, in qua est difficultas, multipliciter probari potest, tum quia sicut una potentia nequit actum alterius potentiie elicere; ita et pari ratione, nec virtus unius potentiæ ad actum alterius se exten iere valet. Tum etiam, quia ultra difficultatem, quæ est in voluntate, est etiam in appetitu sensilivo specialis alia difficultas : multiplicari autem virtutes ad multiplicationem ditficultatum, perspicuum est, quia quælibet virtus destinatur ad propriam, et non alienam superandam difficultatem; alioqui enim unica sola virtute pro omnibus evincendis constituta, cunctæ a'iæ superfluerent. Tum etiam, quia ob assignatas rationes ultra liberalitatem residentem in voluntate, agnoscunt Theoloui aliam distinctam, quæ sibi vindicat appetitum sensitivum ut proprium subjectum, estque essentialiter a prima diversa.

Hoc tamen fundamentum non sufficit ad- evertendam doctrinam traditam, ut constat ex alia doctrina D. Thomæ 1, 2. quæst. 56, art. 2, ubi docet aliquam virtutem posse esse dupliciter in duplici potentia, vel æqualiter, et ex æquo, quo pacto id est impossibile tum ob diver.-itatem subjectorum, in quibus id* m numero accidens nequit reperiri, tum ob diversitatem objectorum : quoniam diversitas potentiarum sumitur ex universaliori ratione objectorum, et ideo in diversis potentiis non possunt esse habitus ejusdem raiionis; siquidem objectum cujus ibet habitus continetur sub objecto ipsius potentiæ; atque ideo impossibile est diversis potentiis reperiri eosdem virtutum, aut scientiarum habitus. Et hoc modo planum est Pœnitentiam residentem in voluntate non posse reperiri immediate in appetitu sensitivo, imo nec etiam in intellectu nequit eo pacto afficere voluntatem, aut aliam potentiam. Alio modo (inquit D. Thomas) potest esse aliquid in duobus, vel pluribus, non ex æquo, sed ordine quodam : et sic una virtus pertinere potest ad plures potentias, ita quod in una sit principaliter, et se extendat ad alias per modum diffusionis, vel per modum dispositionis, secundum quod una potentia movetur ab

* alia,

alia, ot sectr dum quoi una potentia accipit ab aüa. Qualiter virtus intellectus est n voluntate, et hujus efficacia reperiiur in intellectu, et utriusque influxus participator in viribus inferioribus, et pervenit usque ad ipsa membra externa. De quo plura diximus tract, de Virt. disp. 2, dub. 1, quæ omnino videri debent, utpote prorsus necessaria ad plures difficultates extricandas, et veritatem e tenebris eruendam,

iw®· 7. Porro ex ista doctrina nullo negotio di.-pellitur argumentum, quod aliquam præ-«it se ferebat obscuritatem. Nam concessa Majori, neganda est Minor. Et ad primam probationem dicas, quod licet una potentia nequeat esse formaliter, et inhæsive in alia, nec consequenter proxime, et immediate actum alterius elicere, et eadem ratio est de actibus ; nihilominus tamen quam optime queit una potentia medio proprio actu movere, et applicare potentiam inferior m, ut eliciat proprium actum ut subordinatum potentiæ superiori moventi. Et hoc modo directio rationis invenitur in omni, et quolibet actu virtutis, sive spiritualis, sive corporeæ, et efficacia voluntatis se diffundit nedum ad intellectum, sed etiam ad omnes vire inferiores. Et eadem ratio est de virtute Pœnitentiæ respectu doloris sensibilis,quin obici sit immanentia actuum voluntatis, ut aliqui causari videntur; quia sunt virlualiter, et quoad efficaciam transeuntes in alias potentias, quoad hoc inferiores, et juvat communis radix ejusdem animæ, cui deservire natæ sunt omnes vires,- ad quod quidem se invicem fovere debent, et mutuo juvare, prout necessitas postulaverit. Quare licet Pœnitentia non valeat immediate producere dolorem sensibilem absque interventione appetitus sensibilis; et in hoc sensu dolor sensibilis immediate procedat a parte concupiscibili; attamen ipsemet dolor sensibilis in ratione virtuosi non aliam immediatiorem causam habet, quam Pœnitentiam residentem in voluntate, pot^stque, et dici debet ad hunc sensum actus elicitus illius, ad eum sane modum, quo oratio, quæ est in intellectu dicitur a D. Thoma actus elicitus virtutis Religionis residentis in voluntate, eo quod tota rectitudo orationis provenit a prædicta virtute, et eam non habet ab intellectu, msi ut suboidinata illius influxui, ut expendimus loco nuper citato ex tract, de Virt. § 2, art. 8.

Ex quo non debet inferri aut potentiam, aut virtutem aiquam proprie elicere actum alterius potentiæ, vel virtutis, ut aliqui perperam deduci existimant : bene vero quod una potentia, aut virtus perficit suo influxu, ac rectificat actus alterius potentiæ, vel virtutis. Quod verissimum est, atque ideo actus in ratione perfecti, et rectificati immediate dependet a potentia movente, et perficiente; et in hoc sensu est actus proprius potentiæ superioris ; et in nostro casu dolor sensibilis ut regulatus, et virtuosus procedit a Pœnitentia, non excluso influxu Prudentiæ, quem quilibet actus virtutis debet supponere, ut proximam regulam suæ rectitudinis.

Ad secundam probationem Minoris dicimus virtutem non debere constitui, nisi in illa potentia, in qua omnino consummatur, ac perficitur actus talis virtutis : dolor autem sensibilis non perficit, nec consummat pœnitentiæ perfectionem, licet quandoque eam supponat, et ab ea procedat. Quod explicare possumus verbis D. Thomæ I, 2, quæst. 59, art. 5, quæ sic D-Thom. se habent : *Virtutes vero morales, quæ non sunt circa passiones, sed circa operationes* 'de quorum numero est Pœnitentia) *possunt esse sine passionibus, et hujusmodi virtus est justitia, quia per eam applicatur voluntas ad proprium actum, qui non esi passio, sed tamen ad actum justitiæ sequitur gaudium, ad minus in voluntate, quod non est passio : ct si hoc gaudium multiplicetur ad perfectionem, fiet gaudii redundantia usque ad appetitum sensitivum secundum quod vires inferiores sequuntur motum superiorum, ul supra dictum est. Et sic per redundantiam hujusmodi, quanto magis fuerit perfectior, lanio magis passionem causal.* Sicut ergo gaudium redundans a parte superiori justitiæ in inferiorem, nec importat difficultatem, nec postulat virtutem distinctam ab ipsa justitia, sed consequitur magis, vel minus, per se loquendo, juxta majorem, vel minorem perfectionem præ· dictæ virtutis : haud dissimiliter dolor sensibilis per se loquendo sequitur ad dolorem seu actum superioris Pœnitentiæ, née postulat aliam virtutem, sed oritur ex qua lam redundantia partis superioris in inferiorem. Cum enim Pœnitentia sit justitia hominis ad Deum, non versatur circa passiones, nec eas moderari in.endit, sed tantummodo reddere Deum placatum, et quo intensior fuerit hic motus in Deum contra peccatum, eo ciet dolorem per se loquendo

magis sensibilem. Quam applicationem haud obscure tradidit D. Thomas quæst. præcedenti. art. 9 ad 3, dicens : *Tristitia autem, qux in appetitu sensitivo pœnitenlis consequitur ex displicentia voluntatis, passio quædam esi, unde moderanda est, unde est secundum virtutem* (utique ipsius Pœnitentiæ, ad quam consequitur) *el ejus superfluitas est vitiosa, quia inducit in desperationem.* Unde falsum est illam difficultatem, si quæ forte est, quod non concedimus, non posse vinci a virtute superiori efficaciter detestantepeccata; ex qua dolor in inferiorem appetitum diffunditur, ut appetitus durities emolliatur. Quod si non emolliri contingat non eo desinet perfecta Pœnitentia.

Idem,

Ad tertiam probationem concedimus duplicem liberalitatem, quarum altera sit in appetitu rationali, et altera reperiatur in appetitu sensitivo, imo et duplicem etiam misericordiam juxta doctrinam D. Thomæ 2, 2, q. 30, art. 3 et duplicem rursus magnificentiam, de quibus tract, de Virtutibus disp. 2, dub. 3, § 3, n. 55, sed negamus Consequentiam. Ratio discriminis est ibi tradita ex diversitate objectorum : nam liberalitas, et magnificentia, quæ sunt in appetitu sensitivo, sunt partes temperanti®, et fortitudinis, versanturque immediate, et directe in moderandis passionibus circa sumptus, et pecunias, ut non plus homo appetat, aut timeat amittere, quam oporteat. At vero quæ ponuntur in voluntate sunt partes justitiæ, et in alterum tendunt, in cujus utilitatem expendi oportet facultates, dum ratio postulat, et prudentia dictat : et eadem ratio proportionabiliter est de misericordia. Cæterum in nostro casu nec est diversum objectum formale, ut liquet, nec Pœnitentia est virtus, quæ directe, et immediate intendat moderationem passionis tristitiae, vel solum placare Deum media contritione, ex qua consequitur in appetitu sensitivo dolor, sicut ex justitia gaudium, ut constat ex dictis, et ideo non est simile. Videatur Arauxo dub. 2 ad hunc articulum.

Attinqüædam difllcuitsmfâivel·?

An jn pa'niitfn-tia.

8. Ad tertiam assertionis elucidationem longiorem possemus texere disputationem, si quæ illam concernunt, majori ex parte ηθη fuissent discussa, et determinata locis statim allegandis hujus nostri cursus. Quapropter breviter difficultati obnoxia expedienda sunt. Et quidem an in Christo Domino fuerit, aut esse potuerit Pœnitentia? constat ex tract, de Gratia Christi disp. 14, duh. 2, ubi hanc difficultatem late versavimus, et negativam sententiam contra Suarez, et alios Recentiores, qua potuimus efficacia stabilire conati sumus. Nec modo occurrit specialis difficultas, cui ex ibi dictis facile non possit occurri; quin imo præsens assertio est illius decisionis valida confirmatio ; nam verum vero consonat. Et si in aliis, certe, in hoc maxime commendabilis enitet doctrina Præceptoris Angelici, semper una, semper eadem, hn» numquam altera, nec a se ipsa discissa. ABiώ$· Eadem promptitudine nos extricabimus ab eadem difficultate, quæ circa Angelos excitari posset, quorum aliquos .de fide est aliquando peccasse, unde consequitur in statu viæ omnes propriæ naturæ relictos esse peccabiles contra finem supernaturalem, ut suo loco explicuimus. Unde quod cuncti non fuerint lapsi, gratiæ deferendum est. Quo supposito, emergit difficultas, an saltem in Angelis sanctis modo sit Pœnitentia saltem ad ornatum, ut esse in animabus Deum videntibus docent communiter Theologi.

Hæc tamen disputatio extincta manet ex dictis tract, de Angelis disp. 13, ubi pro immediata radice obstinationis malorum Angelorum assignavimus cum D. Thoma inflexibilitatem liberi arbritii eorumdem , vi cujus redduntur impotentes converti ab eo, quod semel vel bene, vel prave apud se statuerunt, et elegerunt; quocirca vel obstinati in malo, vel confirmati in bono necessario, supposita determinatione ad ultimum finem, permanserunt : et ideo semel deficiens Angelus nequit resipiscere, sicut nec deficere, qui semel ad Deum conversus fuit. Voluntas autem, in qua sola esse potest Pœnitentia, debet esse vertibilis de mala in bonam per emendationem, ut hic statuit D. Thomas, et e converso, atque ideo non fuit in Angelis sive bonis, sive malis, nec esse potuit, virtus Pœnitentiæ. Sed audiamus Doctorem Angelicum in 4 , dist. 14 , quæst. 1, art. 3, quæstiunc. 4, in cor- DTeia pore : .-Ilio *modo accipitur secundum quod est virtus : el hoc modo detestari malum commissum cum emendationis proposito, et intentione expiandi, vel Deum placandi de offensa commissa, est actus ejus. Detestatio autem mali competit alicui, secundum quod habet ordinem naturalem ad bonum. Et quia in nulla creatura talis ordinatio totaliter tollitur, ideo etiam in damnatis lalis detestatio manet, et per consequens pernitentia passio,*

Eis tamen refragantur nobilissimi Theologi, Paludan. in 4, dist. 14, quæst. 4. Palacios ibidem quæst. 6, Soto, Suarez, Valencia, Pesantins, Henriquez, Arauxo, elnovissime Gonet, quibus prælusit D. Thomas, licet non ex professo quæstionem excitaverit. Ratio autem, qua probat S. Doctor hanc virtutum fuisse in Adamo in statu innocentiæ, pariter evincit non debere excludi a B. Virgine, ut eam subjiciendo constabit: *Quia subtractio materiæ* (inquit Angelicus Doctor) *quam transitus. Ideo habitus*

ARTICULUS IV.

possio, vel similis ei, ul dicitur Sap. 5. In Ira se gementes, et pœnilenliam agentes. El hæ quidem pœnitentiam non sit habuerunt, sed passio, vel Qactus, nullo modo in hoc vita Angelis esse potest, in quibus peccata commissa non præcesserunt. Sed in malis Angelis esi, incum sit eadem ide ipsis, ldbide materia, sit. ideo, habitus animabus damnatorum : quia secundum Damascenum, quod csl homini mors, hoc est angelis casus. Sed peccatum angeli est irremissibile, ul in 2 lib. dictum est. El quia ptccalumul remissibile, el expiabile esi propria materia istius virlulis, quæ Pœnitentia dicitur: ideo cum materia non possil eis competere, non adest eis potentia exeundi in actum ; el ideo nec habitus eis convenit : et ideo angeli susceptivi Pœnitentiæ virlulis esse non possunt. In quibus verbis et sententiam, et ejus fundamentalem rationem tradidit S. Doctor: nam ubi ab intrinseco, et absolute repugnat materia circa quam, vel objectum virtutis, repugnat et ipsa virtus, ut videtur perspicuum, quidquid alii ad veritatem nebulis obducendam in contrarium obtrudere velint: sed materia circa quam, seu objectum virtutis Pœnitentiæ est peccatum ut emendabile media contridone : ergo ubi hoc repugnaverit, qualiter ostensam est repugnare angelis, necessario asserendum est, et esse omnino repugnantem virtutem Pœnitentiæ.

9. Quare solum superest examinandum ; an idem dicendum sitde beatissima Virgine, quam immunem fuisse ab omni peccato, eiiam veniali, definitum est in Tridentino jf-- se??. G, can. 23. In quo dissentiunt Authores, nam Almain. in 4, dist. 14, quæst. 2. Gabriel ibidem quæst. 1, quibus ^adhæslt Vasquez, et ex Thomlstis Nuno, ** excludere conantur a IL Virgine virtutem Pœnitentiæ, eo quod nec peccaverit aliquando, nec etiam peccare potuerit saltem juxta regulas præsentis providentiae.

alicujus virlulis competit alicui, cui non suppetit materia. Et dederat rationem, quia habitus est medium inter poœntiain, et actum, et remoto priori removetur posterius, id est, ablata potentia, e medio tollitur habitus, qui est determinatio, et facilitas potentiae; sed non e converso, quia non stante actu in sensu statim explicando ab ipsomet D. Thoma, permanet habitus, *propter hoc, quod suppetere potesl, el ita in actum exire. Sicut pauper homo potesl habere habilum magnificenliæ, sed non actum, quia non habet magnitudinem divitiarum, quæ sunt materia magnificenliæ sed potesl habere. El ideo cum innocentes in stalu innocenlix non habeant peccala commissa, quæ sunt materia Pœnitentiæ, sed possunt habere; actus Pœnitentiæ in eis esse non potest, sed habitus potest, et hoc si graliam habeant, cum qua omnes virtutes infunduntur.* In quibus ultimis verbis manifeste ostendit D. Thomas se loqui de innocentibus gratiæ præditis, in quibus eo ipso, quod sit gratia, oportet et esse Pœnitentiam ejus comitem, nisi aliunde non oriatur repugnantia. Hanc vero non fuisse in B. Virgine vel ex eo liquet, quod non fuerit ab intrinseco impeccabilis, licet de facto numquam fuerit aliqua peccati alicujus macula coinquinata. Virtus autem non excluditur ex defectu utcumque objecti, seu materiæ, ut ostendit exemplum pauperis adducti a D. Thoma; sed ex impossibilitate intrinseca, qualis fuit in Christo, sed abfuit Beatissimæ Virgini, utpote quæ nec ratione sui status puræ viatoris, nec ex aliquo sibi intrinseco fuit impeccabilis, saltem venialiter; sed partim ab intrinseco, et partim ab extrinseco, ex divina providentia forinsecus præservante ita confirmata fuit in gratia, ut nunquam vel levissimam ejus maculam incurrerit, ut alibi fusius ostendimus, tractatu scilicet de Gratia, agentes de ejus necessitate ad vitanda venialia. Quare in via D. Thomæ huic secundae affirmativæ sententiæ, postposita prima, standum esse censemus, quin per hoc aliquid derogetur summæ sanctitati, et ineffabili Beatissimæ Virginis dignitati, cui similis in pura creatura alia non detur.

10. Porro ex præ.licto discursu D. Thomæ haud obscure colligitur, ad asserendam, vel negandam hujusmodi virtutem (idem dicito de aliis) non tam attendi debere ad statum præsentem, quam ad quahtatem subjecti, an habeat, vel non habeat, præs- in

cindendo ab statu præsenti potestatem ex praedicatis intrinsecis ad actum virtutis, vel aliquando habuerit, dummodo alias specialem non importet repugnantiam, qu® oriatur ex effectibus formalibus prædicatorura, vel ex diversitate objectorum inter se incompossibilium, ut de fide cum clara visione, de spe cum possessione suis locis cum ipso D. Thoma statuimus.

Unde fit primo, quod licet Beati sint ab intrinseco impeccabiles ratione status beatifici, non ideo in illo statu eis denegamus Pœnitentiam : *quicumque enim* inquit D. Thomas quæstiunc. i la citata) *habet habitum Panitentiæ in hac vita, habebit in futura,* licet non habere ibi posset proprium actum, ut palet in potentiis partis vegetativte post resurrectionem quæ omni actu carebunt; sed qua sunt proprietates animæ, non secus ac virtutes infusæ proprietates gratiæ, id irco pro ejus ornatu permanebunt in patria. Re tamen vera specialem actum, proprium illius status Pœnitentiæ designavit subjungens : *Sed non habebit eundem actum, quem nunc habel, sed alium, scilicet gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccala.*

An in suto innocentiae

Fit secundo, Pœnitentiam non ablegandam ab statu innocentiæ,sed potius in illo asserendam. Quod est contra Vazquez, sed affirmant plerique alii, et quod magis refert, D. Thomas 1 p. quæst. 95, art. 3, ubi eam primis parentibus in illo felicissimo justitiæ originalis statu diserte concedit; cæteris vero innocentibus, ubi nuper, eo quod quamvis innocentes non commiserint peccatum ; in aliquo tamen statu eis naturali illud committere potuerunt ; et ideo illis habitum Pœnitentiæ habere competit. *Sed tamen habitus iste* (inquit D. Thomas) *numquam in- actum exire potest, nisi forte respectu venialium peccatorum, quia peccala mortalia tollunt ipsum. Nec tamen est frustra, quia esi perfeclio potentiæ naturalis.* Ex quo non inferas esse de mente D. Thomæ posse in statu innocentiæ committi peccatum veniale, absque eo quod prius perpetretur uiortale. Hæc enim illatio non est de mente D. Thomæ, nec rationi conformis, ut constat ex ipso S. Doctore 4, 2, quæst. 89, art. 3, ubi oppositum docet, nec non quæst. 7, de Malo, ubi eandem sententiam elucidat, et validissime firmat, ex quo loco aliqua delibavimus tom. 4, de Peccatis in commentario ad prædictum articulum 3 in quo hanc veritatem cum S. Doctore enucleavimus.

Resolutio ei D.Thom.

Et quidem in præsenti, ut vides, non id absolute determinat; sed sub adverbio *Forle* quod ultimam, el decretoriam sententiam non importat, procedit admittendo alienam sententiam; quia non omnia ubique, et in quolibet loco sunt impugnanda, nec rejicienda; sed aliquando aliorum sensus oportet permittere ad rem magis independents a propria sententia, circa aha expediendam, quomodo se gessit D. Thomas. Quod enim peccatum mortale dissoveret statum innocentiæ erat, et est omino certum. An vero peccata venialia pateretur ille status ante peccatum mortale? erat dubium apud piures, licet perspectum haberet S. Doctor; et ideo maluit aliorum sententiæ sub illa dubitatione se accommodare, quam propriæ insistere, et ex professo ventilare.

ARTICULUS V.

Virum principium Panitentiæ sit ex timore.

Ad quintam sic proceditur. Videtur quod principium pœnitentiæ non sit ex timore. Pœnitentia enim iucipit in displicentia peccatorum. Sed hoc perlinet ad charitalem : ut supra dictum est. Ergo pœniientia magis oritur ex amore» quam ex umore.

Præterea, ad Pœnitentiam homines provocantur per expectaiiunem regni cœlestis : secundam illud Matth. 3 et 4: Pœnitentiam agite» appropinquabit enim regnum tœiorum. Sed regnum cœlorum est objectum spei. Ergo pœniientia magis procedit ex spe» qudm ex umore.

Præterea. Timor est quidam actus interior hominis. Pœnitentia autem non videtur in uobis e»se ex opere hominis, sed ex opere Dei : secundum illud Hier. 3i: Postquam convertisti me, egi pœnitentiam. Ergo poenitentia non procedit ex timore.

Sed contra est, quod ha. 26 dicitur, sicut quæ concepit. cum appropinquaverit ad partum dulens c amat in doloribus suis, sic facti sumus, scilicet per pœniteulûm. Et postea subdicitur secundum aliam meram. A timore tuo, Domine, concepimus, et quas» parturivimus et peperimus spiritum salutis, id est pœnilmtiæ salutaris: ut per pnemissa patet. Ergo pœniteutia procedit ex timore.

Respondeo dic ndum, quod de pœnitentia loqui possumus dupliciter. Uno modo quantum ad habitum. Et sic immediate a D o infunditur sine nobis principaliter operaulibas : non tamen sine nobis dispositive cooperanlibus per aliquos actus. Alio modo possumus loqui de pernitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti m pœuifcntia cooper-o ur. Quorum actuum primum principium e?i Dei operatio comertentis cor ; secundum illad Tbren.uitu Converte nos Domine ad te, et convertemur. Secundum actus est motu» fidei. Tertius esi motus timoris servili-, quo quis timore suppliciorum a precatis retrahitur Quartas actas est motu* spei, q.io quis sub spe veniæ consequendae assumit propositum emendandi Quintas actas est motus c aritati ·, quo alicui peccatum, displicet secundum se ipsum, et non jam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris ffhal s, quo propter reverentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert.

Sicut igitur palet, quod actu» pœnitentiæ a timore servili prcedrt sicut a piimo motu affectus ad hoc ordinato : a timore autem filiali sicut ab immediato el proximo principio.

Ad primum ergo dicendum, quod peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) tam propter supplicia, quæ respicit limor servilis, quam propter Dei offensam vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad duritatem.

Ad secandum dicendum, quod in regno cœlorum appropinquante intelligitur adventus Regis, non solum praemiantis.

nhnti»·, sed etiam punientis : Undo et Matth. 3 Joannes Bipthta dlfebal, Progenies Vipjrarum, quis demonstrabit robi' surgero a ventura ira?

Ad t-rli un dicendum, quod ipso etiam motus tl noru procedit ex actu Dei convertentis cor. Unde dicitur peut. 5 ; Quis det eos talem habere mentem, ut timeant tae ? Et ideo per hoc quod pœnitentia a timore procedit, joa excluditur quin procedat ex actu Dei convertentis wr

Prima Conclusio : Pœnitentia quoad habitum solum Deum habet pro principio, et actus pœnitentis dispositive dumtaxat ad ejus infusionem concurrunt.

Secunda Assertio : Ad actualem Pœnitentiam prior est actio Dei convertentis cor, ad eam sequitur motus fidei, deinde succedit actus timoris servilis, postea motus Spei, deinceps actus charitatis. unde oritur actus timoris filialis, ac tandem actus Pœnitentiæ.

Tertia Conclusio : Actus Pœnitentiæ procedit ab utroque timore ; a servili, remote ; *a* filiali vero, proxime.

1. Doctrina hujus articuli, quæ supra de supernaturalitate Pœnitentiæ sive habitualis, sive actualis, constituta sunt, illustra, et confirmat, ut consideranti constabit. Admodum etiam deservit, ut monstretur necessitas auxilii supernaturalis Dei, quo humanum cor de sua perversitate, ut olim dicebat Augustinus, in bonum convertatur juxta illud : *Faciam, ul in præceptis meis ambuletis ; sine me nihil potestis facere : omnia opera nostra operatus est in nobis Dominus,* et alia innumera sacræ paginæ testimonia, in quibus clarissime ostenditur, nihil boni esse ex nobis, quin prius a Deo non descendat, tanquam a prima, subindeque omnino priori causa omnis boni creati. Quod non solum tenet in donis per modum habitus, quæ proprie dicuntur infundi; sed etiam, et maxime in actuali operatione virtutis, quo enim næc est actualior illa, eo actualiorem gratiam importat, a qua, et sub qua fieri deb.-t; quia sicut bene agere est melius, et Deo gratius, quam posse bene agere, quod est commune bonis, et malis, cum tamen illud primum sit bonorum tantummodo, quia nemo ut malus bene operatur : ita gratia bene agendi est melior, et major, quamque solum deservit ad posse bene agere. Quamobrem sicut aos-que controversia antefertur, et præcedit prioritaie saltem naturæ voluntas efficax Dei, qua infundit nedum gratiam sed etiam virtutes, haud dissimiliter antecedere debet eadem voluntas efficax, qua convertatur actualiter creatura in Deum, idque vehementer extorquet testimonium a D. Thoma allegatum ex Thren. ult. *Converte nos Domine ad te, et convertemur.*

Unde agnoscitur quam longe a veritate abeant, qui concedentes catholice primum, mordicus refragrantur secundo. Cum tamen Angelicus Doctor utrumque in hoc articulo indivulse statuerit, et supposuerit (ut observat Nuno in ejus expositione) et merito. Nam detrahere a Deo primatum in operando, et convertendo actualiter creaturam media causalitate, et influxu absolute priori ad conversionem ejusdem creaturæ, est derogare influxui primæ causæ, cujus eflectus est non solum operatio supernaturalis, sed et maxime ipsam creaturam agere, et elicere supernaturalem operationem. Unde prius debet esse prioritate saltem a quo, Deum creaturam convertere, quam quod creatura convertatur, ideoque enixe postulat : *Converte nos Domine, el convertemur,* quia prius est a Deo conversio nostra, quam a nobis ipsis; alioqui enim actualior gratia subtraheretur Deo, ut deferretur creaturæ; vel non esset ratio, cur prius deferenda esset Deo, quam creaturæ; si quidem in hoc quod est se convertere actu non splendent primatus, aut prioritas actualis inter conversionem prout a creatura, et prout a Deo : nec esset ratio quare magis gloriaretur de conversione in Deo, quam in se ipso, contra ihud Apostoli 2, Corinth. 10 : *Qui gloriatur, in Domino glorielur.* Sed de hoc uberius tract, de gratia sufficienti, et efficaci : modo indicasse sufficiat, ut observet lector doctrinam hujus articuli non solum pro hac materia, sed etiam pro aliis : semper enim hic ordo servatur in qualibet bona operatione nostra, nec invertitur, aut inverti potest a Deo : quia sicut est prior in infundendo auxilia sufficientia absque cooperatione nostra, licet eam postulet per modum dispositionis, ita etiam est prior medio auxilio efficaci suæ gratiæ in ipsamet operatione, vi cujus ipsummet agere creaturæ est eflectus Deus, non minus, quam actio. Et quia actio est effectus Dei, ut catholice nequit negari, i leo supponere nefiet concursum divinum re ipsa exhibitum et non tantum modo præparatum. Unde fit consequens legitimum, quod etiam agere creaturam, ut ita dicamus, suammet actionem, debeat supponere præstitum eundem influxum ex parte Dei, a quo tam effectus, quam causa ut actu causans dependent. Et ideo non sat est actionem producere, sed insuper est necessarium causam movere ad actionem,

2. Est tamen difficultas propria hujus

2±ίη· qui ad concur- root,

materiæ circa secandam assertionem : An omnes predicti actus annumerati a D. Thoma sint semper necessarii. Et ordinem præstitutum servare debeant, quoties homo extra Sacramentum justificatur ? In quo est duplex interrogatio, prima de necessitate, secunda de illorum ordine. Et ab hoc secundo incipiendo satis perspicua est doctrina D. Thomæ, confirmata, et veluti approbata in Concilio Tridentino sess. 6,. cap. 5 et 6, in quibus agitur de dispositionibus ad justificationem, et de modo praeparationis ad illam, et præscribitur idem ordo, ut constabit legenti. De quo egimus tract, de Justificat, disp. 3, dub. 5, § 4 per totum, quo mittimus lectorem, ne actam agere videamus. Circa primam difficultatem supponi debet justificationem posse sumi dupliciter vel pro tota serie actuum, et auxiliorum a primo omnium, usque ad remissionem peccati, in qua sistit totus processus illius, ob idque appellatur a D. Thoma remissio peccati finis justificationis, de quo etiam egimus disputatione immediate citata dub. 1 præcipue, § 3. Vel accipitur pro ipsa infusione gratiæ sanctificantis, et mutationibus illi adjunctis de non esse justum ad esse justum, et de esse peccati ad non esse peccati. Quas fieri in instanti, et non in tempore statuimus cum D. Thoma ibidem disp. 4, dub. 2. Cum tamen in prima acceptione tempus defluere ut in plurimum contingat.

Qui actus coocurrant.

Quo supposito respondemus breviter, per se loquendo ad justificationem primo modo sumptam omnes illos actus concurrere, sive antecedenter, ut constat ex iis, quæ diximus dub. 1 disputationis tertiæ g 2, de actu fidei, sive paulo ante, sive in ipsa justificatione. Cum enim justificatio sub prædicta consideratione ambiat omnes actus, et auxilia a prima vocatione usque ad ultimum ejus terminum, quo pacto fit successive, et de imperfecto ad perfectum progrediendo ; difficile est eximere hominem ab elicientia prædictorum actuum, quibus paulatim emollitur cor, et pedetentim disponitur ad procurandam animæ salutem : atque ideo per se loquendo semper tempore antecedunt aliqui illorum actus, et aliqui comitantur totam justificationis seriem.

3. Loquendo vero de ipsa justificatione instantanea, seu quoad essentiam, non omnes ilii actus existunt formaliter in eo momento infusionis gratiæ, ut statuimus § 4, illius primi dubii. Ubi etiam explicui-

mus, quinam actus sint indispensabiliter necessarii ad justificationem ; quinam vero ut in plurimum, et quinam raro deficiant, sed desiderari queant. Porro, quia ad obtinendam gratiam justificationis ordinem dispositionum physicarum, vel moralium, ad illam, Deum diligere super omnia, petere gratiam, Quod post Theologos ibi allegatos, docuit etiam Nuno in comment, hujus artic. Nec etiam est necessarium, ut homo ita physice disponat se, et præparet remote ad gratiam, quod etiam recent Vega, Arauxo, Gregorius Martinez, Gonet, et alii plures. Quin imo de ipso actu formali, et expresso Pœnitentiæ negavimus cum his, et aliis Theologis ibi allegatis, ut potest contingere ignoranti invincibiliter se esse in peccato, qui nihil minus curare tenetur, quam de actu contritionis, se toto conata fertur in amorem Dei ex fide cogniti, quem si elicuerit, ut esse possibile non potest negari, supposita ignorantia peccati, gratiam abs dubio, qua justificetur, obtinebit.

foetiores actus virtutum moralium, et sic gradatim pervenire ad se proxime disponendum mediis actibus charitatis, et contritionis, quibus tantummodo negamus rationem dispositionis moralis, utpote qui physico a gratia procedunt, et ab ea nequeunt separari adhuc de potentia absoluta, ut ibi dicta disp. 3, dub. 3 et 4, fuse probavimus autboritatibus, et Theologicis rationibus.

Circa tertiam assertionem nihil adnotandum occurrit; supposita doctrina supra tradita contra Contempson, qui ex hoc loco motus asseruit actum virtutis Pœnitentiæ a timore Gliali procedere ut a sui immediato principio, subindeque non esse distinctionem timoris a Pœnitentiæ virtute. Quod esse falsum, et contra D. Thomam ostendimus dub. 2 hujus disp. § 4.

ARTICULUS VI.

Utrum Pctniienlia sil prima virtutum ?

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod pœnitentia sil prima virtutum. Quia super illud Matin. 3 : Pœnitentiam agile, dicit gloss. Prima virtus est, per pœnitentiam punire veterem hominem, et vilia odisse.

Prælerca, Recedere a termino, prius esse videtur, quam arcedere ad terminum. Sed omnes aliæ virtutes pertinere videntur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonnm agendum) pœnitent»a autem videtur ordinari ad recessum a malo. Ergo pœnitentia ridetur esse prior omnibus aliis virtutibus.

Præterea, Ante pœnitentiam est peccatum in anima. Sed simul cum pedato nulla virtus animæ inest. Ergo nulla virtus est ante pœnitentiam: sed ipsa videtur esse prima, quæ aliis aditum aperit, excludendo peccatum.

Sed contra est quod poenitentia procedit ex tide, spe, etcharitate : sicut jam dictum est. Non ergo est pœnilentia prima virtutum.

Respondeo dicendum, quod in virtutibus non attenditur ordo temporis quautum ad habitus : quia cum virtutes sint conpexæ (ut in secunda parte habitum est) omnes simul incipiunt esse in anima. Sed dicitur nna earum essê prior altera ordine naturæ, qui consideratur ex ordiae acluum secundum scilicet quod aclus unius virtutis præsupponit actum alterius virtutis. Secundum hoc imitar dicendum est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore præcedere possunt actum et habitum pœnitentiæ : fient aclus Odei et spei informium, et aclus timoris serrilis. Aclus autem et habitus charitatis simul sunt tempore cum actu et habitu pœnitentiæ, et cum habilibus aliarum virtutum. Nam sicut in secunda parte habitum est, in juslilicatione impii simul est molu> liberi arbitrii io Deum (qui est aclus fidei per cbaritatem formatus) et notus liberi arbitrii in peccatum : qui est actus pœnitentiæ. Horum tamen duorum actuum primus naturaliter præcedit secundum : nam actus virtutis pœnitentiæ est contra peccatum ex amore Dei, unde pnmos actus est ratio et causa secundi. Sic igitur pœnitentia non est simpliciter prima viriatum, nec ordine temporis, nec ordine naiuræ : quia secandum ordinem naturæ simpliciter præcedunt ipsam virtutes Theologicæ. Sed quantum ad aliquid est prima inier cæteras virtutes ordine temporis, quantum ad ejus actum, qui primos occurrit in justificatione impii. Sei ordine naturæ videntur esse aliæ Tirtaies priores, sicut quod est per se, est prius eo quod est per accidens, nam aliæ virtutes, per se videntur esse Mcessariæ ad bonum homiuis pœni enlia auiem supposilo quodam, scilicet peccato prærxMenli : sicut etiam dictum est circa ordinem Sacramenti pœnitentiæ ad alia Sacramenta prædicta.

Ad primum ergo dicendum, quod gloss, illa loquitur quantum ad hoc, quod actus pœnitentiæ primus est tempore inter actus aliarum virtutum moralium.

Λ<1 secundum dicendum, quod in motibus successivis recedere a termino, est prius tempore quam pervenire ad terminum, et prius natura, quantum est ex parte sabjecii, sive secundum ordinem causæ materialis. Sed secundum ordinem causæ agentis ei finalis prius est pervenire ad terminum : hoc enim est quod primo agens intendit. EL hic ordo præcipje atteuditur in actibus animæ : ut dicitur in e Phvs.

Ad lerlium dicendum, quod pœnitentia aperit aditum virtutibus, expellendo peceatum per virtutem fidei et charitatis, quæ sunt naturaliter priores : ita tamen aperit eis aditum, quod ip<æ simul intrent cum ipsa * nam in justificatione impii simul cam motu liberi arbitrii in Deum et in peccatum, est remissio calpæ et infosio gratiæ : cum qua simul infunduntur omnes virtutes, ut in secanda parte habitam esL

Prima conclusio: Inter Pœnitentiam, et reliquas virtutes in ratione habituum non est prioritas temporis : sed omnes simul cum gratia infunduntur.

Secunda conclusio : Actus et habitus charitatis sunt simul tempore cum Pœnitentiæ habitu, et actu : hi tamen sunt natura posteriores actu, et habitu charitatis.

Tertia conclusio : Pœnitentia non est prima, nec temporis, nec naturæ ordine, sed utroque modo posterior ad virtutes Theologicas.

Quarta conclusio : Actus^ virtutis Pœnitentiæ est prior tempore, quam actus virtutum moralium ; cum tamen hi sint priores naturæ ordine, quam actus Pœnitentiæ, sicut quod est per se, est prius eo, quod est per accidens.

EXPLICATIO.

1. Designato numero actum, seu virtutum, quæ concurrunt cum Pœnitentia ad obtinendam gratiam, in quo insumpsit D. Thomas articulum quintum immediate antecedentem, in hoc articulo sexto agere intendit S. Doctor de illorum ordine, et primatu. Pro quo distinguit duplicem anteA cedentiæ modum, et temporis, et naturæ, et ea praemissa distinctione, comparat Pœnitentiam cum virtutibus Theologicis, et Moralibus, tam in ratione habituum, quam per ordinem ad proprios illarum actus invicem collatos, ut patet ex subjunctis assertionibus ex articuli doctrinas visceribus decerptis.

Metho- Arlic D.Thom. in hoc. arU

Unde prima assertio est adeo perspicua tum ex se, tum ex articuli praecedentis prima assertione, quod nullam dubitandi rationem admittere videatur. Quæ namque simul eo lem tempore infunduntur, exeludunt temporaneam antecedentiam : sed omnes virtutes infunduntur (loquimur *de* supernaturalibus) simul tempore, imo, et in eodem instanti, cum gratia : nulla ergo est inter eas quoad esse, et infundi, temporis præcedentia. Excipias tamen necesse est et *Fidem,* et *Spem,* virtutes Theologicas quæ sunt veluti semen vitæ spiritua-

Con- vl“Vutum superna- habitas,

lis, quo homo ad eam perfecte iterum ineundam reviviscere possit; ideoqu<- in-
Limita- sunt homini mortuo peccato Quare ut as-
inMH- sert*° ?it universalis, et distribuat pro sin-
geait. gulis generum debet mte ligivel -ie homine ab infidelitate ad fidem, et simul gratiam e converso ; vel de simultanea infusione per baptismum in pueris, vel denique de formatione omnium virtutum in ipso instanti justificationis ; nulla quippe est, quæ ad præsentiam gratiæ in anima, maneat informis, licet fides, et spes quoad habitus, ceu informes maneant in peccatoribus.

Alia? as- 2. Secunda conc usio firmat doctrinam
seruo- SUpra datam de dependentia actus contritionis a charitate, et ejus influxu, simulque harum virtutum connexionem manifestat in hominibus post lapsum ad gratiam reversis. — Tertia etiam liquet ex doctrina Concilii Tridentini, et ex ipso D. Thoma 1, 2, quæst. 113. art. fi, imo et fere per totam illam quæstionem, in qua uniformiter docuit motum liberi aruitrii in Deum per fidem, et spem præcedere modum liberi arbitrii in peccatum , in qua sententia perpetuus fuit S. Doctor sive, super sententias, sive in Disputatis quæst. 28 de Veritate art. 8. De quo etiam egimus locis supra citatis ex tract, de justificatione, ut in proprio loco : quocirca S. Doctor in præsenti se ipsum refert ad citatam quæstionem ex 1,2. — Nec minus perspicua est assertio quarta, si res attente consideretur. Quia cum virtutes morales vel obtineantur, vel amittantur simul cum graria ; et actus contritionis sit per se loquendo necessarius ad destructionem peccati, immedia e ad conversionem hominis in Deum media charitate ; sequitur motus liberi arbitrii in peccatum, et deinde prout oportuerit, succedunt exercitia virtutum moralium post obtentam perfectam culpæ remissionem : atque ideo tenet præcedentia assignata. — Est tamen observandum eam dumtaxat intelligi de actu Pœnitentiæ perfect® : nam si sermo liai de Pœnitentia imperfecta, manifestum est hanc præcedere posse ne-

(j j; ?. dum natura; sed etiam tempore actus virtutum moralium, sicut et limor servilis a
Dubium qU0 procedit attritio, non semel repvritur
perfec- in peccatore diu ante justificationem, sive
tioDfiu intra sive extra Sacramentum facen um.
pœniten· 3. Occasione cujus doctrinæ excitat Magister Nuno grave dubium, a nemine
Granados quem ipse viderit argumentis disputatum,
Vrado0 P^fectinne virtutis Pœnitentiæ tam secundum se, quam relatæ ad cæteras virtutes, sive Theologicas, sive morales. Quod post ipsum etiam versant Grana .'us de Pœnit. controv. 7, tractat. 2, disput. 6, num. 10. Arauxo in præsenti dub. 3. Prado ad hunc art. dub. 9, §4» ubi allegatis hinc, et inde Authoribus rem indecisam, et suspensum proprium judicium, ut unusquisque in suo sensu abundet, lectori proposuit, et quam libuerit, partem eligendam reliquit. Cum tamen res scitu digna, imo et necessaria sit, ut bene iaquiebat Nuno.

Pro veritatis ergo declaratione triplex Notura comparatio fieri potest inter Pœnitentiam, et reliquas virtutes : vel eam cum virtutibus Theologicis conferendo; vel cum virtutibus moralibus existentibus in appetitu sensitivo, quæ immediate, et per se moderari, et ad medium rationis redigere passiones intendunt : vel tandem cum virtutibus moralibus, quæ sunt ad alterum, et subjectantur in appetitu rationali. — Porro (et est valde observandum) excessus perfectionis majoris, vel minoris est duplex : vel absolutus, et secundum se; vel comparativus, et secundum quid. Primus, in virtutibus præcipue, venari debet ex objectis essentialibus, non in esse rei, sed in esse objecti formalis, et specificativi. Seeundus vero accipitur ex aliis conditionibus, aut capitibus, quandoque annexis, vi quorum virtus ex ob.ecto nobi ior, subindeque perfectior absolute, secundum quid, et quoad a iquam rationem, aut rationis modum importat aliquam imperfectionem, non repertam in alia ratione cujus evadit secundum quid, et quoad illam rationem imperfectior Exemplum sit in ipsa fide, quæ quia excludit claritatem ab objectu, quod essentialiter debet esse obscurum, ut fundet fidei assensum, ex hoc capite posthabetur scientiis, et cognitionibus evidentiam importantibus ex parte objectorum, estque illis secundum quid imperfectior. Et sic de reliquis virtutibus sive moralibus, sive intellectualibus.

Ex quo capite si Pœnitentia accipiatur Prni·
per ordinem ad gratiam, ad quam medio
proprio actu ultimo disponit, abs dubio ratio α
præstat, quam fides, et spes virtutes Theo-
logicæ, utpote quæ non excludunt pecca- c-.rie
tum, nec comitantur essentialiter gratiam, I
et in hoc etiam sensu præferri debent vir- M
tutes morales Pœnitentiæ saltem quoad I
actum; siquidem virtutes morales non
important imperfectionem ex parte sub- I
jecti, H

jecti, ideoque eas concedunt Theologi humanitati Christi, de quo suo loco; aqua tamen imperfectione non est denudabilis Pœnitentia in aliquo statu proprii subjecti, ob idque denegatur Christo Domino, quia impeccabili, ut cum veriori sententia statuimus tract, de Gratia Christi, et non semel indicavimus in decursu hujus operis. Præterquam quod virtutes morales sunt, ut ita dicamus, de primaria et absoluta intentione agentis supernaturalis, quatenus nulla suppositione facta, consequuntur ad gratiam, eamque exornant, et comitantur. At vero Pœnitentia non intenditur, nisi ut medicina peccati, et antidotum illius : qua ratione dixit D. Thomas in præsenti illas esse per se, hanc vero per accidens, ut constat ex textu. Id autem quod est per se sicut est prius naturæ ordine eo, quod est per accidens : iia nequit non ex hac parte subinduere aliquam majorem perfectionem secundum quid. Si hoc ergo modo consideretur Pœnitentia, et conferatur cum a iis virtutibus, et e converso hæ illi æquiparentur, se habent ut excedens et excessum sub diversis rationibus. In quo non potest esse disceptatio, quæ sit momenti, cum iste excessus tantummodo sit secundum quid.

4. Quare eolum stat difficultas de excessu simpliciter, et absoluto? Circa quod ut omnino certum statuimus Pœnitentiam esse inferioris perfectionis essentialis ad virtutes Theologicas. Ita docent Authores allegati, et merito : nam perfectio essentialis virtutis mensuratur juxta majorem, vel minorem perfectionem objecti formalis : sed objectum Pœnitentiæ virtutis est inferius in esse objecti ad objectum virtutum Theologalium, cum harum objectum sit Deus in se ipso immediate ; qui tamen est objectum immediatum Pœnitentiæ, ut supra vidimus, et ex se constat, alias esse virtus Theologica : eigo Pœnitentia cedit in perfectione absoluta et essentiali virtutibus Theologicis. Qua etiam certitudine statuimus Pœnitentiam præcellere absolute, et simpliciter virtutes morales, quæ sunt in appetitu sensitivo ad moderandas passiones. Et ratio est eadem : nam objectum harum virtutum sunt passiones ipsæ ut regulatæ per Prudentiam, et in mediocritate constitutae, ne vel nimium exorbitent contra rationem, vel ab ea defluant per defectum. Objectum vero Pœnitentiæ est nobilius, spiritualius, et abstractius, utpote jus divinum resarciendum, vel compensatio ex justitia ipsi facienda, vel peccata ut detestanta sub ratione offensæ divinæ, quæ omnia in idem recidunt, licet diversis circumlocutionibus explicentur. Ergo objectum Pœnitentiæ nequit non in ratione objecti excedere prædicto modo objecta virtutum moralium resi ientium in appetitu sensitivo.

Comparatio cum virtutibus moralibus

Quid vero tenendum sit circa virtutes morales appetitus rationalis ; non satis convenit inter praedictos Authores, qui ex professo rem discusserunt. Nuno, quem sequitur Granado ubi supra, ratus fuit Pœnitentiam excedere prædictas virtutes, voluntatem excepta Re igione, a qua absolute exceditur. Fundamentum est : quia Religione excellentiori modo exhibetur cultus Deo, quam Pœnitentia ; illa nimirum per se, hac vero per accidens : quocirca illa est absolute necessaria homini, in omni statu; hæc vero dumtaxat ex suppositione culpæ : illa ergo est perfectior ista.

Verum hoc fundamentum si ita nude assumatur, ut assumitur a prædicto authore, debile est, et contra ipsum probat omnes virtutes morales utriusque appetitus esse nobiliures Pœnitentia, quandoquidem nulla idarum est, quæ non sit per se, perseitate contra posita suppositioni accidentali p ccati, possibilis saltem practice, siquidem nulla earum est intenta ut me iicina, ideoque in humanitate Christi omnes extitisse docent Theologi, maxime Thomistæ, ut supra dicebamus. Ex illo ergo capite vel nulli, vel omnibus præferri debet Pœnitentia in perfectione essentiali. Sicut ergo quod aliæ virtutes morales sint per se, et Pœnitentia per accidens in prædicto sensu, solum inducit majorem perfectionem secundum quid in prædictis virtutibus præ virtute Pœnitentiæ; pariformiter non infert ex vi hujus alium sublimiorem excessum, in Religione respectu Pœnitentiæ, quam secundum quid.

5. Addit vero aliud motivum ; Nam objectum cujuscumque alterius virtutis est intendere aliquod bonum; objectuta vero Pœnitentiæ est fugere malum : sed excellentius e.st prosequi bonum, quam fugere malum : ergo excellentius est opus religionis, et alterius virtutis, quam opus Pœnitentiæ.

Sed qui non videt hoc argumentum eodem defectu laborare, et in ejus Authorem, quas habet vires retorquere ? Quia nulla est virtutum moralium, excepta Poenitentia, cujus non sit prosequi primario bonum

primario intentum ; vel ergo ex hoc capite omnes illi præferri debent absolute, et simpliciter : vel e\ illo neutiquam probatur excellentia absoluta Religionis supra Pœnitentiam, ut intenditur. Et ratio militat in oppositum : tum quia Pœnitentia nun est pura fuga mali, qua malum Dei est ; hoc enim modo perlinet ad Charitatem, et est actus omnino secundarius impotens tribuere speciem, ut constat ex supra dictis; sed est fuga mali ad instar compensationis, imo est ipsius compensatio, et positiva satisfactio, quæ subinde tendit contra damnum ex peccato illatum, ipsum debellando, et ut fieri potest destruendo; quod non tam est fugere, et cedere, quam aggredi, et impetere ipsam offensam in Deo moraliter existentem, media sui contritione; et ex hoc capite pertinet ad justitiam, et sub illa continetur. Justiliæ autem actus non est fuga, sed redditio debiti alieni. Tum etiam, quia hoc pacto expellere damnum divinum attentatum, licet non exeeutum, melius, et absolute perfectius est, quam frenare passiones, aut eas compescere sub moderamine rationis, utpote quod est bonum humanum : sicut melius est compensare injuriam Regi factam, qaam moderari prudentiæ fræno in*· temperantiae, aut alterius passionis appetitum : quocirca justitia in omnium sententia melior est temperantia, et qualibet alia virtute morali, unicam si excipias Religionem, de qua est præsens disceptatio, facta collatione cum Pœnitentia. Et quia jacta fundamenta ad præferendam Religionem supra Pœnitentiam, ut vidimus, vel plurimum, vel nihil probant,

Resolutio principalis difficultatis. Arauxo.

6. Idcirco tenendum esse censemus cum Arauxo Pœnitentiam præcellere perfectione Religionem, atque ideo inter virtutes morales utriusque appetitus, sive rationalis, sive sensitivi primatum tenere.

Suarez. Aversa.

Quod etiam docuerunt Suarez tom. 1, de religione tract. 2, lib. 3, cap, ult. num. 17. Aversa in præsenti quæst. 2, sect. 18, diximus : inter *virtutes morales utriusque appetitus,* ut excluderemus Prudentiam, de qua statim, post expeditam hanc decisionem. Ad cujus probationem missum faci mus motivum justiliæ, splendens in utraque virtute, quasi debitum Pœnilentiæ sit strictius debito Religionis, ad quod recurrit Aversa, ut unam alteri præferri evincat. In quo non satis fidimus ; nam ut bene observat Prado, perfectio justiliæ non sumitur ex debito, sed ex ejus solutione. Quid enim refert, strictissimum mihi esse debitum solvendi, si non solverim? hoc sane ostendit majorem obligationem, sed non elevat satisfactionem, aut debiti solutionem ad majorem perfectionem. Et ex hac parte, quidquid sit de strictiori jure, conveniunt Pœnitentia, et Religio, cum quælibet sit pars potentialis justiliæ, et uiraque deficiat, non ratione debiti, sed ratione inæqualitatis cum eo, quod Deo debetur vel ratione offensæ, vel ratione supremæ excellenti®. Unde hoc discursu praetermisso, fundamentum sumitur ex D. Thoma quæst. præced. art. 3 ad 4, ubi docet, quod *licet Pœnitentia sil directe species justiliæ, comprehendit tamen quodammodo ea, quæ perlinent ad omnes virtutes.* Nam quatenus est justitia quædam hominis ad Deum, participat ea, quæ sunt virtutum Theologaiium, habentium Deum pro objecto. In quantum vero est virtus moralis participat aliquid Prudentiæ, quæ est virtutum omnium directive, et insuper habet id, quod temperanliæ, et fortitudinis est, ul ibi explicat S. Doctor : Ex his vero praerogativis licet aliquae conveniunt Religioni, omnes tamen simul sumptas soli Pœnitentiæ adaptavit D. Thomas : ergo juxta mentem S. Doctoris præferenda est etiam Religioni.

Confirmatur primo : nam quæ in inferioribus sunt dispersa, in superioribus sunt unita : sed perfectiones omnium virtutum Moralium, sub quibus certum est Religionem comprehendi, quodammodo comprehenduntur, et participantur a Pœnitentia, ut diserte asseruit D. Thomas : Ergo Poenitentia est superior nedum ad reliquas virtutes morales, sed etiam ad Religionem. Filtlwr.

Confirmatur secundo. Quia non ob aliam rationem docent Philosophi sensum communem præire in petfectione sensus externos, nisi quia est universalior illis eosque radicat : sed Pœnitentia est universalis ex parte materiæ circa quam versatur, et ex parte rationis sub qua, siquidem expellit omnia peccaia in quacumque materia, et sub universalissima ratione offensæ divinæ, quia offensa divina est, ut constat ex eodem D. Thoma eadem quæst. præcedenti art. 2 ad. 2. In qut-m sensum collimasse videtur D. Joan. Chrysostom, lib. 2 de Pœnit. eam vocans *Misericordiæ Matrem, Magistram virtutem, cujus magna sunt opera,* quæ ibi exornat, et efferi : ergo Pœnitentia est perfectior non solum virtutibus aliis moralibus, sed etiam Religione.

7. Secundo

7. Secundo probatur ratione a priori. jçain p0rfeçfiQ virtuiis sumitur au ejus actu primario, et quo isto fuerit perfectior, eo illa erit in perfectione sublimior: sed actus contritionis est perfectior cultu, seu adoratione Religionis : ergo et Pœnitentia excedit etiam Religionem. Cætera constant præter Minorem, quæ facile suaderi potest : nam actus Religionis non habet pro objecto immediato Deum, sed solum reverentiam illam passivam Deo exhibitam vel media recitatione v. g. vel genuflexione, aut alia veneratione interiori voluntatis respectu quorum se habet Deus ut finis cui, quo etiam modo se habet Deus respectu Pœnitentiæ ut satisfacientis. In quo profecto nihil intrinsecum vel physice, vel moraliter Deo accrescit, sed extrinseca ulrovis medio illi remanent. At vero actus contritionis impendit Deo bonum moraliter ipsi intrinsecum, quatenus avertit ab ipso injuriam simpliciter infinitam modo sibi possibili eam compensando; ulterius vero concurrit effective ad expellendum omne peccatum, ut dicebamus, et est principium reparationis omnium virtutem sub universalissima ratione, sub qua est incompossibilis cum quolibet peccato : quocirca se habet sicut principium universale in causando, quod abs dubio superat principia particularia, non utcumque, sed absolute, et simpliciter : anteponi ergo debet in perfectione virtus Pœnitentiæ nedum aliis virtutibus memoratis, sed etiam et ipsi Religioni.

8. Sed contra hanc decisionem stare videtur D. Thomas 2, 2, quæst. 81, art. 6, ubi expresse affirmat virtutem Religionis esse proferendam inter alias virtutes morales : sed Pœnitentia est virtus moralis : ergo illi anteponi debet Religio quoad perfectionem.

Respondetur Majorem solum esse veram de illis virtutibus moralibus, de quibus ibi egerat D. Thomas, et cum quibus contulit Religionem. De Pœnitentia vero nec verbum ibi ; sed reservavit de ea disserere usque ad hanc 3 partem ut initio hujus tractatus observavimus. Unde ex hac doctrina D. Thomæ neutiquam infertur intentum ; quia cum excessu Religionis supra reliquas virtutes morales, componitur ipsam excedi a Pœnitentia. Et sane ita esse, ex doctrina illius articuli, qui allegatur, ni fallimur, haud obscure colligitur. Ratio enim S. Doctoris ad stabiliendum illum excessum, hæc est : *Ea quæ sunt ad finem sortiuntur bonitalem ex ordine, et propinquitate ad finem* : sed Religio propinquius se habet ad Deum, qui est finis, quam roliquæ virtutes morales, ut patet : ergo Religio est illis perfectior. Qui discursus solum procedit de prædictis virtutibus recensitis quæstionibus antecedentibus, et Minor in. illis tenet, non in Pœnitentia; quippe quæ propinquior est chantati, gratiæ, et ipsi ultimo fini, quam Religio, ut actum contritionis conferenti cum actu Religionis, erit manifestum. Unde resumendo Majorem D. Thomæ, sub alia Minori satis clara, convincilur nostrum intentum. Nam ea, quæ sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine, et propinquitate ad finem, et eo majorem, quo major f-orit propinquitas, ut diserte docet D. Thomas : sed pœnitentia propinquius se habet ad Deum ut ultimum finem, quam Religio, ut videtur perspicuum : ergo Pœnitentia perfectior est Religione.

Retorquetur objectio,

Confirmatur ex solutione ad primum, ubi docet, quod virtus in voluntate consistit ; quocirca licet deficiat a potestate, dum non deliciat a voluntate, non deficit a ratione virtutis, sed in hac voluntate manifeste excedit actus Pœnilentiæ actum Religionis : ergo etiam virtus Pœnitentiæ virtutem Religionis. Probatur Minor ex nuper dictis : nam ab æqualitate, quæ est melium justitiæ, ut ibi docet Angelicus Doctor, æqualiter deficiunt Pœnitentia, et Religio; utraque enim est pars potentialis, declinans a perfecta justitia ratione inæqualitatis cum debito ; alioqui vero Pœnitentia excedit ex parte voluntatis, ex qua offert compensationem, licet deficientem, pro offensa infinita ; cum tamen ex Religione non extorqueat, aut extorquere valeat Deus a creatura, nisi cultum finitum, nedum ex pane rei, sed ex parte affectus; quandoquidem nullus titulus est Deo exigendi cultum infinitum a creatura finita : est tamen jus, et æquissimum postulandi satisfactionem infinitam pro offensa intinita. quam, si ipsi esset possibilis, offerre vellet pœnitens de peccato : ergo si juxta D. Thomam, laus et perfectio virtutis sumendæ sunt ex voluntate, licet deficiat potestas; laudabiliter profecto, et perfectior est voluntas poenitentia voluntate Deum pure ex Religione colentis. Unde tantum abest Angelicum Præceptorem nobis adversari in illo testimonio, quod potius favet, et excessum prædictum confirmat.

oblido ’ θ’ Secundo objicitur : quia species infima non participat rationem superiorem, nisi medio gradu intermedio, ut patet ex suiordinatione prædicamentali graduum superiorum, et inferiorum ; non enim gradus v. g. corporis descendit ad hominem, nisi meiio gradu animalis, nec gradus qualitatis ad virtutes exempli causa, nisi medio conceptu genetico intermedio *Habitus :* sed Pœnitentia est virtus contenta sub justitia, ut ejus pars : ergo nequit participare conceptum geneticum virtutis, nisi media justitia : ergo cum in ratione justitiæ non excedat justitiam legalem, aut commutativam, nec eiiam excedere potest in ratione virtutis. Prima Consequentia liquet ex praemissis, secunda vero probatur, ex repugnantia, quæ includitur in eo, quod species inferior sit perfectior in ratione genetica, et non gaudeat eadem perfectione in ratione differential!; cum differentia sit perfectior genere. Implicabit ergo Pœnitentiam esse perfectiorem in ratione virtutis, et esse minus perfectam in ratione justitiæ, atque ideo asserendum vel esse perfectiorem secundum hanc rationem vel non esse ita perfectam, ac justitia commutativa.

Diruitor. Hæc objectio, quæ molesta, et salebrosa esse solet, manifestas patitur instantias ab omnibus dissolvendas, et ex hac parte redditur facilis. In primis tenet in Religione, ut non sit perfectior justitia commutativa, quod tamen unanimi consensu negatur : militat etiam in virtutibus intellectualibus, quæ in ratione virtutis deficiunt, et sunt minus perfect®, quaiu morales, cum tamen in ratione habitus præemineant moralibus virtutes intellectuales. Urget denique in Charitate, ut non sit perfectior fide, quoniam illa continetur sub genere imperfectiori, quam ista. De quo egimus.

Respondetur ergo quoad præsens admittendo Majorem in gradibus per se subordinatis in recta linea prædicamentali ; sed negamus cum Arauxo Minorem : quia nec Pœnitentia, nec Religio continentur per se, et directe sub justitia legali, aut commutativa; alioqui istæ virtutes prædicarentur essentialiter de Pœnitentia, aut Religione, ereque essent partes subjectivæ illarum, quod est falsum. Dicuntur ergo partes, non quia vere illis subjiciantur; sed quia ad illas reducuntur ex ea parte, qua sunt ad alterum, et debitum alienum exsolvendum supponunt. Et hinc est bene cohærere sub hac præcisa consideratione, qua ad alterum sunt, deficere, et imperfectas esse; cum tamen excedant in ratione virtutum. Et ratio est, quia aliunde sumitur ratio virtutis perfecta) et ratio justitiæ itidem perfect®. Nam ad rationem perfectam virtutis sufficit, et requiritur medium rationis prudentia præscriptum. et quo istud excesserit in perfectione objectiva, eo virtus erit perfectior. In quo, ut constat ex dictis, præstat Pœnitentia, quam Religio, et justitia sive commutativa, sive legalis, aut alia virtutum moralium. Ad rationem vero perfect® justitiæ ultra medium rationis prædictum , requiritur etiam medium rei, hoc est, quod tantum exsolvatur creditori, quantum ipsi debetur juxta conditiones justitiæ, aut Legalis, aut Distributîvæ, aut Commutativæ : et quoties in hoc sit defectus per se, licet interveniat medium rationis, inducitur defectus in ipsa virtute, et evadit potentialis, nec continetur directe sub aliqua illarum specierum justitiæ, sed tantum reductive, licet excedat, aut excedere possit in ratione virtutis. Et hoc modo se habent Pœnitentia, et Religio respectu illarum specierum justitiæ stricte dictæ, quæ dividitur in Legalem, Commutativam, et Distributivam. sub quarum nulla directe continentur. Unde justitia stricte dicta prima divisione partiri debet in justitiam perfectam, et imperfectam ; sub prima continentur tres illæ celebres justitiæ species ; sub imperfecta vero cunctæ aliæ justitiæ potentiates, quas suo loco enumeravimus, quin una sub alia directe contineatur. Hinc nulla est prima Consequentia, si loquatur de justitia perfecta: quæ est membrum dividens excludens justitiam imperfectam; non secus ac rationale. v. g. excludit irrationale, aut conceptus substantiæ conceptum accidentis. Ruit etiam secunda, cujus probationem infirmantexempla supra adducta nam : fides secundum rationem genericam, secundum quam est habitus, perfectior est Charitate, et sic de cæteris virtutibus intellectualibus respectu moralium; cum tamen in ratione virtutum quo pacto sunt in gradu inferiori, excedant virtutes intellectuales, ut ex communi sententia supposuimus in arbore virtutum toties citata § 6, num. 37. Et ratio est eadem, quam nuper tradidimus; nam aliunde sumitur ratio, aut major perfectio habitus, adunde vero ratio, et perfectio virtutis, ut loco citato explicuimus.

10. Præterquam quod (et est major explicatio)

plicatio) hie non agimus logice de gradibus superioribus ul inclusis in inleriori-bus (quod nustræ considerationis non est) sed physice, et realiter : quam ob rem non asserimus speciem hujus, aut illarum \irtuluin constitui ex prædicato superiori generico, quod sit perfectius, et *ex* differentiali imperfectiori, quod est falsum, quia quæiibet diflerentia in ratione contrahentis, et determinantis est perfectior suo genere, cum quo Ct comparatio; sicut omne determinabile est imperfectius omni principio determinante, et contrahente; ibi enim exprimitur poientialitas, hic vero adualitas. De quo N. Complut, in sua Logica Cap. de Differentia. Asserimus ergo hanc virtutem Pœnitentiæ physice acceptam, et quoad suam speciem adæquatam a parte rei existentem esse præstantiorem Religione, aut qualibet virtute morali ; licet qua ratione explicat physicam justitiæ rationem, non exprimat tantam perfectionem,quanta impoitatur injustitia commutativa æqualiter satisfaciente debitum. Nec ob id negamus, aut negare cogimur. diflerentiam ultimo constituentem ipsam Pœnitentiam esse perfectiorem gradu generico ipsius Pœnitentiæ; quin affirma· mus, et supponimus. Quare comparatio non debet fieri inter gradum genericum, et specificum ejusdem virtutis, sed respectu alterius speciei, ad eum sane modum, quo hominem dicimus absolute, et simpliciter perfectiorem Leone, Leonem vero secundum quid excedentem perfectionem hominis. Unde patet illam probationem, quia ab una in aliam considerationem divertit, nec servat comparationem respectu ejusdem, inanem reddi quoad præsens : quia licet differentia sit perfectior genere, quod determinat, adhuc stat unam specifice virtutem ex genere, et differentia constitutam esse perfectiorem altera eodem modo accepta, a qua tamen secundum quid excedatur, et ii a accidit in nostro casu.

11. Ad perfectam hujus articuli elucidationem , et Pœnitentiæ excellentiam, te. iolum superest eam cum Prudentia comparare, quæ etiam virtus moralis est. De quo nuila est mentio apud Authores allegatos; quia rem ut perspicuam supposuerunt ; vel quia solum agere intendebant de virtutibus perficientibus appetitum, sive rationalem, sive sensitivum, non vero de viis, quæ propriam sedem habent in intellectu, quaiem esse Prudentiam nemo ambigit. Sed quia non ita sistit in intellectu, ut non etiam se extendat ad rectificandum appetitum, ex quo capite obit rationem virtutis moralis, adhuc est inquirendi locus, utrum ex eo saltem capite excedi possit a Pœnitentia, vel etiam Pœnitentiam superet in perfectione essentiali, et absoluta?

Dicendum est Pœnitentiam cedere Pru- Resola-
dentiæ, eaque inferiorem esse absolute, et tl0'
simpliciter. Ratio est, quia objectum Prudenti® est abstractius, et universalius formaliter objecto Pœnitentiæ : ergo et ipsa virtus Prudentiæ est formalior, actualior, et universalior Pœnitentia. Consequentia constat, et A.ntecedens probatur : nam objectum Prudentiæ est bonum agibile, seu eligibile in omni materia, sicut et ipsa Prudentia est recta ratio agibilium Probatur
sub universali ratione ambiente, nedum hanc, aut illam virtutem, sed etiam omnes, imo ipsam Pœnitentiam, cujus objectum est aliquod particulare eligibile sub recta ratione, subindeque contentum sub communi ratione boni moralis regulabilis per Prudentiam. Unde non potest non hæc illam excedere in ratione virtutis moralis.

Confirmatur primo quia licet Prudentia Fulcitur,
versetur circa idem objectum, circa quod versatur quæiibetalia virtus moralis; diversimode tamen : quippe ad illam pertinet, quatenus est consiliabile, dirigibile, et imperabile; ad hanc vero, in quantum est acceptable, appetibile, et prosequibile : ex quibus rationibus prior citra dubium est nobilior, sicut et actualior, altera vero inferior, et concretior. Pœnitentia autem est virtus moralis appetitiva : ergo debet respiscere ut superiorem Prudentiam non secus, ac alia virtus moralis, atque ideo ipsi cedere in perfectione essentiali Non enim minus dependet a Prudentia ut accenseri debeat inter virtutes morales, quam reliquæ, et inde probat D. Thomas eam esse D.Tbom.
virtutem quatenus a Prudentia regulatur : *perlinet autem* (verba sunt ejus art. 1) *ad rationem rectam, ut aliquis doleat, de quo dolendum est, et eo modo, el fine, quo dolendum esi : quod quidem servatur in Poenitentia, de qua nunc loquimur : nam panite?is assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis.* Quæ moderatio est ipsius Prudentiæ sigillatio, et impressio mediis directione, et imperio, quibus etiam gubernat, et format cæteras virtutes morales, et est omnium illarum præstantissima. Unde

Confirmatur secundo : nam bonum vir-

tutis moralis rppedtur in prudentia quasi per esseuuam. et ut in primo principio lotius moraliiatis, ideoque non immerito dicitur initium, et caput omnium virtutum moralium, un te formam , et caracterem virtutum sortiuntur : in Pœnitentia vero, et in aliis invenitur participative, quatenus conformantur rectæ Prudenti® rationi, ejusque directionem sequuntur Nulla ergo est ratio, quare Prudentia non præferri debeat pœnitentiæ, sicut et reliquis, exceptis Theologicis.

De effectu Pœnitentiæ quoad mortalium peccatorum remissionem in sex articulos divisa.

Deinde considerandum est de effectu Pcenitenliæ, elprimo, etc.

ARTICULUS I.

*Utrum per Pœnitentiam wt*ia peccata remoreantsr?*

Ad primam sic proctditur. Videtur quod per Pœniteatiam non omnia peccata removeantur. Dicit enim Apostolus Hebr. quod Esan aon invenit Pœnitentiæ locum, quamquam eam hcrymis mquisisset earn, closs. id est, non invenit locum veni® et benedictionis per Pœnitentiam. El 2 Mach. 9, dicitur de Antiocho, Orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. Non ergo videtor quod per Pœnitentiam omnia peccata tollantur.

Præterea. Aug. dicit in lib. de Sermone Domini in monte, quod Until labes es-t illius peccati, scilicet cum post agnitionem Dri per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, ct adversos ipsam gratiam, invidi® facibus agitatur, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere, et annuntiare cogatur : Non ergo omne peccatum potest per Pœnitentiam tolli.

Prælerea, Dominus dicit Matth. 12:Qci dixerit contra Spiritum Sanctum verbum, non remittetur ei neque in bocs,saeculo neque in foturo. Non ergo omne peccatum remitti polc*t per Pœnitentiam.

Sed cootra est, quod dicitur Eiech. 18 omuium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor.

Respondeo dicendum, quod hoc qnod aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter Uno modo, quia aliquis de peccato pœnitere non posset : alio modo, quia Poenitentia non posset delere peccatum. Primo quidem modo non possunt per Pœniteoeiam deleri peccata dæmonum et etiam hominum damnatorum : quia affectus eorum sunt confirmati in malo : ita quod non potest eis displicere peccatum in quantum est culpa, sed solum displicet eis pœna, quam patiuntur. Ratione cujus aliquam Pœnitentiam, sed infructuosam habent : secundum illud Sap. 5 : Pœnitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes. Unde talis Poenitentia non est cum spe veni®, sed cum desperatione. Tale autem non potest esse aliquod peccatnm hominis viatoris : cujus liberum arbitrium flexibile e>t ad bonum et malum. Unde dicere quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis pœnitere non possit, erroneum ert. Primo quidem, quia per hoc tolleretur iiberus arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ, per quam moveri potest cor cujuscnmque peccatoris ad pœoitendurn secundum illud Proverb. 21 : Cor regis iu manu Dei :el quocumque soluerit, vertet illud. Quod actem secundo luodo non possit per veram Pœnitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneum. Primo quidem, quia repugnat divinæ misericordi® : de qua dicitur Joel. 2, quod benignus et misericors est, et patiens, et multæ misericordiæ, et praestabilis super malitia. Vinceretur enim quodammodo Dens ab homine, si hotno peccaftra vellet deleri, quod Deus delere non vellet. Secundo, «pria hoc derogaret virtuti passionis Christi, per quam Poenitentia operatur, sicut et cætera Sacramenta, eum scriptum sitprimæ Joan. 2, ipse est propitiatio pro pecccatis nostris, non soium nostris, sed etiam totius mundi. Unde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hae vitat per Pœnitentiam veram deleri potest.

Ad primum ergo dicendum, quod Esau non verepœnituit. Quod patet ex hoc quod dixit, venient dies laetus patris mei, et occidam Jacob fratrem meum. Similiter etiam nec Antiochus vere pœnituit : dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

Ad secundum dicendum, quod illud verbum Aug. se intelligendum e<t : Tanta est labes illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, scilicet de ft·dii: secundum qnod dicitur illud noo posse sanari, qri non polest de facile sanari. Potest tamen hoc fieri per divinæ gratiæ virtutem, qnæ etiam interdum iu proftnidum maris convertit, ut aicPnr in Psalmo.

Ad tertium dicendum, quod illud verbum vel blaspbemia contra Spiritum sanctum est finalis impœnitenria : ut Aug. dicit in lib. de verbis Domini. Quæ penius irremissibilis est qoia post finem hujus vitæ non est remissio peccatorum. Vel si inteiligatur per blasphemum Spiritus Sancti peccatum, quod fit ex certa malitia, vel etiam ipsa blasphemia Spiritus sancti, dicitor non remitti : scilicet de facili : quia tale peccatum noa habet io se causam excu-ationis. Vel quia pro tali peccato punitur aliquis el in hoc seculo et in futuro, ut in secanda parte expositum est.

Conclusio : Nullum est peccatum, quod in hac vita deleri non possit media Pœnitentia, el oppositum asserere est erroneum.

ARTICULUS II.

Utrum fine Pœnitentia peccatum remitti pouil Î

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod sine Pœnitentia peccatum remitti possit. Non enim est miner virtus Dei circa adultos quam circa puero*. Sed pueris peccata dimittit sine Pœnitentia. Ergo etiam el adultis.

Prarterea, Deus virtutem suam Sacramentis non alligavit. Sed Pœnitentia est quoddam Sacramentum. Ergo virtute divina possunt peccata sine Pœnitentia dimitti.

Præterea, major est misericordia Dei, quam misericordia homini*. Sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non Pœnitenti Unde Pt ipse Domitus mandat Matth. 5 : Diligite inimicos vestros, benefanite his qui oderunt vos. Ergo mullo magis Deus dimilcit offensam suam hominibus non Pœnitentibus.

Sed contra est, quod Dominus dicit Hier. 18 : Si Pœnitentiam

siltttiain egerit gens illa a malo quod fecit, agam ct ego henileotiam >uper malo quod cogitavi ut facerem ei. Et e contrario videtur, quod si homo Pœnitentiam non »gat, quod Deum ei non remittat offens*m.

Respondeo dicendum, quod impossibile e>t peccatum Ktoilc nonale sine Pœnitentia remitti, loquendo du Pœcitelia, quæ est virtus. Cum enim peccatum sit Dei offensa, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offftt.om ia se commissam. Offensa autem directe opponitir gratia? : Ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua. Sicut autem haWhm est in secunda parte hoc interest inter gratiam Dei, et gratiam hominis, quod gratia hominis non causât, sed præsuppouît bonitatem veram vel apparentem in honiae grato: sed gratia Dei causal bonitatem in homine grato : eo quod bona voluntas Dei, quæ in nomine gratia» ialdligilur, est causa omnis boni creati. Unde polest ftatiogere quod homo remittat offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua immutatione voluntatis ejus : non Mrtem contingere potest, quod Deus remittat offensam alieni absque immutatione voluntatis ejus. Offensa autesj peccati mortalis procedit ex hoc quod voluntas hoainis e<t aversa a Deo per conversionem ad aliquod born commutabile, ünde requiritor ad remissionem divinæ büensæ, quod voluntas hominis sic immutetur, ut conRflalnr ^1 Deum cum detestatione conversionis prædictæ et proposito emendæ, quod pertinet ad rationem pœniteutiæ, secundum quod est virtus. Et ideo impossibile est pod peccatum alicui remittatur sine Pœnitentia, secundum quod est virtus. Sacramentum autem pœnitentiæ fcicul supra dietom est) perficitur per officium Sacerdotis ligantis, et solventis : siue quo potest Deus peccatum remittere sicut remisit Christus molieri adulteræ, ut legitor Joan. 8 et peccatrici, ut legitur Luc. 7. Quibus amen non remisit peccata sine virtute pœnitentiæ : nam sicut Greg. dicit in Homil. per gratiam traxit intus, sciîicét ad pœniteutiam, quam per misericordiam, suscepit foris.

Ad primum ergo dicendum, quod in pueris non est nisi pettatom originale, qaod non consistit in actuali deorüsiiione voluntatis, sed in qnadam habituali deordinaliixeûatDræ: ut in secunda parte habitum est. Et ideo maitlitur eis peccatum cnm habituali immutatione per tosionem gratiæ et virtutum : non autem cum actuali. Sed adulto, in quo soni actua ia peccata, quæ consistunt is deordinalione actuali voluntatis, non remittuntur pectiU eliam in baptismo sine actuali immutatione voluntate: quod fil per Pœnitentiam.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de pwilenlia, secundum quod est Sacra nentum.

Ad tertium dicendum, quod misericordia Dei est majora rirtelis, quam misericordia hominis : in hoc quod im>ïht voluntatem hominis ad pœnitendum, quod miseriwâù hominis facere non potest.

Conclusio : Per se loquendo ad remissionem peccati requiritur immutatio voluntatis, qua convertatur ad Deum cum detestatione peccati.

ARTICULUS HI.

ïlnm possit per Pirnilentiam unum peccatum sine alio remitti?

Ai tertiam sic proceditur. Videtur quod possit per jerileatiam unum peccatum sine alio remitti. Dicitur oiu Aoosa 4 : Plui super unam civitatem et super aliéna «ritatem non plui : pars una compluta est, et pars MjfTGMm non plui, aruit. Quod exponens Gregorius nrçerEzech. dicit : Cum ille qui proximum odit, ab aliis filos se corrigit, unaeademque civitas ex parte complui* Ur, et ex pane arida manet : quia sunt qui cum quædam rkia resecant, aliis graviter perdurant. Ergo potest unum pt&lis per Pœnitentiam dimitti sine alio.

Prælerea. Amb dicit super Beati immaculati rn via : hiat coasolatio est, quia non obliviscitur misereri Deus. Swcsda per punitionem, ubi etsi fldes desit, pœna satisfait, et relevat. Potest ergo aliquis relevari aliquo mato, manente peccato infidelitatis·

PnHerea, eorum quæ nou necesse est esse simui unum [potest auferri sine alio. Sed peccata (ut in secunda parte habitum est) non sunt connexa, et ita unum eorum potest esse sine alio. Ergo etiam unum eorum potest remitti sine alio per Pœniteutiam

Præterea, Peccata sunt debita quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione Dominica : Dimitte nobis débita nostra, etc. sed homo quandoque dimittit unum debitam sine alio. Ergo etiam Deus per Pœnitentiam dimittit unum peccatum sine alio.

Prælerea, Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata : secundum illud Hierem. 31, in Charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad unum, et sit ei offensus quantum ad aliud. Sicut peccatorem diligit quantum ad naturam : odit autem quantum ad culpam. Ergo videtur possibile quod Deus per Pœnitentiam remittat unum peccatum sine alio.

Sed contra est, quod Aug. dicit in lib. de Pœnitentia. Sunt plures quos pœnitel peccasse, sed non omnino, reservantes in se quædam in quibus delectentur non animadvertentes Dominum simul mulum et surdum a dæmonio liberasse, per hoc docens non nunquam nisi de omnibus sanari.

Respondeo dicendum, quod impossibile est per Pœnilenliam unum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensa per gratiam, ünde in secunda parte habitum est quod nullum peccatum potest remitti sine gratia. Omne autem peccatum mortaleconlrariatur gratiæ,etexcluditeam» Unde impossibile est quod unum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum est) peccatum mortale non pote$l sine vera Pœnitentia remitti : ad quam pertinet deserere peccatum, in quantum est contra Deum. Quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus. Ubi autem est eadem ratio, et idem effectus. Unde non potest esse vere pœnitens, qui de uno peccato pœnitel, et non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem veræ Pœnitentiæ) sequeretur quod de omnibus peccatis pœniteret. Unde sequitur, quod impossibile sit unum peccatum per Pœnitentiam remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cujus perfecta sunt opera, ut dicitur Deuter. 3?. Unde cujus miseretor, totaliter miseretur. Et hoc est quod Aug. dicit in lib. de Pœnitentia : Quædam impietas infidelitatis est. ab illo, qui justus et justitia est, dimidiam sperare veniam.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum Gregor, non estintelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu : quia interdum ille qui plura peccata consuevit committere, deserit unum, nou tamen aliud. Quod quidem fit auxilio divino, quod tamen non pertingit usque ad remissionem culpæ.

Ad secundam dicendam, quod in verbo illo Ambr. fides non potest accipi, qua creditur in Christum : quia ut Aug. dicit super illud Joan. 15 : Si non venissem, et loculus eis non fuissem, peccatum non haberent, scilicet infidelitatis- Hoc enim est peccatum, quo tenentur cuncta peccata. Sed accipitur fides pro conscientia : quia interdum perpœnas, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cujus conscientiam non habet.

Ad tertium dicendum, quod peccata quamvis non sint connexa, quantam ad conversionem ad bonum commutabile : sunt tamen connexa quantam ad aversionem a bono incommutabili : ia qua conveniunt omnia peccata mortalia. Et ex hac parte habent rationem offensæ, quam oportet per Pœnitentiam tolli.

Ad quartum dicendum, quod debitum exterioris rei (puta pecuniæ) non contrariatur amicitiæ, ex qua debitum remittitur : ct ideo potest unum dimitti sine alio. *Sed* debitum culpæ contrariatur amicitiæ, et ideo una culpa vel offensa non remittetur sine altera. Ridiculum enim videretur : quod etiam ab homine aliquis veniam peteret de una offensa, et non de alia.

Ad quintum dicendum, quod dilectio qua Deus diligit hominis uaturam, non ordinatur ad bonum gloriæ, a quo impeditur homo per quodlibel peccatum mortale- Sed dilectio gratiæ: per quam fit remissio peccati mortalis, ordinat hominem ad vitam æternam : secundum illud Roman. 6 : Gratia Dei, vita æterna. Unde non est similis ratio.

Conclusio : Impossibile est per Pœnitentiam unum peccatum sine alio remitti.

ARTICULUS IV.

i'/rum remissa culpa per Pestilentiam. remaneat realus pawe ?

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod remissa culpa per pœnitentiam, non remaneat reatus pœnæ. Remota enim causa, removetur effectus. Sed culpa est causa reatus pœnæ : ideo enim est aliquis dignus pœna, quia culpam commisit. Ergo remissa calpa, noa potest remanere reatus pœnæ.

Præterea, sicut Apostolus dicit Rom. 5 : Donum Christi est efficacius quam peccatum. Sed peccando homo simul incurrit culpam et pœnæ reatum. Ergo multo magis per donum graliæ simul remittitur cu;pa, et tollitur pœnæ reatus.

Præterea, Remissio piceatorum fit in Pœnitentia per virtutem passionis : secundum iltod Rom. 3 : Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, propter remissionem praecedentium delictorum Sed passio Christi e>t sufficienter >ati$factoria pro omnibus peccatis, ut s pra habitum est. Nou ergo post remissionem culpæ remanet aliquis reatus pœnæ.

Sed contra esl quod 2 R^g, 12 dicitur, quod cum David pœnitens dixi>set ad Nathan : Peccavi Dominо, dixit Nathan ad ilium, Dominos quoque transtuât peccatum tuum, non morieris: verumumen filias qui natus e»t tibi, morte morietur. Quod fuit in pœnam praecedentis peccati ; ut ibidem dicitur ; ergo remissa culpa, remanat reatus alicujus pœnæ.

Respondeo (luendam, quod (sicut in secunda parte habitam c$t) in peccato mortali sunt duo : scilicet aversio ab incommutabili bono, et conversio ad commutabile bonam inordinata. Ex parte ergo conversionis ab incommutabili bono consequitur peccatum mortale reatus pœaæ æU rnæ : ut qui contra æternum bonum peccavit, in aeternam puniatur. Ex parte etiam conversionis ad bonum commutabile, in quantum, est inordinata, consuitur peccatum mortale reatus alicujus pœnæ, q ux inordinatio culpæ non reducit r ad ordinem justitiæ uisi per pœnam. Justum est enim, ni qui voluntati suæ plus indubii, quam debuit contra voluntatem suam aliquid patiatur : sic enim erit æquaiitas. UndeApoca. 1« dicitur .Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum dare ilii tormentum et luctum. Quia tamen conversio ad bonum commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatum quod debeatur ei pœna æterna. Unde si sit inordinata conversio ad bonum commutabile sine aversione a Deo (sicut est in peccatis venialibus) non debetur peccato pœna æterna, sed temporalis. Quando igitur per gratiam remittitur culp>, tollitur aversio animæ a Deo, in quautiim per gratiam auima Deo conjungitor : unae et per consequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ, potest tam-n remanere reatus alicujus pœnæ temporalis.

Ad primum ergo dicendum, quod culpa mortalis utrumque habet, et aversionem a Deo, et conversionem ad bonum creatum. Sed (sicut in secunda parte habitum est) aversio a Deo, est ibi sicut formale, conversio autem ad bonum creaiurn, est ibi sicut materiale. Remoto autem formali cujusc mque rei, tollit ir species : sicut remoto rationali tollitur species humana. Et ideo ex hoc ip-o dicitur culpa mortalis remitti, quod per gratiam tollitur aversio mentis a Deo simul cum reatu pœnæ æternæ. Remanet tamen illud quod est materiale, scilicet inordinata conversio ad bonum creatum pro qua debetur reatus pœnæ temporalis.

Ad secundum dicendum, quod (sicut iu secunda parte habitum est) ad gratiam pertinet operari in homine, justificando ipsum a peccato, et cooperari homini ad recte operandum. Remigio igitur culpæ et reatus pœnæ æternæ, pertinet ad cratiam operantem, sed remissio reatus pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem: in quantum scilicet homo cum a ixiiio divinæ graliæ paiîeater pœna* tolerando, absolvitur etiam a reatu pœnæ temporalis. Sicut igitur prius est effectus gratiæ operantis, quam gratiæ coopérantes, ita etiam prius est remissio culpæ et pœnæ æternæ, quam plena absohbo a pœna temporali : uiruwque enim e^t era ia, sed primum a gratia sola, secun dum ex gratia et libero arbitrio.

Ad te tium dicendum, quoi passio Christi de se sufficiens est ad tollendum omnemvreatum pœnæ. non solum ætemæ, se*i etiam ti-mporalis : et srcuudum modum quo homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem a reatu pœnæ. In baptismo autem | boino participat totaliter virtutem passionis Christi (utpote per aquam et Spiritum Christo commortuus peccato, ctu eo regeneratus ad novam vitam) el ideo in baptismo humo consequitur remissionem reatus totius pœnæ. i»» poenitentia vero consequitur virtutem pas ionis Cbrisu, iecundiim modum propriorum actuum, qui sunt materia pœnitentiæ, sicut aqua Inpiismi, ut si pra dictum esl, el ideo non statim per primum actum pœnitentiæ quo remittitur culpa, solvitur, reatus totius pœnæ, sed completis omnibus pœnitentiæ actibus.

Conclusio : Solum remanet reatus pœnæ temporalis.

ARTICULUS V.

Utram remista culpa muriali, tollantur omnes rcli quiit peccati ?*

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod remissa eeipa mortali, tollautur omuus reliquiae peccati. Dicit ema August, in lib. de Pœnitentia : Nuuqoam Dominas ah· quem sanavit, quem omnino non liberavit : lotum enim bcminem sanavit in Sabbato : quia el corpus ab infirmitate, el animam ab omui contagione. Sed re'iquœ peccati pertinent ad infirmitatem peccati. Ergo πoιι videtur possibile quod remissa culpa, remaneant reliqaig peccati.

Præterea, secundum Dionysi. 1, cap. de Div. no. bonum est efficacius quam malum · qu»a malum m agit nisi virtute boni. Sed homo peccando, simul loua infectionem peccati incurrit. Ergo multo magis pœoitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquiis.

Præterea. Opus Dei efficacius est, quam opus hominis. Sed per exercitium humanorum nperum ad bonum, tolluntur reliquiæ pacati contrarii. Ergo multo magis tolluntur per remissionem cuipæ quæ Pstopvs Dei.

Sed contra est, quod Mar. 8 legitur, quod cæcus i Iiminalus a Domino, primo restitutus e4 ad imperfectum visum (unde ait : Video honuues velut arbores tabulantes) deinde restitutus est perfecte, ita ut videret ciare omnia. 11 ominatio autem cæci. significat liberationem peccatoris. Post primam ergo remissionem culpæ, qua peccator restituitur ad visum spirituaieq, adhuc remanent in eo aliquæ reliquiæ peccati præleriti.

Respondeo dicendum, quod peccatum mnrtale ex parte conversionis inordinata? ad bonum commutabiP, quandam dispositionem causal in anima, vel etiam Labitum, si aclus frequenter iteretur. Sicut autem dictum e t, culpa peccati mortalis remittitur, in quantum tollitor per gratiam aversio mentis a Deo. Sub ato autem eo quid est ex parte aversionis, nihilominus renrmere pole*! id quod est ex parte conversionis inordinatae, cum hanc contingat esse sine ilia, sicut prius dictum est. Et ideo nibil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex præcedemibus actibus cau<atæ : qnæ dictnln peccati reliquiæ. Remanent tamen debilitat® et diminutae : ita quod hom«ni non domineutur. El hoc mips per modum dispositionum, qu'itn per modum habituum : sicut eii»m remanet fomes post baptismum.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus totam homiaem perfecte curat. Sed quandoque subito : s cut Sorrum Petri statim restituit perfectæ saoitati, ita ut surgeos ministraret illis, ut legitur Luc. 4 : Quandoque autem successive : sicut dictum est de caeco illuminato. Matlb. 8. Et ita etiam spirituaiiter quandoque tanta commotinoe convertit cor hominis, ut subito perferte conseqwltr sanitatem spiritualem, non solum remissa culpa, sed sublatis omnibus peccati reliquiis, ut palet de bfogdalena, Luc. 7. Quandoque autem prius remittit cnlpam per gratiam operantem, et postea per gratiam cooperantem successive tollit peccati reliquias.

Ad secundum dicendum, quod peccatum etiam qaacdoque statim iuducii debilem dispositionem, utpote pcf unum actum causatam. Quandoque autem fortiorem, cassatam per multos actus.

Ad tertium dicendum, quod uno actu humano non tolluntur omnes reliquiæ peccati : quia ut dicitur »n Praedicamentis, parvus ad meliores exercitation s deductos, ad modicum aliquid proficiet, ut melior sit Multiplicam autem exercitio, ad hoc perve.it, ul sit bonus viriate acquisita. Hoc autem mulio efficacius lacii divina gratia sive uno, sive pluribus actibus.

Conclusio : Manent reliquiæ peccati, sed debilitatae, ac diminulæ.

ARTICULUS VI.

ARTICULUS VI.

Utrum wmissio culpa: sit effectus Pœnitentia;?

Ad lextum sic proceditur. Videtur quod remissio caljm.no.i sit effbelus pœn leutiæ, secundum nuod est riifis. Dicitur enim Pœnitentia virtus secundum quod esc principium humani actus. Sed humanus actus non operatur ad remissionem culpæ, qui est effectue gratiæ orantis. Ergo remissio culpæ non est effectus Pcenitonli>, secuodum qnod est virtus.

Præterea, quædam abæ virtutes sunt excellentiores pœniteotîa. Sed remissio culpæ non dicitur effectus alicejas alterius virlulis. Ergo etiam non esl effectus pcenitentii' secundum quod est virtus.

Præterea, remis io culpa) non est nisi ex virtute passioeis Christi, see indum illud Hcb. : Sine sanguinis effusione non fit remissio Sed Pœnitenlia, in quantum est Stramentum, operatur in virtute passionis Christi, sicut et cæiera Sacramenta, ut ex supra dictis patet. Ergo remissio culpæ non est effectus pœnitentiæ in quantum est vinus, sed in quantum est Sacramentum.

Sed cootra iltod est, quod proprie causa alicujus, sine quo esse non potest : omnis enim effectus dependet a soa causa. Sed remissio culpæ potest esse a Deo sine pœnitentiæ Sacramento, non autem sine pœnitentia secumum quod est virtus : ut supra dictum est, unde et ante Sacramenta n»væ legis pœnitentibus Deus peccata remittebat. Ergo remissio culpae est præcipue effectus *pœnitentiæ secundum* quod est virtus.

Respondeo dicendum, q od pœnitentia est virtus, secoudnm quod est principium quorundam actuum humanorum. Actus tam n humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in Sacramento pœnitentiæ. Omne autem Sacramentum producit effectum suum non solam virtute *f* «rmæ, sed etiam virtute materiæ : ex utroque *e* lim est unum Sacramentum, ut supra habitum est Unde sicut remissio culpæ fit in baptismo, non solum virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, scilicet apæ : principalius lameo virtute formæ, et ipsa aqua vinalem recipit : ita etiam et remissio culpæ est effectas pœnitentiæ, priucipalins quidem ex virtute clavium, q/as habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod e-t formale iu hoc Sacramento (ut supra dictum est) Secundario autrui ex vi ac'uum pœnitentis, pertinendam ad virtutem pœnitentiæ : tamen prout hi actus aliqualiter ordinamur ad claves Ecclesiæ. Et sic patet, quod reaifcio culpæ est effectus pœnitentiæ, secundum quod H rirtas principalius tamen, secundum quod est >,acramenhm.

A.d primum ergo dicendum, quod effectus gratiæ openatis es», justificatio imnii : ot in secunda parte dictum est In qua. ut ibidem dictum est, non solum est gratiæ bfasio el remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formata?, et motos liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Hi tamen actus humani sunt ibi, ut effectus gratiæ operantis, simul producti cum remissione culpæ. Unde remissio culpæ non fit Mne actu pœnitentiæ virtutis, licet sit effectus gratiæ operantis.

Ad >ecunaum dicendum, quod in justificatione impii too solum est actos pœnitentiæ, sed etiam actus fidei : « dictum est : et ideo remissio culpæ non ponitur effectos solum pœnnentiæ virtutis : sed principalius fidei, el charitatis.

Ad tertium dicendum, quod ad passionem Christi ordinatur aclus pœnitentiæ virtutis, et per fidem, et per erdiuemad claves Et c esiæ. Et ideo utroque modo causât reaissionem culpæ virtute passionis Christi.

Ad id autem quod in conlrarium objicitur, dicendum esi. quod actus pœnitentiæ virlulis habet, quod sine eo wo possit fieri remissio culpæ, in quantum est inseparabilis effectus gratiæ, per quam principaliter culpa remittitur, quæ etiam operatur in omnibus Sacramentis. Et ideoperhoc nou potest concludi nisi quod gratia esl principalior causa remissioni* culpæ, quam pœnitentiæ Sacramentum. Sc»»ndum tamen quod etiam in veteri lege, et in lege naturæ erat aliqualiter Sacramentum pœnitentiæ : ut s dictum esi.

Conclusio : Remissio culpae est effectus Pœnitentiæ, tam ut virtus, quam ut Sacramentum est.

Expositis natura, et causis Pœnitentiæ virtutis, jure pergit D. Thomas investigare ejus effectus, non quidem furmales, quippe qui ab ea ex parte recti non distinguuntur ; sed illos, qui ipsi ut principio activo respondent; inter quos quia primum locum retinent peccata mortalia, in quorum medelam ipsa fuit principalius instituta; idcirco totam hanc quæstionem insumit S. Doctor in examinando qualiter circa ea, et illis annexa se habeat Pœnitentia, acturus quæstione sequenti, quæ est octogesima septima, de remissione peccatorum venialium, quæ etiam suo modo est effectus Pœnitentiæ, ut ex ibi dicendis, et jam a nobis tract, de Justificat, expensis, est manifestum. Porro quia non aliter effectus procedit a virtute, quam media causalilate, et hic est proprius locus examinandi prædictos effectus, quod fieri nequit absque notitia influxus hujus virtutis; praemittere oportebit aliqua dubia ei deservientia, quæ supra tetigimus, et in hunc locum remissa sunt. Primum est, an virtus Pœnitentiæ sit proxima, et adaequata ratio eliciendi actum contritionis? vel concedi debeat voluntati virtus partialis proxima, quæ ipsi ex propriis viribus competat, et media proxime, et immediate influat in prædictum actum? Secundum erit; Utrum Pœnitentia effective concurrat ad destructionem peccati? et an praedictus influxus sit physicus, vel tantum moralis? et ab his expediti devenimus ad alia, de quibus in praesenti D. Thomas. Ut vero sub ejusdem disputationis filo ea comprehendantur, sequentem titulum præfigimus.

DISPUTATIO VI

De influxu, et effectibus Pœnitentiæ sub ratione virlulis.

In hac disputatione supponenda sunt quæ disputationibus superioribus reliquimus expensa, tam circa naturam, et essentiam hujus virtutis, quam circa actum contritionis, proprium, et immediatum ipsius actum : quocirca in præsenti tam illam, quam istum esse entîtative, et ut sic dicamus, quoad substantiam supernaturales, quin aliquod prædicatum, quod revera naturale sit in ordine physico, in illa, aut in isto reperiatur, statuendum est. Quo sic in communi constituto, est

DUBIUM I.

Λη *Pernitentia sit tota adaequata ratio proxima eliciendi contritionem ?*

1. Hæc quæstio sub his terminis non invenitur ab Authoribus excitata, sed eam aliunde determinatam supponunt, sive qui affirmativam sententiam defendunt, sive qui partialem concursum voluntati tribuunt ad actus supernaturales. Omnes quippe occasione solemnis difficultatis, quæ propriam sedem tenet tract, de Visione Dei, ad quam lumen gloriæ necessarium omnino ducunt communiter Theologi, ibi disserere assueverunt : *An lumen gloriæ sit lota ratio proxima agendi visionem Beatificam ; necne?* Et quam partem ibi elegerint eam in aliis materiis prosequuntur, et merito snpponunt. Quod et nos præstare in præsenti possemus, si ad rem ipsam foret aspiciendum, si quidem prmcipia ibi assumpta, et firmata disp. 5, dub. 2, et latius expensa tract, de necessitate gratiæ, nec non de gratia sufficienti, et efficaci, imo et quæ fere per totum nostrum hunc cursum, dispersa, et quoties occasio ferebat, expensa reperientur, satis manifesta

Notanda pro hujus dubii introductione.

runt nostram mentem ; quod etiam testantur, quæ supra diximus in hoc eodem tractatu, dum negavimus actum contritionis posse viribus naturæ nec quoad substantiam produci, ubi principia jecimus huic instituto deservientia. Quia tamen sub propriis vocibus a recentioribus expressis non invenitur in toto hoc opere, aliquorum consilio, imo et jussu; eam formalius decidere statuimus; non quia speremus aliquam in hac parte accretionem facere doctissimis D. Thomæ discipulis, qui in ea enodanda felicissime insudarunt, et solidissime veram sententiam statuerunt, ac propugnarunt; ita ut vix aliquid novi, aut contrarii opponendum, aut ab illis expensis addendum occurrat, vel necessarium sit pro oppositæ sententiæ expugnatione. Sed vero ut aliorum votis conniveamus, et ne sub his terminis in hoc cursu prædicta quæstio desideretur, eam sub verbis propriis hujus materiæ decidendam suscipimus. Porro, quæ dixerimus de actu contritionis respectu Pœnitentiæ, et voluntatis, applicari debent omni alii actui quoad substantiam, seu entitatem supernatural!, nec non ejus principio, sive libero, sive necessario. Ut ex nunc excludamus aliquos actus solum quoad modum supernaturales, qui proinde non postulant principium adaequate supernaturale, sed quasi mixtum ex utroque, eo modo quo ipse actus non est undcquaque supernaturalis. Quocirca in capite ipsius dubii supposuimus actum contritionis esse totaliter supematuraiem, ut probatum reliquimus, nec non virtutem ipsam Pomitentiæ esse per se infusam, atque ideo enlitative supematuraiem.

2. Quia tamen catholici cum catholicis decertamus, statuendum est principium, in quo contra hæreticos convenire debemus : nimirum sub gratia De vere nos pœnitere, vere Deum diligere pœnitentia, et dilectione supernaturalibus, et sic de reliquis actionibus, ad quarum exercitium indigemus gratia Dei ; hoc enim principio sublato, necesse est labi in hæreticorum dementiam, et se ipsum hominem, velut inanimem reputare, atque ideo omnem gratiam sive excitantem, sive cooperantem respuere, et abjicere. Quod sane est manifestum delirium, et ipsa experientia refutatum. Hoc vero commune, et fide sanctum principium diu ante Concilium Trideutinum edoctum accipimus ab omnibus Sanctis Patribus, quos superfluum est recensere. Sufficiat audire D. Gregorium lih. 33, Moral. cap. 20, alias 25 : *Bonum quod agimus, et Dei est, el nostrum. Dei per praevenientem gratiam* nostrum per obsequentem voluntatem. Si enim Dei non est, unde gratias in aeternum agimus. Rursus si nostrum non est, unde nobis retribui praemia speramus. Quia ergo non immerito gratias agimus, scimus, quod ejus munere pravenimur. Et rursus, quia non immerito retributionem quaerimus, scimus, quod subséquents libero arbitrio, bona elegimus* quae ageremus.* Ita ergo adstruere debemus opera nostra bona supernaturalia, quod non negemus nostram voluntatem ; nec hanc ita possumus, aut debemus asserere, quod negemus gratiam Dei nobiscum operantem : atque ideo ut catholicum dogma tenendum nos cum Dei gratia bene agere, bene pœnitere, bene Deum diligere, atque ideo in his, et similibus operationibus bene vivere vita supernatural!, et libere ad eas nos ipsos movere.

Sed hinc oritur discordia, et in hoc ipso stat lapis offensionis, nam ad hanc veritatem servandam exigi videtur concursus immediatus voluntatis, et gratiæ : si enim sola voluntas concurrat proxime, ad quid opus est gratia ? Si autem sola gratia influit immediate, et non voluntas evanescit hujus

jus activitas, ot totus influxus est gratiæ. Uirumque ergo tenendum psi, ot quod influat gratia, ot quod concurrat voluntas juxta illud Augustini de Peccat, meritis, et remiss, cap. 5 : *Nec ideo tamen de hac re solis volis agendum est, ul non subinferatur ad bene vivendum noslræ efficacia volunlatemque ; Adjutor enim noster Deus dicitur. Neque adjuvari potest,* nûi *qui sponte conatur :* quia non *sicut in lapidibus insensatis, aut* ricut *in eis, in quorum natura rationem, wlunlatemque non condii, salutem nostram Deus operatur in nobis.* Sed hoc opus, hic labor est. Unde et duæ ex diametro oppositæ insurgunt sententiæ. Prima, quæ docet gratiam et voluntatem se habere ut duas causas partiales, partialitate causæ, non vero partialitate effectus : hoc est, totum actum v. g. contritionis procedere a gratia, et totum etiam a voluntate; sed sub diversa ratione; nam a Pœnitentia, seu gratia procedit sub ea ratione, sub qua est supernaturalis; a voluntate vero, quatenus est vitalis, et liber. Qui conceptus ex parte actus adunantur absque distinctione in eadem indivisibili entitate, et tota partialitas, el divisio se tenet ex parte causarum ad illam concurrentium. Et ideo dicuntur, el sunt, plures causæ partiales partialitate causæ, sed non partialitate effectus, qui indivisibilis cum sit, totus cuilibet earum respondet, licet non totaliter.

3. Altera senientia constanter affirmat ineptam esse illam partialium causarum divisionem ad eam veritatem tuendam, sed quam optime, imo et melius, ac rationabilias salvari asserendo ex gratia, et voluntate illi subjecta unicam et indivisibilem causam constitui, unicumque dumtaxat influxum exhiberi, qui totus sit gratiæ, et totas etiam voluntatis, hujus ut principii remoti, illius ut virtutis proximæ, vi cujus hominem v. g. non pœnitet proxime ex propria virtute naturali, sed ex auxilio et virtute Pœnitentiæ supernaturalis, quibus proxime constituitur* potens adæquate ad poenitendum, et absque illis solum erat remote potens. Ad eum sane modum, quo ignis non calefacit per actionem aliquam, quæ immediate prodeat a substantia ignis tanquam ab agendi ratione proxima; sed tota, et adaequata ratio proxima agendi, seu calefaciendi est calor, cujus actio est propria ipsius ignis ut principaliter agentis per calorem, et ipsius caloris ut virtutis omnino proximæ, etadæquatæ. Unde (persistendo in hoc eodem exemplo) sicut in naturalibus juxta veram philosophiam hic suppunen lam, naturaliter et omni procul dubio salvatur ignem urere, agere, et calefacere, per hoc quod calor sic. tota ratio agendi naturaliter ; et non est necessarium comminisci eam distinctionem partialium causarum, aut diversos influxus affigere; sed unum, et eundem indivisibilem, qui unico illi principio ex proximo et radicali constituto respondeat : haud dissimiliter in ordine supernaturali, ut verum omnino sit, et cum omni proprietate salvetur hominem pœnitere, diligere, aut alios virtutum supernaturalium actus exercere; non requiritur ea partialium causarum distinctio, nec consequenter partitus illarum influxus. Sed eademmet contritio (idem dicito de aliis actibus) correspondet voluntati, et Pœnitentiæ : huic ut rationi proximæ agendi ex parte actus primi adæquatæ; illi vero ut principio radicali, non aliter operanti nisi per virtutem proximam, sicut anima non agit nisi per intellectum, et voluntatem. Quod est aliud exemplum, quo se explicat hæc sententia ; non enim solus intellectus intelligit, nec sola voluntas amat; sed unum et alterum præstat ipsa anima per intellectum, et voluntatem, ut per rationes agendi omnino proximas, et adæquatas, ut est constans, et perpetua, doctrina Aristotelis, et nobiliorum Philosophorum.

Nec aliquid magis horrendum, monstruosumve docetur in hac sententia; sed quod in naturalibus tenet vera philosophia, in supernaturalibus statuere contendit, proportione debita, ista Theologia. Et hinc exemplo ejusdem animæ gradum facit ad explicandam tum vitalitatem, tum etiam libertatem in operationibus supernaturalibus, uti explicantur vel ab ipsis philosophis naturalibus respectu operationum pure naturalium, respectu quarum propriam, et naturalem libertatem nos exercere indubitatum est : quin anima se ipsa immediate ut agendi ratio proxima actionem eliciat; sed unica, et adæquata ratio proxima est voluntas naturaliter sequens directionem intellectus. Sic ergo explicatis capitalibus his sententiis, superest videre, quænam illarum tenenda sit.

§ I

Vera D. Thoma:, et discipulorum sententia eligitur, et probatur.

4. Dicendum est Pœnitentiam esse ra- Conclusio.

lionem proximam, etadæquatam voluntati ad eliciendum actum contritioni?, subindeque ipsi voluntati non esse virtutem partialem, et inadæquatam respectu illius. Utraque pars hujus assertionis supponitur in præsenti a discipulis D. Thomæ, ex a se ipsis efficaciter probata tract, de Visione Dei, et aliis tractatibus, et in eodem sensu in quo ibi docent lumen gloriæ esse rationem proximam totalem agendi visionem beatificam, et charitatem, dilectionem Dei super omnia, consimiliter sive Pceniten-tiam, sive quamlibet aliam virtutem supernaturalem se habere affirmant respectu proprii actus entitative supernaturalis; qui in hoc discrimen agnoscant, et merito, utpote eisdem omnino principiis, et illationibus unum, et alterum futcitum.

Pfund æ mentam, Primum assertionis fundamentum sumitur ex SS Patribus, et reducitur ad hanc formam. Nam in operibus entitative supernaturalibus, ad quæ gratia indigemus, non admittunt, quin imo repellunt, ac rejiciunt partitionem, aut divisionem, ut aliquid partim tribuatur gratiæ, aliquid libero arbitrio, sed totum gratiæ et totum libero arbitrio deferunt : sed actus contritionis est opus entitative supernaturale : ergo non partim tribuendum est gratiæ, et partim libero arbitrio; sed totum gratiæ, et totum libero arbitrio : non ergo est partialis influxus gratiæ, et partialis itidem voluntatis influxus. Hæc secunda Consequentia constat ex prima : quia influxus non est nisi ad dandum esse effectui ; nec iste aliter illi corresponde!, aut commensuratur, nisi juxta qualitatem et modum influxus : ergo si totus effectus correspondet causæ influenti; hujus influxus nequit esse partialis : et e converso si influxus est partialis, nequit totum effectum producere; et si totum effectum non producit, nequit totus effectus tribui influxui partiali, ut constat in duobus portantibus eundem lapidem, qui effectus non totus cuilibet portantium respondet. Prima vero Consequentia sequitur ex præmissis. Minor supponitur, et suadetur Major ex SS. PP.

D- Λα- 8ttst* Sit omnium Coriphæus D. Augustinus, lib. de dono persev. cap. 6, ubi ait : *Tutiores igilur vivimus, si totum Deo damus, non autem nos illi ex parle, el nobis exparte committimus,* et cap. 13 ejusdem libri inquit : *Hoc nobis expedit, el credere el docere : hoc esi pium, hoc esi verum, ut sil humilis, el submissa confessio, el delur lotum Deo.* Lib. de Prædest. Sanctorum cap. 2, sic loquitur : *Numquid metuendum est, ne Deus lotum facere non possit, et ideo homo sibi primas ejus vindicat, ac dat paries, ut novissimas ab illo accipere mereatur?* Ergo rejicit D. Augustinus disertissime influxas illos partiales gratiæ, et voluntatis. Patet Consequentia : nani intendit S. Doctor totum quod est ex nobis retundi iu Deum : sed si darentur illi concursus partiales, totum non referendum foret in Deum; quando quidem influxus partialis voluntatis non refunderetur in gratiam ; sicut nec vice versa, influxus gratiæ non refunderetur in voluntatem : ut ergo totum refundi possit in gratiam, et consequenter in Deum, ablegandi sunt ex mente D. Augustini influxus illi partiales. Eo vel maxime : quoniam influxus specialiter non proveniens a gratia, non est, cur tribuatur specialiter Deo, ut de se constare videtur : et influxus ille partialis voluntatis non proveniret a gratia, sed est ab ipsamet voluntate ex acceptis per creationem. Cum ergo doceat D. Augustinus totum, quo in illis operibus vivimus, Deo esse deferendum, manifeste exclusit concursum partialem voluntatis, quin ex innatis viribus procedat.

Ad hæc. Juxta D. Augustinum ita asserendus est influxus gratiæ, et voluntatis, quod non sit in partes dividendus, sed totum revocandum est in e,us gratiam, ex cujus parte stat primatus influendi : sed positis partialibus influxibus, necessarium est admittere partialitatem, nec totum refunditur in gratiam, nec hæc obtinet primatum agendi, ut ex se constat, et ex dicendis liquidius constabit : ergo ut salvetur mens D. Augustini, non debet sustineri partialis influxus voluntatis diversus ab influxu gratiæ.

d .h «- η'· 5. Sequitur D. Hieronymus super illud Jeremiæ 18 : *Sicut lutum in manu figuli,* inquiens : *Nec statim totum erit hominis, quod eveniet, sed ejus gratis, qui* cunela *largitus est.* Se i non largitus est concursum partialem voluntatis ex viribus naturæ operantis, quippe qui ex a Deo acceptis per creationem procedit. Ergo iste concursus non est effectus gratiæ subindeque relegatus fuit a D. Hieronymo. -J

Ad hæc. üt totum quod eveniet, non sit hominis, sed gratiæ, confugit D. Hieronymus ad ipsam gratiam, ut ostendunt clare ejus verba : sed concursus partialis voluntatis condistinctus a concursu gratiæ non est effectus ejusdem gratiæ : alias esset

I I j

esset illo posterior, quod non admittent oppositum docentes : ergo ibi non totum refertur in Deum, et in ejus gratiam. Patet Consequentia : quia proxime, et immediatenon tribuitur gratiæ, quod proxime, et immediate ab ea non procedit, ut est per se notum : se i concursus partialis, quem adstruunt voluntatis, non procedit immediate a gratia, sed est condistinctus ab illa, licet comitetur ejus influxum : ergo concursus ille non refunditur proxime, et immediate in gratiam, consequenterque non totum quod ibi est hominis operantis est gratiæ Dei, contra D. Hieronymum.

Itûry* Si$t' Succedit D. Chrysostomus ad Corinth. 2, cap. 3, super illa verba : *Non quod sufficientes sumus, etc.,* ubi ita loquitur : *Quasi dicat planius* I *Non ita dicebam : fiduciam habemus, ut partim sil nostrum, partim sit Dei, sed lotum illi tribuo, acceptumque fero.* Idem docet hom. 4, super Epist. 2 ad Thessalon. et hom. 15 in Acia Apost. et alibi sæpe. Similia reperies passim apud SS. PP. quos omnes adducere in testes esset in immensum abire. Audiamus interim D. Bernardum de libero arbitrio ita disserentem tract, de Gratia, et libero arbitrio. *Non partim gratia, partim liberum arbilrium,* in quibus est eadem energia cum verbis D. Chrysostomi modo relatis, et maxime notanda. Non enim inquiunt ; *partem gratia, et pariem liberum arbilrium,* quasi pars uni, et pars alteri conveniret (hoc enim non curarunt SS. PP. prosternere, utpote manifeste falsum, eo quod in operatione voluntatis indivisibili non est partem uni, et partem alteri tribuere), sed semper insistebant in eo, quod non partim gratia, et partim liberum arbitrium operaretur, quasi ex parte una se haberet voluntas operando ex propriis, et a natura inditis, et ex alia se haberet gratia, hoc enim sonat *partim* una, *et partim* altera : sed quod voluntas non operatur nisi sub gratia, cum gratia, et per gratiam ut per virtutem proportionatam. Unde prosequitur D. Bernardus : *Sed lotum singula opere individuo peragunt, totum quidem hoc* (liberum arbitrium) *et lotum illa* (voluntas) *sed ul lotum in hac* (scilicet voluntate) *ita lotum ex illa* (videlicet gratia) quia totum, quod est in voluntate, dum elicit contritionem, est ex gratia. Non ergo juxta mentem D. Bemardi, et aliorum Patrum est in voluntate ad opera supernaturalia concursus partialis, ex viribus propriis, utpote qui non est, nec esse potest immediate ex ipsa gratia, sed ex libero arbitrio simul cum gratia se habente. Et constat manifeste exemplo duorum simul portantium lapidem : quia licet effectus ab utroque pendeat concursus tamen unius non est ex alio, licet sit cum alio.

B.Bcr-uni.

6. His, et similibus testimoniis apud SS. PP. familiaribus, et passim obviis varie occurrunt juniores, et pro omnibus Ripalda tom. 1, de ente supernaturali lib. 2, disp. 30, sect. 24, n. 118 et sequentibus. Prima solutio est velle SS. PP. totum salutis opus, quoad omnes suas partes, a prima usque ad novissimam, ab initio in finem, ab effectu, et desiderio fidei ad operis executionem, a primo gradu usque ad omne ipsius augmentum, non viribus solius arbitrii, sed viribus etiam gratiae tribuendum. Ita fere ad verbum allegatus Author : idque præcipue intendisse D. Augustinum, ex eo ostendit, quod agebat cum Semipelagianis; qui ut constat ex eodem S. Doctore, componebant cum Deo, et partem, eamque potiorem, et primam, sibi assumebant; et partem sed posteriorem, et secundam, Deo tribuebant. Contra quos recte procedit S. Doctor in illis verbis; sed minime tangit, aut excludit concursum partialem voluntatis ad actum salutarem, utpote qui a gratia secundum se totum procedit, et consequenter tribuendus est Deo.

Junio- p“Q$j0. Ripalda.

Confata-tur.

Hæc tamen expositio nulla est, utpote in verbis solum consistens. Et ratio est : quia mens D. Augustini non solum est, quod ex tota operationum serie a prima usque ad ultimam, nulla sit quæ non referatur in Dei gratiam, ut innuere videtur responsio; sed etiam ex qualibet in particulari operatione salutari nihil in ea sit, quod totum non referatur in gratiam, quippe ratio est omnium, ac unius, *hoc enim* (inquit Augustinus) *nobis expedii el credere, et docere : hoc esi pium, hoc esi verum, ul sit humilis, et submissa confessio, et totum detur Deo,* utique in quolibet opere salutari : sed hoc non salvatur in opposita doctrina : ergo ea ut adversa D. Augustino, et aliis SS. PP. repellenda est. Probatur Minor : nam juxta opinionem adversam, in opere supernaturali sicut dantur duo concursus ex parte voluntatis, et ex parte gratiæ, ita inveniuntur duo conceptus, alter qui respondeat partiali intluxui voluntatis, et alter qui est proprius gratiæ, nimirum in Pœnitentia, et est pœnitere supernaturaliter et sic de

reliquis actibus. Pœnitere autem non correspondet gratiæ, srd voluntati, cujus est retractare actum ; pœnitere vero supernaturaliter est proprius effectus giatiæ : ergo in hac operatione non est unde totum tribuatur Deo. Patet Consequentia : quia quod non est a gratia, non tribuitur specialiter Deo, sed nec concursus partialis voluntatis, nec id quod illi prout a voluntate, respondet, potest esse effectus gratiæ; sicut nec influxus gratiæ, nec id quod gratiæ prout a voluntate diversæ respondet, est effectus voluntatis, aiioqui enim non essent causæ partiales, aut partialiter influerent : ergo non est unde, aut quomodo influxus ille partialis voluntatis, et quod ipsi prout tali respondet, Deo specialiter referri debeat.

Si autem dicatur, quod Pœnitentia præstat proxime pœnitere, et etiam supernaturalitatem ; habemus intentum ; quia jam Pœnitentia esset proxima, et adæquata ratio pœnitentiæ supernaturalis; si quidem uterque conceptus proveniret proxime a Pœnitentia, et a voluntate ut per ipsam operante, eo prorsus modo quo intellectio provenit immediate ab intellectu ut virtute adæquata, et proxima intelligendi, et ab anima ut a principio per intellectum intelligente et non se ipsa ut quo eliciente proxime intellectionem.

7. Nec elevatur difficultas, quin potius augetur illa doctrina D. Augustini. Verum quidem est S. Doctorem eo loci agere cum Semipelagianis, cum Deo componentibus, et partem illi dantibus, partem vero sibi tribuentibus, et quidem primam, et priorem. Sed unde hoc? nisi quia specialem concursum tribuebant voluntati, qui non esset ex gratia proxime, et immediate, ex quo fiebat consequens in assensu fidei, hoc quod est credere esse voluntatis (idem dicito de aliis operationibus supernaturalibus) et non gratiæ, hoc vero quod ibi splendebat supernaturalitatis non a voluntate, sed a gratia prodibat. Patet hoc ex ipso D. Augustino ibi ita dicente : *Nolens ergo his tam claris testimoniis repugnare, et tamen volens a se ipso sibi esse, quod credidit homo, quasi componat, etc.* Ubi credere tribuebant homini, et subtrahebant a gratia, et componebant cum Deo nedum ex parte effectus, verum etiam ex parte influxus : sed etiam Adversarii componunt cum Deo ; si non ex parte effectus, ex parte concursus. In quo profecto inconsequenter procedunt, cum ex uno aliud inferri videatur necessarium. Et si velint, illos interrogemus : concursus Ille partialis distinctus a concursu gratiæ, quem tribuunt voluntati, vel cunducit ad salutem, et ordinem supernaturalem ? vel non ? Si non conducit, impertinenter, et omnino superflue ponitur. Si vero conducat? Rursus, vel illemet concursus prout tributus voluntati, et distinctus ab alio influxu partiali proprio gratiæ, est effectus ejusdem gratiæ, vel non? si hoc dicatur, jam componunt cum Deo, et aliquid ita est proprium voluntatis, quod specialiter non sit Dei, subindeque non debet ex hac parte Deo referri speciali titulo ultra communem causæ universalis. Si est effectus ejusdem gratiæ, prout est concursus partialis voluntatis? Ergo jam non est ita concursus unicæ voluntati proprius, sed etiam ejusdem gratiæ. Ad quid ergo concursus partialis ita distinctus, et ita appropriate uni, et non alteri, si in ipsummet concursum partialem voluntatis etiam influit gratia? Profecto, vel illa distinctio est inutilis, et solum deservit ad obscurandam veritatem : vel si semel est vera, aliquid ibi est reperire, quod non referatur specialiter in Deum, in quodcumque latus ad hoc vitandum se vertant. Quo contra stat doctrina D. Augustini, et SS. PP. Quare illa distinctio, apud adversarios communis, de partialitate causæ generatim loquendo, sustinenda est; si secum afferat partialitatem effectus ; secus vero si hanc non admittat. Et quia in præsenti controversia de actibus entitative supernaturalihus, utpote indivisibilibus, locum non habet; prorsus est rejicienda : quia effectus indivisibilis vel totus, vel nihil illius debet produci, et sic implicatorium est causam esse partialem, et totum effectum attingere : sicut implicaret assignare causam, quæ nihil efficeret in effectu. Qua observatione bene perpensa quam latius prosequi non est necessarium, ruit totum fundamentum illius sententiæ, et ejus inconsequentia monstratur.

8. Secunda ejusdem Authoris solutio est, ideo in opere supernaturali totum deferri Deo, quia licet sint distincti concursus partiales voluntatis et gratiæ.; hujus influxus primatum tenet, et principalior est causalitas gratiæ, quam voluntatis. Cujus primatus duplicem rationem assignat. Primo, quia causalitas gratiæ est ejusdem rationis cum opere supernaturali, cum eoque connectitur. Secundo quia gratia tribuit virtutem arbitrio, non vero arbitrium gratiæ, arbitrium elevatur a gratia, non vero gratia a libero

Alitf eïagiss.

a lïboro arbitrio. Rursus : Deus sua gratia prævenit liborum arbitrium vocando, et excitando : liberum vero arbitrium non prævenit gratiam, nec excitat, aut vocat. Ita num. 119 allegatui sectionis.

Sed hæc solutio eo melior est præcedenti, quo clarius prodit, quid re ipsa doceant adversarii. Et omissis illis praerogativis gratiæ supra voluntatem, quas libenter concedimus cum aliis pluribus, sumamus primam disparitatis rationem, in qua est nervus differenliæ, ob quam totum opus supernaturale tribuitur Deo, et non voluntati, quia nimirum causalitas gratiæ est ejusdem rationis cum opere supernaturali, et cum eo connectitur ; sed causalitas voluntatis non est causalitas gratiæ, cum sit ab ea partialiter diversa; ergo causalitas voluntatis non est ejusdem rationis cum opere supernaturali, nec cum eo connectitur. Syllogismus est recte dispositus, et legitime infert Consequentiam, suppositis praemissis, quarum Major ad verbum est prædicti Authoris, Minor etiam constat ex sententia, quam sequitur. Ex quo subinfertur, quod voluntas nequit adhuc partialiter proxime concurrere effective ad operationem entitative supernaturalem. Nam voluntas sua causalitate nequit attingere effective id quod non est ejusdem rationis cum ipso effectu, nec cum ipso connectitur : sed causalitas voluntatis non est ejusdem rationis cum effectu supernaturali, nec cum eo connectitur, ut est concessum : ergo nequit partialiter concurrere ad illum. Patet Consequentia : quia causa partialis partialiter debet esse ejusdem rationis cum effectu a se partialiter producto, et cum eo connecti debet ; hoc quippe est de ratione Cujuscumque causæ effectivae.

Deinde insistamus eidem SS. PP. Doctrinae, juxta quam totum negotium salutis deferendum est Deo, ut speciali authori, *hoc enim est pium, hoc est verum, ut sil humilis, el submissa confessio* ut testatur Augustinus; sed quod non est ejusdem rationis cum gratia, nec cum ea connectitur, non pertinet proxime, et immediate ad negotium salutis, ut est certum, et fide sanctum : ergo hoc non est Deo ut speciali Authori tribuendum. Sed concursus partialis voluntatis prout ab ipsa non est ejusdem rationis cum gratia, nec cum ea connectitur. Ergo non est referendus in Deum ut in specialem Authorem gratiæ.

Praeterea, juxta D. Hieronymum ubi supra : *Ita libertas arbitrii servanda est, ul in omnibus excellat gratia Salvatoris* * sed juxta illam expositionem non in omnibus excellit gratia Salvatoris : ergo expositio illa non attingit mentem SS. PP. nec salvat. Major est expressa S. Doctoris, et eam suo sensui adaptat Ripalda, sed inepte, ut patebit ex probatione Minoris. Tum quia in hoc quod est partialiter concurrere non est excessus, licet alter eorum sit præstantior in esse entis. Tum eo maxime; quia neuter alium determinat, aut prævenit immediate, s?d simultanée se habent. Tum quia voluntatis concursus est ratio concursus gratiæ, et non e converso; quia enim homo vult, utitur gratia; non autem agit gratia, ut homo efficaciter velit pœnitere : et hanc causalem non negant adversarii, quin imo necessariam ducunt. Ubi est ergo primatus gratiæ in omnibus, ut intendit, et clare docet D. Hieronymus ?

Demum : si Deus media sua gratia ita efficeret actum supernaturalem quod pars ejus corresponderet gratiæ, et pars ejus voluntati, ut volebant Semipelagiani ; abs dubio gratia non excelleret, sed foret pedissequa naturæ, ut in confesso est, et debet esse apud omnes utriusque sententiæ fautores : ergo admissis, et positis concursibus illis partialibus ex parte causarum, in modo efficiendi, et causandi, non excellit gratia voluntatem, quinimo hæc est superior illa, vel saltem æqualis in illo proximo utriusque partiali influxu. Patet Consequentia : nam idem excessus, qui in casu Antecedentis reperiretur in effectu ab utraque causa producto, invenitur in ipsis causis, et modo causandi, ut videtur perspicuum : Quomodo ergo voluntas totum specialiter referre poterit in Deum, a quo specialiter non habet, quod partialiter influat; quinimo ipsamet facit suo concursu partiali, quod gratia influat, ipsamet determinat, ipsamet reddit suo partiali concursu voluntarium opusillud supernaturale, siquidem prius est esse voluntarium, quam esse supernaturale, et prius prioritate a quo vult voluntas gratiam operari, quam quod gratia operetur? Quia namque homo vult, gratia operatur; et gratia nequit velle efficaciter hominem hic et nunc operari, nisi præsupposito, aut præviso per scientiam mediam partiali voluntati concursu.

9. Unde ruunt aliæ duæ rationes pro fulcienda expositione. Et sane bene docent adversarn gratiam largin vires nostræ voluntati, gratiam prævenire, excitare, Prose uq.

et vocare nostram voluntatem ad consensum. Hoc, inquam, recte docent, sed non recte explicant. Quid enim refert clamare gratiam conferre vires a l actus supernaturales, excitare, et vocare ad consensum naturalem, si gratia indiget influxu partiali voluntatis? Hoc enim pacto tam indiget gratia voluntate, quam voluntas gratia, ut patet in impotente portare lapidem, qui socium vocat in auxilium pondus sustinendi, qui quidem supplet vires ad effectum, sed non addit vires impotenti, ut ipse cum illis viribus agat. Quando ergo docent SS. PP, gratiam largiri vires debili nostræ voluntati, sensus verus est, non quod gratia partim faciat effectum, et partim voluntas» ut ipsimet SS. PP. evidenter excludunt. Sed quod totum illum effectum, aut opus supernaturale, efficit voluntas per solas vires gratiæ superadditas, ideoque totum debet deterre g atiæ, et nihil sibi, et hoc modo in omnibus excellit gratia; aliter vero ægerrime salvatur vera illa, et Catholica doctrina, nec quiescit intellectus intelligendo quomo lo totum possit deferri Deo ut Authori speciali, siquidem quod voluntas ex se habet, non est a Deo ut a causa particulari. Dum tamen D. Augustinus de Gratia, et libero arbitrio cap. 5 clamet, et doceat : *ul de calo vocaretur, et tam magna, el efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola.* Quod quidem si specialissime in D. Paulo splenduit; etiam tenet in quolibet bene opei ante in negotio salutis : in quolibet enim opere supernatural! splendere etiam debet gratia Dei, quia per solam gratiam operamur, et per solam gratiam habemus vires proximas, non per naturam. Unde lib. 1 Retractat. cap. 23, prope finem, explicans quod olim docuerat, nostrum esse credere, et Dei bene operari, inquit utrumque esse nostrum et etiam Dei, sed quomo lo? audiamus Augustinum : *Utrumque ergo nostrum propter arbitrium voluntatis, el ulrumque tamen datum est per spiritum fidei, el Charitatis.*

D. Aagust.

Idem.

Expenduniur hajas argumenti vires.

10. Ex quibus verbis sic instauratur assertio, et expugnantur præiictæ expositiones. Nam juxta D. Augustinum : tam id quod est ex libero arbitrio, quam id quod est supernaturale, et proprium gratiæ, est nostrum '. sed utrumqun est datum specialiter a Deo : ergo utrumque est effectus gratiæ specialis, nihil ergo ibi est, quod specialius uni præ alia tribuatur ut virtuti proximæ.

Præterea. Per hoc quod operatio supernaturalis, qua supernaturalis, nostra sit juxta sensum Augustini ; non probatur voluntatem nostram partialiter concurrere ad supernaturalitatem actus : hanc enim volunt Adversarii a sola gratia et non a voluntate ut a virtute proxima, procedere; atque ideo componitur actum supernaturalem, qua supernaturalem esse nostrum, quin nobis insit virtus agendi proxima distincta a gratia, et insita a natura, ad inducendam illam supernaturalitatem. Ergo vice versa stare quam optime poterit illudmet opus esse etiam nostrum secundum aliam rationem, quin voluntas in illud exhibeat concursum partialem ex viribus naturæ. Patet Consequentia ex D. Augustino : ideo stat primum, quia est datum a Deo specialiter; sed etiam est datum specialiter alterum; ergo utrumque est datum, quin sit necessarius concursus partialis. Nam ideo datur homini gratia, ut per illam tamquam per vires proprias adaequatas, et omnino proximas operetur; non ut partim gratia, partim voluntas ex se ipsa proxime erumpat in operationem : hoc quippe non est totum esse nostrum, et totum gratiæ, nec totum tribuere Deo, sed partiri influentias : *Tutiores igitur vivimus, si totum Deo damus, non autem nos illi ex parle, el nobis ex parte committimus,* ut retulimus ex Augustino, cujus discipulus S. Prosper lib. de ingratis cap. 14, ita pro gratia cecinit : *Ul non his studiis adjutor promoveatur, non Doctor, neque discipulus; sed gratia sola efficit, inque graves adolet plantaria fructus.*

D. Asg&SL

D»i^rw·

11. Tertiam tandem, ac postremam expositionem testimoniis prædictis apponens laudatus Theologus, inquit, ideo totum dici esse Dei, quia et ipsum velle, et agere nostrum, quo Deo operanti cooperamur, Dei vere est per gratiam prævenientem. vi cujus partialis influxus nostræ voluntatis in ipsum refunditur. Et hanc præventionem gratiæ in voluntatem, non habet voluntas in velle, et agere voluntatis, et gratiæ divinæ. Ita num. 121, ubi explicat pluribus testimoniis convenientiam prædictæ expositionis.

Al:ώ adtfni-*n'nt* en!”·

Sed nec hac explicatione elevatur pondus illorum testimoniorum in favorem nostræ sententiæ. Et præierquam quod coincidit cum precedent! jam refutata, ostenditur ejus insufficientia vel ex eo solum, quod gratiam excitantem non negarunt Semipelagiani, sed ea posita adhuc censebantur inimici

dilo.

'nimici gratiæ, et alia specialior extorquebatur ab illis : ergo ut salvetur Catholicus, et verus primatus gratiæ in opere supernatural!, in ipsomet opere assignanda est præcellentia, et non sufficit gratia excitans, aut præveniens. Consequentia constat, et Antecedens probatur ex Fausto lib. de Gratia, et humanæ mentis arbitrio cap. 10 et 19, cujus fuit hæc propositio : *Deus postquam hominem excitat sua gratia, expeclat ejus voluntatem, ut consentiat.* Et in hujus Consequentiam eodem lib. 1, cap. 1 et 3, inquiebat : *Non est totum dandum Deo, el illius graliæ : sed aliquid reservandum labori, et industriæ arbitrii.* Tum etiam : quia gratia excitans, et præveniens in hujus et sociorum sententia est indifferens, nec inducit determinate bonum usum, esto ad eum inclinet; unde quod voluntas velit, non est effectus determinate illius gratiæ, sed pendet unice ex ipso libero arbitrio, quo determinatur gratia ad consensum ; non est ergo ex hoc capite, quare dicatur specialis eflectus illius, et Deo referatur ; cum id non habeat ex Deo sed ex innata libertate, ex qua gratiam illam indifferentem reddit determinatam, et efficacem. Unde potius est specialis effectus voluntatis, et in solidum sibi proprius, quam Dei ; siquidem tradit (quia vult ex propriis), gratiam Dei ad consensum, Ex nullo ergo capite salvatur totum posse deferri Deo in opere supernatural! vel Pænitentiæ, vel alterius virtutis ; si semel admittuntur concursus illi partiales, quorum alter proveniat a voluntate proxime, et immediate, et alter a sola gratia. Atque ideo asserendum in prædictis operationibus gratiam et voluntatem non se habere ut causas partiales, diversos exercentes concursus, sed ut unam et eandem ex utroque constitutam ; ex voluntate uti ex principio remoto, et potential! ; et ex gratia, seu virtute supernatural! ut ex principio proximo, seu ratione agendi adæquata, quibus proinde unius influxus debetur, ut supra explicuimus, et exemplis illustravimus. Et in vi hujus agit voluntas, dum dolet supernaturaliter de peccato ; sed non agit ex virtute propria, et innata; sed ex viribus ipsius virtutis Pœnitentiæ ; sicut homo, seu suppositum vere operatur, sed ratio operandi adæquata, non est nisi forma, qua constituitur suppositum : et persona divina vere agit operationes humanas. sed non nisi ratione humanitatis, a qua constituitur in ratione hominis. Quo ut credimus, exemplo non parum res illustratur, et eo inferius utemur ad evacuandam difficultatem, qua opprimuntur Adversarii, et alios opprimendos autumant.

i n

Mens D. Thomæ enucleatur.

Inanis Ripalda assertio ci ca mentem D.Thom.

12. Angelicum Præceptorem, quem ad plenum suæ sententiæ plausum desiderabat Ripalda sect. 19, in principio, pro concursibus partialibus stetisse contendit, et post allegata aliqua S. Doctoris testimonia, ita claudit sectionem illam : *Ex quibus deprehendes, quam levibus ducti testimoniis recentes discipuli 1). Thomæ, habitum prædicaverinl lotam rationem agendi : cum nullibi ea, aut similis propositio apud D. Thomam, nec vetustiores Thomislas reperialur ; quantoque majora reliquerit ad nostram opinionem suffragia, propter quæ æquius, quam alii nostri Theologi veri D. Thomæ discipuli haberi, colique debeant.* Quapropter ut illorum gloriæ veri discipulatus D. Thomæ non invideamus; operæ pretium est in lucem eruere testimonia S. Docloris quæ pro illa sententia allegat, et quæ nostræ favent, ut illis expensis, judicet cordatus Lector, quibus æquius debeatur, haberi, et coli, ut veros D. Thomæ discipulos; et quod magis est, quænam harum sententiarum sit sustinenda; ea quippe laus est Angelici Præceptoris, ut pars, cui suffragium tulerit, ea semper fuerit veritati conformior, subindeque securior.

D. Thomas stat pro nobis.

Probatur ergo ex D. Thoma non esse locum in ejus doctrina his concursibus partialibus voluntatis, et gratiæ respectu actus quoad entitatem supernaturalis. Primo ex 1 p. quæst. 23, art. 5 in quo tam scientiam mediam, quam ejus basim in partiali illo concurrendi modo consistentem repulit. Inquirit· enim : *An præscientia meritorum sit causa prædeslinalionis?* et relata Pelagianorum sententia, ex Origene hausta, quod initium boni operis sit ex nobis pro priori ad gratiam, eaque expuncta, et amandata, devenit ad alteram, asserentem merita sequentia gratiam, eamque supponentia, esse rationem prædestiaationis; quatenus ideo Deus dat gratiam adeui, quatenus ptæscivit illum bene prædicta gratia usurum. En scientiam mediam brevissime, et verissime delineatam. *Sed isti* (prosequitur S. Doctor) *videntur distinxisse inter id quod est ex gratia, et id quod est ex libero arbilcio, quasi non possit*

esse idem ex utroque. Ecce depictam sententiam oppositam, juxta quam ii qu<»d procedit ex gratia, nequit provenire a libero arbitrio; seu ut formalius loquamur, sub ea ratione sub qua actus procedit a gratia, nequit proxime, et immediate provenire a libero arbitrio, nec e contra. Audiamus nunc judicium et sententiam D. Thomæ, et qualiter approbet, vel reprobet prædictam sententiam. *Manifestum esi autem* (inquit) *quod id, quod est gratis, est prxdeslinalionis effectus, el hoc non potest poni ut ratio praedestinationis; cum hoc sub prédestinations concludatur.* Quæ propositio est evidens, et obtinet vim Majoris ad formandum syllogismum, quo convincatur D. Thomam non fuisse ab illa sententia. Sumamus Minorem ejusdem : *Non esi autem distinctum, quod est* ex *libero arbitrio, et ex prédestinations.* Consequentia legitima est : *Ergo quod est ex libero arbitrio, non potest esse prxdeslinahonis ratio.* In quo syllogismo, si præmissæ sunt veræ, Minor assumpta a D. Thoma, est diametraliter opposita sententiæ distinguenti id, quod est ex libero arbitrio, ab eo quod est ex prædestinatione. ut liquet. Non ergo stat D. Thomas pro concursu partiali liberi arbitrii, distincto partialiter a concursu gratiæ, ut intrepide affirmatur.

Evasio

Nec effugient difficultatem, si dixerint in ipso actu contritionis v. g. non distinguere Adversarios id, quod est ex gratia,et ex voluntate; cum constanter affirment totum actum a gratia procedere, et totum a libero arbitrio, sed distinctio solum se tenet ex parte causalitatis, et influxus ipsarum causarum; quatenus enim, vel sub qua ratione, ab una procedit libere v. g. aut vitaliter, non producitur ab alia, sed sub diversa ratione partiali. Et hoc nec negat, nec impugnat, aut reprobat D. Thomas; nec certe poterat, nisi totum influxum deferendo gratiæ, nihil vitaliter voluntate agente ; vel totum negando gratiæ, et tribuendo voluntati, quod esset subruere omnem illius actus supernaturalitatem,

PdfturU ex'ip‘0 S.Docio- re’

Hoc tamen occlusit Docfor Angelicus probando Minorem a se assumptam, quod nimirum, non sit distinguendum inter id, quod est ex gratia, et ex libero arbitrio. Cujus probationis efficacia ut melius percipiatur, est observandum, hoc intéresse discriminis inter hanc, et nostram sententiam, quod licet omnes Catholice fateamur totum actum superaturalem a gratia, et libero arbitrio procedere, ut supposuimus ad quæstionis limina; tamen Adversarii docent ita ab illis immediate oriri, quod nec voluntas est ratio proximn agendi gratiæ ad supernaturalitatem ; nec vice versa, gratia est virtus proxima voluntati, ut eliciat vitaliter, aut libere actum supernaturalem. Quod summatim est dicere effectum, seu actum supernaturalem ab utraque virtute prodire immediate : non tamen prout ab una provenit, procedit ab alia ; quia neutra est alteri ratio agendi illum actum, licet utraque immediate actum efficiat. In quo sane explicatur dependentia illius actus ab utraque virtute immediate, sed non explicatur subordinatio unius virtutis ad aliam in agendo, nec consequenter quod una sit alteri agendi ratio. Porro illud est, quod maxime Thomistis displicet, et D. Thomas diserte oppugnat, statuendo concursum illum prout a libero arbitrio etiam cadere sub praedestinatione et gratia, et ut proprium ejus effectum ab illa procedere, subindeque non esse locum illi distinctioni, non solum ex parte effectus, ut omnes concedunt; sed nec ex parte causæ; siquidem voluntas nihil ibi agit nisi sub viribus gratiæ, cui subordinatur, ut rationi adæquatæ agendi. Atque ideo constitui debet nedum subordinatio effectus ad causam, sed etiam causæ ad causam seu virtutis ad virtutem : vi cujus pro effectu gratiæ non solum debet assignari actus supernaturalis, sed etiam quoi voluntas agat, et et ipsummet efficere voluntatis prout a voluntate est effectus gratiæ.

Hoc ita esse manifestissime convincit ratio D. Thomæ, quam immediate subtexuit dicens : *Non esi autem distinctum quod esi ex libero arbitrio, et ex przdeslinalione : sicut nec est distinctum, quod est ex causa secunda, el causa prima. Divina enim providentia producit effectus per operationes causarum secundarum, ul supra dictum est. Unde el id quod est per liberum arbitrium, est ex prædestinatione.* In quo sane subjicit gratiæ nedum actum supernaturalem, sed etiam ipsummet liberum arbitrium sub ratione agentis, quo medio Deus efficit ipsum actum. Actus ergo prædictus ut procedens a hbero arbitrio est effectus ejusdem gratiæ, subindeque occluditur locus ex mente D. Thomæ illi partialitati, ac distinctioni influxuum ; ita quod prout ab uno, non sit ab altera : in quo consistebat illud effugium.

Confirmatur

jfj/r Confirmatur ex eodem D. Thoma 3 ow" contra Genies cap. 70, ubi ut exponeret «ai-S. Doctor qualiter offectus naturales Deo, it to· cl particularibus agentibus vere attribuan- bi tur, tertium argumentum, in quo est iota adversariorum difficultas, proposuit sub his terminis : *Si Deus lotum effeclum naluralem producit, nihil relinquitur de effectu naturali agenti ad producendum : Non videtur igilur esse possibile, quod eosdem effectus producere dicatur, quos res naturales producunt.* Et hoc ipsum torquent Adversarii in hac controversia : *Si gratia totum actum supernaturalem sive ut vilalem, sive ut liberum efficit, nihil relinquitur aut vitalitatis, aut libertatis, aut supernaluralilalis a voluntate faciendum : Non igilur* (inferunt) *est possibile quod gratia lolaliler illum actum efficiat, sed aliqua proxima in illum activitas esi voluntati assignanda.* Quid igitur D. Thomas? Negavit Antecedens? neutiquam, sed illo concesso, illationem explosit animadvertendo, quod *in quolibet agente est duo considerare, scilicet rem ipsam, quæ agit, el virtutem qua agit, sicut ignis calefacit per calorem. Virtus autem inferioris agentis dependet a virlute superioris agentis.* Et hoc explicato, respondet ad argumentum, *quod non sic idem effectus causæ naturali, et divinæ virtuti attribuitur, quasi parliin a Deo, et partim a naturali agente fiat, sed lotus ab utroque secundum alium modum.* Qua doctrina manifeste diruitur adversariorum praecipuum, imo et unicum fundamentum : nam considerata re, quæ agit actum supernaturalem, est voluntas ; virtus vero qua agit, est gratia, non secus ac calor est ratio agendi proxima substanti® ignis. Hinc actas supernaturalis totus respondet voluntati ut rei agenti, et si mavis, ut *quod;* totus vero gratiæ tribuitur ut *quo,* vel ut virtuti, per quam solam voluntas agit, et hic est alius modus agendi præscriptus a D. Thoma, non quod partim, seu partialiter, ab uno, et partialiter ab alio, ut evi- denter constat ex textu.

Cijefe 14. Sed vero P. Ripalda num. 97 illius sectionis invehitur contra discipulos D. Thomæ hoc testimonium in propriæ sententiæ suffragium adducentes, inquiens : *Miror hoc testimonium in rem pratentem adduci; cum S. Thomas ibidem manifestissime adstruat immediatam actionem agentis naturalis in effectus, in quos adjuvatur ad quam immediationem solam evincendam tota nostra disputatio laborat.* Hactenus ille.

Merito spernenda.

Sed expendamus testimonium, et cessabit admiratio. Etenim Angelicus Doct»r agenti naturali non aliam tribuit actionem, quam quæ ipsi debetur ratione virtutis proximæ agendi, quæ est eidem ratio adæquata operandi, ut constat in ipso exemplo ignis calefacientis, quo utitur S. Doctor. Cum enim juxta D. Thomæ veram philosophiam substantia non sit immediata ratio agendi, sed hoc est proprium virtuti realiter superadditæ, de quo N. Complut, ad lib. Physic, et omnes abi discipuli D. Thomæ : idcirco ignis ad calefaciendum v. g. et sic de aliis, non influit alia actione, quam propria caloris, et hæc ut quo est tota a calore, et ut quod est iota ab ipsa ignis substantia, quæ sicut sola habet esse ut quod, ita etiam sola oneratur ut quo. Et ideo inquit S. Doctor, quod si consideretur res. quæ agit, est ignis; si vero attendatur ad id. quo agit, est calor. Et hanc philosophiam transtulit S. Doctor, et accipiunt discipuli ad veram, et solidam Theologiam, ut constat ex his quæ supra annotavimus in explicatione hujus sententiæ. Et in hoc tenet, et efficaciter concludit Consequentia discipulorum D. Thomæ, imo et ipsius S. Doctoris : nam voluntas, et quælibet alia potentia naturalis remotius, imo et impertinentius se habet ad res supernaturales, qoam substantia, seu agens naturale ad operationes naturales : sed agens, vel substantia naturalis non elicit immediate operationem naturalem, nisi media virtute naturali, quæ ipsi est tota, et adæquata proxima agendi, et operandi ratio : ergo nec voluntas, aut alia potentia naturalis potest se exercere in operationem supernaturalem, quin illi communicetur virtus supernaturalis, quæ sit adæquata, et proxima agendi ratio. In quo discursu nihil apparet extra rem, sed quod satis clare rem elucidat, et ostendit. Unde universaliter statuit S. Doctor, quod *virtus inferioris agentis dependet a virlute superioris agentis, in quantum superius agens dat virtutem ipsam inferiori agenti, per quam agit.* Et discrimen stat in eo, quod agens naturale eam recipit naturaliter, vel ex vi generationis, vel proprio labore, et industria; agens vero snpernaturaliter, dumtaxat ex gratia Dei, et supra omne debitum ; alioqui gratia non esset gratia. Sed hoc neutiquam variat modum influendi ex vi unius, et ejusdem indivisibilis concursus, ut allata exempla declarant, et infra dicenda monstrabunt. Merito ergo Tho-

mistæ vel ex hoc solo testimonio respuere, possent concursus illos partiales ut alienos a docnina, et mente D. Thomæ. Sed supersunt alia æque efficacia, quæ sparsim dabimus in disputationis progressu. Modo sufficiat unum, vel alterum subjungere.

MtatuT" uiterins 'rtcHL.r

15. Probatur ergo tertio ex eodem Angeiico Præcepiore, j'uxta quem, quod *excenalurie /ocuWa/em, non potest esse neque naturale, neque per potentias naturales acquisitum, quia effectus non transcendit suum causam :* sed actus contritionis est supernaturalis : ergo nequit fieri per vires naturales. Major propositio est D. Thomæ 2, 2, quæst. 23, art. 1 et videtur per se nota, qma effectus in eo, quod est effectus, non excedit suam causam principalem, utpote a qua recipit, et habet esse; et quia nemo dat, quod non habet, nec causa efficiens operatur, nisi in quantum continet vel formaliter, vel virtualiter, aut eminenter effectum; et ideo implicatorium est potentiam naturalem nullo illorum modorum continentem perfectionem supernaturalem, illam efficere principaliter. Minor suppo nitur, et probata est supra. Consequentia nequit negari, sed potest distingui ex doctrina illius sententiæ; nam adaequate, quo pacto excedit, nequit fieri per vires naturales; bene tamen inadæquate, quo pacto non excedit,, quin commensuratur virtuti naturali vel ratione vitalitatis, vel ratione libertatis, vel utriusque simul. Sub qua distinctione, nulla est Consequentia.

Præoc- effugium,

Sed contra est ex eodem D. Thoma, tum art. 3 illius quæstionis, ubi docet quantitatem gratiæ, aut donorum supernaturalium non *dependere ex conditione naturæ, vel ex capacitate naturalis virtutis, sed solum ex voluntate spiritus sancti distribuentis sua dona prout vult :* sed actus Charitatis, seu contritionis est adæquate supernaturalis, et est donum Dei, et maxima ejus gratia supernaturalis : ergo juxta D. Thomam non pendet vel ex conditione natui », vel ex capacitate naturaiis virtutis : et consequenter nec inadæquate ab ea potest fieri ; alioqui enim inadæquate saltem penderet proxime, et immediate ex capacitate naturalis virtutis : siquidem effectus sub ea ratione sub qua procedit a sua causa, ab ea dependet juxta modum ab ipsa prodeundi. Tum etiam (et prosternitur evasio hujus testimonii), nam Preceptor Angelicus non solum dona habitualia exclusit a conditione, et capacitate virtutis naturalis, sed etiam influxum quemlibet partialem et proximum virtutis naturalis. Et ratio est : quoniam talis influxus nequit non esse aliquis conatus virtutis naturalis in effectum supernatumlem, quo conatu vivat ipsa voluntas, et libere se moveat, ut patet, et ipsi Adversani explicant, ne voluntas maneat inanimis, et velut mortua in actu supernatural!; sed juxta D. Thomam loco proxime allegato in solut. ad 1, omnis conatus voluntatis in actum supernaturalem est effectus gratiæ : nullus ergo influxus partialis illius in ipsam debet refundi ut in causam proximam, qui non sit prout a voluntate supernaturalis. Cætera constant, præter Minorem, quam docet D. Thomas per hæc verba : *Ad primum ergo dicendum, quod illa virtus, secundum quam sua dona Deus dat unicuique, est dispositio, vel præparatio præcedens, sive conatus gratiam accipientis. Sed hanc etiam dispositionem, vel conatum prævenit Spiritus sanctus movens mentem hominis vel plus, vel minus, secundum suam voluntatem.*

Ubi duo consideratione, et reflexione digna observamus : Primum est nullibi tius occurrisse S. Doctoris occasionem suam mentem explicandi, et influxum illum inalæquatum, et partialem statuendi, quam in prædicto articulo, in quo inquisierat : *Utrum Charitas infundatur seeundum capacitatem naturalem?* Et sane argumentum primo loco positum jure extorquebat, quod erat hojusmodi : *Dicitur enim Xallh.* 25, *quod dedit unicuique secundum propriam virtutem : sed Charilalem nulla virtus præcedil in homine, nisi naturalis : Ergo secundum quantitatem virtutis infunditur homini Charitas a Deo.* Quem aptiorem locum propriam mentem exponendi, et activitatem illam partialem invenient adversarii ? certe non apparet. Et tamen respondet D. Thomas ad allegata verba, docens conatum illum accipientis gratiam, quo ad illam se præparat, non esse virtutis naturalis, sed gratiæ. Quæ responsio cum sit negativa, quemlibet influxum naturalem amolitur; si namque influxus et naturalis, et supernaturalis reperirentur, quod argumentum intendebat; male subticuisset unum, explicato alio; nec argumento satisfecisset, quinimo totum conc» dere tenebatur, utpote quo non negabatur Charitatem esse virtutem supernaturalem; sed hoc supposito intendebat eam infundi a Deo juxta conatum virium naturalium. Quod disertissime repulit D. Thomas in prædictis verbis. Secundum, quod duximus observandum, est hanc doctrinam D. Thomæ a furtiori tenere in aliis operationibus supernaturalibus sublimioribus, in hoc ordine. Utpuia visione beatifica, amore itidem Beatorum, et cæteris simi'dbus. Si enim ab operationibus, qua homo se præparat ad obtinendam primam gratiam sanctificantem, amolitus est D. Thomas influxum partialem, et omnem illius conatum reduxit in gratiam, ut in causam proximam, seu virtutem adæquatam agendi; meliori, ac potiori titulo idem as-erendum est de operationibus sanctioribus supponentibus gratiam vel jam consummatam, vel admodum intensam, et perfectam.

16. Reliquum est percurrere, quæ prædictus Author D. Thomæ testimonia in sui suffragium vocaverit, ut his cum supra positis collatis, perspiciat Lector, cuinam partium adhibenda sit fides. Primum ergo, et potissimum testimonium sumit ex 1 .parte quæst. 12, art. 5, ubi inquit Angelicus Ductor : *Cum virtus naturalis intellectus creati non sufficiat ad Dei essentiam videndam, oportet, quod ex divina gratia, super accrescat ei virtus inlelligendi. El hoc augmentum virtutis est lumen.* Ubi (ut ponderat) non dixit D. Thomas virtutem naturalem intellectus creati nullam activitatem conferre in visionem essentiæ divinæ; sed supponens aliquam conferre, solum dixit eam sufficientem non esse, subindeque egere gratia divina. Nec hanc docuit esse totam rationem agendi, seu intelligendi.sed incrementum, et augmentum virtutis. Incrementum autem i equit fi-ri, nisi additione virtutis supervenientis ad virtutem praecedentem, ut auunientum caloris, aut quantitatis, ad aliam caloris, et quantitatis partem.

Id quod clarius elucet in responsione ad 1 ubi docet *lumen gloriæ esse necessarium ad hoc quod intellectus fiat potens ad inlelligendum.* Et ne suspicaremur lotam activitatem esse luminis, addidit Angelicus Preceptor *Per modum quo potentia fit polenlior per habitum :* habitus autem reddit potentiurem potentiam superaddendo partem virtutis ad virtutem præexistentem in potentia, quæ absque habitu erat debilior, et ad adventum habitus fit robustior, ac fortior. Quo collimans in sequenti solut. docet confortari potentiam lumine gloriæ, ad mudum quo lumen corporale necessarium est in visu exteriori, ut videre possit. Quæ omnia vel ægre, vel nimis improprie salvarentur ablata a potentia intellectiva, omni activitate proxima. Nam si quis asserat per calorem inhærentem aquæ, ejus virtutem augeri, eaque potentiorem reddi, apertissime significaret aliquam vim activam calefaciendi aquæ inesse, et non qualemcumque sed immediatam : ergo eo loquendo modo clarissime exposuit D. Thomas virtutem partialem intellectus ad Deum medio lumine gloriæ intuitive videndum.

Respondetur concedendo totum, quod Maoifesin illo textu continetur, in quo nihil non debilia, penitus verum reperietur pro necessitate e! imperluminis gloriæ in intellectu creato ad vi-tlDenl,adendum Deum. Sed illationes, et ponderationes inde deduct» sunt frivolae, et nullius fundamenti in littera D. Thomæ, ut eas percurrendo constabit, si ob oculos ponamus, quod paulo ante a S. Doctore audivimus, in quolibet scilicet agente esse duo considerare, nimirum et rem ipsam, quæ agit, et virtutem, qua agit, ut patet in igne ner calorem agente. Quo supposito ex eodem D. Thoma, et non ex proprio cerebro commento, in intellectu elevato per lumen gloriæ ad videndum Deum, res quæ intelligit, est anima cura intellectu, qui se habet ut potentia, et revera intelligit, et videt Deum per modum potentiæ, et anima per modum naturæ, seu principii substantialis : quapropter eadem indivisibilis actio Deum in se ipso immediate videndi, seu intelligendi respondet illi triplici principio; animæ ut principio omnino radicati videndi Deuro, intellectui ut potentia! vere, et realiter intelligent!, ac tantern lumini ut virtuti per quam anima, et intedectus intelligent, quin quoad hoc ponant in numero in ratione principii visionis beatæ; licet in esse rei quam plurimum differant, imo et ad diversos ordines pertineant. Non secus ac intra ordinem naturalem eadem calefactio indivisibilis respicit calorem ut rationem adæquatam, et proximam agendi, et formam ignis ut radicem omnino primam tura caloris, tum calefactionis, et clarius cernere licet in anima naturaliter intelligente. Et in hoc bellicare est nodum ut inquiunt, in scirpo quaerere.

17. Hinc concedimus non dixisse D. Thomam virtutem naturalem intellectus nullam activitatem conferre in visionem beatificam ; sed eam esse totaliter deficientem ad proxime videndum Deum osten-

disse, vel e\' eo solum, quod tota illa vis naturalis agendi est inferioris ordinis ad visionem beatam, atque ideo insufficiens. Quo nihil verius. *Unde oportet* (inquit D-Thomas) *quod aliqua dispositio superntduralis ei superaddatur, ad hoc quod elevetur in tantam sublimitatem.* Quare sicut adhuc in sententia contrariorum, lumen gloria» est tota ratio proximo disponendi intellee-tum. et tota itidem ratio ipsum elevandi a>i Deum videndum, et nec partialiter ad hæc munia concurrit vis naturalis; alioqui dispositio naturalis partialiter, et immediate conduceret ad tam supematuralem finem, quoi et ipsi Adversarii abhorrent. Ita el ob eandem omnino rationem, ut inde bene probatum statuit D. Thomas lumen glorîæ esse totam, et adaequatam rationem proximam agendi. Quia non elevat , nec disponit intellectum, nisi per modum virtutis. et rationis agendi, qua suppleatur iusufiicientia intellectus tam in ratione subjecti proxime, ut sic dicamus, disponibilis, quam in ratione agentis : sed in ratione disponibilis, et elevabitis tota ratio est lumen glori» : ergo etiam in ratioue proxime agentis. Unde persistendo in eodem exemplo, et illud premendo contra adversarios, sicut intellectus me io lumine gloriae est, cui convenit esse proxime, et immediate dispositum, ita ilii medio eodem lumine, etiam cumpetit immediate Deum videre, intelligere, et cognoscere; atque ideo illamet visio oritur ab intellectu, sed medio lumine ut ratione agendi, et elevandi, ac disponendi simul, et toti illi principio ita elevato, ac disposito immediate tribuitur. Io quo sensu lumen gloriie verissime nuncupatur crementum, et augmentum virtutis. Qui enim gaudet virtute tantum intra unum ordinem, si altiorem recipiat al operandum intra alium superiorem, vere accipit augmentum: quin ex vi hujus oporteat i:lam vim activam, et inferiorem aliquo modo, aut partialiter attingere superiorem, ut patet in optime ad currendum expedito, cui si adderentur ploniæ ad volandum abs dubio virium accretio, et augmentum ipsi fieret, quo robustior, et potentior absolute redderetur; quin tamen ad volandum proxime pedes concurrant.

Uxiàett-twr declaralio.

Confirmatur, et explicatur hoc retorquendo in Adversarium, et Socios, illam ponderationem ipsis frequentissimam. Nam vel intendunt ex vi illorum verborum D. Thomæ *crementum, sou augmentum,* quibus significatur elevatio et virtus luminis, intelligi doboi<· virtutem parmtlem ejusdem rationis, sed qme an perfectior intra illum ordinem, vel dumtaxat virtutem diversi ordinis, el altioris rationis ad omnem virtutem naturalem? Si dicant primum, quod significaro videtur exemplum illud aqu» calefacta», quo usus fuit Hipalda, ut ei ipso supra vidimus ; profecto desipiunt, et plusquam intendero possunt, evincere convincuntur. Nam virtus ejusdem rationis, licet perfectioris, cum virtute naturali intellectus, est, et esse debet etiam naturalis. er solum ditïeret a præexisienti virtute penes perfectum, et imperfectum intra eamdem speciem, adinstar caloris remissi, et intensi. Hoc autem nequit Catholice a Catholico Theologo intendi : alioqui sola additione, cremento, aut augmento virium naturalium redderent possibilem visionem beatificam, quin necessaria esset vis supornaturalis luminis gloriæ. Quod plano est destruere necessitatem, et totum ordinem gratiæ. Si vero affirmetur, ut affrr-mari debet, secundum implicatorium est ante elevationem inesse vim naturalem adhuc partialem intellectui ad operandum supernaturaiiter, ut patet in eodem exem< pio aquæ, quæ quia elevatur ad recipiendum calorem, et medio calore calefaciendum, nulla virtus calefactiva ei concedi debet ante calorem : et quia humanitas Christi media unione hypostatica elevatur ad ordinem hypostaticum, et hypostatice operandum; nulla partialis vis hujus ordinis prtesupponi debet ante elevationem. Et ratio est eadem, et satis clara : nam ordo inferior nec partialiter continet superiorem, sed ita evehitur ad illum, quod totaliter ratio essendi, et agendi in superiori ordine sit elevatio, aut forma illius ordinis. Quia cum operari sequatur ad esse, et ejus in omnibus conditiones observet, eo quod unumquodque operatur secundum quod est in actu idipsummet, quod operatur; cum vis naturalis nullum esse supernaturale habeat nisi emendicatum, et acceptum a gratia ; consequens necessarium est nullam etiam naturalem vim activam adhuc partialem fore concedendam ad operandum intra ordinem supematuralem, sed quod tota, et adæquata proveniat a virtute elevante. Unde si accrescunt, et augentur vires; deserviunt quidem ad totaliter extra proprium ordinem operandum per virtutem hujus ordinis, non vero per eas. quæ illi conveniunt intra proprium et naturalem

ient ordinem, quæ sicut insufficientes, ita et hnproportionatæ sunt, adhuc posito lumino gioriæ : siquidem adime eo posito, vis activa naturalis intellectus permanet intra ordinem natura·, subindeque impotens ad attingendam operationem supernatoralem.

18. Sed instat Hipalda ubi supra : *Augmentam virlulis fleri non potest nisi additione partis virtutis in partem virlulis praecedentem, ut augmentum caloris, el quantitatis ad aliam caloris, ct quantitatis partem, quæ praecedens major existai.* Sed D. Thomas asseruit fieri augmentum virtutis ad positionem luminis : ergo per additionem virtutis ad pnecedentem virtutem ; atque ideo supponi debet virtus partialis, et deficiens, cui fieri debeat accretio.

Hac tamen instantia detegitur, quod supra intulimus, plus evinci, quam Catholice possit intendi, bi enim Major ut assumitur, tenet, manifeste probat lumen additum virtuti intellectus esse ordinis naturalis, et ejusdem rationis, licet perfectioris, cum virtute præexistenti naturali, et partiali, quam introducere conatur ille Author : sicut calor calori additus, et quantitas quantitati unita ejusdem rationis sunt. Unde ex illa Majori sic universali, et illis exemplis fulcita, posset etiam inferre fuisse de mente D. Thomæ, quod lumen gioriæ est quid naturale, et ejusdem rationis cum virtute naturali intellectus; siquidem docet 8. Thomas per adventum luminis glorîæ fieri augmentum virtutis in intellectu : ergo si ut fiat augmentum in intellectu, debeat observari exemplum caloris, aut quantitatis ; liquido inferretur vel D. Thomam nihil probasse, vel simul evicisse lumen gioriæ non esse supernaturale. Quare Blent hæc Consequentia n· c in se. nec ex mente D. Thomæ quoad praesens tenet, ita neque vaæt, quam inierunt pro partiali COm ursu intellectus. Dicitur ergo, et vere fit augmentum virtutis ad adventum luminis, qua nihil demitur activitati intellectus in or ine ad naturalem cognitionem rerum, imo et ipsius Dei ; gratia enim non destruit, sed perficit naturam. Sed tota ea activitate in suo robore permanente, advenit alia virtus superioris ordinis, per quam ut per vir utem prorsus adaequatam ipsemet intellectus Di-um m s-e ipso contempletur; et aJ hanc tam claram cognitionem nullæ vire? proxime activae reperiuntur in natura aliqua, sive creata, sive creabi i. sed quælibet imaginetur, erit impotens, et deficiens. Unde ponito prædicto lumine, necessarium est quod liat potenlior, quod detur augmentum, quod reddatur intellectus robustior ; cum valeat per illud percipere clare; et intuitive, quod antea non poterat nisi in (pnigmate, ct quoad an est, per effectus summe distantes, sed quid inde pro concursu partiali proximo ex menteD. Thomæ? Ubi vel leviter indicat? aut ex ejus principiis inibi statutis vel apparenter deducitur?

19. Hinc evanescunt aliæ ponderationes in confirmatione ad luctæ. Nam ultronei fatemur intellectum per illud lumen Geri *potentem.* Sed ex hoc statim infertur, quod ante lumen non erat potens : ex eo vero quod non erat potens, unde infertur, quod erat partialiter potens? Latet profecto : quia qui est partialiter potens, aliquo modo, saltem partialiter, potens est, et absolute non dicitur impotens, sed respective ad totum, licet non ad aliquid. Unde debent concedere, qui ita arguunt, intra ordinem naturæ esse aliquas vires proximas naturales ad operandum partialiter intra ordinem gratiæ, et consequenter hanc non esse totaliter supra naturam, nec adæquate supernaturalem, sed dumtaxat partialiter. Ex quo plures aliæ Consequential minime deglutiendæ sponte fluunt, a quibus in præsenti abstinemus, et propriis sedibus reservamus, de quibus aliquas reperiet lector tract, de necessitate gratiæ, et qui plura voluerit, evolvat sapientissimum Magistrum Lemos in Panoplia gratiæ per quatuor tomos digesta.

Concedimus etiam cum eodem Angelico Praeceptore *medio lumine gioriæ intellectum fieri potentem ad videndum Deum per modum quo potentia fit polentwr per habitum :* quia lumen gioriæ habitus est potentiæ intellectivæ, sicut chaînas se habet ad voluntatem». Sed quia est habitus altioris ordinis supra totum esse naturale, ita perficit intellectum per modum habitus, quod constituit potentiam, et dat illi proximum posse, et omnino adæquatum cum visione beatifica, ad quam intellectus erat totaliter proxime impotens; et vi hujus redditur putentior, ut supra dicebamus. In hoc voro non convenit lumen gioriæ cum habitibus naturalibus, sive congenitis, sive acquisitis, utpote qui solum præstant facilitatem^ promptitudinem, et habilitatem operandi, ideoque solum concurrunt ad modum, non vero ad substantiam operationis, ut fusius expendimus tract, de virtut. disp. 1, dub. 1 et 2. Et hanc disconvenientiam ne-

gare non possunt Authores oppositi, nisi velint lumen gloriæ non esse magis necessarium ad visionem beatificam, quam necessarius sit habitus virtutis acquisitæ ad actum virtuosum. Quod est inopinabile; alioqui absolute posset intellectus clare, et intuitive Deum attingere ab.-que lumine gloriæ , sicut potentia naturalis exercere valet actum virtutis naturalis absque habitu virtutis, ut contingit in primo actu, quo ipsa virtus acquiritur. Unde rursus Geret lumen gloriæ non esse simpliciter necessarium ad posse, sed dumtaxat ad prompte, et faciliter posse, et sic de reliquis habitus supernaturalibus : quo destrueretur necessitas gratiæ supernaturalis contra Concilia, et SS. PP. pro ea clamantes.

Betor-'exem-yinm. Porro exemplum illud luminis corporalis adductum a D. Thoma, in quo tandem maxime fidunt, neutiquam illorum positioni favet : quia sicut objectum non immittit speciem nisi illuminatum per lucem, ita neque intellectus elicit visionem beatam, nisi medio lumine gloriæ. Ut enim in sententia S. Doctoris lumen corporale est instrumentum, seu ratio illuminandi, sicut calor est igni ratio agendi : sed calor est totalis, et adæquata ratio agendi respectu ignis : ergo etiam lux corporea ratio adæquata objecti, ul possit immittere species.

D.Thom. Major est D. Thomæ 1 p. quæst. 67, art. 3 ad 3, ubit ait : *Quod sicut calor agit ad formam ignis quasi inslrumenialiter in virtute formæ substantialis : ita lumen agit quasi instrumentaliter in virtute corporum calestium ad producendas formas substantiales. el ad hoc quod facial colores visibiles in aclu, in quantum est qualitas primi corporis sensibilis.* Un4e retorquetur argumentum, et non tenet ponderatio contra nostram sententiam, sed recidit m ejus Authorem. Ex eo namque ju<ta D. Thomam, quod lux est qualitas primi corporis cœlestis, et participatur in inferioribus, lux est tota illuminandi ratio, et ante illam nulla est vis illuminandi nec medium, nec potentiam ut videat clare, et intuitive objecta. Sed lumen gloriæ ita se habet respectu intellectus juxta D. Thomam, ut constat, et adversam concedunt. Ergo ante lumen gloriæ non est aliqua ratio proxima, et immediata Deum clare videndi, consequenterque contra D. Thomam asseritur in intellectu vis partialis Deum videndi ante lumen gloriæ. Et cum eadem sit ratio aliarum virtutum, et aciuum supernaturalium ; de omnibus id^m omnino judicium ferendum est.

20. Prolixius forto institimus in hoc testimonio D.Thomæ vindicando pro nostra et vera sententia, ut appareret manifestior ejus mens, quam citra omn-m inviliam assequi conamur ; non enim est discipuli ad propria sensa vel reluctantem Magistrum trahere, sed ejus doctrinam penitus rimari, et immobiliter sequi. Sed age, et videamus secundum testimonium, quod desumitur ex eadem 1 p. quæst. 62, art. 6, ubi ad finem corporis articuli habet D. Thomas, *naturam Angelicam secundum lotam virtutem moveri atque ideo}, Angelos, qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius, et efficacius ad Deum esse conversos.* Ergo (infert Ripalda) in Angelis vinus propria naturæ contulit immediate quidquam ad conversionem in Deum ; alioqui nihil referret melior natura, ut fortius, et efficiciusconverterentur, frustraque ex majori efficacitate naturali colligeret intensionem, et efficaciorem conversionem.

Respondetur nullam esse illationem ; a ias eodem modo posset inferri visiones beatificas hominum, et Angelorum lore diversæ speciei, uipote procedentes a diversis principiis essentialibus. Ex quo rursus fieret similem excessum reperiri in visionibus ipsis, quem constat esse in naturis : sed natura Angelica præsiantior est natura humana : ergo etiam Angelorum beatitudo excederet beatitudinem aliorum hominum, imo et Christi Domini, quod est absurdum minime deJutiendum, sed bene illatum, de quo egimus tract, de visione Dei disp. 5, dub. 3 per totum. Sed audiamus D. Thomam, in quam causam proximam revocet visionem beatificam, in naiuram, vel in lumen? *Hoc erit* (ait S. Doctor in eadem 1 p. quæst. 12, art. 6.1, *per hoc quod intellectus unius habebit majorem virtutem, seu facultatem ad videndum Deum, quam alterius. Facultas autem videndi Deum non competit intellectui creato* (sive Angelico, sive humano) *secundum suam naiuram, sed per lumen gloriæ, quod intellectum, in quadam Deiformitate constituit, ul ex superioribus patet. Unde intellectus plus participans de lumine gloriæ, perfectius Deum videbit.* Ex quo propositio contradictoria illi, quæ nobis o jicitur, evidenter deducitur, quod nimirum virtus propria naturæ non quidquam conferat immediate ad conversionem in Deum. Quod etiam constat ex locis supra citatis ex 2, 2, ubi diserte affirmat D. Thomas majorem conatum conversionis et teudenliæ

tiæ in Deum esse ab Spiritu sancto, et supponere majorem ejus gratiam, a qua petit indispensabiliter procedere, nihil proxime per modum virtutis conferente natura. Et hæc doctrina tenet etiam in Angelis, in quibus major ille conatus non ia eorum perfectiorem virtutem naturalem ut in proximam causam reducendus est; sed in majorem, et efficaciorem Chari ta-tem, et Dei gratiam, quam illis Deus dispensasse juxta majorem naturæ perfectionem ibi constituit D. Thomas. Non quia perfectio naturæ proxime ad eum excessum conferat, sed quia congruebat fieri tam ex parte Dei, quam ex parte ipsorum Angelorum; qui naturæ perfect® spiritualis cum sint, sunt etiam expertes illius rebellionis, et pugnæ partis inferioris ad superiorem, qua retardantur homines, ne toto impetu, et secundum ultimum potentiæ ferantur in Deum : atque ideo sicut sunt nobilioris naturæ, ita oportuit eos intensiori gratia exornare, ut ordine supernatural! per gratiam se gererent in bene agendo commensurate ad modum agendi naturalem. Hinc vero sicut non sequitur immediate partialiter Angelos operari per suam substantiam, quamlibet perfectiorem; sed totaliter, et adæquate per virtutem realiter superadditam; ita nec in ordine supernatural! agere proxime valent, nisi vel per lumen gloriæ, vel per virtutem supernaturalem juxta exigentiam, et diversitatem operationis.

lisut lair.

21. Pergit ulterius urgendo asseruisse D. Thomam inibi sol, ad 2 : *quod actus rationalis creaturæ sunt ab ipsa, sed natura immediate a Deo. Unde magis videtur, quod gralia detur secundum gradum naturæ, quam ex operibus.* Ergo (inquit) sicut natura est immediate a Deo, ita actus conversionis est immediate a natura, atque ideo secundum conatum, et perfectionem naturæ datur perfectio gratiæ.

Respon ietur concedendo utramque Consequentiam, si loquatur de natura elevata per gratiam, et de conatu ipsius naturæ, qui sit effectus gratiæ. Secus vero si intelligatur (ut inteiligi intendit) de natura, et conatu pure naturalibus; neuter enim proxime conducit ad actum supernaturalem, ut ipse D. Thomas nos docuit. Sensus ergo illius propositionis est, quod quia natura Angelica fluit immediate a Deo absque concursu aliquo alterius agentis. Secus vero ejus operatio; idcirco distribuit Deus Angelis gratiam eo perfectiorem, quo prat pp.rfectior natura. Et quia opera sunt effectus naturæ per gratiam, non fuerunt Deo ratio ipsis largiendi majorem graliam, sicut quia illa eadem opera sunt effectus prædestinationis, nequeunt esse ratio prædestina ionis, ut constat ex supradictis, nisi distinguatur inter id quod procedit ex libero arbitrio, et ex gralia. Quod contradicit testimonio S. Doctoris satis manifesto. Unde ex hac ponderatione potius sequitur oppositum ejus, quod intenditur. Quod forsan præsentiens ille Author suppressit illa ultima verba : *Quam ex operibus,* in textu contenta, quibus ejus argumentatio elidebatur, et fundatur nostra sententia.

Unde constat ad aliam confirmationem, adductam ex 2, 2, quæst. 24, art. 3 ad 3, ubi docet angelicam naturam ejus esse conditionis, quod totaliter feratur in omne id, in quod fertur, per oppositum ac natura humana. Qua doctrina veritatis plena neutiquam probari potest concursus partialis ; quin imo debet excludi. Ex eo enim quod natura Angelica, sive per proprias vires intra ordinem naturæ, sive per vires gratiæ, semper operetur in quolibet ordine secundum ultimum potentiæ, vel naturæ, vel gratiæ supernaturalis; qualiter deduci potest legitime concursus partialis naturæ in opera ejusdem gratiæ ? cum potius deduci debeat, quod sicut totaliter se explicat natura in operationibus naturalibus, per proprias vires; ita et ob eandem rationem se explicat per gratiam acceptam in ordine ad proprias operationes. Quod est prorsus veritati, et illi principio consonum. Sed quid inde cum concursu partiali intento ?

Opponitur aliud D. Thomæ testîwodîuoi.

22. Objicit tertio aliud testimonium ex 1 sent. dist. 17, quæst. 2, art. 3, in corpore, ubi sic ait : *Homo esi dominus sui aclus. Unde potesl agere secundum tolam virtutem naturæ suæ, vel secundum pariem, quod non contingit in illis, quæ agunt ex necessitate naturæ, semper enim agunt lota virtute sua. Quando ergo ita est, quod homo non habens Charilalem, ex lota virtute bonitatis naturalis movetur ad Charilalem, tunc tmus aclus disponit cum ultima dispositione ul Charilas sibi detur. Quando vero non secundum totam virtutem, sed secundum aliquid ejus præparalur ud Charilalem. Tunc actus non est sicut disposilio ultima, sed remota, el per plures actus poterit pervenire ad dispositionem ultimam.* Quibus manifeste supponitjAngelicus Doctor ho-

minem agere immediate secundum virtutem activam naturalem. Unde mox subjunxit : *Similiter dico, quod quando actus Charitatis procedit ex lota virtute habentis, el quantum ad virtutem natura, et quantum ad virtutem habitus infusi, tunc unus actus disponit, el meretur augmentum Charilatis, ul statim fiat. Quando autem non secundum lolam virtutem procedit, tunc est ut dispositio remota.* Ubi, ut vides in habente Charitatem infusam distinguit D. Thomas duplicem virtutem, alteram naturæ, alteram habitus infusi, et utramque requirit secundum totam suam activitatem operari, et non secundum partem, ut totum augmentum habitus mereatur. Ergo virtus naturæ distincta a virtute habitus infusi conatum, et concursum praestat in actum Charitatis simul cum habitu infuso. Hactenus ille.

Retorqoetor' Respondetur nihil minus ex hoc testimonio evinci, quam concursum partialem, in quo stabiliendo ex mente D. Thomæ, laborant scriplores Societatis; quæ enim testimonia S. Doctoris congerunt, in illos retorquentur. Et quidem si superficie tenus illius verba venirent intelhgenda, abs dubio possent convincere hominem ex propriis viribus, et toto naturæ conatu operantem posse se disponere non solum remote, sed etiam proxime ad obtinendam gratiam justificationis, ut sonare videtur illa hypothetica propositio : *Si homo non habens Charitatem ex lota virlute bonitatis naturalis sibi inditx movetur ad Charitatem, tunc unus aclus disponit eum ultima dispositione, ul Charitas sibi detur.* Quod quam alienum sit, non so'.um a mente D. Thomæ, sed et a quolibet alio viro Catholico, vel ipsi Adversarii fateri coguntur; nisi velint de mente D. Thomæ fuisse, quod viribus naturæ ex toto conatu operantis se valeat ultimo disponere homo ad recipiendam gratiam Dei contra doctrinam expresse suppositam in Concilio Tridentino sess, 6, can. 4 et ab Ecclesia perenniter edoctam. Quod non concedent. Non ergo ita superficialiter, ut verba sonare videntur, intelligendus est D. Thomas.

Nota pro 'inkin- * *om** 23. Ut ergo mens illius omni claritate pateat, debet supponi titulus articuli, sub fl110 inquiritur : *Utrum charitas augeatur quolibet actu?* Huic ut plene satisfaciat S. Doctor, considerat primo hominem sine Charitate, sed se ad illam disponentem, vel remisse, non ex totis viribus agendo, vel intense ex toto virium conatu operando. Rursus contemplatur eundem hominem gratia, et Charitate jam præditum, et exornatum, similiter operantem vel remisse, vel intense juxta dicta in prima consideratione. Cum hac tamen diligenter observanda differentia, quod opera antecedentia gratiam, et charitatem, ad easquo vel proxime vel remote disponentia, licet supernaturalia sint, et auxilia hujus ordinis supponant, ut patet in actibus fidei, spei, timoris servilis, et aliis designatis in Concilio, et a D. Thoma supra descriptis articul. 5 superioris quæstionis hujus 3 p. non tamen dicuntur opera ipsius gratiæ, sed naturæ. Secus vero opera illa, quæ consequuntur, et supponunt ipsam gra* tiam, et Charitatem habitualiter permanentes in anima ; hæc enim et sunt, et appellat D. Thomas operationes gratiæ. Ratio hujus differenti® sumitur ex ipsarum operationum indole, et conditione propria. Nam quæ sunt primi generis non radicantur in gratia habituali, nec ab ea quoad essentiam oriri postulant, sed vel sunt, vel esse possunt, tempore antecedentes gratiæ infusionem, ideoque communiter nuncupantur sub nomine dispositionum antecedentium, quatenus ex natura sua ordinantur ad gratiam capessendam, eamque homini comparandam ; quamvis ejus consortium nec etiam excludunt, unicum si excipias timorem servilem, juxta illud Apost. *Perfecta Charitas foras millil timorem.* Oppositum opposita de causa convenit operationibus secundi generis utpote comitantibus, et exornantibus eandem gratiam, ab eaque ut a connatural], et propria radice profluentibus; quocirca dicuntur dispositiones concomitantes. Unde non immerito primæ operationes tribuuntur naturæ hominis, ut sub auxilio, et gratia Dei transeuntibus, aut imperfectis, se præparantis ad gratiam habitualem; eo quod nullam naturam sui ordinis proprie dictam supponant in subjecto. Aliæ vero quia non solum supponunt naturam v. g. humanam, sed et aliam sublimiorem gratiam videlicet habitualem, quæ est participatio formalis naturæ divinæ ; idcirco non tam sunt, et dicuntur naturæ, quam gratiæ elevantis naturam, eamque extrahentis admodum connaturalem, et permanentem supernataraliter, et modo divino operandi.

As.- Hac ergo differentia animadversa, quando docuit D. Thomas, *quod, homo potest agen?**^ *secundum totam virtutem suæ naturæ,* rd nah *secundum partem,* loquebatur de homine præparante

préparante tvt gratiam nanciscendam, et hujusmodi pnepuratio iribuliur naturæ liominis ob rationem dictam ; licet ρ υχιπιο, et immediate proveniat adequate ab auxiliis supernaturalibus, a quibus etiam oritur immediate, et non a voluntate, quod remissa, vel intensa exeat operatio : Λαηο *dium dispositionem* (inquit S. Doctor loco pro nobis citato ex 2, 2), *vel conatum præ*· rrnil *Spiritus sanctus movens mentem /ιο- minis vel plus, vel minus, secundum suam* voluntatem. Qui sensus quam legitimus sit, constat ex eodem D. Thoma quæst. 27 do veritate art. 4 ad 12, ubi etiam aflirmat, *quod anima agit disponendo ad gratiam virtute natur» propriæ,* quatenus non est alia radix prima operandi in homine ante gratlam. Numquam enim sensit Angelicus Prieceptor, nec sentire potuit, vel ipsis Adversariis concedentibus, solam animam sine gratia Dei ipsam comitante disponere; ac proxime ad gratiam praeparare posse. Unde relinquitur manifestum numquam exclusisse auxilia proxima ad hujusmodi præparationem, per quæ operatui* vel intense, vel remisse, *prout movetur plus, vel minus a Spiritu sancto secundum suam voluntatem.* Unde quod supponit D. Thomas est agere ut *quod* hominem, sed non ratione virtutis naturalis, ut infertur, sed ratione auxilii aut remissioris, aut ferventioris juxta intensionem, vel remissionem eliciendæ operationis. Et hinc constat clare ad primam partem testimonii allegati.

Wfr Observat tamen, et bene Godoy tom. 1 in ip. disp. 16, g 5, num. 159 verba ilia D. Thomæ : *ex tola virlule bonitatis natu*· *ralis,* non fore accipienda subjective, sed objective, ut sensus sit, quod homo movetur efficaciter ad Deum diligendum, omni alii bonitati illum præferendo, quod est ipsum supra omnia naturalia, imo et supernaturalia, diligere. Et in hoc sensu praecipitur : *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde;* non quidem ex tota intensione cordis, sed ex prælatione Dei supra omnia in corde, sive id Gat magna, aut minori intensione.

In secunda vero illius parte loquebatur de homine gratia jarn prædito, et in illius augmentum conante, de quo asserit dupliciter se habere; vel operando juxta intensionem habitus, vel infra eam; quia habitibus utimur quando, et quomodo volumus : et in hoc casu physice non augetur habitus ipse, nec actus ille est ultima dispositio physica, sed tantum remota, ad comparandam intensiorem gratiam; quam doctrinam latius oxpnndiinus tract, de Charitale disp. 5, dub. 4, ubi explicuimus , qualiter actibus remissis augeatur Charitas. *Vel quando actus Charitatis procedit* (verba sunt D. Thomæ, in quibus est nervus difficultatis pro Adversariis) *ex tota virtute habentis, et quantum ad virtutem naturæ , et quantum ad virtutem habitus infusi, tunc unus aclus disponit, ct meretur augmentum Charitatis, ut statim flat.* In quo profecto licet distinguat virtutem habitus a virtute naturæ , non excludit gratiam auxiliantem a natura; sed solum contra.ponit actum illum ut ferventiorem, quasi non procederet ab habitu, sed a natura elevata per auxilium : quo pacto actus supernaturales ut observavimus supra, oriri dicuntur a natura, et non a gratia. Et quia actus intensior, quia intensior non procedit a gratia, utpote remissiori, sed ab auxilio transeunti, quo tam natura, quam habitus gratiæ elevantur, et constituuntur in actu omnino proximo ad efflciendum prædictum actum magis intensum, ut hoc explicaret D. Thomas, docuit aliam esse virtutem naturæ, utique ut elevatæ, ac virtutem habitus. Itaque sensus ss™0 planus, et omnino verus est, actum in- s ris. tensiorem procedere ex duplici virtute supernaturali proxima , altera, quæ est permanens, et coincidit cum habitu Charitatis remisso; altera, quæ est transiens; et importat auxilium pro excessu, in qua non explicatur gratia habitualis, aut habitus supernaturalis sed tantummodo auxilium. Et quia operationes hujusmodi juxta præmissam observationem tribuuntur naturæ sub gratia auxiliante, non vero habitui Charitatis; idcirco statuit D. Thomas statim conferri gratiam intensiorem, quoties homo *quantum ad totam virtutem naturæ* (auxiliatæ, vel sub auxilio) *et quantum ad virtutem habitus* (sub eodem auxilio) operatur. Unde omnia consonant, el numquam elicitur ex mente D. Thomæ concursus ille partialis naturæ.

24. Ultimum testimonium adductum ab Adversariis depromitur ex lib. contra Gent. cap. 22, ubi docet D. Thomas : *Illud libere agimus, quod ex nobismel ipsis agimus, hoc vero Csl, quod cx voluntate agimus :* ergo requirit D. Thomas, quod actio supernaturalis, ut libera sit, ex nobis ipsis fiat, id est, cx virtute activa ipsius voluntatis : quæ enim ab extrinseco agimus, non libere, nec ex nobismet ipsis Tbomæ locJS·

agimus, cum ergo supernaturalitas sit ab extrinseco ut salvetur actum supernaturalem esse nobis liberum, aliqua virtus activa, et proxima voluntatis necessaria est.

uetaret «plica- ,or· ^oc tamen testimonium non favet, sed pungit adversarios docentes posse sola extrinseca Dei assistentia fieri ab homine actum supernaturalem, vitalem, et liberum, quod non bene cohæret cum hoc testimonio. Ex quo infertur existentia indispensabilis habitus infusi, vel auxilii intrinsece inhærentis in voluntate, ut possit erumpere inactum vitalem, et liberum. De quo infra in hoc eodem dubio. Unde non est, cur hic inutiliter immoremur : nam ad vitalitatem et libertatem ordinis supernaturalis, quales omnes agnoscimus in actibus supernaturalibus, sufficit principium proximum vitale, et liberum ordinis illius, et impertinens omnino est influxus naturalis, sive totalis, sive partialis. Recolantur, quæ supra diximus circa actum contritionis, et vires illum efficiendi, ubi plura Angelici Præceptoris testimonia expendimus, et vindicavimus, et illis suppositis clarissime patet mens D. Thomæ, et quam constanter in omnibus suis operibus semper restiterit influxibus illis partialibus, ut inimicis gratiæ supernaturalis.

Difficultas in ahoD. Thom. testimonio. 25. Expedit tamen aliud testimonium extricare, quod alto silentio prætereunt Authores opposite sententiæ, vel quia non legerunt, vel quia non observarunt. Habetur apud eundem D. Thomam 1,2, quæst. 144, art. 3 : *Opus* (inquit) *meritorium hominis dupliciter considerari potest, uno modo secundum quod procedit ex libero arbitrio : alio modo secundum quod procedit ex gratia Spiritus sancti. Si consideretur secundum substantiam operis, et secundum quod procedit ex libero arbitrio, sic non potest esse ibi condignitas propter maximam inxqualitatem. Sed est ibi congruitas propter quandam squalitatem proportionis. Videtur enim congruum, ut homini operanti secundum suam virtutem, Deus recompenset secundum excellentiam suæ virtutis. Si autem loquamur de opere meritorio, secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti, sic est meritorium vitæ æternæ ex condigno.* Ubi, ut vides, in eodem opere meritorio distinguit S. Doctor duos respectus, et sub quo procedit a libero arbitrio, et sub quo dimanat, vel oritur a gratia : et alteri vim meritoriam de condigno, alteri vero solam congruitatem merendi concedit. Hoc autem stare nequit absque diverso influxu ex parte gratiæ, et ex parte liberi arbitrii, ui patet. Nain si dumtaxat unus esset influxus, et per modum unius indivisibiliter in eumdem actum diffluerent, liberum arbitrium, el gratia, ut clamant Thomistæ, non esset, unie salvari posset illa distinctio, nec subsistere posset statuta diversitas; siquidem ab eodem indivisibili principio nequit desumi condignitas, et non condignitas, æqualitasve, et inæqualitas cum præmio ; quam tamen concedit testimonium allegatum. Stat ergo ex mente D. Thomæ intentus concursus partialis liberi arbitrii, et gratiæ.

Sed nec hoc testimonium concludit intentum. Nam D. Thomas non segregavit concursum Spiritus sancti a concursu liberi arbitrii, ut est necessarium ad sustinendam illam sententiam ; sed in eodem concursu assignavit diversas radices per ordinem ad quas diversam efficaciam acciperet, non exclusa gratia supernaturali. Quoniam actus contritionis v. g. per hoc quod procedat a libero arbitrio adhuc subjecto motioni, vel auxilio supernaturali, non est meritorius de condisno, ut palet in actibus fidei, et spei, et cæteris, procedentibus gratiam, ad eamque antecedenter præparantibus; qui quamvis vere supernaturales sint, non tamen de condigno merentur vitam æternam ; non ob aliam rationem nisi quia gratia habitualis est determinate necessaria ad eam de condigno promerendam, cum soli gratiæ compeiai esse semen gloriæ. Et sic verum est, quod si opus meritorium (quod utique supernatural debet esse, et ita supponitur a D. Thoma) sumatur, secundum quod esi a libero arbitrio adhuc supernaturaliter moto, non importat, nec explicat ex hoc capite vim meritoriam : alias quilibet actus supernaturalis absque interventu gratiæ habitualis foret meritorius de condigno, quod in via S. Doctoris esse falsum constat ex dictis tract, de Merito disp. 3, dub. 1, ubi statuimus adbuc de potentia ab oluta ejus necessitatem ad meritum de condigno. Quod adeo verum censuimus (et censemus) ut vel ipsi Christo denegaverimus vim supernaturaliter apud Deum promerendi sine actu charitatis, et consequenter sine gratia, tract, de Gratia Christi ad quæst. 7, hujus 3 p. stat ergo distinctio assignata a D. Thoma, quin ex vi illius concludatur adversariorum intentum de concursu partiali liberi arbitrii, et patet a simili

simili in operationibus Christi ut hominis, respectu quarum humanitas, et auxilia sunt tota ratio proxima agendi, nec alius consequenter est influxus Verbi ab influxu humanitatis; cura tamen earum dignitas infinita promerendi, aut satisfaciendi non procedat ab humanitate, sed unice revocatur in Verbum divinum. Quod etiam est cernere in naturalibus, ubi substantia ignis v. g. non influit partialiter immediate tamquam virtus proxima in calefactionem; sed una et eadem calefactio competit calori, et igni; quæ tamen ut procedit ab igne, et est ejus actio, disponit ad introductionem ignis, qua vi non gaudet ut actio caloris est, quo pacto procedit ab ipso calore secundum se, et ut gerente munus causæ principalis ; sub prima vero consideratione respicit calorem ut est virtus ignis, cui ut causæ principali subordinatur. De quo N. Complut, abbreviati de Generat, disp. 2, quæst. 1. Et quidem si hoc dumtaxat intenderent Adversarii (ui alicujus scrupulum detergamus) non haberent Thomistas, et quod magis est D. Thomam, reluctantes ; sed esset quæstio de nomine. Sed revera sub his reduplicationibus , et expressionibus (quibus illi etiam ad se expediendum, et explicandum utuntur) aliud, et longe aliud, intendunt, distinguendo ex parte virtutum, et rationum sub qua agendi causam naturalem ex virtute naturali agentem, et immediate attingentem effectum supernaturalem. In quo nedum discipulis, sed et Magistro D. Thomæ adversantur, ut constat ex hactenus dictis, et magis constabit ex mox dicendis. Unde concludimus hanc partem Misa, cum eodem D. Thoma quæst. 1 de Virtut. art. 2 ad 19, ita asserente : *Quamcumque etiam dispositionem, vel prseparationem, seu conatum liberi arbitrii præcedentem charilatem, prævenit Spiritus sanctus movens mentem hominis, vel plus, vel minus secundum suam voluntatem.*

§ ni

Eadem assertio ratione fulcitur.

26. Pro fulcienda assertione non modica, nec inermia suppetunt rationum momenta, ex quibus clariora, et immediatiora seligemus, missis aliis apud alios D. Thomæ discipulos tract, de Visione Dei, videndis.

fSudi· Prima ergo ratio non semel supra indicata, reducitur ad sequentem formam. Virtus quæ proxime, et immediate non continet effectum, nequit esse ratio illum proxime, et immediate producendi ; sed voluntas creata non continet proxime et immediate actum contritionis per modum virtutis : ergo nequit per modum virtutis proximæ ad actum contritionis concurrere. Consequentia est legitima. Major videtur per se nota : quia causa non influit in effectum, nec illum producit, nisi quatenus continet vel formaliter, vel virtualiter effectum, cum sermo sit de causa efficienti. Minor vero probatur : quia actus contritionis est entitative, et quoad substantiam supernaturalis, ut probatum relinquimus, et in præsenti supponitur : sed quod est entitative, et quoad substantiam supernaturale non continetur in virtute entitative, et quoad substantiam naturali ut in virtute proxima : ergo actus contritionis non continetur in voluntate ut in virtute proxima : atque ideo non potest esse ratio proxima illum efficiendi. Utraque Consequentia constat ex præmissis. Minor etiam liquet : nam quod est nedum entitative, sed quoad ordinem inferioris rationis, nequit per modum virtutis proximæ continere, quæ tam entitative, quam quoad ordinem altiora sunt; ut inductione patet, et vel ipsi termini exprimunt : sed quod est entitative supernaturale neium excedit vires naturales quoad substantiam, sed etiam est altioris ordinis ad illas : ergo quod est entitative, et quoad substantiam supernaturale, nequit proxime, et immediate in voluntate ut in virtute proxima contineri.

Confirmatio 1. Confirmatur, et explicatur. Causa principalis debet esse ejusdem, vel superioris rationis cum effectu in ea ratione, in qua effectus producitur ab illa causa ; in quo stat discrimen ab omnibus constitutum inter causam principalem, et instrumentalem : sed voluntas principalis causa est actus contritionis , et cujuslibet alterius actus ordinis supernaturalis : ergo ut sit ejus causa, debet esse ejusdem vel superioris rationis cum actu contritionis : sed potentia naturalis ex viribus propriis non est ejusdem, nec superioris rationis cum actu contritionis, aut quolibet alio supernaturali, cura contineatur intra ordinem naturalem longe inferiorem ad ordinem supernaturalem : ergo nequit ex viribus propriis elicere immediate actum contritionis per modum causæ principalis. Caetera constant præter Minorem primi syllo-

gismi, quam negat immerito Suarez. Nam voluntas medio actu contritionis vero se movet motu vitali, et ab intrinseco operatur libere, er meretur coram Deo prternium supernaturale : quæattributa minime competunt causa'. instrumentait propriæ. quippe quæ non nisi mota ab extrinseco, nec libere, et per propriam formam agit : si ergo voluntas non esset causa principalis, sed proprium instrumentum ad eliciendos actus supernaturales, tolleretur ab ea vitalitas, libertas, et vis meritoria, quod est absurdum. Ne ergo hoc cogamur admittere, dicendum est voluntatem esse veram causam principalem, et non instrumentum proprie dictum actuum supernaturalium.

D™Lhi>" HISS. ^tec Consequentia constat, supposita veritate Antecedentis, quod docet D. Thomas quæst. 24 de Verit. art. 1 ad 5, ubi explicat notiones proprii instrumenti, et causæ principalis, quæ improprie, et large est, et dicitur instrumentum Dei per hæc verba : *Instrumentum dupliciter dicitur. Uno modo proprie, quando scilicet aliquid ita ab altero movetur, quod non confertur ei a movente aliquod principium talis motus, sicut serra movetur a carpentario : ct tale instrumentum non est particeps libertatis. Alio modo dicitur instrumentum magis communiter, quidquid est movens ab alio motum, sive sit in ipso principium sui motus, sive non : el sic ab instrumento non oportet quod omnino excludatur ratio libertatis : quia ediquid potest esse ab alio motum, quod tamen se ipsum movet, et ita est de mente humana*, utique etiam respectu actuum supernaturalium, ad quos specialiter movetur a Deo communicato prius principio illorum motuum mediis habilibus, et auxiliis illius ordinis, in quorum vi extrahitur a ratione instrumenti proprie dicti, et collocatur inter causas principales.

Conûr niaiio Confirmatur, et explicatur ulterius prosternendo evasiones, quibus elidere conantur adversarii hoc fundamentum, in quo stat nervus nostræ sententiæ. Nam voluntas prout condistincta a Pœnitentia, et aliis donis supernaturalibus non continet actum contritionis, ut causa partialis proxima, nec sub ratione vitalis, aut liberis, nec sub ratione supernaturalis : ergo nequit ut ratio, seu virtus proxima ageudi concurrere ad actum contritionis. Consequentia probatur facile ex Antecedenti, quia nulla causa efficiens concurrit principaliter ad actum, quem non continet vel formaliter, vel eminenter, ut patet inductione, et negare non possunt adversarii. si consequenter loquantur; non enfin ob aliam rationem exigunt concursum partialem habitus supernaturalis, nisi quia entitas naturalis voluntatis non continet supernaluraiitatem actus. Et sane si hoc principium falleret, nulla ratione posset convinci, et falsitatis redargui, qui defendere conaretur voluntatem ox viribus naturæ independonter a viribus gratiæ, sô ipsa immediate erumpero in omnes actus quamlibet supernaturales, ut consideranti fiet perspicuum. In quo non oportet amplius immorari. Nam causa partialis esto excludat, vel non postulet continentiam adæquatam totius effectus, petit tamen ipsum præhabere in actu, sub ea ratione, sub qua effectus ab ipsa procedit; eadem quippe ratio est de causa partiali ad effectum sub ratione partiali, ac est de causa totali ad effectum totalem, ut de se videtur constare, et in ipsa partitione a contrariis facta manifeste liquet, nam vitalitatem tribuunt voluntati, supernaluraiitatem habitui.

Unde solum restat probandum illud primum Antecedens, quod videtur manifestum , quidquid adversarii contendant : nam actus contritionis adaequate est ordinis supernaturalis, et nullum prædicatum ordinis naturalis in eo reperitur, ut ipsi nobiscum debent supponere; alias cessabit litigium : quocirca sive vitalitas, sive libertas, sive quodlibet aliud illius actus attributum est ordinis supernaturalis : sed prædicatum supernaturale nec partialiter continetur in entitate naturali : ergo In voluntate prout condistincta a gratia supernaturali, non continetur partialiter ut in virtute proxima actus contritionis. Probatur hæc Minor ex dictis. Primo quia quod excedit, et est altioris ordinis, nequit actu præcontineri in eo, quod elevat, et est superioris ordinis : sed quodlibet prædicatum supernaturale, ut ipsum nomen indicat, est supra naturam, camque elevat, et collocat in ordine superiori : ergo neutiquam præcontinelur proxime in virtute, seu potentia naturali. Secundo probatur eadem Minor, quia implicat aliquid elevari ad id, quoi actu in se continet, non utrumque, sed per modum virtutis proximæ : sed potentia naturalis voluntatis elevatur ad attingendum quodlibet prædicatum repertum in contritione! ergo nullum prædicatum repertum in contritione continetur ut in virtute proxima

ia

in voluntate ut est potentia naturalis. Consequentia est legitima. Major prætprquam quod ox ipsis terminis liquet, patet in omni causa vero efficienti, sive inslrumentali, sive principali, quarum nulla elevatur, aut elevabilis est ad alliorem ordinem per illud ipsum, quo constituitur in suo esse ; siquidem elevatio est quid diversum ab applicatione; hæc quippe necessaria est cuilibet virtuti creatæ ex ratione communi entis per participationem, ut se exerat in effectum; non enim ignis v. g. comburet stuppam, nisi prius ab aliquo ipsi applicetur. Elevatio autem extrahit ad altiorem ordinem, vi cujus homo potest, quod antea non poterat proxime attingere. Ut ergo quis elevetur, debet supponi proxime impotens ad id ad quod elevatur; alioqui enim elevaretur, et non elevaretur. Jam probatur Minor : quia voluntas elevari debet ad proxime attingendum quodlibet prædicatum supernaturale, et ad hoc indiget virtute proxima : Sed nullum prædicatum est in actu supernatural!, quod non sit supernaturale; ergo nnllum prædicatum est in prædicto actu ad quod voluntas non indigeat elevatione ; atque ideo ad omne illius prædicatum constituitur proxime potens per elevationem.

βώ- 27. Explicatur, et confirmatur præoccupando tacitam aliam evasionem. Tota ratio proxima elevandi potentiam naturalem ad actus supernaturales, est ipsi tota, et proxima ratio agendi eosdem actus : sed tota, et adæquata ratio proxima elevandi potentiam naturalem est gratia : ergo tota, et prima ratio agendi est illi gratia : non ergo relinquitur locus influxui naturali partiali voluntatis. Hæc secunda Consequentia constat ex prima; alioqui enim gratia esset, et non esset tota, et adæquata ratio proxima eliciendi actus supernaturales. Prima vero infertur ex præmissis, quarum Minor videtur clara, quia homo non elevatur per aliquid naturale, et ipsi debitum, atque ideo necessarium videtur asserere rationem adæquatam elevandi hominem ad ordinem supematuraiem proxime, et immediate provenire a gratia, ante quam homo, et ejus potentiæ naturales sunt quidem elevabiles, sed non ex se important elevationem : unde solum devolvitur difficultas ad Majorem, quæ ut probetur.

5A- Animadvertendum est prius dupliciter hominem elevari posse ; vel perfecte, et secundum totum suum esse naturale, prout ambit tam ipsam animam, quam ejus potentias naturales : quo pacto debet concurrere gratia habitualis, quæ afficit eandem animam, cum virtutibus supprnaluralibus, quæ resident in potentiis, easque rectificant ad supernaturaliter operandum : vel imperfecte, et quoad potentias tantum, sive id fiat mediis habilibus virtutum, ut accidit in carentibus gratia, et fidem, ac spem habentibus, quales sunt catholici peccatis obnoxii, sive id contingat mediis auxiliis tantummodo transeuntibus. Est autem discrimen inter elevationem præstitam animæ ab ipsa gratia habituali, ad elevationem convenientem potentiis ex habitibus virtutum, vel mediis auxiliis, quod prima per se primo, immediate ordinatur ad dandum esse supernaturale animæ, nec aliud immediate et iu genere causæ formalis præstat : secunda vero tendit ad præstandas vires potentiæ, quas adhuc posita gratia non haberent proxime, et immediate, nisi afficerentur potentiæ iliis virtutibus. Et ratio e=t, quia cum gratia non destruat, sed perficiat naturam, non elevat subjectum, nisi juxta ipsius exigentiam. Et quia anima ordinatur per se primo ad esse, non vero ad immediate, et per modum virtutis proximæ operandum ; hoc enim competit potentiis, estque ipsis proprium, quocirca non tam sunt, ut sint, quam ut operentur; idcirco elevatio quæ fit media gratia habituali ita sistit in communicando esse supernaturale animæ, quod non præstat posse operari, nisi remote, mediate, et radicaliter in suo ordine supernatural!, quod anima ex se habet in ordine naturali. At vero elevatio facta mediis virtutibus, et auxiliis cum afficiat potentias operativas, per se primo ordinatur ad operandum datque proximum posse ad operationem supematuraiem; non enim intenditur in hoc ordine nisi portet operationem hujus ordinis, sicut potentia naturalis non intenditur in suo ordine nisi propter operationem naturalem.

28. Hinc, ni fallimur, perspicue demonstratur illa Major, cui probandæ deservit animadversio facta. Nam potentiæ naturales non indigent elevatione ut sint, sed ut operentur : ergo tota ratio eas elevandi est eisdem tota ratio agendi actum supematuraiem : sed nequit negari gratiam esse totam rationem eas elevandi proxime, et immediate : ergo nequit consequenter loquendo sustineri, quod gratia, qua afficiuntur immediate non præcludac locum

Urgetur

influxui partiali virtutis naturalis respectu actus, ad quem elevantur.

Ad hæc. Elevatio non e>t partialis, ita quod elevet partem virtutis, et partem non elevet, alias non esset elevatio totalis, seu tota ratio elevandi ; sed ita e evat potentiam, quod- nulla ejus vis actita non sit elevata ad operandum supernaturaliter : ergo sicut est tota, et adaequata ratio proxima elevandi potentiam naturalem; ita est ipsi tota ratio agendi ; non enim elevat, nisi quatenus præstat virtutem, nec hanc communicat, nisi elevando juxta exigentiam potentiæ, quæ non est intenta ut sit, sed ut operetur. Et patet in gratia habituali, quæ ob hanc eandem rationem non præstat virtutem supernaturalem, nisi ad radicaliter operandum : ideoque sicut est tota ratio elevandi per modum naturæ, ita est tota radicalis ratio agendi supernatu-aliter. Quod si adversarii hæc exempla non admiserint, non ob id destituitur veritas : ad quam sufficit in sui suffragium adducere veram philosophiam, veramque theologiam a D. Tboma edoctam de distinctione potentiarum in utroque ordine a prima earum radice natura; quidquid alii oppositum sentiant : nec modicum erit veræ sententiæ emolumentum, quod adversarii propriam tueri non possint, quin dogmata illa philosophica e medio tollant, et subvertant.

Alînd a ratione fundamentum.

29. Secunda ratio, qua procedens illustratur, et oppositæ piæcipuum fundamentum diruitur, est hujusmodi. Nam potentia naturalis nec continet, nec consequenter influit adhuc partiafiter in actum supernaturalem, nisi sub ratione vitalis, voluntarii, et liberi; has quippe rationes dumtaxat est in illo reperire, ob qua- videatur necessarius influxus ille partialis, et illis extractis a concursu naturali voluntatis, aut potentiæ naturalis, nec apparenter possent adversarii intentæ partialitati influendi insistere; cum evidentissimum sit ad supernaiuralitatem actus nullam esse activitatem proximam in potentia naturali ex viribus propriis operando. Sed actus supernaturalis sub ratione vitalis, voluntarii, et liberi non procedit proxime, et immediate ut a ratione agendi a potentia naturali. Ergo potentia naturalis non est ratio proxima adhuc partialis agendiactum supernaturalem sub prædictis rationibus. Major et Consequentia non indigent probatione. Minor vero, ad quam tota devolvitur difficultas, accurate est probanda, et quia ex tribus illis rationibus, seu formalitatibus recensitis, eadem esse videtur ratio, sive sit vitalitas sive voluntarielas, sive libertas; idcirco modo unam, modo aliam accipiemus.

Prubatur ergo primo ; nam actus supernaturalis sub ratione vitalis procedit immediate a virtute supernaturali tamquam a principio vitali proximo : ergo sub ratione vitalis non procedit proxime a virtute naturali. Patet Consequentia : namjuiu adversam sententiam sub ea ratione sub qua procedit a virtute supernaturali,nequit procedere proxime a potentia naturali, nec e contra. Antecedens vero est D. Thomæ2,2, quæst. 23, art. 2 ad 2, ubiD,Ti:a docet ita se habere gratiam in ordine supernatural! erga animam quoad rationem vivendi in hoc ordine, sicut se habet anima circa corpus ad vitam naturalem : sed anima cum potentiis ab ea dimanantibus est principium adæquatum, et totale vivendi naturaliter : ergo gratia cum virtutibus sibi annexis est totalis, et adæquata virtus, vivendi vita supernaturali. Major, a qua dependet Minor, et Consequentia, constat ex D. Thoma eam asserente. *Dicendum* (inquit) *quod Deus est vita effeclite, et animæ per charitatem, et corporis per animam : sed formaliter charitas est vita animæ, sicut, et anima corporis. Undeptr hoc potest concludi, quod sicut anima immediate unitur corpori : ita charitas animz.* Ex quo duo manifeste eliciuntur,et quod vitalitas actus sit supernaturalis, et quod procedit a gratia et charitate sub ratione vitalis; non enim vita supernaturalis charitatis se in alium melius exerit, quam in actum charitatis sibi proprium, sicut vita naturalis animæ non aptius explicatur, quam in operationibus naturalibus. Et sicut nulla est operatio, quæ media potentia vitali procedat ab anima, quæ vitalis non sit; ita nullus est actus gratiæ, media charitate, quæ ejus vitalitatem supernaturalem non secum ferat.

Probatur secundo eadem Minor ex eodem principio destruendo motivum adversæ sententiæ. Nam quod charitas, et gratia proveniant effective a Deo, ut ab agente extrinseco respectu ilarum, et animæ, non tollit, quominus esse possint, et revera sint princpium intrinsecum vitale operationum snpernaturalium , dummodo intrinsece afficiant tum animam, tum ejus potentias naturales : sed gratia, et charitas intrinsece uniuntur animæ, et ejus voluntati, quarum sunt accidentia, et furmæ : ergo quod a principio extrinseco proveniant effective, non obest, quominus sint principium vitale operationum supernaturalium, easque sub ratione vitalium eliciant. Major, in qua offendit opposita sententia patet, tum in anima rationali, quæ ab extrinseco advenit corpori; quia tamen illli intrinsece unitur, et ipsum formaliter vivificat, et mediis potentiis naturalibus vitaliter operatur. Tum etiam in Christo Domino, cujus persona est humanitati secundum se extrinseca; quia tamen intrinsece illi unita, operationes humanas vitaliter operabatur. Quis hoc neget, nisi negare velit satisfactionem, meritum, et redemptionem humanam per Christum ? Non ergo provenire ab extrinseco officit principio vitali, dummodo intrinsecum sit subjecto per illud operanti.

30. Nec eliditur horum exemplorum energia recursu ad diversitatem unionum, tamquam in una quia substantiali, possit salvari principium vitæ, non vero in alia, quia accidentali. Hoc, inquam, effugium comminisci, erit omnino exrra rem : nam ad hoc ut actus procedat a principio intrinseco se movente, subindeque vitaliter, sufficit principium illud esse intrinsecum tum subjecto operanti, tum operationi, quidquii si de informatione, an sit substantialis, vel accidentalis : hoc enim præcise probat, quod forma substantialis solum in genere causæ formalis præstet vitam substantialem, et accidentalis accidentalem ; quoi non negamus, quinimo constanter affirmamus impossibilem esse vitam supernaturalem substantialiter, quæ sit creata, vel creabilis. Unde concessa illa dispari unione exemplorum cum re, quam versamus, in reliquo tenet paritas alducta.

1.ïia. Aliam disparitatem agnovit D. Thomas quæst. 27 de Veritate artic. 3 ad 21, sed quæ impetit adversarios, et doctrinam traditam confirmat : *Dicendum,* ait, *quod anima aliter se habel ad vitam naturalem, el ad vitam graliæ : ad vitam enim gratiæ te habet, ut quod alio vivit, ad vitam vero naluræ, ut quo aliud vivit.* Et fuit dicere, quod sicut corpus vivit per animam ipsum constituentem in esse naturali, ideoque in es-e naturali operatur per animam; ita anima constituitur, licet accidentaliter, per gratiam, qua etiam operatur supernaturaliter. Ex quo infertur nullam operationem prodire ab anima per gratiam, aut media gratia, quæ vitalis non sit vitalitate ipsius gratiæ; atque ideo nullam operationem supernaturalem ab alio principio emendicare supernatutalitatem, et ab alio vitalitatem, sed utrumque conceptum præcontineri proxime in gratia, et ejus virtutibus a quibus sub utraque ratione procedit aclus supernaturalis.

Tertio probatur eadem Minor. Quia tantum abest, gratiam præexigere concursum partialem voluntatis, ut actus supernaturalis evadat voluntarius; quod vice versa, ut contritio v. g. sit voluntaria, omnino necessaria sit virtus supernaturalis : ergo ex hoc eliam capite inanis, ac superfluus est, imo et repugnans influxus partialis voluntatis, qui sit naturalis. Patet Consequentia : nam implicatorium est diversa agentia sive totalia, sive partialia influere per diversas virtutes sub eadem prorsus ratione formali proxima ; quælibet enim virtus sicut adstruitur diversa, ita operatur, et agit sub diversa ratione formali sibi propria, ut patet in utroque ordine sive naturæ, sive gratiæ : ergo si virtus supernaturalis influit in actum sub ratione voluntarii proxime, et immediate, sub hac eadem ratione non influit partialiter voluntas ut virtus proxima, Nam juxta adversarios sicut voluntas proxime non influit in actum sub ea ratione, sub qua provenit a gratia, ita neque gratia proxime concurrit in eundem actum sub ea ratione sub qua egreditur a voluntate, ideoque sunt duæ causæ in hac ratione partiales : et e converso si ad eandem rationem, et sub eadem expressione, pro qua exigitur concursus partialis voluntatis, concurrit proxime, et immediate gratia, manifeste e.iditur, et falsus redditur concursus ille partialis, sive partialitas illa caudarum ut influentium. Probatur ergo Antecedens ex D. Thoma quæst. unica de charitate art. 1, ubi docet actum supernaturalem non posse esse hom.ni voluntarium, quin virtus supernaturalis intrinsece afficiat hominem, verba D. Thomæ sunt. *Actus igi- D·T110a· lur, qui excedit totam facultatem naturæ humanæ, non potest esse homini voluntarius, nisi superaddatur naturæ humanæ aliquid intrinsecum voluntatem perficiens, ut talis aclus ab intrinseco proveniat.* Quod probaverat S. Doctor paulo superius ex eo quod accidit in naturalibus : nam motus, qui est ab extrinseco, non est naturalis, sed violentus, ut patet in lapide sursam projecto, vel deorsum descendente. Et ita af-

firmat, et rectissime, accidere in molibus voluntariis, qui nisi sint a turma intrinsece inhærente, et aflic:ente suujectum, nequeunt ipsi ut voluntarii imputari. Unde concludit ; Si *igitur actus charitatis in homine non ex aliquo habitu interiori procedat naturali polenlix supperaddito, sed ex motione Spiritus sancti, sequeretur alterum duorum, vel quod actus charitatis non sit voluntarius quod est impossibile, quia hoc ipsum diligere est quoddam velle : aut quod non excedat facultatem natures, quod est h&relicum.*

Appika- Thomæ docinoa.

31. Qua doctrina totum ædificium oppositae opinionis dissipari, nemo est, qui non videat ; nam tota illorum structura in eo est, quod aclus supernaturalis non est voluntarius ex gratia, sed ex ipsa voluntate ut causa propria, et unica nedum remota, sed omnino proxima, el particulari ; sed juxta D. Thomam, actus charitatis non est voluntarius, nisi ab habitu interiori, naturali potentiae superaddito, a quo et non a naturali potentia, ut a virtute proxima egreditur : ergo actus charitatis ut voluntarius, et sub ratione voluntarii totaliter procedit a charitate ut a virtute proxima.

Rursus, juxta prædictam sententiam, etsi actus voluntatis proveniret a Deo extrinsece assistente voluntati, adhuc esset voluntarius, eo quod a voluntate acciperet rationem voluntarii, et simul esset supernaturalis, quatenus emendicaret ab illo supernaturalitaiem, et hoc esse possibile docent adversarii. Sed juxta allegatam doctrinam actus excedens facultatem naturalem, nequit esse voluntarius, quin superaddatur voluntati aliquid intrinsecum ipsum perficiens : ergo ratio voluntarii in pnediclis actibus non sumitur immediate, ct proxime ut a virtute agendi ab ipsa voluntate, sed a virtute superaddita, et intrinsece afficiente eandem potentiam.

Ulterius. Ratio voluntarii, quæ sumitur a virtute naturali voluntatis, non excedit facultatem ipsius voluntatis : sed ratio voluntarii inventa in actu supernatural» excedit facultatem voluntatis, ne dicatur actum supernaturalem non excedere facultatem naturalem, quod est hæreticum ; ergo ratio voluntarii, quæ est in actu supernatural!, non provenit tanquam a virtute proxima a virtute naturali voluntatis. Et ratio omnium a priori est, quant adducil Thomas ibi : Quia sicut impossibile, et prorsus implicatorium est actum esse naturalem, ct non procedere a principio intrinseco naturali, eo quod natura sil principium, et causa motus, et quiedg ejus, in quo est, ut diffiniunt Philosophi : ita do ratione voluntarii est, quod sit a principio intrinseco cum cognitione, ut explicant Theologi : sed actus charitatis v. g. (idem dicito de ahis) est voluntarius homini Deum diligenti; ergo debet procedere a principio homini intrinseco cum cognitione. Qui syllogismus est plane demonstrativus. Pergit ulterius : Sed principium illud intrinsecum, a quo immediate ut a ratione agendi procedit, non est virtus naturalis voluntatis; quod negant adversarii, sed probat D. Thomas ex eo, quod actus *excedens totam facultatem nature* Autmina?, *non potest esse homini voluntarii», nisi superaddatur naturae humanx aliquid intrinsecum voluntatem perficiens, ut talis aclus a principio intrinseco proveniat.* Ergo excedit vires naturales voluntatis tam in ratione supornaturalis, quam in ratione voluntarii, ut in primo fundamento urgebamus : ergo a virtute charitatis recipit ex vi ejusdem infiuxus et esse voluntarium, ct esse supernaturale. Patet utraque Consequentia : quia implicatorium est actum charitatis non esse voluntarium : sed habet esse voluntarium a charitate superaddita voluntati, non vero a voluntate ipsa ut a ratione agendi ; alias non excederet vires voluntatis, quod constat esse hæreticum : ergo ab eademmet charitate intrinseca homini immediate habet esse supernaturalem. et esse voluntarium, ut virtute ad ea munia deserviente. Ubi concursus partialis voluntatis per virtutem activam sibi propriam, et non acceptam ex gratia ? Ubi iiia ratio vitæ inadæquatæ. et voluntarii, quæ immediate proveniat a voluntate, ut a ratione proxima agendi, et non a charitate! Sane Doctor Angelicus non agnovit, nisi vel asserendo quod actus charitatis nou procedat ab intrinseco, quod est implicatorinm, ut ibi contra Magistrum docet; vel affirmando actum charitatis non excedere facultatem naturæ, quod est hæreticum. Nec simi iter inveniunt discipuli utrumque scopulum devitare cupientes cum suo Magistro, qui docet actum charitatis excedere, non partem, sed totam facultatem naturæ, et in responsione ad 16, inquit : *Elevari animam per charitatem supra posse naturæ, ut perfectius ordinetur ad finem, quam habeat facultas naturæ.* Et in solut. ad ultimum concludit, *quod charitas ressuscitai*

Urgdur.

t l

tt

resuscitat spiritualité)' mortuos formaliter, sal non e/ftclive, sioul nec anima Lazari, quo: *formaliler Laxarum resuscilavil, in quantum per unionem ejus ad corpus L'iza-rus est resuscitatus,* Quo exemplo superi as dicta illustrantur.

fiivru- 32. Huic tamen perspicua) veritati duo 1 tf'pja possunt obstare ox adversariorum doctrina. Responderi ergo potest ; 1° gratiam cum virtutibus supernaturalibus solum esse vitam aniuuo moraliter, quatenus reddit hominem Deo acceptum, et ejus opera meritoria præmii supernaturalis. Quod constat morale quid esse. Physice autem accepta non præstat vitalitatem, sed eam supponit in anima, et in ejus potentiis naturalibus, ad quas proinde recurrere opus est, ut influant partialiter saltem, vi cujus influxus actus supernaturales physice vitales sint; quidquid sit de vitalitate morali, quæ provenit a gratia. Qua dictinclione enervantur primum fundamentum, et cuncta quæ pro eo expendimus.

Sed hæc evasio paucis indiget, ut prosternatur. Nam relicta consideratione morali, quoad præsens, ut omnino extra rem, gratia habitualis physice sumpta est participatio formalis divinæ naturæ, et est prima radix videndi, et amandi Deum : ergo est participatio formalis vitæ divinæ, quæ in eo consistit, ut si ipsum Deus videat ac diligat : ergo communicata formaliter animæ, eam constituit formaliter viventem vita divina participata. Sicut quia anima rationalis in esse naturali participat vitam Dei, ad cujus imaginem, et similitudinem factus est homo ; hoc ipso quod uniatur corpori, licet inanimi, ipsum constituit vivens, ut de Laxaro modo dicebat D. Thomas. Et eadem ratio est de virtutibus suo etiam modo participantibus illam vitalitatem, quæ per essentiam residet in Deo, vi cujus sicut Deus non vivit, ut ita dicamus active, nisi mediis operationibus intellectus, voluntatis ; similiter (cum infinita tamen distantia) non vivit supernatural! 1er homo, nisi se effective movendo a principio intrinseco supernatural!. In quo non oportet amplius immorari, sed recoli debent, quæ diximus tract, de Gratia, ubi ejus essentiam, et proprietates enucleavimus contra Scotum. Quod vero tam gratia, quam virtutes a Deo proveniant, non obest eorum vitalitati supernatnrali, ut causantur Authores illius sententiæ; quin potius est necessarium, nt sit vitalitas supernaturalis, quæ transcendit, et supergreditur omnem facultatem naturæ. Audiamus D, Thomam quæst. 1 do Virtul. art. 2, asserentem ; *Sicut lumen naturale rationis est radix, ct principium virtutis acquisii» : ita ipsum lumen grati», quod est participatio divinæ naturæ in ipsa essentia animæ per modum cujusdam bonitatis existons, est principium, el radix virlulis infusa.*

33. Secundo potest occurri dicendo e^'?0 hactenus dicta recte probare de voluntate secundum potentiam naturalem, quo pacto verum est non posse partialiter concurrere ad actum supernaturalem. Gum quo tamen stat inlluere immediate ratione potentiæ obedientialis, quæ activa est, in quo sensu nec Consequentia D. Thomæ, nec aliæ ex ea illatæ urgent, utpoto quæ solum expugnant concursum potentiæ naturalis; sed non tangunt potentiam obedientialom, quæ suo modo excedit naturalem, et subordinatur agenti supernatnrali, cum quo dumtaxat nata est concurrere ad supernaturales effectus. Cui solutioni totius causæ pondus, et robur inter alios committit Ripalda tom. 1 de ente supernatural! disput. 30, ubi per triginta sectiones totus fuit in expendenda, et promovenda activitate proxima, et immediata potentiæ obedientialis circa actus supernaturales.

Sed nec solutio , nec ejus principium Confutaelevare sufficiunt vim utrinsque rationis. Tum quia si attendamus ad Suarez primum illius potentiæ obedientialis immediate activæ inventorem, eam docet esse communem omnibus creaturis, nec non unam et eandem formaliter in omnibus illis, ut ex ipso 3 p. disput. 31, sect. 6, num. 12 constat, et observavit Godoy, de Visione Dei disput. 16, § 3 ; et hoc posito manifestum est non posse influere in actum supernaturalem, nec sub ratione vitalis, nec sub ratione voluntarii, aut liberi. Et ratio est perspicua : quia prædicalum commune, et ejusdem prorsus rationis in omnibus creaturis, nequii influere adhuc partialiter, nisi in illud prædicalum, quod continet in actu : sed vitalitas non continetur in actu in potentia obedientiali communi rebus animatis, et inanimatis : ergo nequit esse proxima ratio producenti vitalitatem in homine. Probatur Minor : nam potentia obedientialis ita communis, ut ponitur, et ita uniformis, ut asseritur transcendit inanimata, imo et ipsa cadavera in quibus ridiculum foret vitalitatem comminisci : ergo non continet vitam in

actu : unde qua ratione nequit producere supernaturalitatem actus, eadem omnino est etiam impotens ad producendam partialiter vitalitatem. Tum etiam, quia potentia obedientialis ad hoc praecipue deservit, ut creatura possit assumi ut Dei instrumentum ad quodcumque, ipsius assistentia præstita, ut constat ex eodem Suarez ubi supr. num. 7 et 8, sive illud instrumentum animatum, sive inanimatum fuerit : ergo ejus influxus non est determinate vitalis : alias homo non concurrit ut proprium instrumentum ad actus supernatuiales, ut supra vidimus ex D. Thoma : ergo superfluum, et inutile est ad illam confugere pro concursu partiali vitalitatis.

X-siem eversio,

h°c ipsum ex ejusdem doctrina lib. 6, de Gratia capit. 6, num. 16, ubi docet entitatem naturalem voluntatis de materiali se habere pro eliciendo actu charitatis, et solum influere formaliter, sub ratione potentiae obedientialis : sed potentia obedientialis ejusdem rationis formalis est formaliter accepta in homine, ac in lapide, ut ipsemet testatur : ergo non est major ratio, quare formaliter influat in vitalitatem actus supernaturalisin homine, quam influeret in lapide : atque ideo si semel influit, influet quidem ratione entitatis materialis, cum qua identificatur ; non vero qua formaliter potentia obedientialis est; si quidem solum importat vitalitatem ex parte illius emitatis, cui identificatur, non vero ex propria ratione potentiæ obedientialis. Quocirca tandem devenitur in activitatem naturalem voluntatis, et hanc necesse est asserere in illa sententia partialiter agere in actum supernaturalem. Abeat ergo ut inutilis potentia illa obedientialis immediate activa, et videant qualiter potentia naturalis, quæ naturalis est, se exerere valeat ut partialis virtus, in actum excedentem totam facultatem naturæ, ut arguebat D. Thomas, et primo fundamento refellimus, et iterum instauramus sequenti consideratione. Non enim

Expendi- tur im-

ajia ratione foi male peccati excuditur a causaliiate divina, nisi quia divinus influxus non conticet, nec continere valet malitiam peccati; et ideo non continet, quia Deus influendo non avertit effectum a se ipso, nec excludere, aut removere potest suhordinationem essentialem effectus a sua causa : peccatum vero pro formali malitiæ excludit illam subordinaiionem, et importat voluntariam aversionem a Deo, sed potentia naturalis non continet effectum sui ematuralem, nec importat aliam subordinationem quam ad causas, et finem naturalem : non ergo potest suam aciivitatem naturalem ultra sphæram pro* pr æ activitatis nec partialiter porrigere; .-ed sistere debet intra ordinem naturalem; et tota activitas proxima ad actus supernaturales referri debet in gratiam, et virtutes supernaturales superadditas potentiis, per quas homo vitaliter in hoc ordine operetur, non secus ac in ordine naturali ope* ratnr per virtutes naturales. Si namque divina virtus infinita cum sit, nequit sphæram suae activitatis transigere; nulla potest esse ratio, ub quam virtus naturalis, et intra ordinem pure naturalem conclusa erumpere valeat in superioris ordinis exercitium.

34. His sat clare ostenditur inutilitas potent.æ obedientialis ad intentum adver- poteitz sanorum. Sed est aliud caput (ne dica-0^?”* mus capita) unde illa repugnet, quæ m præsenti percurrere non vacat. Consulantur quæ scripsimus torn. 2 de Tncarnat. tractat. 21, disput. 23, dub. 5,g 2, ubi fuit proprius locus illam radicitus evellendi, et implicationes ex illa ortas manifestandi. Licet enim concedenda sit ex communi Theologorum sententia authoritate D. Thomæ fulcita in omnibus creaturis potentia obedientialis passiva, ut ea media in creaturis faciat Deus, quidquid contradictionem non implicat; et ultra hanc communem, et ad rationem entis creati consecutam passivam capacitatem, in anima rationali, et creaturis intellectualibus, quæ sunt elevabiles ad Deum in se ipso immediate contuendum, inveniatur alie specialior, et quæ in Angelis, et hominibus ejusdem rationis est, vi cujus eis competit essentialis commensuratio ad principaliter, vitaliter, et omnino voluntarie D um in se ipso immediate attingendum quod non competit aliis creaturis rationis exortibus ; neutra tamen illarum est immediate activa, sed mediate, quatenus esi capax recipiendi virtutem divinam, et me ia tali virtute operandi. Porro hanc j-pecia^m potentiam obr dientialem, radi· calker, seu mediate activam concessam in creaturis intellectualibus præ cunctis aliis, tam certum debet esse, quod longiori. et exactiori disquisitione non egeat; alioqui tam potens esset equus, aut lapis ad here operandum supernaturaliter. et ad Deum in se ipso videndum, quam sit homo,

homo, aut angelus; quod est absurdum, et ut dementissimum delirium abjiciendum. Ita ergo concedendæ sunt vires natundes vivendi intellectualiler in hoc ordice angelis, et hominibus, in quibus dumtaxat splendet Dei similitudo, specialiter, ut etiam sint elevabiles ad operandum, et vivendum vita intellectuali supernaturali, quæ quidem, quia supernaturalis est, tota ortum ducit ab origine supernaturali, sicut tota virtus naturalis non alium (ornem agnoscit, quam Authorem naturæ, ut supra nos docuit D. Thomas.

At vero potentia obedientialis immediate activa, licet partialiter ad omnes, et quoslibet eflectus divinæ omnipotentiæ, qualiter eam exponunt, et concedunt post Suarez ejus socii, prorsus implicatoria est, ut ostendimus loco citato; et ultra ibi dicta, vel ex eo solum respuenda esset, quod cum operari sequatur ad esse, et tale sit operari, quale fuerit esse, ut est principium naturale; contradictionem involvit determinatam formam quoad esse habere virtutem activam immediatam ad omnes effectus possibiles, quos utpote infinitos satis liquet non posse esse determinatos, nec quoad numerum, nec quoad speciem. Et est admiratione ita dignum, ut omnem credulitatem excedat, quod virtus activa creata sit, quæ absque additione virtutis partialiter sit potens ad quemlibet effectum cujusque ordinis vel existentis, vel possibilis, ipsumque partialiter contineat, ut necesse est præcontinere ad partialiter influendum. Hoc, inquam, impossibile est, et omnem excedens rationem, quin affigatur ei potentiæ ita amplæ, et ita activæ aliquis modus potentiæ divinæ, vel ipsamet omnipotentia, quam coadjutricem habet, nec magis extentam, quam sit illa obedientialis, et activa potentia, ut ipsi docent. Et ratio est : quia virtus activa fundatur in actualitate, et actualitas importat perfectionem : sed impossibilis est virtus creata, quæ actualiter sit ejusdem perfectionis, et actualitatis adhuc partialiter cum omnibus effectibus poss.bilibus, sive ordinis supernaturalis, sive hypostatici, sive alterius, qui sit vere possibilis : ergo impossibilis est potentia obedientialis immediate, et partialiter activa, ita indeterminata, ita ampla, atque adeo protensa, ut possit concurrere active licet partialiter partialitate causæ ad totum, et quemlibet producendum. Quæ est ratio j). Thomæ 4, contra Gent. cap. 7, ubi ait : *Cum propria ratio cujuslibet rei sequatur naturam ipsius, nulli competit propria actio cujuslibet rei, cui non competit illius natura, quod enim non habet humanam speciem, ncc humanam actionem, habere potest;* et consequenter quod non habet esse illimitatum omnipotentiæ, nequit propria virtute in omnes ejus effectus partialiter influere.

35. Quæ impugnatio majorem efficaciam sumet si attendamus ad exemplum, quo se explicat Suarez ad quæst. 13 hujus 3 part, disput. 31, sect. 6, de calore, qui sieut ex se est virtus calefaciendi, ita entitas cujuslibet rei per se ipsam est virtus quædam obedientialis activa ad agendum supernaturales effectus. Sed implicatorium est calorem proxime, et qua calor est, concurrere ad eflectus intra ordinem naturæ sine termino producendos; non ob aliam rationem, nisi quia est virtus determinata pro determinatis effectibus dumtaxat a natura destinata : ergo similiter dicendum est de potentia obeiientiali activa, quæ necessario comitatur formam determinatam, ad eamque consequitur. Unde concluditur, quod quia virtus activa fundatur in entitate et actualitate; ubi non est, nec esse potest plenitudo essendi, seu quod idem est illimitatio quoad esse, et actualitatem ; nequit ex consequenti rationabiliter admitti potentia activa ita ampla, et illimitata, ut absque virtute superaddita sit partialiter actu potens active concurrere ad omnes effectus supernaturales, imo et ad omne id quod cadit sub omnipotentia divina. Quid enim hoc esset nisi ponere virtutem partialem activam creatam æque extensam cum virtute omnipotentiæ.

ejusdem

Et augebitur difficultas, si animadvertatur ex Joanne de Ripalda ubi supra disp. 30, sect. 19, n. 96, in opposita sententia tam Deum, quam voluntatem esse causam partialem effectus ; non enim absurdum putant supremam, et infinitam causam esse causam partialem eflectus creati, et ex illa et voluntate constari, ac integrari unam causam totalem. Quod tamen rationi naturali adversatur, ut constat ex doctrina D. Thomæ 2, contra Gent. cap. 16, ubi ostendit S. Doctor Deum esse primum omnium rerum principium effectivum, in quod tandem referri debet, quidquid sive in essendo, sive in operando, aut alio quovis modo perfectionem inducente reperiatur in creaturis; atque ideo

Conti-
idem,

relegandum, et procul abigendum ab ipso, quidquid imperfectionem, vel in substantia, vol in modo expresserit. Modum vero causæ partialis adhuc in ratione tantummodo causai, ut adversarii loquuntur, imperfectionem, ac defectum virtutis exprimere ex ipsa nominis significatione liquet, et suadet exemplum, quo rem explicant adversarii duorum portantium simul eundem lapidem, de quibus inquit D. Thomas, çuod *quandoque virtus congregatur ex diversis virtutibus in diversis agentibus inventis, sicut palet in mullis trahentibus navem, omnes enim similiter trahunt. Ei quia virtus cujuslibel imperfecta est, el insufficiens ad istum effectum, cx diversis virtutibus congregatur una virtus omnium, quæ sufficiat ad trahendum navem.* Quorum verborum sensus planus est, causam partialem importare imperfectionem in ratione causæ partialis, eo quod non imponat totam perfectionem, seu virtutem pro eflectu desideratam : sed ex pluribus virtutibus congregatur una virtus omnium, ut accidit in nostro casu juxta oppositam sententiam. Nam ad actum supernaturalem est necessaria vitalitas, et supernaturalitas , quarum prima ita est propria voluntatis, quod non sit a Deo media speciali gratia; secunda vero ita est a Deo, ut ab immediata causa, quod non oriatur a voluntate, ut subdita Deo. Quid ergo deficit ut ex pluribus virtutibus agendi inadæquatis congregetur una totalis virtus agenii ? Unde ergo elidi potest, quod in ratione agendi proxima, et immediata importetur defectus virtutis, siquidem quod splendet in una virtute inadæquata. et partiali non elucet in alia ; sed quælibet in suo ordine sufficiens est partialis in ratione agendi; quod quid sit de eo quod alicui earum convenit in esse entis? Non ergo tribui Deo potest ratio causæ partialis, quin adscribatur ei modus causandi imperfectus, utpute inadæquatus.

§ IV

Opposita sententia, el aliqua ejus fundamenta.

3G. Virtutem Pœnitentiæ non esse proximam totalem, et adæquatam agendi rationem ad actum contritionis, nec similiter quamlibet aliam virtutem supernaturalem ad proprium actum, est tam solemne apu l Theologo» Societatis, quam solemnis est scientia media, tantopere illis opportuna visa pro extricandis quæstionibue gratiæ, et praedestinationis, et concilianda nostra libertate. Nec enim sat fuisset Antesignano in hac parte Molinæ scientiam inediam docere, si non etiam mediam virtutem nostne voluntati, et mediam gratiæ tribueret, ut illi scientiæ aliquid præluceret ex parte liberi arbitrii in prævisione consensus, quod præiret omnipotentiæ, ut ex hac prævisione sua deinceps Deus dispensaret auxilia. Quis enim aditus permaneret scientiæ esploranti consensum pro priori ad collationem auxilii, si consensus totaliter subderetur auxilio, et non aliter fieret a voluntate, nisi ut mota, et elevata per ipsummet auxilium? nullus sane. Unde consequenter, qui scientiæ me.iiæ fuerint aldicti, et quos pro ea Jesuitæ adseiverint, pro hac partiali virtute accenseri debent, quorum longum Catalogum texuit Ripalda ubi supra sect. 2, num. 8. Immerito tamen Ferratum, Ledesmam, Capreolum, Navarrete acerrimos, et yigilantissimos doctrinæ D. Thomæ custodes, ac discipulos in suas partes traducere, et adducere conatur ; qua enim ratione hos in auxiiium vocat, et vocare potest omnes discipulos, ut palam ostendere non foret arduum, si res non esset nota, tum ex se, tum cx modo loquendi omnibus discipulis D. Thomæ, imo et SS. PP. communi ut supra observavimus in limine ipsius quæstionis, et jam cito expendemus.

Primum ergo fundamentum hujus sententiæ sumunt ejus Authores ex illa parabola Evangelii Lucæ 10, ubi homo, qui incidit in Latrones descendens a Hierusalem in Hierico semivivus dicitur relictus ab ipsis latronibus; a quibus fuerat vulneratus, et spoliatus. Qua parabola explicatur juxta Patrum expositionem, maxime vero D. Augustini, peccator, cui post scelera perpetrata, ad vitam supernaturalem iterum ineundam relictum fuit in libero arbitrio semiprincipium vitale operationis supernaturalis, quod explicatur illa phrasi, *semivivo rdiclo,* ut ex D. Augustino approbat D. Thomas in Catena ad illum locum, *quia habebat vitalem motum, scilicet liberum arbitrium vulneratum, et ad æternam vilam, quam prædixerat, redire non sufficiebat.* Ergo aliqua virtus, non tamen sufficiens, ct consequenter partialis, remansit illi homini ad opera salutaria; alioqui enim non semivivus, sed penitus inanimus, et extinctus relictus fuisset.

irfCo- Cui testimonio accedit aliud, cx I ad Corinth. 15 : *Abundantius omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum,* i & i> qnod decerpsit Apostolus ex illo sapient. 9 : *Mille illam de cadis sanctis luis, ul mecum sil, el mecum laboret.* In quo clare ostenditur cooperatio immediata liberi arbitrii ex virtute propria, et innata ; alias enim non cooperaretur gratiæ : cooperatio enim manifestat distinctionem operantium, et virtutum, si proprie sumatur : nam qui adæquate operatur per aliud, neutiquam potest dici cooperari. Et ita accepit D. j My- August, de Gratia, et libero arbitrio O* cap. 5, dicens : *Ne ipsa voluntas sine gratia Dei putetur boni aliquid posse, continuo cum dixisset ; gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi, subjungit, atque ait: Non ego autem sed gratia Dei mecum : id est non solus, sed gratia Dei mecum, ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gralia Dei cum illo.* Ex quo sic arguit Ripalda : *Si non gratia sola, nec arbilrium solum : ergo sicut arbitrium solum non est adæquala causa, nec tota gralia erit adæquala, sed partialis, constituens cum arbilrio unum integrum, et adæqualum principium agendi.* Et patet a simili : quia solus calor adhæret igni, ut ipsi adæquata calefaciendi ratio, vere calor dicitur calefacere : sed sola gratia non dicitur bene operari, sed simul cum arbitrio : ergo sola gratia non est adæquata ratio agendi, atque ideo arbitrium ex se aliquid præstat immediate in opus, quod substantia ignis non præstat in calorem.

Tiii- ewa ■n»- BÏA. tôâü Ctir· 1μ & H J.fc- I izto. D. AS· fêiei Gte- 1*.

Confirmatur ex D. Bernardo de libero arbitrio , ubi versans illamet Apostoli verba, ita exponit : *Non autem ego ail Apostolus, sed gralia Dei mecum. Potuit dicere per me : sed quia minus erat maluit diare mecum, præsumens se non solum operis esse ministrum per effectum, sed operantis quodammodo socium per consensum.* In quibus verbis non exclusit omnem humanæ voluntatis actionem, sed dumtaxat adæquatam, et reliquit cooperationem immediatam libero arbitio cum gratia : hæc ergo non est tota, et adæquata ratio supernaturaliter operandi.

Confirmatur præterea ex D. Gregorio lib. 16, Moralium cap- 2, ubi prædictum concurrendi modum ex parte grat æ, et ex parte liberi arbitrii élucidai.s ait : *Quia se esse aliquid invenit cum gratia, adjunxit : sed gralia Dei mecum. Non enim diceret Mecum, si cum prævenienle gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Ut ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait : Non ego : ut vero secum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adjunxit : sed gratia Dei mecum.* Rursus lib. 18, Moral, cap. 12, eadem fere inculcans sic fatur : *Ex aspiratione gratiæ, quia virtutum opera protinus in ordine generantur, ut ex libero quoque arbilrio subsequatur actio, cui post hanc vitam retributio ælerna respondeat, illico adjecit : el gratia Dei in me vacua non fuit.* Ergo ex mente S. Gregorii in utroque testimonio, non soli gratiæ, sed etiam libero arbitrio, utpote ex quo ut condistincto a gratia subsequitur actio propria, et partialis activitas adseribi debet.

Tertium testimonium principale pro bac sententia desumitur ex Apostolo ad Philippenses 2, ubi hortatur fideles ad bona opera sub his verbis : *Cum Umore el tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate.* Ex quo loco multipliciter, insurgunt, et urgere sibi videntur adversarii. Tum, quia si nullus suppeteret arbitrio influxus, sed adæquate totus esset gratiæ; nulla hominibus esset ratio timendi, ac tremendi, proindeque inanis redderetur monitio Apostoli. Tum etiam, quoniam ab operationibus, quæ unice pendent a gratia, ut a causa totali, non est metuendum, cum ortum ducant a Deo, et nullum influxum in eas præstet arbitrium, præter recipere gratiam, quod est passive se habere : Ergo ut sit locus metui, et tremori, quibus consuluit Apostolus, oportet arbitrio specialem influxum attribui, de quo rationabiliter tremere, ac metuere homines possint, et debeant. Tum etiam (et est utriusque ratio) quia negligens in agendo esse non potest, nec aliqua desidia laborare, principium illud, quod immediate non influit in operationem, sed passive, ac remote se habet ad illam : sed liberum arbitrium se habet in adversa sententia passive,et remote ad actum supernaturalem : ergo non est ratio metuendi; ac tremendi de ejus socordia, et negligt-ntia. E contra vero, si ei concursus partialis adscribatur, maxima, eaque fragilitati humanæ admodum consona, enitet ratio trepidandi, ne, deficiente cooperatione nostra deficiat et operatio gratiæ, cui salus est alligata, vel cooperationem propriam superbiendo sibi arroget liberum arbitrium, quasi a Deo non receptam : et

Continuatur fondamentum authorstate. Ad Phi- !iPP·s

vi hujus indignus homo fiat, quod bonum incceptum Deus non perficiat. Quo respexit Augustinus de Gratia, et libero arbitrio cap. 9, inquiens : Aon enim *quia dixit: Deus est, qui operatur in nobis velle et operari pro bona voluntate: et ideo liberum arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset non superius dixisset : Cum timore, et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Quando enim jubentur ut operentur, liberum eorum convenitur arbitrium; sed ideo cum timore, et tremore, ne. sibi tribuendo, qui bene operantur, de bonis tanquam suis extollantur operibus.* Si ergo cum jubentur bene operari, humanum convenitur arbitrium, jam non sola gratia, sed et ipsum liberum arbitrium ex se aliquid operatur; alioqui non esset, unde superbiendi occasio posset occurrere. Unde idemmet Augustinus quaestione 167, in Exodum ad illa verba : *Haec sunt verba quæ dixit Dominus facere,* inquit : *Forte suppositum est, ul ex utroque accipiatur : nam et homines facere debent, cum ipsi jubeantur, et Deus facit cum facientem adjuvat secundum illud Apostoli : in timore el tremore vestram ipsorum salutem operamini.* Ergo uterque (inferunt) Deus, et homo facit; homo quidem quia præceptis convenitur, ut agat : Deus vero, quia auxilium parat, quod juvet : Ergo ex utroque integrum principium immediatum agendi coalescit.

Respon-sio rb omnia ia com-muni.

37. Ex pluribus testimoniis, quæ congerunt adversarii pro partiali influxu, selectiora. et urgentiora sunt, quæ produximus, et illorum pene verbis expendimus, ne aliquid dissimulare; et vel minimum quid roboris ipsorum illationibus nostris verbis detrahere videremur. Et quia ea, quæ omittimus, non alia gaudent energia, quam adducta, et ab eisd-m enucleata, his recte explicatis, et in nostram pariem re ductis, facile cuiquam erit innumera alia apud Scripturam, et Patres similis tenoris passim obvia ab hac partialitaie intenta vindicare, et tam sanam intelligentiam illis apponere, ut nullus nisi partium præjudicio pneoccupatus dissentire valeat, Scripturam, et Patres longe ab ea partialitate distare. Et quidem ante omnia proxima, et immediata Consequentia, quæ ex allatis testimoniis, vel simul et in unum collectis, vel divisim, et seorsim acceptis necessario infertur, et Catholice ab utriusquo partis sectatoribus elicienda, et firmi ter propugnanda est ; consistit in eo, quod gratia non destruat liberum arbitrium, sed

In quo Ulraqut» sententia conve-niat. et firmatur apegatis testimo-niis.

fulcit, adjuvat, et corroborat, nec liberum arbitrium inimicus est gratiæ al opera salutaria, sed eam exquirit, exoptat, imo et extorquet, ut ejus infirmitatem auferat, et sanum, ac vegetum reddat : quocircaiuilio disputationis innuimus uua a ;ver.<arios, et nos Catholice as-erero hominem cum divina gratia agere, operari, et mereri per opera supernaturalia, ad quæ proveniente gralia excitamur, coopérante adjuvamur, operanteque fulcimur. Hoc sane qui negaret, non jam testimoniis, sed pœnis acerbissimis compescendus esset. Aliæ vero Consequent!®, quas inferre contendunt hujus partis patroni, non sunt Consequenti® immédiat®, nec necessariae; sed ad summum probabiles, et quibus subesse falsum potest, ut ipsimet inferentes, et urgentes fateri tenentur, nisi velint propriæ sententiæ quid majus probabilitate deferre, quod non est credibile. Videamus ergo qua ratione, aut ventatis specie, ex eo quod tam liberum arbitrium, quam gratia simul operentur, ut nos docent expresse testimonia adducta quæ ut sonant, et hanc veritatem demonstrant, absque ulla glossa, et interpretatione concedimus, et fore semper concadenda affirmamus'» confici possit concursus partialis voluntatis, et gratiæ in actum undequaque supernaturalem?

ăĭa!· uns.

Vera erco, et universalis solutio est concedere totum, quod in iliis testimoniis r,^ edocemur sive ex Scriptura, sive ex Patri-M·»· bus ea exponentibus. Sed negamus Consequentias illatas, ut non conternas in illis, quinimo ab eis longe distantes. Non enim sequitur, ut ab hoc exordiamur exemplo: *Persona divina in Christo, el ejus humanitas concurrunt simul ad operationes humanas, et Theandricas : ergo per virtutes partiales.* Ubi Antecedens est verum, et Con.-equentia est nulla. Nec etiam tenet in eodem homine, in quo ad cognitionem naturalem nec sola anima, nec suitis intellectus; sed una et alter sicut simul intelligent, ita simul influunt; non tamen in anima est virtus partialis intelligendi, sed tora vis proxima, qua, per quam, et cum qua anima intel igit, est intellectus. Ex po érgo uuod Scriptura, et Patres doceant lib· rum arbitrium simul cum gratia agere; neutiquam ex vi formæ concluditur esse in libero arbitrio virtutem proximam ad agendum supernaturaliter. Sed sensus clarissimus, et omnino verus est, concurre^e elev«tum, et sutlultum a gratia, a qua habet proxime operari,

Li-ni K.Ï'- » T5B iHrfâ-

operari, quod antea non poterat. Unde sicut sola gratia est adæquata ratio elevandi potentiam naturalem, ut non negant, nec negaro possunt adversarii, ita est ipsi proxima, et adæquata ratio agendi in illo ordine, in quo per elevationem constituitur; et illo ut par est, concesso, nequit nisi inconsequenter negari secundum, ut supra urgebamus. Alioqui enim elevatio gratiæ solum deserviret ad constituendum hominem in ordine superiori, ut deservit scala ad ascendendum supra tectum, quin ipse homo in alto constitutus non ex viribus a gratia ibi receptis, sed ex sibi propriis in eo ordine operetur; sicut homo non sumit vires ab scala, sed quas habet imis nequit exercere in superiori loco, nisi prius media scala collocetur. Ubi est clarissimum, quod ille homo sic in altum elevatus non agit ex elevatione, sed ex viribus propriis naturalibus, et elevatio solum est conditio sine qua non. Cum ergo ex una parte doceant adversarii rationem *sub qua* agendi actum supernaturalem formaliter, qua supernaturalis est, non esse immediate a libero arbitrio, sed a gratia privative, et insolidum : ex alia vero velint ex viribus propriis concurrere immediate per modum virtutis ad illuminet actum supernaturalem sub ratione vitalis; quod tamen exercere non valet absque gratia; plane convincitur solum elevari per gratiam ad hoc secundum munus, ad quod gratia solum per modum conditionis inservit, uti se habet scala, ut homo ex alto operetur. Porro id absurdissimum. et durissimum nobis videtur, utjote quod est immiscere ordinem naturaem cum supernatural!, hunc deprimendo, et ilii plus justo deferendo. Quocirca hæc propositio erit vera : *Homo ex viribus nature potesl operari intra ordinem supcrnaluralem, et non cx motivo supernaturali,* qua semel concessa, sequitur alia : *Alicui operationi ul procedenti ex viribus naturalibus annexa est gratia supernaturalis,* subindeque gratia non erit supra totum naturæ debitum, quod post SS. PP. pro inconvenienti minime devorando duxit D. Thomas ubi supra.

Sensus ergo Sanctorum Patrum et, sacri textus est idem, quia nimirum ad actus supernatura'es non sunt vires in libero arbitrio, opus illi est gratia supernaturalis inedia qua elevatus, et fulcitus homo erumpat in actus supernaturales non ex viribus naturalibus, quæ in quolibet statu sive ante, sive post peccatum ab eo ordine deficiebant : nunquam enim intra ordinem naturalem homini fuerunt vires proximae adhuc partialis ad operandum supernaturaiiter, sed semper indiguit gratia, qua fulciretur, et vires proximas acciperet. Eis vero semel acceptis, non sola gratia, sed liberum arbitrium agit ; aliter tamen, et aliter : nam liberum arbitrium ut potentia, gratia vero ut virtus superior, qua potentia operâ£br. Non enim gratia intelligit, aut Charitas amat, aut Pœnitentia conteritur. Quis hoc dicat? vel unquam somniavit ? S-d homo amat, et conteritur mediis voluntate, et Pœnitentia; illa ut potentia remote se habente, hac ut virtute proxima, qua potentia illa remota constituitur proxime potens. Ubi cernere est diversum concurrendi modum : quoniam anima influit ut *quo* per modum naturæ, et primi principii radiculis; voluntas ut *quo* per modum potentiæ; Pœnitentia ut *quo* per modum virtutis. Unde per hoc quod gratia sit. tota proxima agendi ratio, nec tollitur ab anima, nec a libero arbitrio, quod etiam modo sibi debito concurrant per illam virtutem proximam. Quare fallunt omnes illæ Consequentiae, ut bene observavit Godoy, arguendo a superiori ad inferius determinate ; cum latius pateat influere, quam influere partialiter proxime: stat enim influxus, quin sit proximus, et salvatur influxus proximus, quin sit partialis. Ex eo ergo, quod doceamur ab Scriptura, et Patribus liberum arbitrium influere cum gralia, malê deducitur alium esse partialiter influxum gratiæ, et liberi arbitrii ; sed illemet, qui est gratiæ ut *quo* proxime, est etiam liberi arbitrii ut potentia ; et toti complexo ex potentia, et gratia respondet ut *quod* proxime, in eo sensu quo dicitur, *voluntas amat, intellectus intelligit.*

38. Sed descendamus ad singula testimonia, ut clarior solutio evadat. Ad primum ergo testimonium desumptum ex Lucæ 10 dicimus optime probare per peccatum non totaliter extingui liberum arbitrium, sed aliquas suppetere illi vires, licet infirmas, ad bene operandum moraliter; densos rnons' sed illæ insufficientes sunt ad restaurandam amissam gratiam, ut dicebat Augustinus, et omnes Catholici profiiemur. Sed, negamus, quod illa virtus sit partialis, aut semiprincipium, ut ipsi loquuntur. Tum quia proprie loquendo, aliud est principium, aliud virtus principii. Ratio principii potentiæ est, ratio virtutis illius prin-

cipii est elevatio ; eo quod principium elevatur ad agendum, et ex potentia, et virtute constituitur principium omnino proximum quin sit partialitas.sed quodlibot in suo genere est totum. Tum etiam : nam eo praetermisso, adhuc nulla est Consequentia, et summe distans ab Antecedenti, ut ipsos adversarios judices, ac testes vocamus in simili forma necne omnino dissimili materia. Qui vellet probare hominem claudum, aut pedibus impeditum posse partialiter volare, an bene argueret? *Homini claudo, post vulnera insunt vires ad utcumque deambulandum, et super terram reptandum : Ergo homo claudus volare potest virtute sallem partiali.* Quis hanc illationem non spernet, et vitiosissimam dicet? quandoquidem ad volatum non gradiendi vires, sed alæ desiderantur, quocirca impertinens omnino est, quod homini claudo aliqnæ suppetant vires ad reptandum, vel utcumque deambulandum : sive enim vires illi integrae insint, sive non, interim atque plumis, et alis non donetur, et augeatur, nam infertur hominem propriis, et partialibus viribus volare posse, ut videtur manifestum, et nulla tergiversatione obscurandum. Cum ergo homo nec sanus, et integer, imo nec Angelus, unquam habuerit vires naturales ad operandum supernaturaliter, sed eas in omni statu a gratia necesse fuerit accipere; ex eo quod SS. PP. docuerint post peccati vulnera adhuc illi superesse liberum arbitrium, minime infertur ejus vires licet debiles posse partialiter agere intra ordinem supernaturalem; quasi potentiores sint vires infirmæ, quam robustæ. Ut ergo bona esset Consequentia ex illo Antecedenti catholico, et verissimo, oportebat probare, vel supponere ut indubitatum per vires proprias naturales ante peccatum posse hominem agere supernaturaliter ; et hinc concederetur illatio, quod esl etiam post peccatum cx vi ejusdem liberi arbitrii non illo extincti partialiter saltem posset agere supernaturaliter. Sed quia nec possunt supponere, nec etiam probare id quod vel supponendum, vel probandum erat; redditur illatio nulla, neutiquam ex illa Catholica doctrinæ parabolæ Evangelicæ deducenda.

Notandum in allegatonio contra opponentes.

Non est tamen praetereundum ex prædicta parabola, et SS. PP. expositione nedum efficaciter contra hæreticos probari existentiam liberi arbitrii post peccatum, quo exlinctum fuisse rebantur illi ; sed etiam optime explicari statum peccatoris Catholici post deperditam gratiam sanctificantem, in quo ut definit Concilium Tridentinum sess. 6, can. 28, remanet fidei lumen utpote quod nisi peccato infidelitatis non extinguitur : hic namque semivivus relinquitur non solum quoad naturalia, ut est experentia ultra fidem notum ; sed etiam in ordine supernatural!, in quo fides est primum principium, quo excitetur ad quœrendum Deum, et ab eo gratiam uberiorem usque ad justificationem nanciscendum, juxta illud : *Accedentem ad Deum oportet credere, et sine fide impossibile esl placere Deo.* Fides autem virtus supernaturalis est, et ejus assensus est supra totam facultatem naturalem, ut expresse docuit Augustinus, et ex illo statuimus tract, de Necessit. Gratiæ disp. 3, dub. 3 per totum. Quamobrem licet peccatum sit mors animæ respectu finis supernaturalis, aliquod tamen vitæ supernaturalis initium, et quasi seminarium relinquit in peccatore fideli, ut merito dici possit semivivus relictus post depraedationem. ac devastationem peccati, qua spoliaretur gratia sanctificante, et donis, ac virtutibus eam comitantibus. Sed in hoc sensu nec etiam favet illi partiali influxui intento ab ista sententia. Recolantur quæ diximus tota disp. nuper citata, ubi plura inveniet Lector huic instituto satis affinia, et æque opportuna.

39. Hinc jam secundum testimonium non obest. imo nec favet huic sententiæ, sed potius eam eliminat, et radicitus evellit : non enim Apostolus abundantius omnibus laboravit, nisi ex abundantiori gratia, cui proinde tota operis perfectio debetur, non libero arbitrio, utpote quod nihil propria virtute fuerat operatum, sed tota et adæquata virtus proxima erat a gratia. Et ideo ut refert D. Augustinus cap. 5 de Gratia, et libero arbitrio contra nos allegato, *idinnuit, sed gratia Dei sum, quod sum. Atque ut ostenderet, el liberum arbitrium, mox addidit. El gratia ejus in* :ne *vacua non fuit, sed plus omnibus laboravi. Hoc enim* (prosequitur S. Doctor) *liberum arbitrium hominis exhortatur, el in aliis quibus dicit : Rogamus vos, ne in vacuum gratiam Dei suscipiatis. Ul quid enim eos rogat, si gratiam sic susceperunt, ut propriam perderent voluntatem.* Statuit ergo liberum arbitrium, et ita illud servat in cooperando gratiæ, ut totam rationem,seu virtutem agendi deferat ipsi gratiæ, et auferat a libero arbitrio. Unde subjunxit immediate Augustinus verba in contrarium relata : AV

ipsa voluntas sine gratia Dei putetur boni aliquid posse, etc., quæ manifeste expugnant, ac prosternunt partialitatcm intentam. Nam sive Apostolus, sive Augustinus toti fuerint in adseribendo gratiæ totam victoriam contra peccatum, et totam actionem supernaturalem, ita ut salvetur nihil boni posse voluntatem nostram, quod non sit ex gratia Dei immediate, juxta illud *gratia Dei sum id quod sum.* Sed juxta oppositam sententiam aliquid boni potest voluntas, quod nou sit ex gratia Dei, sed aliunde debet supponi. Ergo juxta prædictam sententiam non potest defendi, *nihil boni posse nostram voluntatem,* sed asseri debet, aliquid boni esse sub nostra potestate, quod non sit immediate, et proxime ab ejus gratia.

Unde illa adversariorum illatio apposita illi testimonio est nulla, et contra D. Augustinum : quia licet non sit solum arbitrium, quod operatur, nec sola gratia, alias nihil ageret arbitrium ; non tamen gratia (ut ipsi inferunt) est virtus partialis, sed ex utroque coalescit unum principium omnino proximum operationis, et totum liberum arbitrium influit per gratiam ut per virtutem adæquatam, et tota gratia est ipsi libero arbitrio ratio proxima agendi. Ad hoc autem non requiritur virtus partialis in libero arbitrio, quæ sit naturalis, et ex viribus naturalibus erumpat in actum supernaturalem, in quo hærere videntur prædicti Authores, ut manifestum est in naturalibus, ubi corpus ante animam, et ejus informationem non habet vitalitem aliquam, qua vivere valeat; cum tamen adveniente anima, jam per illam vivit homo, et operatur vitaliter non solum vita spirituali, sed etiam corporea, mediis potentiis sensitivis ut experientia ipsa testatur. Quæ ergo repugnantia obtrudi, aut comminisci potest in eo quod potentia naturalis in ordine ad supematuralia sit potentia obedientialis passiva absque activitate proxima, et quod adveniente forma supernaturali illam intrinsece afficiente, et constituente, media illa operetur vitaliter tanquam per formam, seu virtutem proximam, et in hoc ordine adæquatam? Profecto non apparet, quantumvis renitantur adversarii : illo quippe exemplo, ut supra jam innuimus cuncta illorum tela confringuntur. *

Itaque libero arbitrio duplex adseribitur vita naturalis, una, quæ ipsi competit per ordinem ad animam cujus est proprietas, et ad operationes hujus ordinis, et respectu bujus est virtus proxima, totalis, et adæquata vivendi. Alia vero vita supernaturalis non competit ipsi ex propriis, sed ex acceptis a gratia, et respectu hujus est in potentia passiva, qua fit capax recipiendi virtutem supernaturalem, ct ea media operandi juxta mensuram virtutis receptæ. Et in hoc tenet exemplum corporis acluati per animam. Unde sicut corpus cooperatur in operationibus animæ, et vere agit vitaliter per ipsam animam, et ejus potentias, quin corpori tribuamus aliquam virtutem, quæ non proveniat ab anima; haud dissimiliter liberum arbitrium cooperatur gratiæ, quin necesse sit specialem activitatem illi adscribere, quæ non sit a gratia. Et in eodem exemplo persistendo, sicut nec solum corpus agit, nec sola anima, sed complexum ex anima, et corpore, ita nec sola gratia, nec solum liberum arbitrium, sed utrumque simul, et per eandemmet virtutem, et actionem, et hoc significavit Augustinus dicens : *Non ergo autem, sed gratia Dei mecum, idest non solus, sed gratia Dei mecum, ac per hoc, nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo.*

Urgens ponderatio ex D. August,

40. Quod vero hæc sit mens D. Augustini, et non illa quam male deferunt ex illo argumento, patet evidenter ex eodem S. Doctore in eodem capite allegato, cujus initium est : *Cum dicit Deus : convertimini ad me, el convertar ad vos, unum horum videtur esse nostræ voluntatis, idest, ut convertamur ad Deum ; alterum vero ipsius graliæ, id esl, ul etiam ipse convertatur ad nos.* En clarissime, et expeditissime descriptam causalitatem partialem istius senlentiæ, quam nec ipsi adversarii clarius, et expeditius explicare possunt. In qua quidem sacri textus doctrina inquit S. Doctor *possunt putare Pelagiani suam oblinere sententiam, qua dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari.* Duo quippe adstruebant, unum, et ex alio illatum, et quod liberum arbitrium influebat ex propriis viribus, et quod gratia etiam suas partes agebat, in quo plane stat causalitas partialis. Inferebant vero inde, praecedere merita liberi arbitrii, sutindeque naturalia pro assequenda gratia. Quæ tamen merita Catholice adversarii nostri penitus abhorrent, et procul a sua opinione amandare conantur, et merito, ne Pelagianos cineres accendisse videantur, et jam diu jsepultam extra Ecclesiam sententiam exhument, et recidivam Ecclesiæ reddant. Augustinus vero utrumque caput amputare aggressus est, et non solum merita illa plane hærc-

tica, et ab omnibus Catholicis reprobata, sed etiam influxum illum proprium liberi arbitrii intentum, et propugnatum convulsit. et pessum ire monstravit dicens post relatam Pelagii historiam : *Nec attendunt, qui hoc sentiunt, quia nisi donum Dei esset eliam ipsa ad Deum nostra conversio, non ei diceretur : Deus virtutum converte nos, et Deus tu conversus vivificabis nos.* Quibus verbis non tam merita . quam influxum ilium proprium liberi arbitrii, et non ortum a gratia perculsit, ut adscissra hac radice, inde pullulantia merita prorsus ablegaret. Hinc totum illud caput insumpsit in conciliando libero arbitrio cum gratia, ut simul, et indivulse operentur, non sola gratia, nec solum liberum arbitrium, sed totum quod est gratiæ, est etiam liberi arbitrii. Unde subjunxit : *Ne ipsa voluntas sine gratia Dei operetur boni aliquid posse, continuo cum dixisset, gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus laboravi, subjunxit, atque ait : Non ego autem, sed gratia Dei mecum, id est non solus, sed gratia Dei mecum.* Unde totum quod deferendum consuit libero arbitrio, supposuit, ac subjecit gratiæ constituenti, et vires danti : et hoc pacto rescidit caput illud primum, quo dividebant influxum nostræ voluntatis, quasi nostrum, et non gratiæ, ab influxu gratiæ. ita illi proprio, ut non esset noster, sed solius Dei. Quo relinquitur perspicuum prædicta testimonia tam longe abesse, ut adversarii faveant pro suo influxu partiali, quod potius illum radicitus, et totaliter expugnant, ac prosternunt.

Eiem- Adversar‘‘L-la’ turn militat contra illos.

Unde liquet ineptum esse exemplum Pro confirmatione adductum de calore : quamvis enim calor tota sit calefaciendi ratio respectu ignis; non tamen solus calor, sed etiam ignis calefacit, et calefactio tribuitur calori, et igni, huic ut principali agenti, cujus calor est virtus : illi vero, ut virtuti proximæ, quæ ut virtute totali agit ignis, sicut sol illuminat media luce. Quare ista exempla deserviunt ad manifestandum evidentius falsitatem illius sententiæ, et nostram reborandam, et confirmandam ; quocirca regerenda sunt in illis utentes.

D. Bernard cis non favet.

41. Ad confirmationem sumptam ex D. Bernardo eadem est solutio, imo est expressa nostræ sententiæ confirmatio : quia, ut docet Mellifluus Doctor. noluit Apostolus dicere : *per me operatur gratia,* quo loquendi modo indicabat se esse ministrum, seu instrumentum, quod est minus; sed addidit, quod est majus, se cum gratia laborasse, ut ostenderet, se socium per consensum, quo cooperabatur cum gratia, a qua illi proveniebat tota virtus, et efficacia, nulla vero a se ipso ex propriis. Et ideo ante atlegata verba præmiserat : *Qui enim bono, quod opere complent, voluntate consentiunt, opus omnino, quod per eos Deus explicat, ipsis communicat.* Non autem se explicat Deus, ut ikuthor gratiæ per id quod ita procedit a bbero arbitrio, quod sub ea expressione non procedit a gratia : ergo cum juxta D. Bernardum se explicet Deus, communicetque homini ut Author gratiæ, quod ex voluntate consentiat : manifeste relinquitur ex ejus mente consensum voluntatis ut a voluntate esse effectum gratiæ, ipsique fore tribuendum, ut salventur Apostoli verba : *Non ego, sed gratia Dei mecum.*

Ut vero id fiat adhuc evidentius, præter^.fa verba, quæ supra retulimus, et clarissime expellunt partiales illos influxus, ut ibi ponderavimus, audiamus iterum D. Bernardum inibi paulo ante prædicta verba pro nobis reiata. Inquit ergo ad illud Apostoli Corinth. 2 : *Coadjutores enim Dei sumus, ibi itaque Deus homini benigne merita constituit, ubi per ipsum, el cum ipso boni quippiam operari dignanter instituit. Hinc coadjutores Dei, et cooperatores Spirilus sancti, promeritores regni nos esse prxsumimus, quod per consensum utique voluntarium divinx voluntati conjungimur.* Non autem conjungimur divinæ voluntati per id, quod procedit a libero arbitrio, utpote naturale, et non elicitum ex viribus gratiæ : ergo si per consensum voluntarium conjungimur Deo, consensus voluntarius, ut voluntarius a gratia procedit; licet etiam procedat a libero arbitrio, sed tamen ut subdito gratiæ; atque ideo gratia est ipsi ratio eliciendi consensum ne dum ul supernaturalem, sed etiam ut voluntarium. Utraque Consequentia videtur legitima, et docetur a D. Bernardo in sequentibus immediate verbis : *Quid igilur? Hoc ergo totum liberi arbitrii opus, hoc solum ejus mentum, quod consentit? Est prorsus. Non equidem, quod vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso* (arbitrio) *sil, cum nec cogitare (quod minus esi, quam consentire} aliquid a nobis quasi* ejc *nobis sufficientes simus. Verba non sunt mea, sed Apostoli, qui omne quod boni esse potest, id cogitare, el velle, el p rficere pro bona voluntate, attribuit Deo non suo arbitrio.* Ubi est ergo partialis influxus non tributus gratiæ, sed libero arbitrio? Ubi partitio , el divisio ex parte rationis proximæ influendi? Nec Apostolus, nec D. Bernardus invenerunt. *Sic ergo Deus* (prosequitur D. Bernardus) *tria hxc (hoc est bonum cogitare, velle, perficere) operatur in nobis, primum profecto sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit; siquidem immittendo bonam cogitationem nos prsvenit : immutando etiam malam voluntatem, sibi per consensum jungit; ministrando, el consensui facultatem, foris per apertum opus nostrum internus opifex innotescit.* Nihil ergo est juxta hanc sanissimam, et sanctissimam Bernardi Theologiam in opere salutari, quod subtrahi debeat gratiæ, et aliqua ex parte possit soli libero arbitrio deferri; quippe quod in ratione causæ subditur gratiæ, ut constat ex ejus verbis pro nobis supra relatis, quæ paulo post ad nuper relata subjunxit.

taH-ttiitn àsr-miam α D.

42. Hinc obiter colligitur qualiter cooperamur Deo, et ejus gratiæ coadjutores simus ; immittit enim Deus nobis sanctam cogitationem, quatenus præstat auxilium primum ad actionem liberam, sed non deliberatam, quo primo afficimur ad bonum virtutis, et quia nulla præcessit in nobis consideratio, nullave ad prædictum auxilium, dispositio, idcirco asseruit S. Doctor eam sine nobis immitti ; non quia nos eam sanctam cogitationem vitaliter, et etiam libere non eliciamus, ut aliqui perperam interpretantur; sed quia adeam non movemur ex prævio proprio judicio, et propriæ voluntatis determinatione, subito dumtaxat ducti ex illa repentina luce desursum immissa. Et hæc est gratia operans juxta illud Augustini de Gratia, et libero arbitrio cap. 17, *ipse nempe Deus, ut velimus operatur incipiens : ul ergo velimus, sine nobis operatur.* Quod etiam docet D. Gregorius lib. 16. Moralium cap. 11 : *Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis.* Et hanc gratiam vocat Bernardus prævenientem, et merito, ut de se liquet. Cooperatur vero nobiscum, et nos cum ipso (in quo consistit gratia cooperans), non solum quatenus nobis infundit gratiam sanctificantem, et virtutes, quibus expedimur, et potentes proxime reduimur ad operandum, ad easque recipiendas ex propria voluntate, ac ju licio movemur sub gratia Dei ; sed etiam quatenus aliud auxilium transiens nobis communicat, quo post acceptas gratiam, et virtutes indigemus ad actualiter bene operandum, nt ostendimus de Necessitate Gratiæ disp. 5, dub. G. Et in vi hujus illamet actio, quæ provenit a virtute supernatural!, ut a ratione proxime agendi adæquata, et a nostro libero arbitrio, ut potentia elevata, et constituta in actu, est cooperatio nostra cum Deo ut actualiter anxiliante, et ipse Deus ut auxilians adjuvat arbitrium permaneri ter elevatum, et cooperatur eliam nobiscum. Quod totum docuere D. D. Augustinus et Gregorius ubi nuper : ille dicendo : *Cum autem volumus, et sic volumus, ul faciamus, nobiscum cooperatur :* hic vero addens : *ul subséquente quoque nostro libero arbitrio, bonum quod jam appetimus, agat nobiscum,* el brevissime complexus fuit Mellifluus Doctor in illis verbis : *Secundum nobiscum,* et ex illis statuit D. Thomas, 1, 2, quæst. 111. De quo et nos cum ipso egimus tract, nuper citato dub. 7 omnino videndo.

Concursas Dei partialis alienus a mente patrum.

43. Unde perspicue apparet ad statuendam gratiam operantem, et cooperantem ineptum penitus esse reversum, ad concursus partiales, quorum non solum non meminere SS. PP. verum, et illis fortiter restiterunt subordinando nedum actum supernaturalem, sed etiam liberum arbitrium ejus causam gratiæ supernatural! tam plene, et tam plane, ul non appareat ratio, qua id negari possit, nisi vel totaliter, vel siniste eos interpretando. De quo accuratius loco citato de gratia, et toto illo tractatu. Nec urget illa Consequentia Ripaldæ, quod cooperatio postulet distinctionem operantium, et virtutum : nam homo insiructus gratia, et virtutibus importat diversam virtutem ab auxilio, quod se tenet ex parte Dei, ut subjiciat ipsi creaturam, et cooperatur Deo anxiliante, et Deus ut auxilians cooperatur libero arbitrio ex viriute supernatural! operanti. Præterquam quod Angelicus Doctor articulo proxime citato in ipsamet gratia habituali, et virtutibus annexis distinguit munera gratiæ operantis, et coopérants, cujus legitimum sensum loco citato explicuimus : neque enim cuncta hic repetere expedit.

Gregorii sententia

Quæ omnia clarissime confirmant duo testimonia D. Gregorii in ultima confirmatioiie posita; adeo enim expressa sunt pro assistentia gratiæ ex parte liberi arbitrii, ut mirum sit, vel apparenter ex adversis allegari. Quid enim clarius ad nihil proxime deferendum libero arbitrio, quod sit ei propria, et naturalis agendi virtus, quam

dicere : *Ul ergo sine gratia nihil esse ostenderet, ait : Non ego* ? Sed profecto hoe nobis ob oculos posuit D, Gregorius di ins nullam esse homini vi: intern sine gratia. Eam itaque gratiam agnovit, et statuit, quæ nihil ostendat esse liberum arbitrium, sed totum sit gratia, liberi autem arbitrii non nisi ratione gratiæ. Partialis vero concursus dividit, et partitur, aliquid tribuens libero arbitrio, et aliquid gratiæ. Ergo diametralitter, et contradictorie opponitur doctrinæ D. Gregorii, sicut contradictorie opponuntur aliquid, et nihil. Non ergo ex illo infertur partialis concursus, sed contradictorium illius, quod est negasse partialem conflnxum, et tota'em, et adæquatam virtutem proximam soli gratiæ adscribendam.

Tertium lestimo - nium explica- tur, et regeritur in con- trarios.

44. Ultimum testimonium ex Apostolo etiam retorquendum est in adversam sententiam. Tum quia, ut exponit D. Thomas ad prædicta verba lect. 3 prope finem, monet Apostolus fideles, ut agant fideliter : *Secundo humiliter ibi, cum metu, el tremore, superbus enim non timet, sed humilis.* 1 *Corinth.* 10 : *Qui se existimat stare, videat, ne cadat. Proverb.* *28 : *Beatus homo, qui semper estpavidus. Psal. : Servile Bomino in timore et exultate ei cum tremore.* Ad hoc autem suadendum necessarium omnino est tollere radicem elationis. Hæc vero nutritur, et promovetur ex eo, quod aliquid sibi homo tribuat, aut tribuere possit, quod non sit ex gratia, et liberalirate divina, ut est perpetua Apostoli, Augustini, et SS. Patrum doctrina. Sed in opposita sententia non totum tribuitur gratiæ, sed aliquid defertur libero arbitrio, ct distribuuntur officia, ut sub alia rat one influat gratia, sub alia vero voluntas. Non ergo ex ilio Apostoli testimonio colligi potest illa distributio concursuum partialium, sed dumtaxat ille, qui foveat humilitatem et procul abigat elationis motivum, totam virtutem proximam gratiæ attribuendo. Tum etiam ad hominem contra adversarios : quia licet concedant influxum partialem voluntati, tota tamen perfectio actus supernaturalis non accipitur, aut mensuratur penes influxum partialem voluntatis; sed penes influxum gratiae; ne cogantur admittere cum æquali gratia elici posse ex viribus naturæ perfectiorem actum, quod est ipsis, et omnibus aliis Theologis absurdum, et in fide minus tutum. Rursus, concursus ille partialis gratiæ non est debitus libero arbitrio in eorum sententia, nec intensior redditur ex concursu partiali potentiæ naturalis ; sed totum refundunt in gratiam : non ergo conducit ex hoc capite influxus partialis magis, quam, influxus totalis, ad hoc ut quis juxta monitum Apostoli cum timore, et tremore operetur propriam salutem; alias vero esse potest elevationis fomentum, ut quis in se ipso, et non in Domino glorieiur de bono usu gratiæ media cooperatione propria, ot non immediate a Deo gratuite concessa. Nullus ergo est titulus inferendi ex prædicto testimonio influxum partialem liberi arbitrii.

Quinimo vel ex hoc solum loco relegari debet, ut constat ex eodem Apostolo ibi immediate adjungente : *Deus est enim, qui immediate operatur in vobis, el velle, el perficere pro bona voluntate,* quasi diceret : Operamini cum tremore, et timore vestram salutem, ne vos Deus sua gratia ut superbos spoliet, et auxilio deserat : quia non vos, sed ille operatur in vobis vello bonum, et ipsum perficere, pro sua., non pro vestra, bona voluntate. Qui est legitimus sensus a D. Thoma illi testimonio de- D-H
latus per hæc verba : *Confirmat fiduciam, et excludit quatuor falsas existimationes. Unam hominum credentium, quod homo per liberum arbitrium potest salvari absque divino auxilio* (quod partialiter saltem, haud facile discerni potest, an concedant adversarii, vel concedere teneantur) *contra hoc dicit : Deus est enim, etc. Joann.* 12 : *Paler in me manens ipse facit opera, etc.* 15 : *Sins me nihil potestis facere* (in adversariorum sensu aliquid possumus facere). *Alii omnino negant liberum arbitrium, dicentes, quod homo necessilalur a fato, vel a providentia divina, el hoc excludit, cum dicit ; In vobis·, quia interius per instinctum movet voluntatem ab bene operandum.* Isai. 2G : *Omnia opera nostra operatus es in nobis. Tertia Pelagianorum, sicut et primi, dicentium electiones in nobis, sed prosecutiones operum in Deo, quia velle est a nobis, sed perficere est a Deo* (a quo sensu non facile expeditur dicens : a nobis esse volitionem, et a gratia supernaturalitatem, quæ est ejus perfecto). *Et excludit dicens, el velle, et perficere Bom.* 9 ; *Non csl volentis, scilicet velle, sine auxilio Dei, nu currentis, scilicet currere; sed miserentis est Dei. Quarta quod Deus facit omne bonum in nobis, ct hoc per merita nostra* (per partialem influxum nostrum dicunt illi). *Hoc excludit cum dicit : Pro bona voluntate, scilicet sua, non meritis nostris ; quia ante graliam Dei nihil boni meriti est in nobis.* Quo nihil

A

nihil clarius pro retorquendo in oppositam sententiam illo testimonio ; ex quo ita cum I). Thoma explicato, et expenso constat extortas osse adjunctas probationes, ct nullius prorsus roboris ad intentum, ut fiet perspicuum illas percurrendo.

45. Ad primam ergo dicimus, quod liwwü-cet nostræ voluntati non sit influxus partiniis in actus supernaturales; quia tamen i''' totus influxus gratiæ, etiam est liberi arbitrii, ut agentis per gratiam, ut per virtutem proximam ; quilibet timere potest, et operari debet cum tremore juxta monitum Fhsj. Apostoli. Tum quia non discernit, nec discernere potest inter actus naturales, et supernaturales, ita ut certo sciat se operari ex viribus gratiæ; alioqui devenire posset in certam cognitionem suæ justitiæ, quod reprobat Concilium Tridentinum. Tum etiam (et provenit ex assignata radice) quoniam nondum scit, aut scire valet propriam operationem prodire undequaque omni circunstantia necessaria ornatam, ut nulla ex parte vitietur, quo possit Deo esse accepta. Tum denique, quia adhuc posita gratia, et virtutibus supernaturalibus se tenentibus ex parte actus primi, et potentiam proximam constituentibus, indiget homo specialiori gratia efficaci, quam sibi non deberi pro qualibet operatione, ipsa lux gratiæ hominem docet. Cum enim a Deo sit, et esse debeat initium boni operis, ab eoque proveniat, et velle, et perficere, non ex merito, sed ex pura gratia, quis non intra se ipsum clamabit, et dicet : *Humiliamini sub potcnli manu Dei, a quo est omne bonum?* Id quod ipsis adversariis familiare debet esse, nisi velint a se ipsis esse, quod boni sint per initium saltem boni operis ex virtute propria, quod est superbiæ, et elationis fomentum. Unde patet ineptum esse concursum partialem ad intentum.

ftcndi. Secunda probatio etiam est imbecillis : quia si a concursu totali gratiæ non est metuendum, ut obtruditur; nec etiam a concursu partiali suffulto alio concursu partiali gratiæ, maxime cum nihil naturale splendeat in actu, sed totus sit etiam a gratia, licet non sub omni ratione. Non ergo refert influxus naturalis arbitrii, si nec intensio, nec perfectio actus desumitur ab illo, sed totus provenit a gratia (quod ipsi docent) ut homo cum timore operetur. Quod enim homo ex parte voluntatis sit piger, vel deses, dummodo utcumque cum gratia operetur, nec minuit meritum, nec supernaturalitatem actus ; alioqui major confectus naturalis cum æquali influxu gratiæ augeret perfectionem, et efficaciam meritoriam illius; quod recusant vehementer adversarii, et merito ; sed an satis consequenter, alii judicent? Nulla ergo majori difficultate nos premunt, qua et ipsi non æque pugnantur.

4G. Dicimus ergo probationem illam esse in se falsam, et falsum insuper supponere : quia licet virtus supernaturalis sit tota ratio agendi proxima, non est tamen causa totalis ; hæc enim importat non solum virtutem, sed etiam potentiam ipsam, in qua est virtus, et quæ operatur, et agit media virtute, imo et ipsam animam; potentia enim est, quæ agit, virtus autem est potentiæ ratio agendi, ut clare explicuit D. Thomas supra allegatus, dicens animam esse id, quo corpus vivit naturaliter; ipsam vero vivere ut quod supernaturaliter ratione gratiæ, quæ in hoc ordine est ipsi vivendi ratio, sicut anima in ordine naturali se habet ad corpus, Et ita contingit in libero arbitrio relato ad animam, et ad gratiam. Sicut ergo totalis, et unica intelligendi causa, nec est sola anima, nec solus intellectus, sed illa, et iste coeunt ad integrandum, ac constituendum unum indivisibile principium intellectionis naturalis, eodem prorsus modo asserimus in præsenti. Unde patet falsum esse suppositum illius probationis : quoniam (ut ab eodem exemplo non recedamus) sicut anima se Habet passive ad recipiendum intellectum, quia subjectum illius est; non tamen ibi sistit, sed cum ipso active concurrit ad intellectionem, eo quod illum ideo recipit, ut eo medio intelligere proxime possit : haud aliter potentia, quia est subjectumimmediatum virtutis supernaturalis proxime operativæ, se habet passive ad eam recipiendam, et semel recepta media illa operatur modo sibi proprio vel intelligent, vel amando supernaturaliter : intellectio namque, aut contritio, aut quaelibet alia operatio hujus ordinis non oritur a virtute sola, nec a potentia sola, sed ab ista ut actuata, et perfecta per illam tanquam per principium *quo,* seu rationem agendi proximam.

sanorom æquivo-e-atio.

Exemplum.

Quod velint, nolint, concedere tenentur adversarii, si sibimet constantes esse velint; nam totus (inquiunt) actus supernaturalis est a libero arbitrio ; et tamen non procedit a libero arbitrio, ut a ratione proxima agendi supernaturalitatem; alio-

qui superflueret virtus supernaturalis : ergo necessarium est illis asserere, quod ita procedat a libero arbitrio, ut ratio formalis proxima per modum virtutis ad supernaturaliiatem sit sola virtus supernaturalis. Unde quod ipsi docent de hac expressione, et inconsequenter negant de aliis; id ipsum docent Thomistæ de omni formalitate actus supernaturalis, eo quod nulla sit, quæ ad hunc ordinem non pertineat. Male ergo supponunt, et Thomistis adscribunt, liberum arbitrium mere passive se habere ad actum supernaturalem : oppositum enim constantissime tenent.

Eversio oliimx.

47. Ad ultimam probationem constat ex dictis. Addimus vero ab iisdem adversariis solvendam fore. Nam saius, de qua est monitum Apostoli, non est naturalis, sed supernaturalis : sed ad actum supernaturalem ut supernaturalem reduplicative non est virtus proxima in libero arbitrio, sed tota provenit a gratia; alioqui ex naturali virtute elicere posset homo actum supernaturalem qua supernaturalem : quod renuunt concedere, et merito : ergo ipsorum etiam refert explicare, qualiter homini sit tenendum in negotio salutis ad quam per liberum arbitrium non habet virtutem proximam, nec illa, qua gaudet, potest, vel augere, vel minuere supernaturalitatem actus, ut ipsi docent. Alias vero tenentur occurrere elationis, ac superbiæ motivo imminenti ex influxu partiali intellectus; ex quo aliquid sibi arrogare possunt contra intentionem Apostoli, et SS. PP. Majori ergo ictu se ipsos illa probatione feriunt, quam conficiant Thomistas, quibus in promptu est solutio. Nam concessa, vel praemissa Majori illius probationis, neganda est Minor : quia licet ad recipiendam gratiam se habeat passive liberum arbitrium, ea tamen recepta, non passive, sed efficienter operatur cum illa, ex viribus ab ipsa receptis, non vero ex naturalibus; alias opportunis, sed ad hunc finem proxime non conducentibus.

Quam patiantur adversarii deceptionem.

In quo sane vehementer impineunt adversæ opinionis patroni, dum existimant non posse hominem operari in ordine supernaturali per vires acceptas, quin simul se exerat in ordine naturali per vires proprias; quod nullum fundamen.um habet in Scriptura, Patribus, aut vera Theologia, et ileo eorum argumenta hinc posita nullum facessunt negotium nosiræ senVntiaj Authoribus; omnia quippe illa ista sensibili demonstratione supra jam insinuata enervantur. Denius hominem viribus ad pernicissime currendum præditum; cui si addantur, et alæ, volare etiam poterit. Quo in casu m^pte quis contenderet vel non posse volare , ve! volando nihil agere, quin simul cursum exerceret, cujus oppositum avium volatus evidenter demonstrat. Claudicaret etiam discursus, et inutilis redderetur, si ex eo quod homo in illo eventu passive se haberet ad recipiendas, et sustinendas plumas, inferre quis vellet, nihil omnino illum hominem volando agere post alas aliunde susceptas. Eadem prorsus ratio, et urgentior militat in nostro casu , idem omnino clamant Scriptura, et Patres de nostro libero arbitrio per gratiam elevato, quod non destruitur per gratiam, sed conservatur, et augetur ad operandum in alio ordine, in quo non poterat nisi mediis alis, et plumis divinæ gratiæ. Id ipsum sæpissime testatur D. Augustinus, et inculcat toto illo libro de Gratia, et libero arbitrio, praecipue vero cap. illo 9 in contrarium allegato : quapropter concludit illud testimonium, quoi in sui sufi'ragium Ripalda vocavit sub his verbis : *Quando enim jubentur, ut operentur, liberum eorum convenitur arbitrium·, sed ideo cum timore, el tremore, ne sibi tribuendo, qui bene operantur, de bonis lanquam suis extollantur operibus.*

Secundum hujus senlenliæ fundamentum ex Concilio Tridentino.

48. Ripalda ubi supra sect. 5 validissimum, et penitus irrefragabile sibi visus est argumentum desumere ex Concilio Tridentino sess. 6, cap. 5, ubi docet hominem libere assentiendo gratiæ excitanti, atque adjuvanti, eique cooperando disponi ab obtinendam justificationis gratiam : *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam, el abjicere potest; neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit.* Unde in regulis fidei canone 4 decerpto ex illo cap. 5, ita definit : *Si quùVr.ys:-dixeril liberum hominis arbitrium a Deo motum, el excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad oblinendam justificationis gratiam, se disponat, ac prxparet, nec posset dissentire se velit,*

velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mercquc passive sc habere, anathema sit. Ex qua doctrina Concilii quatuor decerpsit propositiones quadruplici argumento inservientes. Prima fuit : *Jbluntas naturalis cooperatur gratiæ adjuvanti Dei.* Sed non potest cooperari gratiæ adjuvanti Dei principium quod immediate nihil operetur : ergo voluntas naturalis nequit cooperari gratiæ adjuvanti Dei, quin immediate aliquid operetur. Probat Minorem : nam ex eo quod lux est adæquata ratio illuminandi, et calor proxima, et Iotalis virtus calefaciendi; nec aer cooperatur luci ad illuminandum, aut ignis calori ad calefaciendum, sed se habent una, et altera substantia ut mera subjecta illarum qualitatum.

Secunda propositio est : *Cor hominis a Deo tangitur, excitatur, atque movetur per Spiritus sancti illuminationem.* Sed quod non agit proxime, et immediate sed ad summum radicaliter, nequit excitari, tangi, et moveri per illuminationem : ergo quin voluntas ex se proxime, et immediate aliquid operetur in actu supernaturali, nequit excitati, tangi, et moveri a Deo.

Tsîû. Tertia propositio est hujusmodi : *Ita oxcilalur, tangitur el movetur a Deo, ut falsum sit, quod homo ipse nihil omnino agal.* Ergo aliquid aliquo modo agit, ut distinctus a gratia excitante, et tangente. Patet Consequentia : nam si homo ex se, et ut distinctus a gratia, nihil in actum confert immediate, sed sola virtute gratiæ ageret immediate; non aliquid consensus, sed totum consensum operaretur : non ergo aliquid ageret, utpote quod contra ponitur ad agere totum : atque ideo ut salventur verba Concilii, non totum, sed aliquid partiale, ex parte influxus, et virtus, voluntati concedendum est.

Qurj. Postremo expendit, et urget illam propOïitionem *Hominis arbitrium a Deo mctum, el excitatum non se habet mere pas sive* Sed in opposita sententia liberum arbitrium ad recipiendam gratiam se habet mere passive ; et accepta gratia non habet actionem propriam, et immediatam, sed qure datur est tota gratiæ : ergo supposita gratia mere passive se habet liberum arbitrium.

Ciifrm. Confirmatur, et explicatur. Quia sacrum Concilium eo loci agebat contra Lutherum, et Calvinum, eosque damnavit : sed Lutherus, et Calvinus non negabant arbitrium agere mediate, et remote per gratiam, quin docebant : ergo ideo anathemate fuerunt perculsi, quia totam activitatem proximam deferebant gratiæ, et virtutem partialem e medio tollebant. Probatur Minor : quia illi hæretici concedebant virtutem supernaturalem in libero subjectari arbitrio, hocque mediate agere per illam : ergo non negabant arbitrio activitatem remotam ; quandoquidem agere remote non aliud sonat, quam agere mediate. Et consequenter si solum arbitrio competeret agere mediate non de negarent illi agere remote : tota ergo ratio illos hæreticos eliminandi fuit negasse libero arbitrio virtutem, et activitatem immediatam, non totalem alioqui gratiæ non dedissent locum : ergo partialem.

49. Confirmatur et explicatur ulterius sub hac forma. Concilium Tridentinum suo decreto sancivit sententiam diametraliter oppositam Luthero, et Calvino, ut omnino .veram, et Catholice tenendam ; quod non potest negari. At sententia contradictorie opposita Luthero et Calvino non est, quæ gratiam constituit totam, et adæquatam virtutem immediatam agendi, et arbitrio negat activitatem partialem; sed illa, quæ partitur, ac dividit inter influxum proximum gratiæ, et liberi arbitrii. Ergo hanc, et non illam sectari posse est juxta mentem Concilii. Consequentia est evidens ; et Minorem, ad quam tota devolvitur difficultas, multis suadere conatur Ripalda, ex quibus (inquit) luce clarius constat ipsissimam esse societatis doctrinam. quæ Calvino displicet in Catholicis; e contra vero, quam sectantur Thomistæ, illi maxime arridere. Quod constat ex eodemmet Calvino lib. 2 Institut, ad illa verba Joann. 15 : *Sine me nihil potestis facere : ubi sic contra Catholicos invehitur ; Papist# hanc sententiam non extenuant modo, sed enervant, imo potius eludunt. Etsi enim verbo tenus fatentur, nos sine Christo nihil posse; aliquid tamen facultatis suppetere nobis somniant, quod per se quidem non sufficiat, sed Dei gratia adjutum cooperelur. Nec ejiim hominem ita exinaniri sustinent, quin aliquid cx se conferat. Verumlamen clara Christi verba eludere, non Ha promptum est. Tale est Papistarum commentum, nos sine Christo nihil posse ; ab eo tamen adjutos habere aliquid ex nobis prxter gratiam. Christus vero contra pronuntiat, nos nihil posse ex nobis. Palmes, inquit, nullum fructum affert a semclipso : ergo non tantum coopérantes sux gratix auxilium*

Calvinus

hic commendat, sed nos penitus privai omni virtute, nisi quam suppeditat ipse nobis. Ergo hxc particula sine me, sic *resolvi debet. nonnisi ex me.* Hactenus Calvinus clare invectus contra concursus partiales gratiæ, et liberi arbitrii ; et non minus illectus a sententia negante omnem virtutem proximam, sed totam, et adæqnatam refundentem in gratiam. Hanc ergo, et non illam damnavit Tridentinum, dum Calvinum inussit, et ut bæreticum profligavit.

Idem. Idque manifestius adhuc ostendi contendit, si animadvertatur, placuisse Tridentino, quod displicebat Calvino in hac parte. Sed Calvino displicebant in Catholicorum doctrina sequentes propositiones : *Aliquid facultatis suppetit nobis, quod per se quidem non sufficial, sed Dei gratia adjutum coeperetur.* Item : *homo aliquid ex se confert.* Similiter : .4 *Deo adjuti habemus aliquid ex nobis præter ejus gratiam.* Ergo has approbavit, et sancivit Concilium, utpote qu® displicebant Calvino. Aliunde vero, cum Thomist® doceant nos omni penitus carere virtute proxima ad actum supernaturalem, nequit non illis esse grata hæc propositio : *Nos penitus privat omni virtute, nisi quam ipsi suppeditat nobis.* Sed hæc propositio ita placuit Calvino, ut illam pertinaciter tenuerit, et ut deductam ex illa parabola vitis, et palmitum a Christo inducta asseruerit. Ergo hanc reprobavit, imo et snggillavit sacra Synodus : consequenterque una cum Calvino damnata videtur Thomistarum doctrina, et simul opposita sancita, et suffulta.

Objecto- 50. Alia plura in hunc finem congessit ^au(^atus Theologus ex Camerario. Ruardo, Stapletonio, Becano, Bellarmino, quos in lestes vocat circa mentem Caivini, quasi semper, et ubique negaverit arbitrium esse causam partialem laboris, sed totum influxum gratiæ adscripserit. Quo posito invicte conficitur eandem esse sententiam Calvini, et Thomistarum, vel saltem non longe unam ab alia distare ; cum tamen qu® docet partiales concursus, illi hæreiico. et aliis non melioris subsellii semper infesta, et invisa fuerit, ab eisque toto ccelo aufugerit. Et cum alias constet, quo conatu obstiterit Concilium Calvini assertis ; eaque profligare curaverit; consequens esse vitetur vel quod cum Calvino sententiam Thomistarum perculserit, ac sepelierit; vel quod ut non ita conformem nostro libero arbitrio, et veræ doctrinæ saltem indirecte excluserit, ac reprobaverit, vel denique oppositam ut omnino tutam, et hæreticornm conatibus minime faventem amplecti debere.

Hoc est Herculeum illud argumentum, Csi<i» cui ut omnino irrefragabile (arguentis judicio) innititur ista sententia, cuiquedttiE· infringendo unica divin® grati® clava insistunt semper discipuli D. Thomæ, propriam, et Catholicam sententiam ab ea nota, qua inuritur, vindicando; quod abunde, et clarissime præstitere Alvarez·^. de Auxiliis, et lib. 2 Responsion, cap. 4,$. η». Magister aS. Thoma in quæst. 19, disp.3, art. 5. Godoy 1 p. q. 12, eisque suppetias ivimus tract, de Gratia efficaci. Quoad præsens vero ita illi occurrere curabimus, üt manifestum reddamus omnes illius vires evanescere, et ab hoc ultimo, in quo magna vis constituitur incipiendo, quod videlicet Calvinus Papistis adseribit, qnasi unanimiter omnes doceant libero arbitrio suppetere aliquas partiales vires easque immediatas ; ut arguens proponit, nihil faciendum est, quippe non insolitum, nec novum est hæreticis vel falsa attribuere, vel vera falsis ita commiscere, ut inter ea quæ ipsi, vel alii docent, discernere haud facile sit. Quod experti, et omni fide majores testes jam diu in eis deprehendisse liquido constat ex D. Hieronymo torn. 2, epist. ad Pammach. et Oceanum de erroribus Origenis, et sectatorum ita scribente: *Sic verba temperant, sic ordinem vertunt, tl ambigua quæque concinnant, ul el nostram, et adversariorum confessionem teneant,* ut *aliter hæreticus, aliter catholicus audiat,* et ut rem explicaret S. Doctor, exemplo rem illustrat : *Credimus* (vox est haereticorum} *resurrectionem corporum. Hoc* (inquit Hieronymus) *si bene dicatur, pura confessio est. Sed quia corpora sunl caleslia, et terrestria, el aer iste, el aura tenuis juxta naturam suam corpora nominantur, corpus ponunt, non carnem* (et hac fallacia negantes veram resurrectionem, hæretici erant, et catholici videbantur) *ut orthodoxus corpus audiens, carnem putet, hæreticus Spiritum recognoscat.* Constat etiam ex D. Augustin, lib. 2, contra litteras Petiliani cap. 77. ubi sic contra illum invehitur ; *Hoc est, quod paulo ante dixi, pelle te ovina contegi velle, ut si fieri potest, prius te ovis mordentem sentiat, quam præsentiat venientem. Nonne isla est charitatis laus, quæ vestram culmniam solet lucidissima charitate convincere! Λ,η ideo arma nostra ista non erant, quia vos ea pr.voccuparc conamini? Prorsus hxc jacula viva sunl undecumque jactentur : agnoscantur, quos perimant. Si a vobis missa fuerunt, in vobis hxrebunt, si a nobis mittuntur, in vos retorquentur.* Idem observavit S. Doctor in Pelagio, et Cuelestio lib. de Gratia Christi cap. 37, et pluries capitibus anterioribus ejusdem libri. Quo praemuniti consilio nihil miramur in Calvino, quod Papistis detulerit eam partialem agendi virtutem proximam in argumento intentam. Sed estrellexione dignum, an Papistarum nomine intellexerit etiam Thomistas, utpote qui vere catholici, et Papistæ ab omnibus censentur? Et si hoc ita est, ut non renuent concedere authores hujus sententiæ; jam palam mentitum esse convincitur, adseribendo omnibus Catholicis, quod omnes Catholici non ferunt, nec ferendum censent. Nulla ergo fide dignus fuit, nec est Calvinus, dum talia scripsit; nisi velit arguens Papistarum nomine dumtaxat intelligendos venire defensores (non admodum vel antiquos, vel multos, vel notos Calvino) illius virtutis partialis, et influxus itidem partialis inter gratiam, et liberum arbitrium : quod est imaginabile, et nulla ratione nec leviter insinuandum.

51. Et ex hac parte jam dehiscit argumentum, et non est cur tantum deferatur dictis, et imputatis a Calvino : ideoque liberamur ab onere ejus imposturæ occurrendi. Sed ne videamur huic illationi, quam non possunt negare adversarii, dumtaxat insistere, adeamus testem minime suspectum , doctissimum Bellarminum , qui lib. 6 de Gratia et libero arbitrio oap<9, § : *Hac igitur* ita loquitur, *Calvinus* ei *fiemnilius duo docent. Primo voluntatem nostram nihil omnino boni spiritualis, ct salutaris, efficere posse sine auxilio gratiæ Dei. Atque in hac re recte sentiunt, sed non recte contrariam sententiam Catholicis attribuunl. Scribit enim Calvinus lib.* 2 *de Instilui. cap.* 2, § 27, *el Kemnilius in examine Concilii Tridentini sess.* 6, *communem Scholasticorum sententiam esse ante gratiam præcedere in homine quædam bona desideria, guamvis debilia. Sed hæc non Scholasticorum, sed Cassiani, el Fausti sententia fuit, S. Thomas, et S. Bonavcnlura, Gregorius Ariminensis, Joannes Capreolus, et alii Doctores Scholastici repudiant, ac refellunt.* Quo testimonio possunt in tota illa illationum structura, quæ in ultima parte argumenti congesta fuit ab arguente , et

nitebatur, ut «olido fundamento in verbis relatis Calvini, quasi vera essent, et ad aliquid solide fulciendum deservire possent. Constat autem ejus insigne mendacium in adseribendo viris Catholicis sententiam illam propriam Fausti, et Cassiani. Quoniam ea sententia non fuit Papistarum, sed Semipelagianorum : atque adeo ultima argumenti confirmatio retorquenda est in adversarios. Nam Concilium Tridentinum suo decreto non solum sancivit sententiam oppositam Calvino, et Luthero, sed etiam Pelagio, et Semipelagianis : sed sententia quam refert Calvinus, et attribuit Papistis, non est Papistarum, sed Semipelagianorum : ergo hanc proscripsit suo decreto Concilium. Sumamus nunc propositionem ipsiusmet Joannis de Ripalda sub eisdem verbis, sub quibus eam diserte affirmavit num. 22,illius sect. 5, post elicitas propositiones ex Calvino, Papistis imputatas, *Quibus* (inquit) *luce clarius continetur ipsissima Societatis doctrina :* ergo doctrina ipsissima *Societatis esi, ante gratiam præcedere in homine quædam bona desideria, quamvis debilia :* sed hæc juxta suum Bellarminum (neutiquam Thomistam) fuit sententia Cassiani, et Fausti : ergo male intulit propriam senteutiam *videri definitam anteriori Tridentini decreto,* nisi etiam inferat sententiam Cassiani, et Fausti videri ab Ecclesia definitam anteriori Tridentini decreto. Quare ultima argumenti confirmatio ut prorsus inutilis ad intentum adversariorum ex illa parte, qua fidem habet Calvino, omittenda est. Quod si aliquis ex nostris animadvertisset, forsan non ita laborasset in subtiliter apponendis, et excogitandis expositionibus pro Calvini verbis, quæ nullam legitimam accipiunt, nisi traditam a Bellarmino in hac materia versutissimo.

Prosternitor tota objectio.

Ab hac ergo imputatione (quæ juxta Bellarminum non Thomistas, sed illis adversos, comprehendit) claritate, et veritate expediti, redeamus ad caput argumenti irrefragabilis, cujus clariori enodationi procemittere oportet Pelagium, Lutherum, et Calvinum, diversis viis in diversos errores incidisse. Pelagius enim adhaesit adeo libero arbitrio, ut vel totaliter gratiam excluserit, vel solum ad melius esse necessarium duxerit. De quo egimus disp. prœmiali ad tract, de Gratia, ubi ejus originem, status, et progressus ex probatissimis Theologis, et illorum principe Augustino descripsimus. Lutberus vero, et

Errata Pelagii, et Calvini in uno aliquo convenientia.

Calvinus, de quibus etiam ibi tractationem habuimus, peccato originali liberum arbitrium extiuctum fuisse asseruerunt, ut constat ex Beliarmino loco nuper citato, et refert Pater Lemos tom. 1, Planops gratia' tract. 4, cap. 17. Unde communis causa fuit Pelagio, et asseclis, Luthero, et Calvino, negasse gratiam praevenientem, et excitantem : Pelagio quidem, et sequacibus, quia natura praeibat ante graiiam ad opera salutaria, quocirca non indigebat praeveniri, aut excitari pvr gratiam; quin imo gratia erat pedissequa a natura praeventa. et veluti excitata. Luthero vero, et Calvino, quatenus extincto penitus libero arbitrio post peccatum originale, consequens etiam erat superfluam fore excitationem, aut prævention em superioris auxilii, ut prorsus inutilis.

Lemos.

Conveniebant insuper in asserendo gratiam efficacem Dei, qua facit, ut faciamus, tollere libertatem, et quia Pelagius experiebatur liberum arbitrium, assumpsit illius partes : et intulit. Datur liberum arbitrium : ergo non datur gratia adjuvans, et operans, seu faciens, ut faciamus. Quia vero Lutherus. et Calvinus in eo erant, quod fuisset extinctum liberum arbitrium, ne dum ad opera salutaria, sed etiam ad civilia, ut ex Luthero refert Bellarminus ubi supra ; ita se haberunt ex parte gratiæ, ut penitus autumarent libertatem illa extingui. Unde ut observavit Lemos, ex duplici titulo amoverent ab homine liberum arbitrium, et ob peccatum originale omnibus commune; et ob efficaciam gratiæ, quæ non adjuvabat, neque adjuvare poterat, quin rapiebat per modum naturæ voluntatem humanam, adeo ut si alias libertate gauderet, vel ex hoc solo titulo illam amitteret.

Discordia inter Lutherura, et Calvinum-

52. Hæc inter illos stante convenientia discrimen fuit inter Lutherum, et Calvinum, quod ille omnem actionem, omnemve conatum ablegavit ah homine, sed velut lapidem aut inanime aliud corpus reliquit; unde et asseruit hominem mere passive ad suos motus, mi se habet lapis, dum ab extrinseco movetur, se habere : quocirca unica, et petitus adaequata illorum causa effectiva erat motio divinæ gratiæ, quæ in nobis totaliter sine nobis operatur Ut enim inquit Concilium Senonense, nimis scrupulose se gessit : nam ut vitaret Pelagium, nihil prorsus libero arbitrio detulit, et incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim.

Calvinus vero aliquam activitatem voluntati concessit, ideoque non mere passive, sed active concurrere ad proprios motus affirmavit ; sed ita determinato, ut non aliam vim ipsi adscriberet, quam quæ est in equo a sessore moto, et directo. Pro hac vero motione ita determinata, et impellente humanam voluntatem, primo admisit gratiam excitantem , non quæ ab Ecclesia, et Patribus statuitur sed qua» consistit in actu indeliberato, cui homo, quia liber non est, non potest resistere. Hinc negabat graiiam moraliter excitantem , seu proponentem objectum cum indifferentia. Abstulit etiam gratiam cooperantem, cui cooperaretur arbilrium subsequendo. Denique asseruit, quod adhuc permissa, et præmissa indifferentia rationis ex parte objecti ab intellectu propositi; tam efficax erat motio divina, ut ea posita raperetur homo, spontanee tamen, sed non libere, ad rem propositam. Quod fuitconcedere nostris actibus voluntarietatem, ab illis amandata libertate.

53. His praelibatis ex allegatis Authoribus, quos non latuit Hæreticorum doctrina, quam ex professo referunt, et impugnant, satis clare, et expedite deveniemus in mentem Concilii Tridentini, sive in capite allegato ex sess. 6, sive in canone 4, ex illo capite collecto. In capite ergo quinto illius sessionis declarat sancta Synodes exordium nostræ justificationis sumendum primo esse in adultis a praeveniente Dei gratia, seu vocatione; in quo jam a Pelagianis in nostra voluntate illud constituentibus, recessisse patet. Ut vero exponeret, quæ, et qualis esset ista vocatio, subjunxit non ex praeexistentibus meritis eam procedere, aut dispensari, sed ex mera Dei gratia, et liberalitate, *ut qui a Deo per peccata aversi erant, per ejus excitantem, et adjuvantem gratiam ad convertendum se ad sui ipsorum justificationem eidem gratiæ libere assentiendo, el cooperando disponantur.* Ubi contra præfatos errores ex parte hominis statuit libertatem, sed excitatam, praeventam, et adjutam divina gratia, cui cooperando, et assentiendo libere, homo disponitur ad sui ipsius obtinendam justificationem. Cum autem conversio non sit unica voluntatis actio, qua voluntas se movet ad Deum, quæque se disponit proxime ad obtinendam remissionem ; sicut gratia excitans hominem est prior quam operatio, ad quam excitat; consimiliter gratia adjuvans, et praeveniens debet esse prior ipsa conversione, quæ proinde

proinde est effectus gratiæ, tum excitantis, tum prævenienlie, tum adjuvantis. Et ex hoc ipso est etiam cooperatio liberi arbitrii ; non ex viribus naturæ, et propriis, quæ non suppetunt ad actum sublimem, et lotum ordinem naturæ transcendentem ; sed ox viribus suppeditatis ab ipsa gratia, sive ex vi ejusdem auxilii, sive plurium, quod in præsenti non refert, et suo in loco relinquitur explicatum. Non ergo erravit Calvinus in eo, quod nullas vires proximas agnoverit in libero arbitrio ad actum superoaturalem, ut recte asseruit Bellarminus ubi supra; me de hoc puncto actum fuit in Concilio ; quin potius videtur suppositum.

Tota ergo controversia contra Calvinum fuit in eo, quod per illam gratiam excitantem, quam admittebat, et indeliberatam asserebat, ita absorbebat rationis judicium nedum ad illum primum actum indeliberatum, sed ad reliquos, ut ad eos ex proprio judicio certe supernaturali, non moveretur homo; sed raptus illo superiori impulsu, ut corpora inferiora rapiuntur a primo mobili, ferebatur in operationem, ad instar equi calcaribus ad cursum perciti. Hinc etiam abrogavit, et de meiio abstulit libertatem, utpote quæ subsistere nequit absque indifferenti rationis judicio : exclusit etiam gratiam adjuvantem, et cooperantem, utpote quæ debet supponere gratiam excitantem moraliter, et moraliter attrahentem medio judicio, et deliberatione propria. Unde in radice ultimum excidium libertati intulit, dum solam illam indeliberatam, et impetuo<am excitationem physicam adstraxit. Quo contra sacrum Concilium virus illud theriaca lenire intendens, semper ac loquitur de voluntatis conversione, aut consensu, duo assignat ex parte Dei, et alia duo ex parte voluntatis : ex parte quidem Dei gratiam excitantem moraliter, et simul moventem, seu adjuvantem, et prævenientem : ex parte v-ro voluntatis assensum, respectu excitantis, et coopvralionem respectu adjuvantis. Sicut enim eodemmet actu gratiæ excitanti ex ipsamet gratia assentimur; non enim absque gratia dabitis est assensus salutaris, et ut oportet ad mysteria supernaturalia, ut pluribus ostendimus tract, de necessitate gratiæ : ita eodemmet actu cooperamur gratiæ adjuvanti, et nobis coopérant!, quin in hoc processu aliquid virium naturalium immediate splendeat, non solum in actu, seu effectu, ut omnes concedunt; sed nec in influendo ex parte voluntatis : sed gratia excitat voluntatem, gratia suppeditat vires, mediis quibus, erumpit in consensum, gratia adjuvat, et cooperatur cum ipsa voluntate.

54. Et ut rem uberius Concilium exponeret, subjunxit verba illa, in quibus suam contineri positionem contendunt adversarii : *lia ut tangente Üeo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam abjicere potest.* Tn quibus Luthero contradicit, et sensus est planissimus : quia enim docuerat sive exordium, sive progressum, sive consummationem justificationis esse effectum gratiæ, sub qua arbitrium incipit, prosequitur, et perficit assentiendo, et cooperandi illi, videri aliquibus forsan posse indemnem mansisse Lutherum, nec ejus veneno pharmacum fuisse adhibitum, sed quod voluntas passive tantum se haberet.

thodus Condi,

Hoc ut vitaret Concilium adjunxit in excitatione illa, seu illuminatione, qua cor hominis tangitur, non passive hominem se habere, sed aliquid agere inspirationem illam recipiendo (non quidem quatenus recipit; hoc enim implicatorium est : sed quatenus illi assentitur,) et quia excitatio illa, seu illuminatio solum moraliter allicit, et cum indifferentia objicit bonum prosequendum, ideo illam abjicere potest. In quo jura libertatis servantur, et concursus passivus Lutheranus prosternitur, et assensus, seu consensus liber evadit ; ad libertatem quippe non requiritur, nisi quod voluntas ita consentiat, quod non consentire possit. Semel autem atque illuminatio cum indifferentia proponat objectum, ut proponere evidentissimum est; cum non alliciat, nisi moraliter; plane conficitur posse voluntatem illam inspirationem abjicere. Nihil ergo detrahitur ejus libertati, quidquid alii ex hoc loco inferant, de quo alias.

Porro, quia praetextu hujus libertatis adhuc obrepere posset pravus sensus, quasi aliquid detraheretur gratiæ in illo consensu libero, et tribueretur libero arbitrio, consultissime omnia prævidens, et præcavens Concilium addidit sequentia verba : *Neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit.* Hoc est, sine gratia adjuvante, et dante posse proximum supernaturale non potest se homo libere movere ad assentiendum illi excitationi, et motioni supradictæ ,

Idcm·

quamque abjicere posse sancitum est. Hinc pergit Concilium ostendere, qualiter optimo cohsereant nostra libertas, et gratia, quin aliquid detrahatur Dei gratiæ, et plus aliquid justo deferatur libertati nostra», quæ ut olim dicebat D. Augustinus, *eo liberior, quo Deo subjectior. Unde* (inquit) *in sacris litteris* cum dicitur : *Convertimini ad in*, et ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonentur.* Quod Geri jam docuerunt per gratiam excitantem, et illuminantem, per quam nos invitat ad suam gratiam libere acceptandam, et per eamdem nobis offert in gratia progressum, si assentiamur. *Cum autem respondemus : converte nos, Domine, ad te el convertemur, Dei nos gratia prreveniri confitemur,* Sed qua gratia ? utique adjuvante : nam ut gratiæ excitanti, et illuminanti debitum præsl-emus obsequium, adjuvari, et præveniri a Deo necesse est, ut contra Pelagium jam deciderat Concilium.

Colligitur Concilium stare pro nobis.

55. En ordinem Concilii Tridentini in illo capite : en doctrinam ita faventem libero arbitrio, ut semper servaverit primatum gratiæ. adeo ut nihil virtutis repenri voluerit in nostra voluntate ad opera salutaria. quod non subjecerit, ac summiserit gratiæ excitanti, adjuvanti, et coopérant!. Unde ergo colligitur illa partialitas, et divisio, qua voluntas parlim ex propriis, gratia partim ex Deo influere debeant? Quodve signum invenies vel tenuissimum in Concilio, ut ex illo inferas voluntatem cum virtute gratiæ passive se habere ad consensum, aut libertatem in consentiendo amittere? Quando quidem oppositum statuisse est manifestum, adhuc præeunte, et vires ipsa gratia suppeditante, tum media excitatione, et illuminatione, tum media gratia operante, et coopérante, sub qua ipsam voluntatem operari, et cooperari docet.

Quem etiam ordinem servasse in regulis fidei liquido constat : nam primo in canone contra Pelagianos, et eorum reliquias, ut fide sanctum decrevit nulla opera, sive per vires naturæ facta, sive per legis doctrinam, absque Dei gratia ad salutem valere. Hanc vero gratiam ita necessariam esse duxit, ac statuit in secundo canone, ut nec ægre, nec difficulter, sed absolute non posse absque illa definierit. Et sane hic locus erat vires arbitrii explicandi, tam opportunus, ut illo melior, aut aptior in loto Concilio non occurrerit. Non autem illarum meminit, non activitatem aliquam partialem arguit; sedeam, quam Pelagiani, et semipelagiani diminutam, initialem, et semi virtutem appellabant, et comminiscebantur, omnino repulit, statuen lo liberum arbitrium neutiquam posse opera salutaria absque gratia, non qualicumque, sed quæ det posse ipsi libero arbitrio, alias nec ægro, nec difficulter potenti, atque ideo absolute impotenti. Noa est ergo ad mentem Concilii aliquas vires proximas voluntati arrogare ad opera salutaria : aiioqui enim ex toto non obstitisset doctrinæ illi aliquas vires arbitrio concedentium, licet debilissimas; quin approbasset, et subticendo fulcivisset. Quod incredibile est ; et ideo in Canone 3 adhuc agens contra Pelagium, et sectatores, statuit ad credendum, sperandum, diligendum, et pœnitendum, sicut oportet ad salutem, gratiam prævenientem, et adjuvantem , quæ supponit excitantem, et præstat vires, sub quibus voluntas sperat, diligit, ac poenitentiam agit, ut constates dictis. Porro ex his ordine prædicto a Concilio præstitis, nihil est, quod non faveat Thomistis, et est plurimum, quod non solum noceat, sed et excidium, ac ruinam minetur illi inflnxui naturali voluntatisab adversariis concesso, et pro viribus propugnato. ut meditanti immediate dicta erit pervium, et altius prosequi non vacat, sed eat lector ad tractatum de ubi Gratia propriam sedem habet.

56. Accedimus jam cum eodem Concilio ad Canonem 4 ex quo vires sumunt Adversarii , nec suo judicio imbecilles. Frustra tamen; si quidem sacra Synodus nec sibi ipsi est contraria, nec aliquid immutavit, aut correxit in regulis fidei, quod non tradiderit in præcedentibus capitibus. In illo ergo Canone jam non cum Pelagianis sed cum Lutheranis. et Calvinistis sermonem habuit. Et quia hi ita concedebant gratiam, quod nec libertatem, nec activitatem ullam sive proximam, sive remotam asserere volebant non solum ad opera supernaturalia, sed nec etiam ad actus naturales, ut constat ex supra dictis ex Bellarmino; idcirco eorum errores eliminare satagens, ordine quodam eos anathemate inussit. Primo ergo loco statuit excitationem, et motionem requisitas, ut homo se ad gratiam justificationis disponat. Et quia has non bene intelligebant, nec Lutherus, nec Calvinus, ideoque negabant cooperationem, quasi sola gratia, et non voluntas sub gratia, et ratione gratiæ operaretur; idcirco statuit

statuit secundo loco voluntatem nostram sic excitatam, et motam a gratia libere cooperari assentiendo Deo excitanti, et vocanti, unde consequens erat, quod posset dissentire, utique illi gratiæ excitanti, et vocanti, penes quam dumtaxat est consensus, vel dissensus. Quia vero ulterius Lutherus affirmabat voluntatem nostram in his motibus nihil omnino agere, sed mere passive, et ut inanime quoddam se habere; tandem statuit praedictam voluntalem sub prædicta gratia operantem non se habere mere passive, aut veluti inanime quodlam; sed aliquid omnino agere : non quidem ex propriis, quod jam contra Pelagium erat definitum; sed ex viribus acceptis ab ipsa gratia, sub qua, et ratione cujus proxime se disponebat ad justificationem, non vero ex viribus naturalibus, ut statuerat in canonibus antecedentibus.

Ubi observari volumus non negasse Tridentinum voluntatem passive se habere ad gratiam, sed tantum *mere passive,* quasi nihil aliud ageret, nisi recipere gratiam ; postea ipsa gratia se sola efficeret, uti se habet canalis ad effluendam aquam; quod fuit commentum Lutheri. Statuit vero aliquid agere, ut contra ponitur *mere passive,* sed ad hoc salvandum non requiritur activitas proxima, vel totalis, vel partialis; sed sufficit quælibet activitas, qua excludatur mere passive, et velut inanime quoddam se habere : et ideo hac posita vere salvatur mens, et formalis sensus Concilii. Constat autem sola activitate radicati, exclusa, et negata proxima, excludi voluntatem mere passive, et velut inanime quoddam se habere : ergo hæc est ex mente Concilii asserenda, et non alia supposita ejus doctrina contra Pelagianos constituta de impossibilitate virium naturalium ad opera salutaria. Cætera constare videntur, et Minor subsumpta liquet in anima rationali, et in qualibet alia forma substantialiter vitali, quæ non *mere passive,* nec *velut inanime quoddam,* se habet ad operationes vitales, quin alium influxam *ut quo,* quam radicalem exhibeat. Constat etiam in persona complente, et terminante naturam, quæ est ipsi tota, et adæquata ratio agendi, mediis potentiis proximi», quin persona verbi gratia humana mere passive, ant velut inanime quo Idam se habeat ad operationes humanas; aliter namque Christus Dominus mere passive, et ut inanimis se habuisset in operibus humanis; quod dici non potest.

57. Supposita ergo, et ita enucleata mente Concilii Tridentini, quam pro nobis esse manifestum videtur, absque ullo negotio occurritur argumento, et explicantur propositiones objectæ ex ipso Concilio decerptæ. Ad primum ergo negamus Majorem, quia ista propositio : *Voluntas naturalis cooperatur gratiæ adjuvanti Dei,* non continetur, aut elicitur ex Concilio : sed solum docet, quod voluntas *excitata, vocata, mota, et adjuta* a Deo cooperatur. Hoc autem modo jam non est voluntas naturalis, sed supernaturaiizata, et elevata; quo pacto redditur potens, et valet ad operandum supernaturaliter ex viribus acceptis, sed non ex propriis. Ea tamen in hoc sensu concessa, Minor etiam est falsa, nam ut voluntas elevata cooperetur Deo, non requiritur, ut agat ex virtute propria immediate, sed sufficit agere, ut excitatam, adjutam, et donatam a Deo virtute supernaturali, sub qua, et curo qua voluntas se disponit ad gratiam justificationis, ut contra Calvinum negantem cooperationem nostræ voluntatis definivit Tri lentinum. Videatur Bellarminus loco supra allegato, ubi ipsum refutat. Ad probationem Minoris negantur illa exempla, et in adversam sententiam retorquentur : nam subjectum proprium, et consequenter radicaliter activum lucis est corpus diaphanum ; quapropter ad illuminandum, non tantum concurrit lux, sed et aer diaphanus, et ex hoc capite aer nequit non cooperari cum luce ad illuminandum, et illuminatio non tantum luci, sed etiam aeri tribui debet. Id quod clarius adhuc tenet in igne medio calore, ut virtute sibi propria calefacienti. Esto tamen ita esset in illis exemplis, non teneret Consequentia. Et ratio disparitatis ex supra dictis sumenda est. Quod tam lux, quam calor forent accidentia communia aeri, eligni; ideoque ita essent ratio agendi proxima respectu illuminationis, et calefactionis, quod eorum subjecta non deservirent, nisi ad sustinendum per modum subjecti prædicta accidentia : quocirca illorum operationes non subjectis, sed ipsis attribui deberent. At vero anima, intellectus, et voluntas, ita sunt subjecta vel ut proprius loquamur, ita constituunt unum, et adaequatum subjectum operationum supernaturalium, quod insit illis vis radicaliter activa proxime elevabitis mediis donis supernaturalibus ad supernaturaliter operandum. Vi cujus operatio solum tribuitur

objectio ex verbis Concilii

gratiæ, ut virtuti, seu rationi intelligendi ; anima? vero absolute : non enim in ulla sententia gratia intelligit, diligit, aut pcenitet, sed est ratio proxima, et immediata, quare anima per inteliecium illa intelligat, per voluntatem, illa diligat, et pmniteat. Quapropter sicut anima vere cooperatur cum intellectu ad inteiligendum, in naturalibus naturaliter, quin in hoc ordine polleat virtute immediata agendi, sed sit ei realiter superaddita : ita et ob eandem rationem idem dicendum est de ipsa, et ejus potentiis excitatis, ac suffultis gratia ad operandum supernaturaliter. Nec est disparitas nisi in eo, quod intellectus radicatur in anima, secus vero gratia : quod tam longe abest, ut officiat, quod potius est necessarium ad salvandam elevationem, et superioritatem ordinis gratiæ supra totum ordinem naturæ.

Satis Oı secundæ.

Ad secundum concessa Majori, vel negatur Minor, vel claritatis gratia distinguitur : *Quod non agit immediate,* ullo modo, transeat Minor : quod non agit immediate ratione virtutis propriæ, sed ratione virtutis aliunde acceptæ, negatur Minor, et Consequentia. In quo discursu est insignis æquivocatio. ne dicamus fabaciam. Tum quia proxime, et immediate agere non coincidit nec convertitur cum eo quod est agere ex propria virtute ; sed salvatur per hoc, quod virtus sit intrinseca agenti, ut media illa erumpat in operaiionem; quod vero aliunde proveniat, dummodo contineatur intra commensurationem essentialem agentis, sicut non extrahit ipsum agens a sibi essentialibus, ita non obest, quominus immediate agat. Quare virtutem esse propriam, vel appropriatam, per accidens se habet ad hoc, quod agens operetur immediate; alioqui enim verbum divinum ut subsistens in humanitate non operaretur immediate actiones humanas, eodem prorsus, imo et nobiliori modo, quam cæteri alii homines, quorum personalitates sunt prupriæ, et non appropriât®. Tum etiam, quia ratio agendi ut *quo,* seu per modum virtutis non tollit immediationem, ut patet in unione intercedente inter materiam, et formam, quam adversarii communiter agnoscunt ; quin inde arguant materiam immediate formam non recipere, vel formam non se ipsa præstare immediate actualitatem materiæ. Idem liquet in inhaerentia accidentium. Et quod ista exempla demonstrant in sua linea, proportione debita splendet in ratione agendi per modum virtutis respectu potentiæ. Et samT quis dubitat, aut negare audebit personam divinam immediato humanam assumpsisse naturam eamque se ipsa proxime, et immediate terminasse ? cum tamen unio hypostatica iu doctrina Adversariorum interponatur ut vinculum extremorum, quinobsi tprædictæ unioni,quæ in ratione unionis est omnium maxima juxta D. Thomam, et communem Theologorum doctrinam, Sicut ergo vinculum unioni deserviens non tollit immediatam unionem, haud dissimiliter virtus actioni inserviens non opponitur immediationi potentiæ, et agentis; sed ea posita, adhuc voluntas ut potentia immediata agit, ratione virtutis. Tum ultra (et detegitur æquivocationis causa) nam ideo excitatur, tangitur et movetur hominis cor, quia non suppetebat illi virtus, et ad hoc excitatur, tangitur, et movetur, ut agat, et operetur media illa excitatione, elevatione, et motione : sicut non ad aliud cæcus illuminatur, nisi ut videat per lumen denuo receptum. Ends apparet manifestissime argumenti debilitas, et ineptitudo. Qualiter namque ex eo quod cæcus videre nequeat ex propriis viribus, inferri poterit, dum illuminatur, non posse proxime videre, aut non excitari, non tangi, non inclinari ad immediate videndum ? Neutiquam sane, quia non illuminatur, non excitatur, nec tangitur, ut videat, et videre possit ex ipsa cæcitate propria, in qua erat ; sed ut ea exuta, superinduatur alia virtute ex alto proveniente , qua possit proxime, et erumpat in operationem videndi; quod cæcus non valebat. Non ergo excitatur supernaturaliter homo, tangitur, aut elevatur ad agendum ex propriis, es quo capite contrahit impotentiam; sed ex divina gratia, qua omnia possumus immediate, melius ac fortius, quam cæcus possit videre lumine admoto, et ab ab alio accepto.

58. Ad tertiam eodem modo respondetur, excitari quidem hominem ad aliquid agendum, sed non ex propria virtute, quæ de se semper est impotens, et continetor in ordine naturali; quocirca excitatur, tangitur, et movetur ad agendum, et operandum ex virtute accepta ; cum ea quippe excitatione, tactu, et motione descendit a Deo virtus proxima, qua possit, et agere debeat : *Ipsa,* enim (ut inquiehat Augustinus de Gratia et libero arbitrio cap. 14), *facit, ul lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur*, sicut lumen cæco donatum

donatum vi'endi secum portat facultatem. Undo in eodem capite explicat 8. Doctor, qaaiter Deus excitet corda hominum, inquietis : *Liberum quidem hominis arbilrium pulsatur, ubi dicitur : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed nui posset Deus duritiam cordis auferre, non diceret per Prophetam : Auferam ab eis cor lapideum, el dabo eis cor carneum.* In quo vero hæc cordium transmutatio consistat, an in sola additione virtutis partialis, vel in eo, quod totalis sit virtus cordi adveniens, explicat subdens : *Quod non ideo dictum putemus, ut carnaliler vivant, qui debent spiritualiler vivere* (in nostro casu dicemus, ut naturaliter vivant, qui supernaturaliter debent vivere). *Sed quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor durum ; cui nisi carni sentienti cor intelligent debuit comparari? Sic enim hoc dicitur per Ezech. Prophetam, el dabo eis inquit, cor aliud, et spiritum novum dabo eis, et evellam cor lapideum.* Quibus phrasibus totam virtutem agendi, et attingendi supernaturalia, denuo advenire caliganti, et cæcutienti nostræ infirmitati, quin ad hoc adquid prosit virtus naturalis, explicat, et urget contra alversarios, quibuscum disserebat. Unde concludit : *Numquid ergo possumus, nisi absurdissime dicere bonum meritum bonæ voluntatis* (quæ quidem partialis erat) *in homine præcessisse, ul avelleretur ab eo cor lapideum : quandoquidem cor lapideum non significat nisi durissimam voluntatem. Ubi enim jam præcedil bona voluntas, jam non est coi' vilique lapideum,* Eccequomodo juxta D. Augustinum homo pulsatur, excitatur, movetur, et adjuvatur a Deo, non ut partialiter ipse se emolliat, et a se ipso ex propria virtute duritiem saltem partialiter evellat; sed ut per virtutem acceptam cor aliud, et spiritum novum subindunt, quo supernaturaliter, et ut filius Dei operetur.

Ex quibus constat ad ultimam proposilionein ; siquidem nec apparenter militat contra nostram sententiam, juxta quam, imo et juxta fidem catholicam fatendum est hominem se habere passive ad recipienda dona supernaturalia, quæ Deus in nobis, sine nobis operantibus multoties operatur. Semel autem recepta gratia, cum illa, et ra ione ipsius, elicit homo actus supernaturales, non secus ac cæcus illuminatus videt colores, quos cæcus videre nequibat. Unde ergo se habet mere passive; quia gratia est ipsi tota ratio agendi? Etiam potentia visiva est homini cæco tota videndi ratio, et ea accepta semel, jam non se habet mere passive ad visionem. Et ideo nihil probat. Si recurratur ad alias causas, seu discrimina : hoc diruere pertinet ad alia argumenta infra adducenda, et examinanda. Linde relinquitur manifestum ex Concilio Trident, nihil suffragii obvenire isti sentenriæ; quinimo ex ejus doctrina bene intellecta manet convulsa.

Endon tar rontirmaiionnes-

59. Ad primam confirmationem etiam liquet, quo sensu (plane hæretico) Lutherus, et Calvinus concedebant gratiæ activitatem et libero auferebant arbitrio; et quo sensu concedatur a Thomistis; ut inde haud obscurum, sed clarissimum sit, toto ccelo, unam sententiam ab alia distare. Quod autem conveniat inter Thomistas, et Calvinum totam, et adæquatam agendi rationem proximam agendi actus supernaturales esse gratiam, verum est; sed in hoc non erravit Calvinus, nec hæretici ideo hæretici sunt, quia hoc verum dogma amplectantur; ideoque non vitio tribuendum Catholicis in his, et similibus veritatibus cum illis convenire : alioqui quia illi sentiunt hominem esse rationalem, et totum esse majus sua parte, non possent, nec deberent id etiam sentire Catholici, quod est ridiculum. Thomistarum ergo sententia media, eaque regia ut solet, incedit via nec ad dexteram, nec ad sinistram declinando. Docet contra Pelagium nullas esse vires proximas in libero arbitrio, aut potentiis naturalibus ad actus supernaturales; sed eas exoptat a gratia per Christum, non qualicumque, ut aliqui perperam, et sinistre volunt; sed entitative supernatural!. Statuit contra Lutherum, et Calvinum hanc gratiam ita supernaturalem , non destruere liberum arbitrium, sed perficere, et elevare ad agendum in superiori ordine. Concedit gratiam moraliter excitantem, negat rapientem contra Calvinum, et omnia alia amplectitur, et propugnat, quæ supra memoravimus ex Concilio. Unde potius est nostra sententia ipsa sententia Concilii, ut rem consideranti constabit.

Nnta

Ad ultimam confirmationem jam fuit responsum in principio solutionis bujus argumenti et ex ibi dictis constat teste Bellarmino, nullam fuisse Calvini fidem in ea sententia alleganda. Recolantur ibi hujus occasione expensa.

§ IV

Duo Adversariorum argumenta.

Primum vadem tum.

60. Arguitur deinde ratione a priori qua manifestus redditur concursus immediatus rationalis naturæ in actum supernaturalem, ut ilh arbitrantur. Nam cum partiah concursu naturæ rationalis potest componi, quod actus sit supernaturalis : ergo concursus partialis, et immediatus naturæ rationalis non repugnat actui supernaturali. Consequentia constat, et Antecedens probatur : quoniam ex ipso quod actus sit absolute, et simpliciter supra omnes vires naturales necnon supra omnium virium naturalium exigentiam, est supernaturalis, ut constat ex termini sed per hoc quod natura rationalis exhibeat immediatum, et partialem concursum ad actum supernaturalem, non impeditur, quod actus sit supra omnes vires, et supra totins naturæ exigentiam : non ergo tollitur, quod absolute supernaturalis existât. Major, et Consequentia constant. Minor vero probatur : nam eo ipso quod habitus ex una parte sit necessarius ad actum; ex alia vero sit indebitus naturæ, et supra omnem ejus exigentiam, sufficienter salvatur ejus supernaturalitas; nam quod est supra omnem exigentiam naturæ, nequit non elevari supra ipsam naturam, atque ideo in ordine supernaturali constitui. Sed virtus v. g. charitatis necessaria est ad actum charitatis ; alias vero superat totam naturæ exigentiam. Ergo vere est supernaturalis : et consequenter actus, cui est necessarius habitus, etiam est supernaturalis ob eandem prorsus rationem.

Confirmatio 1.

Confirmatur primo vis hujus rationis : nam ut actus sit supernaturalis, non requiritur omnia principia ejus proxima esse supernaturalia : ergo cum supernaturalitate actus optime componitur aliquod ejus principium esse naturale. Consequentia constat, et Antecedens probatur : nam eo ipso, quod aliquod principium immediatum actus sit indebitum, et super totam exigentiam naturæ. actus absolute, et simpliciter est indebitus, et supra omnem naturæ exigentiam : sed actus absolute, et simpliciter est indebitus, et superans exigentiam totius naturæ est supernaturalis : ergo ut actus sit supernaturalis, sufficit aliquod ejus principium esse indebitum, et supra exigentiam naturæ rationalis.

Confirmatur secundo, et explicatur magis prædicta ratio. Quia non est minus de ratione potentiæ passivæ exigere potentiam determinate activam, a qua reducatur in actum, quam sit de ratione potentiæ activæ præcontinere effectum : sed intra ordinem naturæ datur potentia obedientialis passiva absque exigentia determinata concursus supernaturalis : ergo intra eundem ordinem naturalem dabitur etiam potentia activa actus supernaturalis, quæ nec exigat, nec præcontineat effectum supornaturalem. Patet Consequentia ex præmissis; quia sicut potentia obedientialis nequit nisi ab agente supernatural! in actum reduci, ita actus supernaturalis non potest elici nisi a principio supernatural; aliunde vero potentia obedientialis non exigit determinate agens supernaturale, cum ipsa sit subjective naturalis : ergo similiter potentia activa partialis non exiget principium supernaturale, licet in actum reduci nequeat absque concursu principii supernaturalis. Eo vel maxime : quoniam causa partialis eo ipso quod partialis sit, non petit præcontinere totum effectum : ergo cum actus sit, et supponatur supernaturalis : non est unde affirmari possit, quod præcontineatur in virtute activa naturali ; sed sufficiet connotare principium proximum supernaturale, cujos consortio indiget ad efficiendum actum supernaturalem.

Cia· ifa'*·

61. Ad huc argumentum constabat sufficienter ex dictis in prima ratione, quam pro assertione formavimus. Sed tamen respondetur in hoc discursu plura inter se pugnantia complicari, quæ evolvere oportet, ut appareat non esse rationem a priori, imo nec a posteriori, qua aliquid verum possit concludi. Concluderet sane, si supponeretur actum illum ita elicitum, et productum, partim esse naturalem, et partim esse supernaturalem : hac quippe facta partitione, ex parte effectus, illico acquiesceret intellectus, imo et cogeretur ad eam etiam concedendam in principiis: quia cum unumquodque operetur, secundum quod in actu vel formali, vel eminentiali est, id ipsum quod facit (nemo enim dat, aut clare queit, quod in se aliquo ex his modis non continet) : eo ipso quod actus esset mixtus, aut compositus ex duplici illo conceptu, oporteret assignare similem mixtionem, aut compositionem ex parte principii proximi. Quod quidem principia naturalia lumine naturali nota, et vera

vera philosophia demonstrant. Sed quia suppositio contraria ost communis ulrique sententiæ, nt observavimus in limine ipsius quæstionis, implicatorium omnino apparet actum entilative, et adæqu-tto supernaturalem, qualis est contritio, immediate oriri adhuc partialiter a virtute naturali, in qua nec partialiter continetur (qua enim ratione ab ipsa immediate egreditur, in ipsa continetur); alias non magis egrederetur, quam oleum ex puteo aquae naturaliter egredi potest) ; et cum ipsa virtus sit naturalis, contineret, et non contineret aclum illum supernaturalem. Contineret, ut supponitur, et probatur, quia ab illa proxime egreditur. Non vero continet adhuc partialiter, quia prædictus actus adæquate est supernaturalis ; non ergo continetur partialiter in virtute illa naturali, quæ nullo modo est supernaturalis, sicut vice versa actus nullo modo est in se ipso naturalis. Unde egrederetur, et non egrederetur; egrederetur certe, ut asseritur; non vero egrederetur, quia ibi non continetur proxime, ut manifeste probatur : quia inintelligibile est oriri aliquid ab aliquo, ubi non est prius, aut præcontinetur. Si hæc intellectui non præoccupato implicationes manifest® non sunt; non est implicatio clarior in ulla disputatione quaerenda.

Ad formam ergo argumenti negandum est Antecedens, et ad ejus probationem conceditur Major, sed negatur Minor ; hujus probatio importat aliam æque manifestam implicationem : quandoquidem supponitur habitus supernaturalis necessarius ad actum v. g. contritionis, quod verum est ob proportionem servari debitam inter actum, et habitum se immediate respicientes, et ob speciem, quam habitus sortitur per ordinem ad actum. Aliunde vero exigitur concursus partialis naturalis, qui eo ipso quod naturalis adstruatur, nequit immediate nedum efficere, sed nec respicere actum supernaturalem. Qua enim ratione habitus supernaturalis, quia supernaturalis est, adstruitur vel ab ipsis adversariis necessarius pro actu supernaturali, a quo alioqui mutuari non posset speciem ; si quidem habitus supernaturalis non specificatur, nisi ab actu ejusdem ordinis : eadem prorsus ratione influxus naturalis voluntatis nequit se exigere ad actum, qui non sit naturalis, qualis non supponitur esse actus, de quo loquimur. De quo plura, et omnino pro præsenti difficultate videnda, diximus tract, de Necessitate gratiæ, ubi statuimus nullo naturali assensu posse hominem credere, vel, ut oportet, attingere mysteria supernaturalia.

Nec omitti debet alia implicatio importata in illa ratione a priori adversariorum; quam ut detegamus, ex ipsorurn consensu, prælibare oportet actum supernaturalem per se, et essentialiter petere utrumque partialem influxum, tum gratiæ, tum animæ, et voluntatis, seu virium naturalium. Quo posito, ut ab omnibus supponi debet (alias uterque influxus non esset necessarius, sed illorum alterutro, vel solius gratiæ, vel solius animæ, aut voluntatis elici posset actus contritionis, aut charitatis, consequenterque vel haberemus intentum, si eliceretur a sola gratia; vel incideretur in hæresim, si proveniret a sola natura.) Hoc, inquam, ita posito, detegitur alia contradictio non minus clara. Nam concursus ille supernaturalis ita divisus, et partialis esset debitus, et non esset debitus naturæ, consequenterque esset, et non esset supernaturalis. Non esset debitus, ut supponitur : fore vero debitum naturæ concursum illum supernaturalem, probatur. Nam ea ratione, qua actus est debitus naturæ, est ipsi debitum principium, seu influxus ad actum requisitus : sed actus charitatis, aut Pœnitentiæ non semel est debitus homini, ut quando præcepto urgetur ad poenitendum, vel exercendum actum alium supernaturalem : ergo etiam est debitus concursus supernaturalis partialis.

Ad hæc; causa partialis, qufe tenetur erumpere in effectum, necessario postulat concursum alterius causæ necessariæ ad positionem effectus, ut constat in duobus lapidem portantibus ; quorum alter alterius auxilium postulat, ut teneatur ad agendum; alioqui enim non facile apparet, qualiter obligari posset ad portandum lapidem. Sed voluntas ut partialis virtus tenetur ad actus virtutum supernaturalium? Ergo necessario postulat influxum alterum compartialem indispensabiliter necessarium ad prædictos actus, consequenterque concursus ille supernaturalis esset simul debitus, et indebitus naturæ rationali ut partialiter activæ : nisi maluerint numquam hominem teneri ad operandum ex viribus naturæ, vel se exerendum in actus supernaturalesi

Malli-plicatio in proposito argumento.

Respon-

62. Hinc ad confirmationem primam respondetur, negando Antecedens, si lo-

nem.

quatur de principiis proximis, et immediate elicitivis, praecipue vero non subordinates ; sed ex æquo concurrentibus, uti duo idem pondus sustinentibus se habent, et ut se explicant adversarii in illis partialibus influxibus. Et ratio est sæpe tradita : quoniam eo ipso quod actus sit supernaturalis, et postulet ut sui adæquatum principium prædictos influxus, debet esse ejusdem ordinis cum illis, iliaque debent esse inter so connexa ad productionem actus. Nihil autem naturale est connexum cum supernaturali, nec idem ordo est naturalis, et supernaturalis. Unde ille actus ut depingitur esset supernaturalis per ordinem ad concursum indebitum ; esset vero partialiter naturalis, imo et totaliter, quatenus deberetur naturæ saltem partialiter ratione virtutis partialis. Et quia huic virtuti naturali partiali esset etiam debitus alter concursus partialis ad actum adæquatum necessarius ut nuper ostendimus, de primo ad ultimum infertur prædictum concursum etiam esse naturalem; quod enim est debitum virtuti naturali, naturale est, neutiquam vero ordinis supernaturalis : sicut e converso, quod fundat debitum supematurale, nequit non contineri intra ordinem supernaturalem. Hinc emergit nova impugnatio adversæ doctrinæ. Nam quod fundat debitum termini supernaturalis, est etiam supematurale: sed activitas partialis voluntatis ad actum supernaturalem fundat exigentiam termini supernaturalis : ergo prædicta activitas est supernaturalis, et perperam a contrariis ponitur naturalis. Cætera constant præter Minorem, quæ facile suadetur : sive enim illa activitas partialis consideretur per ordinem ad actum eliciendum, sive per ordinem ad alium concursum partialem necessarium omnino pro existentia actus; ex quolibet capite, et ex utroque simul elucet supernaturalitas illa, quæ dicitur naturalis, fundat exigentiam termini supernaturalis, subindeque non naturalis, sed supernaturalis est, et esse debet. Inconsequenter ergo, et minus recte adstruitur in hac sententia partialis influxus, qui sit voluntatis, ut potentiæ naturalis.

Ad secundam confirmationem, quæ di-
Sohitor recle militat contra immediatam solutio-
«ecuuda. nem, respondetur negando paritatem, quam esse nullam ipsi adversarii fateri tenentur, nisi velint eodem conficere argumento activitatem adæquatam voluntatis, quie sit naturalis, quo destruetur activitas partialis, et inadæquata, quam tantopere conantur inducere. Et ratio est pers(.icua : quoniam si a potentia obedientiall passiva, quæ datur, et uegari non potest, tenet argumentum ad potentiam naturalem activam, ut illi intendunt; cum concursus obedientialis passivus, non sit partialis nec consequenter potentia ipsa partialis sit, sed totalis in ratione potentiæ passivæ, ut patet : consequens erit ut potentia activa naturalis inde illata ip.-orum judicio, debeat esse etiam totalis, et non partialis. Et si hic non probatur, ut non probari est manifestum ; nec etiam illud deducitur. Ratio ergo disparitatis est manifesta: quia potentia obedientialis passiva solum importat subjectionem creaturæ ad Deum, ut ea media fiat quidquid non importat contradictionem, quocirca non petit determinatam aliquam formam, qua compleri postulet, sed dicit tantummodo meram non repugnantiam ad recipiendum quod Deus voluerit. Ad hoc autem non requiritur continentia in actu alicujus effectus præ alio, sed sufficit, et exigitur pura capacitas, et potentialitas excludens actu quamlibet actuaiitatem ex illis, ad quas est in potentia. Quod sane imperfectionis est, et ideo commune omni creaturæ, qua creatura est, et subjici debet suo creatori. Et hac autem potentia obedientiali ita, ut sic loquamur, informi, et ampla, nullum fit argumentum ad potentiam activam, quæ fundatur in continentia actuaii effectus a se producendi, et sequitur ad determinatam formam, et quo excesserit in perfectione, eo perfectior erit ejus activitas, ut constat inductione. Et quia nulla forma naturalis est, aut esse potest, adeo elevata, quod transcendat usque ad ordinem supernaturalem, ut in confesso est apud omnes; idcirco nulla esse potest activitas proxima naturalis, quæ attingere valeat actum su* pernaturalem. Qua etiam ratione supra in hoc eodem dubio rejecimus ut implicatoriam potentiam illam obedientialem activam a Suario excogitatam, et adinven am, ita amplam, ut absque additione virtutis possit cum Deo concurrere ad omnem, et quemlibet effectum supernaturalem. Quod implicatorium esse censent alii Theologi a nobis relati loco ibi citato ex tra tatu de Potentia animæ Christi. Quapropter argumentum ex hac potentia obe lientiali hoc modo accepta elformatum nullum est.

Si autem illud restringere velint ad potentiam illam obedientialem specialiorem.

quam

quam reperiri in creaturis intellectualibus præ aliis specialiter, supra statuimus, ratione cujus sunt elevabiles ad videndum Dcura in se ipso immediate, eoque fruendum; quod aliis repugnat; nec etiam tenet argumentum. Tum quia illa potentia obedientialis etiam est passiva. Tum quia eatenus est radicaliter activa, quatenus est potentia naturæ intellectualis elevabilis ad attingendum Deum media virtute supernatural!, quæ sicut est tota, et adæquata ratio ipsam elevandi; etiam est ipsi tota, et adæquata ratio proxima agendi in ordine supernaturali, ut ibi expendimus, et infra prosequemur opportunius. Ad additamentum addimus et nos concedere, quod causa partialis non debeat præcontinere lotum effectum, sed pariem illius, quam efficit, aut efficere potest Sed in nostro casu totus effectus est supernaturalis, ut etiam arguens fatetur ultroneus, et a principio supponitur; causa autem naturalis nec totaliter, ut omnes concedimus, continet effectum supernaturalem, nec etiam partialiter, ut legitime probatur ex vi ejusdem rationis, ut consideranti constabit.

63. Sed contra hanc solutionem, et doctrinam hactenus traditam urgetur, et instatur (et sit secundum argumentum). Quoniam stat influxus naturalis animæ rationalis, qui sit immediatus, quamvis actus sit supernaturalis : ruit ergo tam solutio, quam doctrina hactenus expensa. Consequentia constat, et Antecedens probatur in actibus fidei informis, quos haud dubium est esse supernaturales : sed ad praedictos actus concurrit anima suo concursu partiali, et naturali : ergo talis concursus optime cohæret cum actus supernaturalite. Probatur Minor, quoniam in prædicta hypothesi, quod fides sit informis, anima non habet vires influendi in assensu fidei ex gratia sanctificante, utpote qua nudatus, et spoliatus invenitur peccator : nec etiam ab alia forma intrinsece inhærente in anima, quippe quæ liactenus non est audita, et eadem facilitate qua posset intrudi, posset etiam rejici, sed graviori [fundamento. Nec tandem eas recipit ab ipso habitu fidei, cujus proprium, et immediatum subjectum est intellectus, anima vero solum est subjectum *quod,* mediatum, et remotum, cui subinde adveniunt supernaturales vires ex assistentia mediata fidei infusæ : relinquitur ergo solum ex viribus sibi propriis, et naturalibus concurrere animam ad assensus supernaturales fidei informis.

Singularis dicendi modos· Godoy.

Occasione hujus instantiæ plura discussit Illustrissimus Godoy de Jvisione Dei disp. 16, § G, num. 181, et post varias hinc, inde exagitatas, et expensas opinationes, solutioni communi non tandem quiescens, novum et singularem arripuit viam docens animam elevari ad eos assensus eliciendos qualitate ab intrinseco permanenti, et per modum radicis, adæquata cum habitu fidei, et spei. Si autem inquisieris, in quo consistat hæc qualitas animam immediate afficiens, et in quo differat a gratia habituali, cum supernaturalis sit? Respondet esse quidem gratiam, sed non sanctificantem, quia non est radix videndi Deum clare, sed dumtaxat obscure, et determinate per fidem; ideoque tantum deservit ad elevandam animam, ut credere, et sperare possit in absentia gratiæ sanctificantis. Porro ejus necessitas ex ipso argumento colligitur, et ratione suadetur. Quoniam habitus fidei, et spei solum important vitalitatem proximam : principium vero proximum vitale debet procedere a principio intrinseco radical!, quod etiam sit vitale per modum radicis : ergo cum habitus illi procedere nequeant ab anima utpote potentia pure naturali ; alias incideretur in eandemmet sententiam, quæ impugnatur ; consequenter asserenda videtur qualitas illa adæquata per modum radicis cum fide, et spe, tamdiuque in subjecto duret, quandiu persistere contigerit in statu peccati ; et eo per gratiam perfectiorem, et sanctificantem excluso, excluditur et illa qualitas.

Si vero rursus opponas quod ad adventum gratiæ sanctificantis, neutra illarum virtutum excluditur, quinimo utraque perficitur, et de informi transit ad esse formatam, et vivam : si autem destrueretur qualitas illarum radix, destruerentur qualitas ex consequenti virtutes in ea radical®, sicut destructa gratia per peccatum, omnes virtutes supernaturales in ea fundatæ evanescunt, juxta illud Philosophi cap. de Individuo : *Destructis nobis destruuntur omnia, quæ sunt in nobis;* consequenterque cum gratia sanctificante advenirent nova fides, et nova spes, quælibet earum viva, et formata. Quod est contra D. Thomam diserte asserentem eandem fidem esse formatam, et informem, non solum quoad speciem, sed etiam numero, ut constat ex 2, 2,

quæst. 4, art. 4 et refragatur communi doctrinæ Theologorum in hanc veritatem unanimiter conspirantium.

Si, inquam, hoc opponere volueris, respondet num. 185, negando sequelam : quia quando effectus dependet a duobus principiis secundum conceptum utique communem, variato altero illorum principio, et alio illius loco subinirante, non idcirco variatur effectus, sed idem permanet quoad substantiam. Fides autem, et spes radicantur in gratia sanctificante , et in hac qualitate permanenti secundum conceptum utrique communem, ad eum sane modum , quo potemiæ sensitivæ hominis radicantur in anima, non quatenus rationali, sed ut est eminenter sensitiva, quo pacto importat gradum communem homini. et brutis, in quibus ejusdem rationis sunt potentiæ sensitivæ. Quapropter variata, aut exclusa gratia sanctificante, non idcirco variantur, aut excluduntur Fides, et Spes, sed permanent adhærentes alteri radici denuo supervenienti.

Exdaditur. ‹i impugnatur.

64. Qua doctrina absque ullo labore, sed summa facilitate, et claritate, enervatur argumentum, ut consideranti constabit. Quia tamen eam censemus insufficientem, et adversam doctrinæ D. Thomæ, quidquid sit de ejus probabilitate, quam satis magnam ei conciliare poterat ipsius Author, illi refragari cogimur. Porro ejus insufficientia ostenditur. Nam quidquid sit de actibus fidei, et spei informium, indubium est quamplures alios actus supernaturales reperiri ad quos eliciendos non occurrit aliqua illarum virtutum, sed solum auxilia supernaturalia transeuntia ; vel quia penitus antecedunt fidem, et ad ipsam disponunt, ut de excitatione divinæ gratiæ, qua

Tfident°' l n ' ^cm ex auditu concipimus, docet Tridentinum sess. 6, cap. 6 et de quibusdam illustrationibus, quas *inchoationes fidei conceptionibus* similes vocavit

D. August* ‹Hi l' August, lib. 1, ad Simplician. quæst. 2, necnon de judicio regulante piam affectionem, et consequenter prævio ad fidem docent communiter Theologi, vel quia licet fidem supponant, omnino independenter ab illa fiunt. Hos ergo omnes, et alios his similes esse supernaturales, quoad entitatem et substantiam, vel saltem quod hoc eis non repugnet, certum etiam apud nos est, et ut credimus apud alios. In his vero viget argumenti difficultas : nam eorum vitalitas non provenit a gratia sanctificante, nec etiam ab illa forma denuo adinventa, utpote quæ adæquatur por modum radicis solis lidci, et spei, quas illi actus præcedunt : vel ergo provenit ab anima partialiter concurrente, ut intendunt adversarii; vel si hoc displicet assignanda est ratio, quare sint vitales vitalitate physica supernatural!, quin sit recursus ad illam radicem. El quod huic difficultati dictum fuerit; applicari debet actibus informibus, fidei, et spei, et quidem rationabilibus, nam isti procedunt ab habitibus intrinsece, ct habitualiter permanentibus; illi vero ab auxiliis cito transeuntibus.

Confirmatur et explicatur supponendo Aii' istam nostram sententiam, quam oppositam^"* procedere universaliter in omni, et quolibet actu supernatural! entitative, quin aliquis in particulari excipi debeat, ut sit, vel non sit virtus supernaturalis tota ratio agendi. Quo supposito, constat doctrina illa particulari non sufficienter vires argumenti confringi, utpote quo l semper urget in actibus peccatoris elicitis mediis auxiliis transeuntibus : et tamen pro illis non assignatur forma, quæ afficiat naturam rationalem immediate : ergo inutilis, et insufficiens est, ad sartam tectamque servandam doctrinam universalem Thomistarum recursus ad inauditam formam pro actibus fidei informis. Probatur Minor : nam ea forma debet esse proportionate, et commensurata auxiliis, et actibus, quibus eliciendis inservit, ut constat; sed auxilia, et actus quibus inservit, sunt ex natura sua, et ab intrinseco transeuntia : ergo etiam prædicta forma deberet esse ab intrinseco facile transiens. Quod tamen non posse admitti inec concedit, quin impugnat Godoy paulo superius num, 168) ostendimus tract, de justificat, disp. 2, dub. 6, § 9.

OjieS' dita œ«nriti D.Tta

65. Ostendamus jam eam doctrinam non tantum deserere doctrinam D. Thomæ, sed et illi manifeste adversari. Etenim S, Doctor 2, 2, quæst. 4, art. 4, inquirens: *Utrum fides informis possit esse formata, et e converso?* refert aliquorum sententiam dicentium, alium esse habitum fidei formatæ, et informis, et quod adveniente fide formata, tollebatur fides informis ; et post fidem formatam peccante homine, succedebat fides informis a Deo infusa. Quorum positionem refellit S. Doctor per hæc verba : *Sed hoc non videtur conveniens, quod gratia adveniens homini, aliquod Dei donum excludat, nec eliam, quod aliquod Dei donum homini infundatur propter peccatum*

talum mortale. Ex qua doctrina D. Thomæ clare colligitur oppositio illius sententiæ. Nam juxta S. Doctorem gratia adveniens homini non excludit aliquod Dei donum : non enim Deus est sibi ipsi contrarius, et ejus gratia non destruit, sed perficit tum naturam, tum et dona ipsi naturæ liberaliter communicata; sed forma illa esset Dei donum, non minus, quam fides, el spes, quarum esset radix, et patet a simili gratiæ sanctificantis relatæ ad virtutes : ergo sicut gratia sanctificans, non excludit fidem, et spem, nec etiam debet excludere earum radicem. Unde consequentius diceretur, quod per adventum gratiæ sanctificantis, sicut non excluditur fides, aut spes, ita non excludetur illa forma. Hoc tamen posito, restabat explicare, qualiter gratia sanctificans, quæ est participatio formalis divinæ naturæ, non secum ferret virtutes Théologales sibi proprias, quibus saliret in vitam æternam mediis cogitatione, et amore Charitatis.

Jisson-so. Respondebitur rationem esse, quia illa forma solum petit radicare fidem, et spem informes, seu ut subsunt determinate statu peccati mortalis, quo deposito, sicut evanescit peccatum, ita et illa forma recedit ad præsentiam gratiæ perfectioris, et sanctificantis.

ülfcü-tlT. Sed hoc nihil est, et refellitur ex eodem D. Thoma, quæst. 14 de veritate, quæ est de Fide art. 7, ubi contra asserentes habitum fidei informis expelli per habitum D.IhH. fidei formatæ ita arguit : *Nihil expellitur nisi per suum oppositum. Si igitur per habitum fidei expellitur habitus fidei informis, cum non opponatur ei, nisi ratione informitatis, oportebit ipsam informitatem esse de essentia fidei informis, el sic erit per essentiam suam malus habitus, nec poterit esse donum Dei.* Quod argumentum vel nullius est roboris, vel a fortiori tenet in forma illa adæquata cum virtute informi. Non enim possetper gratiam sanctificantem destrui, nisi quatenus ipsi contraria : sed non potest esse contraria nisi ratione informitatis : ergo ratione informitatis destruetur : sed informitas est illi essentialis, utpote quæ nec est, nec esse potest absque peccato mortali, et solum deservit ad radicandum habitus informes : ergo essentialiter esset malus habitus atque ideo nullatenus donum Dei. Explicatur hoc; forma illa aliter se haberet ad informitatem, quam se habeant fides, et spes : nam fidei, et spei e-t accidentalis omnino informitas, utpote quæ adest, et abest absque subjecti corruptione : formæ vero illi non adest, nec abest absque sui destructione; quinimo ita alligatur peccato, quod illo posito ponitur, et ablato aufertur. Sed juxta D. Thomam si hoc competeret habitui fidei, esset illi essentialis informitas, et non esset donum Dei; sed habitus per essentiam malus : ergo formæ illi est essentialis informitas, consequenterque non est donum Dei, sed habitus per essentiam malus.

Alia impugnatio. Confirmatur, et explicatur ulterius ex eodem D. Thoma 2,2, quæst. 19, ubi docet duo, et quod se habet servilitas ad timorem, sicut informitas ad fidem; et quod si servilitas esset de ratione timoris, *oporteret, quod timor servilis simpliciter esset malus,* idem abs dubio dicturus, si informitas esset de ratione fidei : sed informitas est de ratione illius formæ, utpote quæ esse nequit absque peccato : ergo illa forma non est donum Dei, sed est malus habitus.· Vel si ita non est; nec etiam est, cur destruatur ad præsentiam gratiæ sanctificantis, sed illi coexistere, et potest, et debet. Quo posito non est quare non radicare possit fidem, et spem, sicut antea; vel otiosa, et superflua manebit in subjecto, uti de habitu informi deduxit D. Thomas, casu quo esset distinctus ab habitu formato.

Alia. Confirmatur denique ex eodem D. Thoma loco citato ex quæst. 4, solut. ad 1, *quia quando imperfectio est de ratione imperfecti, tum oportet, quod adveniente perfectione, imperfectum excludatur.* Et ita contingit in fide in præsentia visionis. Sed prædicta forma cum informitate excluditur ad adventum gratiæ, ut ille affirmat. Ergo imperfectum, non utcunque sed peccaminosum , est de ratione illius formæ; atque ideo non debet inter dona Dei conputare ex mente D. Thomæ.

Evertitur ille dicendi modus alio motivo 6G. Ex alio etiam capite opponitur doctrina illa doctrinæ D. Thomæ. Nam admissa illa forma, et supposita ejus fine radicandi, et conservandi fidem informem in absentia gratiæ sanctificantis statim, imo in ipsomet instanti peccati mortalis, in quo est non esse gratiæ habitualis sanctificantis, esset prædicta forma, ne in aliqua vel brevissima ducatione salvaretur fides sine radice ahqua supernatural! ex parte subjecti, consequenterque in eodemmet instanti, in quo homo peccat, infunderetur ipsi a Deo forma prædicta. Consequens est falsum, et absurdum. Ergo falsum, et absurdum est comminisci adeo singularem formam su-

pernaturalem, quæ infundi petat in actuali commissione peccati mortalis. Major est vera juxta illam doctrinam, imo et est propositio necessaria in illa sententia, in qua necessarium est ad conservationem fidei in homine peccante, adstruere formam, quæ solum cum peccato existât, et cum peccato excludatur, et eam profecto supernaturalem ; alias nihil diceretur. Minor vero (quam negat Godoy, non pro inconvenienti, sed necessarium ducens quod continetur in Majori hujus discursus, ut constat ex num. 187, ideoque, concedit sequelam), non melius probatur, quam ex D. Thoma loco citato de verit. in eodem art. 7, ubi pro absurdo, et inconvenienti reputat, quod homini actualiter peccanti infundi debeat habitus fidei informis, per hæc verba : *Nec est probabile, quod dicunt, quod tunc iterum donum fidei informis ei infundatur.* Et tradit rationem satis claram, et efficacem : *quia sic ex hoc ipso, quod aliquis peccat, disponeretur ad recipiendum aliquod donum a Deo,* a quo avertitur peccando, et cui fit injurius, et invisus. Incredibile autem est, nec ullo rationabili fundamento, vel ab authoritate, vel a ratione fulciendum, teneri Deum in hac providentia, ad dispensandam suam gratiam illi, a quo offenditur, et in eodemmet instanti, in quo gravis injuria ipsi irrogatur. Illud vero quod ostenditur de conservatione fidei informis, nullum est ; quia fides informis naturaliter conservari potest non deficiente proprio, et immediato subjecto, quod non deficere manifestum est cum sit in intellectu. Aliunde vero fides quoad substantiam non est de numero illarum virtutum, quæ indivulse gratiam comitentur, nec eliam destruitur a peccato, nisi infidelitatis : semel ergo atque fuerit infusa non indiget speciali radice ex parte animæ ad sui conservationem, sed quandoque existit cum gratia, sed viva, et formata ab eadem gratia; quandoque vero cum peccato, sed ob ejus consortium mortua, et informis. Quæ fuit doctrina D. Thomæ in solut. ad 8 ejusdem articuli, ubi ait, *quod fides formata tollitur fornicatione, et aliis peccatis mortalibus, excepto peccato infidelitatis, non quantum ad substantiam habitus, sed quantum ad formam tantum.*

ejuMkrn irnpügDa-tl0· Tandem refellitur illa forma ex duplici capite, pluribus aliis omvsis, quæ ncc lubet, nec vacat prosequi, et expendere. Tum, quia repugnat donum entitative supernaturale, cui repugnet conjungi cum gratia, et amicitia Dei authoris supernaturalis, ut ex terminis constare videtur, et ostendi potest inductione utriusque ordinis sive naturalis, sive supernaturalis; quippe nullus est effectus naturalis, cui repugnet in Deum, ut in authorem naturæ collimare ; et multo melius, et urgentius in ordine supernatural!. Et ratio est : quia causa efficiens et finalis mutuo sibi correspondent, nec latius patet in Deo ratio causæ efficientis, quam finalis : atque ideo quod a Deo ut ab speciali autbore efficienter producitur, non est unde ei repugnet ipsum Deum ut causam finalem respicere: sed formæ illi repugnat Deum ut causam finalem attingere; siquidem ei repugnat conjungi cum gratia et Gbaritate : ergo repugnat illi, quod sit donum supernaturale. Tum etiam, quia implicatorius est conceptus forma is adhuc inadæquatus naturæ divinæ participatus, cui essentiale sit commercium cum peccato, et existentia cum illo : sed forma illa saltem inadæquate participaret conceptum formalem naturæ divinæ : ergo implicatorium est omnino ita illam alligare peccato, ut sine illo nec infundi, nec existere possit. Consequentia constat. Major videtur per se nota, est quippe natura divina summa, et infinita sanctitas, cui ex omni capite, et ex quolibet prædicato sanctitatis competit excludere, vel saltem non importare peccati consortium. Minor vero suadetur : quia forma illa formaliter participaret conceptum naturæ divinæ prout intellectualis, obiretque in ordine supernatural! munus naturæ; alioqui non posset radicare fidem, et spem adhuc informes : ergo esset participatio formalis naturæ divinæ. Ex quo rursus sequeretur, ea fieri hominem consortem naturæ divinæ, utpote quod esset ejus eflectus formalis immediatus, sicut est effectus gratiæ sanctificantis constituere hominem Deo acceptum, et sanctum. Alias vero annecteretur essentialiter cum statu peccati, sine quo nec esset, nec infunderetur a Deo : ergo esset, et non esset participatio formalis naturæ divinæ.

PraKh-e:l3T eJspte. Nec valet respondere suppositionem peccati esse accidentalem tali formæ, ipsamque solum intendi per modum radicis respectu fidei informis, quin respiciat informitatem. Nam contra est : tum quia negari non potest in prædicta forma importari vel connexionem, vel connotationem determinatam cum statu peccati; siquidem

siquidem non potest absolvi ab ejus consortio, et coexistentia : hoc autem ad intentum sufficit, ut patet a simili in hac eadem materia. Quia eo ipso quod aliquid sit vel connexive, vel connotative determinate supernaturale, per legitimam Consequentiam inferunt Godoy, et communiter Theologi, esse absolute, et simpliciter supernaturale; ideoquejuxta ejus, et veram sententiam, quod est entitative naturale, nequit determinate connotare aliquid supernaturale, aut connexionem cum illo ordine importare. Tum etiam : quia si fides informis, aut timor servilis absolvi non possent, vel ab informitate, vel a servilitate, nec etiam esse possent donum Dei, sed necessario computarentur inter habitus pravos, ut constat ex discursu, et legitima illatione D. Thomæ, sed forma illa de facto habet, quod competeret fidei, aut timori non denudabili ab informitate, vel servilitate : ergo nequit esse donum Dei, nec consequenter forma supernaturalis. Minor constat : nam quod competeret fidei in illo casu solum esset non posse ab informitate denudari, ideoque infert D. Thomas fore informitatem de intrinseca ratione ibius : sed illa forma non est denudabilis ab informitate, siquidem nec infundi, nec esse potest absque consortio cum peccato, ut supponitur : ergo de facto illi competit, quod si competeret fidei juxta D. Thomam, esset habitus pravus.

uti-Si. 68. Nec iterum proderit recursus ad materiale peccati, quod est connexum cum formali, quin obsit, quod illud sit a Deo tanquam a vera causa efficienti : hoc vero dumtaxat a creatura, inquam ut in primam omnino illius causam, et nullatenus in Deum, revocari debet. Non, in quam, proderit, si forte hoc exemplo elidere quis conetur discursum factum. Nam Deus non concurrit ad materiale peccati materialiter sumptum ut causa specialis ; sed ut causa universalis, cujus est permittere defectus causarum particularium, sive physicos, sive morales, quin ipsi imputari, aut attribui debeant ex vi hujus. Si vero concurreret, ut causa specialis, et specialissima, non posset attingere materiale, quin ex vi illius concursus attingeret etiam formale. Et hac ratione tam D. Thomas, quam ejus discipuli constanter affirmant, nec Angelum in primo instanti, nec hominem in primo omnino actu posse peccare; quia moventur specialiter a Deo. cui non posset non imputari peccatum, si Angelus in primo instanti deficeret, vel humo in primo omnino actu indeliberato non recte procederet. Constat autem ad præintentam formam se habere Deum ut causam specialem, utpote quæ infunditur, et infundi petit a solo Deo. Ergo vel debet esse talis, quod absolvi posset ab informitate peccati ; vel si ab hoc denudari nequit, non potest non esse forma repugnans, et contradictionem implicans. Qua etiam ratione Angelicus Præceptor cum omnibus discipulis docet prorsus implicare Deum se ipso immediate efficere in intellectu creato errorem, sive actualem, sive habitualem, ut cum ipsis statuimus tract, de Fide, disp. 2, dub. 2, quia nimirum in eo eventu operaretur ut causa particularis illius erroris, subindeque in ipsum foret refundendus.

Légitima objeetio- 69. Relicta ergo illa' solutione, quæ hujus formæ existentiæ innitebatur, simul respondendum est principali replicæ, et diruendum motivum adstruendi prædictam formam, unum quippe ex alio pendet. Ad instantiam ergo supra factam negandum est primum Antecedens. Et ad ejus probationem negatur iterum Minor, ad cujus probationem constat ex dictis tract, de justificatione disp. 2, dub. 6, g 9, n. 234, ubi huic eidem difficultati ex alio motivo occurrimus. In præsenti vero falso supponitur animam per modum virtutis proximæ, et ut *quo* præstare influxum in assensum fidei, aut alios actus supernaturales; quocirca superflue, et inutiliter disquiritur, et annumerantur principia, unde illi proveniat virtus influendi. Quamvis namque anima influat immediate ut *quod,* et per modum subsistentis in omnes ejus operationes, sive naturales, sive supernaturales; ad nullam vero illarum concurrit ut *quo* per modum virtutis proxime agendi, et operandi; cum esse nequeat substantia aliqua creata in hoc sensu immediate operativa, ut supponimus ex vera philosophia a N. Gomplutensibus, et omnibus aliis D. Thomæ discipulis tradita ex Philosopho, et A_ngelico Præceptore. Si autem adactus naturales non influit anima ut quo proxime, per modum virtutis, nequit esse ratio, quæ compellat ad id non etiam asserendum de actibus supernaturalibus.

vita ordinis naturalis et cius conditiones. Unde solum potest esse difficultas in explicando, qualiter stet vitalitas supernaturalis in potentia intelleciiva ratione virtutis supernaturalis, quin supponitur radix intrinseca illius in anima ; cum tamen in

ordino naturali non sit potentia vitalis, quæ actu non radicetur in forma viventis. Quo motivo ductus Godoy, formam illam jam repudiatam excogitavit, quasi eodem prorsus modo in hac parte de utroque ordine foret theologizandum. Quod tamen longe abest. Nam esse naturale, cum sit primum, et nullum alium rerum ordinem supponens, est veluti fundamentum, et quasi sustentaculum omnium aliarum perfectionum accidentalium sive ordinis natura?, sive ordinis gratiæ. Et ideo citra miraculum nullum est accidens naturale, quod non insit proprio subjecto, vel communi, juxta conditionem accidentis. Porro potentiæ vitales quia proprietates sunt ipsius viventis, numquam separantur a forma viventis, a qua per dimanationem oriuntur ; quocirca non est invenire actum naturalem vitalem, qui non procedat immediate ut a ratione proxima, intelligendi v. *g*. ab intellectu, et mediate, ac radicaliter a natura, et sic de reliquis. Quod adeo verum est, ut juxta meliorem, ac saniorem philosophiam, potentiæ et actus vitales in ratione vitalium separari nequeant a principio radicali viventi; sed eo ipso quod disjungerentur ab illis, amitterent vitalitatem, ita ut intellectus, aut intellectio lapidi v. g. unita non explicarent majorem vitalitatem, quam calor, aut calefactio ligno affixa; et inde oritur per nullam potentiam fieri posse, ut Petras exempli causa, intelligat, et vivat per intellectionem Pauli, aut e contra : hacque ratione ducti Theologi, maxime Thomistæ, et alii plures merito affirmant, animam Christi Domini adhuc inspecta divina omnipotentia omnino a legibus absoluta, intelligere non potuisse intellectione increala, ut fuse ostendimus tract, de scientia Christi, disp. 1, dub. 3, et sententia affirmans aliqua inuritur censura de quo ibi.

Vita ordinis supernaturalis perfecta.

70. Ordo vero supernaturalis cum sit accidentalis, et deserviat ad evehendas, ?cn e^evan<^as vires inferiores, quæ impotentes, et omnino insufficientes sunt, nisi fulciantur, et roborentur virtute hujus ordinis, non observat, nec observare petit eam correspondentiam, quam ostendimus in naturalibus ; sed potest perfectius, aut imperfectius communicari ad hunc sensum, quod interdum elevetur nedum anima per gratiam sanctificantem, sed etiam ejus potentiæ, mediis virtutibus, et donis ipsam utpote proprietatibus comitantibus. Et hæc est perfectior elevatio, quæ quoad speciem haberi potest communiter loquendo, in statu vim, in quo peregrinamur a Domino; licet possit esse, et sæpe sit intensior, aut remissior, juxta beneplacitum divinum distribuens sua dona, prout vult. Et in hoc casu nou tantum principia proxima sunt supernatural ia, sed etiam illorum radix iutrinseca, et intrinsece afticiens animam, et absque difficultate percipitur, qualiter actus sit supernaturalis, et vitalis in hoc eodem ordine : procedit enim ab anima elevata per gratiam intrinsecam, et a potentiis naturalibus constitutis in actu supernatural! per virtutem propriam hujus ordinis, et accommodatam indigentiae cujuslibet potentiæ, ita ut in intellectu sit lumen, ad assentiendum, et cognoscendum, in voluntate virtus ad diligendum, et desiderandum. Quod ratione, et exemplis satis perspicuis jam supra elucidatum relinquimus cum D. Thoma,

Quia tamen in hoc eodem ordine sunt aliquae operationes non adeo perfect®, quod gratiæ sanctificantis consortium necessario exoptent, licet illud non positive excludant; uti de dono Prophetiae, interpretatione sermonum, et aliis pluribus excitationibus, et motibus voluntariis, et de assensu fidei, et inclinatione spei, nobiscum affirmare tenentur adversarii. Idcirco pro his, et similibus actibus non designanda est ex parte animae radix aliqua, vel naturalis, ut patet, alias natura esset radix gratiæ; vel supernaturalis, utpote quæ solum exigitur pro operationibus in hoc ordine perfectis quibus est divortium cum peccato, quæque attingentiam ultimi finis supernaturalis, et ejus rectitudinem in subjecto supponunt. Quales esse actus virtutum moralium saltem per se loquendo, et ex natura rei constat ex dictis in arbore virtutum agendo de virtutibus infusis, et est perpetua doctrina D. Thomæ. Cæteri namque actus, sicut non sunt actus virtutis proprie dictæ, ut de fide informi expresse affirmat D. Thomas loco citato de veritate; ita non supponunt exercite gratiam sanctificantem. In hoc ergo casu non elevari debet immediate ipsa anima, sed tantummodo potentia ilia elicitura actum v. g. fidei, qua in actu constituta lumine fidei ejus assensus evadit supernaturalis, et vitalis in eodem ordine; quin aliquid debeat refundi in animam, ut in rationem agendi proximam. Et ratio a priori, et clarissima sumitur ex duplici capite. Tum, quia anima, ut jam tetigimus, et est semper

por ob oculos habendum, non agit in ullo ordino proxime, nisi per potentiam, quæ ejus virtus proxima, et adæquata est; et ideo neque intelligit, nisi mediante.intellectu, nec diligit, nisi per voluntatem. Tum etiam nam quod actus sit supernaturalis, vel naturalis, non regulandum est penes principium radicale, sed penes proximum, et immediatum, a quo actus et speciem, et perfectionem vindicat cum subordinalione ad terminum, seu objectum attingendum. Et ita videmus in naturalibus, operationem esse de linea accidentis, et eo perfectiorem, quo principium proximum fuerit intensius, aut perfectius ; cum tamen principium radicale, quia substantia est, invariabile sit, nec suscipiat magis, et minus. Cum ergo intellectus elevetur lumine fidei eoque constituatur in actu omnino proximo ad assensum ; non est necessaria, alia elevatio immediate facta animæ, ut ipsa medio intellectu illuminato erumpat in actum fidei, et sic de reliquis : nec est unde aliquid naturale oporteat proxime concurrere ad prædictum actum, in quo nihil naturale est, refutentur adversarii.

71. Sed replicabis adhuc. Actus ille fidei est vitalis : non vitalitate gratiæ, quam non supponit : ergo vitalitate animæ, quam prærequirit. Patet Consequentia : quoniam vitalitas adæquate dividitur in naturalem quæ provenit ab anima, et supernaturalem, quæ fundatur in gratia. Minor etiam constat; quoniam, gratia non confert vitalitatem actui, quem non radicat, sicut anima non vivit per actum, ad quem ut radix non supponitur : sed gratia non supponitur ad actum fidei informis, nec illum radicat : ergo prædictus actus nequit esse vitalis vitalitate gratiae. Major primi syllogismi est etiam perspicua : nam licet fides absque gratia sit mortua peccato, quatenus non habet Deum ut ultimum finem moralem, sed bonum proprium a Deo aversum, in quo ultimo sistit tota peccatoris intentio; negari tamen non potest, hominem dum asseotitur mysteriis fidei, vere vivere absolute vita physica per illum assensum. Quis hoc neget? Certe in hoc dissentire perinde esset, ac asserere hominem ipsum actu intelligentem nec actu vivere, nec intelligere intellectione illa, qua intelligit et vivit; quod esset irridendum. De hac ergo vita quæ non est viva per gratiam, sed est et dicitur in illo sensu mortua, intellecta illa propositione majori, procedit argumentum. Quod quidem convincere videtur, supposita veritate Minoris, quam negare non possumus; ne reincidamus vel in sententiam, asserentem permanentiam gratiæ habitualis cum peccato, quod repugnat : vel in aliam a Godoy excogitatam, et jam convulsam. Rursus vero urgeri, et explicari potest sub hac forma. Non minus principium proximum vitale petit consortium principii radicalis, quam actus vitalis postulet conjunctionem cum principio proximo vitali : Sed repugnat actus vere, et exercite vitalis, cui non conveniat conjunctio exercita, cum principio proximo vitali : ergo etiam repugnat principium proximum vitale, non exercite conjunctam cum radice illius vitalitatis proximæ. Sed radix illius vitalitatis proximæ non est gratia sanctificans, aut alia forma supernaturalis. Ergo debet esse natura rationalis ratione vitalitatis propriæ : vel si hæc non est, nec fides illa est vitalis, nec consequenter ejus assensus. Quod ne devoretur, deveniendum est, vel in formam supernaturalem distinctam a gratia, vel in naturam rationalem; alioqui salvaretur principium proximum vitale, absque radice vitalitatis, quod etiam est falsum. Nullum ergo est caput vitandi aliquod illorum inconvenientium, nisi asserendo naturam rationalem proxime, et immediate concurrere cum habitu fidei informis ad assensum supernaturalem.

Respondetur ad priorem partem objectionis concedendo Majorem, et Minorem, et negando Consequentiam : quia licet actus supernaturalis fidei informis, non supponat gratiam sanctificantem, a qua de facto oriatur, est tamen in eodem ordine cum illa, et ab ea sumitur ut a dispositione remota initium nostræ justificationis provenientis a gratia habituali. Et ex hoc capite sibi vindicat vitalitatem supernaturalem illam pure, ut ita dicamus, physicam, quam intendit argumentum, quin ex vi hujus petat radicari exercite, et immediate in gratia sanctificante. Et ratio est, quia dispositio remota eo ipso quod remota est, non supponit formam, ad quam disponit, et aptat, et viam parat ad eam obtinendam ; vel voluntarie ; ut accidit in præsenti, vel naturaliter, ut contingit in formis naturalibus. Cujus oppositum opposita de causa convenit dispositionibus concomitantibus, quibus competit radicari in forma ab caque provenire, atque ideo illam supponere. Unde in or-

Fit.sa,is objeciionis parti,

dine supernaturali duplex modus vitalitatis est distinguendus; alter perfectus, qui provenit a prima forma dante esse supernaturale immediate animæ per se ipsam, et simul a potentiis virtutibus ipsam formam comitantibus ; vi cujus fit perfecta renovatio interior totius hominis, et omnium ejus vitium, ut late explicuimus tract, de Justificatione disp. 1. Et hoc est proprium gratiæ habitualis, quæ ideo in hoc ordine est, et vere habet munus naturæ elevantis, et constituentis animam rationalem vere consortem cum Deo in natura divina, licet cum distantia infinita. Quocirca virtutes illae, quas diximus supra esse omnes morales ; et eorum actus, semper sunt perfecte vitales in hoc ordine, ut non negat, sed supponit argumentum. Alter vitalitatis modus est in hoc ordine imperfectus, et divagatur per virtutes, et auxilia transeunter deservientia actibus supernaturalibus, quibus ex sua specie non repugnat existere cum peccato lethali, de quorum numero sunt actus Fidei, et Spei. Qui quidem sicut non petunt supponere gratiam sanctificantrm, ita ex consequenti non requirunt vitalitatem propriam illius; nec similiter postulant animam immediate elevatam, et constitutam in esse supernaturali per aliquam formam. Solum ergo est necessarium, ut ipsa sit capax se disponendi juxta propriam conditionem, et modum operandi paulatim, et de imperfecto ad perfectum progrediendo. Quod sane fit mediis actibus fidei, Spei, timoris, etc., quos ex Tridentino memoravimus. Porro ad id sufficere potentiam obedientialem animæ, cunstat ex illa propositione D. Augustini, *posse habere fidem naturæ est hominum,* eo quod potentia obedientialis naturaliter convenit homini ; *habere autem gratia est fidelium.* Quam usurpat D. Thomas 1,2, quæst. 113, art. 10 : *quia naturaliter anima est gratiæ capax, eo enim ipso quod facta est ad imaginem Dei, capax est Dei, per graliam, ut Augustinus dicit.* Hanc vero capacitatem proxime activam non esse sed immediate passivam ad reciendam supematuralem virtutem, media qua operetur, satis supra ostendimus, et clare ultra ibi dicta docuit Augustinus ad Psal. 32, super illa verba : *Verbo Domini Cœli firmati sunt, el spirilu ejus omnis virtus eorum,* ubi non dicitur aliqua virtus, sed *quod omnis virtus* Spiritu ejus firmata sit, et ideo infert Augustinus : *Ibi non habuerunt aliquid ex se, et tanquam supplementum a Domino perceperunt : Spiritu enim oris ejus non pars, sed omnis* t'irluj *eorum.*

D· Au- **u4'*

D.Thom.

72. En quam merito concessimus actum illum fidei informis esse vitalem in sensu explicato, vitalinte scilicet priore Physica, et in ordine supernaturali imperfecta. Concessimus etiam Minorem, eo quodhæc vitalitas non fundatur in gratia sanctificante, sed in eam remote collimat, et ad eam disponit. Sed negavimus Consequentiam, nempe quod fundetur in natura, ut activa est, vel activitatem proximam explicat in actum fidei, quod non probatur ex præmissis : anima enim licet naturaliter habeat potentiam obedientialem ad recipiendam gratiam, non tamen virtutem ad eam comparandam, nam *habere gratiam est fidelium* ut inquiebat Augustinus. Unde ad ibos actus informes concurrit animant quod, et intellectus per modum potentiæ, et lumen fidei, ut totalis virtus; *Spirilu enim oris ejus non pars, sed omnis virtus eorum,* teste eodem August.

Hinc ad secundam partem objectionis, qua prima urgebatur, constat negandamr μκ esse Majorem, cujus falsitas constat, tum in dono prophetiae, et aliis auxiliis dispensatis ad actus supernaturales, pro quibus non supponitur indispensabiliter gratia sanctificans; cum tamen impossibilis sit actus supernaturalis absque principio intrinseco, vel saltem extrinseco supernaturali, ut etiam docent adversarii. Tum etiam, quoniam illa Major ad summum tenet in virtutibus illis, quibus repugnat existere cum peccato gravi, qualem esse charitatem est plusquam certum, et id competere Pœniteniiæ relinquimus determinatum ; quidquid sit de aliis. Tum denique, quia actus est essentialiter egressus a principio, et ideo implicatorius est actus supernaturalis, qui egressus non sit a principio supernaturali. Principium vero est quid permanens, et non petit ex genere suo actualiter semper egredi a principio radicali, maxime quando est imperfectum, et disponit ad formam perfectam, ut constat ex dictis. Deficiente autem et fallente Majori, ruit totus discursus, et nullæ sunt illationes illi annexae.

§ VII

Reliqua ejusdem sententiæ argumenta dissolvuntur.

73. Arguitur tertio, el instatur contra solutione©,

solutionem. et doctrinam hactenus tradi-
Us, urgendo principium illud per se ηυ-
tum. quo viventi.i a non viventibus distin-
gauutur, quodqtie in nostra sententia vix,
aut logerrime salvari videtur. Nam ad ra-
tionem principii vitalis non sufficit esse
intrinsecum agenti, ipsique inhærerc; sed
insuper desideratur, quod ab intrinseco
dimanet, aut proveniat. Sed virtus super-
naturalis licet intrinseca sit animæ, eique
inbæreat ut snbjecto *Quod;* media potentia
ut subjecto *Quo* (in hoc enim non dissen-
tiunt Authores alterius sententiæ) ; non
tamen dimanat ab intrinseco ; sed penitus
provenit a principio extrinseco, et extrin-
sece agente. Ergo virtus supernaturalis
non est unde possit subire munus princi-
cipii vitalis. Consequentia sequitur ex
præmissis. Minor est certissima, etenim
sive gratia sanctificans, sive virtutes, et
dona, sive quaelibet alia auxilia hujus ordi-
nis, hoc ipso quod supernaturalia sint,
procedunt ab agente supernaturali; et con-
sequenter totaliter ab extrinseco; nulla
eorum inventa, aut assignabili radice in
natura, a qua originem ducere, aut pullu-
lare possint. Major, in qua est totius diffi-
cubatis nodus, sequentibus probationibus
efficaciter suaderi videtur. Primo, nam
per hoc, quod forma sit intrinseca sub-
jecto, non evincitur eam esse vitalem, ut
patet in calore, qui non solum est intrin-
secus igni, sed etiam aquæ calefactæ ; cum
tamen respectu hujus sit forma violenta,
et respectu ignis proprietas naturalis :
quo irca calefactio nec respectu ignis, nec
respectu aquæ est actio vitalis. Secundo,
quia non ob aliam rationem species im-
missæ ab objecto n »n sunt vitales, nisi
quia licet iiiuincese inhæ'eant potentiæ,
ab extrinseco tamen illi conveniunt. Ter-
lio (et est ratio a priori) nam virtutem
esse intrinsecam agenti per illam' est quid
commune per se loquendo cuilibet agenti,
ut inductione constat. Ergo ultra hanc
conditionem communem omni virtuti, ad
vitalitatem requiritur aliquid specialius :
non est autem aliud, quam quod non de-
beat nec operatio, nec virtus vitalitati de-
serviens ab extrinseco movere; cum sit
de ratione vitæ se ab intrinseco movere :
ergo ad rationem principii vitalis necessa-
rium omnino est, ut non proveniat ab ex-
trinseco principio.

Nec refert si cum communi Thomista-
ti rum doctrina fiat satis huic argumento,
recursu ad gratiam sanctificantem, a qua
ut a radice dimanant virtutes supernatura-
les ; quocirca illarum actus non procedunt
ab extrinseco , sed a principio intrinseco
radieali, et proximo vitæ supernaturalis;
quantumvis anima virtute propria nullam
vitalitatem, aut influxum proximum exhi-
beat pro eliciendo actu supernaturali : et
hnc modo salvatur, quod principium non
solum sit intrinsecum animæ, et voluntati,
sed etiam quod intrinsece se moveat per
illud, ut est necessarium ad salvandam
conditionem vivendi.

Impugnatur.

Nam contra insurgunt, et urgent adver-
sarii. Tum quia quod gratia radicet virtutes
solum probat gratiam cum virtutibus agere,
non vero quod ipsa anima vere agat, dili-
gat, aut pceniteat; cum totus influxus
procedat a gratia et virtutibus, nullus vero
ab anima. Quid ergo refert (inquient) gra-
tiam, et virtutes influere, si anima non
influit, sed mere passive, et obedientialiter
se habet, ad gratiam, et virtutes influen-
tes? Tum etiam, quia licet in concreto,
anima denominetur agens ab actione in
ipsa recepta; hoc tamen non est vere
agere, sed dumtaxat sustentare actionem,
seu substerni virtuti actionem elicienti,
uti se habet aqua ad calorem. Constat au-
tem aquam non calefacere vere, et proprie,
sed tantum denominative, et improprie,
quippe cui violentus est calor, et conse-
quenter ejus operatio : ergo similiter
quantumvis gratia existens in anima me-
diis virtutibus ab ea profluentibus influat
in actus supernaturales; non idcirco anima
vere aget, et vivet per ejus operationes,
sed dumtaxat denominabitur agens ad ins-
tar aquæ calefacientis. Tum denique, quo-
niam si anima non radicaret intellectum,
et voluntatem ut sunt potentiæ vitales in
ordine naturali, neutiquam per illas vive-
ret, quod maxime verum est in doctrina
Thomistarum paulo superius relata : sed
anima non radicat, aut gratiam, aut virtutes
supernaturales, ut in confesso est apud om-
nes : ergo anima nequit vivere per opera-
tiones a gratia, et virtutibus totaliter
prodeuntibus. Ut ergo vivat supernatura-
liter operando, necessarius omnino est
immediatus, et partialis influxus ipsius
animæ ; quo posito absque ulla difficultate
percipitur eam cum gratia supernaturaliter
vivere; sed eo negato, et toto influxu in
gratiam reducto vix intelligitur, qualiter
non se habeat mere passive in operibus
supernaturalibus.

Urgetur impugnatio.

Et ut id magis appareat, ponamus (in-

quit Ripalda sect. 13, n. 53), præcedero in anima gratiam sanctificantem supernaturalem, quæ est raiix remota totius supernaturalitatis Quo posito, habitus, aut alia qualitas naturalis non potest ossa principium proximum supernaturalitaiis non ob aliud, nisi quia habitus naturalis non continet supernaturalitatem : sod anima etsi sit radicaliter vitalis respectu actuum naturalium, non continet virtutes supernaturales, nec eas radicat : ergo sicut in casu posito habitus naturalis nullatenus influit in actus supernaturales, sed pure passive, imo, et concomitanter se habet; haud dissimiliter tota vitalitas animæ, si non influit immediate partialiter in actum supernaturalem, se habebit passive ad actus supernaturales, subindeque per illos neutiquam vivere poterit.

Resch-tnr argumen-loni in Ad-versa-rios.

74. Hoc argumentum, qua potuimus diligentia pressimus, ne aliquid dissimulare. aut viribus illius derogare videremur : et tamen facile illi occurritur ex supradictis, et tota ejus efficacia retunditur, et intorquetur contra adversarios, reassumendo principium illud uni, et alteri parti communi sub hac forma. De ratione vitæ est procedere a principio intrinseco se movente, nam vivere est agere, et se movere ab intrinseco : eed de ratione vitæ naturalis est procedere a principiis intrinsecis naturalibus, quibus vivens naturaliter se moveat, et agat : ergo de rationo vitæ supernaturalis est similiter procedere a principiis intrinsecis hujus ordinis, quibus supernaturaliter se moveat, et agat vivens. Sed vita, qua homo vivit eliciendo actum supernaturalem vel charitatis, vel visionis beatæ vel Pœnitentiæ etc. est vita supernaturalis, ut ipsi adversarii docent, et ab initio supposuimus : ergo ad hanc vitam supernaturalem sartam, tectamque servandam, ut oportet, necessarium omnino est omnia ejus principia intrinseca, et immediata esso supernaturalia : non ergo exigitur ad supernaturaliter vivendum influxus naturalis, quin repugnat. Patet utraque Consequentia ratione, et paritate vitæ naturalis, in qua maxime urgent suas probationes adversarii. Tunc nitra : non est contra rationem vitæ naturalis, quod ejus principia efficienter proveniant a principio, seu agente extrinseco, quin imo id est omnino necessarium salvare, et statuere in omni, et qualibet vita creata, ut creata sit; sed cum hoc cohærerc debet, principia ab extrinseco agente producta esse vitalia intra ordinem natura*, ut per se patet in anima rationali, ejus intellectu. et voluntate respectu corporis, in humanitate verbi hypostatice ipsi unita efficienter a tota Trinitate, ut supra tetigimus : ergo nec etiam erit contra rationem vitæ supernaturalis, quod ejus principia proxima efficienter a Deo proveniant; quinimo erit omnino necessarium, dummodo illa principia sint intrinseca viventi supernatural!. Quod fuit argumentum Angelici Praeceptoris, et tam necessarium, ut juxta ipsius montem aliter non possit salvari, nec vitalitas, neelibortas actus supernataraiis, ut supra nos docuit, et expendimus.

Major primi syllogismi Adversariorum absolute, et ut assumitur , est evidentera falsa, si loquatur de omni et quolibet principio vitali, ut constat in anima rationali respectu corporis, a quo oriri nequit, in humanitate respectu verbi, in vita mortuo restituta, et aliis sexcentis. Si vero determinate fiat sermo de principio proximo per modum potentiæ, et proprietatis, vera erit absolute, et juxta communem providentiam, juxta quam in ordine naturali potentiæ dimanant ab anima, et virtutes supernato rah.s a gratia animam intrinseca afficiente. Sed in hoc sensu non favet adversariis in quorum sententia illa radicatio non est pure resultantia, aut dimanatio proprietatum ab essentia, sed est actio stricta, et rigorosa, media qua essentia concurrit ut agens extrinsecum ad producendas passiones; unde nullam vim facere possunt in ea radicatione, aut emanatione ipsi exosa, ut constat ex iis, quæ docent, N. Complut, lib. 2 Physic. disp. 10, S quæst. 5. Et ut consequenter loquantur, idem asserere, tenentur de proprietatibus gratiæ.

jrp.

µ1 ;

Accedit alius inconsequenti» defectus latens in illo principio, ut ab illis intelligitur ; solemnis quippe apud illos sententia est actum, et potentias vitales posse alteri, quam proprio subjecto communicari de potentia absoluta. Juxta quæ principia ipsis in aliis materiis obvia, illa Major non est propositio necessaria, nec subinde vera; cum stare possit ne dum principium proximum, sed et actus vitalis, intellectio v. g. posita in lapide, quæ a principio intrinseco non procedat, sed totaliter ab extrinseco. Non ergo in illorum sententia est contra rationem principii, aut actus vitalis procedere a principio extrinseco. saltem de potentia absoluta: consequenterque ad impugnandam nostram sententiam assumunt principium illis ipsis, sicut et nobis falsum, quod proinde negamus.

76. Ut vero ejus probationibus, quæ eo- Z£dein laborant defectu, occurramus, suppo- (fimus cum eisdem adversariis rationem formalem vitæ non salvari præcise in hoc, quod actus, aut forma utcumque intrinseca subjecto sit, alioqui durities ipsa lapidi intrinseca foret vitalis, quod est ridiculum. Sed requiritur ut illa virtus ita sit illi intrinseca, quod per eam se moveat ad agendum, ut causa principalis; officium quippe vitæ non est aliud, quam se ab intrinseco, idest per formam intrinsecam se movere, juxta varias vitæ conditiones, majoris, aut minoris perfectionis, quas non refert expendere, sed pertinet ad lib. de Anima, ubi videri possunt N. Complut. Quoad præsens vero clarissime explicatur ex dictis. Nam eo ipso quod anima, seu creatura intellectualis ad Dei similitudinem, et imaginem fuerit efformata, intra commensurationem sibi essentialem habet posse elevari ad videndum Deum, et operandum supernaturaliter juxta id quod ex D. Augustino, et D. Thoma supra retulimus. Cum vero in hac providentia, ut fide sanctum haberi debet, de facto ita fuisse elevatam, et evectam media promissione gratiæ, et auxiliorum supernaturalium ex meritis Christi Redemptoris; consequens necessario est, duplicem sibi vindicare vivendi modum, et naturalem, mediis virtutibus omnino naturalibus, et supernaturalem mediis sulerioribus auxiliis divinæ gratiæ. Porro iæc vel antecedunt hominis justificationem : et hoc modo non supponunt aliam radicem in animam, quam potentiam obedieutialem, ut supra dicebamus. Vel illam supponunt; et hoc pacto supponunt gratiam sanctificantem, et virtutes morales infusas, nec non dona supernaturalia. Stat vero discrimen nulla tergiversatione elidendum ab Authoribus oppositæ sententiæ, inter utrumque vivendi modum, quod ad primum solum concurrunt, sive proxime, sive remote principia omnino naturalia; au «ecundum vero, ob rationem oppositam solum debent concurrere proximo vires snpernaturales, et anima ratione potenti» obdientialis passivæ, vi cujus postulat posse vivere supernaturaliter : non quidem rationo virtutis naturalis, qua naturaliter fuit aucta, et donata, sed ratione auxilii supernaturalis, quo posito, et a Deo intrinseco recepto, illo se movet supernaturaliter, ex proprietate, et vigore, quo naturaliter se movet per vires naturales. Hoc enim consequitur ex illo principio, quod anima sit capax vivendi naturaliter per vires ab Authore naturæ receptas, et supernaturaliter mediis viribus a supernaturali agente dispensatis, ratione duplicis potentiæ, et naturalis, et supernaturalis. Nec est major difficultas, aut majus mysterium in uno, quam in alio. Et hæc est solutio inter arguendum proposita, quam non impugnant instanti» contra eam oppositæ, ut jam videbimus.

Eiidan-goiæ"* probatio-nes'

Ad primum ergo exemplum de calore, verum est, quod est intrinsecus igni, et proprietas illius; sed quia ignis per illum non se movet, aut determinat ad agendum, ut causa particularis, sel actus, et applicatus ab extrinseco agente; nec calefactio est intrinseca igni sed passo, idcirco non est principium vitale. Aliud namque est posse agere in externam materiam, seu in aliam; aliud vero se ipsum intra se ipsum agere, et movere ad agendum : et ad vitalitatem non sufficit primum, sed requiritur indispensabiliter secundum, in nostro vero casu per principium supernaturale a Deo animæ infusum se movet anima ad agendum intra commensurationem essentialem ; et consequenter ad vivendum juxta modum auxilii supernaturalis, quin ibi splendeant vires naturales, sed solum gratiæ cum potentia obedientiali; qua sola est anima capax recipiendi auxilia, et eis ut virtutibus operandi.

Prima,

Secunda,

76. Ad secundum exemplum de speciebus multi multa docent, quæ non vacat, nec libet examinare, de quo Magister Ferre tract. 3 de Visione Dei quæst. 6, § 14, n. 888. Breviter respondetur ex N. Complut, ad lib. de Anima, disp. 20, speciem ut immissam ab objecto extrinseco, quod solum convenit speciebus sensuum externorum, non explicare ex hoc respectu vitalitatem. Quod non aliud possunt probare oppositum opinantes, et libenter fatemur. Cæterum de speciebus, quæ vel ministerio sensuum internorum, vel intellectus agentis comparantur non apparet ratio, quare non sint vitales suo modo, scilicet per modum determinationis, et complementi, utpote quæ efficiuntur per actiones vitales, et ab intrinseco petunt ftecnndare, ac complere potentiam cognoscitivam, et non aliam ; cui obeundo muneri a natura sunt destinata, et instituta. Et

Ferre, N. Com-pQ'

ex hoc sibi intrinseca, et essentiali connexione cum vitalitate, non est cur qualem qualem vitalitatem eis non deferamus, sicut ex connexione essentiali cum supernaturalirate optime infertur conceui debere supernaturahtatem rei connexa», ut concedere tenetur Ferre ex adverso militans. Id quod etiam in speciebus supernaturalibus objecta naturalia repræsentantibus adhuc elucet ; hæ quippe supernaturahtatem a Deo infundente, et non ab objecto naturali desumunt, ut suo loco statuimus de speciebus Christi Domini. Et ex eodem capite vindicare sibi possunt praedicatum vitalitatis ; non quidem quod exerceant per ordinem ad Deum ; hoc enim non solum in speciebus, sed in gratia, et altis virturibus repugnat: sed quod accipiunt a Deo ut ab agente extrinseco, ut illud exerceant respectu actus, cui deserviunt intrinsece, ad instar formæ intrinsecæ complentis, et determinantis. Et quia earum vitalitas e^t hujuscemodi; non est necessarium, quod actus vitalis in specie ut in subjecto quo recipiatur; sed in potentia nuda connotante tamen speciem, et ipsius informationem : uti de accidentibus in persona Christi existentibus solet dici, nimirum ea non allicere immediate personam verbi, sed dumtaxat humanitatem, ut terminatam personalitate increata. Hinc ad tertiam probationem constat.

DdÎtur" data ar- occurri- turrjus tionibus

7"· Ad impugnationes autem contra solutionem ibi traditam, et supra in hac eadem solmione expensam, quæ verissima est, respondetur omnes illas procedere ex fa|sa imaeinatione Adversariorum, quasi sola virlus supernaturalis agat, non vero anima, sed sit ve'uti canalis, ut aqua defluat. Radix deceptionis est, quod non distinguunt inter rationem agendi, et causam agentem : causa namque agens non est virtus, sed anima, et ejus potentiæ ; ratio autem agendi proxima ipsi animæ, et ejus potentiis est virtus supernaturalis, uti ad agendum naturaliter se etiam habet virtus naturalis. Et solum stat diflerentia. quod virtus naturalis est ab authore naturæ, et convenit naturaliter; virtus vero supernaturalis est ab agente suoernaturali; sed dispensatur juxta beneplacitum ipsius. Præterquam quod aliud est, animam, et ejus potentias se habere passive ad recipiendum dona supernaturalia, quod libenter fatemur, et fatentur adversarii, aliud vero, et longissime a veritate alienum, ipsam animam, et ejus potentias post virtutes acceptas so cum illis passive se habere ad operationes elicitas media virtute. Hoc, inquam, nulla ratione probatur; sed ex dictis necessaria consecutione ii feriur oppositu m ; siquidem anima ex se hab· ı vivere naturaliter, et supernaturaliter; naturaliter per vires acceptas ex vi creationis; supernaturaliter per vires supernaturales superadditas, quas recipere poie>t, et recipit ut agat et supernaturaliter vivat, non ut passive, et inaniter so habet ut antea ; alioqui nihil proficeret illi suppeditasse vires supernaturales. Hoc ita clarum est, ut mirum sit in eo viros doctos impingere. Reco'antur supra dicta dc alis ad volandum additis, de corporo aliter ante animæ informationem, quam postea ad vitam se habente, quippe ad recipiendam animam passive, et nullo modo active se habet ; ea tamen recepta agit, et vivit non solum anima, sed etiam corpus, vivit, et operatur, ut ejus operationes corporeæ demonstrant. Quid ergo ardui, autchymene impossibilis obtrudi potest in eo. qnod anima in ordine ad vivendum supernataraliter pure passive, seu obedientialiter se habeat ante elevationem ; et quod elevata per gratiam modo explicato, totaliter, et adæquate vivat in hoc ordine per ipsam gratiam, quin inde possit inferri aliquid ex virtute naturali agere proxime, et immediate, ne pure passive se habeat, et ut inanime quoddam ? Qui enim hoc modo arguit, pariter etiam inferet corpus anima informatum et actuatum ad vivendum, nullatenus vivere, consequenterque ejus operationes solius esse animæ, non vero corporis; atque ideo nec Petrum videre, audire, currere, aut ambulare, sed solam animam. Quod est minus philosophicum; et Christo Domino appheatum ratione personalitatis divinæ, penitus absurdum, Unde patet ad primam impugnationem

78. Ut vero ejus, et sequentium æquivocationem detegamus observandum estD.Ttea.f ex D. Thoma quæst. 3, de Potentia, art. 8, quod si forma substantialis non est in se absolute, et simpliciter; est tamen ratio essendi toti, ideoque non est terminus (lui generationis, nec principium *Quod,* sed dumtaxat terminus *Quo* forma is illius, et principium *quo* agendi : ita virtus, sive naturalis, sive supernaturalis, non est quæ agit, est ratio agendi a'teri, ut albedo non disgregat visum, sed est ratio formalis disgregandi corpori albo. Quare actio non est virtutis nisi ut *Quo,* agentis vero perdiam, seu ratione illius est *ut Quod.* Etox sinistra horum tern.inorum inteliigoncia, qua tribuitur virtuti, quod est proprium agentis, ei o converso, proce lunt impugnationes adversariorum, et ipsis videtur perspicuum quod discipulis D. Thomæ hanc distinctionem a S. Ductore sæpius edoctis, falsitati apparet patenter obnoxium.

Un ie ad secundam negandum est Antecedens, quia sicut corpus actuatum M*· anima vere vivit, et persona Verbi humanitati unita vere operatur actiones humanas; licet anirna respectu corporis, et humanitas respectu verbi, sint proxime, et adæquate rationes agendi, quælibet in suo ordine : ita similiter anima elevata, et constituta in actu per virtutem supernaturalem vere in hoc ordine agit dum agit ex gratia; siquidem causa principaliter agens est I* ipsa anima, gratia vero solum est ratio proxima agendi : quocirca operatio est animæ ut *quod,* gratiæ vero solum ut *quo.* Ad probationem in contrarium respondemus non tenere exemplum illud caloris respectu aquæ : eo quod calor est contra inclinationem aquæ, et nulla est coaptatio in aqua ad calorem, sed potius violentia, et renitentia, Unde aqua solum exercet munus subjecti respectu illius qualitatis, et tota calefactio tribuitur calori, aquæ vero solum denominative. Cujus contrarium ipsemet arguens tenetur fateri in eodem calore respectu ignis ; hic quippe vere calefacit per ipsummet calorem, ut per virtutem sibi adæquatam, quin se ipsa immediate substantia ignis actionem eliciat, ut constat ex dictis supra. Cum ergo gratia contineatur intra commensurationem essentialem animæ, ut est imago Dei, et ista ex se ipsa sit capax vivendi in utroque ordine jam explicato media virtute cuilibet illius ordinis correspondente ; fit inde ut elevata per gratiam vivat in hoc ordine naturali ex principiis naturalibus; quare virtus naturalis illius perinde ibi est, ac si non esset ad proxime operandum in ordine supernaturali.

A i tertiam probationem, conceditur Antecedens, et negatur Consequentia. Et ratio disparitatis est perspicua ex dictis : quoniam illa radicatio naturalis est necessaria al vitam naturalem; si enim intellectus v. g. non ortum duceret ab anima ut a sui radice ; anima non haberet munus radicis respectu illius, unde solum passive se haberet tum ad potentiam, tum ad ejus operationem. Et hoc ideo, quia forma naturaliter vivere potens, ab intrinseco debet habere, quod se moveri possit, in ordine naturali : ut autem id ab intrinseco habeat; necessarium est ab ea profluere, ac dimanare potentias vitales; alioqui non esset unde secum afferret posse vivere, nec differret ab inanimatis, ut consideranti erit obvium. Hoc autem non esse necessarium, imo et repugnare in ordine supernaturali, vel ipsimet arguentes debent agnoscere; nisi velint ordinem supernaturalem pullu'are ab ordine naturali, in eoque radicari ut in principio immediato quod est falsum : nam ordo supernaturalis qua talis, est supra omnem exigentiam naturæ; atque ideo non potest oriri aliquid hujus ordinis a principiis naturalibus. Aliter namque anima se habere debet ad sibi debita, quam ad omne debitum superantia. Et ideo concesso illi munere radicis respectu potentiæ naturalis, neutiquam concedendum est ad supernaturalia omnino indebita. Nec ob id non vivet vere in ordine supernaturali, ut supra explicatum relinquimus.

Retundi- tor adversario- rum intentio.

Et quidem ad contrariorum intentum necessarium illis videtur probare Deum Authorem naturæ dumtaxat vitam producere posse, subindeque solum esse possibilem vitam naturalem. Interim tamen atque id non probent (nec probare poterunt cum sit improbabile) semper insistimus, et insistemus, in eo quod datur vita supernaturalis distincta a naturali, et quod hæc est vita participabilis a Deo, non subesse substantiali quod repugnat, sed subesseaccidentali, et quod de facto participatur medio lumine gloriæ, juxta illud Joann. *Hæc est vita ætema ut cognoscant le verum Deum.* Et in præsenti statu media gratia, et aliis virtutibus, ac auxiliis supernaturalibus, multo sublimius, ac perfectius participari possit a vita naturali ; atque ideo illis receptis modo explicato, vivit anima vita vere supernaturali, quin vita naturalis proxime aliquid ad eam conferat effective. Nec ideo in hac supernaturali, et accidentali vita negamus eam radicationem, quam in vita naturali concedunt Authores oppositæ sententiæ, et nos ut indubitatam supponimus. Nam a gratia sanctificante pullulant virtutes, et dona supernaturalia, ut a prima radice hujus ordinis et ex hoc capite currit paritas. Quod vero charitas, aut alia virtus supernaturalis nequeat esse homini ratio totalis vivendi supernaturaliter, quia nou radicatur in natura, non est unde probetur. Unde illo

concesso, et supposito, nentiquam ex illo, vel ex alio capite colligitur, ant colligi potest secundum.

i ltîmæ impa-gsahoni yatisù:.

79. Ultima impugnatio, qua rem confecisse fuit ratus ejus Author, penitus nostram sententiam fulcit, et oppositam destruit: nam si posita ex una parte inanima gratia sanctificante, et ex alia accepto habitu pure naturali eadem anima, recte ut efficaciter colligitur habitum esse non posse principium proximum supernaturalitatis provenientis a gratia, eo quod habitus naturalis non continet supernaturalitatem, ut ipse arguit et bene : eadem prorsus consecutione infertur vi tam naturalem animæ, quia non continet vitam supematuraiem, neutiquam posse proxime concurrere efficienter adactum supematuraiem. Si defectus continentiæ est idem, quare non etiam erit idem impossibilitatis modus ex una radice proveniens? Id sane suo argumento confecit, quod intendimus ; nihil vero minus suasit, quam conabatur. Et est ratio disparitatis : nam habitus naturalis ex una parte non continet supernaturalitatem ; ex alia vero pure concomitanter se habet ad ipsam sicut esse citharedum ad theologum ; et sic nihil mirum, quod habitus naturalis, nec proxime, nec remote concurrat ad supernaturalitatem gratiæ, vel actus a gratia producti. Gæterum anima ratione potentiæ obedientialis, non se habet per accidens, sed valde per se, ut primum principium operationis ab ipsa proditur® vel ratione virtutis naturalis, vel ratione auxilii supernaturalis : omnium quippe est communis radix exigens pro actu naturali virtutem naturalem, et supematuraiem pro supernatural!, quorum prima intra proprium ordinem gaudet, et ibi sistit : secunda vero indiget ex Dei beneficio, quo aucta, et donata operatur ratione virtutis acceptae, et non virtutis propriæ; alioqui enim non penitus indigeret elevatione, sed partim, et divisive. Quod exsacraScriptura, Concilio, Patribus, et rationibus plane efficacibus manet reprobatum.

Replica.

80. Adhuc tamen objici, et urgeri potest insistendo eidem principio. Nulla potentia indiget virtute superaddita, nisi ad id, quod superat ejus vires, et activitatem proximam . sed operationes supernaturales sive intellectus,^ sive voluntatis non superant adaequate virtutem proximam potentiæ naturalis : ergo pro illis non indiget prædicta potentia virtute adæquate supernatural!, quæ sit illi ratio unica proxima agendi. Consequentia est legitima, Major est per se nota, et Minor suadetur : nam In qualibet operatione supernatural! splendet conceptae genericus intellectionis v. g. et idem dicdo de volitione, et conceptus specificus talis intellectionis, utputa supernaturalis : sed excessus non stat in conceptu generico intellectionis, sed solum in conceptu specifico talis intellectionis : v. g. supernaturalis: ergo operatio supernaturalis non excedit adæquate virtutem proximam potentiæ naturalis. Probatur Minor: quoniam intellectui ex praedicatis sibi essentialibus est intellectivus et similiter voluntas ex eodem principio est appetitiva, et volitiva : ergo ex prædicatis sibi essentialibus vindicant ut actus proprios, et omnino proportionates conceptus intellectionis et volitionis, utpote a quibus mutuatur speciem. Eo vel maxime: nam ad prædictos conceptus solum indiget intellectus determinatione ex parte objecti, utpote quæ solum deservit ad boent intellectio, quæ correspondet intellectui,sit hujus potius, quam, alterius speciei, aut in hoc, vel illo ordine collocetur : ipse vero intellectus, qua intellectus est, importet vim proxime intellectivam, subindeque activam, alioqui enim indigeret non solum specie se tenente ex parte objecti, sed etiam virtute se tenente ex parte potentiæ ad utcumque intelligendum, quod hactenas fuit inauditum, et clarius elucet in voluntate, quam Philosophus, etD. Thomas docent non esse potentiam passivam, sed pure activam; cum tamen potentias cognoscitivas prius pati ab objecto media specie, quam agere affirmant? Ad hæc. Ratio sub qaa intellectus intelligit est sub ratione intellectionis; sub hac quippe dumtaxat ratione attingit objecta, et circa illa versatur : sed in hac consideratione, quælibet intellectio est ipsi proportionata (et eadem ratio est de voluntate, et qualibet alia potentia naturali respectu proprii actus sub eadem ratione communi accepti), ergo non indiget virtute superaddita ad actum intelligent sub ista consideratione. Probatur Minor quia intellectio, qua intellectio est, non est supernaturalis, nec supernaturalitatem explicat, alioquin nulla esset intellectio, quæ non esset supernaturalis : ergo ad intellectionem, qua intellectio est, non exigitur virtus supernaturalis, sed dumtaxat ad ejus rationem differentialem ratione cujus explicat supernaturalitatem ; subindeque in consortio virtutis supernaturalis adhuc est locus partiali infiuxui intellectus

ex

ex viribus sibi propriis, et essentialibus. Idem ox eodem principio conllci potest arguimentum do conceptu vitalitatis generico quem constat esso indifferentem ad vitalitatem supernaturalom, ct naturalem, atquo ideo ex se nec importare, nec exprimere determinate supernaturalitatem.

81. Respondetur hoc argumento, si efficax esset, multa, eaquo manifesto falsa probari posse, ut fiet perspicuum, si ejus formam aliis materiis applicemus : etenim cuncta dona supornaturalia secundum conceptum communem qualitatis sibi propriuin, et genericum, non explicant supernaturalitatom, alioqui nulla esset qualitas naturalis : ergo poterit quælibet qualitas supernaturalis sub conceptu qualitatis produci a potentia naturali, esto fieri nequeat sub conceptu supernaturalitatis. Patet Consequentia eodem prorsus argumento. Et consequenter posset producere gratiam sanctificantem, lumen gloriæ, et cuncta alia dona supernaturalia. Imo posset etiam homo producere intellectionem angelicam, qua intellectio est; et quod magis falsiteth ostendit, eodem argumento conficeretur calorem sensibilem efficere principaliter posse gratiam sanctificantem, lumen gloriæ, et alia supernaturalia dona concursu illo partiali præstito in communem êtgenericam rationem illam qualitatis, in qua calor generice convenit cum qualitatibus illis sub illa ratione non importantibus supernaturalitatem.

Fallit etiam argumentum ex alio capite contra vera principia philosophica, juxta quæ prædicata quo sunt superiora, et universaliora, eo postulant causas superiores, et universaliores, queis competat producere omnia prædicata inferiora illis : quocirca juxta doctrinam D. Thomæ nulla causa particularis producit effectum sub ratione universali, vel generica, vel specifica, ita ut hæc sit illi ratio sub qua. Et ^•tradit rationem 8. Doct. quæst. 3, de Potentia art. 7, quia *quanlo aliqua causa est alitor, lanio esi communior, cl efficacior, et quanto esi efficacior, lanio profundius irigredilur in effeclum, cl de remotiori potentia ipsum reducit in actum, fn qualibet enim re naturali invenimus, quod esi ens, ct quod esi res naturalis, el quod est latis, vel talis naturæ. Quorum primum est commune omnibus entibus, secundum omnibus rebus naturalibus, tertium in una specie, el quartum si addamUs accidentia, est proprium huic individuo. Hoc ergo individuum agendo non potest constituere aliud in simili specie, nisi prout est instrumentum illius causæ, quæ respicit lotam speciem, et ulterius lotum esse naturæ inferioris.* 8i enim ratio sub qua intellectusagerot, esset ratio illager.erica intellectionis, abs dubio hominis esset virtus intelligendi, vel si mavis efficiendi omnes intellectiones quoad speciem sivo naturales, sive supernaturales, utpote quæ continerentur sub illa communi, et generica ratione, ut supra inferebamus. Et consequenter non indigeret virtute superaddita ad intellectiones supernaturales. Unde paulo inferius subdit S. Doctor applicando in particulari doctrinam a se traditam. *Sic ergo si consideremus supposita agentia, quodlibet agens particulare est immediatum ad suum effectum.* Et ita se habet anima, et potentia naturalis ad actus supernaturales. *Si autem consideremus virtutem qua fit actio, sic virtus superioris causæ erit immediatior effectui, quam virtus inferioris.* Quo nihil clarius ad ostendendum virtutem supematuraiem, qua intellectus, et voluntas a Deo elevantur ad actus supernaturales, esse immediatiores virtute naturali, cui solum detulit D. Thomas esse immediatam effectui per modum agentis, seu ut communiter loquimur, per modum potentiæ, et ut quod : immediationem vero propriam rationis proximæ agendi virtuti superiori.

82. Ad formam ergo argumenti concessa Majori, neganda est Minor, et ad ejus probationem iterum neganda est Minor : quoniam conceptus genericus intellectionis, vel sumitur pure logice in tota sua abstract tione generica ; et sub hac consideratione nimium excedit vires potentiæ particularis, et in vi hujus postulat causam, quæ sit supra rationem illam genericam, ut constat ex præmissa doctrina D. Thomæ. Unde licet non explicet supernaturalitatem, explicat tamen conceptum superiorem ad esse naturale, et supernaturale : sub qua ratione non est producibilis ab aliqua causa, aut potentia naturali, imo neque ab ullo agente' creato ; alioqui enim agens naturale esset supra ordinem naturalem, et supernaturalem, quod est manifeste implicatOrium. Vêl conceptus ille genericus intellectionis sumitur physice, Ot contracte ad rationem differentialem supernaturalitatis, cum qua est realiter idem. Et hoc modo ipsimet adversarii supponunt splendere ibi supernaturaiitatem, ct nullum re vera esse prædicatum illitis V. g. intellectionis, quæ non

Expendi 3mpiîns respon- Sl°'

sit supernaturale. Constat autem virtutem naturalem non posse producere actum supernaturalem, ut supernaturalem : non est ergo caput unde possit influxus ille partialis naturalis sustineri ; non quidem ex parte rationis *qus,* seu effectu producto, qui est supernaturalis : nec etiam ex parte rationis sub qua generica, ad quam confugiunt, ut probatum relinquimus : ergo ex nullo capite

Nec hujus oppositum suadetur ultima illius probatione : quia intellectus, aut alia potentia activa extrahi potest ab alterutro horum ordinum naturalis, et supernaturalis; subindeque si est essentialiter intellectivus, non nisi vel in ordine naturali, per vires proprias, vel in ordine supernatural! per vires alienas id habere potest. Ad cujus pleniorem intelligentiam recolenda sunt quæ diximus tract, de Visione Dei disp. 1. § 3, n. 14, ubi explicuimus qualiter se habeant respectu intellectus munera potentiae naturalis, et obedientialis. Cum enim ejus specificativum sit ens in tota sua latitudine, sub quo nedum entia naturalia, sed etiam supernaturalia, et ipse Deus comprehenduntur, ejus essentia consistit in eo quod sit coaptatio essentialis, et radicalis ad communem rationem entis finito modo attingibilis ; ex qua commensuratione habet petere vires naturales ad intelligendum objecta naturalia, et potentiam obedientialem ad percipienda objecta supernaturalia media elevatione luminis supernaturalis. Unde ratio potentiæ naturalis, et conceptus potentiæ obedientialis sunt duo modi, quilibet eorum inadæquatus, ejusdem essentiæ, mediis quibus se exerit, aut exerere potest in operationem, quin aliquo illorum extrahatur a propria sphæra, et ad aliam distrahatur. Quæ est legitima, etadæquata ratio, huic instituto non parum deserviens, ob quam nec intellectus, nec voluntas (in qua militat eadem doctrina) amittant rationem causæ principalis respectu actuum supernaturalium, quantumvis eleventur, vel elevari postulent mediis auxiliis supernaturalibus. Semper enim.elevantur ad aliquid contentum intra commensurationem essentialem potentiæ; cujus oppositum contingit, et contingere necesse est in quolibet instrumento proprie tali.

Evenio nu'ÎJ". malionis.

83- Unde constat ad id, quo urgebatur objectio : quoniam intellectus non solum indiget specie, qua determinatur ex parte objecti, sed etiam virtute proportionata ad ea utendum. Et ideo si species sit supernaturalis, am modo supernaturali repræsnntans, addenda est illi virtus superuaiuralis, quæ se teneat ex parte potentiæ; et eam in actu proximo constituat ad intelligendum; nam alias nulla esse posset cognitio illius objecti. Et hæc est ratio exigendi lumen gloriae pro visione beatifica, quin sufficiat essentiam divinam gerere munus speciei, ut loco citato de Visione Dei disp. 4, fuse ostendimus contra Vasquez. Si vero cognitio fuerit naturalis, consequenter tam species, quam lumen debent ad eundem ordinem pertinere, atque ideo numquam absque virtute naturali, quæ se teneat ex parte potentiæ, erumpit intellectus in cognitionem. Ex quo nihil sequitur contra nostram sententiam, quod adversæ subsidio esse possit.

Ad secundum, quo eadem premebatur objectio, etiam liquet : quamvis enim intellectio, qua intellectio est, non explicet supernaturalitatem ; explicat tamen conceptum superiorem et universaliorem contrahibilem per esse naturale, et supernaturale, veluti per differentias inferiores. Et huic conceptui ita universali non respondet ex parte intellectus activitas proxima; hæc enim debet esse, vel determinate naturalis, vel determinate supernaturalis, inter quas a parte rei non datur medium. Unde solum corresponde! illi coaptatio, et commensuratio essentialis potentiæ, quæ proxime activa non est, sed tantum radicaliter, ut constat ex nuper dictis, et ex latius discussis ubi supra. Quæ doctrina applicata vitalitati, utpote quæ subit easdem acceptiones, et præcisiones satis manifestat nullius esse roboris, quod indicat argumentum de vitalitate : et sic omnia consonant.

Idque fiet magis perspicuum, si animadvertatur conceptus genericos, et ita universales, ac præcisos, ut assumit arguens, non esse producibiles in rerum natura, nisi cum gradibus specificis, et individuadibus realiter indistinctis, subindeque ex vi ejusdem virtutis vel naturalis, vel supernaturalis. Cum ergo sit communis suppositio utriusque sententiæ Authoribus, nullum esse prædicatum in actu supernaturali, nec genericum, nec specificum, quod supernaturale non sit; inutiliter recurrunt ad influxum, qui nec naturalis, nec supernaturalis sit ex suo genere, sed ab utroque præscindit; hic quippe solum deservire posset ad conceptum ita prteci* 6umt

sum, nt nec naturalis, nec supernaturalis esset; quod est destruere acceptatam suppositionem. Aliunde vero quia potentialis, et universalis est in prædicamlo non importat actualitatem, el activitatem, ad agendum proxime necessarias : eo quod unumquodque operatur secundum quod est in actu, et non secundum quod est in potentia. Non est vero medium inter hoc quod est esse in actu naturali, vrel supernaturali : ergo nec datur influxus, qui determinate non sit vel naturalis, vel supernaturalis.

Hq-{ias* 84. Nec refert si ex adversariorum doctrina, dicatur influxum illum partialem voluntati, aut intellectui competere ratione potentiæ obedientialis. Potentia autem obedientialis nec est naturalis, aiioqui non distingueretur a potentia naturali, nec etiam supernaturalis, alias non posset consequi ad prædicata naturalia creaturæ, nec realiter identificaretur cum potentia naturali : ergo ejus influxus non est determinate, vel naturalis, vel supernaturalis : subindeque non inconvenit, aut repugnat attingere posse conceptum communem intellectionis, qui nec naturalis, nec supernaturalis est.

tafo ta-lar, Non, inquam, refert ista responsio, ad quam confugiunt Ripalda, et Herice, ut specie tenus non immiscere videantur concursum partialem immediatum naturæ, et gratiæ, cui resistunt innumera SS. PP. testimonia. Tum quia falsum est potentiam obedientialem esse immediate activam, ut constat ex supradictis. Tum etiam, quia prædicta potentia entitative est naturalis, utpote consequens naturam rationalnm sub esse naturali, cum quo est identificata realiter. Tum etiam, quia quod determinate non est supernaturale, continetur necessario sub esse naturali, sed potentia obedientialis non est determinate, et subjective supernaturalis, aiioqui non posset produci ab Authore solius naturæ, sed exigeret ad sui productionem concursum agentis supernaturalis : ex quo rursus fluit, vel quod in puris naturalibus non daretur ea potentia in creatura rationali; vel quod esset impossibilis status naturæ puræ, quorum quodlibet est falsum, et contra communem sententiam Theologorum. Tum denique, nam ut supra arguebamus, conceptus genericus vitalitatis, et intellectionis, sicut præscindit a naturali, etsupernaturali, ita postulat virtutem adeo eminentem, ut ejus ratio sub qua sit superior, et communis uni, et alteri rationi ; quod repugnat causæ particulari, cujus ratio sub qua producendi, seu agendi debet esse particularis, ut demonstrat argumentum D. Thomæ. Potentia autem obedientialis subjicitur influxui agentis supernaturalis : atque ideo, esto esset activa, ejus ratio sub qua non posset esse itauniversalis, ut sub se comprehenderet utrumque ordinem tam naturalem, quam supernaturalem.

Q“‘ntom riorum ar8O" mentum. 85. Sed contra hanc doctrinam instatur, et arguitur quinto, quia nulla est repugnantia in eo, quod Deus immediate influat in entitatem peccati, qua entitas est, et hoc munus explicat; quin influat in deformitatem illius : ergo nulla etiam est ratio, quare voluntas non influat in actum supernaturalem sub ratione vitalis, vel qua vitalis est, quin influat in actum supernaturalem, qua supernaturalis est. Antecedens est certum ex communi Theologorum sententia, et Consequentia probatur destruendo fundamentum nostræ sententiæ. Eo quippe non posset attingere vitalitatem actus supernaturalis, quia hujusmodi vitalitas reperitur identificata cum ejus supernaturalitate : sed hæc ratio minime obstat, supposita veritate Antecedentis : ergo eadem ratione, qua Antecedens est verum, est etiam Consequens ex illo illatum. Probatur Minor, quia non minus identificatur deformitas peccati cum entitate ejusdem peccati, quam vitalitas cum supernaturalitate ejusdem actus, maxime in veriori sententia, quam secuti sumus tract, de Peccatis, disp. 6, dub. 6, quod formale peccati consistat in positivo : sed quod formale peccati identificetur cum entitate peccati adeo intime, ut solum penes implicitum, et explicitum distinguantur, obici non est, ad hoc ut Deus attingat entitatem illam qua entitasest; quin illo, aut alio concursu positivo attingere valeat deformitatem positivam qua deformitas est : ergo quod vitalitas actus supernaturalis identificetur cum supernaturalitate ejusdem, minime obstat, quominus intellectus attingere possit vitalitatem visionis, quin attingere valeat ejus supernaturalitatem. Et ratio a priori utriusque est : quia nulla virius suo influxu potest attingere, quod est extra sphæram propriæ activitatis, et hoc principium tenet tam respectu Dei, quam respectu creaturæ : quocirca Deus ut Author naturæ ita sistit influendo in hoc ordine, quod non attingit, aut atlin-

gere valet ex vi hujus opera supernaturaîia : sed supernaturalitas operationis est supra sphæram activitatis vitalis potentiæ naturalis : ergo eam nullatenus attingere potest ex vi influxus naturalis partialis. Aliunde vero quaelibet causa potest producere in effectu rationem contentam intra sphæram propriæ virtutis, ut constat in Deo, tam ut attingente rationem entis repertam in peccato, quam ut Authore naturæ, quo pacto attingit, quidquid non fuerit supernaturale in effectu. Quod enim sit identificatum cum alio, de materiali est, et per accidens se habet. Ergo cum vitalis actus supernaturalis non sit extra sphæram vitalitatis intellectus, ut potentia naturalis est; poterit sane, non obstante identitate cum supernaturaiitate, illam partialiter efficere, et proprio influxu causare.

Hoc argumentum profecto validissime premeret, et rem nostro judicio conficeret, si ex parte actus supernaturalis assignarent adversarii aliquod prædicatum, quod re ipsa naturale esset, ut supra non semel tetigimus. Sed quia constanter affirmant, et nobiscum supponunt, nullum esse prædicatum naturale in prædictis actibus supernaturalibus, de quibus est quæstio ; sed quodlibet eorum esse supernaturale, viribus destituitur ; et quas habet, in eo utentes jam supra retorsimus. Ideo quippe Deus producit entitatem peccati non attingendo malitiam formalem positivam; quia causalitas omnipotentiæ versatur circa ens sub ratione universalissima entjs præcise, quo pacto non explicatur deformitas aliqua, aut tendentia contra Deum, sed dumtaxat habitudo ad existentiam; quidquid sit de aliis expressionibus ibi repertis circa objectum rationi dissonum, quæ non sumuntur per ordinem ad existentiam, nec illam explicant, sed supponunt, de quo uberrime loco citato. Sed actus supernaturalis nec explicat, nec imbibit aliquid naturale. Ergo non est unde possit proxime atiiugl influxu aliquo naturali. Quod non explicet, docent ipsi Adversarii. Quod non imbibat, est perspicuum ; quia ordo naturalis cum sit inferior debet quidem præsupponi ut substraclum elevabile ad ordinem supernaturalem, nequit tamen ipsum transcendere, et in illo imbibi, et implicari, quod est proprium superioris, ut patet in ratione entis, quæ quia communissima est, implicatur in omnibus inferioribus. Quid ergo attingit concursus naturalis in actu supernatural!, si nihil in eo est naturale? Et certe si nihil entitatis repoliretur in peccato, nullatenus ipsum Deus suo influxu efficeret; et quod de facto in eu sonsu catholico peccatum suo influxu quoad entitatem, producat, provenit quidem exeo quod vera entitas in peccato reperiatur; quidquid sit de identiflcationo cum aliis formalltatibus exprimentibus deformitatem, et conversionem positivam ad objectum rationi dissonum, llæ namque non tollunt entitatem peccati, sicut supernaturalitas actus prorsus amandat quamlibet naturali* tatem. Et ideo ibi locus remanet influxui Dei in illam entitatem modo dicto; hic vero omnino præcluditur influxui naturali ob defectum prædicati naturalis. Quo satis, superque argumento satisfiebat : sed videamus ejus formam. .

86. Ad quam concesso Antecedenti, negatur Consequentia. Et ad ejus probationem negatur Major, cujus falsitas in ipsa probatione ostenditur; quantumvis enim Identificetur malitia positiva peccati cum ejus entitate, attingi potest entitas, quin attingatur malitia, eo quod illa intra, hæc extra activitatem divinam continetur. Et quia ibi invenitur entitas, et invenitur positiva deformitas ; nihil mirum intervenire duplicem influxum explicatum : in nostro aedem casu est quidem vitalitas, sed supematuralis, neutiquam vero naturalis : quapropter influxus naturalis est prorsus impossibilis; quippe qui attingere nequit vitalitatem in communi, neque vitalitatem supernaturalem, ut sæpius inculcavimus. Ergo cum in eo non reperiatur, nisi conceptus geneticus vitalitatis, Superans vitalitatem naturalem, et conceptus supernaturalitatis. qui etiam excedit vires naturales ; ratio ipsa compellit in hoc casu negare influxum partialem, concesso in primo influxu Dei circa entitatem peccati.

Quod ultra sæpius dicta, urgeri, *et* explicari potest in ipsa gratia sanctificante, quæ in adversariorum sententia, est adæquate supernaturalis, et totaliter producitur ab Authore supernatural!, et idem dicemus de unione hypostatica, et cætéris donis supernaturaiibns, àd quorum nullum nec partialiter concurrit Deus author naturæ formaliter sumptus. Quod non credimus adversarios negaturos, nisi velint negara Deum ut Authorem supernaturalem, se solo, et absque concursa suimet, ut Au-* thoris naturæ non posse aliquam entitatem supernaturalem producere, 8ed est omnino falsum,

falium, imo et absurdum ; alioqui unio hypostatica, lumen gloriæ, et gratia sanctificans, et cietera hujusmodi supra naiura· lia dona non essont undequaque supernaturalia, et omnino propria Dei Authoris supernaturalis. Supposito ergo illo principio, ni fallimur, evidenter eorum argumentatio instatur sub hac forma. Quamvis rationes propriæ entis, et qualitatis, ex genere suo non explicent supernaturalitatem, sed per entia, et qualitates naturales divagentur; illffi tamen portiones, ut ita dicamus, entis et qualitatis, quæ contrahuntur ad gratiam, et reliqua dona supernaturalia, nullatenus profluunt, aut profluere possunt adhuc partialiter, a Deo ut authore naturali; sed unice, et adæquate produci postulant ab eodem ut Authore supernatural!. Cujus alia nequit esse, aut vera excogitari ratio, nisi quia conceptus prædicti in gratia, et reliquis donis supernaturales re ipsa sunt : vel si hæc non est adæquata ratio; assignetur alia, quæ penitus latet. Et interim ac ostendatur, insistimus inquirendo : an hic valeat præcisio illa formalitatum, vel distinctio rationis *Qux et sub qua,* ita ut ratione entitatis, et qualitatis ab Authore naturæ, sub ratione vero supernaturalitatis, ab Authore gratiæ, debeat produci gratia? Minime gentium. Sed totus, et adæquatus influxus est ab Authore supernatural!, nullo expectato concursu ab Authore naturæ formaliter, ut Authur naturæ est, et prout differt a se ipso, ut est Author gratiæ. Constat autem, et adversarii ipsi concedunt, portionem illam entitatis, vitalitatis etc., repertam in actu supernatural! esse supernaturalem : ergo nulla vera ratio adstrui potest influxus proximus partialis potentiæ naturalis in illam. Militat enim utrobique eadem omnino ratio, ut rem meditanti constabit,

87. Sed dices in promptu esse disparitatem, et satis manifestam. Nam neque gratia, nec alia supernaturalia dona petunt produci ab Authore naturæ, ut supponitur : actus vero supernaturalis petit procedere, ut a principio intrinseco a potentia vitali : et ex hoc capite necessarius omnino est influxus partialis potentiæ naturalis : cum tamen sit superfluus in Authore naturali ad productionem effectus supernaturalis.

88. Hæc tamen evasio procedit ex non penetrata illationis vi : quocirca instaurare oportet productam instantiam, et ejus efficaciam reddere manifestam. Ponamus ergo ex una parte Deum ut Authorem naturæ formalissime, et ipsummet ut Authorem supernaturalem reduplicative : ex alia vero constituamus potentiam naturalem v. g. voluntatem, et virtutem supernaturalem ipsam elevantem, in quo non potest esse dissidium. Quo posito, sic arguitur. Tam essentiale est effectui supernatural! creato procedere a Deo, ut ab agente supernatural!, quam essentiale, et intrinsecum sit actui vitali provenire a principio vitali, cum neuter sic denudabitis ab ea intima, et intranea dependentia; et solam est differentia quoad modum, quia nimirum actus vitalis importat dependentiam a principio intrinseco, et conjuncto, secus voro eflectus supernaturalis a Deo, qui se habet ut principium extrinsecum pure effectivum. Sed effectus supernaturalis ita petit procedere a Deo ut Authore supernatural!, quod non admittat, quin excludat concursum immediatum Authoris naturalis. Ergo actus vitalis supernaturalis ita petit procedere a principio intrinseco supernatural!, quod excludat consortium influxus naturalis a potentia naturali. Patet Consequentia ex præmissis, nulla quippe versatur differentia inter Antecedens, et Consequens, quæ non sit voluntaria, et petitio principii, nisi in eo quod actus vitalis supernaturalis petit principium intrinsecum, et intrinsece afficiens potentiam naturalem, quod tamen non præexigitur per ordinem ad Deum. Hæc tamen discriminis ratio non minuit vim nostræ impugnationis, ut eam perpendenti erit obvium.

Retorsio 2orum motivum.

Hinc jam illa ratio a priori, qua fulciebantur probationes argumenti, retorquetur in adversariorum sententiam, sub eadem forma, sed cum majori efficacia : quia nulla virtus influxu sibi proprio potest attingere effectum contentum extra sphæram suæ activitatis, et hoc principium tenet sive in creatis, sive in divinis : sed vitalitas actus supernaturalis excedit vires potentiæ naturalis, si quidem est etiam supernaturalis, ut supponitur ab adversariis : ergo nequit proxime et immediate attingi per vires naturales potentiæ ut naturalis. Et hoc modo recte procedit illa ratio a priori : fallit vero in opposita sententia in Minori in qua supponunt vitalitatem actus supernaturalis esse proportionatam virtuti naturali, quod est falsum, et prorsus alienum ab eo, quod in ipsa sententia supponitur, nullum scilicet esse ibi prædicatum

quod non sit supematurale ; ex quo evidenter infertur nullum illius prædicatum esse proxime propunionatum virtuti naturali.

Sextum eernom. S9 Arguitur sexto argumento communi, sed non contemnendo, ut inquit Ripalda sect. 15. Voluntati inest proxima, et immediata libertas ad actum v. g. charitatis, aut contritionis : sed non stat libertas proxima ad actum, quin stet etiam activitas proxima ad ipsum : ergo semel posita immediata libertate voluntatis ai actum supernaturalem, negari non debet activitas proxima illius. Consequentia constat. Majorem ut fide sanctam supponit contra hæreticos hujus temporis. Et probat Minorem quia, libertas proxima, et immediata ad actum supernaturalem, est proxima, et immediata activitas ad ipsum actum cum indifferentia ad eum non agendum. Et ratio est : nam potentia libera est essentialiter activa, et domina sui actus, quem proinde potest pro nutu elicere, vel non elicere : ergo potentia proxime, et immediate libera, est potentia proxime et immediate activa cum indifferentia, seu dominio ad agendum, et non agendum. Hoc autem non competit habitui supernatural! : ergo habitus supernaturalis non est principium proxime, et immediate liberum. Probat hanc Minorem : quoniam habitus charitatis, aut Pœnitentiæ non est indifferens ad agendum, vel non agendum, quin imo est determinatus ad operandum; non enim deservit charitas, nisi ad dilectionem, nec Pœnitentia nisi pro contritione. Rursus : principio libero, seu indifferenti corresponde! tum ipsum agere, tum et non agere : sed virtuti supernaturali non tribuitur, nec corresponde! non agere, sed hoc defertur potentiæ : ergo virtus supernaturalis non est principium liberum, seu indifferens. Cætera constant præter Minorem, quæ etiam videtur perspicua : nam charitati non adscnbitur omissio actus charitatis, nec Pœnitentiæ omissio contritionis ; alioqui instante præcepto charitatis ipsi imputaretur peccatum. Deinde : voluntas non solum est libera libertate contradictionis, sed libertate contrarietatis, ratione cujus non solum est proxime potens agere, et non agere, sed etiam potest ita unum agere, quod etiam valeat efficere contrarium : sed virtus supernaturalis non habet hanc indifferentiam ; non enim charitate possumus Deum od o habere, aut Pœnitentia impœnitentiam committere : ergo virtus supernaturalis non est principium proximum libe:tatis, sed sola voluntas. Tandem suadetur, et explicatur illa eadem Minor. Nam principium determinatum ad unum ex'remum contradictionis, nequit esse indifferens aliqua indifferentia vel contrarietatis, vel contradictionis. ut ex terminis liquet : sed virtus supernaturalis est determinata ad unum extremum contradictionis, quod est agere: ergo non est indifferens ulla indifferentia, vel contrarietatis vel contradictionis : non ergo est principium proximum, et immediatum libertatis, quæ reperitur in actu supernaturali.

Hoc argumentum plus videtur probare, quam intendant Authores hujus sententiæ, in qua versamur. Contenditur quippe eo solum illud principium esse liberum proxime, et immediate, cui soli competit posse non agere : *ut enim* mihi (verba sunt Authoris sæpe in hac difficultate laudati ubi supra jecoris 13f/:snum. 71 in fine) *tanquam causx tribuatur non agere, tribuenda est mihi polestasproxima agendi, el eatenus mihi imputatur non agere, quatenus potui agere, el non egi :* et quia virtuti supernaturali, nequit imputari non agere, sed solum voluntati, idcirco voluntati conferri debet aliquod proximum posse. Illam vero propo-itionem esse falsam, et ex illa quid amplius colligi, quam intendi possit ab adversariis, colligitur ex sequentibus Rationibus sub illa contentis; *Ut alicui tanquam causx tribuatur non agere, tribuenda est potestas proxima agendi : sed in omni sententia voluntati tanquam causx adxqualz tribuitur non agere actum supernaturalem* (non enim hoc tribuitur habitui supernaturali, alias concurreret ad peccatum omissionis). *Ergo voluntati tanquam causx adxqualx tribuenda esi potestas agendi actum supernaturalem* Quod tamen est falsum adhucinsententia contraria. Similiter: *Non agere est voluntatis, ul potentia naturalis est* (ab hac enim procedit omissio actus supernaturalis, et non ab habitu charitatis) *ergo potestas agendi proxima, el adxquala est etiam voluntatis sub ratione potentia naturalis.* Rursus : *cui nullo modo causx influenti tribuitur non agere, nullo modo tribui potesl, el posse agere* (nam ut inquiunt, ul alicui tanquam causæ tribuatur non agere, tribuenda est potestas proxima agendi, et consequenter cui non tribuitur non agere, non est necessaria potestas agendi) *seu virtuti supernaturali non imputatur omissio proprii aclus, seu quod idem est, illum non agere :*

agere : ergo virtuti supernaturali nullatenus competit posse agere. Quorum ex illo principio consequentium absurditas satis manifestat falsitatem illius propositionis. Et clare etiam apparet in sententia contraria, juxta quam ad actum supernaturalem dvbet proxime concurrere, tam virtus naturalis, quam supernaturalis ; cum tamen ad non agendum sola potentia naturalis sufficiat; nisi etiam velint ad omissionem concurrere proxime, tara voluntatem, quam habitum Charitatis, quod non est credibile. Ergo adhuc in eorum sententia indifferentia ad pos-e agere, et non agere non se tenet ex parte virtutis pxoxiraæ supernaturalis; sed hoc quod est posse agere pertinet ad Charitatem saltem partialiter, et posse non agere est solius voluntatis. Idem etiam cernitur in virtutibus naturalibus, sive moralibus, sive intellectualibus, quibus non tribuitur, vel actus contrarius, vel omissio proprii actus, ut videre est in scientia, Fortitudine, et aliis. Et ratio omnium est : quoniam indifferentia propria virtutis non est ad posse agere, et non agere ; hæc quippe est indifferentia potentiæ universalis ambientis extrema contradictionis, et contrarietatis. Virtus autem per modum virtutis importat determinationem quoad speciem, seu specificationem actus, consequenterque excludit a se libertatem, et indifferentiam contrarietatis : siquidem nulla virtus sive naturalis, sive supernaturalis est potentiæ ratio agendi actum oppositum; non enim scientia est ratio intellectui errandi, aut justitia voluntati, injustum faciendi, ut constat. Non enim determinat virtus potentiam naturalem, quoad exercitium actus, ut experientia ipsa constat, quia habitibus utimur, quando, et quomodo volumus; sed quod præstat potentiæ, est posse agere ex illa virtute, et quoties ea uti voluerit, non poterit non in actum illius virtutis proprium erumpere, Charitatis v. g. aut Pœnitentiæ ; relinquendo in ipsa potentia indifferentiam ad non agendum, vel ad agendum contrarie, non utendo ipsa virtute.

Ex quo liquet, ex duplici munere libertatis, quorum primum est positivum, *posse videlicet agere,* alterum vero, quasi negativum, *posse scilicet non agere;* primum præstari a virtute supernaturali, cujus actus ita est nostri, ut magis sit Dei, et ejus gratiæ; ut qui gloriatur, in Domino, et non in se ipso glorietur : ad hoc quippe descendit a Deo, ut Deo totum deferatur, et simul tribuat potentiæ vires, quibus proxime operari valeat. Secundum vero quod est negativum, vel etiam contrarium, est solius potentiæ. Unde in virtute supernaturali non major quærenda est indifferentia, et libertas, quam quod sit potentiæ agendi proxima ratio cum pleno dominio supra actum. Hoc autem plenissime in suo ordine gaudet per hoc, quod ex ipsa virtute posset in actum exire; et pro suo libito virtute uti, vel non uti, ut constat, et quidquid aliud excogitetur, est inutile.

Diruitur argumentum.

90. Quo supposito respondetur ad argumentum concedendo Majorem, et distinguendo Minorem. Non stat libertas proxima ad actum, quin simul stet potestas proxima, vel ex propriis, vel ex viribus gratiæ, concedo Minorem : ex viribus propriis semper, nego Minorem, et Consequentiam. Quam distinctionem non infringunt probationes Minoris. Ad primam dicimus potentiam proxime, et immediate libeiam esse etiam proxime, et immediate activam; sed sicut ad actum supernaturalem proxima, et immediata ratio agendi est virtus supernaturalis : ita ad libertatem exercendam respectu ejusdem actus, quod est munus positivum libertatis, virtus supernaturalis se habet ut ratio formalis : ex eadem quippe indivisibili radice proxima oritur, et activitas, et libertas quoad munus influendi, et utramque rationem præstat potentiæ habitus supernaturalis. Unde et concedimus dominium activum omnino proximum quoad munus utendi positivum oriri immediate a Charitate, et qualibet alia virtute respectu proprii actus : facultas vero non utendi, seu quod idem est, non agendi, quod est officium negativum, non est ab habitu, sed a potentia, quæ defectibilis est, et ex se potest non agere, supposita indifferentia objecti, quam in via nullus habitus supernaturalis perse loquendo tollere supponendum est. Nec enim omnia ubique sunt disputanda, sed ex alibi dictis, aut dicendis supponenda.

Ad alteram probationem Minoris concedimus habitus supernaturales esse determinatos quoad specificationem actus, quod est dicere non posse concurrere active, nisi ad proprium actum. Non vero sunt determinati quoad exercitium; quia ut est commune proloquium, habitibus utimur quando volumus : quocirca liberum est voluntati uti. vel non uti habitu infuso ad operandum. In hoc autem usu, seu appli-

catione Charitatis, non intervenit (ut aliqui comminiscuntor) aliquis actus naturalis proxime, et immediate, qua voluntas habitum applicet; sed eodem omnino actu, quo diligit v. g. vclt se diligere, uti, et applicare ad dilectionem, ut supra explicuimus, et petit conditio actuum spiritualium, qui supra se ipso reflectunt, ut est perpetua D.Thomæ doctrina. Quod totum liquet in virtutibus naturalibus, ut supra dicebamus, in quibus similis determinatio invenitur : et ideo ad eorum usum ipsæmet virtutes concurrunt immediate; ad non usum vero sola potentia. Sed nec in illis, nec in istis vel minimum detrimentum libertas patitur, quoniam indifferentia competit voluntati per ordinem ad objectum propositum : quod ut prosequatur, indiget virtute juxta conditionem objecti : si vero renuat, et prosequi non vult, labitur in omissionem, ad quam sola potentia sufficit.

Cætera probationes cliduntar.

9i. Hinc constat ad tertiam probationem : quoniam indifferentia penes agere, et non agere est propria potentiæ, cui convenit utrumque libertatis extremum ; non voro virtutis, cui solum est determinare quoad specificationem potentiam, eamque proxime complere, et actuare, ut proxime possit erumpere in actum supernaturalem. Et quia non determinat nisi quoad speciem actus, idcirco relinquit in potentia facultatem expeditam, et indifferentem quoad exercitium; subindeque ipsum non agere, seu omittere actum supernaturalem non est virtutis, sed potentiæ; esto ut imputetur omissio, debeat connotari virtus supernaluralis, vel ut oblata, et præparata, vel ut actu existons, vel tandem, ut voluntarie exclusa. De quo alibi pluries in tomis præcedentibus, et in præsenti non admodum refert.

Ad quartam probationem concessis præmissis, distinguendum est Consequens. Non est principium proximum libertatis quoad munus influendi positivum, nego Consequentiam; quoad munus negativum non influendi, concedo Consequentiam. Sed hoc non impedit libertatem actus positivi Charitatis, aut Pœnitentiæ, qui ita procedit a voluntate media virtute aut Charitatis, aut Pœnitentiæ, ut possit non procedere non solum ab ipsa voluntate, sed neque a Pœnitentia, ut eveniret, si voluntas Ponitentia non uti vellet, vel omittendo contritionem tantum, vel contrarium actum eliciendo. Porro usus iste

Nob.

voluntatis (at præoccupemus tacitam objectionem, quam non somol inculcant adversarii) non est aliquis actus distinctus ab ipso actu virtutis; neque non usus est etiam alius actus nolitionis express®; sed dumtaxat ipsa omissio; vel negatio actus, causata ex aliquo alio præcedenti, qui est causa, vel occasio omissionis, juxta alibi suo proprio loco radicitus explicata. Est quippe proprium actuum intellectus, et voluntatis quia spirituales, et elevati sunt supra conditiones materiæ, supra se ipsos reflectere, et inde voluntas eodemmetactu, quo diligit, vult se diligere, et eodem etiam quo conteritur, vult conterere, el se appliearead contritionem. Et eodem proportionali modo se habet erga omissionem, eo in sensu, in quo omissio est exercitium potestatis non agendi.

Ultima probatio ex parte utriusque præmissæ patitur difficultatem. In primis Major nutat ex eo quod principium determinatum ad unum extremum contradictionis potest esse indifferens objective, et effective, quatenus concernit actum objective indifferentem, iliumque producit, vel producere facit, uti se habet in nostra sententia, auxilium ab intrinseco efficax, et in opinione co'ntraria gratia congrua regalata per scientiam mediam. Esto ergo adstrueretur virtus determinata ad unum extremum contradictionis, quod supponeret indifferentiam in actu, cui deserviret; non idcirco deficeret in actu libertas, nec in virtute ipsa potestas proxima efficiendi actum liberum. Sed prætermissa illa Majori absolute, Minor etiam est falsa : quia virtus supernaturalis v. g. Pœnitentia, solum est determinata quo.ad speciem actus, non vero quoad exercitium, ut constat ex dictis; unde solum præstat voluntati posse agere determinate hunc actum; non autem confert ipsum infallibiliter, et indeficienter efficere ; quippe quod est proprium munus auxilii efficacis omnino distincti, et realiter superadditi virtuti creatæ. Cum ergo voluntas sit primum movens quoad exercitium, et applicans virtutes ad proprias operationes ex directione intellectus juxta Prudentiæ regulas praescribentis, quid in quolibet instanti attentis hinc inde occurrentibus, faciendum sit, inde provenit virtuti non esse annexum actuale exercitium proprii actus, sed expectat applicationem, et usum voluntatis in sensu explicato.

92. Sed contra totius solutionis doctrinam insurgit Ripalda primo : quia voluntati

tali ropugnalpotestas immediata non agendi constituens libertatem agendi, quin ei conveniat potestas immediata agendi jergo si voluntati convenit potestas immediata non agendi, quin constituat potentiam agendi ; voluntati utique convenire debet potestas proxima agendi. Probatur Antecedens ; potestas immediata non agendi est potestas Cohibendi, seu retinendi actionem : sed cui est potestas proxima cohibendi actionem, est potestas proxima, et immediata eliciendi actionem : ergo si inost voluntati potestas proxima non agendi, est etiam illi proxima, et immediata potestas agendi. Hac quippe ratione (inquit) probant communiter Philosophi contra Durandum Deum immediate influere in eflectus causarum creatarum, quia ratione perfectissimi dominii, potest impedire quamlibet actionem causarum secundarum, etiam postquam existentes sunt.

Secundo. Quamvis homo possit ab intrinseco agere , quin ab intrinseco non agere non possit, ut constat in actionibus voluntariis omnino necessariis, quæ ab intrinseco sunt; non tamen ah intrinseco potest homo non agere, quin a se etiam proxime possit agere; sed juxta traditam solutionem ab intrinseco, et a se potest voluntas non agere actum v. g. Pœnitentiæ : Ergo ab intrinseco, et a se habet proximam potestatem Pœnitentiam agendi. Major constat, quoniam si non agere ab intrinseco , et a se non supponeret virtutem proximam agendi a se, actionis defectus non tribueretur homini ; sed esset pure ab extrinseco ex absentia superioris virtutis, et influxus. Nec proderit recursus ad actum naturalem, qui sit, et esse debeat causa omissionis. Nam contra instat, possibilem esse puram omissionem actus supernaturalis per potestatem non agendi propriam libertatis contradictionis : et hac posita, et sibi probata sententia, perstat in suo robore impugnatio præjacta.

Tertio. Nam virtus immediate activa constituens libertatem ad actus supernatural debet esse determinative actionis, potius, quam non actionis : sed habitus non est determinativus actionis potius, quam non actionis : Ergo solus habitus non est virtus activa proxima constituens libertatem proximam ad actum supernaturalem. Majorem probat, tum quia alias viribus naturalibus voluntatis tribueretur determinatio ; tum quia determinatio actionis est exercitium virtutis activæ potius, quam non activæ. Minorem etiam suadet : turn quia solus habitus non est liber, tum quia habitus dependet ab arbitrio naturali in delet minando actionem, ut constat ex doctrina D. Thomæ in 2, dist. 25, quæst. unica art. I ad 3, ubi docet, *quod delerlenninatio actionis, el finis in libero arbitrio constituitur.*

Claudit tamen, et confirmat præfatas impugnationes hoc discursu. Voluntati ut distinctæ a gratia non est libhra existentia habitus, utpote in quem nulium præstat influxum nisi passivi.m : poato vero habitu, actio supernaturalis non est libera voluntati ut distinctæ ab h.ibtu, quippe quæ procedit ab habitu tamquam a virtute adæquata ; et voluntas flanti cohibere non potest absquo immediata activitate. Aliunde vero illamet actio non est libera libertate habitus, utpote quæ ipsi repugnat. Ubi est ergo ista voluntatis libertas in actum supernaturalem.

Qaarta.

93. Has tamen impugnationes facile erit dissipare, ac diruere, si recolantur, quæ observavimus ad caput solutionis argumenti principalis. Ad primam ex ibi dictis distinguendum est Antecedens : *Voluntati repugnat potestas immediata non agendi aclum supernaturalem, quin illi conveniat potestas proxima agendi eundemmel aclum, vel a se, vel a gratia,* concedo Antecedens ; *a se determinate, nego Antecedens.* Nam ut voluntas possit libere elicere actum supernaturalem, non alia datur, nec est possibilis virtus, quam supernaturalis, a qua habet posse omnino proximum, et adaequatum : et quia hæc virtus non tollit indifferentiam activam potentiæ, qua potest non agere, vel omittendo, vel eliciendo contrarium actum ; ideo non obest, quin prodest libertati actus, ad quem dat posse. Nec etiam est necessarium, quod illi conveniat ex eadem radice facultas proxima ad agendum supernaturaliter. ac facultas proxima non agendi : hoc enim nulli innititur fundamento ; cum illa provenire debeat ex gratia, saltem partialiter, in opposita sententia ; hæc vero conveniat ipsi potentiæ ex viribus naturæ. Et ulterius constat, quoniam ad amandum constituitur potens per charitatem, ad non amandum contrarie, seu odio habendum constitui nequit per Charitatem, cui nihil magis contrarium, quam odium Dei, et proximi. Rursus in omni sententia ad dilectionem prædic-

Solvitor objectio,

tam debet concurrere potentia obedientialis animæ; cum tamen ad ejus omissionem, vel actam odii contrarium in qualibet etiam sentent.a sufficiat potentia naturalis. Non ergo ab ea 'em forma sumit voluntas posse non agere supernaturaliter proxime, a qua accipit posse proxime, et adæquate agere. Ad Antecedentis probationem concedimus Majorem, et negamus Minorem juxta nuper dicta, quia potestas proxima cohibendi actionem supernaturalem cum sit naturalis, non est potestas proxima eliciendi actum supernaturalem, adhuc in sententia contraria, in qua per suam activitatem partialem potest voluntas impedire actum supernaturalem ; quem tamen sola virtute partiali efficere nequit; se i debet expectare aliam virtutem supernaturalem partialem, ut reddatur absolute, et proxime potens. Una ergo et eadem est potentia, quæ unum et alterum potest, sed diversimode, et non ratione ejusdem. Quod affertur in exemplum contra sententiam Durandi, etiam est a veritate alienum ; cujus signum est, quod si per impossibile Deus operaretur ex necessitate naturæ, et non libere; adhuc operaretur (et non posset non aliter se gerere quoad hoc munus influendi) immediate immediatione virtutis, et suppositi cum quolibet agente creato. Tnfluxus quippe iste exigitur necessario ex parte effectus creati, quia est ens per participationem, ex parte vero D?i, quia est ens per essentiam, et intime præsens, vel minimæ entitaii cuilibet per essentiam, praesentiam, et potentiam. Et hæc est vera ratio, qua impugnatur Durandi sententia, non vero illa, quæ objicitur.

Diluitor secunda. Ad secundam respondetur, vel multum, vel nihil probare : qua enim ratione ex plena potestate ad non agendum voluntatis probavit, intenditur virtus partialis naturalis ejusdem voluntatis, ex vi formæ probari debet virtus totalis, ut supra dicebamus; quinimo major videbatur ratio (si illatio esset legitima) ad secundum, quam ad primum ob majorem proportionem totius ad totum, quam lotius ad partem. Cum vero improbabilis sit ex illo principio virtus totalis proxima voluntatis, ut est potentia naturalis, ad actum supernaturalem; nec etiam ex illo recte deducitur virtus partialis ejusdem. Dicimus ergo, quod licet ad posse non agere ab intrinseco quid amplius desideretur, quam ad posse ab intrinseco agere; nam ad primum requiritur indifferentia ex parte objecti, quæ si deficiat, non erit potestas ad non agendum, ut ac cidit in visione, et amore beatorum, et in aliis actibus ab intrinseco necessariis. Non tamen ex vi hujus requiritur major virtus ad unum, quam al alterum, ut videre est in actibus omnino indeliberatis, et motibus primo primis, qui non ideo non sunt liberi, eo quod deliciat virtus activa voluntatis, nec etiam visio, aut amor Beatorum necessarius est, quia non sit virtus adæquata, et completa in illis ad Deum libere intuendum, et diligendum, si sub indifferentia illis proponeretur prosequendus. Ex eo ergo, quod ut voluntas possit non agere, necessaria sit indifferentia objectiva, neutiquam deducitur virtus partialis ad actus supernaturales; sed hæc aliunde probanda erat arguenti. Unde ad formam negatur .Major quoad secundam partem, et ad ejus probationem dicimus æquissime imputari voluntati omissionem actus supernatural^, quem viribus gratiæ solius efficere poterat, et ex se ipsa, et prava voluntate naturali non elicuit. Porro ad hanc omissionem ita certum est prærequiri actum naturalem ex natura rei, et juxta communem providentiam, ut fere communi Theo ogorum calculo probetur. Et solum est difficultas, an de potentia absoluta oppositum valeat contingere.

Sed quid cum potentia absoluta ad nostram quæstionem de facto, et juxta rerum naturas, et causarum influxus proprios? Revocabitur ad miraculum, quod de potentia absoluta possit voluntas partialiter proxime concurrere active ad actum supernaturalem, sicut in casu omissionis putæ docent ejus Authores? Ita esto; et habebimus de facto ita non esse. Sed inde progreditur ad impossibile ducendum illud miraculum, sicut impossibilem omnino rati semper fuimus puram omissionem absque ullo actu, qui sit ejus causa, vel occasio, de quo fuse tract, de Peccatis disp 5, dub. 1 et 2. Sed vero opposita sententia admissa, non adhuc conficitur virtus partialrs, nam voluntas est adæquate proxime potens ad actum supernaturalem per virtutem acceptam, et cum indifferentia attingentem objectum ; et voluntas eadem est proxime potens ex se ipsa, non elicere actum ; quocirca omissio est ipsius exercitium sub extremo negativo libertatis contradictionis, sicut actus est exercitium positivum alterius extremi; et pro diversitate munerum immediate dividuntur exercitia, quin opus sit immiscere influxum 6

fluxuni naturalem cum supernatural!, frrrj- 94. Tertia objectio clarius adhuc quam ££* precede» tes in illa utentes regerenda est, i*i. et clarius etiam demonstrat veritatem nostnc assertionis. Etenim *virtus immediate activa constituens libertatem ad actus supernaturales, debet esse delerminaliva actionis potius, quam non actionis,* ut assumitur in Majori : sed voluntas ex viribus naturalibus non est determi i nativa actionis supernaturalis, alioqui tribueretur voluntati determinare gratiam, ipsamque præcedere, quod reputatur inconveniens in ipsamet objectione, et revera est : ergo virtus naturalis voluntatis non est virtus immediate activa constituens libertatem ad actus supernaturales Hæc Consequentia liquido infertur ex præmissis, comentis in objectione. Unde latet profecto qua Consequentia in eadem objectione al probationem Minoris velit voluntati refundere determinationem actus supernaturalis, quam in probatione Majoris excluserat. Concessa ergo Majori, neganda est Minor, quoniam habitus *ul quo* est determinativus propriæ actionis, quam voluntas determinat per modum potentiæ sub judicio rationis indifferenti : non enim alia actione se applicat, et determinat voluntas ad exercitium virtutis quam actu ipso virtutis : et sicut virtus est voluntati ratio agendi ipsum actum, ita est ratio ipsi se effective determinandi, supposito semper ut supponi debet, judicio indifferenti, et imperio practico intellectus. Ad *primam* probationem Minoris negatur habitum non esse ut *quo* liberum, quatenus est rado voluntati se exerendi in actum supernaturalem, non solum expediens, et facilitatem tribuens, sed etiam et conferens totam vim proximam agenli, cum nulla voluntati vis insit ad actus supernaturales. Et in eodem sensu, in quo est principium *quo* agendi, est etiam principium libertatis actualis.

Ad *secundam* probationem mirum est, D. Thomam in suffragium adducere, et eo ejus, testimonio uti. Nam ibi S. Doctor contraposuit causas naturales liberis, et modum agendi, quem servat Deus diversum in illis, et istis : nam causis naturalibus non solum dat virtutem, sed et præstiluit finem tam in communi, quam in particulari : causis vero liberis relinquit determinare sibi et actionem, et actionis fimun part.cularem Quod verum, et Ga- *'.**· thriliium est. Verba D. Thomæ sunt: *Deus operatur in omnibus, ita tamen quod in unoquoque secundum ejus conditionem. Unde in rebus naturalibus operatur, sicut ministrans virtutem agendi, el sicut ministrans naturam ad talem actionem. In libero autem arbitrio hoc modo agit, ut virtutem agendi sibi ministret* (utique naturalem, et adæquatam ad actus naturales, et supernaturalem adæquatam ad actus supernaturales, ne magis in uno, quam in alio ordine deficiat) *el ipso operante liberum arbitrium agat. Sed tamen determinatio actionis, el finis, ia potestate liberi arbitrii constituitur. Unde remanet sibi dominium sui actus, licet non ita, sicut primo agenli.* Quod loci non meminit S. Ductor, nec opus erat meminisse actionum supernaturalium, sed dumtaxat oportebat statuere doctrinam generalem , qua liberum arbitrium in communi constitueretur, prout diversum a causis pure naturalibus, et modo proprio illarum in agendo. Hinc vero quod legitime deducitur, est liberum arbitrium se movere posse ad actus pure naturales ex principiis naturalibus, qua facultate non gaudent causæ puré naturales; ad actus vero supernaturales non aliter se movere posse, quam principiis pure supernaturalibus, ob eandem omnino rationem. Sed hoc oppugnat, et prosternit adversam sententiam.

Uhimæ tandem impugnationis, quo claudit intentum, propositiones lubricæ sunt, et non salis veritati obnoxiæ, ut eas expendendo constabit. Nam prima, in qua enuntiatur non esse liberam voluntati existentiam habitus supernaturalis, concedi non debet, sed abjici : eo quod ad recipiendum tum gratiam, tum alia dona supernaturalia libere se disponat homo sub auxi iis ejusdem gratiæ : quocirca et libere abjicitur peccando ; et libere recipitur se ad gratiam disponendo : quin ad hoc necessarium sit influxum effectivum voluntatis in gratiam adstruere, ut satis liquet ex supra dictis in hoc tract, et locis in eo allegatis de justificatione. Secunda propositio eodem claudicat pede : nam esto, homini non esset libera existentia gratiæ ut patet in pueris ante usum rationis, et in auxilio efficaci omnino primo ad primum actum (quidquid sit de posterioribus, ne hoc præpediamur) ; semel tamen positis, vel gralia, vel auxilio, adhuc operatio subsequens est in nostra potestate, et est nobis libera, ut constat ex dictis tract, de gratia efficaci : ad hoc enim dispensantur, et infunduntur a Deo, ut sub illis media Ultimae sat,sfit·

illustratione supernatural! libere moveamur in Deum, et bonum supernalurale. Tertia etiam propositio fallit : nam sicut habitus est liber ut *quo,* et per modum virtutis, ita ct operatio est libera per ordinem ad voluntatem sub ratione potentiæ, et per ordinem ad virtutem supernaturalem, ut a principio proximo, a quo immediate ortum ducit. Ex propositionibus autem minime probatis, nihil verum potest concludi. Quamobrem omnes illæ impugnationes intactam, et indemnem relinquunt solutionis doctrinam.

Replica difficilior.

95. Objici tamen potest, et difficilius, quam hactenus contra eam. Nam actus v. g. Pœnitentiæ ita oritur a Pœnitentia, ut ab illa proxime, et immediate habeat, quod sit actus virtutis : sed quod ita oriatur, ut possit non esse, non habet a Pcenitentia : ergo esto actus Pœnitentiæ, ut est actus virtutis, ab ea procedat, ut tamen liber est, non oritur a Pœnitentia, subindeque ortum immediatum debet trahere a voluntate. Hæc secunda Consequentia constat ex prima, siquidem non est illi unde Ubertatem hauriat, nisi vel a Pcenitentia, vel a voluntate. Prima vero ex præmissis, quoniam de ratione actus liberi, ut liberi est, quod ita sit, ut possit non esse, vel ita fiat ut possit non fieri a potentia libera, et consequenter si actus Pœnitentiæ a Pœnitentia non habet, quod possit non esse, non habet esse liberum per ordinem ad Pœnitentiam. Unde solum restat probanda Minor, quæ sic suadetur : nam ab eo principio accipit actus Pœnitentiæ posse non esse, cui convenit proxime, et immediate posse non agere; sed soli voluntati imme liate convenit posse non agere actum Pœnitentiæ, non vero virtuti ; alias illi tribueretur omissio Pœnitentiæ, quod est falsum : ergo a voluntate immediate, et a Pœnitentia sumit actus Pœnitentiæ, quod possit non esse.

Conflr* mal.

Confirmatur, et explicatur : nam actus contritionis ita procedit a voluntate, ut posse omnino proximum a Pœnitentia recipiente, quod etiam procedit ab ipsamet voluntate ut potente non elicere actum contritionis ; sed quamvis voluntas sumat a Pœnitentia posse proximum ad contritionem, quod ex se non habet; ab ea tamen non recipit posse non pœnitere, ulpote quod a se habet : ergo actus contritionis licet procedat a Pœnitentia, ut possit esse; non tamen accipit a Pœnitentia immediate, quod possit non esse. Major constat; alias libet non esset actus Pœnitentiæ. Minor etiam constat, quia virtus supernaturalis non præstat potentiæ, nisi id, quo indiget, ut videtur manifestum : sed voluntas solum indiget virtute supernaturali, ut ei tribuat potestatem omnino proximam ad actum supernaturalem, quam ex se non habet : ergo hanc solam sibi vindicat voluntas a Pœnitentia. Hinc probatur Consequentia : quia cujuslibet formalitatis repertae in actu debet assignari aliqua causa proxima, et immediata, ut videtur perspicuum : sed in actu contritionis v. g. invenitur posse non esse, el hoc est prædicatum sibi intrinsecum : ergo aliqua ejus immediata, et proxima causa assiunanda est ' non est autem Pœnitentia, utpote quæ solum dat posse actui : ergo debet esse voluntas, a qua dumtaxat provenit posse non esse actus contritionis.

96. Hæc replica, quæ subtilis est, si Mg: aliquid probat, simul evincit potentiam naturalem, qua naturalis est, seu ex propriis viribus influere proxime in entitatem actus ut supernaturalis est, quod æquepungit adversarios docentes in actum supernaturalem quatenus supernaturalem nullum influxum exhibere vires naturales, sed sub hac consideratione totum influxum esse gratiæ. Porro id ita evinci fit manifestum : ex eo quippe contendit voluntatem proxime influere in actum liberum, quia virtus solum præstat actui posse esse; posse vero non esse non confertur a virtute, sed a voluntate, cui soli competit posse non agere : sed virtus supernaturalis qua talis solum dat esse supernaturale actui, non vero tribuit posse non esse supernaturale illi actui, hoc enim solum competit potentiæ : ergo eadem ratione, qua influere contenditur in actum liberum, qua liberum, debet influere etiam proxime, et ex propriis in actum ipsum qua supernaturalem , subindeque jam influxus naturalis non sistet non in attingentia actus ut vitalis, et liberi fQrmaliter; sed etiam pertinget usque ad ejus supernaturalitatem, non identice, aut materialiter sumptum, sed etiam formaliter, ut explicat munus supernaturalitatis. In quo satis detraheretur influxui gratiæ, et extolleretur supra debitum natura.

Respondetur ergo ad objectionem negando suppositum Majoris ; eo enim ipso quod actus Pœnitentiæ procedat ab ipsa ut actus virtutis, procedit ex electione, et consequenter libere, libertate propria virtutis.

tutis. Libertas autem per modum virtutis, ut constat ex supra dictis, consistit in eo quod præstet potentiæ facultatem, et sit illi ratio proxima eliciendi operationem retinendo potentiam ad non esse illius, vel per omissionem, vel per actum contrarium. Ubi autem remanet in voluntate facultas prædicta, ita actus contritionis procedit a Pœnitentia, ut a principio *Quo,et* ut a ratione formali, ut non procedere potuerit. Si enim voluntas non vellet se per Pœnitentiam ad contritionem applicare, non esset actus contritionis, utpote qui non, nisi a Pœnitentia effici valet. Quare dum procedit a Pœnitentia ut a principio *Quo,* ita procedit, ut potuerit non procedere, aut non processisse : consequenterque libere procedit, nedum a voluntate, sed etiam ab ipsa virtute : aliter tamen, et aliter a potentia ut subdita gratiæ danti virtutem ad agendum; a gratia vero ut connotante in ipsamet voluntate indifferentiam ad oppositum vel contradictorie, vel etiam contrarie. Unde nulla formalitas est, aut reale prædicatum in actu, quod non ipsi conveniat medio influxu virtutis, siquidem ipsum posse non esse, aut fuisse, in quo est tota vis objectionis, procedit a virtute Pœnitentiæ, a qua ita procedit, ut potuerit non procedere. Unde male supponitur in Majori posse actum contritionis procedere a Pœnitentia, quatenus actus virtutis est, et quod non procedat ex vi hujus libere, cum sit implicatio in objecto.

97. Minor est falsa et ad ejus probationem distinguenda est Major : *Ab eodem principio sumit actus posse non esse, cui competit posse non agere,* vel per modum virtutis, vel per modum potentiæ, concedo Majorem ; per modum potentiæ praecise, nego Majorem. Distinguitur etiam Minor : *Voluntati immediate convenit posse non agere,* per modum potentiæ, concedo Minorem; per modum virtutis, nego Minorem, et cum ea Consequentiam. Nec ideo infertur omiss onem virtuti, et non potentiæ delatam iri, ut obtendebatur : nam omissio non tribuitur, nisi potenti et non facienti ex virtute ; hoc autem non convenit nisi animæ, et voluntati, quæ dicitur, et est potens facere per gratiam ; gratia vero est ratio, ut possit, sicut albedo est ratio disgregandi visum respectu parietis, sed ipsa se sola non disgregat : et anima est ratio corpori vegetandi, sed ipsa non vegetat. Et in hoc stat paralogisatio Authorum oppositæ sententiæ : arbitrantur enim, et intendunt idem virtuti totali tribuendum esse, quod tribui debet potentiæ, quasi eadem sit ratio potentiæ, et virtutis; cum tamen longe aliter se habere debeat, et amplior, ac universalior sit ratio potentiæ, quam ratio virtutis, vi cujus agere, et non agere potentiæ, et animæ tribuitur; ratio tamen agendi, seu qua anima agit est virtus : quapropter omissio non tribui potest virtuti ; secus vero animæ, et potentiæ, cujus est exercitium negativum pro libertate contradictionis.

Hinc constat ad confirmationem, et ad ejus formam respondetur concedendo Majorem, et negando Minorem. Ad cujus probationem concessa iterum Majori, distinguenda est Minor : *solum indiget virtute supernalurali, ut ei tribuat potestatem proximam,* utcumque, nego Minorem; per modum virtutis solum determinantis quoad speciem, non vero quoad exercitium actus, concedo Minorem, et nego Consequentiam. Actus quippe virtutis cum libet ab intrinseco sit, petit a suis principiis proximis ita procedere, quod procedere non possit : et hinc supponere petit in potentia expeditam potestatem ad oppositum, et in virtute supernatural! solam determinationem quoad speciem actus, non vero quoad exercitium, ut supra dicebamus. Et hoc modo voluntas indiget virtute supernatural! ; non ut intenditur, quasi ita determinet, quod non relinquat facultatem, et indifle-rentiam in illa. Ex quo non infertur aliquam esse formalitatem in actu, quæ proxime, et immediate non efficiatur a charitate, seu virtute supernatural! : si quidem ita procedit ab illa, ut possit non procedere, ut jam ostendimus. tionis.

98. Ultimum (et magni apud sæpe aliegatum Theologum momenti), argumentum proponitur sub hac forma. Species naturalis impressa efficit immediate cognitionem supernaturalem : ergo et potentia naturalis efficere etiam potest actum supernaturalem. Consequentia constat, quoniam eadem est unius, et alterius ratio. Et Antedens probatur in speciebus deservientibus ad assensum fidei, quæ naturales sunt, et ut naturales influunt ad assentiendum mysteriis revelatis. Non apparet autem, nec facile explicari potest, qualiter elevari possunt ad repræsentandum mysteria supernaturalia, non quidem medio habitu fidei, nec media aliqua qualitate supernatural! : ergo solum concurrunt virtute sibi SePd* Adversari,s ar‘etum?

propria, et naturali. Consequentia constat, et probatur Minor : tum quia si habitus fidei elevare posset species naturales; elicere etiam posset assensum fidei in absentia specierum. Consequens est falsum : ergo et illud ex quo sequitur. Probat ille Majorem : quia virtus adæquata causæ remotæ eodem modo operatur, sive causa remota sit præsens, sive sit absens, ut patet in accidentibus naturalibus eo modo agentibus in præsentia, et absentia causæ; calor enim eodem modo calefacit in absentia ignis, ac in ejus consortio : ergo si habitos lidei est virtus proxima, qua elevantur species, ut proxime influant in actum supernaturalem, ipsum efficere poterit absque specierum consortio. Tum etiam : quia qualitas alia supernaturalis addita pro illo elevan Ii munere, vel esset species, vel apparet conficta solum ad eludendam vim argumenti : ergo non est admittenda. Probat Antecedens : nam qualitas illa supernaturalis, vel supplet concursum objectivum, quem præstare non possent species naturales, et hoc pacto jam gerit munus speciei : vel ai nihil deservit, cum illæ species maneant in sibi propria, et naturali repraesentatione, nihil quoad huc inferente illa virtute.

Confir-roaU

Confirmatur. Plura sunt entia naturalia, quæ immediate, et ratione sui concurrunt ad effectum supernaturalem : ergo non est contra rationem entis naturalis concurrere effective immediate ad effectum supernaturalem. Antecedens suadetur, tum in assensu Theologico ad quem non semel conveniunt præmissæ, quarum altera sit naturalis, altera vero supernaturalis. Tum in habitibus naturalibus, quibus acquiritur facilitas a i exercendum actus supernaturales; vel quia ex frequentatione actuum supernaturalium consurgit promptitudo naturalis; vel quia ipse habitus naturalis similiter præstat promptitudinem, quæ deserviat ad actus utriusque ordinis Quocirca entitates naturales formalem concursum exhibent, quo maxime foveantur eflectus supernaturales, utputa species naturales determinando, habitus naturales facilitando, assensus Theologicus inducendo voluntatem, ut in allectus supernaturales erumpat : non est ergo ratio, quare non etiam possint effective proxime influere saltem partialiter in eosdem actus. Et cum eadem sit ratio de uno, ac de aliis, semel posito concursu naturali immediato ad aliquem supernaturalem actum, ut ponendum esse monstrant adducta exempla, idem de omnibus dicendum est.

Pro w-tetiote

y9. De materia hujus argununti speciaLiter egimus tract, de Necessitate Gratiæ disput. 3, dub. 3 g 5, quo mittere possemus lectorem. Sed quia ibi, et adis tractatibus sancita, et huc concernentia supponebant hanc difficultatem de partialitate influxuum causæ naturalis, et suj ernaturalis devictam, ct a discipulis D. Thomæ, imo et ab ipso S. Doctore radichus evulsam, oportet hic ut in proprio loco vires argumenti discutere, ut ibi dicta robur accipiant, et ex hic dicendis veritas clarius eniteat.

meati.

Prisas dkesdi

Respondetur ergo negando Antecedens, et ad ejus probationem non sat erit dicere cum Suarez in hac 3 p. disput. 19, sect. 3, assensum fidei non fieri mediis speciebus naturalibus, sed supernaturalibus, et habitui proportionali Tum quia ejus sententia communiter deseritur non solum ab extraneis, sed etiam a domesticis. Tum etiam : quia argumentum nou urget solum in speciebus deservientibus fidei, sed etiam in dono prophetiae, et aliis quam pluribus illustrationibus supernaturalibus, in quibus difficile est recurrere ad novam specierum infusionem, cum sæpe objecta sint naturalia. Tum tertio : quoniam ilice species vel infunduntur cum ipso habitu; et hoc non; alias infantibus in Baptismo infunderentur simul cum fide species omnium reaum, quas illustratione fidei decui su temporis essent percepturi, et cum alii plus, alii minus de mysteriis, et rebus fidei decursu vitæ percipiant, non eis infunderentur æqualiter species. Quod est contra ilium statum in quo supponuntur æquales. Aliunde vero non esset, quare in illo statu illis speciebus uti non possent, et non consequenter ante usum rationis naturalis assenti ri actuali ter mysteriis fidei, quod est minus probabile. Vel solum infunduntur, quoties assensus habendus esset a fideli. Et hoc nulla ratione probatur, cum supposito habitu fidei, et apprehensione naturali terminorum, opus non sit nova specierum infusione ad praestandum assensum Deo revelanti, maxime quoties objectum est in se ipso naturale : qualia non pauca referuntur in Scriptura, quæ fide credenda sunt, et naturaliter sunt repræsentabiha. Non ergo est necessarium novas pro his cudere species quoad entitatem supernaturales ; atque falsum est stauere universaliter novam specierum su·

«Sa-rez rçi-cM

supernaturalium

pornaturaliuin infusionem; quoties ex fide assflplren 'um fuerit revelatis in Scriptura.

Verier i3W'3i·

100. Relicta ergo ut insufficienti hac doctrina, concedendum est species naturales deservire posse cognitioni supernatural!, tum fidei, tum prophetiae, et aliis de quibus eadem potest esse dubitandi ratio. In quo non est insuperabilis difficultas, ut obtenditur, sed facillime explicatur ex doctrina D. Thomæ 2, 2 , quæstiun. 173, artic. 2, ubi exponens qualiter mens prophetæ quandoque illustretur a Deo sola infusione luminis prophetici absque additjone specierum, inquit : *Sicut enim ex diversa ordinatione earundem litterarum, accipiuntur diversi intellectus, ita etiam secundum diversam dispositionem phantasmatum resultant in intellectu diversa; species inlelligibiles.* Hanc vero specierum coordinationem non fieri virtute naturali alicujus agentis creati, sed virtute supernatural] docet in illo articulo, et in solutione ad 1 ejusdem articuli : *Quia sicut dictum est, quandoque in prophetica revelatione divinitus ordinantur species imaginariæ perceplæ a sensu, secundum congruentiam ad veritatem revelandam.* Et hæc est elevatio specierum, quæ deservit cognitioni supernatural!, nimirum earum collatio, et coordinatio supernaturaliter facta, vi cujus earum repraesentatio jam non est naturalis, quatenus novo ordine, et novo itidem modo repraesentat objecta juxta exigentiam veritatis revelandæ. Quam doctrinam accepit D. Thomas a suo Magistro Augustino lib. 9 de Trinit. cap. 2, ubi disserit : *Habet animus nonnullam speciei notæ similitudinem, quæ quidem similitudo intelligibilis in revelatione prophetica, quandoque immediate a Deo imprimitur, quandoque a formis imaginalis resultat, secundum adjutorium prophetici luminis.*

î.nom.

Ü«η.

Mu-nit.

Ex qua utriusque S. Doctoris sententia manifestum fit, quod arguenti explicatu videbatur arduum , et simul convellitur aliquorum discipulorum D. Thomæ inlelligentia, circa elevationem specierum naturalium : arbitrantur quippe solum elevari species quoad munus influendi effective, in cognitionem supernaturalem; non vero quoad munus formaliter repraesentandi, quod illis convenit in genere causæ formalis. In quo, inquiunt, non est elevatio supernaturalis, sed semper species repraesentat oujectum naturale, et modo naturali : quocirca elevatio solum cadit supra concursum effectivum speciei, ad quem est necessaria. Ita Ferre tom. 1, in 1 p. tract. 3, quæst. G, § 15.

Ferre circa id opinio.

101 . Hæc inquam interpretatio est aliena a mente utriusque S. Doctoris. Et quod attinet ad mentem D. Thomæ liquet, ut satis manifestat exemplum illud litterarum, sicut enim ex diversa illarum collatione diversa consurgit significatio, ita ex distincta'coordinatione specierurn diversa species intelligibilis resultat. Ubi formalis sensus non est de influxu effectivo posteriori, et subsecuto in specie a l ejusdem repraesentationem : sed de diversa repræsentatione formali, quæ sola variat speciem in ratione speciei, et hanc docet S. Doctor in ratione repraesentandi esse diversam, et non tantum in ratione efficiendi. Constat autem id ex solut. ad 3, ubi clarissime ex diversa coordinatione diversam repraesentationem elicit S. Doctor per hæc verba : *Dicendum, quod quascumque formas imaginatas, naturali virtute potest homo formare absolute considerando ; non tamen ut sint ordinalæ ad repræsenlandas inlelligibiles veritates, quæ hominis intellectum excedunt; sed ad hoc* (videlicet, ut repraesentent) *necessarium est auxilium supernaturalis luminis.* Constituit ergo D. Thomas diversitatem in illa formali repraesentatione, quidquid sit de concursu effectivo, de quo nec verbum vel levissime, et a longe. Non minus perspicue locutus fuit Augustinus docens quandoque similitudines immediate infundi a Deo, quandoque vero eas resultare a formis imaginatis secundum adjutorium prophetici luminis. Quorum verborum senius detorqueri non potest ad species pure naturales, ut intendit praedictus Magister, nec etiam ad solam efficientiam supernaturalem earum respectu cognitionis propheticæ; sedante illum debet coordinari in ratione repraesentandi , ut obire possint munus efficiendi.

D.Thom

Impugnator.

Evertitor motivum opposi-tam.

Nec ponderis est, quod speciei repraesentatio sit formalis, et consequenter invariabilis, ut obtenditur. Hoc enim solum probat repraesentationem praedictam, incomplexe, et solitarie sumptam semper esse eandem, quod libenter concedimus, nec negat D. Thomas. Si vero accipiatur complete, et quoad ordinationem diversimode exercet suum munus, sicut littera eadem est (ut exemplo utamur D. Thomæ) in quacumque dictione; diversimode tamen sonat, diversumque sensum explicat vel anteposita , vel interposita, vel

postposita, ut constat experientia. Et hoc modo docet D. Thom. discurrendum esse de speciebus naturalibus in ordine ad repræsentaiionem supernaturalem. In quo sensu verius, et conformius mend D. Thomæ se gessit Magister Ildefonsus Michaël (quem refert, et non bene impugnat Magister Ferre· docens species naturales modo supernaturali elevatas deservire cognitioni supernaturali.

Objectio, 102. Objicitur tamen in oppositum, tum quia species fidei assensui inservientes semper repraesentant propria hujus objecta connotative ad res materiales et naturales : ergo numquam exuuntur modo sibi proprio, et connaturali repraesentandi. Tum nam species nequeunt repræsentare objecta modo supernaturali, quin intrinsece, et essentialiter varientur : at credendum non est intrinsece, et essentialiter variari media accidentali elevatione Fidei, cui accidentaliter inserviunt : ergo non est illis adseribenda repræsentatio naturalis quoad modum; sed solum concedi debet elevatio quoad influxum effectivum , ut accidit in qua baptismatis, quæ naturaliter abluendo corpus elevatur in Sacramento abstergendam maculam peccati, quæ est in anima.

Satisfactio. Hoc tamen motivum facile dispellitur ex doctrina D. Thomæ. Ad primam ejus partem dicimus non denudari species a sua naturali repræsentatione, in assensu fidei ; sed superindui alio superiori modo supernaturali ex diversa illarum collatione, seu ordinatione, ratione cujus inservire possunt actui illi nobilissimo immediate ; cum tamen ex se, et juxta repraesentationem propriam dumtaxat remote, et mediate conducere possent. Ad secundum dicas variari species illas quoad modum prædictum, quem docent uterque Praeceptor SS. Augustinus, et Thomas resultare ex diversa illarum ordinatione, medio auxilio luminis supernaturalis. Porro modus iste essentialis est speciei, ut deservienti cognitioni supernaturali et convenit ipsi accidentaliter, si consideretur sub esse tantum naturali, et prout repræsentat res naturales modo naturali.

Legitimi argumenti solitio. 103. Negato ergo primo Antecedenti argumenti supra facti, negandum est etiam Antecedens, quo intendebatur probari, et ad hujus insertam probationem contentam in illo dilemmate dicendum est ordinationem illam fieri ab habitu ipso fidei simul cum auxilio supernaturali ad assensum fidei requisito, ut de cognitione prophetica expresse affirmat D. Thomas. Vel enim prædictæ species post primum assensum fidei permanent habitualiter ordinate, ut iterum quoties oportuerit idem assensus præsletur, vel quoties eliciendus est assensus, denuo coordinari debeant : utro enim horum modorum rem quis explicare voluerit, semper salvabitur ab ipso habitu, ot auxilio annexo fieri elevationem, vel semel in primo fidei assensu, vel toties, quoties opus fuerit in assensum prorumpere. Si autem inquiras, quænam pars determinate tenenda sit? Respondetur nihil ad præsens referre decisionem unius partis præ alia, cum earum alterutra determinata veritas subsistere possit. Arbitramur tamen distinctione opus esse : nam si sermo fit de rebus communiter ad res fidei pertinentibus, sicut a ratione habitus fidei manet homo habitualiter determinatus ex parte potentiæ; ita post primum, aut aliquos ejus assensus species illæ permanent etiam quasi habitualiter coordinate ad determinandum ex parte objecti, quin opus sit denuo eas ordinare ad credenda mysteria fidei communia, vel alias jam credita; sed solum indigebunt applicatione repræsentationis, quasi habitualis relicte ex actu, vel actibus antecedentibus. Si vero sit locutio de aliis mysteriis vel non alias creditis, vel magis specialibus, quæ proinde specialiori indigeant repræsentatione, recurrendum erit ad omnino novam specierum ordinationem pro assensu eliciendo. In quo non est cur amplius immoremur. .

U5 qus· tlODÜ rento- ilât

Ad confirmationem principalis argu-^»^ menti, negandum est Antecedens, quod nullo illorum exemplorum suadetur. Non quidem primo : quoniam assensus Theologicus (si semel est entitative, et quoad substantiam supernaturalis, ut de ipso habitu Theologiæ non desunt, qui affirment adhuc intra scholam D. Thomæ) non procedit immediate a præmissa ut pure naturali, sed elevata ab aliqua præmissa supernaturali, ipsique inferendo subordinate. Ex quo nihil contra nos, et negatur suppositum illius probationis. Si vero teneatur, nec assensum Theologicum, nrc ejus habitum esse supernaturales, nisi ad summum radicaliter, ex ea parte qua petunt supponere fidem, a qua sumant principia ad inferendas conclusiones (quod est probabilius, et communius, intra scholam D. Thomæ), nihil convincitur illo exemplo, quia cum conclusio sequatur debiliorem partem, præmissa naturalis infert conclusionem naturalem, ot influxus supernaturalis alterius præmissæ impeditur, et quasi retardatur ab inducenda supernaturalitate, in assensnm, quem alias inferre poterat. Quod amplius examinare non vacat, sed videri poterunt discipuli D. Thonue in procœmialibus Theologiæ ad quæstionom 1 priinæ partis.

Nec etiam urget secundum exemplum desumptum ab habitibus naturalibus : qnam enim facilitatem praestant, solum conducit proxime ad eliciendos actus naturales; ad supernaturales vero dumtaxat remote, et indirecte per modum removentis prohibens : quo enim quis magis se exercet in actibus naturalibus virtutis, eo est minus indispositus negative; quatenus non tot sunt illi impedimenta positivæ gratiæ, quot fuissent, si loco illorum actuum peccata perpetrasset. Non tamen illis disponitur positive ad gratiam supernaturalem. Quod vero subjungitur ex repetitione quasi eis facilitas naturalis acquiri posset, etiam est falsum, et supra in hoc eodem tract. Disp. 5, num. 191, ex D. Thoma reprobatum : nam actus supernaturales nec habitum naturalem acquirunt, nec facilitatem præstantitidem naturalem; sed solum disponunt subjectum ad augmentum habitus supernaturalis, vel intensivum, vel extensivum juxta eorum conditionem. De quo suis locis

104. Ex quibus omnibus duo constare 7^'videntur, et quod nullum est caput unde •iWo-ista sententia fulcitur, quod in ipsam non retorquetur, ut hactenus visum est : atque ideo eam debilibus niti fundamentis, sive ab authoritate, sive a ratione sumantur. Et quod illa celebris distinctio de partialitate causæ, cum totalitate effectus, quæ excogitata fuit ad hanc sententiam utcumque fundandam, penitus corruit, nec est admittenda, nisi simul ex parte effectus similis divisio accipiatur. Cum enim causa in esse causæ constituatur per virtutem productivam effectus, implicatorium est, virtutem esse partialem, et tamen totum effectum producere; alioqui enim esset, et non esset partialis, esset quidem ut supponitur, vel dicitur : non esset vero, quia habet virtutem ad totum effectum. Unde uno concesso, inconsequenter alterum legitime illarum negatur, ut ostendi potest exemplo materiæ et formæ, quæ quia in diverso genere causæ concurrunt, et neutra totum compositum continet, non possunt dici causæ partiales partialitate causae, quin simul etiam sint partiales partialitate cfleclus ; quocirca esse materiale est proprius effectus materiæ, esse vero formale correspondit ut proprius effectus formæ. Ubi adnotaro oportet, id ipsum re ipsa docere fautores hujus sententiæ, quamvis vocibus negare videantur. Ita enim docent actum v. g. contritionis a gratia procedere, quod ut vitalis, et liber ita est a libero arbitrio, quod non sit a gratia, ut vero est supernaturalis, ita est a gratia, quod sub hac ratione nec sit, nec esse possit a libero arbitrio. Cum vero esse *vitale,* esse *liberum,* et esse *supernalurale,* sint prædicata intrinseca actui, et non pure denominationes; necessarium est ipsis, ut consequenter loquantur assignare in actu v. g. contritionis prædicata libero arbitrio convenientia ; et illa, quæ re ipsa gratiæ adseribuntur ; ut proprius effectus unius, et non alterius esse debeant. Ita enim Deus media sua gratia producit supernaturalitatem in actu immediate, quod nequeat producere ejus vitalitatem, et libertatem, et e converso. Ita etiam liberum arbitrium efficit vitalitatem, et libertatem ejusdemmet actus, quod reipsa nullatenus efficere valeat supernaturalitatem. Unde consequens est tam fieri actum illum vitalem, quia homo vult, quam quia Deus vult; utrique enim æque tribui debet ut causæ partiali eadem conversio : tam impotens namque est Deus ad efficiendum, quod est de libero arbitrio, quam hoc sit impotens efficiendi quod est ex Deo in prædicta sententia. Quocirca devorare oportet illud inconveniens, quod deglutire absurdum habuit D. Augustinus in Enchryridio cap. 32, ad illa verba Apostoli Rom. 9 : *Non est volentis, nec currentis, sed Dei miserentis :* Ubi licet in dissimili causa, sed non absimili materia ita arguebat, et urgebat suos adversarios : *Si propterea dictum est, non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, tanquam diceretur : Non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei, non ergo sufficit sola misericordia Dei,* st *non sit etiam voluntas hominis : ac per hoc si recte dictum est, non volentis hominis, sed miserentis Dei est, quia id voluntas hominis sola non implet ; cur non e contrario recte dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet?* Quæ consequentia necessaria in

Nota adversariorum inconsequcntiam-

D- August' gust'

hac sententia concursus partialis voluntatis, et gratia?, si quidem neutra est causa totalis effectus totalitate causa', sed partialis, uti se habent portantes pondus, ad quod sustinendum neuter illorum sufficit.

hiiffi. Quam vero ingens absurdum hoc sit, docet Augustinus paulo inferius'subjungens : *Porro si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis est heminis, ne Apostolo apertissime contradicat. Restat, ut propterea recte dictum intelligatur, non volentis, nec concurrentis sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam, et préparai adjuvandam, el adjuvat prxparatam.* Ergo ex mente, ac sententia D. Augustini in hac materia locum non habet distinctio illa de partialitate causarum quarum quaelibet proxime sit insufficiens ; sed tota, et adaequata sufficientia proxime a Deo est, et non a voluntate adhuc partialiter. Alioqui inevitabile est illud inconveniens, quod tanti fuit apud D. Augustinum de quo egimus supra disp. 4, dub. 3, num. 69, ubi plura huc concernentia occurrunt. Concludamus ergo hanc controversiam verbis ejusdem D. Augustini lib. de Prædest.
Idem. Sanet, cap. 11, ubi radicem hujus sententiæ evulsit, et convulsit motivum eam tuendi dicens : *Sed cum dicitur (inquiunt) si credideris salvus eris, unum eorum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur, in hominis, quod offertur in Dei est potestate.* Hæc illi contra quos disputabat Augustinus. Authores vero, quibuscum agimus, non absimiliter dicent : offertur gratia, sed exigitur influxus proprius liberi arbitrii, qui in ejus potestate sit, et ideo dividendus est inûuxus gratiæ ab influxu liberi arbitrii, et concedenda est virtus naturalis proxima pro libero arbitrio, et virtus immediata supernaturalis pro gratia, ut totus actus utrique partialiter respondeat. Quid ad hæc Augustinus? Illos, et istos unico
Idem, ictu perculsit. *Cur non* (ait) *utrumque Dei est, el quod jubet, et quod offertur ? Rogatur enim, ul dei quod jubet. Rogant credentes, ul sibi augeatur fides. Rogant pro non credentibus, ut eis donetur fides.* Et ut eos magis premeret, instat alia paritate contra eandem sententiam : *Sic autem dicitur, si credideris, salvus eris, quemadmodum dicitur : si spirilu facta carnis morlificaveritis, vivetis. Nam el hic ex duobus unum exigitur, alterum offertur. Si Spiritu, inquit, facta carnis morlificaverilis, vivetis. Ul ergo facta carnis mortificemus exigitur ; ut autem* vivmnuj, *offertur. Num igitur placet,* ut *facta carris mmtificare non donum Dei esse dicamus, neque id donum Dei esse fateamur; quoniam exigi audivimus a nobis prxtnio vitæ si hoc fecerimus, oblato? Absit, ut hoc placeat participibus, el defensoribus gratis.* Absit ergo, ut discipulis utriusque S. Doctoris placeat divisio illa partialium causarum in hac materia, juxta quam necesse est asserere mortificationem pœnitentiæ, contritionem, el similis actus prout a nobis non esse donum aut effectum ejus gratiæ. Utrnmquc enim est donum Dei, et sub gratia cadit, et quod exigitur a nobis ex pane liberi arbitrii, et quod offertur a Deo, quare pro eo quod jubetur, et pro eo quod offertur, rogandus est Deus, ut det quod jubet, et non neget, quod offert.

DUBÏUM IL

Dlrum virtus panilenliæ concurrat effective ad destructionem peccati?

105. Explicato concursu effectivo, qui communis est Pœnitentiæ cum aliis virtutibus supernaturalibus, respectu proprii actus, recto ordine descendimus ad sibi peculiarem, et proprium prout ab illis distinctae. Et quia proprius finis hujus virtutis est destruere peccatum, ut constat ex supradictis, oportet examinare, in quo genere causæ concurrat ad ejus destructionem. Præcipua vero difficultas reducitur ad genus causæ efficientis, de qua proinde titulus specialiter meminit. Cui occasionem dedit Angelicus Præceptor art. 2 hujus quæstionis in sol. ad 3, dum docuit, β γμ β. *quod qualibet virtus specialis formaliter expellit habitum vitii oppositi, sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subjecto : sed Poenitentia expellit omne peccatum effective, in quantum operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex divina gratia, homine coopérante.* Ubi manifeste adscribit S. Doctor virtuti Pœnitentiæ causalitatem effectivam, et quia hæc est duplex, moralia, et physica, idcirco tota difficultas devolvitur ad examinandum, An intelligi debeat de causalitate tantum physica, vel solum de morali, aut de utraque simul. In quo non una est Authorum sententia, tam inter discipulos D. Thomæ, quam apud alios.

Ante omnia vero supponendum est ac- «η* r«à. tum contritionis non expellere peccatum formaliter, seu in genere causæ formalis, sed dispositive dumtaxat. Quæ suppositio, quoad primam sui partem est communis apud Theologos contra Vasquez singulariter docentem actum contritionis esse formam formaliter sanctificantem, ut constat ex dictis tract, do Justificat, disp. 2. Ubi prædictam suppositionem statuimus, et Vasquezii fundamenta diruimus.

Secunda vero pars etiam liquet tum ex Concilio Tridentino sess. 14, cap. 4, docente *contritionis motum præparare ad remissionem peccatorum, si conjunctus sit cum fiducia divinæ misericordiæ.* Tum etiam px iis, quæ diximus eodem tract, disp. 3, dub. 5, in quo asseruimus actus charitatis, et contritionis, quibus ultimo præparatur homo ad justificationem, inter physicas dispositiones annumerari debere, contra aliquos asserentes dumtaxat moraliter ad eam disponere. Hoc ergo supposito, devenimus ad decisionem difficultatis propositæ.

Sententia D. Thomas pro conclusione statuitur.

ω. 106. Dicendum est virtutem Pœnitentiæ concurrere ad expulsionem peccati in genere causæ efficientis moralis, non vero physicae absolute, et immediate. Hanc assertionem docent magis communiter d sci-
iæ i ito! D· Thomæ, ut videre est apud Arauxo in præsenti art. 2, dub. 2, Joan, a S. Thoma, art. 2. Goneto disp. 3, art. 4.
hit,' Martinez de Prado de Pœnit. quæst. 86,
tot dub. 9. Eamque ut propriam D. Thomæ
'yf. elegimus tract, de Justificat, disp. 3, dub. 4, § 5, et tract, de virt. disp. 3, dub. 3, §4, et alibi suffragantur Curiel 12, quæst. 112, art. 2, dub. 2, ad ultimum. Montesin. ibi quæst. 113, disp. 34, q. 4, § 6.

Ut vero ejus probatio clarior, et efficacior appareat, recolenda sunt, quæ supra diximus in hoc eodem tract, disp. 5, dub. 4, § 6 et 7, ubi explicuimus, qua.iter actui contritionis ratio satisfactionis conveniat tam intra, quam extra Sacramentum. Et ea doctrina supposita, formatur conclusionis ratio sub hac forma : Quoties aliqua virtus elicit actum morali er incompussibilem cum aliquo termino, effective moraliter concurrit ad expulsionem talis termini : sed vinus Pœnitentiæ elicit actum contritionis, quæ est incompossibilis moraliier cum peccato : ergo virtus Pceniten-

tiro concurrit in genere causæ efficientis moralis ad expulsionem peccati. Consequentia constat. Major videtur perspicua : nam sicut qui producit formam physice incompossibilem cum alia forma expellit efficienter physice prædictam formam ; ita et ob eandem rationem theologizandum est de principio indneente efficienter formam moraliter incompossibilem cum termino, aut forma, vel quasi forma. Minor etiam constat, tum quia actus contritionis non est componibilis cum peccato mortali. Tum quia est satisfactio ex justitia saltem imperfecta pro illo, ut loco nuper citato explicuimus. Tum denique, quoniam actus contritionis procedit a Pœnitentia supponente gratiam habitualem in anma, pro aliquo priori. Ut etiam ubi asseruimus, et uberius prosecuti sumus locis paulo superius allegatis ex tract, de Justificatione.

Confirmatur, et explicatur hoc ipsum : Conflr mat. nam satisfactio in ratione satisfactionis pertinet ad genus causæ moralis, quia respicit peccatum, seu injuriam compensendam, quæ est quid murale : sed virtus Pœnitentiæ elicit contritionem sub ratione compensationis et satisfactionis pro offensa Deo irrogata : ergo virtus Pœnitentiæ concurrit in genere causæ efficientis moralis ad exclusionem peccati. Major præter quam quod ex illi inserta probatione liquet, etiam constat ex eo, quod satisfactio in ratione satisfactionis se habet in ordine ad extinguenium debitum ex injuria contractum, sicut meritum, vel demeritum ad reddendum debitum præmium, vel supplicium : sed influentia meriti ad præmium, et demeriti ad supplicium est moralis, ut ex omnium sententia supponi debet : ergo etiam satisfactio in ratione satisfactionis petit moraliter influere in compensationem offensæ. Minor vero primi syllogismi etiam constat : quia cum Pœnitentia sit justitia hominis ad Deum, media qua reducitur ad æqualitatem proportionalem inæqualitas inducta per peccatum, ut supra relinquimus late explicatum; contritio, quæ est ejus actus primarius, et qua Deus homini parcitur pro offensa, nequit non subire rationem aliqualis satisfactionis.

107. Confirmatur, et explicatur secundo A,ia· præoccupando aliquorum effugium. Quoniam eo potissime satisfactionis ratio foret cont'itioni deneganda, quia oritur a gratia, ut a principio efficienti, et consequente supponit ablatam maculam peccati, pro qua posset satisfacere : sed hæc ratio non pro-

bat actum contritionis non esse satisfactionem : ergo nec etiam probat virtutem Pœnitentiæ non influere moraliter in exclusionem peccati. Major constat ex ipsamct adversariorum doctrina. Minor vero probatur : 1° quia peccatum non exigit satisfactionem ex ea parte qua est malum hominis, ipsumque deturpat ; qua ratione importat maculam, et privationem voluntariam nitoris gratiæ ; sed ex illa parte, qua irrogat injuriam Deo, et inducit reatum pœnæ æternæ, et temporalis : sed inter ablationem maculæ media gratiæ infusione, et ablationem offensæ media compensatione, mediat contritio, ut clare docuisse D. Thomam manifestum est ex supradictis locis citatis : ergo quamvis contritio supponat pro aliquo priori infusam graiiam, et maculam detersam non ideo excludi debet a ratione satisfactionis. ■*Secundo* probatur eadem Minor : nam esto contritio oicut supponit gratiam, et abstersam maculam, supponeret etiam ex parte Dei remissam offensam, ut intenditur in opposita sententia, adhuc obiret rationem satisfactionis circa reatum pœnæ temporalis remanentis, quem citra dubium præcedit contritio : ergo semper salvaretur virtutem Pœnitentiæ concurrere efficienter ad expulsionem peccati, ut est a creatura compensabili. Probatur hoc : nam juxta eam sententiam ratio injuriæ, et offensæ non esset compensabilis media satisfactione creaturæ, si quidem ita est conjuncta infusioni gratiæ remissio offensæ, ut ex vi formalissimæ infusionisgratiæ remitteretur offensa ex parte Dei : sed ad gratiam non concurrit, nec concurrere posset homo meritorie; ergo nec ad oblationem offensæ, et consequenter ratio offensæ non esset compensabilis a creatura, nec satisfactionem jure posset ab illa extorquere Deus, sicut nec postulat meritum ad obtinendum gratiam. Cum vero maneret reatus pœnæ temporalis, hanc dumtaxat intenderet compensare Pœnitentia, et hujus respectu obiret rationem justitiæ, et satisfactionis, in
D.Thom. qU0 sensu accipi potest D. Thomas quæst. 28, de Verit. art. 8 ad 2, ubi in secunda solutione argumenti ita inquit : *Vel potest dici, quod contritio ad remissionem culpa) quoad reatum pœnæ temporalis se habel per modum causæ efficientis : sed quantum ad maculam, el reatum pœnæ æternæ se habet solum per modum dispositionis,* Non quia S. Doctor non sentiat pro ipsa offensa Dei non fieri satisfactionem media Pœnitentia, ut manifestant testimonia locis citatis allegata. Sed quia, esto ita non esset, adhuc salvaretur efficientia moralis Pœnitentiæ respectu peccati sub ea ratione sub qua esset componsabile : et solum exigeretur pro eo compensatio in eo casu quoad reatum pœnæ temporalis.

Confirmatur tandem ad hominem conlra Suarez : Nam ut ipse concedit, actus qui est expressa voluntas compensandi, effective concurrit ad expellendum peccatum, eo quod imperat actum doloris, et detestationis : sed actus contritionis est expressa, et exercita voluntas compensandi, et est ipsemet dolor, et detestatio compensans : ergo potiori titulo, quam voluntas illa antecedens, debet concurrere efficienter ad expellendum peccatum.

108. Quod vero Pœnitentia non concurrat ad prædictam expulsionem in genere causæ efficientis physicae, et immediate (quæ est secunda assertionis pars), ostenditur primo, quia nullum agens effective physice expellit formam aliquam, quin effective physice producat in subjecto formam aliam physice incompossibilem cum forma expellenda : sed virtus Pœnitentiæ media contritione non producit, nec producere valet formam aliquam physicam physice incompossibilem cum peccato ; ergo non expellit physice peccatum. Consequentia infertur ex præmissis. Major constat inductione omnium agentium, naturalium, imo et ipsius authoris supernaturalis. Minor vero probatur; quia virtus Pœnitentiæ media contritione non producit gratiam sanctificantem inanima, nec aliam formam positivam incompossibilem cum peccato, quæ non est assignabilis : ergo virtus Pœnitentiæ non producit efficienter physice formam physice incompossibilem cum peccato. Ratio a priori hujus probationis est : quia nullum agens inquantum agens intendit per se primo carentiam, seu expulsionem ; si quidem operatur secundum quod est in actu ; quocirca non est dabilis corruptio, quam non comitetur generatio: terminus vero generationis est forma, quæ tribuit speciem nedum effectui, sed etiam ipsi generationi, seu productioni.

Secundo probatur eadem assertionispars: quia peccatum solum potest physice efficienter destrui media Pœnitentia, vel ratione peccati actualis non retractati, sed moraliter perseverantis, vel ratione maculæ habitualis, vel ratione offensæ, aut injuriæ Deo irrogatæ : sed nullo ex his modis potest

test destrui physice efficienter a Pœnitentia media contritione, aut aliquo ejus actu : ergo peccatum non expellitur physice efficienter in prædicto sensu a Pœnitentia. Probatur Minor quoad singulas partes : in primis peccatum actuale jam præcessit, et solum moraliter perseverat : quare eodem modo, quo est, dumtaxat potest destrui, non vero modo, quo non est : nam quod non est non potest destrui : sed peccatum actuale supponitur non esse physice; ergo non nequit physice destrui media contrilione. Nec etiam quoad rationem maculæ, quia hæc est in anima, et actus Pœnitentiæ in voluntate; voluntas autem non agit effective physice inanimam. Præterquam quod macula jam supponitur expulsa pro aliquo priori ad Pœnitentiam, et contritionem, ut dicebamus, media infusione gratiæ, quam contritio efficere nequit, ut est actus virtutis. Tandem offensæ ratio nequit expelli nisi moraliter, cum non alium esse habeat præter esse morale. Præsertim, quia nulla potentia fieri valet Deum ex concursu, seu influxu creaturæ aliqua affici forma physica denuo addita, ut indemnis, et illibata servetur summa ejus immutabilitas; nec apparet, qualiter influxus nostræ voluntatis physice expellere possit injuriam divinam, moraliter juxta prudentum æstimationem existentem in Deo.

109. Sed contra primam assertionis partem, et ejus probationes objicies æque probare habitum, et actum charitatis expellere peccatum in genere causæ efficientis moralis : hoc autem est falsum, et contra D. Thomam in illa solutione ad 3, in qua Pœnitentiæ soli detulit vim efficienter expellendi peccatum : ergo tam assertio quoad illam partem, quam ejus fundamentum sunt falsitali obnoxia. Assumptum Majoris probatur. Nam habitus charitatis pro illo eodem priori, quo disponitur homo ad remissionem peccatorum, elicit actum dilectionis Dei super omnia, qui est prorsus cum peccato Incompossibilis, imo est radix totius impossibilitatis cum peccato; cum attingat Deum sub ratione ultimi finis ; quod reliquarum virtutum actus non habent, nisi ex influxu charitatis : alias praedictus actus est etiam satisfactorius, eî æque potens movere divinam voluntatem ad destructionem peccati : ergo etiam æque a Pœnitentia concurrit effective ad destructionem peccati efficientia morali. Præsertim cum actus charitatis in Deum sit prior actu contritionis, ut constat ex D. Thoma in hac quæst. art. 6, ubi docet motum liberi arbitrii in Deum præcedere naturaliter motum liberi arbitrii in peccatum, ideoque primum actum esse rationem, et causam secundi.

Respondetur tamen negando illationem Majoris, etad ejus probationem concedimus totum, quod in ea continetur, de compossibilitate actus charitatis cum peccato, de præcedentia, et causalitate prædicti actus ad actum contritionis; sed negamus Consequentiam. Et ratio differentiæ sumitur ex supra non semel ostensis, et enuc'eatis : nulla quippe virtus ex proprio, et intrinseco motivo intendit satisfacere pro peccatis, nisi Pœnitentia, quæ sola esc justitia hominis ad Deum, et collimat in reconciliationem divinæ amicitiæ, media destructione peccati, et aliquali pro ipso satisfactione. Charitas vero quamvis detestetur peccatum, sitque cum ipso incompossibilis, non id præstat ex motivo prædicto, sed ex alio universaliori bonitatis divinæ in se ipsa, quam summe diligere intendit. Unde actus charitatis ex sua specie, et motivo intrinseco non est satisfactorius, ut explicuimus supra exemplo Angelorum, in quibus splenduit ferventissima charitas ejusdem rationis cum nostra etiam ante illorum heatitudinem ; nulla tamen in illis fuit, aut esse potuit satisfactio. Quare ut actus charitatis satisfactorius evadat, debet imperari ab ipsa Pœnitentia in nobis, vel a justitia commutativa, ut in Christo, qui ut nostri fidejussor tenebatur ad satisfaciendum. (Quo simul occurrimus tacitæ objectioni.) Unde licet actus charitatis moveat Deum ad deponendam offensam, et condonandam injuriam ; si tamen non interveniret actus Pœnitentiæ imperantis, non remitteretur per modum compensationis, et aliquali justitia ex parte hominis, licet deficienti, modo supra explicato. Atque ideo non expellit peccatum effective. Quam solutionem, et disparitatis rationem hausimus ex D. Thoma in 4, dist. 14, quæst. 2, art. 4 ad
D-Thon" 2 ita asserente : *Nec quælibet virlus habel actum ordinatum ad prædictam æquaiitalem inter Deum, et hominem restituendam, ut dictum est. Et ideo oportet, quod quælibet virlus peccata remittat. Hoc enim Pœnitentiæ convenit, non in quantum est virlus simpliciter, sed in quantum est virtus quædam.*

110. Nec refert, si iterum objicias : Causa efficiens moralis nequit per se primo, et immediate terminari ad carentiam, seu non esse, non secus ac causa efficiens phy-

sica, eo quoi unumquodque operatur, secundum quoi est in actu : sed hac ratione diximus Pœnitentiam non posse concurrere efficienter immediate ad destructionem peccati in ordine physico : ergo eadem ratione dicendum est nec etiam moraliter effective destruere peccatum. Vel si hoc semel assentur, quin obstet il ud principium; pariter non oberit ad hoc ut voluntas physice efficienter excludere valeat peccatum.

^on· inquam, refert hæc objectio. Et disparitas est, quia remissio peccati in ordine morali est maximum bonum utpote quod includit reconciliationem hominiscum Deo, et acceptationem divinam, vi cujus deponitur injuria ex parte Dei offensi per peccatum, et ideo queit creatura sub divina gratia conari ad destructionem prædicta? offensæ in genere causæ efficientis moralis media sui contritione, et conversione ad Deum. In quo profecto non intendit per se primo carentiam, aut privationem aliquam, sed potius ablationem privationis, et carentiæ, quam inducit peccatum sub utraque ratione, et maculæ, et offensæ : nam ut constat ex dictistract.de Justificatione disp. 1, dab. 1, peccatum habituale ex parte recti est privatio gratiæ. et solum ex parte connotati, et obliqui importat actum, ut causam, a qua privatio illa redditur voluntaria, et ut disseruimus tract, de Incarnat, disp. 1, dub. 2, sub ratione offensæ etiam importat privationem moralem juris divini, seu ipsius Dei sub ratione ultimi finis, quam subtrahit Deo, et collocat in creatura. Quapropter in ordine morali remissio peccati, seu non esse illius licet explicetur terminis negativis, potius importat carentiam carentiæ, seu privationem privationis, quod est quid positivum, quam puram negationem, ideoque nihil mirum in ejus destructionem collimare virtutem Pœnitentiæ me lia satisfactione contritionis.

At vero ad concursum physicum in genere causæ efficientis directe, et immediate, qui sit absolute, et simpliciter talis, requiritur quod physice efficiatur aliqua forma, qua expellatur contraria, et inducatur ejus carentia. Non enim apparet qualiter agens physice efficiat ratione formæ, quin ex parte effectus splendeat aliquid physice causatum medio prædicto influxu, ut in luctione, et ratione constat : quocirca in remissione qualitatum, quæ est species alterationis. condistincta ab earum intentione, non assignant Philosophi non osse majoris intentionis præcise, quo pacto est negatio, et terminare nequit influxum positivum immediatum, et directum ; sed assignant mo lum positivum determinatum, vel qualitatis contrariae, vel ipsius, quae remitti dicitur, ex quo sequatur non esse modi intensioris alterius opposita?. Cum vero influxus physicus virtutis Pœnitentiæ potissime, ac primario explicetur in contritione, qua se homo disponit ad remissionem, et compensationem peccati ; et hoc sive ex parte maculæ, sive ex parte offensæ consistat in privatione : aliunde vero supponatur infusa gratia tam ad prædictam virtutem, quam ad ejus actum; relinquitur neutiquam proprie influere posse nisi in remissionem offensæ, quam pro priori aliquo præcedit, et in reatum pœnæ temporalis permanentis adhuc obtenta remissione, consequenterque ejus influxum non posse non esse moralem.

iit. Sed instabis, et dices adhuc: Ad salvan iam efficientiam physicam virtutis Pœnitentiæ in peccatum sufficit influxus in actum contritionis : sed hujusmodi influxus est physicus : ergo virtus Pœnitentiæ physice influit in destructionem peccati. Cætera constant præter Majorem, quæ sic probatur : nam eo ipso quod influat effective in actum contritionis, destruit effective eo lem concursu, quidquid opponitur, et est incompossibile cum actu contritionis; sed peccatum est incompossibile cum actu contritionis : ergo ex vi ejusdem influxus physici, quo eluitur actus contritonis, destruitur physice peccatum. Præsenim cum actus contritionis non sit dumtaxat dispositio moralis, sed etiam physica gratiæ, ad eamque ultimate physice hominem præparat : atque ideo ex vi ejusdem influxus effectivi debent excludi, quæ ipsi contritioni repugnant.

Respondetur ad objectionem negando Ssist*· Majorem cujus falsitas constat ex eo; nam hoc quod est Pœnitentiam physice efficere proprium actum, est prædicatum ipsi commune cum aliis virtutibus, in quo proinde non magis explicatur destructio peccati, quam in aliis. Pœnitentiæ enim non competit destruere vel physice, vel moraliter peccatum ex ratione sibi, et aliis communi, ut paulo ante nos docuit D. Thomas : sed ex ea parte, qua effective exhibet compensationem pro peccato, in quo non est reperire, nisi privationem voluntariam gratiæ, et offensam irrogatam Deo, ad quam tollendam nequit concurrere nisi moraliter; cum satisfactio sit ordinis moralis, et non nisi moraliter compensanda. Porro ad hujusmodi compensationem hoc mudo exhibendam, verum est desiderari, ac præsupponi debere influxum physicum voluntatis in actum : sed aliud est iste influxus, aliud modus causandi competens influxui : primum est quid physicum, secundum est quid morale, ut constat in re non a Imodum dissimili. Nam aliud est ad meritum vitæ æternæ prærequiri influxum physicum voluntatis, ac gratiæ, per ordinem ad quas est quid physicum actus meritorius; aliud vero, quod actus meritorius influat physice in præmium, vel modus concurrendi sit physicus. Et licet primum sit omnino verum, secus vero secundum, nec iste ex illo deducitur. Stat ergo Pœnitentiam influere physice in actum contritionis, et quod actus contritionis solum influat moraliter in exclusionem peccati, Unde constat ad probationes inductas negatae propositionis, et ad *primam* dicas Pœnitentiam ex vi illius influxus solum destruere effective, quod non supponit destructum in peccato ; hoc vero solum est ratio offensæ in sensu explicato, et reatus pœnæ temporalis; non vero ratio maculæ, quam delere pertinet ad gratiam, et non ad actum contritionis consecutum ad infusionem gratiæ. Ad *secundam* respondetur ita esse, quod sit dispositio physica ; sed hæc dispositio physica respectu gratiæ, solum influit moraliter in offensam, ut clare docet D. Thomas in 4, dist. 14, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. 1, in corpore omnino videndus.

g Π.

Diversæ sententiæ referuntur, el refelluntur.

i 112. Conveniunt Theologi in eo, quod pœnitentia omnia peccata deleantur; sed circa modum ea excludendi non est unus eo-om sensus, sed in varios abeunt dicenoi modos, quorum præcipui sunt duo. ; Primus fuit Scoti in 4, dist. 14, quæst. 2, 'ariic. 2, docentis Pœnitentiam medio proprio actu disponere tantummodo ad remissionem peccatorum, absque ullo alio influxu effectivo. Qui dicendi modus deinde arrisit Vasquio ad art. 2 hujus quæst. dub. unico, ubi solum habitui adscribit influxum, actui vero tribuit dumtaxat vim disponendi, imo et justificandi. In quo nec vere, nec consequenter processit : quoniam effectus formahs foimæ sanctificantis non deferri debet pjus dispositioni; atque ideo si actus contritionis est dispositio ad formam justificantem, nequit esse forma formaliter justificans. De quo tract, de Justificat. Quod idem docuerat 1, 2, disp. 111, cap. 7, et tenet Suarez in præsenti disp. 8, sect. 3, et insinuasse visus est Ferrara 4, contra Gentes cap. 72,|û îm *præmissis,* prope finem commentarii illius capitis. Pro qua sententia

Arguitur primo : nam actus Pœnitentiæ tantum concurrit dispositive ad infusionem gratiæ sanctificantis : ergo eodem, et non alio concursu, influit in remissionem peccati. Antecedens constat ex Concilio Tridentino sess. 6, cap. 6, ubi actibus pœnitentis tantum defertur causalitas dispositiva in gratiam, et expresse etiam docet D. Thomas innumeris in locis passim obviis. Consequentia vero probatur, si quidem in eodem genere causæ, in quo causa influit ad introductionem formæ, concurrit ad exclusionem oppositæ, ut inductione constat : ergo si actus contritionis solum concurrit dispositive ad introductionem gratiæ sanctificantis; in eodem, et non alio concurrit etiam ad exclusionem peccati oppositi.

Primam argumentum. Concil. Trid.

Respondetur ad argumentum. concedendo Antecedens, et negando Consequentiam , quam non evincit probatio . quæ solum tenet respectu formæ excludendæ prout se tenet ex parte subjecti, et opponitur subjective formæ introducendae ; non autem est vera, loquendo de termino extrinseco, illato, et connotato a forma expellenda : hic enim, si etiam auferri debet, ut denuo forma introducatur, admittere potest diversum influxum. Quod patet adhuc in humanis, ubi ad reconciliationem amicitiæ ob damnum illatum non swficit offendenti apponere actum benevolentiae, qui alias poss-et amicitiam vel tueri, vel denuo stabilire, vi cujus excluderet actum oppositum inimicitiae; sed insuper desideratur concursus effectivus, quo damnum illatum restituat, vel honorem deferendo, vel rem ablatam suo domino vindicando. Cum orgo in peccato ultra deformitatem, seu malitiam se tenentem ex parte peccatoris sit etiam injuria se tenens ex parte Dei, quæ est terminus extrinsecus, et connotatus a peccato, et ipsi extrinsecus; hinc fit ex vi illorum actuum, quibus se homo ad Dei præparat gratiam , excludi

Solalio.

quidquid ipsi contradicit ex parte deformitatis, et Bjjditiæ se tenentis ex parte hominis peccantis; quin alius influxus ex vi hujus desideretur. Atque ideo sicut ad infusionem gratiæ solum dispositive concurrit, ita et ad omnes effectus formales, vel quasi formales ipsius, mediis quibus excluduntur oppositi. Cæterum quia ratio injuriæ est extrinseca homini, et intrinseca Deo, ad hujus expulsionem necessarius est influxus effectivus, qui directe versetur contra injuriam per modum compensationis, et satisfactionis. Quocirca tam Concilium Tridentinum, quam D. Thomas et alii Theologi ultra motum liberi arbitrii in Deum, medio quo convertitur homo ad ultimum finem sibi praestitutum, et consequenter excludit aversionem ab alio ultimo fine, requirunt in justificatione motum liberi arbitrii in peccatum, quod quidem necessarium non fuit nec in Angelis, nec in Christo, nec in aliis nulla labe peccati gravis infectis.

Urgeas replica ex D. Thoma.

113. Sed contra hanc solutionem, quæ est, et esse debet communis discipulis D. Thomæ, quamlibet sententiam tueantur, militare vi ietur alia ejusdem S. Doctoris supra in hoc eodem dubio relata ex quæst. 28 de veritate articnl. 8 ad 2, ubi in prima solutione adscribit contritioni, quod concurrat efficienter ad expellendum peccatum, quatenus continet Sacramentum in voto. In secunda vero, quam subjunxit immediate affirmat ad remissionem maculae, et reatus pœnæ æternæ se habere *solum* per modum dispositionis, ad reatum vero pœnæ temporalis per modum causæ efficientis. Verba hujus solutionis secundæ, quæ præferenda videtur, dedimus supra num. 110. In neutra vero consonat D Thomas doctrinæ traditæ : nam in prima totam vim effectivam detulit Sacramento in voto, quasi sine illo nul a suppeteret contritionis vis effectiva ; in secunda vero, quam agnovit, fuit respectu pœnæ temporalis, amandata prorsus, quam deferimus respectu offensæ. Er-io vel sibimet est adversus Angelicus Praeceptor in hac 3 p. et alibi pluries ; quod non est dicendum : vel nos ipsi adversamur, quod videtur verius.

Respon- Anuxo.

Nec refert, si cum Arauxo respondeas, particulam *solum* qua usus fuit D. Thomas, et excludi videtur quilibet alius concursus effectivus, non excludere a concomitantibus, sed supponere, et includere : subindeque quamvis D. Thomas dumtaxat concursum dispositivum expresserit pro contritione ; non idcirco ablegavit concursum moralem effectivum annexum illi primo.

Nam contra est : quoniam illa explicatio distinctionis exclusive), quam veram esse absolute, et ex terminis nemo ibi inficias, quoad præsens non bene applicatur. Et ratio est : quia prædicta expositio solum tenet in per se comitantibus, et expresse non exclusis ; ut si diceres : *Homo lanium esi rationalis,* non inde bene inferretur: *ergo homo non esi nsibilis, eo* quod in ipsamet rationalitate includitur radix risibilitatis comitantis rationabilitatem. Cæierum non habet locum hic sensus, quoties silerum prædicatum excluditur ab uno, et attribuitur alteri, ut si assereres : *Homo tantum est rationalis, et non est discurswtii,* in qua locutione neutiquam adscribi deberet homini discursus, si vera esset illa propositio cum dictione exclusiva. Constat autem Angelicum Præceptorum ita distribuisse influxus in contritione, quod pure dispositivum detulit ipsi tum ad gratiam, tum ad remissionem pœnæ æternæ annexam infusioni ejusdem gratiæ; influxum vero effectivum illi adscripsit respectu solius pœnæ temporalis, et consequenter manifeste exclusit circa pœnam æternam; aiioqui enim futilis, et prorsus nulla fuisset distributio illa, ut est perspicuum : ad utrumque enim concurreret dispositive, et efficienter contritio respectu pœnæ æternæ. Quare illa expositio præterquam quod est omnino voluntaria, ut dissona menti D. Thomæ rejicienda, et repellenda est.

AHona jæ.

114. Nec hujus impugnationis robur elevatur dicendo, tum S. Doctorem eatenus negasse contritioni concursum effectivum respectu pœnæ æternæ, quatenus hæc sequitur ex malitia actus peccaminosi; sed illum asseruit respectu ejusdem pœnæ æternæ. quatenus hæc consequitur ad offensam divinam. Quoi est asserere prædictæ pœnæ reatum consequi ad malitiam, et ortum ducere etiam ab offensa; et ex primo capite concessit illi D. Thomas concursum dumtaxat dispositivum, quem exercet circa gratiam ut excludentem maculam : ex secundo vero adstruxit etiam effectum, quo viget respectu ofiensæ. Tum dictionem illam exclusivam *solum,* qua usus fuit Doctor Angelicus, cadere supra totum copulatum, seu complexum; non tamen respectu unius partis illius. Unde sensus

sensus est, respectu expulsionis maculæ, et simul reatus pœnæ æternæ, Pœnitentia non concurrit effective, sed dispositive in genere causæ materialis. Cum quo tamen sint concursus effectivus ratione solius offens® ut excludendæ.

Nisi maluerit, cui neutrum horum arriserit, D. Thomam in prædicta solutione ad 3 hujus articuli, correxisse sententiam in illa quæstione de veritate edoctam, cui proinde standum non est.

isfiU-
HГ.

Non (inquam) ulla harum responsionum infringitur vis factæ impugnationis. Non enim potuit D. Thomas vel interrogatus clarius respondisse contritionem ad expulsionem maculæ, et reatum pœnæ æternæ solum dispositive se habere; et dumtaxat ad exclusionem reatus pœnæ temporalis efficienter concurrere. Ubi clare distinxit inter partes totius complexi, et determinate negavit de una, quod alteri concessit : non est ergo locus distinctioni illi de toto complexo, et de ejus parte, quasi quod toti negaverit, illud parti concesserit : adhuc enim opus erat asseruisse absolute ad exclusionem peccati se habere contritionem pure dispositive; et inde descenderetur ad partes, vel quasi paries ipsius peccati distinguendo unam ab alia, et concedendo alicui, quod non conveniebat toti. Quo contra se gessisse Angelicum Doctorem manifestum est : nam primo distinxit peccatum, quoad maculam, et reatum pœnæ æternæ, et respectu hujus partis concessit influxum pure dispositivum : deinde meminit reatus pœnæ temporalis, cui ut excludendo media contritione assignavit concursum effectivum Pœnitentiæ. Non est ergo fundamentum in littera D. Thomæ ad illam secundam glossam, sed ut voluntaria rejicienda est.

Et eadem perspicuitate repellitur prima. Nam reatus pœnæ æternæ non fundatur indifferenter, et quasi promiscue in malitia, et in offensa; sed determinate respicit alterutrum illarum, a qua ortum ducere debeat. Si ergo nitatur malitiæ peccati, quidquid sit de offensa, non alium concursum attribuit S. Doctor contritioni respectu pœnæ æternæ excludendæ, quam respectu maculæ, quem docet esse dispositivum, et reduci debet ad genus causæ materialis. Si vero sequatur ad offensam; idemmet Influxus, quo contritio expellit offensam, ex consequenti porrigi debet ad excludendum reatum pœnæ æternæ, consequenterque vel ad utrumque, vel ad neutrum se habere debet per modum causæ efficientis. Prætorquam qnod, sive unum, sive alterum sustinendum sit, et quodlibet eorum eligatur, propositio negativa D. Thomæ semper est falsa, et contra S. Doctorem diserte asserentem *quantum ad maculam, el reatum pœnæ æternæ contritionem se habere solum per modum dispositionis.* Nam juxta quamlibet earum verum est ad reatum pœnæ æternæ non se habere solum dispositive, sed etiam efficienter nostram pœnitentiam, quod est contradictorium propositionis D. Thomæ.

Legitima intel i-gentia D'.Tboni

415. Illa ergo solutione in sua probabilitate relicta, vera intelligentia S. Doctoris aliunde petenda est. Ut vero eam perspicue tradamus, supponenda est ipsius doctrina exi, 2, quæst. 87, arteul. 4, ubi affirmat, quod *ex parte aversionis respondet peccato pœna damni, quæ est infinita : est enim amissio infiniti boni, scilicet Dei : ex parte vero inordinate conversionis respondet eipœna sensus, quæ est finita.* Et ratio est clara : nam pœna æterna nihil aliud est ex parte recti, quam privatio visionis beatificæ, quam pœnam damni communiter appellamus. Unde sicut visio beatifica radicatur in gratia, quæ est semen gloriæ, ita ejus privatio ortum ducit ex carentia, seu privatione gratiæ proveniente ex aversione a Deo. Quare pœna æterna, seu damni directe oritur ex macula peccati avertentis hominem a Deo ut suo ultimo fine supernaturali. Non vero correspondet offensæ prout se tenet ex parte Dei, ut etiam est expressa doctrina ejusdem S. Doctoris in 4, dist. 46, quæst. 4, artic. 3 ad 6, ubi asserit, quod *pœna proprie loquendo corresponde peccato secundum inordinationem, seu malitiam, quæ in ipso peccato invenitur; non vero secundum dignitatem ejus, in quem peccatur.* Et quia offensa formalis non*est malitia moralis, quam supponit, sed quædam læsio, et injuria irrogata personæ offensæ, ad cujus reparationem non ordinatur per se primo pœna : sed satisfactio, et restitutio : idcirco in doctrina D. Thomæ nec pœna temporalis, nec æterna per se primo, et formaliter debetur offensæ, sed una, et altera exigitur pro malitia, et deordinatione actus, sicut satisfactio, et restitutio exiguntur pro offensa. De quo tract, de Peccatis disp. 17, dub. 3 et 4. Ubi hanc doctrinam fusius prosecuti sumus.

Ex ea vero haud obscure depromitur vera intelligentia prædicti testimonii. Quia cum locutio D. Thomæ semper fuerit præ-

cisiva, et valde formalis pro materiæ, de qua agebat, exigenda, cum distinxisset in peccato maculam, seu malitiam ex parte conversionis, et aversionis, necnon injuriam ex parte Dei et cuique eorum munerum proprium terminum destinaverit, ut modo ex ipso audivimus. Hinc in prædicto testimonio in contrarium allegato, merito asseruit contritionem se habere solum dispositive ad excludendum reatum pœnæ æternæ, consecutum ex macula, seu malitia peccati, ad quam amovendam hoc solum modo se habere ean ;em contritionem constans est S. Doctoris, et discipulorum sententia; quidquid sit de ejus influxu ad auferendam, et compensandam offensam, quod explicare non fuit necessarium ad intentum argumenti, et illius articuli, cui titulus erat : .4n in *impii justificatione matus liberi arbitrii gratiæ infusionem procédai?* Porro in ejus corpore statuit D. Thomas gratiam non expellere peccatum effective per aliquam actionem mediam, quæ procedat a gratia, utpote ex quo sequecétur peccatum, et gratiam simul existere pro aliquo instanti. Eiad hoc vitantium docuit solum illud expellere in genere causæ formalis, et motus liberi arbitrii anteire in genere causæ materialis. Ultra quam præcedentiam intendebat argumentum aliam in genere causæ efficientis respectu maculæ peccati, et pœnæ æternæ ipsi ann^-xæ, quasi actus contritionis non posset effective procedere a gratia, quam præcedebat in prædicto genere materialis causæ dispositivæ ex parte hominis. Et hoc negavit D. Thomas, et dixit respectu maculæ et pœnæ æternæ solum se habere contritionem per modum dispositionis physicæ, non vero efficienter juxta sensum articuli. Quod verissimum est, et libenter concedimus cum Angelico Præceptore : si quidem ut constat ex nuper observatis ex eodem D. Thoma, ad hoc non exigitur ulla satisfactio, nec restitutio; sed solum correspondet pœna luenda, et temporalis, et æterna juxta distributionem ibi factam. Cum hoc tamen bene cohæret eandem contritionem sumptam in esse dispositionis, ut sic dicamus moralis compensantis, ac satisfacientis concurrere efficienter moraliter ad exclusionem prædictæ oflensæ, quatenus eam eliciendo effective offertur

hantuT satl$factl° possibilis homini, ut docuit diversa in hac 3 p. et alibi sæpe; quin opus sit uia.'Ttc£-recurrere ac* retractationem ad quam tantimonia. dem refugit Arauxo. Et ita omnia consonant. Quod vero hæc sit mens D. Thomæ liquet ex ipso articulo, necnon exsolutione ad 5, ex argumentis *sed contra,* ubi docet, quo i dispositio non facit aliquid formaliter, aut effective, sed materialiter tantum, in quantum per dispositionem materia efficitur congrua ad receptionem formæ. Et sic contritio facit ad gratiæ infusionem in eo qui culpam *habet.* Ubi clare loquitur de gratia prout se tenet ex parte hominis se deponentis, et de culpa, ut est illius privatio; non vero meminit offensæ, et satisfac ionis pro illa, utpote non idoneis ad so'utionem argumenti.

116. Sed dices. Si ita res esset, non vere docuisset D. Thomas se habere contritionem efficienter ad remissionem pœnæ temporalis. Consequens non debet admitti, utpote contra D. Thomam : ergo nec solutio tradita, ut de ejus mente admittenda est. Probatur Major. Nam pœna temporalis, sed reatus ai illam sequitur ad malitiam peccati, i on minus quam reatus pœnæ æternæ: sed quia pœna æterna, seu reatus ad illam sequitur ad militiam, nequit ad illam efficienter concurrere contritio per modum satisfactionis : ergo idem dicere debuit Angelicus Præceptor de pœna temporali, seu ejus reatu. Quod tamen constat esse falsum. Mα.

Respondetur negan io Majorem, quam non evincit probatio inducta, quia licet pœna temporalis, seu sensus sequatur ad inordinatam conversionem, sicut pœna damni ad aversionem a Deo, et in hoc sit convenientia; est tamen disparitas inter modum, quo una, et altera excludi petit : nam prima penitus non remittitur cum peccato, sed post adeptam justificationem, et obtentam gratiam adhuc remanet reatus ad luendam pcenam correspondentem deordinationi affectus circa res sensibiles juxta illud : *Quantum glorificavit se, tantum date illi tormentum.* Apocalys. 18. Quocirca in præsenti, vel in futurum tantum supplicii sustinendum esc, quanta fuit inordinata peccati usura, sive hoc fiat vel media nuda sustinentia pœnæ, ut accidit in Purgatorio, vel media satisfactione pœnali. Ob quam rationem loco supra allegato de Peccatis observavimus multoties satisfieri offensæ per pcenam vel hujus reatum non semel satisfactione in hac vita purgari Et ex hoc capite, cum contritio præcedat non solum natura, sed etiam tempore remissionem pœnæ temporalis, jure optimo notuit asserere D. Thomas contritionem efficienter se habere ad remissionem pœnæ temporalis.

El Etre vera ita est : quia media contritionis pœna voluntarie assumpta nedum exhibetur Deo satisfactio pro offensa ; sed etiam pro pœnæ temporalis reatu permanente. Cætorum reatus pœnæ æternæ tam intimus est peccato quoad incurri, et etiam excludi, ut in eodem signo, in quo est peccatum, vel incursum, vel exclusum, adesse debeat. Cum vero malitia peccati in sententia D. Thomæ satis manifesta excludi debeat prior i adactum contritionis media infusione gratiæ ; sicut hanc solum præcedit in genere causæ materia is, non vero efficientis : ita et remissionem prædictæ pœnæ anteitdumtaxat ex parte subjecti, seu quod idem est, in genere causæ materialis dispositivæ. Ideoque optime cohæret concursus effectivus contritionis in pcenam temporalem; cum tamen illi repugnet idem concursus in gratiam, et in reatus illius exclusionem.

117. Secundo arguitur ex eodem D. Thoma, et evertitur solutio tradita: nam justificatio impii, et remissio culpæ sunt effectus solius gratiæ operantis : sed ad effectum gratiæ operantis solus Deus con currit effective : ergo ad remissionem peccati solus Deus concurrit effective, subindeque actus Pœnitentiæ ad summum se habere poterit dispositive. Utraque Conse- . a quentia constat. Major est doctrina D. Tho- I, 2, quæst. III, art. 2, nec non in hac 3 p. quæst. 86, art. 4 ad 2. Minor etiam, constat ex eodem S. Doctore loco immediate citato ex hac 3 p. ubi expresse afiirmal remissionem culpæ, et reatus pœnæ æternæ esse effectum solius Dei. et ejus gratiæ ut operantis; remissionem vero pœnæ tem; oralis pertinere ad gratiam cooperantem cum libero arbitrio : ergo jnxta D. Thomam actus Pœnitentiæ non concurrit effective, sed tantum dispositive ad remissionem peccati; si quidem ejus efficientia solum tendit ad extinguendum reatum pœnæ temporalis, remanentem post infusam gratiam, et exclusum peccatum

1*. Respondetur ad argumentum ex dictis dub. præcedenti, et loco ibi citato ex tract, de Gratia, ubi explicuimus ex Angelico Præceptore propria munera gratiæ operantis, et cooperantis, quæ recolenda sunt. Gratia ergo operans usurpatur dupliciter a j S. Doctore; vel proprie, et hoc modo importat auxilia transeuntia subito moventia hominem ad operationem liberam, sed non deliberatam, utpote ex præcedenti judicio non oriam. Vel non ita proprie, et stricte, sed magis late, quatenus dicit gratiam habitualem, et virtutes, ac dona eamin sequentia, et comitantia, prout descendunt a Deo, et ex ejus parte se tenent : quo pacto convertunt Deum, ut ita dicamus ad creaturam, sed ex vi hujus creatura non intelligitur conversa in Deum : quippe quæ non convertitur in creatorem actualiter absque proprio actu dilectionis Dei, et motum contra peccatum, ut expresse affirmat Angelicus Præceptor locis in contrarium allegatis, et alibi sæpe. Tn quo nullus ejus discipulus hærere poterit, si vere discipulus est. Ex quibus hanc secundam acceptionem elegit D. Thomas accipiendo gratiam operantem pro gratia habituali, ut se tenet ex parte Dei, et peccatum prout se tenet ex parte hominis, et importat maculam, et aversionem ab ipso Deo. In quo sensu docet a sola gratia proficisci remissionem peccati ad quam proinde nequit homo concurrere effective, sed tantum dispositive, libere eam acceptando, et ad ejus receptionem se præparando. Quod verissimum est, et illud sæpe cum S. Doctore asseruimus. Quia tamen adhuc peccatum se tenet ex parte Dei, cui irrogavit injuriam, ad hanc amovendam exigitur motus pœnitentis in ipsum, vi cujus ipsamet gratia, quæ sub relata consideratione dicebatur operans, est, et vere dicetur cooperaris cum ipso libero arbitrio operante, et etiam coopérante ; idcirco adhuc posita prima illa remissione peccati inadæquata, suppetit locus influxui Pœnitentiæ effectivo contra injuriam se tenentem *èx parle* Dei; licet sit solum dispositivus, et quasi materialis ad primam, et quasi partialem remissionem.

118. Porro id ita accipiendum, et intelligendum esse, vel ipsemet arguens fateri tenetur, nisi velit etiam repellere ab actu contritionis rationem dispositionis in justificationem. Nam ad gratiam operantem stricte sumptam, et prout movet ad actum indeliberatum absque præcedenti judicio rationis, nulla ex parte hominis præcedit dispositio, alias daretur processus in infitum, quod est vitandum : ergo si loqueretur D. Thomas de gratia operante sub hac stricta acceptione, non solum exclusisset concursum effectivum Pœnitentiæ, sed etiam dispositivum : qyando quidem in ejus sententia actus Pœnitentiæ non procedit a solo auxilio transeunte, sed etiam a gratia sanctificante, ut modo supponimus, et supponi debet ab omnibus, qui, ut par est, salvare conantur in Pœnitentia veram Fundatur responsio.

justitiæ rationem contra injustitiam peccati. Quod tamen ægre, aul vix sustineri potest, si actus contritionis ortum duceret a solo auxilio, et non a gratia : in quo eventu praedictus actus ut antecedens gratiam, nec meritorius, nec satisfactorius esse posset, ut suo luco ponderavimus, et evicimus. Cum ergo D. Thomas statuerit ad illam gratiam operantem dispositive se habere actum Pœnitentiæ, eaque excludi peccatum, prout est malum hominis, et importat maculam, seu malitiam aversionis ; manifestum nobis videtur sermonem habuisse de ipsa gratia sanctificante sub ratione *operantis,* ei convertentis Deum ad creaturas, quo pacto excludit peccatum, ut malum hominis est.

Foleiinr ulleriüs,

Id quoi adhuc redditur certius ex eo quoniam per gratiam operantem in prima acceptione, seu quod in idem recidit, per solum auxilium transiens non excluditur peccatum sub aliqua sui consideratione : sed D. Thomas fuit loculus de gralia operante excludente peccatum, ut se tenet ex parte hominis ; ergo D. Thomas sermonem habuit de ipsa gratia justificante sub ratione operantis, et non de solo auxilio. Ec no discursui dumtaxat mentem S. D.Tbom. Doctoris linquere videamur ipsum adeamus dicentem infra quæstione 86. articul. 6, ad 1, quod est hujusmodi : *Dicitur enim Poenitentia virtus secundum quod est principium humani aclus : sed humanus aclus non operatur ad remissionem culpæ, quæ est effectus gratiæ operantis : ergo remissio culpæ non est effectus Pœnitentiæ se·eundum quod est virtus.* Inquit itaquo : *Dicendum quod effeclus gratiæ operantis est justificatio impii,* ut *in secunda parte dic·tum est, in qua, ut ibidem dictum est, non solum est gratiæ infusio, et remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei format#, et motus liberi arbitrii in peccatum, qui est aclus Pfcnilen·tiæ. Hi autem aclus humani sunt ibi ut effectus gratiæ operantis simul producti cum remissione culpæ. Unde remissio culpæ non fit sine actu Pœnitentiæ virlulis, licet sil effectus gratiæ operantis,* illius videlicet, quæ immediate operatur justificationem, quale non est auxilium transiens, sed ipsa gratia sanctificans, a qua illi actus formati procedunt.

2meu-lum3.

A-rau^tur tertio ex Vazquez : Ideo Pomitentia non tantum dispositive, sed etiam effective expelleret peccatum, quia est virtus generalis, oppositionem formalem habens cum impœnitentia ipsi forma' liter opposita. Sed hæc ratio est nulla, Ergo nulla est ratio asserendi concursum illius effectivum contra peccatum. Major esi doctrina D. Thomæ iu illa solulione ad 3, quæ fuit occasio excitandi præsens dubium. Minor etiam constat in charitate, quæ est virtus æque universalis, et incompossibilis cum omni, et quolibet peccalo mortai;sed tamen non confert influxum effectivum pro illorum exclusione : ergo quod Pœnitentia sit virtus opposita omnibus peccatis, neutiquam probat effectivum ipsius concursum pro illorum destructione.

Ad hoc argumentum constat ex supra in hoc eodem dubio num. 112 expensis. Lindo constat distinguendam esse Majorem : *quia est virtus generaliter peccato op^posita, utcumque* , nego .Majorem : per modum compensationis, et satisfactionis concedo Majorem, et concessa ac negata Minori sub eadem distinctione, nulla est Consequentia : actus quippe charitatis non est satisfactorius pro peccatis, nec in illorum destructionem colliniat ex sua specio, licet cum illis sit incompossibilis. Sed ex hac incompossibilitate non intulit D. Thomas, nec sustinent ejus disc.puli, concursum effectivum Pœnitentiæ, sed ex radice prædicta, quæ diversa est, et soli Pœnitentiæ congruit, aliis vero virtutibus ex ejus imperio. Un ie constat defecisse Vasques in attingenda S. Doctoris mente.

120. Secunda sententia per aliud ex-Uemum præcedenti opposita docet virlutem Pœnitentiæ concurrere ad expuisio-, 'jau nem peccati in genere causæ eiticientis physicæ. Ita D. Donavent. in 4, dist. 14, D-B'· art. 2, quæst. 7, Durandus ibidem quæst. Dirui. 2, ubi etiam Soto quæst. 2, art. 1, et dist. 15, quæst. 1, art. 6, quos sequitur Nuno ⁸ v«j.' in præsenti dub. 2. conci. 3. Pro ea etiam referuntur Andreas Vega lib. 8, super Concil. Trident, cap. 9, quatenus docet Pœnitentiam esse causam efficientem infusionis gratiæ,' Thomas Stapleion lib. de Justificatione cap. 2, asserens cooperationem liberi arbitrii ad justificationem reduci debere ad genus ciusæ efficientis, sicut reducuntur omnes aliæ dispositiones, et instrumentales causæ, juxta quam sententiam etiam aclus charitatis debet inter causas efficienter expellentes peccatum annumerari. Joseph. Angles quæst. 2, de Contritione art. 8, conci. 1, et aliqui alii discipuli D. Thomæ praeter jam relatos, quos

r

quos allegat Martinez de Prado in præsenti quæst. 86, dub. 9.

Mill-πα. Potissimum hujus sententiæ fundamentum quoad discipulos D. Thomæ sumitur ex testimonio supra allegato in limine hujus quæstionis, ubi tam absolute, quam diserte aflirmat D. Thomas virtutem Pœnitentiæ præ omnibus aliis expellere effective omne peccatum. Ex quo loquendi modo sic absoluto conficit Nuno discursum, quo intentum concludi videtur. Nam quoties D. Thomas absolute, et sine limitatione loquitur de efficientia, inteiligi debet in ordine physico : sed D. Thomas absolute, et absque restrictione asserit Pœnitentiam effective concurrere ad destruenda omnia peccata : ergo asserta efficientia debet ad ordinem physicum reduci ex mente D. Thomæ. Caetera constant, praeter Majorem, quæ facile suadetur tum ex se, quoniam efficientia moralis non est absoluta efficientia, sed secundum quid; potius enim tandit ad movendam, et inclinandam voluntatem alterius, ut influat in effectum, quam in effectum ipsum, ut patet in gloria meritis nostris moraliter obtinenda. Tum etiam ex ipsa doctrina D. Thomae, in qua si verum est Sacramenta efficienter ad gratiam concurrere, intelligitur de efficientia physica, ut est perpetua Doctoris, et discipulorum intelligentia. Si sermo etiam fuerit de humanitate Cliristi respectu miraculorum , et humanæ salutis, etiam intelligitur de vero concursu in genere causæ efficientis physica». Ergo similiter, dum asserit S. Doctor Pœnitentiam effective destruere omne peccatum; intelligendus profecto erit de destructione, et efficientia in ordine physico, non vero de sola morali.

Hic tamen discursus, quo moti videntur aliqui S. Doctoris discipuli ad hanc partem, ut de ipsius mente tuendam, non tam urgens nobis videtur, ut illi existimant. Nam Major intelligenda est juxta qualitatem materiæ, de qua agitur. Et quia in materia Sacramentorum, et humanitatis Christi (ut exempla illa convellamus) materia ipsa postulat efficientiam physicam, ut suis locis ponderavimus (alias nihil fere docuisset D. Thomas, nec Conciliorum doctrinis se conformasse!), idcirco tenendum esse asseruimus, et asserimus tum Sacramenta, tum humanitatem Christi efficienter physice concurrere, ad induendos proprios effectus : et consequenter ad hanc doctrinam supponimus etiam contritionem ipsam, ut partem Sacramenti in hoc eodem genere influere ad gratiam Sacramenti, et ad destructionem peccati. Sed hinc retorquemus pro nobis argumentum. Etenim quid amplius concedi debet Pœnitentiæ ad expulsionem peccati, quatenus actu est pars Sacramenti, et simul cum ipso influit, quam ei deferatur, aut deferri debeat ab illo sejuncta», ut solum implicat Sacramenti ipsius votum : sed ut pars Sacramenti influit physice instrumentaliter in gratiam remissivam peccati, subindeque in ejus remissionem : ergo sejuncta, et separata a Sacramento non influit physice neque in gratiam, nec in peccati destructionem. Major præter quam quod ex se ipsa patere videtur, constat ex eodem D. Thoma infra quæst. 8G, art. 6. übi investigatis : *An remissio culpæ sil effectus Panilenliæ?* respondet in corpore articuli, quod remissio culpæ est effectus Poeni tentiæ, principalius, secundum quod est Sacramentum, secundario autem, et minus principaliter secundum quod est virtus. Quod e contrarie accideret, si ut virtus physice causaret remissionem culpæ : hoc enim pacto concurreret per modum virtutis principalis, et non instrumentalis, in ordine physico : sed principalior, et nobilior est influxus principalis pro instrumental! : ergo principalius influeret in remissionem culpæ sub ratione virtutis, quam ut est pars Sacramenti : quod est in se falsum, e contra mentem D. Thomæ.

121. In prædicto ergo testimonio ma-J|cns nifeste loquitur S. Doctor de efficientia omæ morali : inquit enim Pœnitentiam expellere omne peccatum effective, *in quantum cooperatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex divina gralia, homine coopérante.* Ubi duplex influxus necessario est distinguendus; et qui exercetur medio actu ipsius Pœnitentiæ, qui profecto physicus est, et physice exhibetur a virtute : et qui exercetur circa ipsum peccatum prout est ex eadem gratia remissibile ; qui quidem nequit non esse moralis, et moraliter attingens exclusionem peccati. Ex eo namque quod hominem sui divina gratia vere pceniteat peccati, et qualem qualem propriam offerat compensationem pro illo; movetur Deus ad plenam ejus remissionem elargiendam ; sicut ex eo quod homo sub eadem gratia bene operetur, meretur a Deo sibi præmium. Unde sicut in hoc exemplo duplex intervenit influxus, alter physicus respectu actus meritorii, alter

voro moralis erga pnemium consequendum , quorum primus præsupponitur ad secundum; haud dissimiliter in nostro casu. Juxta quam doctrinam distinguendie, et explicant® sunt propositiones pnejacti discursus, ut intelligi debeant de efticien-Lia physica per ordinem ad contritionem ; per ordinem vero ad offensam, quæ sola indiget satisfactione, exponantur de efficientia morali, præsupponente physicam explicatam.

Est tamen observatione dignum juxta hanc sententiam, quam indubia remur esse D. Thomæ, concedendum esse influxum physicum effectivum Pœnitentiæ non solum in actum contritionis, sed etiam in exclusionem omnium illorum actuum pravorum, quibus contritio ipsa opponatur, et se tenent ex parte pœnitentis; hi quippe excluduntur efficienter physice ex vi ejusdem influxus contritionis. Et ratio est philosophica : nam qui efficienter introducit formam, efficienter ex consequenti expellit sive formam, sive dispositiones oppositas, generatio quippe unius formæ est activa corruptio, et destructio alterius : sed virtus Pœnitentiæ effective producit contritionem : ergo effective physice expellit actus pravos, ac peccata mmosos oppositos contritioni. Et in hoc sensu mediate, et indirecte expelluntur per Poenitentiam actus inducentes, ac disponentes proxime ad peccatum ; licet in peccatum ipsum immediate se exercere non valeat, nisi modo exp'icato. Qua observatione ad concordiam reduci possunt Thomistæ ex adverso allegati, quasi in hoc dumtaxat sensu fuerint locuti, quod Pœnitentia mediate, indirecte, et veiuti removens prohibens influere debeat ad amovenda peccata arcendo actus contritioni adversos. Et huuc sensum expresse asseruerunt Joan, a S. Thoma, et Prado supra allegati, nec credimus negaturos reliquos discipulos D. Thomæ.

Replica. 122. Sed dices, juxta hunc sensum nihil speciale tribuitur Pœnitentiæ quod non sit reperire in aliis virtutibus : si quidem quolibet illarum actu arcentur etiam effective alii oppositi ob eandem omnino rationem : ergo in eo sensu vel omnes concurrunt effective ad destructionem physicam peccati; vel nec etiam Pœnitentiæ convenit influxus physicus in genere causæ efficientis.

Solutio. Respondetur disparitatem esse ; quod aliarum virtutum actus solum adversantur vitiis, aut peccatis specialiter intra cujuslibet determinatam materiam, utputa actus temperanti® intemperanti® dumtaxat, et sic de reliquis : quapropter quælibet virtus suum peculiare vilium asumit debellandum, ac destruendum effective per appositionem actus contrarii, cum quo exercet oppositionem formalem ; si quidem actus cum actu , et habitus cum habitu formaliter opponuntur : sed hæc oppositio, quæ in hoc sensu est formalis, respectu principii est effectiva. At vero virtus Pœnitentiæ mediis propriis actibus non hoc, aut iilud sed omnia impedimenta gratiæ destruere conatur efficiendo actus exclu lentes peccaia actualia, et pravos alios actus ad peccatum inducentia. Et ex hoc capite concurrit effective mediate, et indirecte al excluenda omnia peccata, vel ilia compensando, si fuerint commissa, vel ea impediendo si non tuerint perpetrata.

Si vero quid amplius in sua sententia intenderint allegati discipuli D. Thomæ, illis ut a mente D. Thomæ alienis refragamur.

123. Secundo arguitur pro hac sententia impugnando rationem nostræ Eo quippe actus contritionis non influeret in genere causæ efficientis physicæ in remissionem peccati, quia nullam formam phy.-ice produceret, media qua expelli posset peccatum, et hoc erat necessarium ad salvandum rationem veræ causæ physice efficientis : sed hoc secundum est fa sum ; ergo ex eo quod Pœnitentia non efficiat formam physice expellentem peccatum non infertur eam non influere physice in ejus destructionem. Probatur Minor quoad secundam partem : nam sunt plures formæ, quæ licet in subjecto nullum effectum, aut dispositionem producant, agunt nihilominus physice in expulsionem sui contrarii : ergo falsum est ad destructionem physicam in genere causæ efficientis opus esse effectu, seu dispositione physice intro meta, qua opposita expelli debeat Consequentia constat, et Antecedens probat Magister Soto exemplo caloris, qui cum sit forma activa, expellit a subjecto, in quo recipitur, frigiditatem; quippe non solum calor ignis destruit efficienter frigiditatem ligni, sed etiam calor introductus in ipso ligno amovet, et expellit efficienter frigiditatem ipsius ligni; in quo stat differentia qualitatis activæ, anon activa; albedo enim solum in genere causæ formalis expellit nigredinem, quia activa

Ar^ umi

noa

non est. Hujusmodi vero non esse contritionem videtur manifestum, curn sil actio vitalis, vitaliter a peccato recedens : porro vitaliter recedere a peccato est physice illud expellere : ergo actus contritionis physice efficienter expellit peccatum.

Ad hoc argumentum constat ex dictis negandam esse Minorem, cujus veritatem non evincit probatio inducta : quia nulla forma quantumlibet activa in eo subjecto, aut subjecti parte, in qua est, efiective expellit contrarium ; quin prius, et immediatius, efficiat aliquid positivum, ratione cujus expelli debeat. Nec tam facile, ac dicitur, intelligitur, qualiter detur actio positiva a principio prodiens activo, cui ex parte effectus non respondeat forma, vel effectus positivus, sed tantummodo privatio, seu expulsio contrarii, ad quam primario terminetur. Quocirca docuit Cajetanus id. 1 p. quæst. 2. art. 3, § *An unum oppositorum excludat reliquum? Quantacumque virtus sit agens non excludere effective oppositum, nisi inquanlum est imcompossibilc effectui excludendo medioeffecluparliczpato.* Unde falsum est calorem ligni expellere per propriam actionem frigiditatem existentem in eadem parte subjecti : alioqui enim calor ut duo v. g. vel se ipsum posset intendere, vel se ipso, et per propriam actionem excluderet frigiditatem ut quatuor, et sic de reliquis gradibus, usque dum omnem frigiditatem a ligno expulisset, quod est contra manifestam experientiam, et contra rationem philosophicam, quoniam *a proportione minoris inæqualilalis non datur actio.*

tamen esset in calore respectu frigiditatis, non ideo illa philosophia foret debite contritioni applicanda. Et ratio disparitatis est : quoniam qualitates naturales eo ipso quod activæ illæ sint invicem agunt, et reagunt ratione intentionis, et virtutis activæ, qua invicem colluctantur usque ad interemptionem unius, et victoriam alterius, vi cujus diversos intentionis modos, et amittere, et restaurare possunt, maxime si laiicem propriam in subjecto habeant, ut patet in humiditate, et frigiditate naturalibus, ad quas aqua se reducit obsistendo calori violenter illi impresso. At vero conn itio non ita pugnat cum peccato, sed vel minima, dummodo vera contritio sil, omne peccatum sive actuale, sive habituale ablegat, et arcet a pcenitente. Unde ad summum fieri posset comparatio inter contritionem, et alios actus in peccatum trahentes, de quibus jam dictum est, mediate, et indirecte a vera contritione impediri. Et in hoc sensu permissa Majori argumenti, neganda, vel explicanda est Minor. Et ad ejus probationem, dicas contritionem esse quidem actum vitalem, vitaliter productum, et itidem etiam vitaliter attingentem suum objectum, quod commune est omni actui virtuoso : sed quia nullum alium effectum physicum, et immediatum præstat præter reddere subjectum vere pœnitens, et active offerre qualem qualem satisfactionem pro offensa, quam detestatur; idcirco in genere causæ formalis physicæ concurrit ad primurn, et in genere causæ efficientis moralis ad secundum.

124. Tertio arguitur. Peccatum actuale efficienter physice excludit gratiam ab anima : ergo contritio eodem etiam modo expellit peccatum. Antecedens constat ex doctrina D. Thumæ 2, 2, quæst. 24, art. 10, ubi docet peccato mortali totaliter corrumpi charitatem, et gratiam tam effective, quam meritorie, in qua influxum physicum, et moralem effectivum adscripsit actui peccaminoso. Consequentia vero probatur : quia non pejoris conditionis, nec minus efficax est contritio ad destructionem peccati, quam actus peccaminosus ad corrumpendam, et arcendam ab anima cratiam : ergo si actus peccaminosus ne dum moraliter, sed etiam physice expellit sanctitatem animæ, pari ratione actus contritionis potens etiam erit eidem animæ vitam restituere, subindeque mortem peccato inductam effective physice propulsare, ac destruere. Argomentum 3.

Respondetur, concesso Antecedenti negando Consequentiam, cujus nullitatem negare non potest ipse arguens, nisi velit viribus etiam naturæ posse restitui gratiam, et peccatum destrui, sicut incurritur peccatum, et arcetur ab anima sanctitas medio actu naturali peccaminoso. Sicut ergo stat actu pure naturali corrumpi gratiam, quæ tamen reparari debet actu supernatural! adeo nobili, qualis est contritio; ita cohæret physice expelli gratiam per peccatum, et hoc physice effective non destrui per contritionem. Et ratio sumitur ex diverso modo causandi prædictorum actuum : nam actus peccaminosus, seu peccatum actuale ex ipsa tendentia in objectum prohibitum constituit suum ultimum finem in alio præter Deum, quem ex consequenti postponit creaturæ, et se subtrahit voluntarie a subjectione divina, cui Diluitor.

adstringebatur; ex quo consequitur in anima privatio voluntaria gratiæ ipsam sanctificantis, et Deo subjicientis : quocirca inducit effectum ne lum moraliter, sed etiam physice incompassibilem cum gratia, et sic mirum non est physice efficienter expellere gratiam. At vero contritio neque attingit effective gratiam extra Sacramentum (in quo sensu loquimur) sed eam pro priori supponita solo Deo infusam, ideoque supponit pro eodem priori ablatam privationem ipsius gratiæ peccato inductam ; nec etiam attingit offensam, nisi per modum satisfactionis, et compensationis; atque ideo non apparet, nec facile explicari potest respectu cujus exerceat, aut exercere valeat causa itatem physicam ex illis, quæ in peccato concurrunt; sed ipsa intransitive in ordine physico veluti actual potentiam, et animam reddit contritam. Sed quia actus vitalis est, vitaliter offert Deo satisfactionem, seu est ipsa vitalis, et voluntaria satisfactio contra offensam, quæ sola satisfactione indiget, ut dicebamus cum D. Thoma.

4. Argu-aien-tum. 125. Sed contra instatur, et arguitur quarto. Qui efficienter producit ultimam dispositionem ad aliquam formam, efficienter excludit formam oppositam, nec non dispositio est illius formæ : sed virtus Pœnitentiæ in genere causæ efficientis physicæ producit contritionem, quæ est ultima dispositio ad gratiam : ergo in eodem genere causæ expellit tum peccatum gratiæ oppositum, tum dispositiones illius. Minor et Consequentia constant. Major vero probatur : nam eodem inlluxu, quo introducitur ultima dispositio producitur forma, et expellitur contraria; siquidem corruptio formæ præexistentis licet sit distincta mutatio a generatione, non tamen est nova, et diversa actio, sed ex vi ejusdem actionis generatur forma, et excluditur adversa.

Dissol-vitur. Respondetur ad argumentum, vel negando absolute Majorem, vel illam claritatis gratia distinguendo : qui producit ultimam dispositionem antecedentem, et non supponentem formam, permitto Majorem : concomitantem, et supponentem formam pro aliquo priori, nego Majorem, et concessa Minori, neganda est Consequentia. Ratio distinctionis est, nam ut in plurimum ita est, quod ad positionem ultimæ dispositionis antecedentis resultat forma generanda ex vi illius actionis, qua ponitur ultima dispositio, ut in generatione naturali contingere docent N. Complut. lib. de generat, disp. 1; non tamen est universaliter verum, ut constat in anima rationali, quæ non iit, aut fieri valet per actionem agentis naturalis creati; sed solum tenet in formis materialibus immersis in materia, a qua absolvitur anima nostra. Et ideo non concessimus, sub permisimus Majorem. Si vero dispositio sit concomitans, sive ut inquit 1). Thomas, necessitaus, oppositum asserendum est, præsertim si illa ultima dispositio sit actus vitalis vitaliter ortum ducens ab ipsa forma, qualem esse actum contritionis constat ex supra dictis. Et quidem ita rem in preseati esse liquet ex eo : nam alias homo sicut principaliter producit actum contritionis, producere etiam posset, imo et deberet, gratiam sanctificantem in seipso, atque ideo seipsum sanctificaret, et justum redderet, quod non debet admitti. Ex eo ergo quod homo ex viribus gratiæ sanctificantis, et iila suffultus erumpat in actum contritionis, non sequitur vel quod gratiam physice efficiat, vel quod peccatum ipsi oppositum physice expellat; quia jam illud supponit pro aliquo priori physice expulsum, quoad rationem maculæ, et privationis physicæ. Nec etiam sequitur (praeoccupamus instantiam animæ rationalis) saltem producere posse gratiam quoad unionem, seu informationem subjecti; quod sufficit ut homo absolute sit causa totius complexi : quia gratia nedum quoad entitatem, sed etiam quoad informationem est effectus solius Dei ut Aulhoris specialis; non enim producitur, nisi ut unita subjecto, ex quo educitur, subindeque ab eodem Deo habet esse, et uniri animæ rationali, ut constat ex dictis tract, de Gratia disp. 8, dub. 1, et est communis Theologorum doctrina.

Rfpiia' Nec refert, si objeceris, hoc solum tenere de informatione, seu receptione quoad essentialia, quo pacto solum respicit Deum ut agentem, et potentiam obedientialem, qua mediante informat subjectum; non vero de informatione naturali, ad quam exiguntur actus proprii ipsius subjncti. Quamvis ergo homo non sit causa totius iliius complexi quoad essentialia ipsius ; potest tamen efficienter physice concurrere ad illud idem quoad connaturalia, consequenterquo producere gratiam quoad informationem naturalem, et expulsionem peccati inde consecutam.

Dirairsr Sed hoc nihil est, et facile evanescit, si animadvertatur, receptionem, seu informationem quoad essentialia ex parte recti non differri) ab informatione connatural!, sed ex parte connotati, et obliqui dumtaxat : eadem quippe informatio, ct receptio, seu informatio ut præscindens a dispositionibus, sive ut eas non connotans, dicitur, et est receptio quoad essentialia : et eadommet ut infert pro posteriori actus pœnitentis est informatio, el receptio connaturalis. Quapropter, quia essentialia præintclliguntur ad connaturalia, idcirco receptio connaturalis supponit pro aliquo priori seipsam, ut essentialem, subindeque grrtiam infusam, et unitam, atque ideo non esl locus, ut pcenitens, vel agens creatum possit producere gratiam ut unitam quoad rectum, et substantiam unionis, quantumvis producat efficienter, et vitaliter prædictos actus disponentes, et aptantes subjectum, quod est producere unionem ex parte obliqui, et connotati. Unde nec quoad entitatem, nec quoad unionem producit gratiam physice, et consequenter nec expellit peccatum, seu privationem gratiæ.

126. Sed contra principalem solutionem (quæ in substantia est eadem cum ea, quam eidem argumento tradidimus torn. 3, tract. 12 de Virtutibus, disp. 3, dub. 3, num. 58), multis insurgit Martinez de Prado in præsenti quæst. 86, dub. 10, § -i, anum'. 22, et deinceps. *Primo* itaque objicit eam opponi D. Thomæ lib. 5, Metaphys. lect 2, colum. 2, ubi S. Doctor universaliter approbat principium illud : *Qui efficienter producit ultimam dispositionem, producit efficienter ipsam formam,* quocirca de utraque dispositione, sive antecedenti, sive concomitante verificari de- "Met, *Secundo,* quia omnis præparatio ad gratiam est ab auxilio ipsius gratiæ, ut constat ex doctrina D. Thomæ 1,2, quæst. 109, art. G, et quæst. 112, art. 2, ad 2, et quæst. 113, art. 7, et solum stat discrimen in eo quod dispositio antecedens gratiam sanctificantem est imperfecta et informis, subsequens vero, et comitans est perfecta, et formata. *Tertio :* quia homo non est minus causa vitalis principalis, et consequenter efficiens contritionis prævenientis, seu per modum dispositionis ultimæ antecedentis, quam sit causa principalis contritionis concomitantis, seu consequentis; ergo vel nulla, vel utraque est a Deo, et libero arbitrio. *Quarto :* nam falso asseritur, quod dispositio concomitans est omnino posterior gratia, cum sit ea prior in genere causæ materialis, et dispositionis : ergo per modum dispositionis concomitantis, et conjunctam habentis gratiam est a Deo, et libero arbitrio.

Quinta, His a se ipso productis toto num. 28, pergit num. 29, eam radicitus convellere, ut ipse existimat ex Curiel. 1,2, quæst. Curiel. 113, artic. 8, dub. unico, §2, vers, *sed hæc solutio.* Nam licet in naturalibus illa duo dispositionum genera admitti debeant respectu formæ substantialis, secus vero respectu gratiæ sanctificantis : eo quod nullus actus ante instans justificationis secum affert infallibiliter gratiam, aut ad eam proxime disponit extra Sacramentum. Eo vel maxime : quoniam in naturalibus ad ultimam dispositionem duratione praecedentem formam, infallibiliter sequitur ipsa forma, et ultima dispositio comitans eandem formam. Quod secus accidit respectu gratiæ, si quidem dispositio hujuscemodi oportet esso actus vel charitatis, vel contritionis, vel uterque : et neuter eorum sequitur infallibiliter ad actus praecedentes infusionem gratiæ. Quapropter D.Thom. Angelicus Doctor 1, 2, quæst. 112, art. 2, ad 1, duplicem gratiæ assignans dispositionem, et antecedentem, et comitantem, hanc docet gratiæ coexistere in eodem instanti, et meritoriam esse, illam vero utpote imperfectam absque sanctitate persistere, ad quam tamen remote disponit. Id concii. quod haud obscure colligitur ex Triden- Trident, tino sess. 14, cap. 4. Ergo (concludit) frustra excogitatur alia ultima praeveniens, et non concomitans.

Obser-fluenda objecta, 127. Sed hæc nullius sunt momenti. Goncessimus ergo ibi, et saepius statuimus in hoc tractatu, ac in præsenti supposuimus ex dictis tract, de Justificatione, nullam esse dispositionem antecedentem, quæ omniuo ultima sit respectu gratiæ sanctificantis, eamque infallibiliter extra Sacramentum secum ferat; hoc enim superat activitatem cujuslibet auxilii facile transeuntis; sed quolibet posito, quod gratiam antecedat, potest gratia non infundi, et justificatio suspendi : atque ideo nullus actus est, qui præcedat hoc modo gratiam, et eam sibi reddat debitam vel physice ob connexionem physicam, vel moralitermoralitate fundante strictum debitum. Docuimus insuper, et modo affirmamus, Deum non solum producere, et infundere gratiam, sed etiam efficere mediante ipsa gratia actus contritionis, et charitatis sub ratione dispositionis physicæ ad gratiam consecutæ : qui dat, et producit formam, dat

etiam, et simul efficit consequentia ad ipsam formam. Quia tamen prædictæ dispositiones ita consequuntur gratiam, quod etiam sunt actus vitales liberi arbitrii, idcirco ab eo etiam procedunt, non nudo, sed ut ornato, et affecto ipsa gratia, et auxiliis ad prædictos actus idoneis ut constat ex toto praecedenti dubio. Itque adeo verum apud nos est, ut nec discipuli D. Tbomæ mereatur nomen huic non assentiens veritati. Unde duplex effic entia subordinata concurrit ad prædictos actus, et Dei authoris specialis tum gratiæ, tum actuum illorum, et liberi arbitrii suffulti gratia; taliter tamen, quod influxus Dei, quia universalior, subjicit sibi et gratiam, et dispositiones ; influxus vero liberi arbitrii sistit in actibus ipsis, et ibi completur, quin transire possit ad gratiam, quam supponit pro priori aliquo productam a solo Deo, et animæ infusam, quoad essentialia infusionis, ut tetigimus in hac nostra solutione, et latius prosecuti sumus ut in proprio loco tract, de Justificatione.

Fit sitis prima? objectio-m.

128. Ex his ergo ita in præsenti, et loc*s aBegatis constitutis, facile apparet nihil obesse, quæ in contrarium objecta sunt. Ad primum, quod est majoris ponderis, respondetur D. Thomam loco ibi citato ex 5 Metaphys. solum docuisse causam dispositive operantem ex parte materiæ remotæ non proprie dici causam efficientem ; si vero effecerit dispositionem ultimam, ad quam sequitur forma, magis proprie appellanda erit causa efficiens. Verba D. Thomæ sunt : *Disponens aulem, quod non inducit ultimam formam perfeclivam ; sed tantummodo præparat materiam ad formam ; sicut ille, qui dolat ligna, et lapides, dicitur domum facere. El hoc non proprie dicitur efficiens domus, nisi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, si inducat ultimam dispositionem, ad quam sequitur de necessitate forma·, sicut homo generat hominem, non causons intellectum* (animam intellige), *qui est ab extrinseco.* Ubi clarissime loquitur

D.Thoro.

S. Doctor de dispositionibus antecedentibus vel remote, vel proxime. Et in hoc sensu concedimus cum D. Thoma producentem u.timam dispositionem antecedentem producere efficienter formam, vel saltem eam unire proprio subjecto; et ita evenit in agentibus naturalibus respectu formarum vel substantialium, vel artificialium. Cæterum quando forma introducenda nec habet, nec expectat ultimam dispositionem antecedentem, sed postulat dumtaxat dispositiones remotas sui onliuis (qualem esse gratiam sanctificantem nec negavimus, nec inficiari debemus, sed ultronei asserimus cum eodem Magistro Prado, et discipulis D. Thomæ) hrec doctrina non habet locum, sel est de subjecto non supponente, subindeque præsenti argumento ex hac parte minime applicanda, quia negabitur suppositum. Nec D. Thomas oppositum alicubi statuit. Ex quo capite jam habemus hominem medio actu aliquo antecedente gratiam sanctificantem, neutiquam posse sibi reddere debitam, nec consequenter physice efficere, aut peccatum expellere; si quidem nullam ultimam dispositionem antecedentem ad gratiam agnoscimus; sed qualibet data, adhuc gratia potest non infundi, et justificatio suspendi, ut loco relato asseruimus.

Tota ergo difficultas devolvi debet ad dispositionem ultimam consequentem formam, et ab illa prodeuntem. In quo sensu affirmamus eandemmet contritionem procedere a Deo , et a libero arbitrio non seorsirn, sed ut moto, et applicato a Deo, et subdito ejus gratiæ, cujus est proprius effectus magis, quam liberi arbitrii; quæ est doctrina D. Thomæ sæpe inculcata ex 1, 2, quæst. 112. art. 2 et quæst. 28 de Verit. art. 8 ad 3, ubi ait, *quod contritio est a libero arbitrio, et a gratia. Secundum quod procedit a libero arbitrio* (ut subdito gratiæ) *est dispositio ad gratiam simul existent cum gratia, sicut dispositio, quæ est necessitas , sicul est cum forma : sed secundum quod est a gratia comparatur ul actus secundus ad gratiam.* Juxta quam doctrinam necesse est asserere producentem ultimam dispositionem ad gratiam, non propria virtute, sed ex virtute ejusdem gratiæ prius productæ ab ipso Deo, non posse efficienter producere prædictam gratiam. Quare in hoc genere dispositionum licet sit verum producentem formam producere etiam ultimam dispositionem, nec non efficientem ultimam dispositionem propria virtute, et non alteri subordinatum, efficere etiam posse, imo et debere simul efficere ipsam formam pro priori ad dispositionem; non tamen est absolute verum producentem utcumque ultimam dispositionem, posse etiam producere ipsam formam. Et in hoc sensu negavimus illud principium, et distinximus. In quo sane nullus est secessus a doctrina D. Thomæ, quin imo ut de ipsius mente

mente fateri tenentur omnes ejus discipuli, quot quot asseruerint cum S. Doctore actus ultimo disponentes ad gratiam, ab eadem, ut a principio effectivo difluere.

Hinc ad secundum concedimus, quamlibet prieparationem ad gratiam, sive proximam, sive remotam, ab ipsa gratia, et libero arbitrio procedere cum subordinatione explicata, et cum illo discrimine sancito in illis locis, nimirum, vel a gratia auxiliante, si fuerit dispositio remota, vel a gratia etiam sanctificante, si sit dispositio omnino proxima. Sed quid inde? Latet profecto.

129. Ad tertium etiam fatemur hominem esse causam principalem vitalem utriusque actus, sive antecedentis, sive consequentis gratiam sanctificantem; atque ideo unum, et alterum esse a Deo, et a libero arbitrio; diversimode tamen : nam dispositionis antecedentis, quæ remote se habet ad gratiam habitualem solum est causa mediis auxiliis vel transeuntibus, vel mediis virtutibus informibus non excludentibus peccatum, licet viam parent ad illud expellendum. Ex quo nihil contra nos, aut contra veritatem assertam; quia qui solum producit dispositionem remotam, non ratione sui, sed ratione motionis superioris, non ex eo potest producere formam, utpote quæ non ex eo potest producere formam, utpote quæ non infallibiter sequitur ex dispositione remota, ut etiam patet in naturalibus. Imo nec qui producit dispositionem ultimam consequentem formam, eo quod non agit nisi virtute ipsius formæ pro priori product® ut explicatum est.

Quartum nihil probat, et falso nobis obtrudit asserere dispositionem ultimam esse omnino posteriorem gratia, quod nec somniavimus. Nam licet gratia sit absolute, et simpliciter prior actu contritionis, quatenus illum antecedit in genere causæ efficientis formalis, et finalis; est tamen ipso posterior in genere causæ materialis dispositivæ, seu quatenus se tenet ex parte liberi arbitrii, quod aptat, ac præparat ad libere acceptandam gratiam. Et in vi hujus præcedentiæ, et consequent!®, et producitur a gratia, et simul efficitur a libero arbitrio, ut sæpe dictum relinquimus in hoc traciatu, et suis locis. Unde docet D. Thomas 1, 2, quæst. 112, artic. 2 ; *Quod ipse molus liberi arbitrii, quo quis præparatur ad donum graliæ suscipiendum, esi actus liberi arbitrii molus a Deo. El quantum ad hoc, dicitur homo se præparare, secundum illud Proverb.* 16 : *Hominis est præparare animum, el esi principaliter a Deo movente liberum arbilium.*

Nec aptiora, aut robustiora sunt, quæ opposuit ex Curiele. Nec enim loco illo ex tract, de Virtutibus, nec alibi nostri cursus statuisse meminimus dari dispositionem omnino ultimam, ex iis, quas dicimus tempore præcedentes, pro obtinenda, et assequenda gratia sanctificante; quinimo et ibi, et hic ubique nostrorum operum semper asseruimus, et statuendum censemus quamlibet dispositionem antecedentem in prædicto sensu pro gratia assequenda esse remotam, et fallibilem. Et quoad hoc extra rem adducitur Curiel. Discriminamur tamen ab eo, et aliquibus aliis D. Thomæ discipulis in *eo.* quod asserant actus charititatis, et contritionis, non ex natura rei sed ex lege, et ordinatione (liberis Deo), annexos esse gratiæ, ab eaque efficienter physice non procedere. Cujus oppositum ut verius, menti D. Thom. conformius, et Concilio Tridentino consonantius semper rati sumus, et statuimus tract, de Justificat, disp. 3, nec semel indicavimus in decursu totius operis. Hoc tamen hic, et loco citato de virtutibus posito, et supposito, non exinde colligitur hominem ex viribus ipsius gratiæ sanctificantis et aliorum se ultimo præparantem ad ipsam gratiam, aut ipsam physice efficere, aut peccatum oppositum physice expellere, ut ostensum est in utraque, vel ut verius dicamus, in una et eadem solutione, sive quæ impugnatur ex tract, de Virt. sive quæ tradita supra fuit. Nec aliquid oppositum doctrinæ D. Thom. inde consequitur, ut constat.

DUBIUM III.

Dirum Pœnitentiæ insit virtus omnia peccata expellendi l

130. Præsens, et sequentia dubia non tam ad hanc quæstionem 85, quam ad sequentem quæst. 86 attinent. Et quia sub eadem disputatione effectus Pœnitentiæ cum ejus causalitate conjunximus, idcirco attexenda sunt praecedenti difficultati, quæ circa effectus Pœnitentiæ discussione indigent. Inter quæ primum locum tenet excitata difficultas. Dum vero virtutem Pœnitentiæ contra omnia peccata examinandam proponimus, non solum eam cum ipsis pec-

catis conferimus, sed etiam et ipsa peccata inter se. Quocirca discutiendum etiam est : *An unum peccatum sil absque alio remissibite?* Etob connexionem doctrinæ onus etiam erit disquirere; *sini ne aliqua peccata in fiae ?rovMcntia irremissibilia?* et utrum *in alia saliem providenda reperiri possit peccatum essentialiter irremissibile?* Hæc quippe omnia necessaria videntur ad tituli propositi plenam expeditionem, et suo ordine *digesta,* ac decisa non modico subsidio invicem erunt pro veritate perfecte assequenda. Porro in épigraphe apposito supponitur ex jam discussis in hoc tractatu per Pœnitentiam peccata deleri, et solum investieatur, an verum id esse debeat de aliquibus dumtaxat; vel protrahenda sit resolutio ad omnia delicta, quantum est ex vi ipsius virtutis ; quidquid sit. an ex aliis capitibus sit specialis ratio pro istis, ac pro illis? quod pertinet ad subinserta dubiola jam indicata.

Conor- oceerren- '^^- tam.*

Assertio prima ad dubii erpeditionem.

Conclosiü 1.

131. Dicendum est primo Pœnitentiæ virtute omnia peccata deleri posse, subindeque eam esse medicinam universalem contra omnia. Hanc assertionem docent Theologi ut certam, et omnino consonam doctrinæ fidei, quidquid sit de opposita censura, qua inuritur, et videri potest apud Arauxo, Martinez de Prado, et alios. Deduciturque efficacissime ex innumeris sacræ paginæ testimoniis, in quibus vere pœnitentibus promittitur delictorum venia absque limitatione ulla. Quod tamen non fieret si homo media Pœnitentiæ virtute omnia peccata a se excutere non posset : quippe esset fallax universalis, etiliimitata promissio remissionis, si media Pœnitentia aliquod, vel aliqua peccata remitti non possent : asserendum ergo est huic virtuti inesse vim, omnia expellendi peccata. Assumptum constat ex illo Hierem. 3 : *Convertimini filii revertentes et sanabo aversiones vestras.* Ezech. 18 : Si *impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis vita vivet.* Et cap. 33 : Vivo *ego, dicit Dominus, nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, el vivat.* Horum, et similium testimoniorum plenæ sunt utriusque paginæ testamenti, in quibus edocemur vera Pœnitentia cuncta peccata deleri, et mortem æternam pro ipsis debitam, infallibiliter vitari. Unde D. Thom. art. 1 hujus® quæst. 86, cui respondet præsens decisio, erroneum esse sancivit, dicere aliquod peccatum esse in hac vita, de quo hominem nequiret prenilero. Quod etiam haud obscure colligitur ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III, cap. *Firmiter* de summa Trinitat. et Fide Catholica, necnon ex Trident, sess. 6, cap. 14, ubi absolute, et indefinite decernitur hominem a gratia excisum iterum reparari posse per Pœnitentiam juxta illud Joan. 2 : *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Et Matth. 19 : *Non dico tibi septies, sed usque septuagies septies.* Ubi hanc virtutem non solum aitribui Sacramento Pœnitentiæ, sed etiam ipsi virtuti cum voto Sacramenti docent Catholici contra hærelicos nostri temporis, quorum in hac parte caput fuit Lutherus, De quo videri possunt RotTensis in confutatione articulorum Lutheri, Bellarm. lib. de Pœnit., et alii controversarii.

Fnnda- meutam.

Die- rem. 3.

Eze- chiel. IS.

132. Deinde probatur ratione Theologica. Si media Pœnitentia omnia peccata deleri non possent, vel id proveniret ex defectu ipsius virtutis; vel ex lege divina statuente semel lapsum ab statu gratiæ iterum ad ipsam non revocari ; vel ex parte ipsius hominis; vel tandem ex conditione ipsius peccati. Sed ex nullo capite id provenit. Ergo nullum est caput, unde negari possit virtute Pœnitentiæ omnia peccata deleri. Consequentia constat. Major continet omnia principia ad eam efficaciam excludendam. Minor vero quoad singulas ejus partes probanda est, et suadetur quoad primam ex supra dictis : nam virtus Pœnitentiæ una cum sit, sub eadem indivisibili ratione detestatur omnia peccata, quia nimirum sunt offensa Dei, in qua ratione conveniunt peccata gravia : ergo sub eadem ratione, qua est potens excludere aliquod peccatum, est etiam potens cuncta alia excludere, atque ideo quod non omnia deleat, non provenit ex defectu ipsius virtutis. Sicut quia charitas indivisibiliter attingit bonitatem divinam; incompossibiiis est cum omni, et quolibet peccato mortali. Et ratio est prorsus eadem : nam actus contritionis est detestatio peccati, non utcumque, sed propter Deum summe dilectum, atque ideo supponit ut sui radicem necessariam, ejus dilectionem super omnia diligibilia, et amabilia. ut supra ostendimus : qua ergo ratione vel minima charitas peccati gravis non admittit consortium, sed sive unum, sive multa sint, omnia expellit : etiam virtus

tua Pœnitentiæ non hoc, nut illud tanturn delictum, eed omnia indivisibiliter avellit.

i. Quoad secundam vero partem constat ex discursu D. Thomæin compendio Theologiæ cap. 145, ubi illud motivum refellens, inquit : *Si quis autem peccata irremissibilia esse, non propter divinam impotentiam, sed quia hoc habet divina justitia ; ut qui cadit a gratia, idterius non reverarlur ad ipsam, Hoc palet esse falsum; non enim hoc habet ordo divinæ justitiæ, quod quando aliquis est in via, sibi detur, quod perlinet ad terminum viæ. Immobiliter autem se habere vel in bono, vel in malo perlinet ad terminum viæ ; immobilitas enim, ct quies est terminus motus. Tota autem præsens vita est aclus viæ; quod demonstrat mutabilitas hominis, el quantum ad corpus, et quantum ad- animam. Non igitur hoc habet divina justitia, ut homo post peccatum immobiliter maneat in eo.* Quod confirmat S. Doctor in præsenti art. 1, ex repugnantia cum divina misericordia, |U ?· de qua dicitur Joel 2 : *quod benignus, etmiI scricorsest, etpatiens, et mullæ misericordiæ, ! el præstabilis super malitia.* Vinceretur au- ▪ tem quodammodo Deus ab homine si homo ! detestaretur excorde peccatum, quod Deus J non vellet remittere. Non est ergo ex lege justitiæ, quod Pœnitentia peccata destrui j non possint. Quinimo ex illa, quæ per Christum facta est, habemus oppositum .n. ' juxta illud Joan. 2 : *Si quis peccaverit* (et est absoluta locutio) *advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum el ipse est propitiatio pro peccalis nostris; non pro nostris autem tantum, sed eliam pro totius mundi.*

133. Nec etiam provenit ex parte ipsius hominis (quæ est tertia pars probanda) quoniam homo dum est in via, nondum est obstinatus, et obfirmatusin malo, sed gaudet libero arbitrio flexibili et vertibili in bonum honestum, quod est conformius naturæ rationali, ut rationalis est; ideoque non tantum ei potest placere peccatum, quod non etiam displicere valeat; alioqui constituendus esset in statu desperandi salutem æternam, quod minime devorandum est, utpote quod necessario inferret homini fatalem quandam necessitatem, ipsumque incapacem redderet gratiæ supernaturalis, meriti, et aliarum operationum supernaturaiium ad vitam æternam conducentium, contra illud Proverb. 21 : *Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud.* In quo sane multum derogaretur Dei voluntati, qua rufi *omnes homines salvos salvos fieri, et in cognitionem veritatis venire 2* ad Timotb. Quod ergo peccata abstergi nequeant vera Pœnitentia, provenire nequit ex parte hominis viatoris, cui ratione sui status non debet aptari, quod est proprium dæmonum, et damnatorum.

Hinc probatur ultima pars præjacti discursus. Quia nullum est peccatum ita grave, quod non relinquat in voluntate facultatem se excutiendi ab illo, vel superet Dei gratiam promissam se ad Deum convertenti ex toto corde, ut constat ex illo Tsai 55 : *Derelinquat* Fsaia 55. *impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, el miserebitur ejus, et ad Deum nostrum, quoniam inultus est ad ignoscendum.* Cui consonat illa Chrysostomi verba epist. 5 ad Theodorum D. Chrymonachum lapsum : *Talis mihi crede, talis aosl' est erga homines pietas Dei : numquam spernit pœnitentiam, si ei sincere, el simpliciter offeratur. Eliam si ad summum, quis perveniat malorum, et inde tamen velil reverti ad virtutis viam, suscipit libenter, et amplectitur, et facit omnia, quatenus ad priorem revocet statum.* Nec dissimilia sunt, quæ scripsit D. Cyril, in Catech. 2 : *Non dixeris ; graviapa- D.Cyriil. travi scelera, idque non semel, sed frequentissime. Numquid, condemnabit? Audi, quid dicat Psaltes : Quam magna multitudo bonitatis tuæ Domine INon superant vulnera luasummi illius medici experientiam, fidelem modo teipsum præbeas.* Atque ideo non est delictum ita enorme, ut Pœnitentiæ pharmaco curari non possit. Et cum eadem ratio sit unius, ac plurium, immo et innumerorum, firmiter asserendum est omnia peccata Pœnitentia duce esse remissibillia. Unde D. August. D. Auad illud Psal. 76 : *In profundum maris con- gust. vertit,* sic ait : *Convertit eos, qui in profundo hujus sæculi jacent demersi pondere peccatorum. Inlelligitur hoc dixisse Dominum nostrum, quod sua misericordia converteretur etiam in profundum maris ad eos liberandos, qui sunt desperatissimi peccatores.* Quod tamen esse non posset, si peccati, aut peccatorum gravitas viam remissionis occluderet, et Dei gratiæ terminum figeret.

134. Quare non audiendus, sed amandandus est Armacanus lib. 9 de quæst. Armenorum cap. 27, nonnulla asserens esse hominum viatorum peccata, quibus ex lege divina occlusa est via remissionis, non secus ac illorum delicta, qui sunt in termino damnationis. Idque asserit deduci ex aliquibus sacræ Scriptura? testimoniis, in quibus haud obscure significari videtur ejus assertum. Nam Hebræor. 12, de Esau AdHebr. dicitur, *quod non invenit pœnitentiæ locum,* Absurda Armacani sententia.

. I ♦ rg* • ?» ΓΛ-Λμ

quamvis cum lacrymts quxsissel eam, de
chabot" ver0 * Machabæor.. 6, asseritur :
" *Orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus.* Quod etiam de peccato idololatriæ comminatum invenitur
Rech. Ezech. 14, contra habitatores Damasci sub illis verbis : Si *bestias induxero super terram, ut vastem eam et lres viri isti* fNoe, Daniel, et Job) *si fuerint in ea, vivo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt.* Eandem comminationem prosequitur sacer textus in eodem loco, et omnino huic similem passim offendet contra peccatores, qui Prophetarum libros sedulo evolverit. Et in novo testamento ex primuntur aliqua peccata quæ in hoc sæculo, et in futuro dicuntur irremissibilia, ut de peccato in spiritum sanctum Marth. 12, et de peccato ad mortem Joan. 5 suæ Canonicæ.

Befelli-tnr omnino, caritor Scripta-r» testi-m ma

Porro testimonia hæc insufficientia sunt ad intentum, et longe aliam intelligentiam ' nam duo priora de Esau, et Antiocho ad litteram loquentia explicat D. Thom, solut. ad 1, quod neutrum eorum vere pcenitnerit, et ideo nihil mirum illis non profuisse ad obtinendam veniam. Et quidem de Esau constat ex his, quæ subjunxit : *Venient dies luctus patris mei, et occidam Jacob fratrem meum.* Non est autem vera Poenitentia illi, cui in animo est, dum actu pœnitet, occidere fratrem suum. De Antiocho etiam liquet ex eo, quod *dolebat de culpa prxlerita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.* Alia vero testimonia, et innumera alia omnino similia, vel forte urgentiora, quæ passim in Scriptura inveniuntur, duplicem, ut observat Arauxo in præsenti dub. 1 sibi vindicat expositionem. Vel enim comminantur pœnam irremissibilem : et hoc pacto intelligi debent, aut pure comminatorie ex vi voluntatis antecedentis, juxta quam non infallibiliter sequitur eventus, ut constat in subversione civitatis Ninivæ, quæ non exécuta est, civibus Pœnitentiam agentibus. Aut intelliguntur de pura pœna temporali, quam nullus post peccatum evadit vel in hac vita, vel in purgatorio. Vel si intelligenda sint de ipsa culpa; ideo dicuntur peccata irremissibilia, quia non de facili hominem illorum pœnitet : et hac phrasi explicatur non impossibilitas absoluta remissionis,
D.Tbom. se^ difficultas illius, sicut (inquit D. Thom. sol. ad 2) *dicitur illud non posse sanari, quod non potest de facili sanari.* Non quia deficiat medicina Pœnitentiæ, sed quia dif–.**.**" fieile homini est ea uti. Unde semel atque illa adhibeatur, quod fieri potest divina intercedente gratia, nullum peccatum censendum est irremissibile respectu ver® Pœnitentiæ.

135. Sed dices contra discursum supra factum nullo ex illis capitibus peccatum fWsi$- dici irremissibile, ut bene probatum est, sed ex alio longe diverso, et ibi suppresso, nimirum ex denegatione auxiliorum sufficientium. Constat autem hæc pluribus negari. Ergo in prædicto sensu non omnia peccata auferri possunt per Pœnitentiam. Minor probari potest pluribus textibus sacræ Scriptune, in quibus edocemur multoties denegasse Deum auxilia ad bene agendum oportuna, ut de aliquibus Isai. 6 dicitur : *Excxca cor populi hujus, et aures ejus aggrava, et oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum.* De aliis vero asseritur Joan. 12, *quod propterea non poterant credere,* Erde- . 7. et Ecclesiast. 7 : *Nemo potest corrigere,* Hieras. 51. *quem ille despexerit.* Hierem. 51: *Curavimus Babylonem, et non est sanata, derelinquamus eam,* ac tandem de plurimis scriptum est 2 Corinth. 4 : *Deus hujus sxculi exacavit mentes infidelùim.* 2. id Cor. 4. Hoc autem fieri non posset, si cunctis auxilia sufficientia fuissent dispensata, et distributa, utpote quibus videre possent, et se convertere. Ergo cum hoc ipsis negatum clare asseratur, dicendum est non omnes auxilia sufficientia recepisse ad conversionem, subindeque nec Pœnitentia illorum peccata deleri potuisse.

Site-talio.

Hæc objectio tangit gravissimam difficultatem. jam discussam tract, de Gratia efficaci disp. 6, dub. 3 per totum. Sed quoad præsens ab scopo divertit : quoniam aliud est : Utrum Deus ex sua voluntate semper justa, et nobis occulta, ut inquiebat D. August, peccatoribus suam gratiam, et veram Pœnitentiam deneget? aliud vero, An ea semel concessa, sufficiat ad expellenda omnia peccata? Primum non disputamus, sed supponimus decisum loco immediate citato, ubi consulenda estresolutio. Secunda vero difficultas de hoc non curat, sed solum investigat vires hujus virtutis contra omnia peccata; quidquid sit, an de facto omnibus conferantur auxilia pro ea sufficientia, vel non. Quia tamen indirecte attingere potest præsentem controversiam.

136. Respondetur ex dictis loco citato, nec

nec etiam ex hoc capite esso peccatum absolute irremissibile in hac vita ob rationem supra tactam de vcrtibilitate iiberi arbitrii in bonum post perpetratum malum, et promissione venis» homini facta, si ad Deum ex toto corde se convertat. Porro ad hanc conversionem homini possibilem in statu viæ non unicum auxilium, sed plura concurrere, alia proxima, et immediata, alia vero remotiora apprime tamen cunducentia supponendum est. Quis enim neget auxilia proxima assentiendi mysteriis nostrae Redemptionis esse fidei illustrationem, qua in eorum notitiam deveniatur? Et quia tot hominum millia inveniuntur, qui ea carent; idcirco omnes hi permanent inculpabiliter in sua infidelitate, subindeque non peccant contra fidem, sed sunt infideles negative juxta doctrinam D. Thomæ 2,2, quæst. 10, art. 1, et communem Theologorum. Sed hoc est peculiare respectu fidei, quia ut docet Apostolus, *fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi; aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Rom. 10 ; quare non obligat ejus præceptum per se loquendo usque dum sufficienter proponatur exterius, vel Deus interne suppleat defectum prædicantis. Et in hoc sensu concedimus non omnibus reipsa semper conferri auxilia proxime sufficientia ad quemlibet actum supernaturalem, et videtur expressum D.
; aj. Augustini super epist. ad Rom. 9, ubi
r^. loquens de Pharaone inquit : *Non, ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperavit, quandoque obdurato corde, obtemperare non poterat ; sed quia talem sepræbuit, quod obduraretur.* Hæc tamen impotentia non tollit aut efficaciam Pœnitentiæ, aut ejus absolutam possibilitatem.

Si vero fiat sermo de auxiliis remote sus. Scientibus ad salutem, asseruimus loco citato et modo affirmamus, nullum esse hominem, cui ea omnino negentur, sed omnibus, et cuilibet viatorum aliqua dispensari, et re ipsa distribui, ut minimum in primo instanti usus rationis, in quo omnes absque ulla exceptione urget præceptum dilectionis Dei, in quo subinde *Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc*
«. l. *mundum,* ut habetur Joan. 1. Cui auxilio si non apposuerit impedimentum, uberiora consequenter recipiet, quibus alia peccata vitare possit, et præcepta virtutum exercere. Sin vero minus ipse se voluntarie indisponet, et quo plura et majora impedimenta praebuerit, eo magis se a gratia consequenda, quantum est de se, elongabit; donec perveniat in illum statum, in quo ut inquiebat Augustinus nuper allegatus, *talem sepræbeat, quod obduretur,* qui est status obdurationis, excæcationis, et obstinationis in malo, a quo divelli haud facile poterit, ex vi communis gratiæ, et auxiliorum ipsi correspondentium. Et hujus conditionis sunt illi omnes, quorum fit mentio in illis textibus ex sacra pagina decerptis.

Additi-menttnn.

137. Porro illorum peccata non impossibilia sunt dimitti, si homines ipsi locum darent veræ Pœnitentiæ ; sed quia viam ad illam occluserunt, et obdurati sunt : idcirco illis negatur gratia veræ Pœnitentiæ : non quia impossibilis ; sed quia difficilis recipi in illo statu, in quo liberum eorum arbitrium ita peccato adhæsisse videtur ,ut non splendeat in eo nisi malitia, quamvis non penitus absorpta permaneat inclinatio ad bonum; alias non differrent a damnatis, quod non debet dici de puris viatoribus. Unum et alterum egregie conjunxit, et exposuit D. Anselmus de concordia gratiæ, D. An selm. et liberi arbitrii cap. 3 dicens : *Quod autem quidam experimento existimant probare, nihil valere liberum arbitrium : quia multi immenso conatu nituntur ut bene vivant : et quadam, ut aiunt, impossibilitate obstante, nihil proficiunt, aut post profectum irrecuperabiliter deficiunt : non destruunt, quod rationabiliter monstratum est, liberum scilicet arbitrium cum gratia valere. Ul autem nitentes non proficiant, aut post profectum deficiant, non impossibilitate, sed aliquando gravi, aliquando facile superabili difficultate fieri existimo. Saepissime namque asserere solemus impossibile nobis esse, quod sine difficultate perficere non valemus.* Et in hoc sensu docuit S. Augustinus vel non posse homimines intelligere, vel cum intellexerint, non posse adimplere. Et alia similia, quæ impossibilitatem bene operandi manifestare videntur; cum tamen solum difficultatem majorem, quæ fundet moralem impossibilitatem, contineant, ut exponit Angelicus Præceptor in præsenti solut. ad 2.. Unde idem D. August, serm. de verbis Domini, ut ostenderet prædictam impotentiam in ducentem illam impossibilitatem non semel a se edoctam ortum duxisse ex defectu liberi arbitrii se voluntarie indisponentis, non vero ex defectu auxiliorum sufficientium, dicebat : *Cum vult, non potest, quia* D-Thom. *quando potuit, non voluit : ideo per malum velle, perdidit bonum posse* auxiliorum scilicet proxime sufficientium, in sensu ex-

plicato et latius expenso loco citato de Gratia. Sei ex hoc nihil contra virtutem et efficaciam Pœnitentiæ.

§ n.

.ditem *assertio de irremissibililale unius peccati sine alio.*

Seconda Conclusio.

138. Dicendum est secundo unum peccatum mortale sine alio remitti non posse. Hanc assertionem ut communem Theologorum, etfide sanctam docent Suarez disp. 10, sect. 1, Valencia quæst. 3. panel. 3. Granados de Pœnit. Controv. 7, tract. 3, diso. 7, et merito : tradita enim est in Concilio Trident, sess. 6, cap. 7. ubi docet justificationem consecutam ad præparationem, quam descripserat cap. 6, immediate antecedenti, mediis actibus pœnitentis, non esse solam peccatorum remissionem, *sed et sanctificationem, et renovationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, el donorum, vi cujus homo, ex injusto fit justus, et ex inimico amicus, ut sit hærcs secundum spem vitæ æternæ* Quæ doctrina non sustinet peccatum aliquod irremissum in homine justificato. Unde canone 29 illius sessionis definitur eum, qui post Baptismum lapsus est posse per Dei gratiam resurgere : hanc vero gratiam veram Pœnitentiam comitari constat ex canone sequenti et totius illius sessionis doctrira. Unde in Concilio Romano, ut refertur in cap. *Fratres nostrosS* dePœnit. dist. S, sic dicitur *: Falsam autem Pcenitentiam esse constat, cum spretis pluribus, de uno solo Pœnitentia agitur, aut cum sic agitur de* uno, *ut non discedatur ab alio. Unde scriptum est Jacob.* 2, *Qui lotam legem observaverit, offendat autem in uno. factus est omnium reus.*

.Suarez. Valencia Granados. I'robjlĩü ex Concil. Trident. et Romaoo»

Prima ratio ex D.Thotn.

Eandem veritatem statuit D. Thomas in hac quæst. art. 3, eamque triplici fulcivit ratione. Prima est hujusmodi : nullum peccatum remittitur, nisi in quantum tolli'ur Dei offensa per gratiam : sed gratia est incompossibilis cum aliqua Dei offensa : Ergo nullum peccatum est remissibile per divinam gratiam permanente aliqua Dei offensa. Patet Consequentia, nam alias aliquod peccatum remitteretur per gratiam, quin tolleretur divina offensa contra id, quod asserit Major, quam supponitD. Thom, ex art. præcedenti, ubi eam evicerat S. Doctor dicens, quod cum peccatum sit Dei offensa, eo modo *Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa* aul«m *directe opponitur gratiæ, ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, qua repellit eum a gralia sua* : nullum ergo peccatum aliter est remissibile, quam per Dei gratiam directe oppositam offensæ. Minor vero probatur tum ex eodem D. Thom. in hoc eodem discursu .: quia gratia Dei causai in homine grato bonitatem, qua redditur Deo gratus, bonus, et justus ; quod secus accidit in creaturis, ubi supponi debet bonitas in objecto : est vero impossibile hominem esse Deo gratum, el acceptum, si fuerit ipsi inimicus et ab eo aversus per peccatum. Tum etiam (et reipsa coincidit), nam hac ratione tract, de justificat, disp. 2, statuimus per aliqua dubia incompossibilitatem gratiæ cum peccato; et dub. 6, asseruimus nec de potentia Dei absoluta fieri posse justificationem peccatoris, nisi per donum intrinsecum, *f* quod sit gratia sanctificans. Non quia sola gratia prœdicta opponatur cum peccato; cum hoc etiam competat actibus Charitatis, visioni beatificæ, et contritioni; sed quia hi, et alii actus necessariam important connexionem cum prœdicta gratia, ab eaque essentialiter postulant oriri ut a sui principio.

139. Cui rationi, suppositis iis, quæloco citato fusius expendimus, solum potest objici eam recte probare, si sumatur gratia adæquate, et prout se extendens ad omnia delicia; quo pacto nullum grave peccatum permittit gratia, sed vel omnia, vel nullum excludit. Si autem gratia Dei sumatur respective, et inadæquate, nullum est inconveniens asserere aliquod peccatum dimitti, alio irremisso manente. Quæ fuit evasio Joan, de Medina Cod. de Pœnitentia tract. 1, quæst. 12, in 2 quæslionis parte. Et reddit rationem : quia contritione, aut Pœnitentia potest quis dolere de uno peccato, et tota intentione contra illud invehi, quin ita abhorreat alia, vel quia non ita gravia, et sibi exosa, vel quia non detestatur illud peccatum ex ratione generica peccati, sed ex ratione specifica, et differenliali, ex qua non importat convenientiam cum aliis. Id quod magis credibile reddi contendit exemplo peccatorum venialium, quæ in ratione detestabilium, et remissibilium non habent connexionem; sed æque bene cohæret unum absque alio ab homine detestari, subindeque ipsi remitti, non ob aliud, quam quia dolor applicari uni, el non alteri potest. Similiter ergo in peccatis mortalibus, quæ diversæ gravitatis, el

Mitel.

offensio sunt, poterit osse conti itio de aliquibus, vel unico tantummodo, quin opus sit formaliter, aut virtualiter ad omnia simul Pœnitentiam se extendere. Quapropter discursus D. Thomæ inefiicuciæ arguitur.

i4an

Respondetur tamon rationem D. Thomæ optimam esse, et illam gratiæ divisionem excludere : nam vel minima gralia habitualis, aut tenuis contritio, dummodo vera et essentialis contritio sit, excludere petunt omnia peccata mortalia. Et ratio est : quia contritio, qua contritio est, non detestatur peccata, nisi ob Deum summe dilectum, quem considerat offensum, et injuria affectum; unde per se primo tendit contra offensam convertendo totum ho mienm, et ejus vires in Deum, a quo avertebatur peccato. Quapropter non stat unum peccatum contritione deleri, quin saltem implicite cuncta alia expellantur. Non enim cohæret destrui rationem communem peccati gravis, quin etiam indirecte alia omnia expellantur : quia licet peccata (ut inquit S. Doctor. sol. ad 3), non sint connexa quantum *ad conversionem ad bonum commutabile ; sunt tamen connexa quantum ad aversionem a bono incommutabili, in qua conveniunt omnia peccata mortalia , el ex hac parte habent rationem offensæ, quam oportet per pœnitentiam tolli,* vel respectu omnium; vel nullum dimittetur. Nec ideo negamus posse hominem dolere de uno, et non de aliis. Gæterum iste dolor nec erit contritionis, nec sufficiet ad consequendam remissionem illius, de quo solo dolet. Et rationem tradit S. Doctor. sol. ad 4 : *quia debitum culpæ contrarialur amicitiæ Dei, el ideo una culpa, vel offensa non remillilur sine altera, ridiculum enim videretur, quod etiam ab homine aliquis veniam peteret de una offensa, el non de alia.* Unde dolor ille unius, et non aliorum peccatorum deserviet quidem ad desistendum ab eo peccato actuali, non vero ad ejus remissionem : ai qcam magis requiri docet S. Doctor sol. ad 1 explicans authoritatem D. Gregorii, quæ objectioni favere videbatur : *Verbum* (inquit) *D. Gregorii non csl inlelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu : quia interdum iUe, qui plura peccata consuevit committere-, d'seril unum, non tamen aliud : quod quidem fit auxilio divino ; quod tamen non pertingit usque ad remissionem culpæ.* Nec edam urget exemplum peccatorum veniaHum; nam ut inquit S. Doctor infra quæst. 87, art. 1 : *Exigitur ad remissionem peccati mortalis perfectior pœnitentia, ut scilicet homo actualiter* (saltem implicite, et indirecte) *peccatum mortale commissum deleslelur, quantum in ipso est : sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccatorum.* Et ideo in solutione ad 1 docet ad Pœnitentiam de mortalibus requiri, quod homo proponat abstinere ab omnibus, et singulis, sed ad Pœnitentiam de venialibus hoc non desideratur : quia nec important aversionem a Deo, nec excludunt ejus amicitiam, sed solum retardant affectum hominis, ne prompte feratur in Deum, et ex hac parte, si non minuunt Charitatem ejus tamen fervori, et expeditioni adversantur. Quia vero potest homo circa unam materiam intensius se gerere, quam erga aliam; idcirco potest aliqua venialia vitare , et aliqua etiam detestari ; quin possit, et obstringatur ad omnia simul utpote impossibile in hac mortali vita, absqne speciali gralia. Quæ doctrina amplius elucidabitur ex secunda ratione D. Thomæ, qua discursus illius Theologi convelletur.

îîmjb.

Alia ratio ex D.Thom-

140. Secunda ergo S. Doctoris ratio in articuli antecedentis decisione fundata proponitur sub hac forma : quoniam peccatum mortale non dimittitur absque vera Pœnitentia : sed nequit dari vera Pœnitentia unius peccati sine alio : ergo nequit remitti unum peccatum sine alio. Consecutio est legitima. Majorem ostenderat S. Doctor art. præc. nam ad veram remissionem peccati opus homini est, quoi ejus voluntas sic immutetur, ut convertatur ad Deum cum detestatione conversionis ad creaturam, et proposito emendæ; quod pertinet ad rationem Pœnitentiæ secundum quod est virtus. Minorem probat Angelicas Præceptor : quia sub eadem indivisibili ratione sub qua excluditur aliquod peccatum grave, debent exclndi omnia : ergo nequit esse dolor aut detestatio unius peccati, quin sit cunctorum displicentia, et dolor, subindeque Pœnitentiæ. Antecedens constat, tum ex discursu ipsius D. Thomæ ; cui enim displicet peccatum, quia est contra Deum summe dilectum, ex hoc ipso omnia alia, quæ suniliter contra Deum sunt, displicere debent : quocirca vere pcenitens esse non potest, quem unius, et non alterius pœnitet. Tum etiam quia nequit idemmet homo esse conversus in Deum tamquam in ultimum finem, et ab

illo simul aversus : sed ad remissionem alicujus peccati requiritur conversio hominis in Deum ut ultimum finem : ergo non stat unum peccatum remitti, quin alia etiam remittantur. Major est fere communis sententia, quam late discussimus in tract, de ult. fine. Minor etiam liquet : quia stante aversione hominis a Deo tamquam ab ultimo fine, non stat remissio peccati, quod præcipne consistit in prædicta aversione ; sublata namque illa aversione non remanet peccatum in ratione gravis, et offensæ Dei, ut constat in peccatis venialibus, in quibus homo convertitur ad bonum commutabile, quin inter peccata gravia accenseri debeant ex defectu aversionis a Deo ut ab ultimo fine : ergo ut homini remitti possit aliquod peccaium mortale, opus est conversione ejnsdem hominis in ipsum Deum, qua excludatur aversio ab eodem tamquam ab ultimo fine creaturæ rationalis : et ea conversione posita, nullam remanet peccatum grave. Quocirca optimo, ac omnino maturo judicio Pius V et Gregorius XIII inter alias plures propositionem 37 Michaelis Baii proscripserunt, qua docebat per contritionem charitate perfectam non remitti peccatum. quasi stare posset vera conversio ad Deum cum aversione ab ipso Deo; cum tamen scriptum sit Psal. 50 : *Cor contritum, el humiliatum Deus non despicies.*

Objectio vim rationis evacuans.

141. Huic tamen discursui opponi potest principium illud, cui innititur, non esse undequaque solidum. Stat enim omnia peccata detestari a Pœnitentia sub una, et eadem indivisibili ratione offensæ divinæ, et quod non omnes offensæ simul attingantur, et detesteutur : ergo ex principio illo D. Thomæ non recte probatur unum peccatum sine alio non posse dimitti. Consequentia constat, et Antecedens probatur in scientiis, quarum ratio sub qua est omnino indivisibilis, et tamen intra eamdem scientiam, v. g. Metaphysicam potest destrui notitia circa unam conclusionem, quin destruatur circa aliam, ut constat experienta. Imo et cum evidentia unius queit stare error alterius. Ergo quamlibet indivisibiles sit in Pœnitentia ratio formalis detestandi peccata, poterit esse detestatio, et consequenter remissio unias, quin ex vi hujus convincatur alia etiam detestari, ac remitti debere.

Evertitur.

Hæc tamen objectio non infirmat, sed roborat rationem D. Thomæ, ex cujus doctrina 2, 2, quæst. 5, art. 3, solvitur, et retorquetur in favorem præsentis assertionis. Nam licet ratio sub qua cujuslibet scientiæ sit omnino indivisibilis ad hunc sensum, quod non est aliqua demonstratio in illa scientia, quæ non attingatur sub eadem formali ratione *sub qua,* aliæ demonstrationes pertinent ad eandam scientiam; quapropter sicut scientia est formaliter una, ita ot ejus ratio sub qua est, el esse debet formaliter, et indivisibiliter eadem. Attamen admittit quælibet scientia latitudinem, et extensionem materialem ex parte diversorum mediorum pro diversis conclusionibus, ratione cujus ita attingitur unum medium pro una conclusione, quod ex vi hujus medii proxime, et immediate alia non possit attingi. Ideoque stat ignorantia, imo et error unius, cum evidentia, ac demonstratione alterius. Quocirca sic adstruenda est indivisibilités formalis ex parte rationis *sub qua,* quod etiam admittere, et concedere necesse sit divisibilitatem et latitudinem materialem, ut constat ex doctrina D. Thomæ loco immediato, D.ThoB. ubi eam tradit in solut. ad 3 : *Dicendum* (inquit) *quod in diversis conclusionibus unius scientiæ, sunt diversa media, per quæ probantur, quorum unum potest cognosci sine alio. El ideo homo polest scire quasdam conclusiones unitis scientiæ, ignotis aliis.* At vero ratio formalis aversionis, cui innititur offensæ ratio, est formaliter, et indivisibiliter omnino eadem absque latitudine illa materiali quæ reperitur in scientiis : atque ideo non stat unam excludi, et remanere alteram ; sicut componi nequit Deum haberi ut ultimum finem naturæ rationalis ab eodem Immine, a quo simul est aversus tamquam ab ultimo fine. Unde sicut non stat (ut exemplum exemplo retundamus) hominem dissentiri uni fidei articulo, quin amittat fidem circa omnia, ut est doctrina D. Thom. ubi nuper; haud dissimiliter non cohæret detestari unum peccatum, quin omnia alia ibi intel igantur inclusa, si prædicta detestatio sit vera Pœnitentia, quæ inducere debeat veram remissionem. Et rationem tradit Sanct. Doctor, quia species habitus dependet ex formali ratione objecti, qua sublata species habitus remanere non potest : sed quia objectum fidei est prima veritas in dicendo non stat dissensus unius mysterii revelati, quin excludatur assensus quilibet fidei Theologicæ circa alia mysteria : ergo quia objectum Pœnitentiæ est offensa divina sub ratione offensæ divinæ absolute, non cohæret

colut'H't detestatio unius absque detestatione omnium. Et ideo sicut ratio primæ veritatis revelantis, esto attingat plurima, eaque diversa mysteria, est tam formaliter, quam materialiter eadem, nec patitur inexcludi aliquam latitudinem; consimiliter dicendum, el asserendum est de peccatis ut destruendis sub ratione offensæ divinæ per Poenitentiam. Quare licet in fieri, et quoad conversionem peccata non sint connexa; bene tamen ex parte aversionis, et I quoad excludi.

142. Tertia ratio D. Thom. sumitur ex iThom. parte divinæ misericordias, cujus opera non sunt dimidiata, et imperfecta, sed absolutissima, et nulla ex parte deficientia : quocirca ab ea non est expectanda dimi- (Mb- diata remissio ; ideo D. August, a D. Thoma allegatus lib. de vera et falsa Pœnitentia cap. 9, inquiebat : *Quædam impielas infidelitatis est, ab illo qui justus, et justitia est, dimidiam spectare veniam.* Untie sequens conficitur argumentum : Quod est contra perfectionem divinæ misericordi®, censendum est impossibile : sed est contra perfectionem divinæ misericordiæ remittere unum peccatum sine alio : ergo impossibile est. Minor probatur, tum quia remissio unius peccati, et non aliorum est remissio imperfecta, non secum afferens gratiam, et amicitiam divinam, quæ .-tare non possunt cum aliquo peccato monali Tum etiam, quia si apud humir.es ri icu um videre ur petere ab homine. veniam de una offensa, et non de alia, ut inquit D. Thomas; multo magis respectu Dei , cujus misericordia supe rexaltat judicium. Tum denique : quia illa remissio utpote non extiaheus hominem ab statu peccati, fo: et ipsi inutilis, et contra finem media Pœnitentia intentum, cum tamen *dilectio gratiæ, per quam fit remissio peccati mortalis ordinet hominem ad vitam sternam.* Ut est perspicuum, et docet S. Doctor sol. ad 5.

Porro ut hæc ratio D. Thomæ vires exerat, suppon^n um est hominem vere poenitere de peccatis prout sunt offensa* Dei, et hoc modo, suppositis etiam rationibus præcedentibus, recte concludit : quia divinæ misericordiæ non est consentaneum, quinimu repugnans, homini facienti totum, quod est in se ex viribus divinæ gratiæ, denegare uberiorem gratiam juxta exigentiam dispositionis, et præparationis. Sed homo, quem pœnitet omnium peccatorum, quia sunt offensæ Dei, facit totum quod est in se ex viribus divinæ gratiæ, qua accipit contritionem. Ergo foret contra Dei misericordiam illi denegare remissionis gratiam. Imo esset Deus sibimet contrarius, et veluti illusorius homini, quem vocaret ad contritionem, imo et conterere faceret; cum tamen dimittere nollet omnia delicta, sed unicum, aut aliqua dumtaxat; quocirca argueretur non serio velle ejus Pœnitentiam, quam fine proprio reconciliationis destitueret.

g III

Protrahitur eadem assertio ad potentiam Dei.

Superest tamen difficultatem propositam examinare per ordinem ad potentiam Dei absolutam. In quo est major disceptandi ratio, nec unum est Authorem. Sed pro veritatis explicatione

143. Dicendum est tertio nec de potentia absoluta unum peccatum absque aliis remitti posse, atque ideo per Pœnitentiam vel nullum, vel omnia condonanda sunt. Hæc est D. Thomæ et discipulorum (unico excepto Magistro Nuno) sententia, quam ex extraneis amplectuntur Ricardus in 4, dist. 1, art. 6, q. 3. Vasquez in Comment. hujus articuli, et 12, disp. 207, cap. 2, et 5. Valentia disp 7, q. 3, punct. 3. Lorca torn. 2, in 1. 2, disp. 37, dub. 1. Becanus cap. 31, q. 6. Montesinos disp. 33, q. 6, § 4, n. 226. Ante cujus probationem supponendum est peccatum habituale, de quo est praecipua controversia, sive personale, sive originale illud sit, per nullam potentiam dimitti posse absque mutatione intrinseca peccatoris. Cum enim quodlibet eorum consistat in privatione gratiæ sive originalis, sive habitualis, ut ostendimus tract, de Justificatione disp. 1, dub. 1 et privatio intrinseca auferri nequeat absque forma opposita, palam conficitur fieri non posse peccati remissionem, quin fiat transitus hominis de non *esse* sub gratia ad *esse* sub illa, quod necessario importat mutationem. Ideoque disp. 2 ejusdem tractatus dub. 5, statuimus peccatum hominis elevati ad finem supernaturalem deleri non posse absque prædicta gratia, postquam dub. 5 antecedenti ostenderamus necessariam omnino esse mutationem intrinsecam peccatoris ad obtinendam remissionem. Quæ doctrina adhuc-

Tertia c^la' D.Thom. Vaie-tia. n^°ir'' Montesi- DOS- Præsup- IlOnenda·

tenet, casu quo homo de potentia Dei absoluta justificaretur absque ullo actu proprio, ut divinitus fieri posso docuimus ibi disp. 3, dub. 2. Et ratio est : quoniam in eo eventu justificaretur homo vel per unionem hypostaticam, secum afferentem sanctitatem personalem prorsus incompossibilem cum quolibet vel levissimo peccato; vel per gratiam habitualem divinitus homini infusam absque ulla ipsius actuali dispositione , ut supponitur : utro enim modo id fieret, interveniret mutatio intrinseca peccatoris, et elevatio per formam, vel quasi formam supematuraiem. Et dumtaxat erit differentia in eo , quod stante dispositione propria ipsius peccatoris intercedit duplex mutatio, et quæ provenit ab actibus a se elicitis, et quam causât ipsa gratia. In alio vero casu unica dumtaxat mutatio concedenda foret, ea nimirum quam induceret forma ipsa sanctificans. Quocirca in præsenti amandari debet modus ille remissionis per puram condonationem extrinsecam a pluribus extra scholam D. Thomæ excogitatus, in quo illius fautores maximam vim facere possent. Et si quid difficultatis pro eo occurrerit, recurrendum est ad citata loca, ubi ut in propria sede discussum, et elucidatum reperiet lector.

Fundamenlum assertionis*

144. Quibus principiis in præsenti suppositis. probatur assertio rationibus D. Thomæ in præsenti, quibus tam efficaciter suadetur intentum, ut merito asseruerit Magister Soto in 4, dist. 15, quæst. 1, art. 3, § *Conclusionem,* majorem implicationem contradictionis (si major esse potest) esse in eo, quod Deus unum peccatum sine alio remittat, quam sil in eo, quod peccatum sine gratia diluat. Impossibile quippe est hominem absolvi a Deo a peccatis, sive originali sive actualibus, quin ipsum hominem ad se revocet, et gratum, ac justum constituat. Sed prorsus impossibile est hominem in Deum conversum, justum, et ipsi gratum, intrinsece constitui, cum eo quod sit aliquo gravi peccato a Deo aversus, ipsi intrinsece infensus, et injurius : ergo impossibile omnino est homini aliquod peccatum remitti per gratiam intrinsecam, aliis permanentibus irremissis. Major constat, quia peccatum remitti homini a Deo, nihil aliud est, quam quod sit in Deum ultimo conversus, ipsi acceptus, et gratus habitualiter. Minor etiam liquet : quia quolibet peccato lethali redditur homo Deo injurius, infensus, ipsi inimicus, ot invisus. Non ergo stare poterit ulla potentia hominem esso Deo acceptum, et gratum, et simul culpse, vel culpis lethalibus obnoxium et earum foeditate conspurcatum.

Soto.

Quæ est prima D. Thomæ ratio, et confirmari, ac explicari potest. Nam Apostolo teste ad Horn. 8 : *Nihil damnationis esi quæ sunt in Christo Jesu,* ad quæ verba inquit D. Thomas : *Proponit beneficium, quod gratia confert concludens ex promissis : Gratia Dei per Jesum Christum liberavit me de corpore mortis hujus, in quo exista nostra Redemptio : ergo nunc, ex quo sumus per gratiam liberali, nihil damnationis est residuum, quia el tollitur damnatio quantum ad culpam, et quantum ad panam.* Quæ Consequentia necessaria est, et conc udit inspecta qualibet providentia. Si quidem homo liberatus per gratiam habet jus ad vitam æternam ; homo veroadstrictus aliquo gravi delicto est destinatus æterno supplicio ; in uno nihil esse debet damnationis, in altero vero nullum este potest jus ad gioriam juxta illud Jacobi 2 : *Quicumque lotam legem servaverit, offendat autem in uno, id esi, in una virtute, factus esi omnium reus, omnium scilicet præceptorum, quia illas ibi inutilia reddit. Vel omnium præceplorum* (inquit 8. Doctor) *quia pro uno, ac si pro omnibus, peribit.* Sed implicat unum et eundem hominem pro eodem instanii tam oppositis subesse prædicatis : ergo implicatorium est homini aliqua peccata, et non omnia per veram pœnitentiam dimitti : esset enim habere, et non habere Dei gratiam, esse illi acceptum, et gratum, et non esse gratum ac Deo acceptum. Qua major nequit explicari contradictio.

Fi?>.

145. Nec refert si dicas, hanc contradictionem solum esse in hac providentia, et inspectis principiis a Deo revelatis : non tamen tenere inspecta altiori potentia ab his legibus absoluta, juxa quam nulla est repugnantia in eo, quod homo pluribus debitis obstrictus absolvatur ab uno, ab aliis non absolutus.

Sed hoc nihil est, et manet ex dictis § praecedenti convulsum. Nam amicitia Dei consistit in indivisibili, quantumvis possit pluribus titulis violari ; quod nec disputamus , nec ad rem est, quandoquidem errare, ut inquit Philosophus, multipliciter contingit ; sed scopum attingere stat unico dumtaxat modo. Quamvis ergo plura requirantur ad ineundam cum Deo amicitiam,

tiam, ot ex hoc capite inulta sint capita deficiendi, nunquam tamen pervenietur ad iterum ineundam discissam amicitiam cum Deo, nisi omnia imp dimenta diruantur, et expellantur, et vel unum si deficiat, deficere necesse est remissionem omnium; aversio quippe a Deo tanquam ab ultimo line, in qua fundatur Dei offensa, et nititur ejus inimicitia cum homine, non est auferibilis, nisi simul omnia delicta detestentur. Nam ut bene animadvertit Angelicus Pneceptor, oppositum discurrendi modum præcavens, et repellens, aliud est peccati remissio, aliud est peccati cessatio; et major ad illam, quam ad istam requiritur gratia : nam ut homo cesset a peccatis, sufficit gratia, quæ sit auxilians; ut vero ei illa peccata remittantur, exigitur gratia sanctificans totum hominem; et cum hac gratia in nulla providentia, quantumvis a legibus absoluta, cohæret peccatum, ut est perpetua S. Doctoris sententia, de qua uberius loco citato de Justificatione. Quare omnia argumenta, quæ excogitari possunt ab adversariis, ad summum probare poterunt ex divina illa gratia ut ab ipsis proposita consequi hominem cessationem a peccatis, non vero remissionem, de qua agimus. Porro non esse eandem rationem de debitis exterioribus, ac de peccatis, liqaet ex D. Thom, art. 3 ad 4 in quo præcedit simile argumentum dicens : *quod debitum exterioris rei* (puta pecuniæ) ?ıoη *conlrarialur amicitiæ, ex qua debitum remittitur : el ideo potest unum dimitti sine alio. Sed debitum culpæ conlrarialur amicilix, et ideo una culpa, vel offensa non remittitur sine altera.*

146. Sed dices ex Suario hoc solum probare de homine elevato ad finem supernaturalem, qui eo ipso nequit non esse vel in peccato, vel in Dei gratia, et amicitia. Gæterum si homo in alio rerum ordine, in quo non esset hujusmodi elevatio, collocaretur, non esset illi recursus ad gratiam, utpote non promissam, nec consequenter debitam. In quo sane eventu peccatum non consisteret in privatione voluntaria gratiæ, quæ penitus ignoraretur. Ergo in illo statu nulla esset ratio, quare non posset unum peccatum absque alio deleri. Patet Consequentia : quia tota, et adæquata ratio D. Thomæ in id tandem reducitur, quod peccatum importet privationem graiiæ, et amicitiæ divinæ, quæ est incompossibilis cum eadem gratia : sed in prædicta hypothesi vere possibili, ut de statu purorum docent communiter Theologi, pcccatum non consisteret in prædicta privatione : ergo in prædicta hypothesi œque bene posset salvari remissio unius culpæ absque aliarum vel omnium ablatione.

Sed nec ista objectio officit assertionis veritati, et ejus fundamento. Quia peccatum in quocumque perpetretur statu, importat offensam Dei, et est aversio ab ipso tanquam ab ultimo fine; hoc enim non provenit ab statibus; sed est intrinsecum ipsi Deo esse ultimum finem creaturæ rationalis, et huic essentiale se subjicere, et subordinare illi ut sui primo principio, et fini omnino ultimo absolute, et simpliciter. Ex quo sequitur ut dicebamus, quolibet peccato gravi induci aversionem a Deo tanquam ab ultimo fine absolute, et simpliciter tali; licet concedi debeat possibilem esse ignorantiam ejusdem ut finis supernaturalis expresse, eamque futuram in statu purorum libenter asserimus, imo et vigere in pluribus Barbaris sub hac providentia nihil minus, quam de Deo authore supernatural! vel audientibus, vel cogitantibus non renuimus, vi cujus permanent infideles negative juxta doctrinam D. Thomæ, et Theologorum supra allegatam. Gæterum hæc ignorantia sicut non tollit aversionem prædictam a peccato, nec etiam aufert, quod ipso peccato importetur recessus a Deo secundum quod in se ipso est, atque ideo ex modo recedendi et affectu peccandi postponatur Deus re ipsa author supernaturalis, saltem implicite, et interpretative, licet expresse, ac formaliter solum offendatur, et derelinquatur ut Author naturalis. Unde provenit damnum illatum ut resarciatur, indigere gratia supernatural! ejusdem Dei, ut sit perfecta hominis conversio, Qua ducti ratione, et aliis late expensis tract, de Justificat, disp. 2, dub. 7, statuimus peccatum grave status purorum nec de potentia absoluta posse deleri absque mutatione intrinseca supernatural!, non qualicumque, sed quæ proveniret a gratia sanctificante.

Eamque esse mentem D. Thomæ, præter ibi dicta constare videtur ex quæst. 28, de Veritate art. 2, ubi universaliter docuit, semel atque homo exciderit peccato a statu naturæ, quin amittat gratiam nondum habitam, reparari aliter non posse, quam per ipsammet gratiam sanctificantem. Sed in quocumque statu homo graviter deliquerit, decidet ab statu naturæ sive

integrae, sive pure naturalis, et contrahet corruptionis statum. Ergo in omni, et quolibet statu peccaverit, indiget al reparationem gratia sanante, et sanctificante. Cætera constant præter Majorem, quæ est expressa S. Doctoris solut. ad 4 et 5. Ubi admittens, cum aliquibus sui temporis, Adamum in sua conditione non accepisse gratiam, subindeque quod peccando ab illa non excidisset; ex hoc tamen ipso quod peccavent inna ordinem naturalem, et ab ejus recio dictamine deviarit, affirmat repara'i non posse absque gratia. Verba D. Thomæ sunt : Sed *tamen si a solo statu naturæ decidisset ; nihilominus tamen ad expiationem infinitæ offensx donum divins? gratiæ requireretur.* Hoc autem donum esse gratiam supernaturalem, non utcumque, sed sanctificantem constat ex toto articulo ; hanc enim necessariam duxerat S. Doctor supposita elevatione hominis ad finem supernaturalem, et hanc eandem docet prorsus opportunam, etiam si a solo statu naturæ peccato labatur homo, propter infi nitatem offensæ divinæ, quæ numquam non debet Deo irrogari, in quocumque statu fingatur homo graviter delinquens. Ex qua doctrina penitus evanescit effugiam Suarii, siquidem discursus D. Thomæ est universalis, et ambit quemlibet hominis statum, in quo peccet. Unde in nullo remitti potest peccatum aliquod, quin omnia condonentur.

Aîh objectionis dilutio.

147. Sed esto ita esse posset, quod in statu naturæ puræ non indigeret homo gratia sanctificante, ad destructionem peccati, nec hujus essentia in illius privatione consisteret; non inde excluderetur necessitas gratiæ illius ordinis, quæ superare deberet exigentiam peccatoris : non enim est remissibile peccatum nisi per gratiam : quare huic soli gratiæ competeret instaurare amicitiam qualemcumque illius status. Quod sane nec præstaret, nec præstare posset, quin excluderet omnia peccata illius ordinis. Et ratio est eadem debite applicata : quia sicut in præsenti providentia, ut excludatur aversio peccati, opus est conversione in Deum ut finem supernaturalem, et detestatione ejusdem peccati propter Deum summe dilectum absolute; haud secus in illo statu naturæ puræ, sed peccato depravatæ in hoc, aut illo individuo peccatore, ut reintegraretur, et reduceretur ad pristinum statum; opus omnino esset gratia naturali , qua converteretur homo ad suum finem ultimum naturalem, ex quo moveretur ad detestanda peccata. Unde si aliquod illorum indetesUtuuj, el consequenter irremissuin maneret, non posset in pristinum statum naturæ puræ revocari, sed pertineret ad alium naturæ jam lapsœ, et non reparat®. Oporteret igitur adhuc in permissa, et gratis concessa hypolhesi vel omnia, vel nullum simul dimitti gratia naturali illius status; aiioqui enim nec reduceretur ad statum natuiæ puræ. nec haberet Deum e us Authorem ut finem ultimum illius status. Quoi dici non debet. Eo præsortim, quia non desint graves di>cipuli D Thomæ, quibus arrideat peccatum illius status sola gratia natundi expulsum iri; cum tamen nullus sit præter Nunno, qui censeat de pol- ntia absoluta unum peccatum sine alio po>se deleri. Quod signum est ex uno ad aliud non bene deduci argumentum.

Excluditur peccatum ab intrinseco irremissibile.

148. Dicendum est quarto, implicare O^ contradictionem dari peccatum quod sit 'aà. essentialiter irremissibile. Hanc conclusionem statuimus contra Lugo in præs. disp. 1, sect. 1, n. 3, qui licet catholice teneat nullum de facto posse esse peccatum, quod per Pœnitentiam non possit auferri; asserit tamen n. 4, non repugnare in a'ia rerum serie fieri peccata, quibus per essentiam suam conveniat irremissibilia esse. Assertionem vero nostram non tam docent [quia forte in mentem de ea dubitare non venit) quam supponunt communiter Theologi, ut testatur Prado in præsenti, et mento : est enim consectarium primæ assertionis, et eisdem rationibus probatur. Cum enim virtus Pœnitentiæ non sit ligata præsenti provilenliae. aut ejus legibus, sed quoad sua essentialia permanserit in lege naturali scripta, et gratiæ, eadem etiam foret in quacumque alia providenda possibili; cum essentiie rerum sint invariabiles : sed virtus Pœnitentiæ ex suis prædicatis essemialibus gaudet virtute expellendi, ac destruendi quodlibet peccatum mortale : ergo nullum est, aut esse potest in aliquo providentia, quod Pœnitentia virtute destrui non valeat. Major constat ex illi inserta probatione. Minor etiam constat : quia nullam est aut esse potest peccatum mortale, quod non possit

possit deleri gratin -anctificante, et actu charitatis : Hod virtus Pœmumliæ essentiaiPr supponit gratiam sanctificantem, et actum Charitatis, ut constat ex diffinitione contritionis, quæ est dolor de peccatis propter Deum sumrne dilectum ; et ex hac radice habet destruere peccatum : ergo in quacumque hypothesi, in qua collocetur vera virtus Pœniieniiæ, poterit excludere peccatum sibi oppositum.

Alia filio. Deinde probatur : nam peccatum essentialiter irremissibile est peccatum indestructibile per Dei gratiam : sed implicat peccatum iudestruciibile per Dei gratiam : ergo implicat peccatum essentialiter irremissibile. Consequentia constat. Major etiam liquere videtur : nam peccatum , quod destrui potest per Dei gratiam, non est essentialiter irremissibile, cum destrui possit, et respectu gratiæ coincidit remittere peccatum, et illudmet destruere, quia non destruit, nisi remittendo, nec remittit, nisi destruendo : atque ideo peccatum essentialiter irremissibile esse debet peccatum essentialiter iudestruciibile per Dei gratiam. Minor vero probatur ; quia impii catorium est adstruere Dei virtutem vinci posse ab aliquo creato, et derogat omnipotenti® divinæ. quod valeat superari a peccatore : s> d Dei gratia secum aflert vires omnipotent!® divinæ, et major est Dei bonitas, quam esse possit malitia humana : ergo implicator.um est adstruere peccatum aliquod, quod sit in aliqua rerum serie indestructibile per gratiam divinam.

CcoSr-211. Confirmatur, et explicatur radone D. Thomæ m hoc primo articulo : nam quod peccatum sit essentialiter irremissibile, vel proveniret ex defectu virium in gratia, vel ex resistentia I beri arbitrii, vel ex natura ipsius pecciti ; sed ex nullo horum capitum id babere posset : ergo nullatenus potest esse peccatum illud irremissibile. Non quidem proveniret ex prima radice, alias refunderetur defectus in Dei gratiam, quod est absurdissimum : nec etiam ex secundo capite, juxta textum allegatum a D. Thoma

Pro- Proverb 21 : *Cor Regis in manu Domini quocumque voluerit, vertet illud,* et alibi, *Omnia quæcumque voluit fecit.* Unde D.

D. Ac- Augustinus Enchyrid. cap. 98 : *Quis ita desipiat, ul dicat Deum malas hominum voluntates, quales voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, non po>se in bonum converti?* Nec tandem oriri potest ex natura ipsius peccati, utpote quod haberet causas suæ destructionis; nimirum gratiam, et liberum nrbitriurn flexibile, et vertibile in contrarium ipsius peccati. Quod auem habet causas «ure destructionis, non est essentialiter indestructible, nec consequenter irremissibile; sicut *e* converso, quod importat causam productivam, eamque supponit essentialiter, nequit non dici, et esse essentialiter factibile. Cum ergo nullum sit excogitabile peccatum, quod non respiciat liberum aibitriurn ut vertibile in partem oppositam media potentissima Dei gratia, nullum in aliqua rerum serie adstruendum est peccatum, quod non sit essentialiter remissibile.

Evasio. 149. Nec interest, si dicatur, peccatum illud ideo dici essentialiter irremissibile quia nequit media Pœnitentia remitti; non vero quia non possit absoluta Dei gratia auferri. Quare irremissibilitas illius solum est respectiva per ordinem ad Pœnitentiam, non vero absoluta, per ordinem ad divinam gratiam.

Præclu ditor. Non, inquam, refert, si hoc asseratur. Tum quia quod est auferibile per ord nem ad aliquam causam, licet sit inauferibile per ordinem ad aliam, non est essentialiter inauferibile ; sicut quod est possibile per ordinem ad unam causam, est essentialiter possibile, licet non sit possibile per ordinem ad aliam causam : quocirca haereticum esset dicere resurrectionem non esse possibilem, eo quod sit impossibilis respectu agentis naturalis. Sed peccatum illud esset remissibile per ordinem ad Dei gratiam. Ergo non esset essentialiter irremissibile. Aliun ie vero etiam esset detestabile per ordinem ad liberum arbitrium ; siquidem foret peccatum hominis viatoris, qui dum viator est, gaudet libero arbitrio flexibili in alterutram contradictionis, et contrarietatis partem : ergo non minus esset remissibile, quam cætera alia peccata hujus providentiae; hæc enim ex hoc duplici dumtaxat capite remissibilia sunt. Tum etiam : quia peccatum esse irremissibile respectu Pœnitentiæ, non est, aut esse potest aliud, quam quod Pœnitentia nequeat influere active in destructionem maculæ prout se tenet ex parte animæ : sed in hoc sensu nullum est peccatum remissibile per Pœnitentiam : ergo vel nihil singulare inveniretur in illo peccato irremissibili essentialiter; vel omnia sunt æque irremissibilia, quod non est absolute dicendum. Major patet : quia Pœnitentia supponere debet ablatam maculam media infusione gratiæ ; prius enim Deus ad nos

se convertit, quam convertamur ad ipsum : ut constat ex supra dictis, atque ideo antequam media Pœnitentia liberum arbitrium moveatur contra peccatum, supponit pro aliquo priori detersam maculam : sed detersa macula per infusionem gratiæ, non est, unde negari possit pro posteriori influxus Pœnitentiæ, ut patet in actibus charitatis, et aliarum virtutum pro posteriori ad communicationem gratiæ in illo instanti eliciti : ergo si semel, ut asseritur, est remissibile media eratia, male, negatur non esse etiam remissibile p, r Pœnitentiam, nec est caput, unde id negetur, nisi quia nequeat influere in destructionem maculæ. Quod tamen non esse necessarium constat in aliis peccatis, qua> juxta fidem sunt remissibilia, quantum\is Pœnitentia non pertingat ad expulsionem maculæ, ut satis constat ex dictis dub...

Pe<za- missihHc ex Logo.

tsp Sed age et audiamus quodnain sit xHua peccatum essentialiter irremissibile : *Potuisset enim* inquit Lugo) *Deus saltem de potentia absoluta nolle remittere peccatum homini etiam pœnitenti, et potuisset hoc suum decretum alicui revelari, ita ut obligaretur homo ad illud credendum. Quo casu si homo culpabiliter nollet credere illi revelationi sufficienter proposita; peccaret graviter contra fidem : et illud quidem peccatum ex suis principiis intrinsecis esset irremissibile per Pœnitentiam. Nam si posset esse fulsa revelatio Dei de non remittendo ullo peccato homini pœnitenti : si enim remitteretur, falsum esset, quod numquam esset remittendum. Cum ergo essentialiter repugm-t poni illud peccatum, et subsequi ejus remissionem; fatendum est illud peccatum per sua przdicala intrinseca tale esse, ut nulla poenitentia posita posset auferri* Hactenus ille Theologus.

Hefelütur.

Hic tamen discursas solidus non est, nec intentum evincit, ut illum expendendo fiet obvium. Et in primis supposita doctrina D. Thomæ jam explicata ex quæst. 86, art. 6, ubi docet motum liberi arbitrii in peccatum supponere cratiam infusam, et dilectionem Dei super omnia : quod est asserere actum Pœnitentiæ supponere gratiam, implicatorium est Deum vere pœnitenti non velle remittere peccatum ob connexionem essentialem Inter infusionem gratiæ, et remissionem peccati. Quare vel dicendum erit gratiam posse de potentia absoluta non esse incompossibilem cum peccato, quod est falsissimum , et fere contra omnes Theologos melioris nota'; vel negandum est de potentia absoluta posse Deum homini vera pœnitenti denegare peccati remissionem; quippe quod esset homini justo denegaro justitiam, et homini grato peccati ingratitudinem simul deferre. Undo non est admittendum in Deo illud decretum, sed ut commentitium, et implicatorium amandandum. Quo supposito ruunt omnia super illud fundamentum constructa.

lcapegnitir ïiapliss.

451. Ne tamen alligari videamur huic veriori sententiæ, et aliam omnino deserere propter vim argumenti, respondetur admittendo casum de potentia absoluta Dei. quoad omnes ejus partes, hoc est, quod posset Deus denegare remissionem homini vere pœnitenti; quod hoc decretum non remittendi potuisset revelare; et quod teneretur homo ad credendum, et assentiendum revelationi sibi factæ. Ex quo tamen non inferri peccatum esse ab intrinseco irremissibile, manifeste probatur. Nam quod est ab intrinseco, et essentialiter irremissibile, non indiget decreto denegante remissionem ; sicut quod est ab intrinseco impossibile, non indiget decreto decernente impossibilitatem : sed peccatum illud esset irremissibile ratione decreti: ergo peccatum illud non esset ab intrinseco, et essentialiter irremissibile. Major constat ex inserta probatione, quæ nititur solido fundamento : nam decreta divina non admittuntur aut conceduntur a Theologis circa possibilitatem, vel impossibilitatem intrinsecam, et essentialem; sed dumtaxat circa existentiam, vel non existentiam possibilium; ideoque pertinent ad scientiam visionis, et non ad scientiam simplicis intelligentiæ. Minor etiam liquet, quoniam peccatum illud solum esset irremissibile ex suppositione decreti de non largienda remissione vere pœnitenti; quod decretum, si non esset in Deo, nullum esset caput peccatum illud irremissibile dicendi.

Conti- impugw- li0·

Ad hæc : quod potest esse, et non esse remissibile, non est ab intrinseco, et essentialiter irremissibile, ut est per se notum; sed peccatum illud potest esse, et non esse remissibile : ergo peccatum illud non esset ab intrinseco et essentialiter irremissibile. Probatur Minor : nam prædictum peccatum non stante præcépto, non minus quam reliqua peccata remissibile foret, et solum est irremissibile stante præcépto : sed præceptum potuit esse, et non esse in Deo, siquidem liberrime, et nulla

nulla necessitate cogente, statutum est : ergo prædictum peccatum potuit esso et non esse remissibile. Eo vel maxime. Nam decreta Dei cum versentur circa existentiam, vel non existentiam rerum, non invertunt, aut immutant prædicata intrinseca, et essentialia : sed peccatum illud essentialiter et præscindendo a decreto foret remissibile : ergo ex vi decreti non redditur essentialiter irremissibile, sed ad summum accidentaliter, et facta aliqua suppositione. Et constat a simili operis meritorii in homine justo, cui licet possibile sit denegare gloriam per modum coronæ , et quovis alio modo ; non ideo opera hominis justi, in charitate facta sunt ab intrinseco indigna præmio ; sed solum per accidens, et facta suppositione Deo libera : ergo similiter positio illius decreti non arguit peccatum illud fore ab intrinseco irremissibile; quinimo infert, et supponit illius remissibilitatem essentialem, et hac supposita solum per accidens ex voluntate libera Dei fit irremissibile. Unde patet ex principiis a Lugone constitutis non posse fieri collectionem illam a se intentam.

152. Et ad probationem illius dicimus abs dubio graviter delicturum hominem non assentientem, nec credentem revelationi Dei sufficienter propositae : sed sicut huic dissensui accidentale est decretum de non remittendo peccato post veram pœnitentiam (non enim essentiale est dissensu; in rebus fidei, quod non possit remitti, ut constat in hæreticis, qui salvari possunt); ita et accidentale est illi peccato quod non remittatur, ideoque manet essentialiter remissibile, quamvis unquam remittendum sit ob decretum Dei de non remissione. Contra quod non urget ulterior probatio, sed est merus paralogysmus : quia licet si remitteretur peccatum illud, redderetur falsa divina revelatio ; ex eo vero quod possit remitti, non infertur, quod possit reddi falsa, ut patet in scientia Dei, quæ falli non potest, quamvis res scitæ a Deo aliter in se ipsis se habere possint. Et quidem si aliter ac sciuntur a Deo, evenirent, abs dubio falleretur scientia Dei ; cum tamen ex eo quod aliter fieri possint, non deducatur eam posse falli, quippe arguitur ab una de sensu composito ad aliam de sensu diviso, qui tam notissime est vitiosus arguendi modus, ut majori non indigeat expugnatione. Sufficiet D. Thomam auscultasse 1 p. quæst. 14, art. 13, sol. ad 3, ubi inquit : Hæc propositio : *Omne scitum a Deo necessarium est esse* (idem dicito de omni revelato, utpote quod est scitum) consuevit distingui, quod potest esse de re, vel de dicto. Si intelligatur de re, est divisa, et falsa. Et est sensus : Omnis res, quam Deus scit est necessaria. Vel potest intelligi de dicto, et sic est composita, et vera, et est sensus : Hoc scitum a Deo esse est necessarium, necessitate cadente supra copulam, non vero supra rem, seu eventum copulæ unitam, in quo stat infallibilitas consequenti® cum fallibiiitate consequentis in se ipso. Quare concedimus repugnare peccatum illud remitti stante decreto de ejus irremissibilitate ; sed hinc non potest concludi peccatum illud esse essentialiter irremissibile, ut demonstratur adducto exemplo D. Thomæ, et aliis sexcentis in materia de auxiliis, sive ex se efficacibus, sive scientia media regulatis, et directis ; utrobique enim offendit, et deficit illa argumentatio, ut rem consideranti erit perspicuum, et apposite admonuit D. Augustinus lib. de Natura, et Gratia cap. 7, nescio quem libri Authorem laudans, quod bene distinxerit, *aliud esse quærere, an possit aliquid esse, quod ad solam possibilitatem perlinet ; aliud utrum ne sil? Hanc* (inquit S. Doctor) *distinctionem veram esse nemo ambigit ; consequens enim est, ul quod esse potuerit : non est autem consequens, ut quod esse potest, etiam sit.* Nam potest quidem homo ex Dei gratia esse sine peccato : sed non ideo probatur, quod sit : Potest peccatum esse remissibile ex eadem Dei gratia ; sed non ideo concluditur, quod de facto remittatur, maxime supposito decreto non remissionis. Nec etiam vice versa confici potest : *Non est homo sine pcccalo, ergo non potest esse ex Dei gratia ; nec* similiter *Non remittetur peccatum vere pœnitenti* ob suppositionem decreti : *ergo peccatum illud non polesl remitti,* seu (quod idem est) *ab intrinseco est irremissibile.* Alia quippe ratio est, et esse debet de potentia consequenti, seu in sensu composito, alia vero, et longe diversa, de potentia antecedenti, seu in sensu diviso : quocirca stat impotentia consequens cum potentia antecedenti, sicut componitur non posse aliquid fieri in sensu composito, quod tamen possumus in sensu diviso.

Z

Alia ejusdem Cardinalis Lugo sententia de peccato nondum commisso, vel dum aclu committitur.

Quinta conclu-sio.

153. Hinc ultimo dicendum, et statuendum est implicare contradictionem peccatum remitti in eodem instanti, in quo committitur, vel etiam antequam committatur. Hanc etiam assertionem statuimus contra eumdem ubi supra disp. 7, sect. 8, num. 126, ubi docet non repugnare in ordine ad potentiam Dei absolutam Deum condonare peccatum in ipsomet instanti in quo fit. vel diu antequam sit committendum. Assertionem tamen nostram tuentur non solum discipuli D. Thomæ, sed etiam Suarez lib. 7 de Gratia cap. 21, eam dicens per se notam, Oviedo 1, 2, tract. 8, concrovers. 4, punct. 6, asserens rem nullam invenire in Lugo discursu, et Ripalda iib. 6, de Ente supernatural! disp. 132, sect. 29, ducens Joannem de Lugo assertorem hujus condonationis non fuisse consequentem. Unde mirum non est D. Thomæ discipulis ejus sententiam non arrisisse, quæ adeo displicuit Domesticis. Et quidquid sit de illorum censuris, prima assertionis pars docetur a

Tliomis-tæ. Suarez. Oviedo. Ripalda, ,p3 a'

D3ThomX

Chorea in hac 3 p. quæst. 68. art. 4, ubi ex eo statuit Sacramentum Baptismi actuali peccatori non esse impertiendum, quia *nullus habens volontalem peccandi simul polest a peccato mundari, quia huc esset ponere contradictoria esse simul.* Et hæc est unica et adæquata ratio eam sententiam refellendi. Quoniam duo contradictoria nec de potentia absoluta possunt esse simul : sed hominem peccare, et simul pro eodem instanti non peccare implicat duo contradictoria : ergo de potentia absoluta simul esse non potest hominem justificari m eodem signo, vel instanti, et hominem in illo eodem signo, et instanti peccare. Minor, et Consequentia eadem probatione suadetur. Nam esse actualiter hominem a Deo aversum tanquam ab ultimo fine, et esse in illum conversum ut in ultimum finem non minus implicat, quam accessus ad aliquem terminum, et recessus directus ab eo iem termino : sed sensibiliter demonstratur implicare contradictionem simul et semel accedere idem mobile ad terminum, et ab eodem recedere : ergo implicatorium erit hominem simul peccare, et non peccare. Qui enim peccat, se avertit a Deo ut ab ultimo tine ; qui autem non peccat actualiter non se avertit ab ultimo tine, imo si justificatur, aclualiiur accedit ad ipsum ultimum finem : esset ergo simul peccans, et non peccans, simul justus, et non justus, simul accedens ad Deum, et simul ab ipso recedens. Ubi apparet in illa positione non unicam, sed duplicem, eamque satis manifestam coacervari implicationem. Nam primo peccaret, et non peccan t homo in illo instanti, peccaret quidem, ut docetur: non vero peccaret quia justificaretur in illo instanti, et opus justificationis non est peccatum. Insuper esset justus et injustus, conversus, et aversus, amicus et non amicus imo et inimicus ejusdem Dei offensi, et non offensi pro eodem instanti. Et sane tot aggeruntur, et agglomerantur contradictiones, quot termini in illo instanti applicari possunt peccatori in ordine ad Deum, et Deo attribui per ordinem ad creaturas, quod prolixum, imo et inutile foret percurrere

154. Nec levaminis erit recursus ad condonationem illam intûnspcam, quæ est efaeim. veluti basis hujus sententiæ. Nam quidquid sit de eo quod se tenet ex parte Dei condonantis, et præscindendo ab eo quod cedat juri extorquendi satisfactionem et imputandi homini debitum culpæ, de quo infra, adhuc ex parte ipsius hominis viget contradictio- Et ut magis appareat, inquiramus ab ipso hujus sententiæ primo Authore. An ex vi illius remissionis faclæ dum actu peccat, maneat homo justus absque alia retractatione, et condonatione? Cui interrogationi respondet num. 127, manere quidem veluti si post peccatum commissum, illud Deus condonaret. Et hac ejus posita responsione, manifestissime patet in eodem instanti, in quo homo peccat, et actualiter se avertit a Deo (hoc enim est graviter peccare, se a Deo avertere) esse peccatorem, ut supponitur, el etiam non esse, media condonatione, quæ fieret in illo instanti, utpote qua post illud instans permanet justus, et Deo acceptus : esset ergo in eodemmet instanti homo idem coram Deo justus, et non justus, ab ilio aversus, et in ipsum conversus, peccator, et non peccator : quin referat, sed potius contradictionem inferat illa condonatio extrinseca ex parte Det. Hæc enim cum se teneat ex parte Dei et suum sit cessio proprii juris, non impedit aversionem actualem tualem peccati, quinimo eam admittit; aliunde vero illa aversio non imputan tur homini, sed remaneret, et tunc esset Deo acceptus, quasi peccatum præcessisset, et post facium condonasset. Quæ ergo major implicatio ex parte peccatoris, quidquid foret de condonatione extrin.-eca, nihil referente ad eam amovendum?

D«afiuur.

Confirmatur, et explicatur ad hominem ex doctrina ejusdem Authoris : quia enim accidere solet in humanis offensum cedere juri suo exigendi satisfactionem pro offensa, autumat Deum etiam ita se gerere posse circa hominem actualiter peccantem, atque ideo simul condonari et committi posse peccatum : sed hæc ratio non probat, nec tollit contradictionem propositam : ergo non stat committi, et condonari peccatum simul, quin deglutiatur contradictio prædicta. Probatur Minor : quia quantumvis homo offensus juri proprio cedere velit, dum tamen offendens non desistat ab offensa actualiter irroganda, non desinit ejus peccatum, ut liquet : aliunde vero stat simul condonatio peccati : ergo stat simul offendere, et non offendere eundem hominem, quin obsit, sed prosit ad contradictionem, quod homo cedat juri suo ; et qua parte provenit quod non offendatur, nec delinquens offendat. Ideoque consultius D. Thomas asseruit possibile non esse mundari hominem, et actualiter peccare, esset enim ponere duo contradictoria esse simul. Et in præsenti art. sol. ad 4 docuit, ridiculum videri etiam ab homine veniam petere de una offensa, et non de alia. Quod sane magis ridiculum foret in nostro casu.

1Π«-

155. Secunda assertionis pars eodem argumento suadetur. Non enim minus impiicatorium est peccatum dimitti antequam committatur, quam dum actu committitur.

/iL 3.

Sequeretur enim esse peccatum, et non esse peccatum. Nam peccatum dimissum jam non est peccatum ; sed in hypothesi facta peccatum dum committeretur, jam esset prædonatum, et remissum : esset ergo, et non esset peccatum. Sequela Majoris constat : nam condonatio peccati est destructio ipsius peccati, sicut solutio debiti est illius extinctio ; non enim minus remissio culpæ, seu non etse peccati est effectus proprius condonationis, quam solutio debiti extinctio illius : sed implicat debitum esse extinctum, et esse debitum : ergo implicat peccatum esse dimissum, et esse peccatum.

Ad hiec. Peccatum essentialiter, et in qualibet providentia est mors animæ : sed implicat esse mortem exclusam, et esse mortem, alioqui enim esset, et non esset mors : ergo implicat mortem peccati esse exclusam media condonatione, et quod adsit peccatum jam dimissum : esset quippe et non esset dimissum, esset peccatum, et non esset peccatum. Sicut quia mors est privatio vitæ, implicatorium est mortem esse exclusam, et mortem esse, et quia tenebra est privatio lucis, omnino repugnat vel quod tenebra excludatur ; antequam sit carentia lucis aut saltem debitum illius; vel quod semel exclusa tenebra, iterum tenebra exclusa tenebra sit. Si ergo peccatum posset dimitti ante sui commissionem, dum committeretur esset peccatum, ut docetur, et non esset peccatum, quia jam esset dimissum.

Ratio evertens oppositum fundamentum.

Deinde probatur conclusio, et simul convellitur motivum oppositæ positionis. Nam per hoc quod diu ante commissum peccatum possit Deus cedere juri sibi obventuro ex peccato, non intelligitur remittere peccatum : sed condonatione illa extrinseca in alia providentia possibili apud adversarium, solum cederet Deus juri, quod acquirere poterat ex peccato futuro : eruo anticipata illa condonatione non intelligeretur remittere peccatum. Probatur Major primo : ut remittatur peccatam, opus est illud condonare non solum ut se tenet ex parte Dei, sed etiam ut se tenet ex parte hominis, estque malum ipsius, quo pacto est vere, et proprie peccatum : sed in illo casu solum remitteret Deus, quod se teneret ex parte ipsius Dei; non vero toleret aversionem, et conversionem se tenentes ex parte hominis, ut constat : eruo in prædicta hypothesi non remitteret peccatum ; sed tantummodo sequelam, seu effec.um peccati ut tenentem ex parte Dei. Remitteretur ergo peccatum, ut docetur, et non remitteretur, ut ostendi clare videtur. Secundo probatur Major ex alio capite. Nam Deus in illa hypothesi non intelligebatur offensus per peccatum, siquidem condonatio illa seu cessio juris antecedebat peccatum : sed ante offensam non est jus fundatum in offensa : ergo renunciations iila, quæ dicitur juris proprii, nihil exercite Deus condonabat. Patet Consequentia : quia non stat cessio exercita juris, quod nondum est, dum est cessio Ilius : sed ante offensam exercitam contra Deum non est jus exercitum in

Deo ratione offensæ : ergo nihil renuntiatione illa Deus actu remitteret. Esset ergo condonatio, ut asseritur, et non esset condonatio defectu juris non acquisiti, dum illa tieret. Qui enim non intelligitur offensus, quid remittit, aut condonat quandoquidem nullum adhuc passus est detrimentum in ullo ordine sive intentionis, sive executionis ? Aliundo vero, si peccatum dum actu committitur, jam est diu ante remissum, quomodo est peccatum? quomodo offensa Dei, qua Deus non est offensus, nec offendi potuit, supposita condonatione facta? Esset ergo offensa, quia esset peccatum ; non esset offensa, quia jam esset condonata. Unde sicut impiicatorium est rem esse, antequam sit, et aliquid illi attribui, vel negari, priusquam habeat esse in quo fundantur omnia alia attributa, quia nullius en tis nullæ sunt qualitates; ita implicatoria est exercita condonatio offensæ antequam fiat, et exercita itidem remissio peccati ex parte hominis, priusquam peccatum re ipsa committatur.

Continuatur irnpn-gnatio.

156. Confirmatur, et explicatur exemplo medicinæ, quæ quidem præservare potest ab infirmitate imminente; neutiquam vero actu sanare morbum non existentem ; esset enim manifesta implicatio, utpote quæ sanaret, ut dicebatur; non vero sanaret, aut mejeretur, ob defectum languoris medendi. Sed remissio est medicina, quæ medetur morbo peccati. Ergo licet possit, et debeat concedi præservatio peccati non existentis, non tamen vera illius, quod non existit, remissio. Porro ad hanc præservationem inepte recurritur ad providentiam extraordinariam de potentia Dei absoluta, cum eam agnoscant Theologi in B. Virgine ab originali culpa præservata ; et suo etiam modo splendeat in Christo Domino respectu humani generis, cui providit Sacramenta, quibus mundari possent peccatores a peccatis antea commissis, et præcavere, ac vitare futura, ut accidit in Poenitentia sub utraque sui ratione et virtutis, et sacramenti. Quæ est doctrina D.

D.Thom. Thomæ in 3, dist, 19, quæst. 1, art. 1, quæstiunc. 2 ad 3. Ubi cum sibi objecisset : *Peccatum non potest deleri, antequam fiat, quia tunc numquam fieret : sed mulla peccata facta sunt post Christi passionem : ergo non omnia peccala delevit.* Respondet per hæc verba : *Passio Christi quantum ad sufficientiam potest delere peccata, etiam antequam fiant. Sed sufficientia deletionis non esi, nisi postquam aliquis a peccato commisso avertitur. Sicut medicina sufficiens ad sanandum paratur interdum, antequam aliquis infirmetur. Sed non sanatur per ipsam aclu,* nui *postquam infirmus fuerit.*

Et-ratio omnium est; quia sicut nihilist potest fieri, quin etiam sit, eo quod fieri terminatur ad esse; ita nihil potest in se Ejadestrui, quin in se ipso sit, cum destructio tendat in non esse ejus, quod est : sed remissio peccati est ejus destructio : ergoimplicatorium est remittere peccatum in se ipso, antequam peccatum in se ipso existât, vel in effectu ex ipso relicto. Quare solum poterit impediri insuis causis, eas præservando a lapsu, vel oppositam inclinationem immittendo, vel alio modo se tenente ex parte causarum, vi cujus non existât peccatum. Quod vero peccatum aliquando existât, et quod ante sui existentiam sit dimissum, nihil aliud est, quam dicere peccatum non esse peccatum, ut arguebamus ; dimitti, et non dimitti ; esse, et non esse offensam; et alia innumera devorare, quæ falsa sunt, et plures agglomerant absurditates se invicem complicantes, et implicantes, quia ex impossibili sequitur quodlibet. Videatur D. Thomas in hac 3 p. quæst 49, art. 1. Ubi ad remissionem peccati futuri solum agnovit præservationem insinuatam in causa qua tenus scilicet ex meritis Christi disposita sunt Sacramenta, velut apothecæuniversales, in quibus esset remedium sufficiens omnium peccatorum etiam futurorum. Non quia remitti aut deberent, aut possent, antequam committerentur : hoc enim ut manifeste implicatorium supposuit impossibile S. Doctor, ut constat ex propositione argumenti, quæ erat hujusmodi : *Nullus potesl liberari a peccato quod nondum commisit !* quam concedit D. Thomas et pergit ostendere qualiter Christus nos liberaverit a peccatis futuris, videlicet præparando communia remedia, eaque de se sufficientia et ad peccata præcavenda in posterum, et quæ fuerint admissa, efficaciter extirpanda. In quo quidem discursu Ircet fiat sermo de passione Christi, et in præsenti providentia ; ratio tamen concedendi illam Majorem est essentialis, et tenet in qualibet alia excogitabili : nulla quippe potentia fieri valet homir.em non ligatum absolvi ; vel destrui nullum habentem esse.

§ VI.

Referuntur Sententia) opposita?.

157. Contra primam nostrarum assertionum nulla est Catholicorum sententia ; sunt tamen non panca Acatholicorum deliria, quæ longum esset ad unguem referre, et refellere, imo et alienum a nostro instituto, Quocirca quam citissime ea pertingemus mittendo lectorem ad Controversarios, quibus incumbit ad amussim id pertractare. Primus ergo, quem sciamus, qui impegerit in hac parte, fuit Cicero lib. 3 Academ. ut refert Lactantius lib. G, instit. cap. 24. Inquiebat enim, *quod si liceret iis qui in via erravissent, sic viam deviam secutis, corrigere errorem poenitendo, felicior esset emendatio temeritatis.* Quem errorem Celsum tenuisse testatur Origines lib. 3 contra Celsum, ipsum postea secuti sunt Eπtherus, Calvinus, et alii sectarii, contra quos agit Bellarmin. lib 2 de Pœnit. cap. 12, Nec defuerunt alii vetustiores, qui asserent post Baptismum non esse Pœnitentiæ locum, inter quos præcelluere haeretici illi, qui dicti sunt *Oathari, et Oalhaphrigx,* quorum jam supra meminimus, ut videre est apud S. Epiphan. hæres. 59, D. Hieronym. contra Jovinian. S. August, de Hæresib. D. Cyprian, epist. 52. His successere alii non penitus Pœnitentiam ablegantes, sed eam, quæ sæpius inculcaretur; autumabant enim semel peccantem, licet gravissime, semel etiam poenitere posse. Quod se iterum in idem, vel aliud crimen relaberetur, jam occludebatur via remissionis, nec locus resipiscentiae manebat. Alii vero regulariter ad communia delicta Pœnitentiam admittebant, eamque sufficientem pro eorum extirpatione autumabant, •ecus vero si crimina fuissent gravissima ut Apostasia a fide, vel ejus negatio in cruciatibus, quorum proinde quantumvis hominem pceniteret, nulla expectanda erat venia. Qui errores fuerunt Novati, et Novatianorum, ut supra vidimus ex S. Ambrosio prope initium hujus tractatus. De illis egerantEuseb. lib. 9 Historiæ Ecclesiast. cap. 35. Ruffinus cap. 33. Nicephor. lib. 6, cap. 3, et videri potest Alfonsus de Castro lib. 12 contra Hæres. cum Cardinali Baronio tom. 2, Annal, ad ann. 254. Ex Caiholicis unus fuit Armacanus supra relatus, qui probabile censuit aliqua esse peccata irremissibilia per Pœnitentiam, ductus aliquibus sacra) Scripturæ textibus sinistre intellectis. Sed quia eorum, et aliorum similium veram intelligentiam ibi ex D. Thoma subjecimus, idcirco supersedendum in hac parte duximus.

Arguitur tamen primo exilio Matth. 12. 31 : *Omne peccatum, etblasphemia non remit' lelur hominibus. Spiritus autem blasp/temiæ non remittetur. El quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non rcmilteturei, nec inhoc saeculo, nec in futuro.* Ex quo testimonio sumitur argumentum. Quoniam peccata in Spiritum sanctum sunt irremissibilia in hac vita, et in futura: sed peccata irremissibilia nequent virtute Pœnitentiæ expelli : ergo aliqua sunt peccata virtute Pœnitentiæ inexpiabilia. Major constat ex testimonio allegato. Nam spiritus blasphemiæ est unum ex peccatis contra Spiritum sanctum, ut docet D. Thomas 2, 2, quæst. 14, et de hoc expresse affirmatur irremissibile esse in haevita. Eteadem ratio est de aliis peccatis, quæ ob sui specialem rationem fieri, et esse contra Spiritum sanctum dicuntur. mentam. Mattii.

158. Nec refert, si cum Lorea 2, 2, quæst. 14, art. 3 ex Chrysostomo, Anselmo et Cajetano ad prædictum Matth. locum, dicas, inibi fieri propheticam prænuntiationem Judæis de eo quod illis eventurum erat, scilicet nec in hoc sæculo, nec in futuro fore salutem obtenturos, et reipsa ita evenit : sua enim culpa poenitere noluerunt, justo Dei judicio gratia auxiliis efficacibus pro salute necessariis destituti sunt. Juxta quam intelligentiam censet prædictus Author Salvatoris sententiam coarctari debere ad illa tempora, circunstantias, et individua, in quibus, et cum quibus Christus determinate loquebatur : non vero inteiligi debet absolute, et universaliter quoad alias personas. Quocirca sententia non fuit illorum peccatum esse irremissibile, sed quod eis remittendum non foret. Aliquoram responsio.

Hæc tamen limitatio licet veritatem *sententiæ* salvet, ex toto non arridet; nam esto ita sit, quod Christus loquebatur de Judæis ipsum, et ejus doctrinam calumniantibus, sub illis tamen omnes alias personas comprehendebat , et cum omnibus locutum fuisse constat ex Marci 3, ver. 28 : *Arnen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccala, et blasphemiæ, quibus blasphemaverint. Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in aeternum.* Ubi blasphemiam in sane- Non approbatur. Marc. 3.

tos remissibilem docet : blasphemiam vero in solum Spiritum sanctum nemini remittendam prædicat. Nec voces illæ *Omnia el filiis hominum,* congrue admiaunt illam limitationem ad solos Judieos tunc adsiantes.

I». IB»i-Hus. Unde D. Basilius quæst. 273, ex a se ipso brevius disputatis, relata premens verba ait : *Ex ea, qux lune fada est blasphemia a Pharisæis, ob quos etiam hocjudicium prolatum esl, manifestum esl quod etiam nunc ille blasphemus esl in Spiritum sanctum, qui actiones, el fructus sancti Spiritus contrario defert, id quod pierique facimus; probum quidem, szpe vans glonæ cupidum app lantes.* Quare D. Augustinus, Athanas. Ilieronym. Hilanus, et alii SS. PP. communiter illa verba non restringunt ad solos Judæos. sed cum his, et sub his cæteros quosque

D.Thom, contineri existimant. Unde D. Thomis 2, 2, quæst. 14, art. 1, dixit : *Nec hoc Dominus dicit Judxis, quasi ipsi peccarent in Spiritum sanctum ; nondum enim erant finoliter impénitentes. Sed admonuit eos, ne taliter loquentes ad hoc pervenirent, quod in Spiritum sanctum peccarent.* Quo innuit locutionem illam non tam esse sententiam, quam pnemonitionern, aut praecautionem, ut futura, eaque majora peccata vitarent, ne in ultimam perditionem venirent, et mde tandem inciderent in peccatum contra Spiritum sanctum non remittendum nec in præsenti, nec in futuro sæculo, ut explicaturos erat in art. 3 sequenti.

Aptior exposi-tio. 159. Variis ergo expositionibus Sanctorum Patrum pie, ac reverenter susceptis germanior, et Theologo Scholasti o aptior illius testimonii expl catio est, sub illo verbo *Quicumque* intelligi omnes homines sive præsentes, sive futuros, et sub illa distributione *Omne peccatum* comprehendi omnes sex species peccatorum, quas contra Sp ritum sanctum ex D. Augustino commemorat D. Thomas ubi supra art. 2, et non solam blasphemiam stricte acceptam, et utest distinet® speciei ab abis. Quæ omnia peccata irremissibilia sunt, si conjungantur impœnitentiæ finali; secus vero ab ea reparata. Quare in sententia D. Augustini, et D. Thomæ verba supra relata ex u roque Evangelista in toto rigore, et ut Ii teraliter sonant, dumtaxat veniun t inlelhgen ia de impœnitentia iinali, quæ anionomas-ice dicitur peccatum in Spiritum sanctum, eo quod nec hic, nec in futurum remittetur, ideoque absolute dicitur irrémissible : reliqua vero, si seorsim accipiantur, remissibilia sum media vera Pœnitentia. Unde ad formam argumenti explicata Majori, nebatur Minor : nam quod aliquid sit nun ita facile auferibile, non obest quominus auferri possit, ut constat in infirmitate corporali, quæ non semel dicitur incurabilis, quamvis arte medicinæ valeat superari.

Nec refert, si opponas hanc expositionem palam adversari verbis ipsius lextus juxta quem soli peccato in Spiritum sanctum tribuitur irremissibilitas; secus vero reliquis, quantalibet, et qutecumque illa sint : sed juxta traditam explicationem quodlibet aliud peccatum esset eo pacto irremissibile, quandoquidem nullum peccatum finali impœnitentia associatum unquam remittetur : ergo nihil speciale juxta præmissam glossam tribuitur peccatis in Spiritum sanctum quoad irremissibilitatem. Ex quo ulterius fieret, vel omnja, vel nullum speciale peccatum esse^^ntra Spiritum sanctum; quoi tamen noç; s°luir aliis sanctis Patribus, sed et ipsi D. Thomæ dissonare, ac contradicere, ac contradicere perspicuum est.

160. Non, inquam, momenti est, quod Sitita replices. Nam concessis præmissis ' neganda est Consequentia : quia peccatis in Spiritum sanctum prout talibus inest specialis difficultas, ut remittantur. Pro cujus intelligentia observari debet ex Angelico Præceptore ubi supra art. 1, peccatum in Spiritum sanctum vel sumi pro blasphemia in ipsum speciali, ut quando aliquid directe contra ipsum concipitur, et profertur interius, vel etiam exterius. Et hoc modo non est, nisi unicum peccatum in specie, nec possunt esse plura specie. Et in hoc sensu acceperunt verba supra relata ex Evangelistis Athanasius, Hilarius, Hieronymus, Ambrosias, et Ghrysostomus, illa ad litteram intelligentes de blasphemia proprie et stricte dicta, ut est peccatum speciale ab aliis distinctum. Vel accipitur blasphemia in Spiritum sanctam latius ut quando peccat quis contra bonum appropriatum Spiritui sancio. Et ex hoc capite multiplicantur peccata in Spiritum sanctum, et ponuntur sex illorum species, vel quasi species, et accipi, ac distingui debent secundum remotionem, vel contemptum eorum, quibus arceri potest homo a peccato. Talia sunt peccata desperationis, præsumpiionis, impugnatio veritatis coguitæ conducentis ad salutem, invidentia iraterna» gratiæ, impœnitentia ut importai speciale propositum non pœnitendi tempore debito, et opponitur directe præcepto hujus

Wits virtutis, do quo supra; ac tandem obsnnutio, qua homo firmat suum propositum in eo, quod peccato adhæreat, ut constat ex art. 2, prædictæ quæst.

Hæc ergo peccata ideo præ cæteris dicuntur irremissibilia, non quia absolute irremissibilia sunt ; sed quia quantum est de se merentur, ut non remittantur, nec quoad culpam, nec quoad pœnam. Quod illam quidem, in quantum excludunt ea, per quæ fit remissio peccatorum ; sicut aliquis morbus dicitur incurabilis, per quem tollitur id, per quod morbus potest curari puta cum morbus tollit virtutem naturæ, vel inducit fastidium cibi, et medicinæ. Quoad hanc vero, quatenus qui peccat ex ignorantia, vel infirmitate, mitiorem pœnam meretur; qui vero ex certa malitia abjiciendo per contemptum id, quo retrahi posset a peccato, non habet excusationis causam, ideoque temporaliter puniri debet, ut evenisse constat filiis Israël, quorum viginti tria millia una die occisa esse dicuntur. Et hujus conditionis sunt peccata illa, quæ contra Spiritum sanctum memorata sunt, ut explicat S. Doctor art. 2. Quod tamen per se loquendo non convenit aliis peccatis, unde licet tam ista, quam illa sint absolute virtute Pœnitentiæ remissibilia, ut statuimus in conclusione; alia tamen præ aliis facilius, et ratione majoris, vel minoris facilitatis dicuntur remissibilia, vel irremissibilia.

Sumpto vero peccato in Spiritum sanctum pro impœnitentia finali, quo pacto illud accepere D. August, et D. Thomas, absolute est, et dicitur illud peccatum irremissibile sive in hoc, sive in futuro seculo. Ex quo patet omnino ad litteram salvari verba illa Christi Domini. Cæterum in hoc sensu quodlibet peccatum mortale, sub quo, et in quo homo e vita decesserit sicut est vera impœnitentia finalis, ita etiam dicitur peccatum in Spiritum sanctum, cui appropriatur esse principium justificationis, et remissionis ratione gratiæ, et donorum ex amore Dei nobis obvenientium. Unde sicut impœnitentia finalis in prædicto sensu non est peccatum speciale, sed circunstantia generalis cujuslibet peccati, ut non semel affirmat D. Thomas ibi, ita et esse in eodem sensu contra Spiritum sanctum non constituit novam speciem peccati, sed complet, ac terminat mahtiam peccatoris; cum sit terminus viæ ejus, non secus ac vice versa perseverantia in gratia justorum est terminus illorum gratiæ, qua redduntur indefectibiles in æiernurn. Hinc ad formam objectionis constat quiliter concessis et explicatis praemissis, neganda est Consequentia : quoniam adhuc stat differentia peccaiorum quoad facilius, aut difficilius posse remitti , licet absolute nullum sit irremissibile virtute Pœnitentiæ. Constat etiam ad confirmationem dari aliqua peccata, quæ in via specialiter sunt contra Spiritum sanctum; licet quodlibet peccatum si perveniat ad terminum finalis impœmtenûæ, sit etiam peccatum in Spiritum sanctum, et omnino irremissibile, immo et per accidens peccatum etiam veniale juxta prædictum sensum irremissibilitatem omnino inducit : quia cum non sit remissibile absque peccato mortali, cui adjungitur; hoc irremissibile reddito ratione impœnitentiæ finalis, ex consequenti etiam i iem competet peccatis venialibus. Quæ est doctrina D. Thomæ quæst. 5, de θ-Thom. Malo art. 2, ad 8, ubi ait : *Peccatum veniale in eo, qui decedil cum mortali, quia numquam remittitur, æterna pœna punitur propter gratiæ carentium.*

161. Ex qua doctrina solvendum aliud argumentum simile præcedenti de- cu^en-" sumptum ex epist. Canon. Joan. cap. 5, tum. ubi distinguitur inter peccatum, quod non est ad mortem, pro quo orare permittitur cum spe veniæ obtinendæ; et peccatum, quod est ad mortem, pro cujus venia non debemus orare : *Qui scit fratrem suumpec- ^aJoara' ' * care peccatum non ad mortem; petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ul roget quis.* Ex quo sequi videtur aliquod esse peccatum in hac vita irremissibile : si namque remissibilis foret, pro illo posset quis orare, nec esset ad mortem : sed est ad mortem, et prohibetur quis orare pro eo : ergo quia irremissibilis est.

Hoc, inquam, argumentum ex dictis Diluitur, solvendum est. Nam ut inquit D. Thomas D.Thom. q. 3, de Malo art. 15, ad 3 : *Peccatum ad mortem potest intelligi, quo aliquis usque ad mortem perseverat. El sic pro tali non est orandum, quia suffragia non prosunt damnatis, qui sine pœnitentia decedunt.* Et juxta hunc sensum peccatum ad mortem est ipsa impœnitentia finalis omnino irremissibilis, et extrahitur ab objecto virtutis Pœnitententiæ. subindeque ab ejus activitate. *Si autem intelligatur(prosequitur D.* Thomas) *peccatum ad mortem, id esl, quod ex malitia committitur* (et pertinet ad illa quæ ac-

censuimus inter peccata contra Spiritum sanctum) Jtc *non prohibetur, quin aliquis pro eo oret, sed non quicumque : quia non quieumque est tanti* meriii, *ul orando* ei *gratiam impetrare possit, quia sanatio talium est quasi miraculosa : sicul si diceretur. pro suscitatione morlui non dico ul oret guis pro eo, idesl quicumque, sed aliquis magni meriti apud Deum.* Quam distinctionem observans S. Doctor et expositorem agens in commentariis ad illam Epistolam Joann, inquit : *Peccatum ad mortem dicitur dupliciter : generaliter, el specialiter. Generaliter sic quodlibet peccatum mortale dicitur peccatum ad mortem. Specialiter dupliciter : vel quo impugnatur gratia fraterna, el quando adversus gratiam, qua reconciliatus esi, invidis faucibus agitatur, vel quo agnita veritas impugnatur, vel ipsa finalis impanitentia. Et hoc dupliciter, vel propositum non poenitendi finaliler, vel protractione peccati usque ad mortem inclusive. Primo modo esi peccatum generale, secundo el tertio modo est pcccalum speciale.* Quam expositionem etiam esse D. Augustini, Gregorii, Gelasii, Paciani, Bedæ, Lyrani, docet Cornelius a Lapide comment, in Epist. primam Joan, ubi usque ad duodecim expositiones refert, et eodem tere vergere affirmat. Unde non sequitur peccatum aliquod in statu viæ est absolute remissibile.

Cornelius.

Sententia contraria secandæ assertioni.

162. Contra secundam conclusionem refert Gratian, cap. *sceleratior* 32 de Pœnit. dist. 13, fuisse quosdam, qui autumaverint pluribus irretitum peccatis unius, et non omnium pœnitere, et veniam obtinere posse. Sed horum judicium, et positio ut adversa veritati fidei a Theologis refutantur, nec est aliquod grave pro illis fundamentum, sed solum quædam testimonia scripturæ prave intellecta, et pejus exposita, quæ facile ex dictis conciliantur, et legitime a sacris expositoribus conciliantur. Unde solum superest referenda illa sententia, quæ procedit contra eandem assertionem, ut extenditur a) potentiam Dei absolutam.

Aliqui apud Gratianum.

Scotus. Okam. Gabnd. Adrian. Molina. CompL Suarex. Coninclius. Granados. Lugo.

Secunda ergo sententia docet de potentia Dei absoluta non implicare per contritionem unum peccatum sine alio dimitti. Pro qua referuntur Scotus in 4, dist. 14, q. 1. Okam ibidem q. 9. Gabriel quæst. 1, art. 1. Adrian, in 4, quæst. 4, de Pœnit. Medina Complut. Godice de Pœnit. art. 6 quibus extra scholam D. Thomæ subscribunt Suarez in Comment. ad art. 3 hujus quæstionis, et disp. 10, sect. I.Goninch. disp. 2, dub. 11. Gra-nados controvers, 7 de Pœnit. tract. 3, disp. 7, num. 8. Ripalda de emo supernatural!, lib. G, disp, ultima sect. 28. Lugo disp. 7, sect, 8 el disp. 8, sect. 2. Avem quæst. 2, sect. 9, quatenus docet posse de potentia absoluta fieri remissionem negativam. et inadæquatam unius peccati sine alio. Ex discipulis D. Thomæ solum offendimus Magistrum Nuno ad art. 3, notab. 2, et dub. unico, huic parti faventem.

Qui omnes, et alii plures ex societate, apud quos est fero communis, etsi conveniant in sententia, longe tamen differunt in ejus fundamento. Nam (ut a Nuno incipiatur' hic discipulus D. Thomæ exeo ducitur in eam partem, quia existimavit peccatum habituale esse quandam maculam positivam animam immediate afficientem, quæ augeatur, aut decrescat ad multiplicationem, vel diminutionem peccatorum. Nulla autem contradictio est in eo, quod Deus, aut tollat, aut impediat ejus intentionem, quin eradicet, aut evellat peccatum quoad entitatem : nulla ergo est implicatio, quod inspecta Dei absoluta potentia unum peccatum possit absque alio remitti.

Hoc tamen argumentum nullius esse rohoris, constat ex dictis tract, de Peccatis disp. 16, dub. 2, ubi expendimus fundamenta . ob quæ peccatum originale esse non possit in anima aliquid positivum, nec non ex tract, de Justificat, disp. 1, dub. 1, ubi asseruimus peccatum personale habituale consistere in privatione voluntaria gratiæ sanctificantis. Et ex utrobique dissertis satis liquet falsitas hujus sententiæ, a qua pne>inde ulterius oppugnanda supersedere in præsenti congruum est.

Addimus tamen quoad rem, quam versamur, non satis ilio argumento probari oppositum nostræ, et communi sententiae. Esto enim, peccatum in illa qualitate, entitate, aut aliquo hujusmodi positivo consisteret, supererat probandum illud ex pluribus peccatis conflatum vel contritum non connecti essentialiter quoad expelli, necnon posse esse veram contritionem unius peccati sine alterius detestatione. Quorum neutrum Nugnus probat, autprobare potest : plura quippe sunt entia positiva ita essentialiter connexa, ut unum absque alio destrui non possit, ut de relatione, posito fundamento, et termino docent saniores Metaphysici, et de existentia, et essentia tenet vera D. Thomæ, et discipulorum sententia. Similiter implicatorium est veram Pœnitentiam adstruere, et non omnia peccata simul abhorrere, ac detestari, ut constat ex ratione D. Thomæ : qua demonstratur unam offensam, neutiquam absque alia deleri posse.

Rursus : vel id fieri posset a solo Deo vel etiam ah ipsa creatura media propria Pœnitentia, in quo stat pnecipua difficultas prœsens. Si fieret a solo ipso Deo, profecto Deus, qui eruerat illam entitatem positivam intensione, aut modo illo ex uno peccato inducto : et ex natura rei petito potest, peccatum actuale conservaret se solo, el miraculose entitatem erutam, et permanentem ; et sic foret causa conservativa peccati remanentis, licet esset alterius destructiva. Quod est absurdum, et derogans sanctitati divinæ. Si autem fieret a Deo simul cum creatura pœnitentiam agente superest exponere in doctrina D. Thomæ, qualiter cohæreat peccatum non posse remitti sine gratia, hancque nui am admittere Dei offensam, et quod sit gratia, et permaneat offensa. *Si enim* (inquit S. Doctor art. 3), *displiceret illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem verse pœnitentiæ) sequeretur, quod de omnibus peccatis perniteret. Unde sequitur quod impossibile sit unum peccatum per Pœnitentiam remitti sine alio;* nisi simul asseratur pœnitentiam illam esse, et simul non esse veram. Unde manet enervatum argumentum oppositum, cujus minor est falsa, et implicationibus supra dictis obnoxia.

* S. 163. Scotus vero, et sequaces ideo tenuere unum peccatum absque alio dimitti posse, quia censent post peccatum actuale nihil intrinsecum remanere in peccatore, nisi reatum, et condignitatem ad poenam, cui exolvendæ obstrictus manet homo, donec absolvatur vel a Deo solo vel etiam ab ejus ministro. In qua sententia, non est cur moremur, ut pote quæ jam explosa relinquitur ex dictis in hoc tractatu, dum egimus de absolutionis sensu, et effectu, nec non ex tractatu de Justificatione, ubi cum communi Theologorum doctrina, supposuimus post peccatum actuale, ultra reatum ad pcenam aliquid remanere in homine, vi cujus Deo infensus, injurius, et inimicus reddatur.

164. Suarez autem etsi conveniat cum discipulis D. Thomæ in eo, quod peccatum habituale sit privatio gratiæ, seu conformitatis ad rectam rationem; arbitratur tamen illam privationem transire posse in puram negationem per carentiam debiti habendi gratiam, et eo debito non stante, carentia gratiæ non esset privatio, ut patet, sed mera negatio. Porro contingere posse, ut bomini peccanti non esset privatio gratiæ, explicat, et expendit tripliciter. *Primo* exemplo peccati Originalis (ad cujus instar meditatur habituale proprium, seu personale) circa quod pacisci potuit Deus a principio cum Adamo, ut non transfunderetur nisi usque ad tertiam generationem; qua transacta, jam non deberetur bomini gratia, nec suidnde ejus carentia esset privatio. *Secundo* id probat in statu purorum, ubi nec gratia, nec ejus promissio esset; nulla ergo id esset privatio gratiæ sed æque posset homo in pristinum reduci statum absque illa. *Tertio,* si homini conferretur gratia usque in diem determinatum, puta mensem, vel annum, post quem, vel quos illam sine peccato amitteret ; quo in casu peccata post futura minime inducerent privationem gratiæ, ut pote quæ jam foret indebita. Ita ex eodem in præsenti disp. 9, sect. 4, refert Arauxo ad hanc quæst. dub. 4.

In pluribus deficit.

Sed profecto hse omnes combinationes eo tendunt ut peccati mortalis essentiam non in privatione gratiæ consistere ostendant, ideoque a præsenti instituto alienæ sunt, et alio remittendae. Omnes tamen in sua radice convulsimus loco citato ex tract, de Justificatione, ubi ostendimus nec ne potentia absoluta posse hominem justificari absque sui mutatione intrinseca, idque verum esse ostendimus non solum in præsenti elevationis statu, sed et in quocumque alio, etiam naturæ puræ, ut constat ex disp 2, dub. 7, ubi etiam statuimus pro prædicta mutatione necessariam omnino esse gratiam formaliter sanctificantem. Qua doctrina ibi probata, et hic supposita, manifeste eliduntur vires hujus sententiæ ex hac parte.

Aliæ Suarii assertiones convulsæ.

Directe ergo adversatur nostræsententiæ laudatus Doctor disp. 19, sect. I, num. 8, *§ : Quid sentiendum de Potentia absoluta.* Ubi primo docet per solam attritionem posse unum peccatum sine alio remitti. Quod tamen esse falsum constat ex dictis, et late discussis loco nuper allegato, quo eat lector pro veritatis elucidatione. Secundo affirmat stante vera contritione, posse absoluta potentia unum peccatum remitti, quin alia dimittantur. Et tradit

Specie* 'UUS Swni raotivnra.

rationem : Quia remittere peccatum pertinet ad causalitatem contritionis, quæ est di$, o$aiva. et non omnino physica. sed moralis : sed non implicat contritionem acceptari a Deo ut dispositionem moralem, ad aiiquod, vel aliqua peccata, et non ad omnia : ergo non implicat media contritione unum peccatum sine aliis a Deo remitti.

Evertitur.

165. IIoc tamen fundamentum ruinosum esse, et in tribus fallere ostenditur. Fallit itaque primo in eo quod docet contritionem non esse dispositionem physicam, sed moralem ad oblinendam gratiam. Cujus oppositum firmatum relinquimus tract, de Justificat, disp. 3, dub. 5, in quo etiam tractatu stabilimus ejus necessariam connexionem cum gratia sanctificante, quam esse de mente D. Thomæ constat ex supra dictis in hoc eodem tractatu, ad art. 6. quæstionis præcedeutis ubi S. Doctor affirmat actum contritionis non esse, qui non procedat ex amore Dei super omnia. Ilinc *secundo* mere fit manifestum : quia licet materia contritionis sit generalis; ratio tamen sub qua eam omnem materiam ita diffusam attingit, est prorsus indivisibilis tam formaliter, quam materialiter, ut jam ostendimus, et est doctrina D. Thomæ in hac 3, p. quæst. 85, art. 1, ad 3, et fere inculcatur in quolibet articulo harum quæstionum. Unde fa lit, et penitus convellitur *tertio* ad hominem contraipsummet Suarez,

Nota.

inillamet sect. g : *Qu\d dicendum, etc.* Qui ut argumentis Medinæ Complutensis occurreret, ita scripsit : *Necesse non est contritionem omnem ex parte materialis objecti expresse recogitati esse de omnibus peccalis,* a quo nullus discedit; sed est communissima, et verissima sententia nostræ fragilitati accommodo et experientia ipsa, ac divino oraculo comprobata. *Delicia quis intelligit?ab occultis meis munda me Domine. Psal.* 18. Addit tamen immediate : *Necesse autem est ul ex vi formulis moliti, atque odeo implicite,seu virtualiter quæiibet contritio sil de omnibus peccalis mortalibus.* Sed implicat contradictionem virtutem aliquam exui proprio, et formali motivo ; alioqui essentia virtutis variaretur : ergo implicat contradictionem dari contriionem de uno peccato, quin virtualiter, et implicite sit de omnibus. Sed stante contritione de omnibus, non stat remis-io unius, et non omnium, nec acceptatio pro uno, et non pro reliquis cum ex parte Dei sub una gratia remittantur : ergo nulla est potentia, qua fieri valeae unum peccatum sine alio remitti,

Nec elevatur contradictio per hoc, quod causalitas contritionis circa remissionem C'£T|°" sit dispositiva. Tum quia ut constat ex dictis, etiam est moraliter effectiva, et destructiva offensæ, qua offensa divina est; el hac ratione extincta non remanet, aut remanere potest aliqua offensæ ratio;aliter namque non versaretur contra offensam sub ratione indivisibili offensæ, ut liquet. Tum etiam, quoniam alhuc illud munus disponendi infallibiliter ad remissionem, in quo vim facit Suarez, est indivisibile, et vel al omnium, vel nullius remissionem conducere debet; tum quia fundatur in gratia impossibili cum quolibet peccato; tum quia sub eadem ratione disponit contritio ad unum, ac ad plura; quapropter v. I sufficit ad omnia, vel ad nullum, et semel atque ad unum acceptetur a Deo, acceptari ex consequenti intelligitur ad reliqua.

Continutu isp»-pilio.

Nec rursus vitatur ex eo, quod pro graviori peccato graviorem posset Deus extorquere pœnam, et intensiorem itidem exigere contritionem; quod tandem ille obtendit, et non negamus. Sed inde quid fieret? quod nullum peccatum remitteretur, aut remitti posset absque pœna illa, et contritione ita intensis, et a Deo taxatis, et non esset dabilis verq alia contritio præter a Deo determinatam in tanta intensiore. Si enim alia remissior esset possibilis, et dispensaretur, quæ ejusdem rationis esset cum hac nostra contritione; quantumvis minima, et remissa ea sit, remittet nedum unum, sed plura, et innumera peccata, contritio quippe ex sua specie, non vero ratione intensionis, excludit peccatum. sicut de gratia docet D. Thomas, cui subscribunt communiter Theologi. Cum ergo sub illa hypothesi adhuc conservarentur essentialia prædicata contritionis, et gratiæ, quæ modo in hac providentia reperiuntur, fieret inde qualibet vel minima contritione omnia deleri posse, et debere, siquidem reperiretur ibi vel formalis, vel virtualis omnium illorum detestatio; ob quam rationem autumat, et bene, Suarez <le facto vel omnia, vel nullum peccatum per contritionem deleri.

Quartæ, et quintæ assertionibus solum adversari vidimus Lugo cujus fundamenta diruta sunt inter proponendum, ideoque supersedendum duximus ab eis iterum enucleandis,

§ VU.

Consectaria deducia ex prxmissis assertionibus.

WI-

16G. Ex dictis perspicua manet necessitas Pœnitentiæ virtutis supra etiam declarata. Talis quippe est, ut ea omnia purgentur,

wb

aut purgari possint peccata, et sine illa per se loquendo, el juxta communem providentiam nullum grave peccatum dimittatur. Unde infertur, quandiu homo est in hat mortali vita semper esse locum Pœnitentiæ, si quidem quodlibet illius peccatum est remissibile unica excepta impoenitentia finali, qua clauditur vitæ periodus : tdeoque merito asseruit D. Thomas erroneum esse dicere non posse hominem dum vixerit, pœnitere. Quod et communiter sancti Patres attestantur, ut Cyprianus lib. ad Demetrian. inquiens : *Quando istinc excessum fuerit, nullus jam pœnitentiæ locus : in isto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla sera est, patet ad indulgentiam Dei*

an.

llQttj· :ll

aditus. Chrysostomus epist. 5 : *Tanta* (ait) *est Dei benignitas, et erga nos amor, numquam aversatur pœnitentiam sincere faciam : si quis ad maliliæ fines olim penetravit, illinc eum ad veritatis viam reducere conatur, et recipit redeuntem.* Et alii pas-im. Unde Cuncdium Lateranense cap. *Firmiter* statuendum decrevit : *Si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram Pœnitentiam semper reparari potest.* Idque frequentissime inculcant sacræ litteræ maxime vero Prophetarum libri, ut Ezech. 18 et 33. Isai. 1 et 55. Jerem. 3 et 18. Joel. 2, Zachar. 1.

fcaio u-æ

167. Infertur deinde eandem esse rationetn de pœna æterna, cujus remissio est etiam effectus proprius Pœnitentiæ. Cum enim comitetur, et consequatur peccatum, ex vi ejusdem influxus, quo illud Poenitentia excludit, aut excludere valet, ex consequenti expellit pœnæ æternæ reatum : nam ut testatur Apost. Rom. 8 : *Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu ;* esset vero aliquid damnationis, si ablato peccato, maneret reatus pœnam luendi sempiternam. Et licet Concilium Trident, sess. 5, can. 5, ea verba soli Baptismo alisrribat, ea tamen extendunt Theologi ad hominem a peccato liberum et gratiam media pœni entia assecutum ex mente ejusdem Concilii sess. 6, cap. 14, ubi docet 'una cum culpa pœnam æternam remitti.

Et hinc constat, minime sustinendam esse illorum Theo'ogorum sententiam, qui olim (nec desunt modo) docuere abstersa peccati macula, adhuc remanere debitum pœnæ non tantum temporalis, sed et æternæ, de quo supra disp. 2. Et ratio sumitur ex supra dictis : nam reatus æternæ pœnæ consequitur peccatum ex parte aversionis, et recessus a Deo, quia justum est, ut qui contra æternum bonum peccavit, supplicium patiatur æternum; atque ideo sub ata aversione media Poenitentiae conversione, consequens esse debet auferri etiam debere reatum ad prædictum supplicium. Idque supposuisse videtur D. Thomas in hac quæst. 86, in qua enumerans effectus Pœnitentiæ, quoad mortalium remissionem, non meminit pœnæ damni, sed inclusit in ipsa remissione peccati.

Remissio temporalis·

168 Infertur præterea idem suo modo dicendum etiam esse de pœna temporali, quod videlicet remittatur media Pœnitentia. Diximus *suo modo,* ut significaretur esse differentiam inter pœnam temporalem, et aeternam : hujus quippe nihil remanet, sed totus ejus reatus aboletur dimissa culpa; quod secus accidit in debito pœnæ temporalis, utpote quæ non extinguitur totaliter, sed illa dumtaxat, quæ respondeat conversioni ad bonum commutabile, eamque adæquet juxta illud Apocalyps. 18 : *Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentorum, et luctuum.* Estque doctrina Concilii Trident, sess. 14, cap. 8, ubi eam proponit fidelibus credendam sub his verbis, : *Sancta Synodus declarat falsum omnino esse, et a verbo Dei alienum culpam a Domino numquam remilii, quin universa etiam pœna condonetur. Perspicua enim el illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus præter divinam traditionem hic error quam manifestissime revincitur.* Quibus commendavit necessitatem satisfactionis, in quam hæretici Lutherani, et Calvinistæ, ut penitus inutilem, ac superfluam vehementer irrumpebant, et stomachabantur, indeque ad negandum Purgatorium pervenerunt. Quorum errores jam proscripserat sacrum Concilium sess. 6, can. 30, sub anathemate dicens : *Si quis post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, el reatum pœnæ æternæ deleri dixerit, ul nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exolvendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna calorum aditus patere possit, anathema sit.*

Apoal.

Idera·

Anmad-vcrsio. Qnæ doctrina non ila intelhgi debet, ut necessarium, et ïñđispmsaƀile omnuio sit semper, ac homo justificatur aliquid reatus pœnæ temporalis maneat postea evolvendum. Hoc enim non determinat Concilium, nec oportuit statuere : quia cum remissio pœnæ temporalis proveniat ex majori, vel minori intentione, subindeque efficacia contridunis; quo detestatio ui opposita conversioni ad bonum commutabile major fuerit, eo minus relinquet reatus ad pœnam, et si ex toto adæquet, totaliter reatum extinguet. Sed quia id raro accidit; et ut in plurium remanet obligatio luendi pœnam temporalem post remissam ca pam. Cujas oppositum docebant hæretici universaliter negantes residuum aliquid temporahter luendum : et contra eos processit Concilium sub anathemate feneus illorum doctrinam universalem.

EiSfacia Sacramento. jgg Similiter consectaria hujus doctrinæ applicanda est Pœnitentiæ nedum sub râtloUé VirtQliS etiam quatenus est Sacramentum' ; utroque enim modo remittere potest modo explicato pœnam temporalem ; sed principalius, et efficacius sub ratione Sacramenti, quam sub ratione virtutis. Ratio D. Thomæ est plane convincens : quoniam influxus totius compositi principaiitis illi convenit ratione formæ, a qua in actu constituitur, qüam ratione materiæ, ut constat in natuialibus. Se i Pœniten ia üt est Sacramentum est conpositutn éx materia et forma, influens in extinciioriem pœnæ temporalis. Ergo principalius debet influere fatione formæ, quam ratione materiæ. Constat autem actus virtutis Pœniientiæ sé tenere ex parte materiæ, ut supra ostensum est t ergo prædktus influxes principalius convenit Sacramento fatione formæ absolutionis, quam ratione actuum pœnitentis. Ideoque plus pœnæ temporalis condonatur homini contritione dispusito intra Sacramentum quam cum ejusdem voto.

Incidens difficultas non levis. Tota difficu ias hujus conæctarii stat in eo conciliando cum An ecedeuti, et reddenda ratione, quare ablata exigentia pœnæ æternæ ex vi remissionis culpæ, non etiam remittitur debitum ptènæ rempofalis. Tum quia reatus pœnæ æternæ quid majus est reatu pœnæ temporalis : ergo si Pœnitentia excludere valet debitum pœnæ æternæ, potiori titulo excludet debitum pœnæ temporalis. Tum etiam, quoniam abi ita causa, aufertur effectus ; sed tota macula peccati supponitur abstersa media Pœnitentia, ità quod nihil illius remaneat nec aliquid damnationis est reperire in homine justificato : consequens ergo est ut simul extingui debeat obligatio ad pœnam temporalem. Eo vel maxime, quia inexplicabile est, quid sit illa obligatio ? ubi remaneat, et quomodo sit efiectus peccati jam extincti?

A qua difficultate ut se expedirent Theologi in varios abiere dicendi modos. Aliqui in solam Dei voluntatem reducere videntur, ut Richardus de S. Victore tract, de Potest, hgandi cap. 4. Scotus vero m 4, dist. 22, q. I, § *De secundo articulo,* idéo, inquit non penitus extiugni debitum pœnæ temporalis. quia intervenit comihntalio quædam pœnæ æternæ in temporalem, quoties vel contritione, vel Sacramento fit remissio peccati, et suppositione hnjns commutationis , nequit rion permanere reatus ad prædictam pœnam, ut materiam subrogatam loco alterius. Gui doctrinæ subscripsit Durandus in 4, dist. 17, quæst. 3, docens pœnam peccati simpliciter, et absolute non totaliter remitti per contritionem, sed illam æternam et longe alterius rationis in temporaneam commutari accedente divina ordinatione, rectissime ita disponente. Unde provenit graviori peccato graviorem designari pœnain temporaliter luendam.

Swia. Craisti. Ex recentioribus ita etiam docent Suarez disp. iff, sect. 3, a num. 14. Coninch. disp. 2, dub. 12, conci. 3. Lugo disp. 8, sect. 2, a n. 55 et disp. 24, sect, t, ubi addit eam commutationem in tantam, vel tantam pœnam temporaneam non haberi ex natura, et exigentia gratiæ concessæ in justificatione, sed ex libera voluntate Dei, et juxta ordinem divinæ Sapientiæ, attetitis circtirisfantiis hic, et nunc oc'Curfentïbus, tum ex parte hominis, trim ex parte Sacramenti, et ex aliis Capitibus. Qüittiâ tandem consentit Aversa quæst. 3 sect. II , conci. 3, dicens eatehus Vérilicari earii fieri commutationem, quatenus pœna illa', quæ absque remissione culpæ fuisset ætefna, ea posita, reducta est temporalis.

safefj cimi. 170. llæe tamen doctrina, necui a veteribus posita, nec ut a recentioribus expensa veritatis scopum attifigit, sed deficit in utraque illius parie, et qua docet intervenire commutationem , et qua asserit pœnæ taxationem in unicam et solam Dei voluntatem liberam iri redactam. Quapropter ab ea recedunt discipuli D, Thomæ , Cajetanus in præsenti sot ad I. Nuno, Arauxo, et gratia lib. 3, ihidem. Soto de natura cap. 6 et in 4, dist. 15, quæst. quæst. 1, art. 4. Marlinns do Ledesma 1, P› Quarti fftiæst. ai t dub. unie. Curiel 1,2, quæst. 87, dub. 4. Conradus Ibidem art. 4, et ex extraneis Vasquez 3, p. q. 94, art. 1, dub. 2. Quibus omnibus præluxit D. Thomas in præsenti art. 4, et in 2, dist. 42, q. 2, art. 2 ad ô. Et ratio primi sumitur ex supra dictis disp. 2, agendo de Absolutione, quæ est præcipua Pœnitentiæ sub ratione Sacramenti pars. Nam proprie loquendo commutatio non est vera absolutio, cum sit solius materiæ variatio, remanente, ac vigente semper obligatione, licet circa diversam materiam : sed dum medio Sacramento homo justificatur, vere absolvitur a vinculis peccatorum, et a reatu pœnæ æternæ : ergo non intervenit proprie loquendo commutatio. Major præterquam quod videtur perspicua, constat in potestate commutandi vota, quæ diversa est a potestate ea dispensandi, irritandi, aut annullandi, in quarum prima non tollitur vere obligatio voti, sed transfertur ad aliam materiam, secus vero in secunda ; ideoque in primo casu potest quis violare votum, quo manet abstrictus ; nequit vero in illo dispensatus, utpote minime ejus vinculo ligatus, et sic de reliquis. Minor etiam constat ex dictis loco citato, et ex eo quod potestas concessa ministris Ecclesiæ est potestas vere absolvendi, et ligandi, atque ideo absolutio Sacramentalis non commutatio , sed vera absolutio est ab obligatione peccato inducta subindeque vera remissio, et relaxatio pœnæ ipsi debitae.

Quæ ratio eliam probat de justificatione extra Sacramentum : hac quippe vere remittitur peccatum cum voto Sacramenti : Ërgo vere etiam relaxatur pcena æterna peccato debita, non minus ac si fieret in Sacramento. Gum enim Deus idem sit causa principalis remissionis sive intra, sive extra Sacramentum; quoad hoc eadem ratio est de una ac de altera, licet quoad gratiæ intensionem, et alios effectus non modica sit differentia.

Displicet aliunde illa doctrina : quia commutatio proprie loquendo -em per cadit supra materiam alias liberam, et solum redditur necessaria, seu obligatoria ratione commutationis, ut constat in humanis : sed peccanti mortaliter non est materia libera pœna luenda temporaliter, sed est nece-saria necessitate orta ex visceribus ipsius peccati : Ergo nequit esse commutationis materia ; unde taliter absolvitur a pœna æterna peccator, quod remaneat debitum contractum ct peccato luendi pceham temporalem. Idque sonare videtur testimonium illud Apocalyps. 18 et illud Deuteron. 25 : *Pro mensura peccali, erit el plagarum modus.* Minor vero probatur : quoniam peccato non solum debetur pœna æterna ex illa parte, qua est contra Deum, sed etiam pœna temporalis ex eo capite, quo est contra rectam rationem, et objectum illi dissonum prosequitur, ut constat ex sæpe dictis, et paulo post expendemus éx D. Thoma. Quare non est locus in ejus remissione sive medio Sacramento, sive media sola contritione cum ejusdem voto commutationi preprie dictæ. Apoc.18. Deuter. 25.

Quo sensu possit eorum êxpHcarL 171. Si autem fiat sermo de commutatione impropria, quatenus denotat permanendam debiti ad pœnam temporalem , abrogato alio ad pœnam æternam,non renuimus asserere intervenire commutationem in remissione peccati; sed (quia *cum pluribus loquendum,* ut tenet commune proloquium) ea voce aliquando usi sumus tum in hoc tract, tum tract, de Peccatis disp. 17, dub. 1 et quod magis est, eam ipsam usurpatam invenimus apud D. Thomam opuscul. 6, in expositione orationis Dominicæ in quinta petitione, ubi ut explicaret insignem confessionis fructum, adhuc post dimissam media contrione culpam, inquit, *quod Deus in contritione 'dimittit culpam, et pœna æterna commutatur in temporalem,* (quate- D.Thom. nus solum obligatur homo ad istam, et non ad illam) *sed nihilominus manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem. Unde si decederet sine confessione, non contempta tamen, sed prœventa, iret ad Purgatorium, cujus pœna, ut dixit Augustinus, est maxima. Unde quando semel confitetur quis, dimittitur ei aliquid de pœna hujusmodi, et similiter quando iterum confitetur, el posset totiens confiteri, quod lota sibi dimitteretur,* Quæ ultima verba bene observanda satis commendant beneficium Confessionis Sacramentalis, ad eamque non sero, nec segniter iterandam alliciunt. Nota.

Pars seconda resolutionis. 172. Quod vero hujuscemodipœnam temporalem taxare non sit nudum opus divinæ voluntatis (quæ est secunda pars illius asserti) sed suam habeat radicem in peccato, vi cujus major pro uno, quam pro alio et debetur, et impenditur pœna, ideoque intervenire necesse sit divinam justitiam pro debitis pœnam decernentem, ostenditur primo ex D. Thoma 1, 2, quæst. 87, hac D.Thom. ratione plane demonstrante reatum pœnæ

temporalis ortum ex ipso peccato : JeltM *enim peccati facit hominem reum pœnæ,* in *quantum transgreditur ordinem divina justiliæ, ad qwm non redit, nisi per quondam recompensationem pana, quæ ad æqualitatem justitia' reducit,* ni *qui plus voluntati suæ induisit, quam debuit, contra mandatum Dri agens, secundum ordinem divinæ justitii', aliquid contra illud quod vellet, spontaneus, vel invitus patiatur.* Quo enim melius ratio justitiæ servari potest quam ad aequalitatem inæqualitatem re lucendo? Sed homo in prosecutione objecti prohibiti induxit inæqualitatem propriæ voluntatis habenas laxando, eique plus justo indulgendu postposita voluntate, divina prohibente, et poenas comminante; ergo ut amissa æqualitas reintegretur, necessarium est voluntatem se ipsam deprimere vel poenas voluntarias assumendo vel a Deo inflictas sustinendo. Est ergo opus justitiæ divinæ statuere poenam adhuc remissa culpa, luendam, ut quod magis voluntati propriæ indultum est contra rectam rationem, sust nentia pœnæ compensetur. Et ratione hujus homo dicitur destinatus, et ordinatus ad pœnam temporalem temporaliter sustinendam. Ideoque loco infra allegando ex tract, de Peccatis slatmmus reatum justitiæ prout se tenet ex parte Dei, importare ipsum actum increatum Dei ut denominantem hominem reum ex justitia a l pœnam tempoialem : prout vero se tenet ex pane hominis non aliud esse, quam denominationem extrinsecam efficientem hominem, a i eum sane modum, quo esse visum se habet ad videntem, et esse prædestinatum, seu pneordinatum ad prædestinanten», et praeordinantem juxta doctrinam D. Thom. 1, p. q. 23.

Ratio.

Imon-Juniores,

173. Secundo impugnatur ille dicendi modus ut a Recnntioribus expensus. Nam ultra voluntatem divinam ad statuendam pœnam aliqua assignari debet ratio ex parte peccatoris, qua exigat hanc pœnam præ alia, majorem, vel minorem; non enim omnes æqualem reatum habent, nec æquali pœna plectuntur. Sed si totum hoc negotium refunderetur in liberam Dei voluntatem : nulla esset asstgnabi is ratio, quare unus præ alio magis torqueretur, vel ma jori obstringeretur reatu luendi pœnas a Deo statutas. Ergo ne hoc dicatur, ut dici non debet, asserendum est reatum ad pœnam non unice refundi in liberam Dei voluntatem : sed ex parte hominis subesse adhuc post peractam justificationem aliquam causam, seu radicem, ex qua ortum ducat illa obligatio. Consequentia constat. Minor etiam liquet ex Anilioribus illiu- positionis, juxta quam nulla aha causa invenitur, nisi soia Dei libera voluntas statuens, ac decernens hominem adhuc jasitlicutum manere obstrictum aliquo oiu-re luendi pœnam temporalem, sive ratione permutationis liberie, sive etiam liberæ itidem voluntatis divinæ, ita pnescribenlis juxta ordinem suæ sapientiæ : quocumque enim medo se explicent in hac parte, nihil ex parte hominis justificati designant, quod ex justitia exigat inflictionem pœnæ, nisi illam liberam commutationem, quæ omnino extrinseca est, et liberam Dei ordinationem, quibus non stantibus, nullus staret reatus in homine post adeptam gratiam. Eo vel maxime, quod in homine post adeptam justificationem solum remanet peccasse . sed boninem peccasse non est ratio ex pane hominis ad illi infligendam pœnam. si semtd supponitur in Dei gratia : Ergo unica ratio plectendi hominem justificatum est libera Dei voluntas, non vero aliquid ex parte hominis se tenens per modum radicis, et causæ illius obfigationis. Probatur hæc Minor in ipsis beatis, in quibus ita manet aliquando peccasse, ut nec per divinam potemiam ea cicatrice quantumvis sanata per impeccabilitatem adeptam in illo statu erui valeant. Majorprimi Syllogismi etiam constat, quia sicut pœna actu applicata supponit culpam; ita taxatio, ac determinatio pœnæ nequit cadere, nisi supra culpam, vel residuo culpæ, et quo magis hujus vel illius remanserit, eo major, vel minor esse debet inflictio pœnæ Quocirca si tota fuerit sic ablata, ut nihil illius sit residuum nec in se, nec insuo effectu, nullus jam relinquitur pœnæ locus, ut patet in animabas perfecte, et adamussim purgatis, quæ illico in cælum volant Id quod in meritis, ei præmio evidentius cernere licet Hoc enim non distribuitur, non suppositis meritis; ideoque repositam sibi esse coronam justitiæ. sibi reddendam a justo judice testabatur Apostolus.

Prw-φi(B

174. Refellitur tandem ex doctr na D. Thomæ 4, contra Gentes cap. 72, ubi red dit rationem, quare in justificatione medio ⁋SiiiO* Baptismo obtenta non solum culpa, sed etiam reatus ad pœnam, et omnes re iquiæ peccati evellantur, et abstergantur; secus vero in justificatione, quæ fieri solet inedia Pœnitentia sive extra, sive intra sacramentum. *Quia conjunctio nostri ad Christum in Baptismo* linquit S. Doctor) *non est secundum eundum operationem nostram, quasi ab interiori, quia nulla res se ipsam generat · sed a Christo qui nos regeneravit in spem vivam ; ideoque remissio peccatorum in Baptismo fit secundum potestatem ipsius Christi nos sibi conjungentis perfecte, el integre, ut non solum impuritas peccati tollatur; sed etiam solvatur penitus omnis pœnæ reatus.* Unde Concilium Tridentinum sess. 5, in decreto de Peccato originali can. 5, statuit in renalis nihil damnationis manere, quo morari possint ab ingressu regni cœlorum; quamvis fomes, seu concup.scentia, quæ peccatum non est, sed a peccato oritur, et in peccatum inclinat, ad agonem relicta sit. In justificatione vero pœnitentiali, quia medicinalis est, ut supra disp 1, hujus tract, expendimus, Christo conjungimur secundum operationem nostram divina gratia suffultam, et informatam. Unde provenit, *non semper totaliter nec omnes æqualiler remissionis effectum percipere.* Et ratio est : quia potest esse conversio hominis in Deo ita vehemens, ut perfecte remissionem peccati inducat, *non solum quantum ad purgationem culpæ, sed etiam quantum ad remissionem totius pœnæ :* in quo proinde nullus reatus permaneat : Sed quia hoc non semper contingit, quandoque, et ut in plurimum, amota culpa, et æternæ pœnæ *soluto reatu, remanet obligatio ad aliquam pœnam temporalem, ut justitia Dei salvetur, secundum quam culpa ordinatur per pœnam.* Ubi, ut vides, explicantur, quæ supra dicebamus ex sententia, ac mente Concilii; et simul docemur reatum non ex sola Dei voluntate libera procedere, exclu.-a exigentia ex parte peccatoris, ut prædicti Recentiores significare videntur; sed potius tenendum esse taxationem pœnæ esse opus divinæ justitiæ supponentis in homine peccatore adhuc post adeptam justitiam obligationem, seu quud idem est, reatum ad pœnam temporaliter luendam, qui sit major, vel minor juxta majorem, vel minorem conversionis efficaciam. Non ergo juxta D. Thomam, et rei veritatem bene assignatur pro reatu voluntas libera Dei, exclusa, ac non præsupposita obligatione ex parte creaturæ ratiune peccati etiam dimissi. Ideo namque taxatur pœna, quia supponit reatum, et non ideo est reatus, quia Deus libere statuit, ac decernit pœnam. *Per hoc palet* |^a· (concludit D. Thomas 3, contra Gentes cap. 158), *quod postquam homo per graiiam remissionem peccati consecutus est, et ad statum gratia; reducius, remanet obligatus ex Dei justitia ad aliquam pœnam pro peccato commisso.*

DTK·»

175. Hac ergo via reatum explicandi relicta ut insufficienti, et a veritate aliena, non aliam arripiemus, quam hic stractam a D. Thoma art. 4, et a nobis tract, de Peccatis disp. 17, dub. 1, num. 16, expensam. Juxta quam dicendum est prædictum reatum ad pœnam temporalem non esse inæqualitatem quandam ex peccato relictam, ut interpretari videtur Sylvius; necsïlvins· etiam perversam inordinationem, aut pravam dispositionem, aut habitum, qui causentur per actus intensos peccati, vel ipsorum frequentationem, ut putavit Gontempson in præs. dissert. unie. cap. 1, g *secundus Pœnitentia: effectus,* ad finem. Nec etiam est delectatio aliqua ex objecto illicito percepta, quæ reipsa distincta sit ab actu peccati, ut voluit Gonet in præsenti. Hæc enim omnia adstrueudi nullum fundamentum est in D. Thoma. Est ergo reatus ad pœnam temporalem conversio ipsa peccaminosa ad bonum commutabile, quæ licet præterierit physice, permanet moraliter post remissam culpam, et exclusam aversionem a Deo tamquam ab ultimo fine. Unde reatus non est aliquid physicum, sed dumtaxat moralis obligatio hominis, qua tandiu obstringitur, quandiu non retractata fuerit conversio ad bonum commutabile. Et ex hac conversione non retractata sufficienter, seu ad æqualitatem perfectam, consurgit jus in Deo exigendi ab homine pœnam temporalem, .quoad perfectam exsolutionem. Quam resolutionem licet non eisdem verbis, re tamen ipsa amplectuntur discipuli D. Thomæ supra allegati, nec mirum cum videatur expressa S. Doctoris in hoc art. 4.

Legitima explicatio reatus ad temporalem.

Falsi dicendi

c°n^ra~pson.

Gonel.

176. Ut vero eam sanciret Angelicus Præceptor, observavit in peccato mortali reperiri aversionem a Deo tamquam ab ultimo fine, ex quo capite debetur peccato pœna æterna, et conversionem ad bonum commutabile, cui solum debetur pœna temporalis, si præcisive sumatur, ut supra non semel innuimus : conversio enim ad bonum commutabile, in quantum hujusmodi non est peccatum mortale, nisi quatenus fundat et secum trahit aversionem a Deo, ut patet in peccatis venialibus, in quibus invenitur conversio ad bonum temporale; quia tamen ibi non importatur aversio a Deo, ut ab ultimo fine, idcirco illa conversio non evadit graviter peccaminosa.

Nota.

Moti-'un,' Quo supposito satis expedite suaderi potest intentum. Nam conversioni in bonum commutabile non conjunct® cum aversione a Deo, sed potius segregatae, ac sejunctæ non debetur poena æterna, sed temporalis ut suadet exemplum peccatorum venialium, quo hanc propositionem fulsit D. Thomas : sed post adeptam justificationem media Pœnitentia sive ut Sacramento, sive ut virtute, remanet moraliter conversio ad bonum commutabile, non vero aversio : ergo remanet radix extorquendi ab homine pœnam temporalem ; atqua ideo ex vi prædictæ exigantiæ manet homo reus, et obligatus ad prædiçtam pœnam. Utraque Consequentia sequitur çj præmissis. Major est perspicua, et probatur Minor ; tandiq enim intelligitur permanere moraliter conversio ad bonum temporale, quandiu non est retractata, et exclusa perfecte per oppositam conversio» nem ad bonum honestum, quæ secum ferat aversionem *a bono* temporali : sed adhuç obtenta justificatione, non intelligitur ex» clusa perfecte conversio ad bonum committabile : ergo intelligitur moraliter permanere. Probatur hæc Minor : quia sicut justificatio non excludit omnia peccata venialia, jta per se, et ut in plurimum non excludit conversionem ad bonum tempo» rale, in qua peccatum veniale, et mortale conveniunt; sed ad hoc requiritur perfectissima, et vehementissime contritio, quam communiter justificatos non elicere mani» festum est i ergo Pfir se loquendo et ut in plurimum ex vi justificationis non potest intelligi perfecte, et adæquate exclusa conversio voluntatis ad bonum temporale; ad hoc quippe necessarium esse talem, ac tantam fuisse conversionem, seu displicen»-tiam peccati, quod exclusisset affectum quemlibet ad bonum temporale, et penitus extirparet complacentiam in illo habitam, quod rarq accidit, quantumvis homo supponatur in gratia.

Aliud moti-Yum. 177. Secundo probatur ex eodem D. Thoma occurrendo simul rationi dubitandi, in qua vim faciebant hæretici ad sententiam ab Ecclesia proscriptam propugnandam, et insistunt alii ad diruendam opinionem D. Thomæ. Ideo namque reatus ad pœnam temporalem non consisteret in prædicta conversione moraliter permanenti, quia si supponitur ablata macula peccati et nihil damnationis est in anima justificata : qua ratione nullus remanet reatus ad pœnam æternam ; eadem prorsus ratione excludendus videtur reatus pœnæ temporalis, qui se teneat ex parte hominis antecedenter ad determinationem liberam divinæ voluntatis, ut illi discurrunt, Hanc autem ratiocinationem esse nullam, et quam optime stare totam maculam esse abstersam, et nihilominus permanere aliquid luendum, et purgandum pœna temporali vel in hac vita, vel in Purgatorio, probatur tum ex D. Thom, in hoc eodem art. 4, gol. qd 1, ubi pronosito eodom ipso argumento, sic respondet : *Dicendum quod culpa mortalis utrumque habet, et aversionem a Deo et conversionem ad bonum creatum : sed (sicut in* 2 p, *habitum eslj aversio a Deo est ibi sicut formale, conversio autem ad bonum creatum est ibi sicut male? riale. Demoto autem formali cujuscumqueb·^ rei, tollitur species, sicut remoto rationali tollitur species humana. Et ideo ex hoc ipsa dicitur culpa mortalis remitti, quia pergra? liam lolhtur aversio mentis a Deo simul eunt realu pœnæ æternæ. Demanet tamen illud quod est materiale, scilicet inordinata con·» versio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis,* Ubi manifeste docet cum ablatione, ac remissione totius culpæ mortalis, manere inordinatam con» versionem ad bonum temporale, non qui» dem physice, ut est per se notum, tum quia supponitur præterita, tum quia ej» clusa fuit per conversionem ad Deum, vi cujos conversio ad bonum commutabile jam non fundat, nec secum trahit, quinimo expellit, aversionem. Solum ergo remanet moraliter, quatenus per solam conversio» nem justificationis utcumque, non suffi» cienter retractatur conversio ad bonum creatum; et quod non retractatur nec formaliter, nec virtualiter, permanere moraliter necesse et quoad obligationem.

Tum etiam ratione, quia non inconve» nit, imo non semel accidit, actum haben» tem duplicem respectum permanere quoad unum, et deficere quoad alium : sed actui peccaminosus fundat imo importat respec» tum ad bonum temporale, quod prosequitur, et ad aversionem a Deo, quem posthabet : ergo potest retractari, ac deficere quoad aversionem, vel quatenus illam fundat, media justificatione ; et non retractari quoad tendentiam in bonum temporale, sed moraliter permanere. Major, ad quam devolvitur difficultas, probatur, et illustratur exemplis satis frequentibus apud contrarios in bac parte : nam ptimo, casu quo legislator aliquid sub gravissima pœna prohibuerit, potest vel dispensatione, vel usu pœna illa mitigari, et abrogata lege, quoai unam partem, permanere quoad aliam, ul docet Lugo in pirosenti disp. 7, sect. B, num. 47. In quo eventu voluntas legislatoris censetur manere moraliter quoad vim qua lex modo gaudet ; non vero ul primo obligare voluit. Secundo in eo qui pravo fine rem cum muliere habendi, promisit aliquam pecuniœ summam, vel quid ejusmodi ; si obtento fine, et peccato commisso, resipuerit ad gratiam, ut potest, adhuc remanet obligatio exsolvendi pecuniam promissam ob illicitam copulam; quin ab ea obligatione denominetur homo ille actualiter peccator, licet reus sit solvendæ pecuniæ, ut etiam tenet idemmet Lugo sect, sequenti. Quæ etiam est doctrina Ripaldæ lib. 6, de ente supernaturali disp. ult. sect. 25. Quæ non ideo retulimus, ut illis exemplis indigeamus, sed ut constet non bene ab hac doctrina D. Thomæ recessisse Lugonem quia sibi difficilis visa est, ut affirmat disp. 8, sect. 2, n. 46. In qua sane non major est difficultas, quam in exemplis ex ipso relatis, et ab ipso approbatis. Non enim aliud docuit D. Thomas, nisi quod illamet conversio aversiva a Deo potest retractari,' et de facto retractatur media pœnitentia quatenus fundat aversionem, et reatum pœnæ æternæ; quæ tamen non adæquate expellitur, quatenus dicit conversionem ad bonum commutabile secundum se.

Cujus rei alia duo suppetunt exempla salis perspicua, primum in voto, quo aliquis adstringitur ad duo facienda v. g. eleemosynam, et jejunium, et alterutro horum substantialiter obse-vato, mutato, vel impossibili reddito, extinguitur obligatio quoad illam partem, sed viget quoad aliam. Secundum est D. Thomæ in 4, dist. 14, quæst. 2, art. 1, quæst. 2, de eo qui aliquem offendit violando amicitiæ leges, et simul aliquid auferendo : hic enim potest amico reconciliari quin solvat justitiæ debitum, quo in casu est et erit reus debiti ex justitia, et simul amicus *El sicut hæc duo* (verba sunt D. Thomæ) *in offensa quandoque dividuntur, ita diam in recompensatione separantur ; sicut quando pœna per violentiam offendenti infertur, fit recompensatio quantum ad justitiam, sed non quantum ad amicitiam ; similiter quando offendens offensum verbis placat, nondum re substracla restituta, fit recompensatio amicitiæ, sed non justitiæ.* Porro ita se habere hominem ad Deum media Pœnitentia quod scilicet consequatur amicitiæ reintegrationem cum ipso, et simul obnoxius maneat pamæ luen luj, quod est esse reum, declarat 8. Doctor subjungens : *peccator ergo per effectum peccati amicitiam Dei* vio·*lavil, et per inobedientiarn divinæ legis hono^rem debitum Deo substruxit el ex primo amittit gratiam, et incurrit offensam : ex secundo meretur pœnam ul ab eo, qui per inobedientiarn substravit, subtrahatur per pœnam, et hoc pœnæ meritum* (quod est quid morale) *reatus dicitur. El ideo per pœnilenliam, qua homo se Deo supponit peccata præ·?terila detestando cum emendationis proposito, remittitur quidem peccatum quantum ad offensam; sed non oportet, quod remittatur, quantum ad lotum reatum, nisi pœna jam soluta : et sic per Pœnitentiam non simul cum culpæ dimissione totus oliam reatus dimittitur*

Objectio* nes. 178. Cui doctrinae non oberit, si opposueris : tum quod per Pœnitentiam non solum retractatur aversio a Deo, sed etiam conversio ad bonum commutabile ; sed quia retractatur aversio, nullus remanet post justificationem reatus pœnæ æternæ ; ergo si retractatur conversio ad bonum commutabile, nullus remanet reatus pœnæ temporalis. Caetera constant præter Majorem, quæ facile suadetur : nam per Pœnitentiam dolet homo he peccato sub ea ratione, sub qua habet rationem culpæ : sed habet rationem culpæ sub utraque ratione et conversionis, et aversionis : ergo sub utraque ratione retractatur, atque ideo sub nulla ratione moraliter permanet. Tum etiam : quia aversio a Deo fundatur in conversione inordinata ad creaturam ; ideo enim homo se avertit a Deo, quia contra Dei voluntatem se convertit ad creaturam : ergo non stat permanere conversionem ad creaturam, quin simul permaneat aversio a Deo; vel e contra hac non permanente, nec etiam ilia. Tum denique, nam conversio illa permanens constitueret peccatum veniale, utpote quæ convenit cum ipso peccato veniali, ut testatur D. Thomas; ex quo rursus fieret et peccatum mortale transire in veniale, et aliquid culpæ remanere post justificationem, quæ pertineat ad peccatum remissum, quorum quodlibet est absurdum minime sustinendum. Illatio videtur constare: nam conversio inordinata ad bonum temporale, quæ non importet aversionem a Deo tanquam ab ultimo fine, esc ita propria peccati venialis, ut eo ipso, ac illa intelligatur, intelligitur etiam peccatum veniale; sed illa conversio quæ permanere dicitur,

est conversio inordinata ad bonum temporale, et non importat aversionem a Deo ut ab ultimo fine, ut assentur : ergo constituit peccatum veniale, non quod de novo committatur, sed in quod transit peccatum mortale remissum.

Qbserv. responsione. 179. Hæ, inquam, objectiones non obsunt, quin imo conducunt ad majorem veritatis elucidationem. Pro qua est animadvertendum in qualibet peccatoris justificatione media pœnitentia, sive intra, sive extra Sacramentum, esse dolorem; ac detestationem peccati, subindeque ejus retractationem non solum quoad aversionem a Deo, sed etiam quoad conversionem ad bonum commutabile : utraque enim ratione constituitur peccatum mortale, ut constat ex D. Thoma in hoc articulo, et locis in eo allegatis ex 1, 2, atque ideo utraque ejus ratio retractari debet per Pœnitentiam. Quo fit non solum remitti reatum pœnæ æternæ consecutum ad aversionem, sed etiam aliquid reatus pœnæ temporalis, qui consequitur ad conversionem in bonum temporale. Cæterum stat differentia, quod reatus primus totaliter evellitur infusa gratia, quia nihil damnationis est in justificatis, ut fides docet; secundo vero non amovetur totaliter, ut supra dicebamus, sed ex parte manet, ut supponere videntur Concilium Trident. D. Thomas, et Theologi statuentes non totam pœnam temporalem remitti in justificatione; quia nimirum non semper adæquatur detestatio conversioni inordinatæ, ita ut nullatenus maneat adhæsio voluntatis ad bonum illud vehementissima inordinatione prosecutum; ad hoc enim opus est vehementissima contritione, vel quæ sit tanta quanta fuit inordinata conversio.Sed ita retractatur prædicta conversio, ut ulteriorem exoptet retractationem, et jure postulet luendam pœnam temporalem vel voluntarie assumptam in hac vita, vel infligendam in Purgatorio. Sicut enim ad comprehensionem non sufficit attingentia totius objecti; sed requiritur ut sit tanta, quanta est attingibilitas, et dum ad hanc non pervenitur, semper est adhuc magis attingibile; haud secus ad retractationem prædictæ conversionis non sufficit quælibet detestatio illius, sed requiritur quod sit tanta, quanta fuit conversio inordinata. Et quia hæc ut in plurimum deficit, semper remanet aliquid præteritæ inordinationis detestandum, et retractandum.

Ubi est agnoscere, insistendo eidem exemplo, quod sicut attingere objectum comprehensive importat necessario perfectionem majorem prie cognitione pure quidditativa, et non quæ sufficit ad primum, sufficit ad secun ium : ita in præsenti ad retractandum adæquate peccatum non solum ut importat, ac fundat aversionem, sed etiam ut affert adhaesionem inordinatam ad bonum commutabile, necessaria omnino est major gratia, major dispositio, necnon major voluntatis conatus, quam præciso ad illud retractandum sub ea ratione, sub qua inducit aversionem. Sicut major gratia est, quæ excludit omnia mortalia et venialia usque ai unum, quam quæ solum expellit mortalia, ad quod vel minima sufficit. Et quia non semper ac justificatur homo, fit media contritione omnium perfectissima, vel quæ adæquet conversionem ad bonum commutabile in sensu explicato; ideo relinquitur moraliter irretractata inordinata voluntas absque ullo peccato, sed cum onere supplendi defectum illum negativum media pœna assumpta, vel infligenda.

180. Unde verus, ac legitimus D. Thomæ sensus esse non potest, quod conversio ad bonum temporale non sit retractata; hoc enim falsum est; sed quod non sufficienter, et omnino adæquate retractetur ex vi justificationis, ut requiritur : et ex hac pane manet moraliter conversio illa voluntaria, et fundat exigentiam uberioris doloris, ac detestationis, ut omnino debitum peccati extinguatur. et patet exemplo comprehensionis, quo ut cred.mus, legitimus sensas illustratur, et ob ecliones, quæ hinc inde emergere videbantur, diruuntur.

Ad primam illarum, quæ appositæsnot, respondemus concedendo Majorem et Mi- pnu nort-m, et negando Con-equentiam. El ad probationem inductam, quatenus militare potest contra praemissam observationem, dicimus, in justificatione retractari quidem peccatum sub uiraque ratione, subindeque aliquid pœnæ temporalis etiam dimitti. »Sed quia sub ratione conversionis ad bonum commutabile, quo pacto non explicat malitiam peccati mortalis, non sufficienter, et adæquate retractatur; idcirco remanet obligatio ad pœnam. et ex hac parte moraliter irretractata est ; ita enim homo detestatur conversionem ut annexam aversioni, quod non penitus di.-cedat a bono temporali, cui inordinate ad.iæsit : et qu a inordinatio fuit major, quam sit detestatio, idcbco excessus ille luendus et purgandus relinquitur. Unde constat ad secundam ; quia licet StfiSil.

licet aversion Deo fundetur in conversione ab bonum commutabile; non ex eo quod retractet homo conversionem ut fundantem aversionem intelligitur illam adæquate retractaro : illud enim fit media qualibet contritione vel omnium, si ita loqui fas est, minima : hoc vero fieri debet meda intensiori, penitiori, et eflicaciori, qua tantum sibi displiceat, tantuœdemque sibi gustus, et delectationis demat, quantum sibi induisit in illa conversione, et hæc dispositio non semper adest in qualibet justificatione, aut Pœnitentia, sed opus est singularissima, et non ita communi, ut fieri solet.

Tertia illltlir. Ii Tertia etiam est nulla : quia conversio illa, quam dicimus permanere, non est voluntaria, nisi voluntate illa præterita ; quæ ideo permanet moraliter, quia non intelligitur adæquate retractata; unde neque est peccatum veniale, utpote quo | petit diversam voluntatem ab illa, et hæc non adest; nec peccatum mortale tran-it in veniale, cum hoc non de novo fiat. Est ergo obligatio orta ex peccato non suffi cienter exhausta, aut persoluta usque ad positionem pœnæ exactæ juxta quantitatem inordinationis præteritæ. Et quia ex hac inordinatione sublata est aversio media conversione hominis ad Deum, et infusione gratiæ sanctificantis; idcirco dicitur permanere conversio ad bonum commutabile ratione adhæsionis voluntatis ad illud non sufficienter exclusæ, qualiter accidere solet in peccatis venialibus; non vero quia conversio prædicta peccatum veniale sit aut ex vi hujus esse postit, ut comminisci sibi videbatur objiciens.

181. Nec etiam oberit, si hanc explicationem insufficientiae insimules. Nam aversio a Deo tanquam ab ultimo fine nequit per pœnitentiam detestari, ut petit : et tamen ita per illam destruitur sive quoad essentiam, sive quoad ejus reatum, ut nihii omnino Illius permaneat, nec physic?, nec moraliter : ergo vel idem dicendum est de illa conversione, quod scilicet non permaneat moraliter; vel si hoc non, nulla etiam erit ratio, ob quam post justificationem non aliquis reatus permaneat illius aversionis, subindeque pœnæ æternæ. Majorem probabis ex eo, quod ut sæpe docet D. Thomas, aversio illa est infinita, et fundat debitum pœnæ æternæ, quæ solum est possibilis : ergo nequit per actum finitum, qua is est actus Pœnitentiæ, sufficienter, et adæquate retractari, sed semper erit locus majori , et minori retractationi.

Non, inquam, obeat hæc objectio. Nam Diruitur, aversio adæquate expellitur per quamlibet contritionem, quæ vere contritio sit : semel autem exclusa substantialiter aversione per conver.-donem oppositam, nihil remanet in quo fundetur debitum ad pœnam æternam, sicut sublata e medio qualitate, nullus remanet locus ejus intensioni. Unde absolute neganda est Major, quamvis non ideo inficias eamus posse, et consultissimum esse, eam magis, ac magis semper abhorrere, ac detestari. Ad probationem Majoris dicas infinitatem illam tributam a D. Thoma se tenere ex parte termini *a quo,* atque ideo esse extrinsecam, sicut extrinseca etiam est visioni beatæ infinitas essentiæ divinæ. Quia ergo conversio ad Deum aliam infinitatem, quam extrinsecam, et terminativam habet, idcirco aversio ilii opposita nequit importare infinitatem intrinsecam, sed est finita, et limitata, licet terminus a quo infinitus sit. De quo agimus tract, de Peccatis disp. 7, dub. 2, et disp. 17, dub. 4, ubi hæc difficultas propriam sedem habet.

§ VII.

Appendix ultimi praecedentis consectarii.

Dubiam inCldens- 182. Sed emergit alia difficultas circa doctrinam superioris consectarii : An scilicet, fieri valeat de potentia Dei absoluta, ut alicui remittatur peccatum quoad culpam quin ei condonetur etiam reatus ad pœnam æternam ; sed maneat homo Dei amicus per gratiam, et simul aeternis cruciatibus obnoxius? In cujus decisione non parum dissident Authores, quorum placita refert Martines de Prado in praes, dub. 7. Prima §. 2, et relictis aliis ibi videndis, Suarez tb. disp. 10, sect. 2, cui subscribunt Coninch. suaret. •iis; ut. 2, dub. 13. Bonacm. tom. 1, disp. Coninch. 5, quæst. 6. sect. 1, punct. 4. Candidus Cjna* disp. 24, art. 33, dub. 12, duo docet : Pri- Candid, mum, si sermo sit de pœna damni quam de facto patiuntur damnati, quo pacto importat perversam eorum voluntatem in malo obstinatam, nec non consummatam inimicitiam cum Deo, neutiquam posse hominem justificatum, reum manere æterni supplicii sed >o ipso quod adeptus fuerit culpæ absolutionem, manet expeditus et deobligatus a pœna æterna. Si vero fuerit locutio non de hac pœna æterna, quam fides docet; sed de pœna æierna in communi, quomodo

praescinditur ab ilia perversa voluntate, et ipsam comitantibus, et solum importatur inflictio pcpnm ex parte Dei, ut supremus dominus eat creaturæ. In hoc, inquam, sensu affirmat secundo non repugnare hominem justificatum in internum puniri. Tum quia potest Deus utendo supremo dominio hominem justum, sive peccaverit, sive numquam deliquerit, æterna beatitudine in aeternum privare, imo et quolibet vehementi dolori, aut supplicio eum adigere. Tum quia mala culpæ, et pœnæ sunt duo mala creaturæ rationalis, et satis divers» rationis inter se t et non apparet ratio quare unum non possit absque alio permanere, quantumvis per se loquendo connexa sint, et unum alterum supponere videatur.

Alia sententia Logo.

Lugo disp. 8, sect. 2, num. 70, absque distinctione ulla tenet, dimissa culpa, remanere posse de potentia absoluta reatum pœnæ æternæ, qualem de facto patiuntur damnati. Et si rationem ab eo quæras ea est Nam in pœnam peccati venialis solet Deus de facto negare homini auxilium efficax ad resistendum gravi tentationi, praevidens consensurum in illam. Cnr ergo non similiter posset Deus de potentia absoluta remissa culpa mortali, punire hominem pœna æterna qua'em, et quantam patiuntur damnati? Huic etiam homini posset denegare auxilium sufficiens, quo posset resistere gravissimæ tentationi blasphemandi contra Deum ita acriter ipsum puniente. Quo in casu laberetur abs dubio in eadem fere peccata, in quæ erumpunt damnati, et licet ob ea non puniretur, quia non essent hominis viatoris; esset tamen ob illa inimicus Dei, exosus, et illi infensus, et simul obstinatus in malo. Esset ergo in omnibus similis damnatis, qui in hac providentia illis cruciatibus sunt addicti. Tmo (addit) de facto fortasse Deus aliquando remissa culpa mortali, negat adhuc alicui auxilia uberiora, vel efficacia ad resistendum tentationi alicui gravi propter peccatum præteritum. Cui sententia tam mordicus adhæsit, ut eam inculcet disp. 24, sect. 1 et de Incarn. disp. 5, sect. 7, n. 157 et disp. 26, sect. 3, ubi idem sustinet non solum quando fit remissio per condonationem extrinsecam , verum et quando in ea infunditur gratia sanctificans.

Ripalda.

Quam etiam sententiam ita ample, et absolute acceptam amplectitur Ripalda lib. 4, de ente supernaturali disp. 91, sect. 5, n, 44, et probat primo ab exemplo culpæ venialis , quam potest Deus condonare, quin remittat pœnam temporalem ei cor-» respondentem. Secundo ex eo quod in humanis accidit, ubi remissu multoties injth ria, noq remittitur pœna ox justitia debita, sdd remanet a judico infligenda. Tertio (et aptiori) quoniam culpa duplex inducitur obligatio, alia odii, et inimicitiae divinæ; alia vindictæ, et pœnæ sustinendæ, quarum altera ab alia separabilis est; ideoque amota culpa, non ideo amoveri censenda est pœnæ obligatio, utpote quæ diversas conditiones exigit ad sui permanentiam. quas non postulat culpa. Poterii erga Deus homini culpam dimittere, quin ex eo ipso compellatur relaxaro debitum æternæ pœnæ.

Vera .sentett-lii.

183. Neutra tamen harum sententiarum prout a suis Authoribus proposita veritatis scopum attigit. Quare asserendum est non posse adhuc inspecta Dei absoluta potentia remitti homini peccatum, quin simul condonetur reatus pœnæ æternæ. Quam assertionem ut propriam D. Thomæ amplectuntur ejus discipuli, Soto in 4, dist. 15, q. 1, art. *i,* licet in oppositam etiam inclinet. Capreolus in 1. dist. 17, quæst. 1, Coquetins lib 1, de Gratia disp. 3, cap. 2, conci. 2, Aversa q. 3, de Pcenitent. sect. 10, conci. 2, Sarra 1, 2, quæst. 113, art. 2, dub. 4, Montesinos 1. 2, disp. 33, quæst. 7,§ 2, Labat, de Pœnit. disp. 1, dub. 5, § 2, Prado ubi supra. Et ex extraneis Vasquez, de Pœnit. disp. 88, art. 1, dub. unie. Turrian. de Pœnit. disp. 12, dub. 2. Oviedo 1, 2, tract. 9, controv. 6, punct.4, pro se referens Scotum, Gabrielem, et Medinam.

Soto. C»pre«-lesi. Co ,w-ties. Aversa. Seni. Montes-DOS. Labat. Pr»do. VaiqiH. 'fomv DSS. Oviedo.

Probatur primo ratione D. Tpomæ in 4, dist. 17, quæst. 2, art. 3, quæstiunc. 1, ad 4. Pœna, quæ inseparabiliter est annexa Dei offensæ, nequit per ullam potentiam inveniri cum remissione ipsius offensæ ; sed reatui pœnæ æternæ est inseparabiliter annexa Dei offensa : ergo nequit per ullam potentiam inveniri cum remissione ipsius offensæ. Consequentia est legitima, Major præterqua quod est D. Thomæ loco citato, videtur per se nota ex ipsis terminis; nam sicut offensa est inconjungibilis cum non esse offensæ, seu, quod idem est, cum remissione ejusdem ; ita pœna cui est inseparabiliter annexa offensa, nequit subsistere cum remissione ipsius offensæ. Minor etiam constat ex eodem D. Tboma ibi : nam pœnæ infernali inseparabiliter est annexa separatio a Deo tanquam ab ultimo fine creaturæ rationalis : sed ratio offensæ consequitur

consequitur infallibilior ad aversionem a Deo tamquam ab ultimo fino creaturæ rationalis; ex eo quippe quod homo se avertat a Doo tamquam ab ultimo fine, Deum graviter offendit ; prgo rpatui ptpnæ æternæ inseparabiliter est conjuncta Dei offensa.

EJtt-fise. 184. Respondebitur forsan reatui pœnæ æternæ inseparabiliter quidem conjungi Dei offensam, quæ aliquando fuerit; non vero quia inseparabiliter sit, aut qsse debeat cum ipsp reatu. Quod erit dicere ad luendam prædictum pœnam, et incurrendum ejus reatum sufficere hominem aliquando peccasse, quantumvis peccatum illud supponatur quoad culpam seu maculam remissum.

filor. Sed hæc responsio facile prosternitur manifestando contradictionem in illa implicitam. Quia culpa non remittitur nisi per gratiam; *cum enim* (inquit D. Thom. in hac quæst. 86, art. 2), *peccatum sit Dei offensa, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam, et offensa autem directe opponitur gratiæ,* et ideo implicatorium est hominem esse in Dei gratia, et simul obnoxium reatui pœnæ æternæ : ergo ut prædictus reatus salvetur non sufficit hominem aliquando peccasse, sed requiritur, quod ejus peccatum non sit dimissum. Consequentia patet, quia reatus ille non consurgit ex peccato, quod aliquando fuit præcise, alioqui reperiretur in anima D. Petri, et aliorum Beatorum, qui aliquando lapsi fuerunt; sed provenit ex peccato non remisso per Dei gratiam. Antecedens vero, in quo est difficultas, probatur : quia ut statuimus In tract, de Gratia, disp. 4, dub. 2, conci. 1, et 3, gratia ex prædicatis intrinsecis absque ullo alio favore extrinseco, constituit hominem filium Dei adoptivum cum jure ad gloriam, juxta illud Pauli ad Rom. 8, et ad Galat. 4 : *Si autem filius et hæres per Deum,* et alibi *si Filii, et hæredes.* A quo quidem jure inseparabilis omnino est condignitas ad beatitudinem, cujus semen est gratia, utpote formalis participatio divinæ naturæ. Reatus autem ad pœnam æternam fundat condlgnitatem ad carentiam, et privationem ejusdem gloriæ, utpote in qua consistit pœna æterna damni. Sed implicat idem subjectum pro eodem tempore esse dignum æterna gloria, ct simul dignum æterna pœna, simul fundare jus ad æternam beathudinem, et habere etiam jus ad illius negationem, et perpetuum exilium. Ergo implicatorium est esse in gratia post remissam culpam, ct simul adstringi reatu ad pœnam æternam.

Alia impugnatio. 18ò, Confirmatur, et explicatur : quia offensa fuqdatqr in aversion^ a Deo tamquam ab ultimo fine, ot impliqat dari aver? sionem prædictam, quin detur gravis Dei offensa ; vel alterutram absque alia permanere; alioqui vpl daretur aversio absque offensa, vel salvaretur offensa Dei sine aversiopa ab ipso, quorum quodlibet est a veritate alienum. 8ed reatus ab pœnam æternam tam intime conjungitur qum aversione, quam offensa cum eadem aversione, Ergo non minus implicatorium est permanere reatum prædictum absque peccato, quam quod permaneat offensa gravis Dqj absque aversione ab ipso. Cætera constant præter Minorem, quæ facile suadetur : nam reatus ille non est aliud, quam condignitas ad pœnam imbibita intrinseee in ipsa aversione, sicut vice versa jus ad gloriam nihil aliud est quam intrinseca condignitas grati» sanctificantis, qua fundat jus hæreditanum ad beatitudinem : sed condignius ad pœnam æternam intrinseca, et essentialis est aversioni *a* Deo ; alioqui posset ali» quando honestari, et desineret esse peccatum, quod est falsissimum, et minime sustinendum : ergo tam intimus est reatus ille aversioni, quam sit offensa.

Major respotk sidnis eversio ex D.Thom. Confirmatur, et explicatur secundo ex eodem D. Thoma in præsenti art. 4, ad i : *Ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti, quia per gratiam tollitur aversio mentis a Deo simul cum realu pœnæ æternæ ;* sed in hypothesi facta esset vera remissio peccati : ergo non posset non infundi gratia, et reatus prædictus proscindi. Quocirca idemmet Angelicus Doctor in solat, ad 2, ejusdem articuli docet remissionem culpæ, et reatus ad æternam pœnam pertinere ad eam» dem omnino gratiam operantem; secus vero condonatio reatus pœnæ temporalis, D. Thomas. utpote quæ est effectus gratiæ cooperantis. Quod est dicere non esse donum, aut beneficium distinctum infundere gratiam, et remittere prædictum reatum, sed unum in alio includi : exeo enim atque semel Deus hominem ad suam gratiam admittat, sicut ei jus ad gloriam largitur, ita excludit debitum illa carendi, et in hac debiti exclusione amovetur reatus poenae perpetuæ. Esto tamen diversum foret beneficium, ut nonnulli volunt, ita unum annectitur alteri, quod inseparabilia sint, sicut inseparabilis est infusio gratiæ *a* remissione divinæ offensæ : *nullus enim potest esse simul dignus* Idem.

vita xtrrna, et morte æterna, ut inquit S. Doct. 2, 2, q. 24, art. 12. in argumento *sed contra.* Quod consonat cum doctrina articuii, in quo statuit S. Doctor non minus peccatum opponi gratia·, quam tenebras lumini Constat autem nulla potentia fieri posse ut sole illuminante, sint tenebrae, vel quod peccatum componatur cum gratia; nulla ergo potentia fieri valet, ut simul sit homo dignus gloria media gratia, et pœna aeterna medio illius rratu.

Refelli- Suirii opinio,

186 Unde facile est prosternere sententias suPra Γθ'41*3' ei illarum fundamenta convellere. Nam quod primus Suarez docel>at, non solum debet esse verum de pœna damni, quæ de facto datur, et importat perversam illam voluntatem obstinatam in malo; sed etiam de pœna in communi, quo pacto importat aversionem perpetuam a Deo, et privationem visionis beatificae. Quia remisso peccato, media infusione gratiæ, implicatonum est hominem non esse dignum gloria, seu visione beatifica : sed homo intrinsece dignus gloria nequit esse simul condignus carentia gloriæ : ergo nequit esse reus pœnæ damni : si quidem hoc ipsum e-t illum esse dignum carendi gloria ; esset quippe simul dignus, et iniignus eodem præmio, exueret, et

Diniitnr Suani mot|·

non exigeret pœnam æternam. Quam impbcationem non diruit inserta probatio : nam ea concessa, negatur Consequentia : non enim minus repugnat divinæ bonitati non diligere hominem sua gratia exornatum, quam divinæ veracitaii falsum approbare , aut proferre; utrubique enim splendet objectiva ratio cognitionis, et amoris increati. Quocirca semel atque homo acceptetur ad Dei gratiam, est intrinsece dignus benevolentia, et amore divino, subindeque longe abest a reatu pœnæ æternæ. In casu autem denegationis gloriæ in perpetuum, quod esse possibile supremo dominio Dei nemo ambigit, operaretur Deus supra exigentiam rerum, et condignitatem intrinsecam provenientem a gratia ut statuimus loco cit. de Gratia conci. 2. sed non ideo hominem ita exulem habere posset indignum gloriæ. quin potius dignum, et bene meritum eam obtinendi. Sicut e converso hominem peccatis obnoxium et pœna æterna diunum, in perpetuum sublevare posset a luenda pœna; m quo casu esset condignitas ad cruciatus, quin reipsa cruciatus ipsi homini obveniret ob extrinsecam Dei ordinationem. Defecit ergo Suarez a veritatis scopo in eo, quod non distinxit inter condignitaiem , seu exigentiam intrinsecam pœnæ, et ejus actualem inflictionem, sed pro eodem unam et alteram reputavit. Cum tamen longe diversum sit jus ad aliquam rem, et ejus possessio : quocirca stante jure, seu exigentia, per accidens, ab extrinseco, seu superiori aliter disponente potest consecutio impediri, sive debitum sit præmium, sive supplicium. El hoc moio se haberet Deus in illo casu, quo hominem justum a patria in æternnm exulera vellet : non enim illi dignitatem intrinsecam, et exigentiam gloriæ auferret, interim atque gratia ipsum non spoliaret, ut non spoliare supponitur; quamtnmvis impediret præmii consecutionem titulo supremi dominii. Et cum hac intrinseca condignitate non stat ullo modo reatus, seu condignitas ad pœnam æternam, quamvis eam pati ex Dei dispositione contingat. Concesso ergo illo Antecedenti, non sequitur intentum; si quidem reatus ad pœnam non est ipsa pœna inflicia aut infligenda, sed quid p'æcedens cum exigentia, et hanc exigentiam permanere cum gratia implicatorium est.

ETertil'ït

Ad secundam probationem concedimus esse illa duo mala, et culpæ, et pœnæ realiter separabilia, et ita de facto separantur in homine viatore. Cæterum malum culpæ, et exigentia pœnæ æternæ non duo, sed unum malum est coalescens ex utroque conceptu, quorum unus altero completur, ita ut primus intelligi nequeat, quin radicet secundum, nec secundus subsistat nisi ut complens primum. Et ne Gat vis in verbo, admittimus libenter ita duo esse mala, seu duos ejus lem mali inadæquatos conceptus, ut unus ab altero inseparabiliter remaneat, ad eum sane modum, quo ratio offensæest inseparabilis ab aversione a Deo tanquam ab ultimo fine. Et hoc sufficit ad veritat-m decisionis, quidquid sit de hoc vel illo loquendi modo ; in quo non est vis constituenda, dum constat de re. Dummodo ergo inseparabilitas prædicta salvetur; parum, imo nihil referre censendum est vel plura mala, vel unum dumtaxat concedere; plura quippe sunt realiter diversa, quæ tamen nulla potentia sejungi possunt ; sed ad positionem unius poni, vel auferri alterum necesse sit, de quo innumera suppetunt exempla, etomnium clarissimum est offensa passiva realiter se tenens ex parte Dei in prudentum æstimatione, quæ est realiter a privatione gratiæ diversa; cum tamen unam

sine

sine altera non sit adhuc divinitus reperire.

Céafata Isr <1»iu>0 ûfJiw- lis L f0.

187. Hinc quanti haberi debeant secundæ sententiæ fundamenta, manifestum redditur, quidquid sit de ejus probabilitate, quam aliis mittimus judicandam. Porro primum ejus motivum vel probat de facto peccatum quoad culpam remitti, irremisso manente reatu pœnæ æternæ, quod est inopinabile supposita doctrina Concilii Tridentini supra allegata, vel nibil omnino evincit. Si enim ex eo quod de facto in pœnam peccati venialis denegetur a D.-o auxilium efficax ad resistendum gravi temationi, recte colligitur posse culpam absque reatu dimitti; cum hoc reipsa in hac providentia contingat, ut supponitur; pari etiam ratione discurrere quis poterit in eadem providentia fieri etiam posse, ut culpa gravis dimittatur, adhuc permanente reatu ad pœnam æternam. Unde vel destruitur status præsentis difficultatis quæ procedit de potentia absoluta, et supponit aliter fieri de potentia ordinaria : vel si quæ estdisparitatis ratio, cur in hac providentia aliter fieri debeat, assignanda ei it ab ipso argumenti Authore, ethæc eadem inserviet sui argumenti solutioni. Et quidem peccata venialia de po - tentia ordinaria existere gratiæ certissimum, et fide sanctum est, cum tamen non admodum sit probabile de potentia absoluta posse peccatum mortale coexistere gratiæ. Qualiter ergo inferre potuit Lugo posse de potentia absoluta condonari culpam peccati gravis, quin condonetur reatus pœnæ æternæ illi connexus, ex eo quod de potentia ordinaria in pœnam peccati venialis denegetur auxilium efficax ad vincendam gravem tentationem. Latet profecto hæc connexio cui inniti debebat illatio, ut esset legitima.

Alia "iiio.

Rursus. Ut illatio teneret utcumque, sumendum erat argumentum a peccato veniali remisso, quoad culpam, non vero de peccato veniali irremisso. Sed in eo sensu retorquetur argumentum : nam peccatum veniale remissum non sibi vendicat, aut vendicare potest eam pœnam sed solum permanet luenda pœna sensus. Unde quando docent Theologi in pœnam peccati venialis denegari posse auxilia elficacia pro superanda gravi tentatione, intelligi debent de peccato veniali irremisso, seu non retractato ; non vero de illo, quod retractatum, et remissum est, de quo idem dicitur ac de peccato gravi remisso ; neutri enim debetur alia pœna, quam pœna sensus, ut quantum propriæ voluntati homo peccando induisit, tantum ei infligatur pœnæ, ac dolori». Sel in casu quæstionis supponitur peccatum grave remissum quoad culpam : non ergo remanere potent reatus, nisi ad pœnarn sensus temporaliter luendam, ut constat ex ipso exemplo peccati venialis quoad culpam remissi.

.pi'.I

Valde falsa ostenditor.

188. Nec sustinendam credimus probationem appositam de negatione auxilii sufficientis, qua posita nec posset homo vincere tentationes insurgentes blasphemandi contra Deum, nec etiam vitare gravissima damnatorum peccata. Nam aliud est, quod in pcenarn peccati nondum remissi infligere possit Deus quamlibet vel acerbissimam pœnam, quod nemo it inficias : aliud vero quod in pœnam peccati remissi, ex justitia possit Deus æternis cruciatibus hominem adigere, quod est falsum, et nulla ratione probabile. Semel enim atque ad suam grat am hominem peccatorem admiserit, sicut iste transii de esse peccati ad non esse illius, et de non esse justum Dei, ad esse et amicum justum et amicum, ita acquirit novum jus ad gloriam, et extinguitur jus alterum, quo obstringebatur ad pœnam. Quare operaretur Deus contra justitiam pœnam illi infligendo, quem sua gratia immunem a pœna reddiderat. Ut enim inquit D. Thom, in 4, dist. 46, quæst. 1, ari. 2. *Luto non est magis debitum, guod ex eo formentur vasa nobilia, quam ignobilia.* Et ex hoc capite quidquid Deus in creatura fecerit, et cui parti eam addixerit, justum est ex parte Dei, et nulla est ratio conquerendi ex parte creaturæ. *Sed cum ex luto formatum est vas nobile,* (uti fieri constat, dum ex peccatore redditur homo sanctus, et amicus Dei/, *nobilitati illius vasis est debitum, ul ad usus convenientes deputetur. Similiter quod Deus talem creaturam producat, qualem voluerit, indifferens est ad rationem justitiæ. Sed quod aliqua creatura producta ei attribuatur, quod illi naturæ competit, hoc ad ejus justitiam perlinet, et contrarium ejus justitiæ repugnaret.* Cum ergo homini illi fuisset remissum peccatum, et infusa gratia, qua jus sibi esset in gloriam, non posset Deus juste illi infligere i lam poenam. usque in æternum, nec similiter ipsi imputare peccata ob inculpabilem defectum auxiliorum sufficientium. Sed si quid esset defectus, reduci deberet in carentiam auxiliorum sufficientium, imo et in ipsum Deum, a quo dumtaxat esset non observare præcepta, tentation bus succumbere et nihil boni moralis agere, ut pote qui inculpabiliter negaret homini justo

D.Thom.

anxilia sufficientià Hecessaria. tlrtdé falsum ëst, èt fion nisi divinando ptoferri dignam, dé facto remissa culpa mortali in pœndm peccati temissi, ddhegare Deum atiiilia uberiora ad bene operandum. Si enim i emissum est peccatum quoad ctilpim, eo ipso condonata ihteiligutitui·, qua* culpam ip*am comitantur, excepta pœna sensuS, quæ purganda relinquitur, ut ordo justitiæ servetur juxtà âüpra dicta.

Conveh lunïnr aha mouva5,

189. Motiva vero, quæ pro eadem sehlehtia. congessit Ripalda eadem fere sunt cum praecedentibus, et facillime dispelluntur. âti *primum* Conceditur Antecedens, et iiegatur Consequentia, cujus dispàtitalem assignare, tenetur ipsemet arguens, siquidem de facto iremissa culpa veniali, non semper dimittitur binhis pœilà sétisus pro èo débita, Sèd aliquid hiehduffi, et purgandum relinquitur ; cum tameh nihil teàtùs pœnæ æternæ manéàt post condonationem culpæ gravis. Alia ergo debet esse ratio poena- æternæ, ac temporalis, quæ constat ex dictis.

Secundum êtiam probat de facto remitti debitum pœnæ æternæ homini justificato, si quidem in humanis remissa injuria, adhuc superesl sustinendum supplicium. Ratio ergo disparii atis ab omnibus tradenda est, et omnium optima assignatur A D. Thoma art. 3, hujus quæst. ad 4, quia debitum extprioris rei ut puta pècuniæ, vel eliam supplicii non coritrariatur amicitiae humanæ, nec ista tribuit jus non solvendi debitum vel amico, vel homo communi; ob quod sumi debet vindicta a malefactoribus; ideoque post initam cum offenso amicitiam, adhuc superest luenda pœna, vel solvenda pecunia. Unde idemmet S. Doctor supra quæst. 69, art. 2. ad 3, inquit : *quod in panis, qux judicio humano inferuntur, non solum attenditur, qua pana sit homo dignus quoad Deum, sed eliam in quo sit obligatus quoad homines, qui læsi, el Scandalizati sunt per peccatum alicujus Et ideo licet homicida per Baptismum liberetur a reatu pœnæ quoad Deum, remanet tamen obligatus adhuc quoad homines, quos justum est ædificari de pana, sicut scandalizati sunt dc culpa.* At vero amicitia divina importat mutuam redamationem ex parte Dei, et creaturæ. et huic præsiat jus in visionem beatificam, seu gloriam sempiternam; cum quo jure non stat, quinimo implicat reatus pœnæ æternæ, in quo includitur exigentia carendi in perpetuum gloria, ut ostensum est.

D. Thomas.

Ad *tertium* constat ex dictis : natn témissio culpæ, et pœnæ æternæ sicut est effectus ejusdem gratiæ operantis, ita est idem indivisibile beneficium. Esto tamen esset diVersum non idcirco separari possent, sedsibimet Deus necessitatem imponeret uhum sitnbl cum altero elargiendi, et consequenter vel neutrum, vel utrumque debetet impendere, ut constat exemplo machlæ, et offensæ jam adducto.

Qsi,i

190. Convenit ergo inter relatos Authotes, et discipulos D. Thomæ in eo, qtiotl possit Deus utendo supremo dominio créa- *utu «* luram quamlibet perfectissimam in perpetuum à sua gloria excludere citra iiilam ejus injuriam ; huilum quippe jus creatum est, quud prævaleat, aut præValcre possit juri supremi dominii Dei, ratione cujus pto libito potest qualibet creatura Uti, eam in nihil redigere, vel quaqua versum ifivertefe. Et Consequenter loquendo etiam asserimus posse similiter vel innocentissimum quemque æternîs addièére cruciatibus, si præscindatui·, ut praescinditur a legibus in hac providentia constitutis, et in Scripttirà fevelatis : siquidem supfa potentiam naturalem inest cuilibet creaturæ potentia obedientia! is, qua subditur Deo, ut ubi, quando, el quomodo 'voliietit de creatura âd nutum disponat. Cæterüih facta suppositione, de infusione gratiæ, et remissione culpæ, sicut non est auferibilis condignitas, et éxcellentià gratiæ, gïatia non destructa ; ita nequit Deus facete, ut anima gratia ornata non sit dignà gloria, consequenterque indigna pœna æterna. Casu autem quo innocenti Deus poenam æternam infligeret, non ideo discurrendum est de illo, ac de cæteris damnatis, ut affirmabat Lugo : sed vice versa, sicut traditur de animabus Purgatorii, quæ ita cruciantur, ut non peccent, imo nec peccare possint. Et solum staret differentia in eo, quod illi animæ nulla inesset spes flagella evadendi, quia perpetua. Et ratio cohgruentior apparet ex eo, quod supposita éjus innocentia ad Dei providentiam expèctaret conferre auxilia ad tolerantiam tormentorum necessaria : ne si absque culpa deficeret, omissiones refunderentur in Denm tamquam in specialem causam illius creaturæ. In nullo quippe statu collocari aut imaginari debet creatura rationalis, in quo ejus defectus morales refundi debeant in Deum ut specialem illorum authorem : refunderentur autem casu, quo animæ ilii ex una parte gratæ, ex alia vero acerbissime

afflictae

afflictæ Detis denegaret omnia auxilia sufficientia ad fideliter sdstinen Itrin necessaria abfcqud ulla sua culpa. Qtiare vel dicendam in illo statu non posse peccate ob defectum auxiliorum sufficientium ; vël si peccaret, non in ipsam, sfed in Deum qrii illi esset causa pëccaridi, tbturti ffegotidfn foret reducendum. Quod est impossibile. Est ergo rationabilius! ddm iri illa hypotltesi pdfpettiO Purgatorio absque culpa ëxtitnram dicërë, quarti àsSérëre peccaturam dt simul Spoliandam omnibus auxiliis sufficientibus} quod est COhtradiCtiOnibfls plenum, et mirius cortSofltiifl Dei Sanctitati, ac providentite, ex qria impossibilia nec jubet, nec jtibere potest, sed jubdudo fooflet, et facëre qtiod posds, *ei* pëter'e qub*d flon possis, et àdjuvàt, ut possiS; tit fides docet.

ilbium fcleus

I9f. Pro coronide fltijus disputationis inquirendum erat ; an saltërri dè poténüà absoluta possit obtineri peccatOftim rëmissio absque formali, et éXpressa Ptêriitentid? sed hujus difficultatis déCisiof cdristat ex strpra diCtis, riechon ex trdctattf dé jtistificàtiOne disp. 3, dab. 2, ubi ëàm êx pfofesso discussimus, ët assdtuimtis iffà inspecta potëiitia, non ësdé ïlëcessafium aliquem peccatoris actum pïo rtanciscendàjùstifîcatione, sëd sùfficefé gratiae| infusionem absque dlla praevia, aut Comitantë dispositione. Et gtiid gratia Saùciifîcarite pulluiânt virtutes süpeftiâtufàléS adiûsiàr prO'priétatufn lîliuS, iri eaqüé* tàfriquàïfl in radice contincritüf, (iritër qüds post Virtu tés Theologicas fiOri ifififiriïum locuùï tëtiet Pœniteritid, de quo supra ad firiëiri èupérîôïis dispùtalionis ;) idcirco distinguenda est formalis Pœnitentia in actualem, et habitualem, et asserendum absque illarum ülla posse fieri justificationem. Absque actuali quidem, ut statuimus loco citato de justificatione; absque habituali vero,- quatenus de potentia absoluta potest homini infundi sola gratia, quin infundantur virtutes illi annexæ; hoc enim ex nullo capite repugnat : quia licet virtutes aliquæ essentialiter dependeant a gratia; non est tamen ratio asserendi gratiam essentialiter pendè're ab ihfusiorie virtutum : quia prius in quantum prius non dependet â posteriori : sed gfatià ita ëst prius virtutibus, quod solum pendet ab illis a dispositionibus, titi a proprie'fatjbrts dependet essentia. Ergo cum potentia absoluta Del non ïigëttif ad dfeptfdtrOries subjecti, nulla est ratio negandi po^se infnftdi patiam horiiini peccato fl absqtié ulla pténitentia formali; sive actuali sive habituali. Si vero Pœnitentia stimfttaf commtlnius pro formali,- aut virtudli, seu irt radice ex se proxima, qualem esse diximus grâtiain sanctifiearitérti; dlééridum est fieri non possé prffcdictam fefliissionefn abSque Pœtiitaniia saitend virtuàli, aut æquivalenti, qttalis est ipsa gfatià sanctificans, ut Constat ex dictis jft eadem tractatu dé justificatione disp. 2, dub 2, §. 4. Übi asSéPéimus impliëàré cOntradictionëifl destrui pèccatuttï habituale ab?qde infusîemé gratifie sanctifi- àntis.

Alterius dubii decisio.

192. Poiëfat ëtiam scisèitafi î An pdst tiactâm jüsiificationém maneant in êodem hOfliiné hdbinis vitiosi p'ræc&ientibùs actibus comparati ? Vel sifflai tum peccato dis'parëdnt? Cui difficultati p ë< ë Sàtièfecîrnus tract, de peccatis disp. I, pèr aliqua diibia, ubi Cxplicuirims, qtiæriam sii contrarieras inter Virtutes, et Vitia qualiterguo ista Curti illis cohæreant. Quocirca ab ea iit præsenti sügei-sédëmtis, ut devehiatnuS ab quæst. sequëfitéiri, Séd prius adnotdndum, quod irt articù'10 hùjtis questionis qrtintd dgit D. Thomas dé réiiquiis peccatorum, rertïafiéütibus po?t adé'ptàm gratiam, et reriiissam ctilpafn. Circa qtiëm nîhil sé Offert discussione digntim sed sufficit ipsa littera textus. Èt quia irt solutione ad *i* docuit Sanctus Doctor Déüm fotum fto'îriîriem péffëcte cüraré, quandoguë subito', ut C'Ôüstât dé Sôcfu D. Pétri Lilcfè 4. qtiàndo'qdë Stic'·ëëSSivë, Ut dé cæco iffumiriâtO diêîtûr Marc. 8, Quod dpplicât rtiediëiùæ èp'iHtüàfi iri qtia mùltOties, (et é'st frë'güê'ntius) media sua gràfîà paulatirh gràditür, et de îhperfectô' pëfvén'it àd péiféctum, idéoqùé' iïOn solum remanet reatus pœnæ temporalis, sed etiam permanent féiiqùiæ peccati êxpurgandæ. Aliquando vero tanta gratiæ copia movet hominis voluntatem, ut instantanée, ac subito perfectam nanciscatur sanitatem spiritualem, ut patet de Maria Magdalena Luc. 7,

Suarii dubitatio.

Hiesisse tamen videtur Suarez iri comment. ad prædictum articulum circa veritatem illius solutionis : nam etsi fere certum sit, et magna cum probabilitate assertum non solum peccata, sed et pœnæ reatum fuisse Magdalenæ dimissum, ut suadere videntur circumstanti® ibi relatae, et non parum fulcitur ex illis verbis : *Remissa sunt ei peccata multd, quid dittell nuliutn, Vdde in pace.* Non est tamen ita certum, et undequaque exploratum; ablatos fuisse habitus pravOs, pràvaquëphantasmata, et alias dis-

P·
P

positiones, nec ita clare colligitur ex illo loco, sed pio credendum relinquitur.

Dispciii- Hunc tamen scrupulum procul abigendum demonstrat Martinez de Prado in præs. dub. 8. postD. Thomam referens D. Joandub. Chrysost. pluribus in locis. S. Ephrem Pairom Syrum. D. Gregorium, D. Augustinum, deiesi-3 Petrum Gellenst-m, Vincentium Ferrerium, Λ0' ?· et alios ita docentes, et inferentes ex præîenæ3 dictis verbis perfectissimum transitum ab renova- statu peccati ad perfectissimam, et uberl!Oae' mam sanctitatem, qua major nulli præter Virginem, et Apostolos fuit concessa, imo et Apostolis ipsis, quodammodo eam praetulere D. Thomas, eiD. Vincentius Ferre. Quod fieri non posset, si non ab omni peccati rubigine fuisset purgata, et omnis prava disposito non esset depulsa : quocirca inter alios egregie commendat, et explicat ejus eximiam transmutationem Mellifluus

Jo*ark)er" ®octor senn· in Cantica, *Non libi* (inquiens) *ille locus vilis, aul despicabilis videatur, ubi sancta peccatrix peccata deposuit, induit sanctitatem, Ibi Elhiopissa mutavit pellem, et in novum restituta candorem, jam tunc fiducialiter veracilsrque respondebat exprobrantibus sibi verbum, nigra sum sed formosa filix Hierusalem. Miraris quanam in arte potuerit, vel quibus obtinuerit meritis? Paucis accipe. Flevit amare, el de intimis visceribus longa suspiria trahens, salutaribus intra se succisa singultibus fellis humores evomuit.* Quo enim vehementior est charitatis ardor, eo celerius consumit nedum peccata, sed et peccatorum reliquias, ac pravas inclinationes. Constat autem vehementissum fuisse Charitatis ardorem,quo flagravit peccatrix illa, ut testantur Christi verba : *Quoniam dilexit mullum.* Ergo nedum extinxit peccatorum flammam, se<l et u>quead cineres ipsos absumpsit, nec vesti· g o illorum permanente, ita ut jam non ip-a, sed altera videretur, uti scribit sanctus Laurentius Justinianus in festo ejusdem s ta" Magdale.iæ : *Accessit namque ad medicum ergra, el recessit sana; erat quippe ipsa, sed* aSI· *altera : per essentiam ipsa, et per graliam altera : in melius illam reformavit gralia, quam natura condiderat.* Ideoque S. Petrus Cnrysolog. transmutationem illam baptismo comparavit serm. 93. ubi ita ait : *In peccatricis caput purgandis criminibus refiuebal, ul suo fonte mulier in novum baptisma suorum dilueret illuviem peccatorum.* Bene ergo intulit D. Thomas non tam ut pie ere· D· TtM>* dendum, sed absolute dimissa illi fuisse non so um peccata, sed etiam et omnem pœnæ reatum, et peccatorum reliquias. Undent ob-ervat Nuno ad hunc articulum, qui negaret peccatorum remissionem illi factam, foret hæreticus, utpote contradicensEvangeho, et verba formalia Salvatoris inania reddens. Esse vero temerarium, imo et erroneum, aut errori proximum affirmarenon fuisse illi condonatum quemlibet pœnæ reatum, ut pote adversum sacrorum Doctorum, er omnium fidelium communi sensui. Qua etiam censura inuri po.-set, qui doceret aliquas peccatorum reliquias purgandas remansi-se; quippe quod nullum fundamentum habet in Evangelio, aut SS. Patribus, quin potius oppositum satis testantur illorum verba, et moins absolutus loquendi absque ulla discretione inter pœnæ reatum, et peccatorum reliquias.

QUÆSTIO LXXXVI1

De Demissione venialium peccatorum in quatuor articulos divisa.

Deinde considerandum esi de remissione venialium peccatorum, el circa hoc quærun tur quatuor.*

ARTICULUS 1.

Utrum peccatum veniale possit remitti sine Pernitentia?

Ad primum sic proceditur· Videtur, quod xcuiale peccatum po«sit remitti sine pœnitentia. Pertinet enim, ut supra dictum est, ad rationem vene pœnitentiæ, quod non solam homo doleal de peccato praeterito, sed etiam proponat cavere (Je futuro. Sed sine tali proposito peccata venialia dimittu itur, cnm certum sil, qaod homo siue percaiis venialibus præsenlem vitam ducere non potent. Ergo peccata venialia possunt remitti sine Poenitentia

Præterct. Pœnitentia non est sine actuali displicentia pacatorum. Sed. peccala venialia possunt dimitti siae di p|icentia ac uali eorum, sicut patet in eo qui dormie is occideretur propter Christum. Statim enim evolare . quod non continuit manentibus peccatis venialibus : eren pwrata vetralw possunt remitti sine panit^ntia.

Pneterea. Peccata venialia opponuntor fervori charitatis, ut in secunda parte dictum est. Sed unum oppositorum tollitor per aliud. Ergo per fervorem charitatis, quem contingit ense sine actuali disp icentia peccati venialis, fit retmsHO peccatorum venialium.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro *de pw litenlia, qu®* quotidie agitur in Ecclesia propeccilis venialibus : Qu® fru4ra esset, si sine pœnitentia peccata ve lialia possent diinitH. Videtur ergo, quod peccata venialia non pownt sine pœnitentia dimitti.

R—pondeo dicendum, <|tiod reuinsio culo® (sicut dictum est) iit per conjunctionem liоinm s ad Deum, a quo aiiqualiler separat culpa. S d hæc ('paratio perfecte quidem lit per peccitum mortale, mens a Deo omnino avertitur, ni po e coiiTa charitatem agens : per peccatum autem veniale retaokrur a tectus hominis, ne prompte in Deum feratur. Et ideo utrumque peccatura per pœnitentiam quidem rem ttitur, quia per uirumque deonlinatur volu tas homini r-cr immoderatam conversionem ad bonum reatum Sicut enim peccatum mortale remitti non potest, quandiu voluntas pecca o adbæret, ita etiam nec peccatum veniale : quia manente causa manet etfectas. Exigitur autem ad renvssionem peccati mortalis perfectior pœnitentia, ut scilicet homo actualiter pecca tum mortale commissura detestetur quantum in ipso est : ut sci'icet dilig ntiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur. Sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccatorum. Non tamen s illicit habitualis displicentia qu® habetur per habitum charitatis, vel pœnitentiæ virtutis : quia sic chantas non compateretur peccatum veniale, quod natet esse falsura. Unde sequitur quod requiratur quredani virtualis displicentia : puU cum aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum et res divinas, ut quidquid sibi occurreret *quod eum* ab hic motu retardaret, displiceret *ei, et dolerel se hæc commisisse,* etiam si actu de illo non cogitare Quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita, post diligentem inquisitionem.

Ad primum ergo dicendum, quod homo in gratia constitutus, poiest vitare omn a peccata mortalia et singula : potest etiam vitare singula peccata venialia, sed non omnia : ut patet ex his, quæ in secunda parte dirta sunt. Et ideo pœai.entia de peccati» mortalibus requirit, quod homo proponat abstinere ab omnibus et singulis peccatis morlalibus, sed ad poenitentiam peccatorum re-ialiam requiritur quod homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus : quia hoc infirmitas hujus vitæ non patitur. Debet tamen habere propositum se prmparandi ad p-ccata venialia minuenda, alioquin tssct ei periculum deliciendi, cum desereret appetitum proliciendi seu tollendi impedimenta spiritualis profectos, quæ sont peccata venialia.

Ad secundum dicendum, quod passio pro Christo suscepta (sicut supra dictum est) obtinet vjm baptismi, et ideo purgat ab omni culpa et veniali et mortali, nisi actualiter «olonlatem oeccato invenerit inhærrentem.

Ad tertium dicendum, quod fervor charitatis virtualiter implicat displicentiam venialium peccatorum, ut supra dictum est.

Prima conclusio : Nullum peccatum ncc mortale, nec veniale potest remitti, quandiu peccatoris voluntas illi adhæret.

Secunda conclusio : Non sufficit ad abolenda peccata venialia habitualis displicentia mediis habitibus charitatis, et Pœnitentiæ.

Tertia conclusio : Requiritur, et suflicit displicentia vel formalis Pœnitentiæ, vel virtualis charitatis.

1. In hac quæstione pergit D. Thomas explicare effectum Pœnitentiæ ex parte peccatorum venialium, quorum extinction! (licet minus principaliter) inservire perspicuum est inter Catholicos ; quidquid sit de modo, quo ille expellat, in quo non modicam variant Theologi. Porro quæ huc spectare videbantur, elucidata manent, tract, de Justificat, disp. 2, dub. 8, et

tract, de Sacramentis disp. 10, dub. 2. Ubi data opera sermonem instituimus de remissione venialium, et quam mutationem requirat, diversis assertionibus explicuimus. Quocirca in præsenti ab excitandis difficultatibus ibi decisis, abstinendo, solum litteram D. Thomæ considerabimus, et appingemus consonantiam doctrinæ traditæ in præsenti a S. Doctore, cum ea quam ibi expendimus, et latius prosecuti sumus.

2. Quæ autem sit differentia essentialis peccati mortalis a veniali, declaratum est tract, de Peccatis disp. 19, dub. I ; et quam maculam veniale relinquat in anima, exposuimus loco citato de Justificat. Conveniunt igitur quoa l sui remissionem peccata mortalia et venialia in eo, quod petunt mutationem intrinsecam voluntatis, qua transferatur de malo in bonum. Quod docet prima hujus articuli assertio, et ex communi, ac fere certa Theologorum sententia statuimus ubi nuper g. quin opus sit in ea ulterius stabilienda diutius immorari. Hæc autem voluntatis mutatio debet esse talis quod possit eam avertere, et reipsa avertat ab objecto illicite, seu inordinate prosecuto. Quod enim obliquum est, et a rectitudine declinavit, nequit ad rectitudinem deduci, nisi deposita obliquitate, ut sensibiliter monstratur experientia. Sed peccatum veniale importat deordinationem et obliquitatem a rectitudine rationis, alioqui peccatum non esset. Ergo nequit voluntas ab eo averti, nisi inclinetur in pariem oppositam, a qua declinavit. Avertitur autem media remissione. Ergo ad eam necessaria omnino est inclinatio voluntatis, quæ sit opposita inclinationi ad malum : aliter namque tam obliqua, ac deordiuata maneret voluntas post remissionem, ac erat ante illam, et sic peccatum esset, et non esset remissum. Quæ est ratio D. Thom, in 4, dist. 16, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. 1. Cum ergo constet ad hanc obliquitatem, seu deordinationem, non sufficere habitus infusos charitatis, et Pœnitentiæ; alias existons in gratia nec peccaret venialiter, nec gratia veniales defectus admitteret, quod est a veritate, et fide alienum; *Septies enim cadit justus,* Proverb. 24, relinquitur manifestum non sufficere ad destruenda peccata venialia solos habitus charitatis, et Pœnitentiæ. ut affirmat secunda conclusio, quam firmavimus loco citato *de* Justificat. §2, num 307. Qua certitudine idem di-

missione venialium requiritur mutatio intrinseca.

Per quam formam liat eorum remissio

al

cendura est de gratia habituali, et quovis alio dono intrinseco se habente per modum habitus ; nui um quippe est in hac vita, quod se solo ab intrinseco possit compescere voluntatem, eamque retrahere a leviter peccandi miseria. n:si recurratur ad providentiam Dei extrinsecam, vel ad aliquid aliud, quo peccatum leve vitari, aut excludi possit, ut constat in dono Confirmationis, in quo clarius urgere posset motivum oppositum asserendi. Quod adeo verum est, ut nec in Purgatorio deleantur venialia quoad culpam per ipsam gratiam consummatam habitualem, juxta expressam doctrinam D. Thomæ quæst. 7, de Malo art. 11 ad 9, ubi distinguens reatum pœnæ a culpa, seu macuia, ad hanc excludendam, excludit etiam ut insufficientia dona præcise habitualia, et aliam radicem assignat pro solutione pœnæ. quam pro
D.Tiiom. remissione culpæ: dicens : *quod remissio peccati venialis in Purgatorio quantum ad pernam est ex parte Purgatorii, quia homo patiendo exoleit, quod debet. Et ita cessat reatus. Sed quantum ad culpam non remittitur per pœnam, nec secundum quod actu sustinetur, quia non. esl meritoria, neque secundum quod recogitatur. Non enim esset motus charitatis, quod aliquis detestatur peccatum veniale propler pœnam, sed magis esset motus Umoris servilis, vel naturalis.* Quare pœna nec ut actu tolerata, nec recogitatu sufficit excludere maculam peccati venialis juxta mentem D. Thomæ, et omnium ejus discipulorum. *Remittitur ergo in Purgatorio veniale quantum ad culpam virtute gratis, non solum secundum quod est in habitu, quia sic compatitur peccatum veniale sed prout exit in actum charitatis deteslanlis peccatum veniale.*

^3ctu$°S bæc est tertia hujus articuli asser-
deleaotur tio· Cujus ratio est : quia forma destruens
venialia, culpam adhuc venialem debet esse incompossibiiis cum eademmet culpa, ut cie se patet; non enim eam destruere posset, si cum ea incompossibilis non esset : sed tam actus formalis Pœnitentiæ quam actus charitatis sunt incompossibiles cum peccato veniali : ergo illorum alterutro potest peccatum veniale remitti. Cætera præter Minorem constant, et hæc suadetur : quia actus formalis, et expressus Pœnitentiæ est vera contritio : sed contritio alicujus peccati est incompassibilis cum eodem peccato : ergo actus formalis Pœnitentiæ circa peccatum veniale est incompossibilis Cum ipso peccato veniali. Idem constat de actu charitatis : nam actus, in quo est virtualis, sed efficax detestatio peccati, est incompossibilis cum ipso peccato, cujus est efficax detestatio : se i in actu charitati» est virtualis, et efficax detestatio peccati venialis : ergo praedictus actus e»t incompossibilis cum peccato veniali. Probatur Minor, in qua est difficultas : quia peccatum veniale, licet non avertat, retardat tamen, et impedit, ne voluntas lotis viribus, et conatu feratur in Deum : sed per actum charitatis ita afficitur bomo ad Deum, ut ipsi penitus displiceret, quidquid ei occurreret, quod ipsum retardare posset, et de eo doloret, si memorize occurreret : ergo in prædicto actu charitatis invenitur virtualis, et implicita venialis displicentia. Gum enim effectus peccati venialis sit retardare hominem, ne accedat ad Deum ob adhæsionem ad bona temporalia; et hic effectus tollatur medio actu charitatis, quo intimius conjungitur anima Deo; fit consequens non posse non auferri peccatum veniale, cujus virtualis fuerit displicentia.

4. Nec inde inferas (surgentem replicaro praeoccupamus) quolibet actu charitatis, aut contritionis omnia venialia deleri posse, sicut quolibet eorum omnia lethalia extirpantur. Ratio enim differenti® est, tum quia ut docet Angelicus Præceptor sol. ad 1, homo potest, et tenetur omnia et singula peccata mortalia detestari; nou tamen tenetur, nec potest vitare omnia venialia; quapropter non est necessarium quo ibet actu vel Pœnitentiæ, vel charitatis auferri omnia venialia, sed dumtaxat illa, quorum fuerit formalis, aut virtualis displicentia. Tum etiam, quia juxta eandem Praeceptorem Angelicum quæst. 7, de Maio arc. 11 ad exclusionem venialium oportet, *quod tollatur impedimentum per* D.Thcs.
aliquem fortem impulsum, repugnantem, impedimento, quod erat oppositum ex obice venialis, ex quo mansit voluntas temporalibus adhærens. Constat autem non quemlibet actum charitatis. aut Pœnitentiæ esse ita vehementem, ac fortem, ut penitns avellat a voluntate omnem, et quamlibet inclinationem, aut adhæsionem ad bona temporalia. Non ergo quilibet actus sufficit ad ea penitus extirpanda. Sed necessarii» omnino est actus ferventissimus, qualem fuisse in Magdatena supra diximus, vel alium similis intentionis, cui non convenit elici ex viribus communibus gratiæ. Qui sane quoties datur expellit omnia venialia; siquidem horum remissio non est, unde impediatur, nisi quatenus mens vel fonnaliter, vel virtualiter actu adhæret bono creato absque subordinatione actuali ad ultimum finem : per actum vero vel charitutis, vel Pœnitentiæ ferventissimum eradicari potest quælibet aut formalis, aut virtualis adhæsio ad bonum creatum : possunt ergo omnia peccaia venialia aboleri. Atque ita docent communiter discipuli D. Thomæ, quos dedimus loco citato.

W n.'pa wali, unere ; iX15 ad

5. Si autem inquiras, an peccatum veniale remitti possit quoad culpam, quin etiam remittatur quoad pœnam illi debitam ? Respondetur affirmative, tum ex D. Thoma art. 3, hujus quæstionis ad 3, ubi ait, quod non semper ac remittitur culpa venialis, remittitur ejus pœna : *quia sic qui esset immunis a peccalo mortali, aspersus aqua be?iedicla statim evolaret.* Quare ablata culpa, quandoque major, quandoque minor suppetit luenda pœna juxta majorem, vel minorem displicenti» fervorem. Tum etiam, quia in Purgatorio non semel dimissa culpa in hac vita, luitur pœna. Prieterquam quod in ipsomet instanti separationis animæ a corpore elicitur aclus ferventissimus charitatis, vel etiam Pœnitentiæ, quo omnia venialia quoad culpam delentur, ut est rationi conformius, et verior sententia docet; cum tamen non in eodem instanti solvatur pœna, sed diutius in ilio loco contingat animas immorari juxta ordinationem divinæ justitiæ. Unde
IT^. D. Thomas quæstione citata de Malo art. 11 ad 17, ait quod remissio culpæ non fit per pœnam, sed per usum gratiæ, quæ est effectus misericordi». Quod signum evidens est non ex vi ejusdem actus, quo aboletur culpa, amoveri etiam et pœnam pro culpa debitam, et constat a simili peccati mortalis, de quo supra. Et colligi-
b.'. Cttrnon leviter ex Concilio Trident, sess. 14, cap. 5, cap. 8. et Canon. 12, quatenus universaliter docet non totam pœnam simul cum culpa remitti. Sub qua universalitate venialia comprehendi concors est Theo ogorum sententia, ut testatur Prado abi supra § 2.

Assertionem itaque tertiam hujus articuli absolute sumptam, et præscindentem a modo remitten ii venialia intra Sacramenta, quam statuimus loco citato de Jus tificat. £ 3, iocent communiter discipuli D. Thomæ, ibi relati, et plures alii Palud. . ,-X in 4. dist. 16, q. i. art. 2, conci. 2, n. 26. Petrus Soto lect. 18. Martin de Ledesina, , %' I, p. Quarti, q. 28, art. 1, dub. 10. Cajet.

in præ». art. 2, tj *Ad horum evidentiam.* Nunno art, I. Arauxo art, 2. dub. 1. Ex extraneis liicardus, Argentina, Vasquez, Torres, Layman, Becan, Pesantius, Lorca, quos et alios refert, ac sequitur Martinez, de Prado ubi supra | 6. Quocirca prædicta assertio non tam opinio, quam vera, et fere certa sententia communi Theologorum calculo comprobata censenda est, eamque absolute certam profert Suarez sect. 3, η. 8, et solum invenimus, qui ei expresse refragentur, Alensem 4, p. q. 15, memb. Durandum in 4, dist. 16, quæst. 2, n. 9, quorum fundamenta diruimus loco citato. Ex quo constat quam certum sit extra Sacramentum nullius venialis fieri remissionem per actum alterius virtutis, quam charitatis, aut Pœnitentiæ, seu quod idem est, per formalem, aut virtualem Pœnitentiam, inclusum in ipso formali actu charitatis. Unumquodque enim tollitur per suum oppositum vel formaliter, vel virtualiter ut docet D. Thomas art. 2, et est per se notum : sed solus actus vel charitatis, vel Pœnitentiæ est oppositus aut formaliter, aut virtualiter peccato veniali : ergo dumtaxat alterutro horum actuum destrui potest peccatum veniale. Et si enim peccata venialia ex parte objecti plurima sint, et contra plures, imo omnes virtutes exerceri valeant, et ex hoc capite, per eas viderentur destruenda ; ex parte tamen effectus retardandi animam, ne prompte, ac fervide feratur in Deum ipsum anteponendo, ac super omnia diligendo actualiter, omnia impediunt charitatem, et eundem effectum præstant : ex ex hoc capite ad solam charitatem, et Pœnitentiam illi annexam pertinet specialiter adversari culpis venialibus.

Arauxo. soaréz. R5"£sio venia- fiam cramen- tam. kJ:

7. Est tamen difficultati obnoxium, an idem dicendum sit de remissione venialium intra Sacramenta? Et ratio dubitandi sumitur ex ipsa Sacramentorum novæ legis institutione, ex qua constat in illis conferri gratiam ex opere operato, et peccatorum, non solum lethalium, sed etiam illorum, quæ venialia sunt remissionem fieri, ut de Baptismo docet Concilium Tridentinum in decreto peccati originalis, sess. 5, canon. 5, in quo statuit, non solum peccatum originale, sed et totum id, quod veram, et propriam peccati rationem habet, per gratiam, quæ in Baptismate ex meritis Christi confertur, aboleri. Similiter de Eucharistia sess. 13, cap. 2, sancivit antidotum esse, quo liberemur a culpis

Dubium circa eorum remis- sionem iu Sacra- mento.

Cotic. Trid.

D. tm-bros. quotidianis, et a peccatis mortalibus præservemur : quocuca D. Amlrosius lib. do Sacramentis inquiebat, *quod iste panis quotidianus, sumitur in remedium quotidiana? infirmitatis,* et Angelicus Præceptor in hac 3, p. quæst. 79, art. 4, docuit ex ipsomet Sacramento, et ex ipsa re Sacramenti venialium remissionem haberi. Idem de Confessione asseruit sancta Synodus sess. 14, cap. 5, de Extrema unctione eadem sess. in fine cap. 2. et sic de reliquis. Ex qua Catholica doctrina consequi necesse est dari venialium remissionem ex opere operato ipsius Sacramenti, el non tantum ex opere operantis. Esto ergo ita sit quod pro eorum destructione extra Sacramentum necessaria sit omnino poenitentia aut formalis; aut Virtualis explicata; intra Sacramentum vero neutra illarum exigetur, sed su'fi iet gratia ejusdem Sacramenti, quin oporreat, aut debeamns recurrere ad actus speciales, aut Pœnitentiæ.

D. Thomas. 8. Hac tamen difficultate sic in communi proposita premuntur quotquot asse runt (et sunt plurimi, et fere omnes) non remitti peccata venialia vel per gratiam solam, vel per donum aliquod, quod se habeat per modum habitus; sive sit gratia Sacramentalis, sive quid hujusmodi, cum quolibet quippe eorum componibile est peccatum veniale. Unde necessarium omnino est recursum fieri ad aiiquem actum, quo deordinatio retardans in peccato veniali auferatur. Un !e tenentur fateri veritatem Catholicam de remissione venialium ex opere operato mediis Sacramentis, et insuper assignare actum aliquem, quo excitetur fervor charitatis. ut expeditior vó luntas feratur in Deum. Et hoc ita constituto, a thuc superanda restat difficultas, tum quia actus ille quicumque sit, se tenet ex parte operantis, et sic jam non est opus operatum ; tum quia si non est actus charitatis, aut Pœnitentiæ non est incompossibilis cum tepore charitatis : tepor enim non tobitur nisi per expressam ipsius detestationem, vel [er fervorem immediate adversum Oportet ergo recurrere ad a iquam extensionem ipsius charitatis, quæ non sit habitualis, alias rediret argumentum. Est autem inexplicabilis extensio charitatis, quæ non sit habitualis, nisi per ordinem ad aliquem actum ejusdem Charitatis, aut detestationem expre.-sam Pœniteutiæ, qua obex gratiæ. et charitatis amoveatur. ut expeditius feratur in Deum : ergo do primo ad u limum deveniendum est in assertam veritatem ; vel intacta relinquitur proposita difficultas.

Dabiua 9. Respondetur ergo assertionem tertiam hujus articuli tenere non suium extra sed etiam intra ipsa Sacramenta, quin adversetur doctrinæ Conciliorum Unde asserendum est nec intra nec extra Sacramenta venialia remitti posse, nisi media Pœnitentia aut formali, aut virtnali in sensu explicato. Ad cujus elucidationem prælibare oportet, Sacramenta solum efficienter, et ut instrumenta Dei concurrere ad causandam gratiam et remittenda peccata. Causa autem formalis sive sanctitatis , sive justificationis, aut remissionis non sunt Sacramenta sed gratia per illa causata, ut expresse affirmat Tri lentinum sess. 6, cap. 7 et docent contra hæreticos omnes Catholici. Unde eatenus Sacramenta dicuntur *sanctificare, peccata retail* tere, etc.* quatenus ut instrumenta divinae virtutis efficiunt formam incompossibilem cum peccato, et interius renovant hominis voluntatem , ut deposito veteri homine assurgat in novam vitam mediis gratia, et virtutibus efficienter ab ipsis productis. Dicuntur vero hoc efficere *ex opere operato,* non quia in adultis excludant proprios actus, quibus præparetur anima ad recipiendum effectum proprium Sacramentorum; sed quia ultra mensuram propriæ dispositionis semper aliquid plus gratiæ confertur homini, quod non præstaretur absque Sacramento, de quo fusius egimus tract, de Sacramentis in genere, ubi est proprius locus hunc excessum accuratius exponendi.

C«ir-aihr et eip(k>] tarresx-1901. 10. Porro res Sacramenti, seu opus operatum illius dicitur omne illud quod fit medio auxilio collato ex vi Sacramenti, quod a ias sine illo non daretur, sive illud sit gratia; sive modus, aut majoris imensionis, aut qui dicitur Sacram-ı talis, proprius cujuslibet Sacramenti; sive eham sit ipsa hominis operatio quæ quidem est opus operantis, ut liquet, ei simul est opus operatum ratione auxi'ii col at· in vi Sacramenti , quod quidem auxilium aliter non esset conferendum, non interveniente receptione actuali ipsius Sacramenti Quæ videtur expressa doctrina D. Thomæ locoT· supra citato ex quæst, 79, hujus 3, p. per hæc verba : *Res autem hujus Sacramenti* (Eucharistiæ) *est charitas non solum quantum ad habitum* (quo pario importat entitatem gratiæ modum intentionis, et modum Sacramentalem, et quidquid pertinet ad ad eam ex parte actus primi) *sed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc Sacramento, per quod peccata venialia solvuntur. Unde manifestum est, quod virtute hujus Sacramenti remittuntur peccata venialia.* Sentit ergo D. Thomas rem effectam per Sacramentum non solum esse habitum, sed etiam ipsam actualem operationem, ad quam confertur auxilium ex virtute Sacramenti : atque ideo sicut in omni sententia per Sacramenta non remittuntur pe.-cata mortalia, nisi effective, et mediate, sed gratia est forma quæ immediate tribuit hunc formalem effectum; haud dissimiliter nec etiam remittuntur venialia immediate, sed mediante ipsa gratia se explicante in actum displicenti» vel formalis, vel saltem virtualis, ut luculentius se explicat S. Doctor sol. ad 1, dicens : *Quod peccata venialia, etsi non contrarientur charitati quantum ad habitum; conlrariantur tamen ei quantum ad fervorem aclus qui excitatur per hoc Sacramentum, ratione cujus peccata venialia tolluntur.* U ii clarissimum est loqui D. Thomam de remissione facta intra Sacramentum, et hanc docet non fieri nisi per actum ferventiorem charitatis, ad quem ex opere operato ex· itat Sacramentum medio operiali auxilio, Sacramento (non vero ipsi operanti) debito. Et vi hujus ipsamet operatio hominis est res Sacramenti, ut ait S. Doctor.

Φα-i kr 11. Qua doctrina facile explicatur, quod in hac parte videbatur arduum. Sacramenta enim eo modo remittunt venialia quo causant formam incompossibilem cum illis : sed causant formam incompossibilem cum venialibus efficienter producendo auxilia excitantia ad fervorem charitatis : ergo solum concurrunt efficienter, non vero formatter ad illa destruenda. Qaod vero formaliter, et immediate se habet, est actus charitatis, vel formalis dolor : ergo form iliter et immediate vel solo actu charitatis, vel formali Pœnitentia adhuc inira Sacramenta remittuntur. Quod consequens non nostrum, sed D. Thom. est in præsenti art. 3. ubi inquit, triplici ratione peccati venialia dimitti, quarum prima, et propria Sacramentorum est, *in quantum in eis infunditur gratia, quia per infusionem gratia? tolluntur peccata venialia, ul supra dictum est* (art. præcedenti.) *El hoc modo per Eucharistiam, el extremam-Unctionem et universaliter per omnia Sacramenta novæ legis, in quibus confertur gralia, peccata venialia remittuntur.* Quæ autem aut qualis sit ea gratiæ infusio, explicuerat articulo antecedenti, dicens : *Quia tamen in habentibus usum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, el in peccatum* [qui sunt effectus ipsius gratiæ, ut constat ex supra dictis ad art. 6, quæst. 85), *ideo quandocumque gralia infunditur de novo, peccata venialia remittuntur,* per motus videlicet illos charitatis in Deum, seu detestationis m peccatum. In qua sententia perpetuum fuisse D. Thom. constat ex quæst. 7, de Malo art. 11, ubi in terminis hoc explicans ait : *Sunt quidem quædam, quæ causant remissionem peccati venialis, in quantum inclinant voluntatem ad ferventem charitatis actum secundum tria prædicta* (ratione videlicet, instinctu superiori, quod est auxilium , et propensione habitus gratiæ. et charitatis) *Et sic per Sacramenta novæ legis venialia peccata remittuntur.* Semper ergo recurrit D. Thomas pro remissione venialium intra Sacramenta ad actum fervidum charitatis, quin ullam discretionem quoad hoc inter Sicramenta faciat. Quare quoad explicatius tradidit S. Doctor de Eucharistia, proportione servata applicandum est aliis Sacramentis, quæ ordinantur ad augendam gratiam, et sunt Sacramenta vivorum. Quomodo autem Baptismo, et Pcenitentiæ deferendum sit, mox subjungemus.

jecuoui. 12. Quod autem Sacramenta vivorum æqualiter se habeant ad omnia venialia, ut aliquis posset objicere, non obest, quominus non omnia semper, sed aliqua præ aliis, dimittantur, ut tradit ipse D. Tho- D.Tbom. mas quæst. et art. H, citatis de Malo, inquiens, *quod quamvis hujusmodi æqualiter se habeant ad omnia peccata venialia; tamen fervor ab eis excitatus non æqualiter semper se habel ad omnia ; sed quandoque respicit aliqua in speciali, ct contra ea efficacius operatur. El si in generali respiciat ea, potest contingere, quod non habel eundem effectum in omnibus : eo quod affectus hominis aliquando habitualiter est inclinatus ad aliqua peccata venialia committenda : ita scilicet, quod si in memoria haberentur, non displicerent : vel forte si opportunitas adesset, committerentur.* Ubi licet loquitur S. Ductor de Sacramentalibus, ratio tamen tradita sua proportione tenet de Sacramentis , in quibus non quilibet charitatis fervor ab ipsis excitatus sufficit

ad omnia venialia abstergenda, ob firmiorem adhæsionem voluntatis ad aliqua. Unde raro contingit homines in hac mortali vita viventes ab hujusmodi affectibus liberos esse, ut subjungit D. Thomas, et si etiam contingat quandoque ad horam ab omni culpa veniali per hujusmodi remedia, hominem immunem fieri, sed non ab omni pcena. nisi ubi tantus fuerit charitatis fervor, quod suffecerit ad totius pœnæ remissionem.

Ohjwfio D.Tiaun. Nec refert si objicias D. Thomam nedum assignasse actum charitatis, aut Pœnitentiæ ad remittenda venialia, sed etiam actum quo *homo afficiatur ad res divinas,* ut constat ex hoc eodem articulo. Sed hic actus est diversus ab actibus charitatis, et Pœnitentiæ, et pertinet ad religionem, vel alias virtutes. Ergo juxta D. Thomam quolibet actu alterius virtutis possunt remitti peccata venialia, et non est necessarium recurrere ad actus vel charitatis, vel Pœnitentiæ.

Displ aliquorum responsio. Propter hanc propositionem D. Thomæ aliqui ejus discipuli ut Joan, a S. Thoma, Nuno, et Gonetus in ea sunt sententia, quasi ea sit expressa 8. Doctoris. Falluntur tamen manifeste ; nam ille actus est proprie, et formaliter actus charitatis, si quidem est actus, quo homo fertur affective in Deum et in res divinas, ut expresse affirmat S. Doctor : sed actus quo quis afficitur ad Deum et res divinas est actus charitatis : Ergo dum D. Thomas ita asseruit, expresse locutus fuit de actu charitatis talis conditionis, quo displiceret homini, quidquid ex adverso impediret, aut retardaret, ne expeditissime ita feratur in Deum. Et hæc est virtualis displicentia venialium, quæ requiritur ad eorum extinctionem, ut fiet perspicuum consideranti textum D. Thomæ.

Ligilirna explicatio. Concedimus ergo omnia Sacramenta novæ legis ex opere operato inducere venialium vel aliquorum, vel omnium in sensu dicto a D. Thoma, remissionem ; sed hanc formaliter, et immediate non præstant ipsa Sacramenta, sed tribuit gratia ut explicata, et expedita vel actu charitatis ferventis, vel Pœnilentia formali illorum. Et quovis modo se habeat, excludere potest peccata venialia juxta majorem vel minorem charitatis extensionem et fervorem ad plura, vel pauciora eorum submoven(^a·

difficui- Sacra- meatis mortuorum. 13. Qualiter vero id fieri valeat in Sacramentis mortuorum, maxime dum sola attritione instructus homo ad Pœnitentiam, vel ad Baptismum accedit, explicatione indiget. Cum enim attritio nec secundum se, nec conjuncta gratiæ Sacramentali incompossibilis sit cum pvccatis venialibus, ut expendimus loco citato contra aliquos oppositum asserentes, haud facile apparet, qualiter Sacramentum cum sola attritione susceptum excludere valeat peccata venialia ? Et si semel excludere statuatur, jam fallit D. Thomæ doctrina, quod solo charitatis fervore remitti debeant peccata venialia, vel sola itidem contritione. Implicat vero attritionem fieri contritionem, ut est perspicuum in doctrina D. Thom. alias non semper inducit actualem charitatis fervorem, quia non semper ac recipitur Sacramentum cum attritione erumpit homo in actum ferventiorem, imo nec remissum, et expressum charitatis. Vel ergo non semper dimittuntur venialia per Pœnitentiam, vel ad eorum remissionem non est necessarius actus charitatis, aut formalis Pœnitentiæ.

Nec elevatur difficultas dicendo attritionem prætentam virtualiter contineri in gratia producta per Sacramentum, et quia attritio illa dum in se ipsa erat, fuerat expressa venialium detestatio, idcirco in gratia denuo producta est virtualis detestatio illorum, vi cujus per ipsum Sacramentum remitti dicuntur, necnon per attritionem Sacramentalem virtualiter permanentem.

Non (inquam) satisfacere videtur hæc responsio. Tum, quia si hoc ita esset, idem posset affirmari de reliquis Sacramentis, in quibus virtualiter etiam permanent actus praecedentes, ut causa permanet in effectu, sive causa sit disposiliva, sive pars essentialis ; et idem etiam dicendum esset de Baptismo, de quo tamen docuit D. Thomas loco infra allegando, non semper venialia dimittere in adultis ob adhaesionem voluntatis ad illa. Tum etiam, quia eadem ratione posset dici ex vi gratiæ Sacramenia is illa saltem venialia remitti, quæ specialiter cuilibet Sacramentorum adversantur. Cum enim ex vi prædictæ gratiæ debeantur homini auxilia ad propria illius Sacramenti obeunda munera, ex consequenti debita etiam erunt ad amovenda impedimenta contra rectam celebrationem Sacramentorum et comra fructum ex illis percipiendum. Tum denique et maxime. Nam juxta hanc doctrinam forma qua expelluntur peccata venialia est aliquid permanens ad instar habitus, imo est ipse

ipso habitus gratiæ, quod est contra D. Thomam, qui eive in hac 3, p. eive alibi stope, ubi materiam tetigit, non agnovit pro eorum destructione, niti vel actum Charitatis, vel Pœnitentiam formalem. Quod enim connotet actus præcedôntee nihil refert : quia nullus habitus est, qui non etiam connotet actus praecedentes, quibus homo se disponit ad infusionem habitus, et illius receptionem ernnaturalem. Unde D. Thomas in præsenti art. 2, ad I, inquit : *Quod etiam remissio venialium est effectus gratiæ, per actum scilicet, quem de novo elicit* (ubi excludit vel insufficientes judicat actus praeteritos, seu antecedentes') *non autem per aliquid habituale de novo animæ infusum,* quibus ultimis verbis excluditur etiam gratia Sacramentalis, et quidquid habituale de novo obtentum assignari potest ad prædictum effectum, ut fuse ostendimus loco sæpe allegato de justificatione.

sitis tæ àl- 14. Hac tamen difficultate non obstante, cui facile erat occurrere ex ibi dictis a n. 332 ob specialem rationem, quam ibi ostendimus militare in attritione præ omnibus aliis actibus; hæc enim sola importat expressam detestationem peccati, ut supponitur, et insuper ut pars Sacramenti elevatur ad producendam gratiam remissivam peccati mortalis in Pœnitentia, quod non convenit aliis actibus, quicumque illi sint. Respondetur ex D. Thoma per se loquendo attritum intra Sacramentum sive Baptismi, sive Pœnitentiæ consequi remissionem non solum mortalium sed etiam venialium juxta majorem, aut minorem fervorem excitatum in Sacramento, et per Sacramentum. Quare nulla est ratio excipiendi Sacramenta mortuorum a prædicta causalitate in venialia; ut colligitur ex 8 Ductore in præs. art. 2, Ubi cum probasset non semper infundi de novo gratiam, quoties remittuntur venialia; asserit tamen semper ac acquiritur de novo gratia per Sacramentum remitti aliqua venialia, non quidem immediate per Sacramentum, aut per gratiam sive habitualem, sive Sacramentalem, sed medio motu creaturæ in Deum, et in peccatum. Verba D. Thomæ sunt; *Quia tamen in habentibus usum liberi arbitrii in quibus solis possunt esse venialia peccata, non contingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, et in peccatum, ideo quandocumque· de novo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.* Ubi peccatorum remissio non tribuitur a D. Thoma dispositionibus antecedentibus justificationem, sed illis, quæ ipsam justificationem per se loquendo consequuntur, et comitantur, quales sunt actus Charitatis, et Pœnitentiæ, qui per se loquendo in ipso justificationis momento eliciuntur, juxia ea, quæ supra quæst. præced. statuerat.

8i vero contigerit aliquando postelicitam attritionem cum Sacramento, et justificationem adeptam, non erumpere hominem in actum illum Charitatis in Deum, aut formalis Pœnitentiæ, sed unum, et alterum vel oblivione, vel tempore, vel alia causa omittere, in quo stabat difficultatis nervus, dicendum erit in illo eventu actualiter venialia non expelli ob defectum formæ incompossibilis ; esse tamen in promptu, ut illico ac eruperit in actum omissum, excludantur. Et ratio est : quoniam effectus formalis alicujus formæ nequit salvari absque ipsa forma ; sed remissio venialium est effectus formalis aut actus Charitatis, aut Pœnitentiæ, sive intra, sive extra Sacramenta ut constat ex verbis allegatis D. Thomæ : ergo nequit intelligi illorum remissio, non expresso, et formaliter existente vel utroque, vel altero illorum actu. Quia tamen in ipsa gratia tunc recepta est proxima, expedita, ac omnino connaturalis facultas se in proprium actum exereodi, idcirco est veluti ultimo dispositus homo ad obtinendam illorum veniam, quam primum eruperit in prædictum actum.

Firmatur tradita doctrina, 15. Deinde suadetur eadem resolutio occurrenlo motivo opposito, et rationem reddendo hujus doctrinæ. Ideo namque hoc non ita esset, quia derogaretur efficaciae Sacramentorum, quæ ex opere operato inducunt proprios eflectus sanctificationis, et remissionis : sed hoc non obstat, quominus aliquando, et per accidens ob indispositionem subjecti recipientis, vel penitus exuantur fructu, ut in Sacramento informi ; vel non talem, ac tantum fructum inducant, qualem, ac quantum inducerent, stante majori dispositione subjecti, ut patet in tepidis, ac nimis frigide, vel indevote ad Sacramenta accedentibus, qui licet sint in gratia, non tamen uberes Sacramentorum fructus ob propriam indispositionem percipiunt : ergo non est contra Sacramentorum aut dignitatem, aut efficaciam, quod per accidens, et ob defectum alicujus requisiti ex parte recipientis, non sortiantur illum effectum, qui ipsis alias ex opere operato debebatur. Discursus videtur legitimus, cujus prima proposito videtur perspicua, et minor ultra

probationes illi insertas, suadetur. Tum quia Sacramenta se ipsis immediate non sanctificant, sed mediante gratia, subindeque non inducunt formalem remissionem, nisi quatenus efficiunt gratiam, qua ornatus homo erumpat in aclus proprios amicitiæ divinæ. Tum etiam (et est ratio præcedentis) quia Sacramenta solum inclinant ex parte actus primi, et quoad sufficientiam ex parte ipsorum ad effectus sibi proprios, ultra quod exigitur ex parte subjecti quod se expediat ab obicibus retardantibus charitatem, ne in prædictos actus erumpat. Tum deinde : quia licet aliqua Sacramenta sint per se primo instituta ad augendam gratiam, alia vero ad eam primo introducendam : per accidens tamen invertitur ordo, et augetur per accidens in illo Sacramento, in quo primo efficienda erat, ut quando Baptismus et Pœnitentia recipiuntur in gratia, quia praecessit contritio ; et e contra non semel per accidens in Sacramentis vivorum contingit infundi primam gratiam, quin præexistens alia præcedat, cujus exempla sunt obvia.

lie Tum denique, quia æqua vis est in Baptismo ad excludenda venialia, quam in Pœnitentia ; imo major est quoad hoc virtus in Baptismo quam in Pœnitentia; siquidem in illo ex vi suæ institutionis fit totalis culparum remissio etiam quoad pœnam temporalem ; in hoc vero solum remittiturculpa et pœna æterna, manente ut in plurimum reatu pœna temporalis, ut dictum relinquimus. Eo tamen non obstante non est necessarium semper dimitti actualiter ex vi baptismatis peccata venialia, quamvis fuerit remissum originale cum lethalibus : ergo non est contra institutionem Pœnitentiæ quod aliquando remissis mortalibus, non condonentur etiam actu aliqua venialia. Consequentia constat a paritate, et Minor D.Thom. probatur ex D. Thoma in præs. art. 3, ad 2, ubi inquit, *quod potest impediri remissio quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inhæret, sicut elper fictionem interdum impeditur effectus Baptismi.* Impediri autem effectum Baptismi quoad sola venialia, remissis originali, et mortalibus, constat ex eodem S. Doctore in 4, dist. 4, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. 1, ad 3 ubi id luculentius explicat per hæc verba : *Dicendum quod quantum est de se, Baptismus, ut dictum est, tollit omnem culpam originalem, et actualem, non solum mortalem, sed venialem; quæ quamvis non contradetur gralix simpliciter, contrariatur tamen gratiæ baplismali, qu.v debet esse perfecta ratione novitatis vitæ ; sed potest impediri effectus·jus ex parte recipientis, si sil indispositus per fictionem. Sed cum fictio sil peccatum* tnor-*tuleesl peccatum simpliciter, ita facit fictum simpliciter, el totaliter effectum Baptismi impedii quantum ad remissionem culpas. Sed peccatum veniale·, quod in actu, vel in proposito est, facit fidum secundum quid, el esi secundum quid peccatum, ut dispositio ad peccatum ; et ideo impedii effectum Baptismi, non simpliciter, sed quantum ad remissionem illius venialis.* Ubi quo vides ex D. Thoma, et quod Baptismus adultorum, in quibus solis possunt esse peccata venialia, non semper ea actu dimitti, et quod dispositio sufficiens ad consequendam remissionem mortalium, subindeque gratiam baptismalem, non sufficit ad expiationem venialium ; sed major devotio, aut fervor requiritur ex parte suscipientis, ut obtineat veniam culparum levium, et gravium (et hoc in Baptismo de se ordinato ad omnem sive culpam sive pœnam abolendam) quam ut mortalium dumtaxat nanciscatur absolutionem, Non ergo convenit, aut in aliquo derogatur virtuti Pœnitentiæ Sacramenti, quod sit aliquando informis quoad sola venialia, ut de Baptismo affirmat D. Thomas. Idque maxime verum e«-se debet dum sula instructus attritione contra mortalia homo suscipit absolutionem, quin erumpat in illo instanti in actum charitatis, ut per accidens contingere omne- supponimus. Tunc enim recipiet gratiam remissionis mortalium, non vero venialium ob defectum extensionis aut formalis, aut virtualis ad ipsa. Hæc namque aut formalis, aut virtualis venialium detestatio exercite, et actualiter non habetur nisi medio actu formali aut charitatis, aut contritionis. In gratia vero producta solum continetur in actu primo. Et quia actus primus non inducit suum effectum in actu secundo, nisi medio exercitio seu applicatione in actu secundo : idcirco quoties attritione cum Sacramento homo præparatur ad recipiendam gratiam, et re ipsa recipit, si non erumpit in actum charitatis, aut Pœnitentiæ, ut non erumpere supponitur in ratione dubitandi ; non recipit venialium absolutionem, sed remanet Sacramentum quoad venialia informe, ut de Baptismo nos docuit D. Thomas. Sed quia per se loquen o semp-r contingit, ut homo erumpat in actum liberi arbitrii erga Deum, et peccatum, ut etiam statuit ipsemet Angelicus Præceptor; ideo per se loquendo

quendo sive per Pœnitentiam, sive per Baptismum, sicut per reliqua Sacramenta (et potiore jure) remittuntur venialia ex opere operato in sensu explicato; quamvis per accidens, suspenso illo actu liberi arbitrii in Deum, et peccatum oppositum contingat ob rationem assignatam.

16. Sed dices, hinc fieri plus ad venialium, quam ad mortalium nanciscendam veniam desiderari. Consequens est falsum, imo et absurdum : ergo falsum etiam est non aliter fieri expiationem venialium, quam actu Charitatis fervidæ, aut formalis pœnitentiæ. Probatur Major, quia non idem motus, qui sufficit ad consequendam gratiam post peccatum mortale, sufficit ad remissionem venialis, ut patet in attrito, cui si non erumpat in actum Charitatis in ipso justificationis momento, aut immediate ad illud, infunditur gratia, et non remittitur peccatum veniale. Minoris falsitas etiam liquet : quia absurdum est pro culpis, quæ facillime committuntur, in quasque velut aqua per clivum ditabimur, remedium adeo sublime, et arduum statuere, quale est in actum ferventem Charitatis, et contritionis erumpere.

Respondetur negando sequelam. Tum quia ad remissionem peccatorum mortalium semper exigitur· gratiæ infusio, quam tamen non infundi, imo nec augeri physice videbimus art. seq. cum D. Thoma pro remissione venialium. Tum etiam, quia ut docet S. Doctor in hoc 1, art. ad remissionem peccati mortalis exigitur perfectior pœnitentia, *ul scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum delestetur, quantum in ipso est : ut scilicet diligentiam adhibeat ad memoranda singula peccata mortalia, ut singula detestelur,* quorum memoriam habuerit post adhibitam sufficientem inquisitionem : utque tandem a singulis abstinere firmiter proponat. Quæ tamen non requiruntur ad expiationem venialium ; sed sufficit vel formalis, vel virtualis, ac confusa illorum detestatio, qua homo ita afficiatur formaliter in Deum secundum affectum, ut qui .quid occurreret, quod ab eo motu retardaret, illud statim avelleret, et abjiceret ; et quo iste affectus fuerit ferventior, et universalior, eo plura venialia excludet. Nec oppositum suadet probatio : nara aliud est, plus gratiæ, ac dispositionis requiri ad tam mortalia, quam venialia simul destruenda, quam ad sola mortalia absque venialibus : aliud vero, quod a sola venialia requiratur major gratia, quam ad mortalia seorsim a venialibus accepta. Primum concadimus, et sequitur ex dictis, quandoquidem ad prædictam remissionem requiritur et infusio gratiæ, et ejusdemmet gratiæ explicatio in detestationem venialium : idque satis demonstrat ipsemet effectus; siquidem perfectius quid est (saltem extensive) liberare hominem a mortalibus, et venialibus simul, quam a mortalibus dumtaxat ; quocirca sanctior, ac justior est cæteris paribus immunis a peccatis mortalibus, et venialibus, quam qui solum caret mortalibus. Secundum vero negamus juxta dicenda ad articulum sequentem-: nam ad remissionem venialium non desideratur aut infusio, aut augmentum physicum gratiæ.

17. Objicies secundo. Si homo justus ex solo attritionis motivo manifestet in confessione sola peccata venialia, vere absolvitur : sed non stat vere absolvi, quin simul ei peccata confessa dimittantur : ergo homini justo sola venialia confitenti ex motivo solius attritionis virtute confessionis remittuntur peccata. Sed non ratione actus Charitatis, quem supponitur non elicere : ergo ratione solius attritionis cum Sacramento non immediate auferri peccata venialia, sed opus esse ulteriori actu vel Cbaritatis, vel Pœnitentiæ.

Respondetur ad objectionem admisso primo Syllogismo in sensu explicando, negando Minorem subsumptam : quia in homine justo nullus est actus moraliter bonus, qui non sit meritorius vitæ æternæ, subindeque informatus gratia, et charitate, ut tract, de Malo disp. 4, dub 5, accurate expendimus. Constat autem attritionem in illo casu admissam esse actum moraliter bonum ordinis supernaturalis, subindeque meritorium vitæ aiternæ. Quis hoc neget, nisi cui exosus fuerit usus Pœnitentiæ pro solis venialibus? Unde quod illi sufficit ut sit Deo acceptus, et meritorius præmii essentialis; sufficiet abs dubio, ut excludat etiam venialia, quæ apposuit pro materia sufficienti Sacramenti, vi cujus augetur gratia, et se explicat in actum detestationis illorum, vel per actum majoris Charitatis in Deum, quem ex vi augmenti gratiæ in promptu est elicere; vel per ipsammet attritionem magis perfectam, quæ est virtualiter contritio. Nam ut affirmat D. Thomas, in habente gratiam nulla e>t attritio, quæ non etiam sit contritio, saltem virtualiter et quia imperatur a Charitate, et quia participat modum quemdam elevationis, quasi

habitualis, ab eademmet gratia, et Charitate, quibus cunjungitur, quo nequit non in Charitatis finem colliniare. Unde stat latum discrimen attritionis secundum sibi propria, quo pacto de illa supra loquebamur, a se ipsa ut subditur Charitati ; ratione cujus in secunda consideratione potest expellere peccata venialia ob incompossibilitatem cum illis: quod tamen nequit præstare vel secundum se, vel conjuncta Sacramento, secluso influxu gratiæ in ipsomet instanti justificationis.

Praown- objeetio. Nec inde inferas, hac etiam ratione quolibet aliarum virtutum actu similiter posse venialia dimitti; siquidem nullus est, qui simile imperium, et consimilem non etiam a Charitate accipiat elevationis modum : ergo si qua est ratio hoc tribuendi attritioni ita elevat®, æque militare debet in aliis virtutem actibus simili gaudentibus elevatione

Non, inquam, inde id inferatur : quia nullus illorum est aut formalis, aut virtualis pœnitentia, ut patet; cum tamen attritio illo modo accepta pœnitentia sit, et proxime accedat ad contritionem formalem, si jam non est vera contritio, quæ est dolor peccati propter Deum summe dilectum, in quem collimare necesse est attritionem hominis justi; licet formale, et expressius motivum sit inferius, sed non sistitur in

D. Au- KQSt- θθ· Quare D. Augustinus semper pro pcenitentia decertans ad obtinendam remissionem epist. 43, inquiebat : *Nec quemquam putei ab errore ad veritatem, vel a quocumque seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse transire.* Quo satis ostendit nullum actum alterius virtutis, qui formalis, vel saltem victualis Pœnitentia non sit, sufficere ad expianda vel ipsa peccata levia, vel etiam docet Angelicus Præceptor.

Repliw. 17. Sed instabis : Peccata venialia relinquunt in anima suam qualem qualem maculam, seu nitoris carentiam habitualem : sed mticula habitualis non aufertur formaliter, nisi per formam, vel quasi formam habitualem, ut constat a simili tum in peccato mortali, tum in quolibet alio genere privationum ; nulla quippe illarum expellitur formaliter, et immediate, nisi per appositionem formte formaliter oppositae t ergo peccata venialia debent auferri per aliquid habituale, quo formaliter illorum macula expellatur.

Ditur?" despondetur hac objectione potius firmari, quam impeti doctrinam ex D. Thoma traditam : quia S, Doctor nusquam, et nunquam excludit gratiam sanctificantem, nec eam solam requirit, sed ut explicatam, ut se exerentem in actum Charitatis, quo tempore, et nitoris carentia expungatur. Quocirca art. 2, sol. ad 1, inquit, quod *etiam remissio venialium est effectui grati», per actum scilicet, quem de novo elicit, non autem per aliquid habituale* (solitarie, ac seorsim) *de novo animæ infusum.* Unde forma vel quasi forma formaliter venialia excludens, non tam est ipse actus, quam gratia ut erumpens in actum. Et ratio est: quia peccatum veniale inducit teporem, seu carentiam fervoris in Charitate, quapropter ipsamet Charitas denuo assurgens in fervorem est, qua formaliter carentia illa nitoris excluditur. Vel si mavis, per ipsummet actum ut connotantem expeditionem habitus fit talis condonatio : alterutro quippe horum modorum explicetur, sufficienter declaratur, quod intenditur, sed magis arridet primus, utpote formalius explicans formam habitualem formaliter incompossibilem cum macula habituali peccati venialis : secundum vero docet Prado in præsenti, in quo non estmomonti dissidium. Semper enim recurri debet ad actum, ut omnino necessarium pro illorum destructione : nam ut inquiebat D. Augustinus lib. homiiiar. homil. 50 : *Quamvis singula non lelhali vulnere ferire sentiantur; tamen omnia simul congregata, relut scabies, nostrum decus ita exterminant, ut ab illius sponsi speciosi præ filiis hominum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidian# pœnitenliæ disecentur.* In quo detrimenta ex venialibus nobis obvenientia eatis declarat. Quid enim pejus, quam ab sponsi amplexibus vel levibus culpis separari? Sed illico apposuit Poenitentiœ remedium, ac subjungit : *Quod si falsum esi, unde quotidie tundimus pectoral quod nos quoque Antistites ad altare assistentes cum omnibus facimus. Unde etiam orantes dicimus : Dimitte nobis debita noslraf .Non enim ea dimitti precamur, quæ in Baptismo dimissa sunt, et nisi dimissa credimus, de fide dubitamus. Sed utique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia eleemosynarum, jejuniorum el ipsarum orationum, ae supplicationum quisque pro suis viribus, offerre non cessat.* Quæ omnia opera vel Pœnitentiæ sunt, vel a Pœnitentia imperantur, et quo majori Charitate fiunt, eo facilius et uberius remissionem operantur.

D··^· ?

19. Unde

ARTICULUS I.

ni» Λ(«o-tïin yslentiâ rtielh-ur.

i9. Unde audiendus non est Scotus in i, dist. 21, quæst. 1, lit. E asserens remissionem venialium nihil aliud esse, quam solutionem pœnæ temporalis debitæ. Ad hanc enim exolvendam nullus illorum actuum, quos annumerat Augustinus necessarius esset, cum tamen vel omnes, vel plures eorum idoneos, et apprime opportunos esse doceamur a D. Augustino. Nec magis audiri debet in eo, quod ibi docet *§ Si iste modus,* per quemlibet virtutis actum magis Deo acceptum, quam displicuerit peccatum veniale remitti posse. Unde affirmat non solum per actum displicentiæ, sed et per omnem actum meritorium remitti venialia, et tenent Gabriel in 4, dist. 16, quæst. 5, art. 2, conci. 4, Delgadillo de Pœnit. cap. 7, dub. 1, et aliqui Scotistæ. Hi enim non solum D. Thomæ, sed et D. Augustino manifeste refragantur. Vel enim opus meritorium imperatur a Pœnitentia, et in proprium finem dirigitur, vel non? Si asseratur primum; jam opus illud meritorium ita imperatum est actus Pœnitentiæ virtutis, sicut actus charitate imperatus formaliter est actus charitatis, et materialiter tantum alterius virtutis, ut dicebamus de attritione, quæ non tam est attritio, et sic de reliquis. Et ita in honc sensu verum est quolibet actu virtutis satisfieri pro peccato, illudque excludi posse. Si vero affirmetur secundum, ut affirmant illi Theologi, falsum est illorum assertum, quia opus meritorium qua meritorium nullam importat oppositionem cum peccatis venialibus; sed optime cohæret quem esse pronum ad venialia in qualibet materia perpetranda, et de facto ita exequi, et quod aliunde opera meritoria exerceat. Non est ergo unde quodlibet opus bonum seorsim acceptum valeat ad excludenda venialia, quin intercedat actus Pœnitentiæ vel formalis, vel virtualis in sensu explicato.

S'il us.

Sériel.

pelgadillo.

' Ilsnrda liafeaiiï

20. Qua etiam ratione amandandus venit Joannes de Medina God. de Pœnitent. tract. quæst. 1. *Oppositum,* asserens nullatenus esse necessariam pœnitentiam aliquam de venialibus, utpote quod nec necessitate præcepti, nec necessitate finis obtinendi convincitur necessarium. Hæc enim hujus Authoris positio, præcedenti Scotistarum affinis, ex diametro pugnat cum Augustino supra relato, nec non innumeris aliis suæ doctrinæ locis, maxime vero ad Psal. 58, ubi ita inquit : *Iniquitas omnis, parva, magnave sil, puniatur necesse est, aul ab ipso homine pœnilenle, aul a Deo vindicante. Nam el quem panitel, punit se ipsum. Ergo fratres puniamus nostra peccata, si quaerimus misericordiam Dei. Non potest Deus misereri omnium operantium iniquitatem, quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata. Prorsus aut punis, aut punit. Vis, non puniat? Puni tu. Nam ct illud fecisti, quod impunitum esse non possit.* Quq nihil clarius, aut efficacius pro necessitate venialia etiam detestandi, et pœnitentiæ remedio eis apponendo. Et Psal. 50, ad illa verba : *Ecce enim veritalem dilexisli, id est* (ait) *impunita peccata eorum, etiam quibus ignoscis, non reliquisti. Veritatem dilexisli,* sic misericordiam prærogasti, ut servares et veritatem. *Ignoscis, conflenti ignoscis, sed se ipsum punienti. Ha servatur misericordia, et veritas : misericordia, quia homo liberatur; veritas, quia peccatum punitur.* Ratio S. Doctoris est : quia peccatum, qupdcumque illud sit, quia est con-tra rectam rationem, et vel avertit, vel retardat a Deo, puniendum est; si enim non esset puniendum, peccatum non esset, ut docet expositione ad Psal. 44, sed nequit puniri, nisi vel detestatione voluntarie assumpta, vel pœna a Deo inflicta et ab homine sponte suscepta, in qua acceptatione stat peccatorum retractatio; Ergo quovis modo peccatum puniatur, vel a Deo, vel ab ipso homine, recurrendum necessario est ad lamenta Pœnitentiæ. Unde D, Gregorius lib, 4. Moral, cap. 21 ad illa verba Job. cap. 3. *Occupel eum ealigo,* inquit : *Nullum peccatum Dominus inultum relaxat : aul enim nos flendo insequimur, aut ipse judicando reservat.* Et D, Thorn. in 4, dist. 21, q. **i**, art. 2, quæst. 3, docet, quod *culpa non palest ordinari, nisi per pœnam, quia Deus nihil inordinatum relinquit : ideo numquam culpam sine pœna dimittit :* Ideoque in præsenti confugit S, Doctor ad Pœnitentiam formalem, et virtualem, ut venialia expiari valeant. Et sane locutiones universalissimae, quibus in hac parte abundat sacer textus, exceptionem venialium non admittunt, sed omnia sive venialia, sivo graviora includunt ; ac comprehendunt. Eaecb. 18 *Convertimini, el agile Poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris.* Act. 3, v, |9 : *Pœnilemini igitur, et convertimini, ul deleantur peccata vestra.* Quocirca omnes alii Theologi cum D. Thoma in præsenti necessariam esse docunt aut formalem, aut virtualem Pœnitentiam, licet in hac virtual! Pœnitentia

D· Gregor.

D-Thom

Eiech. 13.

Act. 3.

assignanda satis dissideant, de qtm loco citato de justificat, et magis constabit ex annotandis ad articulos sequentes, in quibus eandem materiam prosequitur D. Thomas.

ARTICULUS Π.

F/rwi *cd remissi**#» trivium fffmratar* ›

Ad secandum sic proceditur Videtor, quod ad remissionem venubuai peccato* um reiuiralor gratiæ infusio. Effectus eeim con est sine propria cassa Sed propria cossa remissi, nis peccatorem est gratia : non enim ex nrriiis proprii- peccate hominis reminunter. Unde dicitor Epbes. 2 : Deus qoi dire* est in ro seriVortba propter nimiam Charitatem suam qua ditent nos. et e m e semus mortui peccans, convivificavit nos in Christo, cujus cratia salvati estis. Ergo peccata venialia non remittuntor sine gratiæ infusione.

Prælerea. Peccate venialia non remittuntur sine Poeni* leolia. Sed in Pœnitentia iufO'.dUur gratia, sicut et in aliis Sacramentis novæ *cgis. Erço peecate ven aha non remittuntor sine gratae intasione.

Præterea. Pecraium veniale maculam qaandam animæ inferi. Sed rnacob non aufertur niti per gratiam, quæ e?t spintuahs anima? decor. Ergo videtur, quoi peccata veniatia nau dimittantur sine gratiæ infusione.

Sed contra est. qood peccatam vena e adveniens, non toJiit gratiam, neque etiam diminuit earn, ut in secanda parte habitum est. Ergo pari ratione ad hoc, qood precatum veniale remittatur, non requiritur novæ grati» infusio.

Respondeo dicendam, quod unumquodque to'litur per suam oppositum : Peccaturo autem itsiate non <*ontrariatar habituali gratiæ vel Chariuti : sed retardat actum ejas, in quantum nimis inhæ et huma bono erote, licet non contra Deum : or in secunda parte habitam est. Et ideo al hoc quod peccatum veniale toUatar» wxi requiritor ouod infundatur aliqua habitastis gratia : sed sufficit aliquis motus gratiæ ve» Charitatis ad ej«* remis-ionem Quia tamen in habentibus usum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse veuiaria peccata non contingit esse infusionem gratiæ siae ac.oati motu liberi arbitrii in Deum, et in peccaturo; ideo qaaDteeuoque de novo gratia inf loditur, peccata venia ia ceminuntor

Ad primum ergo dicendum, q iod eliam remisso peccatorum venialium e>l effectos gratiæ. per aetom cihc^t, quem de novo elicit; non autem per aliquid babiluale de novo animæ infusum.

Ad secundum dicendam, quod peccatum veniale nunquam remittitur sine a inaali actu pœnitentiæ virtuti*, expiicito scilicet vel implicito : ut sapra dic um est. Potest tamen remitti peccatam veniale sine Pœnitentiæ Sacramento, quod iu absolutione Sarerdntis f rm -liter perficitor : ut sapra dictum est. Et ideo non -eqflil r, quod ad remissionem veniali* peccati requirafur gratiæ infusio : q iæ licet sit in quolibet Sacramento, non tamen est in quolibet actu virtutis.

Ad tertium d ceadurn, quod sicut in corpore contingit esse maculam dapûeiier : uno modo per privationem ejus, quad requiriter ad decerem, puta debiti coloris, aut debitæ proportioni* membrorum : abo mo-'o per superinductionem alicujus imprdientis decorem : puta luti aut pulveris; ita eliam animæ inducitur macub. uno modo per privationem decoris gratiæ per pecca uin mortale : alio modo per inclindionem affectu* uioiduilam ad aliquid temporale. Et hoc fit ρ r peccatam veniat-. Et ideo ad tollendam maculam peccari monahs -equiritur iufusio gratiæ : sed ad tollendam maculam wn ah> peccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam removeatur inordinata adhæsio ad rem temporalem.

I Conclusio est negativa.

COMMENTARIUS.

Ordo doctrinæ. 1.- Doctrina hujus articuli confirmatio est eorum, quæ dicta sunt ad art. præcedeutein. Dum enim unumquodque auferri debeat per suum oppositum, ut hic statuit D, Thomas et venialia peccata non opponantur Charitati» et gratiæ, sed eorum actibus, et fervori ; consequens necessarium est, illa non expiari, nisi vel per actus ferventiores Charitatis. aut actum contritionis^ quorum quolibet expeditur Charitas a tepore inducto per peccatum veuiale ; et inde fit etiam consequens non semper ac remittun* tur venialia, novam gratiam infundi debere, sive quoai entitatem, sive quoad mudum majoris intentionis, vel augmenti. Quæ est assertio directe intenta in hoc articulo, ut post Cajet, observarunt Nuno, et Candi* dus apud Prado dub. 2, et Vazquez art. 2. contra Suarez in Comment, hujus articuli, Itaque sensus ejus est, quod nova gratia infundi non debeat, quia unumquodque toldtur per suum contrarium, et nova gratia habitualis non est contraria venialibus, atque ideo non debet infundi ad illorum remissionem. Cujus oppositum cernitur in peccatis lethalibus, ad quæ proinde expianda necessaria est infusio gratiæ habitualis. Et quia hæc ratio etiam excludit argumentum ejusdem gratiæ, utpote non etiam oppositum ; idcirco ex consequenti negavit S. Doctor necessitatem augendi gratiam pro expulsione venialium. Quam expositionem observari docet Soto in 4. dist. 15, quæst. 2, art. 2, eamque esse ad mentem D. Thomæ constat ex eodem in 5, dist. 16. quæst, 2, art. 2, ubi ait : *Quod per veniale homo gratiam non amittit : et ideo non oportet, quod ad hoc quod reraillalur veniale, gratia aliqua infundatur de novo ; sed sufficit, quod gratia, quæ jam habetur, in actum prodeat, quia ipsum veniale non tollebat habitum , sed solummodo impediebat virtutis actum.* Constat vero hunc discursum D. Thomæ etiam probare non esse necessarium augmentum ejusdem gratiæ, siquidem peccata venialia non excludunt augmentum Charitatis, nec etiam eam diminuunt ; *alias enim eam quandoque totaliter tollerent,* ut arguit S. Doctor ubi nuper solut. ad 2 De utroque ergo loquitur S. Doctor, licet principalius excludere intendat novi habitus infusionem.

r ^ q. 9° CaieU* p^t Vasqiei Sote.·

2. Sed hinc insurgit difficultas. Quoniam juxta D. Thomam peccata venialia non delentur nisi per actum Charitatis ferventioris, vel etiam Pœnitentiæ : sed quolibet actu ferventiori Charitatis se disponit homo ad consequendum majus ipsius Charitatis incrementum : Ergo non stat necessarium

Difficnl- di^o,

esse

esso actum Charitatis, aut Pœnitentiæ pro illorum remissione, et non etiam simul augeri habitum ipsum Charitatis. Vel ergo semper ac hac illorum remissio, augebitur gratia, vel neuter illorum actuum est necessarius; quorum quodlibet est falsum, et contra D. Thom.

llæc tamen difficultas æque urget contra quemlibet actum supernaturalem, utpote quo disponitur homo ad augmentum virtutis propriæ illius actus. Cum tamen constans sit apud Theologos aliquem actum esse necessarium pro venialium expulsione, et non sufhcere, saltem extra Sacramenta, donum præcise habituale. Respondetur ergo actum illum ferventiurem non debere esse talem per ordinem ad habitum a quo elicitur, ita ut si actus est intensus ut quatuor, habitus debeat esse intensus ut tres; hoc enim modo falsum est actum Charitatis debere esse intensiorem. seu ferventiorem nec usquam docuit D. Thomas. Exigitur ergo indispensabiliter,quod sit ferven lior actu illo peccaminoso, qui expelli, ac retractari debet, quamvis absolute sit remissior habitu infuso; eo namque ipso quod actus Charitatis excludere valeat inordinatam adhæsionem voluntatis ad rem temporalem, in qua stat peccatum veniale, sive alias sit intensior, sive remissior habitu, est incompossibilis cum illa, subindeque habet quod requiritur ad hoc ut dicatur excludere, ac remittere peccatum veniale. Juxta quem sensum explicatis praemissis Syllogismi, neganda est utraque Consequentia; quia nullus habitus sive acquisitus, sive infusus augetur physice actibus remissioribus tam formaliter, quam virtualiter ipso habitu : sed semper ut actu physice augeatur habitus, requiritur excessus ex parte actus vel ratione auxilii supernaturalis præsuppositi. vel ratione motionis potentiæ superioris in naturalibus, quam esse intellectum agentem respectu virtutum inteilectualium, et possibilem respectu moralium statuimus tract, de virt. disp. 1.

3. Sed adhuc non quiescit animus, et emergit gravior difhcultas. Nam ut constat ex concilio Tridentino sess. 6. c. 16, etest communis Theologorum doctrina, quodlibet opus bonum ex gratia factum est meritorium vitæ æternæ ; sed non stat meritum vitæ æternæ, quin etiam sit meritum gratiæ, quæ est semen gloriæ : Ergo non stat actum remissum hominis justi non etiam mereri augmentum gratiæ, et gloriæ : atque ideo quolibet charitatis actu quamlibet remisso augebitur charitas. Male ergo ex D. Thoma est assertum in expiatione venialium, si semel pro ea exigitur aliquis charitatis actus, qui nequit non esse meritorius.

A qua difficultate, facile se expedit Suarez disp. 11, sect. n. 28, cui subscribunt vazquez 1, 2, disp 120. Lugo disp. 9, sect. 1, Aversa q. 4, sect. 4, et Angles quæst. de Pœnit. art. 5, diff. 1, dicendo, quod quamvis peccati venialis expulsio r.on exigat novum augmentum gratiæ; semper tamen comitatur ejus remissionem augmentum aliquod gratiæ, non ut exactum pro remissione, sed ut consecutum ratione actus : etsi adeo tenuis, ac remissus hominis ex gratia operantis, qui non statim assequatur ut præmium majus augmentum gratiæ. Aiiquopensio, Suarez. Aversa, Ans es‘

Hanc tamen sententiam D. Thomæ adver.-am ultronei fatentur ipsimet Suarez, et Vasquez. ille num. 27, illius sect, iste num. 28, disputationis allegatae. Nec mirum, cum S. Doctor 2, 2, quæst. 24, art. 6, diserte dᐸ ceat non quolibet actu Charitatis Charitatem augeri, *sed quilibet aclus Charilalis disponit ad Charilatis augmentum, in quantum ᐸx uno actu Charilatis homo redditur promptior iterum ad agendum secundum Charitatem, el habilitate crescente homo prorumpit in actum fervenliorem dileclionis, quousque conelur ad Charitatis profectum et tunc Chantas augetur in actu.* Falsum ergo est juxta mentem D. Thomæ physice Charitatem augeri quolibet remisso Charitatis actu, quidquid sit, an illud augmentum sit requi.-rum pro remissione venialium, vel sit aliunde exactum ex conditionibus illius aclus. Quare alia via incedere oportet ad propositam superandam difficultatem. Estcon-tThOraam ti rejici-tnr'

4. Duplex excogitata fuit a discipulis S. Doctoris, et primam asserentem quolibet actu remisso augeri gratiam in esse gratiæ, seu juris, et acceptationis ad gloriam ; non vero physice, et in esse quaiitatis, arr puerunt Soto in 4, dist. 15, quæst. 2. art. 2, g *Nihilominus,* et Martinus de Ledesm.i 1, p. quarti, quæst. 28, art. 2, quos deinceps secuti sunt Nunno q. 87, art. 2. Alvarez disp. 60, de Auxiliis, Candid. disp. 24, art. 37 et 38, dub. 4 et 5. Granados controv. 3, de Charit. trac. 3, disp. 10. Arauxo 2, 2, q. 24, art. 6, dub. 4. Serra ibi dub. unico. Juxta quam sententiam facillime extricatur difficultas. Nam concessa ut par est doctrina Concilii, quæ etiam est D. Thomæ, quolibet actu J°riᐡJ₁_ᐳac ad repli eam res ponsio. Soto Ledesma Alvarez.* Candid, Araoio. Serra*

remisso acceptatur homo ad majorem gratiam, et gloriam, ad easque habet jus morale, seu meritorium ; quia tamen a proportione minoris æqualitatis non datur actio, ut est principium Aristoteiicum, non augetur physice illa gratia quolibet actu remisso, licet meritorio ; atque ideo aucta moraliter, et quoad jos permanet remissa physice, usque dum ponatur actus intensus, qui respondeat actibus illis praecedentibus remissis. Qui tamen numquam ponciur nisi in ipsomet instanti separationis animæ, aut glorificationis. Quod signi-
D.Thom. ficasse visus est D. Thomas loco supra citato solut. ad I, qnod erat omnino idem cum difficultate proposita, ubi ita respondet : *Ad primum ergo dicendum, quod quilibet aclus Charitatis meretur vitam aslernam, non quidem statim exhibendam, sed suo tempore,* In quo non est difficultas, sed est dogma Catholicum. *Similiter etiam quilibet actus Charitatis meretur Charitatis augmentum; non tamen statim augetur, sed quando aliquis conatur ad hujusmodi augmentum,* Quod per se loquendo non fit, nisi in ipsomet glorificationis instanti : toto namque deenrsu vitæ, si actus sit intensior habitu, illico tribuitur augmentum ipsi debitum, et actibus remissis non est praemium quod respondeat. Unde ne irremunerata maneant merita remissa (quod est absurdum minime devorandum) compellimur recurrere ad instans glorificationis, in quo erumpat homo in virtute procedentium in actum ferventissimum illis correspondentem, quo augeatur Charitas physice juxta illorum exigentiam. Et quia hæc via tritior, ac securior, necnon principiis sanæ doctrinæ de remuneracione bonorum operum conformior, eam selegimus, et prosecuti sumus tract, de Charit. disp. 5, dub. 4, per totum, quo eat lector pro majori hujus rei elucidatione,

soleto s u l ‘ ^cunda, et satis probabilis aliquorum discipulorum D. Thomæ sententia est actibus remissis nullatenus augeri graiiam nec physice, ut omnes concedimus, nec etiam moraliter seu quoad jus. Et cum urgentur doctrina illa Concilii, et D. Thomæ, inquiunt mereri quidem hominem justum quolibet actu quantumvis remisso, non aliud, aut novum præmium, sed illudmet quod aliis actibus erat debitum : quocirca ex actibus remissis non augetur præmium, sed multiplicantur tituli idem præmium acquirendi, el quo plures fuerint aclus remissi, eo plures erunt tituli conferendi ilhidmet præmium. Pro qua sententia refert Prado in præs. dub. 2, §2. Durandum, Paludanum, Banez, Joan, a S. Thoma, Sylvium, Illustrissimum Guduy in lectura nondum prælo commissa, et alios. Quorum fundamenta proposuimus, et diruimus loco nuper allegato ex tract, de Charitate, ubi agere necesse fuit de ejus augmento, et ad eum locum Lectorem remittimus.

ARTICULUS 111.

Utram renialia peccata remittantur per aversionem beatdichr, el eseUra hujuvwii ?

Ad tertium sic proceditur Yiddur. quod venialia peccata non remittantur per aspersionem aqtrt benedicte, et rpiscoptilem beuediclionem et alia hujusmodi. Peeraia enim vejalia non remittuntur sine pœnitentia, ut dictam en. Sed Pernitentia per se safffeit ad remissionem venialium peccatorum. Ergo ista nihil operantur ad hujusmodi remissionem.

Prctcrea Quodlibet istorum eandem relationem habet ad tinum peccatum veniale, et ad omnia. Si ergo per aliquod istorum remittitur aliquod peccatum veniale, sequitur quod pari ratione remittantur omnia. Et iu per muin tnusionem pectoris, vel per unam aspersionem aquæ benedicta4, redderetur homo immuqrs ab omnibus peccatis venialibus, quod videtur inconveniens.

Præterca. Peccata venialia inducuut reatum alicujus pœnæ, licet temporalis : dicitur enim 1, Corin. 3. de eo, qui superaedificat lignum, iceaum, et stipulam, quod salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed hujusmodi, per quod dicitur peccatam veniale dimitti, vel nullainT vel minimam pœnam in se habent. Ergo non sufficiunt ad plenam remissionem venialium peccatorum.

Sed contra est, quod Augusu dicit in lib. de posâit. quod pro levibus peccatis pectora nostri tundimus, et dicimus : Dimitte nobis debita nostra- Et ita videtur, quod tunsio pectoris, et oratio Dominica, causent remissionem venialium peccatorum. Et calem ratio videtur esse de aliis.

Respondeo dicendum, qnod (srul dictum est) ad remissionem ven atis peccati non requiritur ftov® gratiæ infusio : sed sufficit aliquis aclus procedens ex gratia, quo aliquis dciesietur peccatum veniale vel explicite vel saltam implicite : sicut cum aliquis ferventer movetur in Deum : Et ideo triplici ratione aliqua camanl remissionem venialium peccatorum, uno modo in quantum in eis infunditur gralia : quia per infusionem gratiæ tolluntur venialia peccata, ut supra dictura esL Et hoc modo per Eucharistiam et Extrema n Unctionem, et universal·ter per omaia Sacramenta novae legis, in quibus cooferiur grati», peccata venialia remittuntur. Secundo, iu quantum sunt cum aliquo rnolu detestationis peccaiorura. Et hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, et oratio Dominica operantur ad remissionem venialium peccatorum : Qam ii> oratione Dominica petimus : Dimitte nebis debita nostra. Tertio modo, iu quantum sunt cum aliquo mota reverentiae in Deum, et ad res divinas : Et hoc modo benedictio Episcopalis, aspersio aquæ benedicte. libet Sacramentaiis unctio, oratio in Ecclesia dedicata, et si aliqua alia svnt hujusmodi, operantur ad remissionem venialium peccatorum.

Ad primum ergo dicendum, quod omnia ista causam remissionem percitorum venialium, in quantum inclinant animam ad uioimn pœnitentiæ : qui est detestatio pexatorum, vel implicite vel explicite.

Ad secundam dicendam quod omnia feta quantum est de $e, operantur ad remissionem omnium peccatorem venialium. Potest tamen impediri remissio quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inferret, ita mi ei ^er nctionena interdum impeditor effectus bap-

–.△*1 ,,Icefl1,am▮ T00^ per prædlcta tolluntor quidem p^ccau vemalu quantum ad culpam, tum virtute nw»$^r,î,u^ Vloa etiam virtute charitatis cuius mok ptr prædicta excitatur. Non autem per qnodlibet

prædictorum

prædictorum semper tollitur totos reatus pcon» : quia sic qui esse* omnino immunis a peccato inorlali, aspersus apia benedicta, statim evolaret. Sed reatus pomæ remittitur per prodicta secundum modum fervoris in Deum, qui per nræificla excitatur, quandoque magis, quandoque autcin minus.

Conclusio affirmat.

Disputationem integram de numero Sacramentalium, de eorum efficientia, et modo causandi instituimus, et appendimus ad tract, de Sacramentis in genere, quæ est ultima illius tractatus, et in ordine decima. Quocirca ab ea in præsenti supersedendum est, ne jam actum agere videamur, præcipue vero quia nihil occurrit in littera articuli, quod ibi non fuerit expensum, et accurate explicatum. Illud solum animadvertimus sapientissimum Magistrum Prado in doctrina D. Thomæ versatissimum, et Oculatissimum ex mente S. Doctoris tradidisse in præsenti dub. 4, quod respondet huic articulo, ëandemmet sententiam de causalitate ex opere operato Sacramentalium, quam ibi fulcire ex D. Thoma conati sumus.

ARTICULUS IV.

Virum veniale peccatum possit remitti sine morlalil

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod veniale peccatum possit remitti sine mortali. Quia super illud Joan. 8 : Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Dicit quædam gl. quod omnes illi erant in peccato mortali : venialia enim eis dimittebantur per cæremonias. Ergo veniale peccatum potest remitti siue mortali.

Præterea. Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratiæ infusio, requiritur autem ad remissionem mortalis. Ergo veniale peccatum, potest remitti sine mortali.

Præterea. Plus distat peccatum veniale a mortali, quam ab alio veniali. Sed unum veniale potest dimitti sine alio : ut dictum est, Ergo veniale potest dimitti sine mortali.

Sed contra est, quod dicitur Matthæi 5 : Amen dico tibi, non exres inde (scilicet ex carcere, in quem intruditor homo pro peccato mortali) donec reddas novissimum quadrantem, per quem significator veniale peccatum. Ergo veniale peccatum non remittitor sine mortali.

Respondeo dicendum quod (sicut supra dictum est) remissio euipæ cuj· scumque nunquam tit nisi per virtutem gnrtfec : quia ut Apostolus dicit Roman. 4 : Ad gratiam Dei perlinet, quod Deus alicui non Jimpntet peccatum : quod gl. ibi exponit de veniali. Ille autem qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Unde nullum veniale sibi remittitur.

Ad primum ergo dicendum, quod venialia ibi dicuntur irregularitates sive immunditia*, quas contrahebant secundam legem.

Ad secundum dicendum, quod licet «id remissionem peccati venialis non requiratur nova infusio habitualis gratiæ : requiritur tamen aliquis gratiæ artus, qui non potest esse in eo qui subjacet peccato mortali.

Ad tertium dicendum, qnod peccatum veniale non «– eludit ome*m actum gritte, per quem possunt omnia peccata venialia dimitti- Sed peccatum mortale excludit totaliter liabitnm gratiæ sine quo nullum peccatum mortale vel veniale remittitur. Et ideo non est similis ratio.

Conclusio negat.

Doctrina hujus articuli satis consonat sacris litteris, in quibus iniquorum opera Deo non piaccro significatur : prius enim respicit Deus personam quam ejus operationes, juxta illud Genes. 4: *Respexit Deus ad A bel, el ad munera ejus ; ad Cain vero et ad munera ejus non respexit.* Si enim persona non est Deo accepta, quinimo infensa, et invisa, ejus operationes non habent unde valorem accipiant, ut ipsi acceptæ reddantur. Unde est illud Ecclesiastici 34, vers. 23 : *Dona iniquorum non probat Allissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.* Gum ergo remissio cujuscumque culpæ, ut hic inquit D. Thomas, numquam fiat absque Dei gralia, et hac destituitur existens in peccato mortali ; consequens est existent! in peccato mortali fieri non posse remissionem alicuius venialis, atque ideo non posse veniale peccatum alicui remitti, quin ejtiam remittantur omnia mortalia. Id quod fiet magis perspicuum, si animadvertatur, quod sicut peccatum mortale secum importat privationem gratiæ sanctificantis, imo in hoc ejus essentia consistit, ut suo loco ostendimus; ita peccatum veniale inducit teporem, et carentiam fervoris In charitate, ratione adhæsionis voluntariæ ad bona temporalia. Unde sicut ad remissionem mortalium requiritur infusio gratiæ sanctificantis, itaad expianda venialia opus erit fervore ejusdemmet charitatis, qui est oppositus, et incompossibilis cum peccato veniali. Fervor autem aut charitatis, aut gratiæ nequit nisi restituta gratia : ergo si existens in peccato mortali necessario est gratia destitutus, non est unde possit esse immediate capax fervoris gratiæ, et consequenter nequit ei fieri remissio venialis peccati absque mortali. Quæ fuit explicatio D. Thomæ in 4, dist. 16, quæst. 2, art. 1, quæstiunc. 3 : *Quia remoto priori, removetur posterius, nec posterius restituitur, nisi priori restituto. Fervor autem charitatis, cui veniale opponitur, est posterior ipsa charitate. Unde quandiu charitas non restituitur, neâ fervor charitatis reparari potest.*

Fanda· ab auctoritate, et ratione·

Genes.4<

Ef^C3· 34.

D-Thonb

2. In quam sententiam utpote verissimam abiere communiter Theologi, unico excepto Durando in 4, dist. 16, quæst. 2, num. 9, qui contendit ejus oppositum esse probabilius. Adstipulantur Durando Scotistæ cum suo Magistro locis infra referendis. Fundamenta Durandi sunt. *Pritno :*

Contraria Durandi Sententia, el motita.

nam ad dimissionem venialium non requiritur restitutio gratiæ, sed sufficit reordinatio voluntatis per debitam displicentiam ejus, quod indebite placuit, et solutio pœnæ finitæ : sed unum et alterum fieri valet ab homine existente in peccato mortali : Ergo huic homini fieri valet remissio venialium absque remissione mortalium. *Secundo :* quia si puer existons in originali p.-rveniat ad statum, in quo peccet venialiter. quin deliquerit mortaliter, et statim decedat e vita, aut punietur in inferno pœna infinita, vel pœna temporali, et finita? Primum non potest dici, quia peccato veniali non debetur pœna infinita; hæc enim taxata est ex divina justitia pro peccato mortali : Ergo necessarium est asserere secundum ; quo posito jam dimittetur ibi peccatum veniale soluta pœna temporali debita, absque concursu gratiæ : Ergo etiam in hac vita poterit similiter solvi, ac remitti peccatum veniale, quin exuatur puer peccato originali, in quo il ud commisit. *Tertio.* Per opera extra charitatem facta meretur homo saltem de congruo aliquod bonum temporale : sed remissio peccati venialis est aliquod bonum temporale : Ergo eam ut minimum de congruo poterit mereri homo extra charitatem et Dei gratiam. *Quarto,* et est ratio præcedentium. Nam licet absque gratia nequeat Deus acceptare hominem ad vitam æternam, et dona omnino ei proportionata : bene tamen ad dona temporalia, et temporaliter remunerabilia, qualis est expiatio peccati venialis, cui solum debetur luen a pœna temporalis. Quæ motiva, inquit, solum procedunt in statu viæ, secus vero in termino, in quo ratione status nullum peccatum veniale est remissibile nec quoad culpam, nec similiter quoad culpam, nec similiter quoad pœnam. Et hac limitatione accessit ex parte ad D. Thomam, et recessit ab Scoto, ut infra videbimus.

Primum motivum eliditur.

Hæc tamen fundamenta facile diruuntur, et vindicatur sententia D. Thomæ. Primum diluit S. Doctor quæst. 7, de malo art. 10, ad 6, docens, *quod peccatum postquam transit actu, potest manere reatu, quem non tollit quælibet mutatio voluntatis, sed solum illa quam Charitas operatur, ct* constat in peccato mortali. Et ratio est, quia quodlibet peccatum ultra deordinationem ad objectum dissonum inducit offensam Dei vel gravem, vel levem juxta alibi suis propriis locis stabilita. Offensa autem divina opponitur ejus gratiæ, vel ejus fervori, atque ideo absque gratia, vel fervore gratiæ nulla earum remitti potest,ut constat ex art. 2, quæstionis præcedentis.

Secundum est penitus arundineum, et minime solidum, ut constat ex S. Doctore 1, 2, quæst. 89, art. 6, ubi solidissime probavit implicare contradictionem peccatum originale conjungi in puero cum solis peccatis venialibus : quia dum primo pervenit ad usum rationis, tenetur se convertere ad Deum ut ultimum finem : quod si faciat, excutiet a se peccatum originale, et in Dei gratia constituetur. Sia minus, peccabit mortaliter ob transgressionem illius gravissimæ obligationis, et sic numquam conjungetur peccatum veniale cum solo originali. De quo accuratius egimus tract, de Peccatis disp. 20, dub. 2, ubi hanc discussimus difficultatem. Quamobrem cessat illa interrogatio ut de subjecto non supponente. Ea tamen utcumque admissa, dicendum est peccatum illud veniale commissum ab illo puero in æternum iri punitum ratione status, in quo nulla est flexibilitas liberi arbitrii ad bonum ratione obstinationis, ut concedit D. Thom. in 2, dist. 42, q. 1. art. 5, ad 7, dicens, *Quod si ponatur per impossibile, tunc talis puniretur pœna sensibili in inferno, et pœna illa esset æterna.* Quod etiam concedit Durandus in peccatis venialibus damnatorum. Sed inde nullum fit argumentum ad venialia hujus status, in quo est flexibilitas liberi arbitrii sub Dei gratia ad bonum rationi consonum cum detestatione oppositi. Stat ergo in inferno nullum veniale dimitti, sed omnia perpetuo puniri per accidens ratione status illius : et in hac vita absque Dei gratia habituali se exerente in prædictos actus nullum deleri. Quare falsus est Nuno in præs. dub. 4, asserendo probabilius sibi esse peccata venialia in inferno non nisi pœna temporali esse punienda, et oppositum esse contra divinam justitiam. Nam ut inquit D. Thomas quæst. 7, de Malo art. 10, ad 5, quod peccatum veniale in æternum puniatur, non est propter majoritatem, (et si velis, condignitatem) culpæ ipsius venialis, *sed, propter indelebilitalem, quæ provenit ex adjuncto statu :* perpetuitas namque pœnæ consequitur perpetuitatem culpæ, quæ provenit ex carentia gratiæ : quia culpa non potest remitti, nisi per gratiam, ut statuerat S. Doctor quæst. 5, de Malo art ad 10.

3. Tertium

3. Tertium etiam fallit, quia hic non loquimur de quolibet bono temporali, sel do culpa remittenda, et hujus condonatio est quid spirituale et maxime cedens in utilitatem, ac perfectionem animæ. Quare nequit homo absolvi a pœna temporaliter luenda, quin supponatur a culpa absolutus, ut docet D. Thomas in 4, dist. 15, q. 1, art. 3, quæstiunc. 5, dicens : *Cum nullus liberetur a pœna, nisi absolutus a culpa, quia effectus non diminuitur, nec tollitur, nisi diminuta, vel ablata causa, ideo per opera extra charitatem facta quæ neque culpam tollere, nec diminuere possunt, pœna inferni* (et eadem est ratio de pœna temporali) *mitigari non potest.* Præterquam quod meritum de congruo proprie tale supponit gratiam in subjecto respectu ejus apud quem quis de congruo meretur, quocirca fundat aliquod juris genus in præmium, licet illud non sit æquale, ut statuimus tract, de merito disp. 2, dub. unico, ubi meriti de construo, et de condigno conditiones examinavimus. Opus autem extra charitatem factum habet quidem rationem dispositionis physicæ, sed remotæ, si sit opus supernaturale ; neutiquam vero accedit ad rationem meriti de congruo proprie talis, sed metaphorice dumtaxat, et improprie. ideoque nullum sibi vendicat præmium adhuc temporale, quod vere præmium sit. Unde negato supposito, omnia corruunt.

Ad quartum dicimus opera in peccato facta non acceptari a Deo ut remuneranda, aliquo vero præmio aut æterno aut temporali, eo quod non sunt opera amici, sed inimici : nam, ut inquit D. Gregorius lib. 22. Moral, cap. 12 : *Ex dantis corde id quod datur, accipitur, idcirco non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt : quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur.* Et quidem ut quæstione præcedenti art. 3, ad 4, inquiebat D. Thomas circa ipsa peccata mortalia, quod esset ridiculum adhuc in humanis petere remissionem unius, et non alterius offensæ; multo magis risu dignus existimari posset, qui nihil curando de gravibus culpis, totus esset in expungendis, ac purgandis venialibus, quarum remissio nihil confert non remissis mortalibus. Esto tamen, ita esset, quod aliquando D-rns opera injusti acceptaret a l aliquod præmium temporale, ut intenditur ; non illico fieret consequens debere esse ad remissionem intentam venialium ; cum alia , et poene innumera sint bona temporalia intra ordinem naturæ, ad quæ utpote sensibiliora pronior est hominis voluntas. Unde ergo debet restringi illa acceptatio ad intentam remissionem neutiquam sensibilem homini, cui fieret illud beneficium. Hoc sane divinare est, proinde nulla certa ratione probabile.

Scoti sententia.

4 Absolutior se gessit Scotus in 4, dist. 21, quæst. 1, §. *In ista quæslione.* docens ex una parte sola solutione pœnæ peccata venialia dimitti, ut jam supra tetigimus ; ex alia vero asserens *non esse inconveniens pcenarn veniatis habere terminum in inferno.* Gui subscribens Gabriel in 4, dist. 16, q. 5, art. 4, dixit hanc opinionem esse clementiorem, et probabiliorem ; quod et asseruit Villalobos in summa tract. 1, diffic. 17, et novissime Delgadillo de Pœnit. cap. 7, dub. 2, num. 10 et toto dub. 5. Cujus ratio est : quia si Dei inimico conceditur auxilium supernaturale ad eliciendos actus supernaturales fidei, spei, attritionis, imo et contritionis; nulla esse potest ratio, quare non etiam concedatur auxilium ad actum de se ordinatum ad expellendum venialem affectum, subindeque ad consequendam illius remissionem. Addit vero n. 17, forte veram esse sententiam docentium remissionem venialis non esse opus gratiæ, sed naturæ, vel justitiæ. Juxta quam facilius salvatur fieri posse remissionem venialium absque mortalium condonatione. Præmiserat autem dub. 4, ejusdem capitis n. 15, peccatum veniale, et mortale non differre ex natura rei, solum ex divina misericordia.

Gabriel· Villalobos· Delgadillos.

Improbatur ut valde absurda. Vazquez. Martinez Prado.

Hanc tamen sententiam rejiciunt communiter Theologi, et ut novissime defenditur a praedicto Scoti discipulo, improbabilem judicat Vasquez 1, 2, disp. 142, cap. 1. Gregorius Martinez 1, 2, q. 88, dub. 2, conci. 1, dicit temerariam, Martinez de Prado in præs. dub. 5, intolerabilem appellat, nosque ipsi tract, de Peccatis disp. 19, dub. 1, num. 4, eam rejecimus ut minus consonam Pontificum decretis Pii V et Gregorii XIII, a quibus inter alias proscripta fuit vigesima prima propositio Michaelis Baii, quæ erat hujusmodi : *Nullum est peccatum ex natura sua veniale.* Quæ propositio vera esset, si peccatum veniale ex natura sua non distingueretur a mortali; si quidem nullum ex natura sua esset veniale : consequenterque ex natura sua quodlibet peccatum esset

mortale; non enim datur medium inter veniale, et mortale. Cui si addideris illam aliam propositionem ejusdem Authoris, quod rrrnissto *pcccali venialis non est optis gralix, sed noturo,* palam conficietur remissionem peccati ex natura sua mortalis non esse opus gratiæ, sed solius naturæ. Undo rursus fiet remissionem peccati ex natura sua gravis non esse effectum gratiæ Dei, sed revocari posse in vires naturales contra expressam definitionem Concilii Trident, sess. C, de Justificat, can. 1, ubi similis doctrina sub his Verbis cavetur : Si *quis dixerit hominem suis operibus, qux vel pèr humano natura·, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo, anathema sit.* Quare Magister Prado consuit hujus Authoris in bac parte doctrinam esse into'erabilem. utpote qui enervantur decreta, et argumenta Conciliorum et Patrum in favorem gratiæ contra ejus inimicos, plus justo fautores liberi arbitrii.

Concil. Trid.

5. Nec momenti est ejus ratiocinatio : ex eo enim quod Deus conferat homini in justo auxilia supernaturalia ad aliquos actus hujus ordinis, consulit quidem suæ providentiae, et nostræ indulget necessitati, ut ex parte sua non deficiendo, possimus sub illis auxiliis nos utcumque, remote ad gratiam et remissionem præparare, ac disponere. Interim tamen atque noli accedit justificatio, sicut non est locus intensioni gratiæ, aut ejus fervori, ita nequit intelligi venialium remissio. Licet enim venialia nec quoad fieri, neque quoad excludi dependeant a mortalibus, si absolute loquamur : facta tamen suppositione accidentali illorum existentiæ, non possunt remitti, quin prius ipsa excludantur media infusione gratiæ sanctificantis : et hac semel infusa, expeditur subjectum, ut se exorat in actus aut charitatis. aut Pœnitentiæ contra venialia : supponitur quippe homo privatus nedum fervore, sed et entitate ip-ius gratiæ, et nequit erumpere ih fervorem, quin prius accipiat entitatem. Ut patet in naturalibus, ubi aer tenebrosus nequit illuminare, quin prius luce perfundatur, et tenebris purgetur, et lignum nequit erui gradu aliquo humiditalis, quin accipiat calorem inducentem siccitatem. Nec obesi actus illos esse supernaturales, consequenterque moraliter bonos, et raaliliæ expertes. Nam hoc quidem req lirilur, sed non sufficit, nisi simul subjectum eliciens sit Deo gratum, et acceptum ; non enim *habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis,* ut docet Gregor, hom. 27, in cvangelia : quocirca nec per modum meriti, nec per modum satisfactionis potest conducere ad abstergeo lam maculam, et couipansendam illam qualemcumque offensam peccatorum venialium.

D» Gre SOr.

Unde fallit sententia Scoti ut ab ipso primo edocta in eo quod docet in inferno esse terminum præfixum pœnæ pro venialibus, et in eo quod aflirmat in hac vita quin remittantur mortalia, deleri posse venialia. Cujus oppositum quoad utramque partem constat ex doctrina Patrum, et ratione D. Thomæ jam explicata. Unde nec dementior, nec probabilior censeri debet ejus opinio, ut asserebat Gabriel, utpote quæ adversatur justitiæ divinæ ex illa parte, qua docet esse terminum præfixum remissioni in illo statu, in quo nullâ est redemptio, et consequenter nulla remissio. Recedit etiam a Patrum sententiis ex eo capite, quo affirmat non esse opus gratia Dei pro diluendis ejus offensis. Ac tandem contradicit rectæ rationi, quo probatur fervorem charitatis quo privant venialia, restitui non posse non restituta ipsa charbtate quoad substantiam.

6. Superis»'tamen enodanda difficultas « « Φ ... eorum opinionem frivolam dicit D Thofontalium in Pnrnamrin ..hi ,St ^aS In >■ dlEt· 21› <luæst· >. ari- 3. >»

de remissione venialium in Purgatorio, ubi non est locus aut merito, aut satisfactioni proprie talibus. In qua difficultate supponi debet ut omnino certum hominem e vita migrare posse cum peccatis venialibus·, non solum quoad reatum pcenæ temporalis ibi purgandæ, sed etiam quoad culpam* seu maculam, et offensam. Ratio suppositionis est clara : quia peccatum veniàlê quoad omnes illas rationes est compatibile cum intensa gratia, et cum perfecta contritione omnium delictorum gravium, quin ex vi hujus detestetur homo aliqua, vel pluria venialia, quibus afficiatur ad bona temporalia. Sed si homo decederet in hac dispositione, abs dubio migraret ex hac vita cum peccatis venialibus, solutus quoad culpam saltem a mortalibus. Ergo cum hoc possibile sit, possibile etiam erit securil deferre hominem peccata venialia, in Pur·*· gatorio quoad culpam diluenda. Unde D. Thomas quæst. 7, de Malo art. U. ubi hanc versavit difficultatem, inquit : *Quan* doque contingit, quod aliqui in ipsii actibus peccatorum venialium, vel in proposito Vé* nialiler peccandi , occupantur somno, vel aliqua passione auferente ùsum rations, et proveniuntur morle, antequam possint habere usum rationis. Quibus manifestum est, quod in hac vita peccata venialia non dimittuntur; el tamen propterea non impediuntur perpetuo a vita æterna, ad quam nullo modo perveniunt, nisi omnino immunes ab omni culpa officii. El ideo oportet dicere, quod venialia remittuntur eis post hanc vitam, etiam quantum ad culpam.*

nisa id Menta. lensis» Major,

7. Quare audiendi non sunt Alensis in 4, p. q. 12, memb. 4, art. 8. Major in 4, dist. 21, quæst. 3, et si qui sunt alii, docentes neutiquam contingere posse, ut quis cura venialibus dece.lat, ratione gratiæ finalis in fine vitæ homini collatæ, quæ quia perfectior , superat concupiscentiam , et omnes vires animæ perfecte subjicit rationi; ideoque non admitti aliquod peccatum veniale in illo ultimo instanti. Casu tamen, quod venialia usque ad illud perseverent, in ipsomet instanti continuativo hujus vitre cum futura, quod est instans utriusque vitæ, remittenda erunt juxta doctrinam sanctorum Augustini, et Gregorii asserentium non esse speiandam culpæ remissionem in alia vita, in qua non est tempus merendi.

liawr

Hi inquam, audiri non debent, sed *se, et in sua causa. In se quidem, quia dictis Sanctorum el Evangelii adversatur, cujus dicta non possunt exponi de remissione venialium quantum ad pœnam, quia sic tam gravia, quam levia in futuro dimittuntur. Gregorius autem leves culpas tantum posl hanc vitam remitti perhibet : Quantum ad causam aulem frivoia apparet.* Tum quia defectus corporalis qualis est in ultimo vitæ, non aufert concupiscenti® corruptionem, vel eam quantum ad radicem diminuit, sed solum quoad actum, ut accidit illis, qui graviter infirmamur, in quibus est concupiscentia, sel absque actu. Tum etiam, quia defectus ille non sedat potentias animæ, aut eas gratiæ specialiter subjicit : siquidem potentiarum subjectio ad cratiam fit per obedientiam inferiorum virium ad superiores juxta præscriptum divinæ legis, cui omnes vires conformari debent. Quod tamen in illo statu non est, ubi deficiunt actus ucrarumque virium. Turn dein le : qdia alia est tranquillitas positiva, alia negativa, quæ coincirit cum carentia pugilæ. Prima postulat insignem gratiam, et sübjectionem passionum insurgentium; secunda vero importat nudam carenliam actus, qualem reperirc est in dormientibus, quin propterea somnus dicatur domare passiones. Et hæc secunda est, quam solam illa sententia probare potest, non vero primam, quandoquidem gralia illa finalis ejusdem rationis est cum præcedenti, et solum importat continuationem usque ad illud instans Continuatio autem ejusdem gratiæ non sufficit ad tollenda venialia, imo nec ejus augmentum habituale, ut constat ex supra dictis. Unde sive augeretur, sive Continuetur; inepte assignatur causa remissionis venialium. Tum denique, et est ratio præcedentium : nam dato ita frænare, ac compescere concupiscentias; adhuc non sufficeret ad excludendum affectum venialium, sed dumtaxat ad vitandum, ne alia committerentur; nam affectus peccati venialis non tollitur nisi per actum, quo voluntas erumpat in ejus detestationem aut formalem, aut Virtualem. Præterquam quod non occurritur exemplo dormientis in gratia cum aliquo peccato veniali qui in ipso somno morte corripiatur, absque ullo actu aut contritionis, aut detestationis. Quare post D. Thomam prædictam sententiam refellunt omnes alii Theologi, ex quibus Suarez sect. 4, num. 3, asserit *loqui sine fundamento.* Vasquez vero dub. 2, *Omnino sine fundamento* esse affirmat.

Suarez· VazQuez·

8. Nec est minus frivolum, quin, absurdius, quod addit Alensis 4, p. q. 12, memb. 4, art. 8, esse gravem contemptum, et mortale peccatum, quod quis in morte sit affectus ad peccatum veniale. Unde casu, quo quis dormiens decedat cum veniali, cujus nec in speciali, nec in generali ipsum non pœnituit, ratione contemptus illud veniale factum est letbale, ut etiam affirmat ibi q. 15, memb. 3, art. 3

Absurdior sententia.

Quod impugnans D. Thomas ubi supra inquit : *Non potest dici, ut dicunt, quod si non pœniluit actu, vel proposito generali, vel speciali, quod sit versum in morlalc, propter hoc quod veniale sit morlale, dum placet : qum non quælibet placentia venialis facit peccatum morlalc, alias omne veniale essel morlale quia quodlibet veniale placet, cum sit voluntarium.* Unde non quælibet complacentia in peccato sufficit ad inducendam culpam mortalem, sed illa dumtaxat, quæ importat deordinalionem contra ultimum finem, ratione cujus utimur fruendis, et fruimnr utendis assumendo media pro fine ultimo, et e contra, ut est

impu-

doctrina Theologorum tradita a D. Augustino hb. do Doctrma Christiana cap. 3. Nec similiter quælitæt advertentia ad peccatum veniale absque ejus detestatione importat contemptum gravem Dei. alioqui in nullo peccato veniali deficeret talis contemptus ; sed ulterius requiritur ut sit contemptus vel formalis, vel interpretativus ipsius Dei, quod præferatur creatura creatori, et in ea constituatur exercite ratio u'timi finis. Quod non contingit in eo qui sciens, et volens dormitum it in peccalo veniali, Imo contingere potest (inquit D. Thomas) ut post commissum veniale nihil actualiter cogitet de peccato illo aut tenendo, aut dimittmdo, sed alio distractus cogitat forte quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, et in hac cogitatione obdormiat, et moriatur, in quo eventu nec levissimum est vestigium alicujus contemptus, ob quem peccatum illud de se veniale verti possit m morale. Unde patet (concludit D. Thomas' *quod hæc opinio omnino irrationabilis est.* Quapropter necessarium est asserere aliqua venialia solvi quoad culpam in Purgatorio, ne dicatur irremissa manere, et quod perpetuo impedimento sint introitus in regnum caelorum, in quod nihil intrare potest coinquinatum.

Veta D.Thom. saûentîâ de modo, quo venialia excluduntor quantum ad culpam in Purgatorio.

9. Qua veritate supposita, superest explicare, qualiter id fieri potest, cum ibi non git rall0 meriti aut satisfactionis, quarum alterutra tantummodo fieri debet remissio. Id præstitit D. Thomas quæst. 7, de Malo art. 11. *Et ideo oportet dicere quod venialia dimittuntur eis post hanc vitam quantum ad culpam, eo modo quo remittuntur in hac vita commissa.* Ubi recurrit ad actum charitatis, in quo se explicat gratia pro illis exc.udendis. Ut vero occurreret rationi dubitandi quod ibi jam non sit locus merito, aut satisfactioni, subdidit : *Quia tamen post hanc vitam non est status merendi, ille dilectionis motus in eis tollit quidem impedimentum venialis culpæ, non tamen merelur'absolulionem, vel diminutionem pœnæ sicut in hac vita.* Quod est dicere, per prædictum actum nihil hominem mereri ob ipsammet rationem dubitandi, quia videlicet cessavit status vjæ, subindeque meriti : et ideo prædictus actus solum se habet per modum removentis physice prohibens in illo statu, ut expresse affirmat sol. ad 1 et 2, respectu culpæ, quæ est impedimentum, toto pœnæ reatu solvendo permanente cum tamen si illemet actus fieret, aut factus fuisset in statu vi®, non solum amovisset impedimentum culpa? meritorie, sed et satisfactorie consecutus etiam fuisset vel diminutionem, vel totalem remissionem pœnæ, si fuisset intensus. Unde apparet alia differentia, quam tangit S. Doctor ad 5. Nam remissio peccati venialis in via adepta conducit per se ad augmentum gratiæ, et gloria? saltem moraliter suo tempore conferendae, ut constat ex dictis art. præc. At vero remissio peccati venialis ibi facta non facit ad majorem profectum spiritualis boni, *nisi solum per accidens, scilicet quantum ad remotionem impedimenti.* Et quia impedimentum est incompossibile cum ipso removente, idcirco ille actus dicitur excludere maculam venialem per modum formæ, vel quasi formæ incompossibilis, et totus reatus pœnæ exolvendus. et purgandus manet igne Purgatorii. Quæ est sententia communis non solum apud discipulos D. Thomæ, sed etiam apud alios, ut videre est in Vasquez art. 1, dub. 2, a num. 10. v«qas, Coninch. disp. 2, dub. 27. Lugo disp. 9, c«“bcù. sect, 2, num. 36, licet dissentire videatur ^uim. Suarez disp. 11, sect. 4, num. 14. Sed solum est differentia quoad modum loquendi, quæ non multum referi : sive enim hoc, sive illo modo explicetur, nullus est qui non doceat necessarium esse actum charitatis, quo voluntas se extricet, et expediat ab illo obice peccati venialis, in quo vim semper posuit D. Thomas; ideoque constanter asseruit in illo statu se habere actum prædictum ut removens prohibens. Et art. 2, hujus quæst. sol. ad 3, maculam peccati venialis non aliter explicuit, aut explicandam censuit, quam *per inductionem alicujus impediendis decorem, puta luti, aut pulveris,* quod impedimentum tollitur per illum actum, uti tollitur umbra per amotionem corporis interpositi. Et hunc sensum quia expressum D. Thomæ, et propriorem aliis tenendum censemus. Unde si alicui S. Doctor aliquod genus meriti accidentalis animabus Purgatorii detulit ad remi-sionem venialium, nt attribuisse constat in 4, dist. 21. q. 1, art, 3 ad 4, intelligendus est de merito improprie, et secundum quid, quatenus importat assecutionem rei, quæ intenditur, non vero, quatenus est. motus tendentis in finem media alterius voluntate, quem allicere curat quo pacto importat statum viæ, ut explicuimus tract, de Merito disp. 1, dub. 4.

10. Sed

fàmio· 10. Sed objicies. Ille actus charitatis, ad quem recurrimus cum D. Thoma, vel eliceretur in ipsomet separationis momento, vel decursu temporis, quo anima detinetur in Purgatorio. Neutrum est dicendum ; ergo falsum est assertum D. Thomæ. Probatur Minor quoad secundam partem :quia toto illo tempore non unicum, sed plures charitatis aclus potest elicere anima, et non est major ratio, quare unus præ aliis hunc tribuat effectum. Et si recurratur ad illorum omnium collectionem, rejicitur eadem facilitate, qua dicitur; tum quia unus sufficit ad omnia venialia simul expellenda; tum quia non est major omnium ratio, quam unius tantummodo. Unde suadetur prima Minoris pars : quia non est etiam ratio, quare in illo solo instanti teneatur elicere prædictum actum, et non in aliis.

liquorum rpon-SIO.

Sunt, qui hac objectione moti doceant elici unicum actum ante instans separationis animæ a corpore, quo omnia venialia quoad culpam deleantur, quod satis probabile dicit D. Thomas in corpore illius articuli undecimi, in iis, qui cum usu rationis ex hac vita recedunt, *Non enim est* IThom. *probabile* (inquit S. Doctor) *quod aliquis in charitate exislens, et cognoscens sibi mortem imminere, non moveatur motu charitatis, el in Deum, ct conlra omnia peccata, quæ fecit, etiam venialia.* Sed quia hac solutione non occurritur rationi factæ de in somno morte correpto et ultra hoc talis actus pertinet ad statum viæ ante separationem animæ, rejicitur illa solutio ut minus doctrinalis. Qua etiam ratione amandatur, qui dixerit in vi præcedentium meritorum erumpere hominem in actum ferventissimum, contra omnia venialia. Hoc enim esset dicere non remitti in Purgatorio, sed in hac vita, ad quam pertinet ille actus. Prælerquam quod illa meritorum coacervatio in illo instanti deserviret quidem ad erumpendum in actum ferventissimum quo augeatur gratia in ordine ad gloriam non solum moraliter, sed etiam physice, ut supra explicuimus : non tamen importat specialem repugnantiam in illo instanti, cum peccatis venialibus, quam non habuisset decursu vitæ dum primo eliciebantur divisim : ergo hac via non satis occurritur objectioni factæ, qua extorquetur actus, quo in ipso Purgatorio post animæ separationem deleantur venialia.

11. Quapropter his, et aliis similibus dicendi modis prætermissis, Magister Soto in 4, dist. 15, q. 2, art. 2, § *Hoc tamen,* vero similius dicendum fuit ratus, quod *per actum Charitatis, et patientiae continuatum illo tempore, quo veniale punitur, remittitur culpa : nam esl actus Deo placens, el ad remissionem accommodatissimus.* Quo indicasse videtur tandiu protrahi remissionem culpæ venialis, quandiu veniale punitur in Purgatorio quoad pœnam. Quod tamen non satis consonat D. Thomæ quæst. et art. citatis de Maio, ubi solut. ad 9, distinguit S. Doctor remissionem venialis quoad culpam, et quoad pœnam. et de illa docet remitti per actum charitatis in illis verbis. *Remittitur ergo in Purgatorio veniale quantum ad culpam virlule gratiæ, pro ul erit in actum charitatis deleslanlis veniale peccatum.* Et de hac ipsa culpa affirmat, quod *non remittitur per pœnam, nec secundum quod actu sustinetur, quia non est meritoria, neque secundum quod recogitatur.* De hac vero, scilicet pœna, affirmat, quod *remittatur in Purgatorio quantum est ex parte Purgatorii, quia homo patiendo exoleit, quod debet.* Nam ergo ex mente D. Thomæ tamdiu protrahitur remissio culpæ, quandiu durat sustinentia pœnæ. Et ratio suadet : quia vel ille actus ut primo elicitus sufficit ad excludendam maculam venialem, manente reatu ad pœnam, vel non? si sufficiat : ergo tunc primo deletur macula, et solum remanet luenda pœna media sustinentia Purgatorii. Si non sufficiat, nec etiam continuatus valebit, cum sit ejusdem prorsus rationis. Praeterquam quod pœna paulatim solvitur, ac diminuitur ; culpa vero cum sit indivisibilis instantanée debet averti : non ergo per actum charitatis ut continuatum toto tempore, quo veniale punitur, debet remitti, sed instantanée.

Non approbatur.

Legitima ad objectionem responsio.

12. Hac ergo solutione omissa, vel ad sequentem redacta, respondetur ad objectionem cura aliis discipulis D. Thomæ in ipsomet ingressu Purgatorii, seu quod idem est, in ipsomet momento separationis animæ a corpore, in quo verum est dicere, *nunc non esl in corpore, el immediate antea erat,* elici actum charitatis, et detestationis omnium venialium, vel si mavis etiam Pœnitentiæ, et contritionis, quo omnia quoad maculam repelluntur, et solus remanet totus pœnæ reatus deinceps purgandus, et exolvendus. Et ratio est : quoniam anima statim ac egressa a corpore, cognoscit suum statum ; ac detestationem omnium impedientium, ac retar-

dantium a Dei fruitione, quam ratione charitatis ardentissime exoptat. Aliunde vero non est deinceps obtentura plus gratiæ, et charitatis, cum evidenter sciat se esse in termino. Ergo si aliquando eruptura est in prædictum actum, maxime- in illo instanti, in quo primo incipit experiri obstaculum peccatorum venialium, ne Deo immediate fruatur. Quem discursum approbasse videtur D. Thomas articulo sæpe citato de Malo contra se ita objiciens decimum sextum argumentum : *Quando est aliquod magnum bonum, quod differtur, et magnum malum, quod imminet, excitatur intensum desiderium ad consequendum bonum, et evadendum malum. Sed animæ separat#, quæ est Purgatorio obnoxia, imminet magnum malum, scilicet acerba Purgatorii perna, et differtur a maximo bono sperato, scilicet a vita sterna. Ergo slatim excitatur in ea fervens desiderium.* Cum itaque S. Doctor ita contra se objecisset ad probandum in Purgatorio non remitti venialia ita respondet : *Ac decimum sextum dicendum est quod illa ratio non concludit quod peccatum veniale in Purgatorio non remittatur* (et quoad hoc male adducitur) *sed quod statim ibi remittatur, el hoc satis videtur probabile.* Et quoad hoc tenet discursus ille,

D. Tho* Bâs.

Replica

Sed dices : si actus ille valet ad abluendam maculam, similiter valebit ad remissionem pœnæ, cum utriusque eadem sit ratio ; hoc autem est falsum ; alioqui citissime imo instantanée, redderetur anima immunis ab omni pœna Purgatorii : ergo non est ratio asserendi prædictos actus sufficere ad expulsionem maculæ.

Dilatio

Respondetur distinguendo Majorem : si valet per modum meriti, concedo Majorem, et per modum removentis prohibens, et incompossibiliter physice se habentis, nego Majorem, et sub eadem Minoris distinctione neganda est Consequentia. Ratio distinctionis sumitur ex verbis supra allegatis ex D. Thoma art. II, in fine corporis articuli : *quia tamen post hanc vifinn non est status merendi, ille dilectionis motus in ris tollit quidem impedimentum venialis culpv: non tamen meretur absolutionem, vel diminutionem pœnæ, sicut in hac vita.* Ex quo constat prædictum actum ut removens prohibens avellere maculam, ot cum ea esse incompassibilem physico, moraliter, ob retractationem prioris voluntalis, quam secum importat. Hanc vero oppositionem non exercet circa pœnam, quæ ibi non tollitur exercitio gratiæ; et idea sufficit ad abstergendam maculam, et non valet eximere a luenda pœna. Cujus oppositum haberet, ut supra dicebamus, illemet actus, si exerceretur in statu viæ. in quo et dilueret maculam, et minueret, vel totaliter amovere posset reatum pœnæ. Ideoque ipsemet D. Thomas solutione ad 2, docet in illo statu neutiquam esse posse immutationem essentialem voluntatis, scilicet quantum ad finem, vel quantum ad chantatem, vel gratiam, ob defectum meriti, satisfactionis, aut demeriti; *potest tamen esse aliqua accidentalis immulatio per remotionem impedimenti : nam removens prohibens est movens per accidens, ut dicitur in octavo Physicor.* Porro reatum pœnæ temporalis cohærere cum gratia, et intentissimis charitatis actibus illius status, subindeque illis non excludi posse, constat in reatu pœnæ temporalis pro peccatis gravibus in hac vita remissis, et eadem est ratio de poena debita peccatis venialibus quoad pœnam, non vero quoad culpam; hæc enim protinus ac eliciuntur actus charitatis, excluditur, ut constat ex dictis. D.Ttom.

Q.UÆSTIO LXXXVIII

De reditu peccatorum per Poenitentiam dimissorum in quatuor articulos divisa.

Deinde considerandum est de reditu peccatorum per Pœnitentiam dimissorum.

ARTICULUS 1.

Ütram *peccata dimiw redeant per sequent peccatum ?*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod peccala dimissa redeant per sequens peccatum. Dicit enim Augustinus in libro de Baptismo : Redire dimissa peeeata, ubi fraterna charitas non es|» apertissime Dominus in Evangelio tPcej rn illo ïcrro. a quo dimissum deoitnni Dominus rrpetit, ov quod ille conservo suo debitum nollet dimittere· Sed fraterna charitas tollitur per qm>4· libet peccatum mortale Ergo per quodlibet sequens mortale peccatum, redeunt peccata prius per poenitentiam dimissa.

Præterea. Super illud Lucæ 11 : Revertar in domum meam unde envi, dieu Beds : Timendus est iste versiculus,

siculas, non exponendus, nc culpa, quam in nobis cxtinctum credebimus, per incuriam nos vacantes opprimat. Huc autem non ossei nisi rcdiel. lugo culpa per pœutleo(iam dimissa redit.

Ptælcrea. Exech. 18 : Dominus dicit : Si averterit se justus a juslilu sua et fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur. Sed inter alias justitias quas fecit, etiam præederis pœniientia continetur. oom supra dictum sil pœuiknliam OSSO p irtcm jus–hti.r. Ergo postquam pœqqbus pccttl» flou imputatur oi præcejeiis pœnit· nlia, per quam consecuius est veniam peccatorum. Redeunt ergo ilia peccala.

Prælerea. Peccala prælcrita per gçatiam teguntur, ut patet per Apostolum Roman. 4, inducentem illud Psalmist® 31 : Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccala. Sed per peccatum mortale sequens gratia tollitur. Ergo peccata qua) fuerant piius commissa, remanent delecta. Et Ita videtur quod redeant.

Se<l conlra est, quod Apostolus dicit Roman. 11 : Sine pœnitentia sunt dona et vocatio Dei. Sed peccata pœnitentis sunt dimissa per donum Dei. Ergo per peccatum sequens non redeunt dimusa pecçala, quasi Deus de dono remissionis pœniteat.

Præterea. Augustinus dicit in lib responsionum Prosperi : Qui recedit a Christo, el alienus a gratia, finit hanc vitali q'-fid nisi jn perditionem vadit? Sed non in id, quod remissum est, recidit, nec pro originali peccato damnabitur,

Respondeo dicendo, quod sicut supra dictum est in peccato mortali sunt duo, scilicet aversio a Deo, et coqversio ad bonum creatum. Quidquid autem est ex parte aversionis in peccato mortali, secundum se consideratum est commune omnibus peccatis mortalibus : quia per quodlibct peccatum mortale homo avertitur a Deo. Unde et per consequens macula, quæ est per privationem gratiæ. el reatus pœihæ æternæ, communia sunt omnibus peccatis mortalibus. El secundum hoc intelligitur id quod dicitur Jacob. 3 : Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Sed ex parte conversionis, peccata mortalia sunt diveçsa, el interdum contraria. Unde manifestum est, quod ex parte conversionis, peccatum mortale sequens non facit redire peccna mortalia prius abolita : aRoquin sequemur, qqod Rowq per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum vel dispositionem avaritiæ prius abolitæ. Et sic contrarium esset causa sni contrarii , quo4 est impossibile. Sed considerando in peccatis mortalibus id, quod est ex parte aversionis absolnlæ, per peccatum mortale sequens redit illud quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem» iu quantum per peccatum mortale sequens, homo privatur gralia, et sit reus pœnæ æternæ, sicut et prius erat. Verum quia aversio m peccato mortali, ex conversione quodam^ modo causatur, recipiunt ea quæ sunt ex parle aversionis quodammodo diversitatem per comparationem ad diversas conversiones sicut ad diversas causas : ita qupd sit alia aversio, et alia macila, el alius reatus, prout consurgi ex alio actu peccati mortalis. El hoc modo in quæstionem vertitur, utrnm macula el reatus pœnæ æternæ secundum quod causabantuç ex aclibus peccatorum prius dimissorum, redeant per peccatum mortale sequens. Quibusdam igilur visum esi, quad simpliciter eliam hoc modo redeant. Sed hoc non potest esse : nuia opus Dei per opus hominis irritari non poiesl. Remissio autem peccatorum priorum, fail opus divinæ misericordiæ. Unde non potest iniUri per sequens peccatum hominis, secundum illud Roman. 3: Nunquid incredulitas illorum fidem Dei eraenavit ; Et ideo alii ponentes peccata redire, dixerunt, quod Deus non remittit peccata pœuitenü postinodum peccaturo, secundum præscienliam, sed solum secuiuum prementem justitiam ; præ^cit enim se pro his peccatis eum æteniaiiter puniturum, et tamen per gratiam facit eam præsCûtialiter justum .Sed nec hoc stare potest : quia sj causa absolute ponatur, et effectus ponitur absor bte. Si igitur non absolute fieret per graliatu, et gratiæ Sacranicnla. p fcâtoriim remissio, sed cum quadam conditione in futurum dependente, sequeretur quod gratia el gratiæ Sacramenta, non essent sufficiens causa remissionis peccatorum. Quod est erroneum : utpote derogans gratiæ Dei. Et ideo nullo modo potest esse, quod macula el reatus præcedcntiuin peccatorum, redeant secundum quod ex talibus actibus causabantur. Contingit autem, quod sequens aci i* peccati, virtualiter continet reatum prioris peccati, in quantum, scilicet, aliquis homo secundo p~c cans, ex boù ipso videtur gravius peccare quam prius peccaverat ; secundum illud Roman. 2 : Secundum duritiam tuam, et impœnitens cor thesaa.ri/as tibi iram in die iræ, et hoc, Milioet, solo, quod contemnitur Dei bonitas quæ ad vœuilentiam cxpgclit, Multo qulem magis contemnitur Dei bonitas, ei post remissionem prioris neccati, secundo peccatum iteretur ; quanto unjus est bcnclkiuiu peccatum remittere, quam peccatorem sestincrc. Sic igitur per peccatum sequens pœniteïitiûè, redit quodammodo reatus peccatarum prius dimissorum, non inquantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquanium causabatur ex peccato ultimo perpetrato, quod aggravatur ex peccatis prioribus. El hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, inquantum scilicet virtualiter in peccato sequenti continentur.

Ad primum ergo dicendum quod illud verbqm Augustin. videtur esse intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum pœnæ æternæ in se consideratam : quia scilicet post pœnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ æterna;, >icut et prius, non tamen nmnino propter eandem rationem. Unde Augustin, in lib. de responsionibus Prosperi, cum dixisset, quod non id quod remissum est recidit, nec pro originali peccato damnabitur : subdit, qui tamen propter po trema crimina ea morte afficietur, quæ ei propter illa quæ remissa sunt, debebatur : qoia scilicet incurrit mortem æternam, quam meruerat per peccata prætorita.

Ad secundum dicendum, quod in illis verbis non intendit dicere Beda, quod culpa prius dimis*a hominem opprimat per reditum reatus praeteriti : sed per iterationem actus.

Ad tertium dicendum, quod per sequens peccatum, justitiæ priores oblivioni traduntur, inquantum erant meritarim vitæ æternæ : non tamen inquantum erant impeditivæ peccati. Unde si aliquis peccet mortaliter, postquam restituit debitum, noti efficitur reus, quasi debitum non reddidisset. Et multo minus traditur oblivioni pœnitentia prius acia, quantum ad remissionem culpæ, cum remissio culpæ magis sit opus Dei, qoam hominis.

Ad quartum dicendum, quod gratia simpliciter tollit maculam et reatum pœnæ æternæ. Tegit autem actus peccati præteritos, ne scilicet propter eos Deos hominem gratia privet, et reum habeat pœnæ æternæ. E| quod gratia semel fecit, perpetuo manet.

Conclusio : Peccat semel dimissa absolute, et simpliciter non redeunt per subsequens peccatum; bene tamen secundum quid.

ELUCIDATIO ARTICULE

Ordo doctrinæ D.Thom.

1. Rane considerationem absolvit S. Doctor quatuor articulis deservientibus ad perfectam explicationem quaestionum praecedentium, Gum enim relinqueret ostensum remissionem peccatorum sive gravium, sive levium esse effectum Pœnitentiæ, ad undequaque plenam hujus rei tractationem explicanda supererat hujuscemodi remissionis efficacia, ita ut peccata semel remissa penitus extinguerentur, et abolerentur, quin aliquatenus forent recidiva, aut regerminarent : vel adhuc semel facta remissione, aut absoluto, aut aliquomodo redire possent. Quod examinandum, ac decidendum in hac quæstione suscepit D. Thomas. Et quia ad Pœnitentiam etiam pertinet reparare gratiam, et virtutes, quæstioni sequenti reservavit, agere de reparatione virtutum, et meritorum, quæ peccatis fuerant interclusa. Quibus expletis absolutissimam ex omni capite reliquit S. Doctor materiam virtutis Pœnitentiæ. Quod reliquum erat

Noh.

de illius partibus in particulari, quæ illi competunt sub ratione Sacramenti similiter expleturus, si morte non praeveniretur. Ad eorum vero, quæ hic docet, elncidationem, novam deobligamur aperire disputationem, tum quia non admodum ardua, aut controversa inter catholicos : tum quia, quæ difficultatem ingerere possent circa reviviscendam meritorum decisa manent tract, de Merito, ubi specialem disputationem, quæ fuit ultima illius tractatus, in eo insumpsimus : circa reviviscendam vero, ut sic loquamur, peccatorum vix est inter catholicos controversia, quæ sit momenti. Inquirit ergo quatuor D. Thomas.

Præsupponendua eum D.Thom.

2. Primum omnium ob oculos habenda est articuli doctrina, ubi docet S. Doctor, quod licet omnia peccata gravia conveniant ex parte aversionis; hæc tamen aversio variatur, et multiplicatur juxta diversitatem conversionum, ex quibus causatur; quocirca alia est formaliter aversio inducta per homicidium, quam quæ inducitur per adulterium, etc. eo quod privatio non sohim respicit formam, qua privat, sed etiam causam ipsius. Juxta quam doctrinam tract, de justificat, statuimus peccata habitualia specie distingui, quantumvis omnia conveniant in eo, quod sint privatio voluntaria gratiæ, in eaque peccati habitualis essentiam consistere dixerimus. Verum quippe vero consonat, et illa doctrina præsenti roboratur, et stabilitur.

Falsa »usp?do.

Circa resolutionem vero articuli totus fuit Vazquez in referendo, expendendo, et enucleando varia Patrum testimonia ex adverso specie tenus militantia, et post illa bine inde librata dub. unico super hunc art. num. 41. g *Ad Pairum,* tandem sententiam tulit sequentibus verbis : *Ad Patrum testimonia, si verum fateor, suspicor in ea illos fuisse sententia, quam et secutus est Præposilivus.*

Præponitur Sententia propria, rejectat D.Thom.

Quæ suspicio si vera esset, resolutio D, Thom. foret contra Sanctos Patres, eosque impugnasset D. Thomas in 4. dist. 22. quæst. 1, Ubi explicat S. Doctor adversam sententiam dicens : *Quidam simpliciter hoc concesserunt in omni, quipatilur recidivum. Nec fuit intentio eorum dicere, quod actus ille peccati idem numero revocaretur, vel eadem numero macula, quæ prius ablata fuerat per Panilenliam : quia quod omnino in nihilum decidit, idem numero resumi non potest. Sed ita quod sicutper peccata commissa aliquis impediebatur ante peractam panilenliam de eis, ne gratiam a Deo reciperet : ita eisdem impeditur postquam a statu Pcenitentis decidit per peccaium mortale, quo récidivât. Sic enim dicitur peccatum mortale quantum ad culpam manere, in quantum ex actu, qui jamprxleriit, impeditur aliquis a gratiæ receptione, sicul a quodam obstaculo posito inter Deum, et animam;rcmitli aulem quoad culpam, quando ratione actuum prælerilorum aliquis, gratia non privatur.* A qua sententia fuisse Præpositivum, quam D. Bonaventura ib dem allegavit et sub titulo Magni clerici celebravit, constat; quippe qui asserebat, quod licet non per quod libet generatim peccatum homo esset recidivus, ut alii contendebant; beno tamen per quatuor illa genera comprehensa in hoc disticho :

Fratres odit. Apostata fit, spernitque fateri.
Pantluisse piget, pristina culpa redit.

Qua relata sentenlia, eam impugnat universaliter D. Thomas, subjungens : *Sedhxc opinio non potest stare : quia ad causandum tenebras utrumque duorum per se sufficit scilicet indisposilio recipientis, el interpositio obstaculi. Unde si lenebræ debeant amoveri, oportet, et indispositionem tolli, et obstaculum moveri,. Et Ua Pernitentia, quæ tenebras peccatorum tollebat, non solum removebat indisposilionem. sed etiam removebat obstaculum præccdentis. Non quidem ita, quod actus ille non præccsseril; sed quod non haberet vim impediendi gratiam actus præcedens. Quæ quidem vis prædicto actui restitui non potest, nisi iteretur, quod est impossibile. Et ideo non potest dici quod prædicto modo peccata quoad maculam redeunt* Ubi satis clare S. Doctor omni peccato remisso denegavit vim, qua potiebatur ante remissionem, ad impediendam gratiam, sed hoc opus esset docet, ut *illudmet peccatum numero, quod est impossibile.* Quæ ratio non sol um probat contra illos, qui universaliter illam tuebantur sententiam sed etiam contra Præpositivum magnum illum Clericum asserentem odio fraterno, apostasia a fide, confessionis contemptu, et retractatione Pœnitentiæ dumtaxat pristinam culpam redire, Quare si Rife^ sententia Præpositivi, ut suspicabatur Vazquez, eadem fuisset cum Patrum sententia; liquido inferendum esset sententiam D. Thomæ e diametro pugnare cum sententia nedum Præpositivi, sed et Sanctorum Patrum. Quod si forsan Vazquez non displicebit, abis displicebit et S Doctori tummo studio ser tendas Patrum revolventi, perscrutanti, et enucleanti, displicebit et veritati, juxta quam nullus Sanctorum Pairum oppositum docuit; sed si aliquando in eam partem

Vim agees D.Thcà,

partem inclinasse videantur, eos ad sanum sensum reduxit S. Doctor turn ibi, turn in hoc l art. in solutionibus argumentorum, ubi exponit Augustinum et Bedam clarius loquentes pro adversa opinione.

foMta- D-Ihoai.

3. Porro D. Augustinum stare pro sententia D. Thomæ perspicuum fit ex testimonio allegato a D. Thoma ox lib. Responsionum Prosperi ad objectiones Gallorum cap. 2, ubi docuit S. Doctor neutiquam hominem damnandum propter originale semel dimissum, sed solum ob alia deinceps commissa, ob quæ meretur infernum, sed longe alio diverso titulo : Unde Gelasius Papa cap. *Si illic* 23, quæst. 4, inquiebat : *Divina clementia dimissa peccala in ultionem alterius redire non patilur,* et Benedictus XII Extravagant! *inter cunctas* statuit, *absurdum esse, ul quis peccata per Panilenliam dimissa rursus debeat confleri, et ut debitor liberatus adhuc maneat ad solvendum obligatus.* Si autem ita redirent, ut illa sententia docebat, abs dubio teneretur homo illa Sacramento absolvenda, et iterum remittenda exponere. Quod ut absurdum reprobavit Pontifex. Maneat ergo sententiam D. Thomæ esse ipsam Sanctorum Patrum, ac Pontificum doctrinam et Præpositivum in hac parte illorum mentem nec calluisse, nec attigisse. Et ratio est evidens pro doctrina D. Thomæ : nam quod est tam physice, quam moraliter extinctum, nequit esse recidivnm, quin physice, vel moraliter revirescat ad proprium effectum, ut videtur per se notum : sed peccatum remissum fuit extrinctum tam physice, quam moraliter : ergo nequit revirescere ad proprium effectum. Minor probatur, quia peccatum semel remi-sum non manet in se ut constat, nec in abominatione divina utpote quæ non componitur cum remissione, et gratia Dei ; alias supponitur retractatus, et involuntarius redditus per ipsam retractationem; ergo non manet physice, aut moraliter, sed utroque modo fuit cxtinctum : atque ideo nequit denuo recrudescere, quin iteretur, et aliud numero distinctum committatur; quod est admittere novum peccatum, sed non quod jam commissum, et deletum redeat.

Crgens illius funda- ijseniura.

4. Deinde probatur ratione articuli, qua penitus illa sententia diruitur. Eatenus peccata redirent per subsequens peccaium, quatenus vel absolute non essent remissa, vel remitterentur sub conditione non reincidendi, vel saltem vitandi illa quatuor capita a Præpositivo assignata : sed quodlibet horum pst falsum : ergo nullatenus dici possunt absolute peccata redire. Consequentia constat, Major continet omnes modos. quibus defendi posset illa sententia. Minor vero ostenditur quoad singulas ejus partes. Nam in primis justificatio impii est opus Dei absolutum et minime impedibile per subsequens peccatum .-quodcirca Rom. 8, dicitur nibil damnationis remanere in justificatis per Christum, et Concilium Tridentinum sess. 6, cap. 6, docuit remissionem peccatorum importare sanctificationem, et renovationem interioris hominis per voluntariam snsceptionem gratiæ, et donorum : ergo sicut hæc renovatio est absoluta, ita et remissio peccati. Inde probatur secunda Minoris pars: nam justificatio conditionata ratione præscientiæ divinæ de lapsu futuro est prorsus inanis, et nullo fundamento suadetur : siquidem talis est effectus, qualis ejus causa : absolutio autem a peccato sive intra, sive extra Sacramentum nullam conditionem in futurum expectat, sed absolute, et absque ulla limitatione dispensatur a Deo vel se ipso solo, vel mediante ministro, ut constat ex dictis de absolutione Sacramenti, cujus effectus nequit esse suspensus : ergo neque remissio est dependens a præscientia divina delapsu futuro. Unde erroneum esset dicere Dei gratiam non inducere nisi remissionem comitionatam, seu quæ expectaret eventum futurum, a cujus positione penderet.

Nota.

Absurdissima Praepositivi sententia ex multis capitibus.

5. Unde pessum it illa limitatio Præpositivi ad illa quatuor peccatorum genera, contra quæ militat eadem ratio et ut inquit D. Thomas loco supra citato ex 4, sent, *hæc opinio minus habet de ratione, quam prima, quia non magis potest assignare causam, quare per hæc peccata redeant peccata dimissa, quam per alia ; cum etiam alia contingat quandoque esse graviora : nisi quod ex Aulhorilalibus, et quibusdam rationibus frivolis inducebantur ad dicendum, quod per hæc peccala redirent peccata dimissa, el videbatur eis absurdum, quod per omne peccatum sequens præcedenlia redirent.* Quod tamen esse falsum constat, tum quia nulla est ratio, cur magis sub ratione vitandi hæc peccata priora remittantur, quam sub ratione vitandi alia; siquidem nullum est peccatum, quod non contrarietur gratiæ. Tum etiam quia ut dictum est, sive gratia per Christum, sive ejus passio, sive Sacramentasunt causa sufficiens ad remissionem culpæ, quin ad hunc præstandum ellectum indigeant aliqua limitatione, et conditione.

dummodo subjectum supponatur hic et nunc dispositum. Nullum ergo est fundamentum limitandi adeo efficacem et universalem influxum ad hanc, vel illam conditionem pendentem in futurum. Unde sicut omni ratione destitueretur, et protinus esset amandandus, qui doceret medio Baptismate originale non dimitti, nisi supposita conditione in posterum non peccandi, ideoque homine post Baptisma peccante, originale redire quoad culpam et reatum pœnæ æternæ; haud dissimiliter audiri non debent, qui coarctant remissionem peccatorum actualium ad suhintelleetam conditionem vel in posterum non peccandi, vel saltem in illa quatuor peccatorum genera non reincidendi,

Præterquam quod absurdum, imo et ridiculum est asserere lapsum in hæresim manifestam ob quam homo ut hiereticus puniendus erat, si resipiscat, et incidat in avaritiam, aut luxuriam, illico coinquinari peccato remisso infidelitatis contraria;, et fidem amittere.

Eo vel maxime : quia ut arguit D. Thomas ubi supra in 4. seni. Contrarium non reducit suum contrarium, quinimo expellit; contingit autem post peccatum avaritiae remissum committi aliud prodigalitatis: Ergo per peccatum prodigalitatis non consurgit iterum peccatum avaritiæ. Simile argumentum fieri valet de furto et homicidio. Quis enim credat post factam restitutionem, et ablatam maculam furti, si forte contingat homicidium perpetrare, fllico regerminare maculam furti jam extinctam ; hoc sane frivolum eat, et nimis irrationale, nisi ita dicens maluerit peccata non vere dimini, sed obtegi, et occultari, quod est hæreticum.

Insistentia Vazquez in favo- rræposî- DIlAm bros.

6. Sed adhuc instat Vazquez inquiens num. 44: *Numquam suum quiescere animum semper videri Paires opposite fuisse sententite.* Nam D. Ambrosius in cap. 4, suPer ^pistol, ad Ephesios docet : Si *enim -Rsuj Pe,' suum servorum suorum misertus est, quanto magis servi ipsi invicem sui debent misereri, et donare si alter in alterum peered : hæo præcepta ejus sunt, qui miserius «I. Qui in his contemptus fuerit, sine dubio revocabit sententiam, quam dederat. Et ita evenit, sicut ait Dominus in Evangelio de eo. qui accipiens a Domino misericordiam, in conservum suum impius deprehensus est.* Quod magis explicans D, Augustinus serm. 15, D. August. tIe verbis Domini inquit : *Jlle debitorem habet fratrem, in, quem frater peccavit. Vult ergo Christus, ut condonemus injuriam,* qua Tiodw *constituitur debitor frater : alioquin exiget a nobis debita antiqua, non eodem modo sicut Rex ille.* Etiih. I, do Baptismo contra Donatistas cap. 12, disertius confirmat : Λ'ΐΐιη *redire dimissa peccata* (inquiens) *ubi fraterna Charitas non est, aperUssi›ne docet in Evangelio de illo servo etc.* Ergo ex monte I). Augustini peçcata præterita, et dimissa, redeunt,

Nec ibi loquitur, ut aliqui autumant, ex hæreticorum, quibuscum disputabat, mento sed ex propria sententia, ut constat ex lib, 3, de Baptismo cap. 12, ubi se remittit ad a se dicta in libro 1, allegato, dicens : *Quid mihi videatur, in alio jam volumine scripsi, sed etiam hic breviter commemoro :* fi sit *illic remissio debitorum per Baptismi sanctitatem, rursus debita redeunt per h.vresis, aul schismatis obstinationem.*

Si iterum respondeatur ad hæc et simi-, lia Patrum testimonia redire quidem pec-. cata dimissa, non absolute, et in se ipsis, sed secundum quid ratione ingratitudinis sequentis peccati, quod aggravatur aliquo modo ratione spretæ remissionis aliorum, *Nescio* (inquit Vazquez num, 14, *Possem] an potius hoc sit Scholasticorum inventum, ad fugienda sanctorum dicta, quam secundum, ipsorum proprium sensum, el mentem.*

7, Verum enim vero in hoc ipsum Sebolasticorum inventum concidisse Vazquez qnenüa, constat ex eodem dubio num. 75, ubi pro reyeree- illorum stat sententia, postposita sibi certa tiierpi mente Augustini, ut affirmat pum, 47, §. Paires. *El mihi,* et aliorum Patrum ex adverso mi* litantium. Quod sane minime probamus, quia nec Scholastici plurius haberi debent, quam SS, Patres, nec cuncti Scholastici a mente SS. Patrum aberrare valent. Sed quidquid sit de hoc, certe ejus suspicionem semel, et iterum in eodem dubio inculcatam nudam fuisse, manifestum redditur ex sequenti reflexione. Eadem quippe ratione, Refôii- qua peccata dimissa redirent, rediret etiam tor. peccatum originale, ut contendebant Donatistæ, ideo asserentes reiterationem Baptismi post reditum ad Ecclesiam, quantumvis alias fuisset homo baptizatus, ut constat ex ipso D. Augustino in contrarium allegato Sed juxta expressam D. Augustini sententiam allegatam in lib. Responsionum D. Prosp. peccatum originale non redit post peccata commissa, nec ob illud damnabitur homo sed dumtaxat propter alia deinceps commissa : Ergo non est de mente: D. Auguat. quod peccata deleta iterum eadem eadem redeant quoad maculam et reatum pœnæ æternæ. Consequentia est legitima, Major constatez doctrina ipsa Donatistarum asserentium baplizatum in parte Donati iterum baptismo abluendum esse, dum ea parte relicta, accederet ad Ecclesiam ; contra quam hæresim acerrimo pugnavit, et triumpbavit Augustinus, ut vidimus et expendimus supra in hoc eodem tract, disp. 2,§. 3, quæ recolenda sunt. Minor vero oliam liquet ex ipsis Prosperi verbis, quo melius non calluit mentem Augustini Vazquius, qui cap. 2, ita inquit : *Sed relapsum post Baptismum ad infidelitatem, et impios mores, qui negat originali peccato esse purgatum, tam falsa opinatur, quam qui eumdem asserit* non *sterna morte esse damnandum. Qui enim recedit a Christo, et alienus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit. Sed non in quod remissum est, cecidit, nec in originali peccato damnabitur : qui tamen propter postrema crimina, ea morte afficietur, quæ eis quæ remissa sunt, debebatur.* Unde constat veritas illius Minoris, quam etiam suadet illud Chrysostomi hom. 40, ad populum ; *Non est sicut homo Deus, qui exprobret prole·; rila,* hoc est, jam condonata,

sitor Iftsram 8. Respondetur ergo ad testimonium D. Ambrosii, inibi exhortari fideles, ut remittant sibi debita a fratribus, si sibi propria 1 Am- remitti volunt. Quod si non fecerint, revoj^05· cabit Dominus sententiam, sed non propter peccata jam remissa, sed propter alia noviter facta, quod est peccatum iterari, et novam sententiam avocare, non vero datam in remissione præteritq annullare, ut enim Ad habetur Rom. 3; *Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? Absit,* id est, ut glossat D. Thomas ibi lect. 1 ; *Propter peccatum ejus non mutatur justitia Dei, ad quam perlinet, ut sermones suos impleret :* vel, ut paulo inferius exponit, *quia peccatum hominis divinam fidelitatem non excludit,* qua remissionem absolutam, et omnino independentem a peccato futuro homini vere Poenitenti promittit : quapropter recidivum peccatum mutat sententiam anti* quam, inducendo novam, sed non facit ut antiqua scelera recrudescant in culpam, aut reatum pœnæ æternæ.

P. Au- Ad primum testimonium D. Augustini ;i5!· ex serm. 15, de verbis Domini respondetur illa verba non reperiri in impressione Lugdunensi, aut Parisiensi, quas consulere potuimus, sed hæc dumtaxat : *Nam si non dimiseris, revocabo te, et quidquid dimiseram, replicabo libi,* quæ habentur prope finem illius capitis. In quibus tamen, teste eodem Vasquez, facile agnoscitur non loqui de reditu peccatorum; sed quod oh illud peccatum non remittendi permittet Deus hominem labi in alia peccata prioribus similia, ob quæ puniri debeat : nam de. eccatis, dimissis expresse affirmat idem, , Doctor serm. 12, de verbis Domini oppositum sub illis verbis : *Dedit ergo credentibus remissionem peccatorum : noluit cum cis et de proteritis charitatis rationem habere,* quia solum attendit ad præsentia, seu in posterum facta.

ItJem 9. Ad secundum testimonium cx lib. contra Donatistas de Baptismo constat ex dictis snpra. Docebant enim peccata remissa per Baptismum in parte Donatistarum illico redire, et ideo iterandum esse idem Bap-. tisma, dum ille deposito Schismate veniebat ad Ecclesiam. Quem sensum utpote hæreticum nusquam S. Doctor retinuit, quinimo totis viribus explosit, et iterationem Baptismi eliminandam semper censuit. Et si quando id expressit, solum fuit disputationis ergo ex concessis a Donatistis, ipsosmet redarguens. Sensus ergo proprius D. Augustini fuit, quem exposuit in solut. ad 1 hujus articuli Doctor Angelicus de reditu peccatorum, non eorumdem numero; sed diversorum. Qui enim post D· Th(›· adeptam remissionem iterum labitur vel in eadem, vel in alia crimina, non minus meretur pœnam, quam si alias numquam peccasset ; sed hoc non provenit absolute nisi ex ipsismet peccatis denuo factis, sed non *propter omnino eandem proterilorum rationem,* ut inquit S. Doctor, Unde mirum esi; Vasquez aut non vidisse, aut non considerasse illamet testimonia D. Augustini a fidelissimo Discipulo D. Thoma allegata, et exposita ex ipsiusmet Augustini mente, ut videre est in prædicta solut. ad 1. Qu.a, etiam ratione expendit S. Doctor aliud exemplum adversariis familiare de servo manumisso, et se iterum in servitutem redigenti, qui non fit servus ratione primi tituli, a quo fuit absolutus, sed ratione alterius denuo consurgentis. Verba D. Thomæ in I, dist. 22, q. 1, art. 1, ad 4» hæc sunt : *Dicendum quod quamvis aliquis manumissus reducatur in eandem servitutem, de qua liberatus fuerat; non tamen fit co eadem causa servus, ex qua primo, fuerat; sed ex alia, scilicet offensu post manumissionem commissa. Et similiter, qui récidivai, reduvia tur in servitutem peccati, non tamen ut sR servus peccati ex actibus peccatorum, ex qui·^*

bus prius eral liberatus, sed exactu istius peccati sequenlis Quare omnes illæ propositiones, sive D. Augustini, sive alterius ex SS. PP. distingui in forma possunt : Releunt peccata ex parte pœnæ æternæ, quæ eadem semper est objective, conceditur : ex parte ejusdem causæ. aut tituli, negatur : hoc enim nusquam, et numquam a SS. PP. fuit concessum. Nec hoc est Scholasticorum inventum ad effugienda Sanctorum testimonia, sed ipsorum mens satis perspicua.

Objeeüo. io. refert si objicias. In aliquo casu potest redire pœna æterna peccati remissi : ergo et ipsa culpa. Patet Consequentia, quia pœna æterna non datur nisi pro culpa, consequenterque illius reatus nequit redire, quin redeat et ipsa culpa. Antecedens vero constat in eo, cui remissum est peccatum mortale, remanente reatu ai pœnam temporalem, ut communiter accidit; hic enim si incidat in peccatum mortale, in quo moriatur, antequam solveret illam pœnam. peccati remissi, quæ remanserat, tenetur illam luere ; non in Purgatorio, ad quod non descendit : ergo in inferno, in quem traditur. Sed pœna infernalis pro peccato debita est æterna, quia in inferno nulla est redemptio : ergo jam illa pœna, quæ erat temporalis post remissionem, redit in æternam post commissum aliud peccatum.

Insufficiens responsio.

Sunt qui respondeant in illo casu per accidens illam pœnam temporalem reddi æternam, ad modum quo pœna debita pro peccato veniali est temporalis per se. et ratione status, ac per accidens fil æterna in homine descendente cura peccalis mortalibus, et venialibus.

Hæc tamen solutio ipsomet exemplo, quo fulciri videtur, dispellitur. Nam peccatum veniale, quod ratione status, ac per accidens in æternum punitur, perseverat quoad culpam, et quia culpa per accidens est irremissibilis, ex consequenti pœna illi debita numquam finietur. Peccatum vero supponitur remissum quoad culpam, et solum remanet purus reatus temporalis absque radice permanenti, in qua fundetur : ergo contra justitiam erit in æternum luere, quod temporaliter tantum exolvendum erat. Quæ est impugnatio D. Thomæ loco nuper citato ex 4, sent, inquientis : *Sed hoc non videtur simile : quia veniale ideo in inferno xternalilcr punitur, quia semper manet, cum non fit ibi aliquid, quod culpam delere possit. Sed pœna ex hoc ipso quod solvitur, expiatur,* atque ideo si est temporalis, nequit non temporaliter expiari.

Melias ergo respondet idem S. Doctor, *quod pœna, cujus est aliquis debitor post cupam remissam, in inferno punietur temporaliter. Nec propter hoc sequitur, quod sit in inferno redemptio, quia pœna quæ solvitur, non redimitur. Nec est inconveniens, guod quantum ad aliquid accidentale pœna inferni minuatur usque ad diem judicii, sicut etiam augetur.* Sicut enim in Beatis admittunt Theologi successionem quoad gloriam accidentalem, haud secus in damnatis admitti potest aliqua accidentalis mutatio in tormentis, vi cujus subire possunt iliorum aut diminutionem, aut augmentum.

Solotfo CI p. Tbum.

11. Nec etiam refert, si iterum objicias, Sicut per Pœnitentiam expiantur peccata, ita per peccatum destruuntur merita præcedentia : sed merita, et gratia ita destruuntur per peccata, ut his dimissis reviviscant merita et gratia : ergo etiam destructis meritis, et gratia per peccatum, redibunt alia peccata.

Alia objectio

Nec proderit respondere, merita destrui physice, sed permanere moraliter; quod secus accidit in peccatis, quæ utroque modo destruuntur. Nam contra est, quod hæc solutio petit principium, et est voluntaria : quippe nulla hujus reddi potest ratio, quæ spontanea non sit; tum etiam, quia etiam peccata remanent aut remanere possunt in abominatione divina, quod est permanere moraliter, siquidem semper manet apud Deum ipsum offendisse, et Deum offendisse hoc aut illo peccato malum moraliter est : ergo numquam ita remittuntur, aut destruuntur peccata, quod non maneant in abominatione divina : atque ideo post obtentam veniam, per novum peccatum consurgit ex parte Dei major abominatio, qualis est ipsum offendisse, et ipsum actu offendere.

Siis-tetw.

Non, inquam, oberit ita objicere propter ingentem disparitatem, quæ intervenit inter Antecedens, et Consequens : nam merita per peccatum mortificantur, quatenus impediuntur ab eo jure, quo gaudebant assequendi finem ultimum, non tamen penitus extinguuntur apud Deum : Unde sublato impedimento peccati interpositi media Pœnitentia, iterum reviviscunt, et vires exerunt ad consecutionem præmii. At vero peccata penitus remissione abolentur sive apud Deum, sive apud hominem, qui peccavit, ideo^ue semel dimissa numquam absolute redeunt. Quam disparitatem non esse voluntariam, aut petitionem principii, ut opponebatur, constat ex Scriptura, quæ loquens de operihus bonis ad llebr. 6, sic inquit : *Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, et viciniora salutis, tametsi ila loquimur : Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri et dilectionis, quam ostendistis innomine ipsius, qui ministrastis sanclis, et ministratis.* libi asseritur non oblivisci Deum operis ex chariiate factis, quasi injustus esset, si ita non faceret; unde sequitur bonum opus in Charitate factum consequi suum fructum amoto per Pœnitentiam impedimento peccati juxta illud Joel 2. *Deddam vobis annos, quos comedit locusta,* ubi Glossa': *Non faciam perire ubertatem, quam cumperlurbalione animi perdidistis.* At vero cum de peccatis fit sermo, longe aliud docet, et aliter loquitur, ut Ezech. 18 : *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum ejus, quas operalus est, non recordabor.* Nahum. 1 : *Consummationem ipse faciei, non consurget duplex tribulatio,* et alia hujusmodi alibi sæpe; quibus edocemur peccata penitus extingui media infusione gratiæ, et remissione per Pœnitentiam. Unde sequitur beneficium remissionis semel factum esse irrevocabile, juxta illud Rom. 11: *sine Pœnitentia sunt dona, et vocatio Dei,* atque ideo peccatum remissum numquam absolute redire.

ijfiech. ..t l»

a

Ad ha. 11

.{Ojlitna ; ratio ; iiD. Tenia.

12. Cui doctrinæ innixus D. Thomas loco supra citato ex 4, sent, prædictam disparitatem penitius callens objectioni positæ occurrit distinguendo in operibus bonis id quod illis competit ex ordine ad Deum, in cujus gloriam cedunt, et quod ipsis convenit in ordine ad operantem. Et ex primo capite numquam deficiunt; sed solum ex parte operantis per peccatum se impedientis ab illorum fructu, unde remoto illo obice per Pœnitentiam, illico reviviscunt ad præmium. At vero peccatum tam in se, quam in ordine ad operantem per remissionem penitus subruit, et extinguitur. Verba S. Doctoris sunt : *Dicendum quod peccatum mortale non mortificabat merita præcedentia quin inde essent viva, unde inglorium electorum cedebant; sed mortificabant solum, quantum ad illum cujus erant, qui impediebatur a consecutione effectus ipsorum : et ideo remoto impedimento, in sua efficacia remonent quoad istum. Sed peccatum non solum mortificatur quoad peccantem, etiam in se.* Et ratio S. Doctoris est efficacissima, quam etiam tradit, sed compendiosius in hoc eodem art. 1, in quo versamus : *Bemissio enim peccatorum est principaliter opus Dei, sed mortificatio meri' lorum præcedc.nlium est opus hominis. Homo autem sua actione non potest evacuare simpliciter opus Dei ; quamvis possit impedire, ne sibi prosit : El ideo homo per peccatum sequens non potesl remissionem procedentium peccatorum annullare; potest autem sua actione evacuare, quod per ipsum facium est. El ideo potesl mortificationem procedentium meritorum per merita sequentia penitus annullare, procipue gralia adjutus.* Quo nihil clarius, aut manifestius ad ostendendam reviviscendam meritorum, quam Theologi servare conantur, et procul abigendum reditum peccatorum alias dimissorum, post subsequens peccatum, quidquid in oppositum reluctetur Ripalda lib. 4, de ente supemat. disp. 91, sect. 4. Ubi non agnoscit dispariiatis rationem, nisi quæ ab Authoritate sumitur. Quod est evidenter falsum, sicut evidens est ex terminis hominem absolute non posse evacuare, et irritum reddere opus Dei, quantumvis illi apponere tentet impedimentum ; alias hominis operatio, et potentia essent supra operationem, et omnipotentiam Dei ; quod non potest sustineri, nisi subjiciendo, ac submittendo totam virtutem infinitam Dei, virtuti finitæ et emendicatæ liberi arbitrii creati. Quo quid falsius, et absurdius?

Ripalda refelli-tur.

Unde ad formam objectionis bene interponendum respondetur, et ad primam probationem in oppositum constat ex dictis, qualiter non sit voluntaria, nec patet principium disparitas assignata. Ad secundum etiam liquet qualiter peccata non permaneant in abominatione divina, quando dimissa sunt : eo namque ipso, quod Deus hominem peccatorem admittat ad suam giatiam, cum eoque ineat discissam amicitiam, deponit odium peccati, ejusque obliviscitur quasi numquam fuisset. Et ad probationem oppositam dicimus Deum ofiendisse solum esse malum per ordinem ad illud tempus, in quo commissum fuit peccatum ; non vero absolute, ut liquet in beatis, in quibus est Deum aliquando offendisse, quin ex vi hujus inferatur aliquod malum de præsenti, quod in illis sit. Nec enim plus peccati est in eo, quod quis aliquando peccaverit, quam in eo quod peccaturus sit : sed prædicere Petrum ter negaturum non fuit malum, aut ex parte Dei, aut ex parte D. Petri, usque dum adveniret peccatum ipsum : ergo nec quod quis aliquando peccaverit.

13. Insistes tamen ad infringendam dis- Replia.

paritatem ex ipsamet scriptura, unde illam desumimus. Nam Ezech. 18, de peccatore post receptam gratiam habetur ; Si aulam *averterit se justus a justitia sua, el fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quos operari solei impius, numquid viret ? Omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur.* Et infra : *Numquid* ria meti non esi *æqua, et non magis viæ veslræ pravx sunt ? Cum enim se avertent justus a justitia sua. et fecerit iniquitatem, monetur in eis, in injustitia. quam operatus est, morietur.* Ergo juxta SAcraui Scripturam, non magis reviviscunt merita, quam redeant peccata, sed eodeih modo de illis, ac de istis theotogizandum est; alias non esset æqua via Domini, nec bene carperentur Israelitæ, et Conquerereturt Deus, quoti dixissent : *Non est æqua via Domini.* Nulla est ergo ratio dispàriLatis assignatæ.

Dissolvi- sed nec hæc instantia officit, quinimo solutam, et praeoccupatam reperies apud D. Thomam super ad Hebræos 6, lect. 3. ubi inquit : *Dicendum est, quod homo qui cadit post gratiam, dupliciter potest Se habere. Onomodo, quod in malo perseveret. El tunc Deus omnes justitias ejus obliviscitur. Alio modo, quod pœniteat, el tunc bonorum præcedeniium recordatur, quia reputantur sibi ad meritum, (inde dicit Glossa, quod morlificala reviviscunt.* Verba ergo illa in contrarium allegata ex sacro textu expresse loquuntur de monente in peccatis suis, quorum justitias obliviscetur Deus in morte, in qua etiam dicitur homo animam suam vivificaturus, si se averterit ab impietate sua, qUam operatus est, et fecerit judicium, et justitiam. Et redditur ratio : *idcirco unumquemque jxiïta vias suas judicabo Domxis Israel, ail Dominus Deus.* Cum quo tamen stat, quod si post lapsum resipiscat, et adipiscatur gratiam, reviviscant praecedentia merita, quæ sopita, et impedita manebant, secus vero peccata post amissato gratiam, utpote quæ fuerunt penitus extincta. Unde semper subsistit ratio disparitatis assignata a D. Thoma.

Implicat pe«*ta dimissa redire sequens pecca- 14. Si àutem inquiras : an saltem de Potenlia absoluta fieri valeat ut semel dimissa peccata quoad culpam, et pœnam, iterum redire possint quoad easdem maculam, et pœnam æternam? Respondetur breviter cum Soto, Nunno, Prado, et aliis discipulis D. Thomæ, quibus refragatur Vasquez in præsenti dub. unico num. 75, implicare contradictionem. Et ratio est : quia cum peccata non sint a Deo, sed a causa deficienti, Deus sua absoluta potentia nequit se solo facere, ut peccata redeant; alioqui enim foret causa reditus illorum, sicut est causa resurrectionis mortuorum, et justificationis impiorum; quia se solo facit ut corpus mortuum re*, deat ad vitam, et anima pèccato infecta perveniat ad gratiam. Neque etiam homo propriis viribus potest illorum reditum inducere, quia licet valeat ea lem specio ρoò-cata committere; non tamen, quod illamet numero jam commissa, et deleta itornm redeant; nam ad praeteritum non datur potentia, et res semel destructa viribus naturæ recuperari non potest, ut est communis Philosophorum doctrina; alias resurrectio mortuorum non esset opus miraculosum. Nec iterum Deus cum ipso homine hoc efficere valet, quandoquidem nec in Deo est virtus, quæ possit huic muneri deservire! nam peccatum sicut bon fit nisi deficiendo, ita non potest redire nisi cum defectu, qui non potest tribui Deo : neque homo ex conjunctione ad Deum habet vim deficiendi, quinimo é converso, bene et fortiter àgendi. Non ergo est caput, unde fieri possit, ut peccata jam deleta redire valeant quoad culpam et pœnam æternam adhuc inspecta Dei absoluta potentia.

Aliqao- objects Nec refert, si cum Scoto, Valencia, Granados, et aliis extra Scholam D. Thomæ dicas posse Deum peccatum dimissum punire acerbissima poena, quasi non esset deletum. Quod verum est; *sed,* ut recte vidit Soto in 4, dist. 16, quæst. 1, art. t *§ sed forsan,* Consequentia (quæ intenditur) est nulla. Tum quia hoc non est redire peccatum. Tum quia illud supplicium non esset pœna, sed tormentum voluntarie a Deo indictum ratione supremi dominii : pœna enim sub ratione pœnæ includit necessario culpam, quæ fundet reatum ad illam ; exclusa autem culpa non remanet reatus ad pœnam æternam, ut supra dicebamus; atque ideo quodlibet supplicium infligatur a Deo, erit quidem tormentum voluntarie indictum a Deo, sed nullo modo obibit rationem pœnæ proprie dictæ. Unde ex eo quod DeUs cuilibet creaturæ infligere valeat quod maluerit tormentum, et in perpetuum in inferno detrudere; non bene infêrutit prædicti theologi posse peccata rediviva esse; cuih hoc sit in potestate Dei, quin peccata redire valeant. Unde stat veritas Antecedentis cum falsitate Consequentis.

•15. Secunda

Jwn koi'll friirt 15. Secunda pars principalis assertionis, in 'lua asseritur quodammodo, et secundum qui·! peccata redire per «obsequens peccatum, constat quia tunc censetur peccatum semel dimissum redire secundum quid, quando sequens peccatum intuitu illius remissionis factæ fit gravius : sed ex peccato remisso sequens peccatum fit gravius i ergo per sequens peccatum quodammodo, et secundum quid redit peccatum remissum. Minorem probat D. Thomas ex eo, quod multo magis contemnitur Dei bonitas, si percepta remissione unius, Vel multorum peccatorum, iterum idem, vel alia peccata committantur, quam dum primum primo fuit commissum ; et sicut majus beneficium est peccatum remittere, quam peccatorem sustinere, ita gravius est post remissionem delinquere, quam absolute primo peccare : viriualiter enim contemnit beneficium, qui post beneficium acceptum iterum incidit in caüsam, Ob quam opus illi est iterato beneficio. Sed hujus intelligentia pendet ex articulo sequenti.

ARTICULOS II·.

Virum peccata dimissa redeant per ingratitudinem, gu<e specialiter est secundam odium fraternum, 'apostasiam a fide, contemptum Confessionis, el dolorem de P<mi-lentia habita ?

Ad secundum sic procedilur. Videtur» quod peccata dimissa non redeant per ingratitudinem, quæ specialiter est secundum quatucr genera peccatorum, scilicet secandum odiüm fraternum, apostâsiahi a fide, contemptum confessionis, et dolorem de Pœnitentia habita, secundum quod quidam metrice diierunI :

Fratres odit, apostata fit, spernilqtie fatirri.
Paniluisse piget, pristina culpa redit.

Tanto enim est major ingratitudo, quanto graviiis est peccatum, quod quis contra Deum committit post beneficium remissionis peccatorum. Sed quædam alta ptccala font his gratiora : sicut blasphemia contra Deum, et peccatum in Spiritum sanctum. Ergo videtur quod pec··câta dimissa non redeant magis secundum ingratitudinem commissam, secundum hæe peccata, quam secundum aha.

Præterea. Rabantis dicit i Nèquàm servum tradidit Deus tottonbus, quoadusque redderet universum debitum, quia non soium peccata, quæ post baptismum homo egit, Yêpulabûntnr ei ad pœnam, sed et originalia, tjftà» in baptismo sunt ci dimissa. Sed etiam peccata venialia inter debita computantur, pro quibus dicimus : Dimitte nonis debita nostra. Ergo ipsa etiam rtdeunt per Ingratitudinem. Et pari ratione videtur, quod per peccata venialia redeant peccata prius dimissa, et non solum per peccata prædicta.

Præterea. Tanto est major ingratitudo, quanto post majus beneficium acceptum aliquis peccat. Sed beneficium Dei est etiam ipsâ innocentia, qua peccatum vitirnus : dicit enim August, ini Confess. Gratiæ tnæ deputo quæcumque peccata non feci. .Majus autem donum est innocentia, quam etiam remissio omnium peccatorum. Ergo non minus est ingratus Deo qui primo peccat post innocentiam. quam qui peccat post PœniUæliam. Et ita videtur. <|vod frer ingratitudinem, quæ sit secundum peccata prædicta, non maxime redeant peccata dimissa.

Sed côtttra *e*t, qnod <ire.g.* dicit IS Mora! : Ex dictis Euangelicis constat» quia si quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus, et illud rursus exigitur, quod nobis jam per I'œnitenliam dimissum fuisse gaudebamus. Et iu propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem. Et eadem ratio videtur de aliis.

Respondeo dicendum quod (sicut supra dictum est) peccata dimissa, per Pœnitentiam redire dicuntur, in quantum reatus eorum ratione ingratitudinis, virtoaliter rontinelür in peccato sequenti. Ingratitudo autem potest committi dupliciter ; uno modo ex eo qood aliquid fit contra beneficium. Et hoc modo per omne peccatum morule quo Deurn oficndii, redditur homo ingratus Deo, qui peccata rembfE Et sic *per quodlibet* peccatum mortale sequens, redeunt peccata prius dimissa, ratione ingratitudinis* Alio modo commntrtur ifigruitudo non solum *facie> do* contra ipsurn b neficium, sed etiam faciendo matra formam beneficii præstltE Qnæ quidem forma si attendatur ex parte benefactori^ est remissio debitorum. Unde confra hanc formam facit, qui fratri petenti veniam non remittit: sed odium tenet. Si aûtem attendatur ex parte pœnitent>s> qui recipit hoc beneficium, invenitur ex parte ejus duplex motus liberi arbitrii. Quorum primus est motus libeH arbilHi in Deum, qbi est actus fidei formatæ. Et contra lnm facit homo aposr tatando a fiue. Secundus autem est motus liberi arnilrii in lercatum, qui est actus Pœni-ênfiaè. Ad quem primo pertinet (ul supra dictum est) quod bomo detestetur peccata praeterita, et contra hoc facit ille, qui dolet se pœniluisse. Secundo pertinet ad actum Pœnitentia^, nt pœnitens proponat se subjici re clavibus Eeciesiæ per confessionem : secundum Him* Psalm. 31 ; Diri *cûniUeb^r adrersam me inju^ritiatn mram Domino, el tu temiaiNti impietatem pe cati mei* Et contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri secundum quod proposuerat. Et ideo dicitur qfiod specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc non dicitur specialiter de istis peccatis, qnia sint cæteris graviora : sed quia directius opponuntur beneficio remissionis peccatorum.

Ad secuhdum dicendum, quod etiam p^caU venialia et ipsum originate redeant modn pnvdicto, sicut et peccata mortalia, in quantum contemnitur Dei beneficium, quo hæc peccata sunt remissa Nbh tamen per peccatum veniale aliquis incurrit in ingratitudinem t quia homo peccando yenialiter, non facit contra Deum, sed præter ipsom. Et ideo per peccata venialia, nuilo iuodo pcccàla dimissa redeuot.

Ad tertium dicendum : quod beneficium aliquod habet pensari dupliciter. Urio modo ex quantitate ipsius beneficii. Et secundum hoc innocentia est majus Dei beneficium quam Pœnitentia, quæ dicitur secunda tabula post naufragium. Alio modo potest pensari beneficbitn ex parte recipientis, qui minus est dignus, et sic m.igis fit sibi gratia, unde et ipse magis est ingratus, si contemnat, cui major sit gratia. Et hoc modo beneficîühi remissionis culpæ est majus, in quantum præstatur tetaliter indigno, et ideo ex hoc sequitur major ingratitudo.

Prima Conclusio : Ratione ingratitudinis redeunt peccata dimissa post Pœnüentiaxn in quolibet peccato mortaii.

Secunda Conclusio : Speciali tamen Palioiie committitur ingratitudo in illis qüaltior péte* catorum speciebus. j-'r. › V

Tertia Conclusio : In sol. ad 2. Per peccata venialia non incurritur ingratitudo, prout ingratitudo opponitur Ibrmæ" beneficii, soeüs vero prout opponitur ipsi beneficio.

Articuli, el conclusionum elucidalio

1. In hoc articulo totus fuit D. Thomas in explicanda, et ad sanum sensum redigenda sententia illa, quam data opera ih 4, seni, loco supra allegato rejecerat. d0®^æ d. Tbo ma·

Et quia alii dixerant omnia peccata re-

cidiva esse post Pœnitentiam; Præpositivus vero solum reditum agnoscebat in quatuor iliis speciebus supra memoratis, et duorum meminit ipsemet titulus articuli; idcirco S. Doctor affirmat ratione ingratitudinis prout importat repugnantiam suscepto beneficio, omnia peccata secundum quid redire. quatenus virtualiter in peccato posteriori contmenturrationecontemptuspræstiti beneficii. In quo stat legitimus et verus sensus illius sententia? non bene explicat» a suis defensoribus, et est prima assertio contenta in prima parte corporis articuli in illis verbis : *Et hoc modo per omne peccatum· mortale, quo Deum offendit, redditur homo ingratus Deo. qui peccata remisit. Et sic per quolibet peccatum mortale sequens redeunt peccata prius dimissa ratione ingratitudinis.* Quæ locutio est universalis, et exacte exponit, quod illa sententia absolutius, et absque limitatione docuerat, non coarctando peccatorum reditum ad ingratitudinem.

In secunda vero articuli parte concedit Præpositivo specialius redire dimissa peccata ob quatuor illa genera peccatorum, non (ut ille docebat) absolute, sed ratione specialioris ingratitudinis, quæ contra formam beneficii in illis splendet, et hoc explicatur in secunda conclusione, ut articulum evolventi, et consideranti constabit, quin opus sit in hoc immorari.

2. Tertia conclusio inservit ad tollendam apparentem contrarietatem, quæ prima facie invenitur in solutione ad secundum, in qua primo asserit D. Thomas, quod *diam peccata venialia, d ipsum originale redeunt modo prædido, sicut et peccata mortalia,* deinde vero in fine docet quod *per peccata venialia nullo modo peccata dimissa redeunt,* quod contradicere videtur primæ propositioni. Sed revera non contradicit : nam per peccatum veniale incurritur ingratitudo communis omni, et cuilibet peccato juxta qualitatem materiæ gravis, aut levis. At vero non contrahitur ingratitudo illa specialis, quæ specialius viget contra formam beneficii in illis quatuor speciebus infilelitatis, olii fraterni, contemptus confessionis, et doloris de Poenitentia; et in hoc sensu vere affirmavit S. Doctor nulla peccata dimissa redire : eo quod peccatum veniale non sit contra Deum, et consequenter nec contra formam beneficii, siquidem venialia non opponuntur gratiæsanctificanti, quæ est principium quasi proximum remissionis medio proprio actu Charitatis, ut supra expositum fuit.

3 Sed contra doctrinam articuli qualenus a plicat illam specialem ingratitudinem illis dumtaxat quatuor generibus peccatorum. militare videtur difficultas minime omitti digna. Nam plura alia sunt peccata, in quibus est eadem ratio contrahendi specialem ingratitudinem : Ergo male eam applicat D. Thomas enumeratis illis quatuor generibus. Consequentia liquet, et Antecedens probatur primo, quia peccatum desperationis, aut odii Dei non minus opponitur motui liberi arbitrii, quo homo tenetur tendere in Deum, quam ipsi opponatur peccatum infi lelitatis, seu apostasiae; sed ob hauc rationem peccatum infidelitatis inducit specialem ingratitudinem : Ergo æqua rati.me idem faciet peccatum desperationis, aut od i Dei. Minoret Consequentia patent, et Major est perspicua : siquidem spes est virtus Theologica imme liate attingens Deum, non minus quam Fides, aut Charitas : Ergo peccatum desperationis illi directe. et immediate oppositum adversatur directe motui liberi arbitrii tendentis in Deum.

Q ia etiam ratione (et sit *Secunda* probatio) i lem colligitur de odio Dei, utpote immediate opoo-ito actui Charitatis, cujus est ob-x : Ergo si dolor præteritæ Pœnitentiæ continet specialem ingratitudinem, vel ex eo tantummodo, quod contrariatur motui Pœnitentiæ tendentis in Deum ; pari et urgentiori ratione idem asserendum est de actu odii adversantis Charitati. *Tertio* probatur idem Antecedens : quia non ob aliam rationem est specialis ingratitudo non remittere offensam fratri veniam postulanti, nisi quia qui non remittit injuriam sibi factam, indignus est, ut sibi remittatur : sed qui est avarus in pauperes, indignus etiam est misericordia alterius, vel quod Deus ipsi misereatur : Ergo in peccato contra misericordiam includitur specialis ingratitudo, non secus ac in a D. Thoma annumeratis. *Qaado* probatur idem assumptum ex solutione ad 1, ubi docet D. Thomas non eo pe cata inducere specialem ingratitudinem, quia graviora sunt ; sed quia directius opponuntur beneficio remissionis peccatorum, quo i non competit blasphemiæ. Sed blasphemas profert verba injuriosa contra Deum : Ergo blasphemas redditur indignus beneficio redemptionis : consequenterque contrahit peccatum specialis ingratitudinis. Patet utraque Consequentia : nam qui profert verba injuriosa contra alterum, indignus fit ejus remissione, et directe contra illud beneficium operatur : Ergo si blasphcmus profert verba injuriosa contra Deum, directe operatur contra beneficium remissionis, eoque se indignum reddit, atque ideo insufficienter, ac diminute assignavit S, Doctor species peccatorum, ob quas dumtaxat incurratur specialis ingratitudo.

4. Hoc tamen argumentum cum suis probationibus non infringit doctrinam prout a D. Thoma applicatam, sed servat indemnem. Nam semel ostenso in quolibet peccato mortali virtualiter contineri ingratitudinem contra beneficium remissionis acceptum, ut probaverat in secunda parte primi articuli, et rursus statuit in hoc secundo; accinxit se S. Doctor ad explicandum, qualiter ultra illam rationem omni peccato communem, specialius vigeat ingratitudo in illis quatuor membris, in quibus specialiter agitur contra formam beneficii, quæ est remissio peccatorum ex parte Dei. Hoc autem fieri ostendit directe impediendo vel mutum liberi arbitrii in Deum per fidem formatam, vel motum liberi arbitrii in peccatum, etc. In quo quidem discursu sic in generali reducit ad quatuor peccatorum genera, in quibus clare elucet illud impedimentum directum, quod non tamen non restringit, quin ad hæc capita alia possint reduci, in quibus eadem, vel similis ratio militare valeat, ut bene observavit Nuno in præsenti. Quo supposito.

5. Ad argumentum negandum est Antece lens, quia nullum est peccatum, in quo viget specialis ingratitudo, quod non sit ex quatuor enumeratis vel ad aliquod illorum reduci non debeat. Et ad primam probationem in contrarium respondetur admittendo quod sive desperatio, sive odium Dei includant illammet ingratitudinem specialem. Sed hoc ideo est, quia desperatio secum affert finalem impoenitentiam in affectu peccantis, subindeque confessionis contemptum ; qui enim desperat, abs dubio spernit confessionem, quæ secum affert, et spem remedii, et propositum resiliendi a peccato nedum præterito, sed etiam futuro : et unum, et alterum desperatione abjicitur. Odium vero formale Dei opponitur motui liberi arbitrii in ipsum Deum sive per fi lem formatam sive per spem, aut quamlibet aliam virtutem : quocirca in radice omnia exterminat, et fidei formationem directe impedit, et ex hoc capite potest reduci indirecte ad peccatum infidelitatis ; non quia infi lelitas proprie sit, sed quia directe opponitur fidei formationi, quæ est per Ghari-

tatem, et Charitas directe ac formaliter adversatur odio. Unde constat ad utramque probationem, quarum præmissæ distinguendæ, et explicandae sunt in sensu praedicto.

Ad tertiam respondetur avarum in pau- Teriia.
peres directe adversari misericordiæ eaque fieri indignum ; tamen deficere in actibus misericordiæ non ita specialiter opponitur motui liberi arbitrii in Deum, vel in peccatum, sicut non velle remittere injurias. Et quia contra formam beneficii non peccatur directe ex parte recipientis, nisi quatenus directe, et magis specialiter adversatur motui liberi arbitrii vel in Deum, vel in peccatum ; ut hic docet D. Thomas, idcirco immisericors non ita specialiter incurrit ingratitudinem, sicut non remittens alterius offensas. Aliud quippe est quod facere misericordiam multum conducat ad misericordiam consequendam, quod concedimus; aliud vero quod non facere misericordiam tam directe opponatur remissioni, sicut non remittere offensam, quod negamus : quia cum hoc quod est non facere alteri misericordiam illi subveniendo, stat moveri voluntatem vel in Deum, vel in peccatum proprium, quin iste motus illi directe adversetur. Quare immisericors incurret quidem ingratitudinem, sed non specialem.

Nisi mavis admittere ingratitudinem in illo casu reductive pertinentem ad odium fraternum ob defectum misericordiæ in illum, cui non subvenit, cum potest, et forte tenetur. Quod sapit naturam odii, et ex hoc capite non alteri misereri reduci potest ad prædictum caput.

Ad quartam probationem dicendum cum Qaarta-
D. Thoma peccata quo graviora, eo indignius constituere subjectum beneficio remissionis, utpote quæ graviorem maculam inducunt; sed non ex hoc incurritur specialis ingratitudo, ut constat in peccato Idololatriæ, et aliis gravissimis. Quare ad eam specialiter contrahendam non debet attendi ad gravitatem delicti ex sua specie, sed ad modum quo tendit contra formam beneficii remissionis, quæ fundatur in benevolentia benefactoris, et ab ea oritur. Hoc autem modo per blasphemiam non incurritur specialis ingratitudo, quia ibi non proceditur contra beneficium remissionis sub forma remissionis, ut in aliis enumeratis, in quibus clarissime agitur contra ipsam remissionem vel eam fratri negando, vel eam sibimet spernendo per Aposta-

siam, aut per contemptum Confessionis, et despectum Pœnitentiæ habitæ. Quod tamen non ita emeet in aliis.

Nota pro cidemr. g. jn solütiofle ad 3, docet D. Thomas innocentiam esse majus Dei donum, quam Premteinia. Cujus occasione excitatur dubium apud interpretes, quodnam eorum donorum præferendum sit? Resolutio D. Thomæ, et discipulorum continetur sub statim apponendis conclusionibus, et limitationibus. Ad quarum meliorem intelligentiam observari debet aliam esse considerationem boni, a consideratione beneficii, aut doni : nam bonum sub ratione boni importat perfectionem, absolute; Beneficium vero, seu donum sub ratione beneficii, aut doni explicat respectum penes recipientem, in cujus commodum cedit. Similiter inhocens, et pœnitens possunt invicem dupliciter conferri, vel absolute, secundum quod in se habent gratiæ, et virtutis; vel proportionaliter.

Qno supposito, absolute loquendo de in- inter in- nocenti, ac pœnitenti, ille est simpliciter tiaT'et me'JOr' cu* est ®ajor gratia, ut expresse Pœniien-affirmat D. Thomas 1, p. q. 20, art. 4, ad ratine 'nam s'ye ^nocentes (inquit S. Doctor) boni *sive pœnitentes, illi sunt meliores, et magis* absolnte. *dilecti, qui plus habent de gratia.* Hac enim D.Thom. constituitur homo objectum congruum divinæ dilectionis, et quo majori ornatur gratia, eo pius participat bonitatem divinam, qua melior absolute redditur. Et quia contingens est pœnitentem excedere in gratia innocentem et e converso ; idcirco absolute loquendo ille dicendus erit melior, qui plus habuerit gratiæ, et donorum supernaturalium, sive fuerit innocens, sive media Pœnitentia ad illam gratiam evectus.

Comparatio in ratione boni in propriis generibus. 7. Acceptis vero innocentia, et Pœnitentia sub ratione boni, ita quod bonum innocentiæ absolute conferatur cum bono Pœnitentiæ ex genere suo, et præscindendo a quolibet alio respectu; similiter tenendum est præstautius esse bonum innocentiæ bono Pœnitentiæ. Quod etiam docuit D.Thom. β Thomas loco nuper citato ex 1, p. et 2, 2, quæst. 106, art. 2. Absolute enim melius est numquam cecidisse, quam post lapsum ad pristinum statum se revocasse. D. Cy- Unde est illud D. Cypriani epist. 3 : *Pri-* pnan. mum *felicitatis genus est non delinquere; secundum vero delicta cognoscere, et retractare.* Ratio etiam est : nam id quod est per se absolute est melius, ac præstantius eo, quod tst per accidens. Sed innocentia est præstantissimum bonum per se intentum ab Authore gratiæ, ac veluti ex primaria ejus intentione ortum ducens, ut constat in justitia originali. Pœnitentia vero est bonum occasionatum, et quasi ex secundaria intentione gratiæ. Ergo præstantius bonum est bonum innocentiæ, præ bono Pœnitentiæ. Et constat in naturalibus, ubi humanæ vitæ melius est fuisse sospitem, ac bene valentem, quam post morbum amissam salutem recuperasse. Unde docuit D. Thomas loco citato ex 2,2, innocentem teneri *ad majores gratiarum actiones, quia majus donum ei datur a Deo, et magis continuatum, exteris paribus absolute loquendo.* Et in hoc sensu absoluto docuit etiam in præsenti sol. ad 3, beneficium innocentiæ esse *majus Dei beneficium quam Pandentia, quæ dicitur secunda tabula post naufragium.* Quare considerata quantitate boni innocentiæ in se, et absolute, abs dubio stat prærogativa illius supra bonum Pœnitentiæ.

8. Nec refert, si dixeris : unio hypostatica est bonum occasionatum : et tamen est majus bonum, quam innocentia, et justitia originalis : ergo ex eo quod bonum Pœnitentiæ sit occasionatum, non infertur Pœnitentiam esse inferiorem in ratione beneficii, aut boni absolute sumpti beneficio innocentiæ. Major constat ex doctrina D. Thomæ, et apud Theologos frequentiori, quod si Adamus non peccaret, Christus non veniret; consequenterque non esset unio hypostatica, nec similiter beneficium

Objecti ^TM ssis

præmissis, nulla est Consequentia : quia illa propositio ut a nobis posita procedit, quando cetera sunt paria, non vero si imparia sint, ut in præsenti : quia licet unio hypostatica sit bonum utcumque ex peccato occasionem sumens; est tamen altioris ordinis ad totum ordinem gratiæ puræ creaturæ communicabilis, et ex hoc capite incomparabiliter excedit quamlibet gratiam creatam, et creabilem, sive hominum, sive angelorum. Et ratione hujus excellentiæ hominum redemptio non fuit, nec esse potuit finis, *cujus gratia* unionis hypostaticæ, aut meritorum Christi; sed dumtaxat finis effectus, qui dicitur finis *cui.* Cujus oppositum contingit in Pœnitentia; hujus quippe finis proximus, et immediatus est satisfacere pro peccatis, eaque detestari, ac deftruere, ut explicatum relinquimus supra agendo de objecto Pœnitentiæ. Quocirca cæteris paribus majus ac præstantius bonum est absolute loquendo beneiicium innocentée, quam bonum Pœnitèntiæ. *Si enim* (inquiebat Hugo Victorinus lib. 2, de I sera p. Sacram, part. 14,cap. *i), magnum est aliquando surgero, majus certe est numquam cecidisse : si bonum est sanatum esse, melius est numquam fuisse corruptum.* Ideoque D. Ma- Augustinus lib. 2. Confess, cap. 7, utrumpsi. que monet ad Deum diligendum teneri et innocentem, et pœnitentem, sed illum præ isto, dicens : *El ideo te tanlumdem imo vero amplius diligat, quia per quem me videt laniis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se videt laniis peccatorum languoribus non implicari.* Tam enim est effectus gratiæ numquam labi, quam post lapsum ad vitam assurgere juxta illud ejusdem Augustini : *Gratiæ luæ deputo quæcumque peccata non feci.*

ia ctio., 15] 9. Nec iterum *refert, si* rursus opponas illud Lucæ *15: Dico vobis, quod majus gaudium erit in cœlo super uno peccatore Pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent Pœnitentia.* Sed in cœlo non est majus gaudium nisi de majori bono : ergo apud Deum præstat bonum Pœnitentiæ, quam innocentiæ bonum.

Nam respondet D. Thomas loco citato ex 1, p. ideo dici Deum magis gaudere de Pœnitentiam agente, non quia Pœnitentia sit majus bonum absolute, quam innocentia, sed *quia plerumque pernitentes cautiores, humiliores, et ferventiores resurgunt.* Et conexemplo, u,us f„it 01 G^ta, hom. 34, in Evangelia, ubi ait : *quod dux in prælio eum militem plus diligit, qui post fugam conversus fortiter hostem premit, quam qui numquam fugit, nec unquam fortiter fecit.* Alia solutio, quam subjunxit immediate S. Doctor, pertinet ad considerationem sequentem.

10. Si vero fiat sermo de innocentia, et Pœnitentia sub ratione beneficii, quo pacto non tam attenduntur secundum se, quam per ordinem ad subjecta, cui conferuntur, et cujus ceJunt utilitati ; dicendum est Pœnitentiam excedere innocentiam, eaque præstantiorem esse. Quæ etiam est doctrina D. Thomæ loco nuper citato ex 1, p. ubi immediate subtexuit : *Vel alia ratione* (est majus gaudium in cœ'o) *quia æqualc donum gratiæ plus est comparatum pœnitenti, qui meruit pœnam, quam innocenti, qui non meruil. Sicut centum marcha majus donum est, si dentur pauperi, quam si dentur regi.* Quam rationem, et exemplum iterum usurpat S Doctor 2, 2, quæst. 106, art. 2. Nam illa dicitur major gratia formaliter, quæ magis datur gratis, ut ipsum gratiæ nomen sonare videtur : sed positis duobus hominibus altero peccatore, et altero innocente, æquali gratia quoad entitatem præventis, magis gratis datur peccatori, quam innocenti : ergo major gratia datur peccatori, quam innocenti. Probatur Minor : quia peccatori debetur pœna, quam tanjen innocens non meretur; peccatori fit remissio nedum culpæ, sed etiam offensæ, cum tamen innocens, expers sit aut culpæ, aut pœnæ remittendae : ergo major gratia splendet in collatione gratiæ pœnitenti, quam in ejus dispensatione innocenti.

Ad hæc. Remissio peccati est suo modo* beneficium infinitum, ea parte qua importat condonationem offensæ infinitæ, quocirca tract, de Merito asseruimus ob praedictum excessum nec de potentia absoluta posse puram creaturam alteri de condigno mereri primam gratiam ut remissivam peccati; esto valeat primam gratiam seeundum se. Quod satis declarat excessum beneficii in collatione gratiæ peccatori pœnitenti supra beneficium innocentis. Et ideo concludit D. Thomas, licet *illud do-* hiem. *num, quod datur innocenti, sit absolute consideratum majus; tamen donum, quod datur pœnitenti, est majus in comparatione ad ipsum, sicut etiam parvum donum pauperi datum, est ei majus, quam diviti magnum.*

Ultima compara- no. 11. Unde tandem infertur, quod proportionaliter loquendo inter innocentem ac pœnitentem (quæ est ultima comparatio) remissior gratia huic collata est majus beneficium quam gratia intensior data innocenti. Tum, quia ut nuper audivimus a D. Thoma, exiguum donum pauperi, et summe egeno oblatum majus illi impendit beneficium, quam diviti, aut non adeo egenti afferat satis magnum. Tum etiam, quia eadem ratio est, loquendo, ut loquimur, in sensu proportionali benefactoris ad pauperem, cui subvenire intendit, ac de paupere ad proximum, vel oblatione ad Deum facta. Constat oblationem pauperis, licet exiguam pluris haberi, majusque donum efficere,- quam divitum munera licet ingentiora, ut constat ex illo Lucae 21. Lue. 211 num. 3 : *Vere dico vobis, quod vidua hæc pauper plus quam omnes misit ;* cum tamen non nisi duo æra minuta in gazophylacium misisset. Ergo consimiliter majus fit beneficium pauperi pœnitenti collatione remissioris gratiæ, quam innocenti non ita egeno elargitione intensiori. Quo enim

ex deteriori stato resurgit ratione beneficii impensi, eo magis accrescit, et augetur ipsum beneficium in ratione beneficii : ac proinde ex bac parte magis tenetur ad gratiarum actiones pœnitens, quam innocens, licet hic absolute majus bonum ac-

Romd 5 cePeriL ^nc^e R°m· inquit Apostolus : *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.* Ad quæ verba ita scripsit D.

D.Thom. Thomas lect. 2 : *Immensitatem quondam divinæ charitatis assignat, quae quidem ostenditur tum ex ipso facto, quia scilicet dedit filium suum. ut moreretur pro nobis, tum ex parte conditionis nostrae, quia hoc non fecit provocatus nostris meritis, cum adhuc peccatores essemus.* Ex quo capite in immensum crescit beneficium peccatoribus factum. Quapropter recte concludit S. Doctor in præs. solut. ad 3, cujus occasione excitatum est dubium : *El hoc modo beneficium remissionis culpæ est majus, ir, quantum præslatur totaliter indigno : el ideo ex hoc sequitur major ingratitudo.*

Objectio. *jo.* Sed contra hactenus dicta objicies discursum D. Thomæ esse illegitimum, et fallere quoad præsens. Nam respectu Dei non stat excessus innocentiæ in ratione boni, quin etiam illo eodem gaudeat supra Pœnitentiam in ratione beneficii : ergo primo concesso, male negat D. Thomas secundum. Consequentia patet, et Antecedens probatur : quia nec voluntas, nec gratia Dei supponunt bonitatem in rebus, sed eam efficiunt, et ipsamet· bonitate, ac gratia dignas personas constituunt : ergo constat majus esse bonum innocentiæ bono Pœnitentiæ, et quod non fiat majus beneficium innocenti, quam Pœnitenti. Patet hæc Consequentia : quia non stante aliqua majori condignitate ex parte extremorum, ut in ordine ad gratiam non stat in innocente, præ Pœnitente, illudmet donum quod absolute, et in se est majus, est eliam majus respectu personæ, eamque magis dignam constituit; siquidem non constituitur digna, nisi ratione doni percepti, quod supponitur absolute majus. Et ideo qui majorem habet gratiam apud Deum, dignior, et melior apud ipsum est, ut cum ipso D.Thoma in prima conclusiosione statuimus. Ergo quod est in se majus bonum, eam prærogativam servat respectu personæ illud percipientis : subindeque idem retinet sub ratione beneficii quo pacto non supponit, sed constituit personam dignam. Quod enim (ut exemplum D. Thomæ retorqueamus) eadem pecunia data pauperi sit majus beneficium se ipsa erogata diviti, provenit ex inæqualitate personarum; quippe dives præ egeno dignior, ac excellentior est, atque ideo non id, quod est pauperi beneficium, et satis ingens, est etiam donum respectu divitis. Ergo e converso, si tota, et adæquata dignitatis ratio provenit ex ipso beneficio, ac bono, cui fiet majus bonum, fiet et majus beneficium.

Respondetur negando assumptum objectionis, et ejus primam probationem. Nam sicut in umni prudentium æstimatione plus gratiæ, majusque beneficium in humanis impenderetur homini vel ad triremes. vel ad mortem damnato, si non soium honoraretur apud Regem, sed etiam liberaretur a supplicio sibi imminenti; qnam si alter nullatenus reus eodem afficeretur honore : eo quod in æstimatione morali pluris haberetur primum, quam secundum : haud dissimiliter apud Deum idemmet bonum uni et alteri ex dictis concessum est majus beneficium uni, quam alteri. Et hic est discursus, et quidem legitimus D. Thomæ; nam ratio beneficii non sistit in ipsa entitate boni communicata absolute ; sed connotât statum, et indigentiam recipientis, et quo ea fuerit major, eo augetur beneficium in ratione beneficii. Ad probationem in contrarium concedimus illud principium, quod etiam est D. Thomæ, quia voluntas Dei ad extra est effectiva illiusmet boni, quod amat, eoque constituit personam objectum congruum suæ dilectionis in utroque ordine sive naturali, sive supernatural!. Et quia possibilibus nihil re ipsa communicat, idcirco ea nulla dilectione prosequitur, ut suo loco ostendimus. Sed negatur Consequentia, cujus probatio non urget : quia licet neuter, aut innocens, aut pœnitens, habeat condignitatem positivam ad Dei gratiam, vel ullam illius exigent am intrinsecam adhuc remotam; negari tamen non potest, cum peccator supra innocentem habeat impedimentum positivum ratione status peccati, ratione cujus non solum est indignus gratia negative, sed etiam est dignus positive odio, et pœna æterna, aliove condigno supplicio, quo innocens non est dignus : atque ideo plus improportionis, et dilficultatis est in uno, quam in altero; sicut plura impedimenta debent abjici, et superari ad justificandum impium, quam ad sanctificandum innocentem. Quocirca nequii non splendere major favor ox parte Dei circa pœnitentem, *el ubi est major gratia ex parte dantis* (inquit D. Thomas) *ibi requiritur major gratiarum aclio ex parte recipientis,* ut constat in paupere, qui præ divite tenetur ad majorem gratiarum actionem ob majus beneficium sibi impensum. Quod fuit exemplum S. Doctoris, et non bene in contrarium retorquetur : quia res certissima est, et ipso experimento comperta majus beneficium impendi pauperi, magisque gratum ipsum reddi, quam divitem, si eadem summa illis expendatur, vel etiam minor pauperi erogetur; quidquid sit. unde uni proveniat paupertas, et alteri affluentia, quod est extra rem.

ARTICULUS III.

Utrum per ingratitudinem peccati sequentis consurgat lanius reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum ?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod per ingratitudinem *peccati* sequentis consurgat reatus quantus fuerat *peccatorum prius* dimissorum. Quia secundum magnitudinem peccati est magnitudo beneficii, quo peccatum remittitur, et per consequens magnitudo ingratitudinis, quia hoc beneficium contemnitur. Sed secundum quantitatem ingratitudinis, est quantitas reatus consequentis. Ergo lautas est r alus, qui eonsurgit ex ingratitudine sequentis peccati, quantus fuit reatus omnium praecedentium peccatorum.

Præterea. Magis peccat qui Deum offendit, quam qui offendit nominem. Sed servus manumissus ab aliquo domino, reducitur in eandem servitutem, a qua prius fuit uberatus, vel enam in graviorem. Ergo multo magis iiie, qui contra Deum peccat post liberationem a peccato reducitur in tantum reatum pænæ quantum primo ha-

Præterea. Maith. 18 dicitur, quod iratus Dominus tradidit eum (cui replicantur peccata dimissa, propter ingratitudinem) tortoribus quoadusque redderet univer-

non esset nisi consurgeret ex ingratitudine tantus reatus, quantus fuit omnium praeterit >rum peccatorum. Ergo æqualis reatus per ingratitudinem redit.

Sed contra est, quod dicitur Deuteronom. 55 : Pro mensura peccati erit et plagatum modus. Ex quo patet, quod ex parvo peccato non consurgit magnus reatus. Sed quandoque peccatum mortale sequens, est multo minus quolibet peccatorum prius dimissorum. Non ergo ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimissorum.

Respondeo dicendum, quod quidam dixerunt, quod ex peccato sequenti propter ingratitudinem consurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorum prius dimissorum super reatum pro >riuin hujus peccati. Sed hoc non est necessarium : quia sicut supra dictum est, reatus praecedentium peccatorum non redit per peccatum sequens, inquantum sequebaturex actibus praetentorum peccatorum, sed inq antum con-equitur actum sequentis peccati- Et ideo oportet, quod quantitas reatus redeuntis sit secundum gravitatem peccati subsequentis. Potest autem contingere, quod gravitas peccati subsequentis adæquetur gravitati omnium peccatorum praecedentium. Sed hoc non semper est necesse, sive loquamur de gravitate ejus, quam habet ex sua specie (c im quandoque peccatum sequens sit fornicato simplex; peccata vero praeterita fuerunt adulteria vel homicidia seu sacrilegia) sive etiam loquamur de gravitate, quam habet ex ingratitudine anuexa. Non enim oportet, quo t quantitas ingratitudinis sit absolute aqualis quantitati beneficii suscepti, cujus quantitas alien litor secundum quantitatem peccatorum prius dimi'sorum : contingit enim quod contra idem beneficium, anui est multum ingratus vel secundum intensionem contemptos beneficii, vel secundum gravitatem cu'p® contra benefactorem rommiSs®, a ins autem parum, vel quia min ie contemnit, vei quia minu- contra benefactorem agit. Sed proportionaiiter quantitas ingratitudinis adaequatur quanbUti beneficii : supposito enim æquali contemptu beneficii, vrl offensa benefactoris, tanto erit gravior ingratitudo, quanto beneficium fuit majus. Unde manifestum est, quod non est necesse, quod propter ingratitudinem, semper per p ecatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit praecedentium peccatorum : sed necesse e-t quod proportionaiiter quanto peccata prius dimissa fuerunt plura et majora, tsnto redeat major reatus per qualer.umque sequens mortale peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod beietlciiia remissionis culpæ respicit quantitatem absolutam secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum. Sed peccatum ingratitudinis non respicit quantitatem absolutam secundum quantitatem beneficii, sed secundum quantitatem contemptos vel offensæ : ut dictum est. Et ideo ratio non sequitur

Ad secundum dicendum, quod etiam servus manumissus non reducitur in pristinam servitutem pto qualicunque ingratitudine : sed pro aliqua gravi.

Ad tertium dicendum, quod illi cui peccata dimissa replicantur propter subseqnentem ingratitudinem, reddit universum debitum, in quantum quantitas peccatorum præcedeotium proportionaiiter invenitur in ingratitudine subsequenti, non autem absolute, ut dictum est.

Prima conclusio negat, de quantitate absoluta.

Secunda Conclusio. Quo plura fuerunt peccata dimissa, eo proportionabiliter est major ingratitudo sequentis peccati.

Ratio Pnmæ· 1, R.atio primæ conclusionis est clara : Quia quantitas peccati redeuntis est secundum quantitatem peccati sequentis; nam peccata præcedentia non redeunt, per peccatum sequens, quatenus sequebantur ah actus ipsos peccaminosos præteritos, sed in quantum consequitur ob peccatum ipsum denuo commissum ; sed constat manifeste peccatum sequens denuo commissum non semper esse æqualis gravitatis cum peccatis praecedentibus. Ergo non tantus illi debetur reatus, quantus deberetur peccatis praeteritis, si non fuissent remissa. Cujus oppositum docebat illa sententia, quam refellit S. Doctor ; inquiebat enim, quod si peccatis præteritis debebatur reatus ut octo, et peccatum sequens foret gravitatis. V. g. ut sex, non solum consurgebat reatus ut sex, sed etiam addebatur reatus ut octo, et ita debebatur huic peccato reatus ut quatuordecim, octo ratione praecedentium, et sex ratione præsentis.

Ratio secundai· Secunda conclusio etiam esc perspicua : quia ingratitudo crescit ad multiplicationem peccatorum : Ergo quo plura fuerint peccata præterita, eo erit major ingratitudo præsentis peccati, non majoritate, ut ita dicamus, arithmetica, seu mathematica partis ad partem, ut constat ex prima conclusione : Ergo majoritate saltem geometrica, seu proportionali. In quo non est cur immoremur ; omnia quippe ex ipsa littera constant.

ARTICULUS IV.

C7re« *in:;retitndo, ratitas rajm nequeat peccatam faeit redire peccata prius divina, ut speaate peccatam ?*

Ad quartum sic proceditur. Videtur» quod iegratitudo, ratiooe cujus sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa» sil speci■le peccatam. Retributio enim gratiarum pertinet ad contra passum, quod requiritur in justitia : ut palet per Philosophum 5 Rthic/sed jus-r titia est speculis virlus. Ergo ingratitudo est speciale peccatum.

Prarterea. Tullius in 2 Rhetor- ponit qaod gralia est specialis virtus· Sed ingratitudo opponitur gratiæ. Ergo ingratitudo est speciale precatum.

Prælrrea Specialis e.'ecUis a speciali qusi procedit. Sed ingratitudo babet specialem effectum, scilicet quod, facit aliqualiter redire peccata prias dimissa. Ergo ingratitudo est speciale peccatam.

Sed contra. Illud qaod consequitur omnia peccata, non est speciale peccatum. Sed per quodcumque peccainffl mortale aliquis efficitor Deo ingratus : ut ex præmissis patet. Ergo io^ratiludo uon est speciale peccatam.

Respondeo dicendum, quod ipgratitado peccantis qaaudoqae est speciale peccatum ; quandoque autem non, sed est circunstantia generaliter consequens omne peccatum morule, qaod contra Deam committitur. Peccatum enim speciem recipit ex intentione peccantis; unde ut Philosoph. dicit 5 Ethic. Ille qai mæchatnr, ut furetur, magis est *for,* quam mæcbus. Si igilnr aliquis peccator in contemptum Dei et suscepti beneficii aliquod peccatum committat, illud peccatam trahitur ad speciem ingratitudinis. Et hoc modo ingratitudo peccantis, est speciale peccatam. Si vero aliquis intendens aliquod peccatum committere (puta homicidium, aat adulterium) non retrahatur ab hoc propter hoc quod pertinet ad Dei contemptum, ingratitudo non erit speciale peccatam : sed trahetur ad speciem alienus peccati, sicut circumstantia quædam. Ut autvni August, dicit in lib. de natura et gratia, non oniue ptwuium est ei contemptu, et umen in omui neceato Deus contemnitur in suis præccptis. Unde manifestum est, quod ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum, sed non semper. Et per hoc patet responsio ad objecta. Nam nrinuc rationes concludunt quod ingratitudo secundum Se sit quædam species peccaii. Ultima autem ratio concludit, quod ingratitudo secundum quod invenitur in omni peccato, non sit speciale peccatum.

Assertio Prima. Ingratitudo quandoque osl speciale peccatum, quandoque non.

Assertio Secunda. Tunc ingratitudo est speciale peccatum, quando peccator in contemptum Dei, et beneficii accepti ex intentione operatur.

Assertio Tertia. Est voro circunstantia generalis omnis peccati, quoties peccans aliud per se intendit ex quo consequitur contemptus Dei, et beneficii accepti.

Omnia constant ex littera articuli, et quæ ad materiam ingratitudinis spectant, venanda sunt ex 2, 2, quæst. 107, ubi sub quatuor articulis comprehendit D. Thomas. quæ ad plenam hujus vitii notitiam desiderari poterant, adjunctis illis, quæ quæst. 106 de Gratitudine disseruerat S. Doctor : contraria enim quoad cognosci mutuo se juvant, licet a subjecto mutuo se expellant; quoniam alia est ratio rei quoad esse, et cognosci.

In quæsttone ista egit D. Thomas de recuperatione virtutum per Pœnitentiam.

Quo perfecit tractatum de virtute Poenitentiae. Circa quam quæstionem nihil se offert discussione dignum. Cum enim virtutes profluant physice a gratia, sicut proprietates ab essentia, ut ex professo statuimus tract. 14. de Gratia disp. 4. dub.6. restituta gratia per Pœnitentiam, ut restitui compertum relinquitur, planum est simul etiam restitui virtutes, Et quia contingit quandoque majorem gratiam, quandoque minorem, quam quæ fuit amissa per peccatum, per novam Pœnitentiam acquiri quoad esse physicum, seu (quod idem est), majorem, aut minorem intensionis modum ; idcirco idem proportione debita dicendum erit de virtutibus, quod nimirum pullulant a gratia eo intensiores, aut remissiores, quo intensior, aut remissior ipsa restauretur. In quo non apparet posse esse dissidium. Quia tamen hic etiam agitur de reviviscentia meritorum, quæ est celeberrima, ac difficillima controversia, ei extricaudæ insudare opportunum videbatur, eam libenter discutiendam arriperemus; si non fuse et accurate decisam relinqueremus tract, de Merito, disp. 5, dub. unico, ubi discussimus ex professo, *An, el quomodo merita per peccatum mortificato, per Panitentiam. el justificationem sequentem reviviscant ?* et relatis Authorum placitis, quæ satis varia sunt, conformiorem veritati, et doctrinæ D. Thom. sententiam elegimus, quo eat lector pro tota præsenti quæstione : frequenter enim in ultimis hujus cursus tractatibus occurrunt dubia, quæ in ante-, rioribus decisa, ac digesta,reliquimus; quæ proinde non expedit repetere, sed lectorem ad propria loca remittere. Et quia nimis augetur hoc volumen ; oportet modo in hac ejus prima parte gradum sistere ; ccetera, quæ desiderari possunt, reservando pro secunda hujus Tractatus parte, quam prosequemur inhærendo, ut hactenus observavimus, menti, litteræ, et ordini Angelici Præceptoris nostri D. Thomæ.

INDEX ALPHABET1CUS

RERUM ET VERBORUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR

In quo D. disputationem. N. numerum marginalem. Q. quæstionem, A. articulum. C. commentarium et P. paginam designant. *

A

ABSENS. Nequit inter absentes fleri confessio licita. Disp. 3, a num. 200, pag. 231, -Nec valida. Ibi. num. 204, cum seq. p. 233.

ABSOLUTIO. Est forma Sacramenti Pcunilentiæ. disp. 1, num. 59, p. 31. Potest esse aclus more naturalis, disp. 1, num. 105, p. 93. Verba absolutionis non sunt deprecative, sed indicativa, disp. 3, num. 20, p. 150. Eadem absolutione absolvunt Christus, et ejus minister. Ibi. num. 27, pag. 152. Quomodo absolutio comparetur ad Deum et ad Sacerdotem. disp. 3, num 60. p. 164. Proprius effectus absolutionis est remissio peccati. Ibi. num. 64. p. 166. Quomodo verilioantur verba absolutionis, cum peccatum non remittitur, sed perseverat. Ibi. num. 81. p. 174, et quando supponitur jam remissum. Ibid. num. 86, p. 177. Absolutio Sacramentaiis non est mera, cessio juris exigendi satisfactionem, disp. 3, num. 88, p. 178. Varij sensus verborum absolutionis. disp. 3, a num. 106, p. 188. Legitimus prædiotæ formæ sensus. Ibi. num. 113, p. 190. Qua ratione absolutio Sacerdotis procédât absolutionem Dei, disp. 3, num. 129, p, 198. Verba non essentialia, sed utilia in absolutione, disp. 3, num. 133, p. 199. Invocatio sanctissimæ Trinitatis non est do essentia absolutionis, disp. 3, num. 135, p. 200. An, et quale peccatum sit illa omittere, ibi. num. 139, p. 203. Quid dicendum de particula, *Ego*. Ibi. num. 141, Ibid. Quid de particula *Te*. Ibi. num. 1-12, p. 204. Major difficultas circa ilia verba, *A peccatis tuis*. Ibi. num. 143. Ibid, et 155, p. 205. An explicite prolata induant in effectum Sacramenti, disp. 3, num. 169, p. 211. Gravis obligatio proferendi prædicta verba in forma absolutionis, disp. 3, num. 175, p. 219.

An possit impendi absolutio sub conditione, disp. 3, a num. 177. p. 220. Conditio de prætorito. Ibi. num. 179, p. 222. Conditio de præsenti. Ibi. num. 180, ibid. Major difficultas circa conditionem de futuro, disp. 3, num. 183, p. 224. Magna differentia inter absolutionem Sacramentalem, el absolutionem a censuris, disp. 3, num. 18a, ibid. Quid si ex ignorantia apponatur conditio do luturo, cum intentione ad tempus præsens, disp. 3, num. 194, p. »7. An valida sit absolutio dimidiata, ot partialis ex intentione ministri. Ibi. num. 195, p. 228,

De absolutione per epistolam, et inter absentes. latissime disp. 3, a num. 200, p. 231 Quæstio est longe diversa ab ea. quæ occurrit circa moribundum pon exhibentem signa doloris. Ibi. num, 202, p. 232. Qui nullum signum dedit doloris, aut desiderii absolutionis, nequit absolvi, licet Christiane vixerit. Ibi, num. 207. Quanta præsentia vel indistantia debeat esse inter pcenitentem, et minUtrum, disp. 3, num. 223, p. 243.

An simul a pluribus ministris possit absolutio conferri, disp. 3, num. 224, p, 243. Impositio manuum Sacerdotis non requiritur ad absolvendum. Quæst. 84, art, 4, in Comment, p, 245. Plure materiales ministrorum absolutiones possunt esse una formaliter absolutio. Quæst. 84, art. 10, in Comment, num. 24, p. 348.

Absolutio a peccatis reservatis conceditur in articulo mortis j secus in solo periculo, disp. 5, num. 2-99, p. 501. Per absolutionem Sacramentalem non commutatur pœna æterna in temporalem, sed vere relaxatur, .et tollitur, disp. 5, num. 164 p. 488.

ACTIO. ACTUS. Actus humani quo sensu dicantur materia, et forma in aliquibus Sacramentis, disp. 1, num. 42, p. 23. Qui actus arceantur a constituendo essentiam Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 1, num. 58. p. 30. Actus necessarii ad veram Poenitentiam, disp. 1, num. 63, p. 32.

Actus supernaturalis nequii ex ullo line esse peccaminosus, disp. 1, num. 139, p. 67. Radix varietatis in actibus humanis, disp. 1, num. 180, p. 86. An hic actus, *Volo honeste,* aut *Volo Deo in omnibus placere,* excedat vires libori arbitrii, disp. 4, num. 129, p. 320. Impossibile osl eundem actum esse æqualiter, el formaliter amorem, et odium, disp. 5, num. 10, p. 374.

Actus primarius virtutis Pœnitentiæ non est conditionatus, sed absolutus, et efficax. Ibi. num. 2-1, p. 383. In quo consistat actus principalis hujus virtutis, disp. 5, num. 43, p. 396. Qui actus in virtutibus dicantur proprie reflexi, disp. 5, num. d8, p. 399. Quomodo idem aclus possit esse α duabus, vel pluribus virtulibus, disp. 5, num. 104, p. 440. Non semper in actibus secundariis secvatur eadem ratio *sub qua* pertinens ad actus pri-

marias potentiarum, et habituum, disp. 5, num. 137. p- 465.

Unde colligatur actum aliquem virtutis esse supernaturalem. disp. 5. a num. 185, p. 506. Actus supernaturales nullum generant habitum. Ibi. num. 191, p. 511. Actus proprius virtutis Pœnitentiæ imperatur per se a charitate. Ibi. num. 198, p. 516. Per actus supernaturales. licet repetantur, non generatur ullus habitus naturalis, disp. 5, num. 215, p. 531. An inter actus charitatis, et Pœnitentiæ detur connexio, disp. 5, num. 275, p. 582.

An hic actus. *Nunc nolc panitere* sit semËer peccaminosus, disp. 5, num. 385, p. 589.

st obligatio per se, et ex vi præceptorum divinorum eliciendi non semel actus fidei, spei, et charitatis, disp. 5, num. 321. p. 620. Oui actus ad justificationem concurrant, et qua ratione. Quæst. 85, art. 5, in Comment, num. 3 et 4, p. 650.

In actibus supernaturalibus non pars Deo, et Ears creaturæ attribui debent, seif totus actus 'eo, et ejus gratiæ. disp. 6. num. i, et seq. p. 663. Actus supernaturalis non solum in ratione supernaturalis. sed etiam in ratione vitalis, voluntarii, et liberi debet procedere immediate a supernatural! virtute, disp. 6, a num. 29. p. 684. Aliqui actus supernaturales supponunt gratiam habitualena. alii eam non exposcunt. Ibi. num. 65, p. 71 i. Inactu supernatural! nullus conceptus est naturalis, disp. 6, num, 80, p. 726. Quo sensu requiralur major virtus ad posse non agere, quam ad agendum. Ibi. num. 87, p. 731. An actus virtutis supernaturalis habeat a virtute posse non esse. Ibi. num 90, p. 733. Quomodo actus disponentes ultimo ad justificationem subsequantur, et praecedant gratiam justificantem, disp. 6, num. 131, p. '62.

AMOR. Ad amorem naturalem Dei super omnia non datur habitus, disp 5. num. 204, p. 521. Per amorem charitatis non fit satis speciali Pœnitentiæ præcepto, disp. 5, num. 312, p. 610. Aptior est pro adimplendo Pœnitentiæ præceptum attritio cum Sacramento, quam sola Dei dilectio per charitatem. Ibi. num. 316, p. 614. Ad amorem charitatis obiigatur homo per se non semel in vita, disp. 5, num. 324, p. 620.

ANGELUS. Non est subjectum capax virtutis Pœnitentiæ. Quæst. 85, art. 4, in Comment. num. 8, p. 646. Angeli receperunt minorem, aut majorem gratiam juxta inæqualem eorum in naturalibus perfectionem : et quo sensu, disp. 6. num. 21. p. 677.

ANIMA. Anima vere agit per gratiam, et habitus supernaturales, disp. 6, dub. 1 per totum, et specialiter num. 72, p. 720.

APPETITUS. Quomodo in appetitu sensitivo sint, aut non aliquæ virtutes Quæst. 85, art. 1, in Comment, num. 2, p. 364. Sub qua ratione sit subjectum virtutis. Ibi. num. 3, p. 365. An in eo resideat Pœnitentia. Qua'st. 85, art. 4, in Comment, num. 5, p. 642.

ATTRITIO. Sufficiens, et requisita ad fructum Sacramenti Pœnitentiæ debet esse supernaturalis, disp. 1, num. 146, p. 70. An etiam requiratur ad valorem Sacramenti. Ibi. a num. 159, latissime, p. 76. Attritio supernaturaiis alia absoluta, et efficax, alia destituta his conditionibust disp. 1, num. 204, p. 94. Attritio absoluta, el efficax superni vires nntundes arbitrii, disp. -l, num. 6), p. 283. Vide *Contritio,* Attritio aliqua entitaiive naturalis, disp. 4, num. 83. p. 295.

Potest dari attritio de uno peccato, sino extensione ad aliud, disp. 4, num. 134,p. 321, Et non repugnat, talem attritionem limitatam esse opus specialis auxilii Dei. Ibi. num. 135, p. 324. Possibilis est attritio supernaturalis, quæ non se extendat ad omnia peccata, etiam si cognoscantur. Ibi. num. 137, p. 325. Attritio cum Sacramento æquivalet contritioni in ordine ad præceptum, disp. 5, num. 231, p. 547. An, el quo sensu attritio sit melior contritione, disp. 5, num. 216. p. 561. Per attritionem Sacramento conjunctam fit salis pœnitendi præcepto, disp. 5, num. 266, p. 575.

Attritio cum Sacramento sufficit in articulo mortis, sicut in decursu vitæ, quin sit necessaria contritio, disp. 5, num. 301. p. 602. Attritio, quæ in omnium sententia debet sufficere ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ. Ibi num. 304. p. 604. Sententia docens attritionem cum Sacramento sufficere in omni eventu, et his suppositis non teneri hominem ad contritionem etiam in articulo mortis, est certa moraliter, et excludens omne rationabile dubium. num. 308, et sequentibus, p. 608. Ad retractandum efficaciter actum peccaminosum præteritum sufficit attritio cum Sacramento, ibi. num. 310. p. 609.

Actus attritionis non procedit a virtute Pœnitentiæ; sed a timore servili. Ibi. num. 315, p. 613. Quo pacto attritio sit vera Pœnitentia, et cuncta Sacramento satisfaciat pro contritione. Ibi. num. 316, p. 614. An per sotam attritionem sine Sacramento fiat satis præcepto pœnitendi, disp*. 5, num. 329, p. 625. An attritio cum Sacramento sufficiat ad remissionem venialium. In Comment, ad art. 1, quæst. 87, num. 17. p. 809.

AUGUSTINUS. Celebris D. Augustini sententia de influxu Baptismi ficte suscepti, latissime explicatur, et defenditur contra Vasquez, disp. 2, a num. 12, p. 102.

AUXILIUM. Agere per auxilium est minus perfectum, quam agere per habitum, disp. 5, num. 194, p. 514. Quo sensu omnibus adultis conferantur auxilia sufficientia ad salutem, disp. 6, num. 129, p. 761. Nequit Deus, nulla facta suppositione negare homini auxilia sufficientia ad vitandum peccatum, disp. 6, num. 184, p. 795.

B.

BAPTISMUS. Tide PECCATUM. Nullo modo remittit peccata post se commissa, disp. 1, num. 14, p. 11. Quo sensu dicatur Pœnitentia, disp. 1, num. 15, p. 24. Baptismus ficte, aut sine fructu susceptus, si fictio recedat, causât vere gratiam regenerativam. et remissionem peccati originalis, disp. 2. num. 12, p. 102. Peccaia ante Baptismum commissa in nullo eventu perlinent ad Sacramentum Poenitentiæ, disp. 2, num. 25. p. 107. Per quam virtutem iniluat sublata fictione, baptismus ficte receptus, disp. 2, num. 30, p. 110. In qua duratione compleatur, et influât Baptismus, disp. 2, num. 89, p. 136. Baptismus B. Virginis asseritur, el explicatur, disp. 4, num.

lf>5, p. 330. Quare Baptismus auferat reatu» oinuis pœnæ. serais Pœnitenlia. disp. 6, num. 168, p. 785. Quomodo m Baptismo remutantur peccata venialia. In Comment, ad art. 1, quæst. 87, num. 15, p. 800.

BENEFICIUM. An Pœnitentia sit majus beneficium, quam innocentia. In Comment, ad art. 2, quæst. 88, num. 10, p. 835.

C.

CAUSA. Potest esse una specie, et numero, licet ex pluribus constituatur, disp. 1. num, 122, p. 60. Mutua inter causas priorités asseritur, cfisp. 2, num. 33, p. 111. Facile declaratur, disp. 5, num. 102, p. 486. Ubi admittenda parlialitas causarum ad unum effectum, disp. 6, num. 6, p. 665. Differentia inter causam principalem, et instrumentalem quantum ad virtutem agendi, disp. 6, num. 26, p. 681· Causa partialis est in modo causandi imperfecta, disp. 6, num. 35, p. 689. Implicat causam esse partialem, et causare totum effectum, disp 6, num 98, p 739.

CERTITUDO. Qualis requiratur, et sufficiat pro adimpletione praeceptorum supernaturalium, disp. 5, num. 231, p. 347 Certitudo moralis, quam homo habet de sua justificatione, dum recipit Sacramentum Pœnitentiæ cum attritione, disp. 5, num. 307, p. 606. Sententia docens attritionem cum Sacramento ita sufficere, quod nec in articulo mortis tenetur homo ad contritionem, est certa moraliter, ibi. num. 308, p 608.

CHARITAS. Ex præcepto charitatis obligatur peccator ad poenitendum, disp. 5, num. 251, p. 566. Cur præceptum charitatis obliget in primo instanti usus rationis, et non sic m aliis, disp. 5, num. 272, p. 579. Præceptum charitatis urget non semel in vita, disp. 5, num. 274, p. 581. Quomodo soleant concurrere præceptum charitatis, et præceptum Pœnitentiæ, Ibi. num. 295, p. 597. An supposita remissione peccatorum facta per solum actum charitatis, teneatur homo ad actum Pœnitentiæ, disp. 5, num. 312, p. 610. Intra quod tempus instat obligatio amoris charitatis, disp. 5, num. 328, p. 624. Quare actus charitatis non sil satisfactoriuspro peccato sicut actus Pœnitentiæ, ibid, num 316, p. 614. Fervor charitatis requisitus ad remissionem peccatorum venialium. In Comment, ad art. 1, quæst. 87, num. 3 et 4, p. 802. An, et quomodo augeatur charitas per actus remissos. In Comment, ad art. 2, quæst. 87, num. 4, p. 813.

CHRISTUS. Solus Christus Dominus est institutor Pœnitentiæ. et aliorum Sacramentorum, disp. 4, a num. 142, p. 327. An per se ipsum Sacramentum Pœnitentiæ ministraverit. Ibi. num. 146, p. 329. Christus prius prædicavit Baptismum, quam Pœnitentiam, disp. 4, num. 162, p. 338. Christus non est baptizatus baptismo a se instituto, sed baptismo Joannis. Ibi num. 163 p. 339. An alios Eer se ipsos baptizaverit. Ibi. Virtutes in hristo sunt ejusdem rationis cum nostris quoad speciem, disp. 5, num. 151, p. 477. Cur in Christo, et nobis sit religio ejusdem rationis ad exhibendum debitum cultum, et non sit eadem justitia ad solvendum satisfactionem. Ibi. num. 153, p. 478. In Christo non fuit virtus Pœnitentiæ, quæst. 85, art. 4. In Comment, num. H, p. 646.

COMMUTATIO. Pœna æterna non commutatur in temporalem, disp. 6, num. 172, p. 787. Commutatio improprie dicta. Ibi. num. 174, p. 778.

CONCRETA. Concreta accidentalia unum significant, et pro alio supponunt, disp. 1, num. 134, n. 65.

CONDITIO. Quæ possint occurrere in administrations Sacramentorum, disp. 3, a num 177, p. 220. Conditio de futuro impedit eorum valorem, disp. 3, num. 186, p. 224. 'Vide *Absolutio.*

CONFESSIO. Licitum, et utile est peccata semel confessa, et dimissa iterum confiteri, disp. 2. num. 42, ρ. 116. An peccata erronee apprehensa sint materia Confessionis, disp. 2, num. 92, p. 138. Non licet peccata gravia prius non confessa dimidiate confiteri, disp. 3. num. 199, p. 230. An Confessio fieri possit inter absentes, disp. 3, a num. 201, p. 231. Confessio sic facta non solum est illicita, sed etiam invalida in omni eventu. Ibi. num. 204, et seq. p. 233. Sententia Clementis VIII, et frivolæ aliquorum explicationes. Ibi num. 2u7, p. 234. An Confessio peccatorum fuerit in veteri lege, disp. 4, num. 154, p. 335.

CONSCIENTIA. Qualiter dictamen conscientiæ erroneæ obliget, disp. 2, a num. 92, p. 138.

CONSILIUM. Quid agendum in occursu tentationum, et in memoria præcedentium peccatorum, quæst. 84, art. 9, in Comment, num. 6, p. 344. An expediat crebra peccatorum detestatio cum eorum cogitatione. Ibi. num. 7, p. 344. Quæ præcise sunt consilii, non proponuntur sub gravi comminatione, disp 5. num. 319, p. 616.

CONSTITUTIVUM. Non est generaliter constitutivum rei id, quo sublato eius essentia destruitur, disp. 1, a num. 65, p. 33.

CONTINENTIA. Quare excludatur *a* ratione virtutis, disp 5, num. 26, p. 384.

CONTRITIO. Est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 1, num. 91, p. 46, Sed qua ratione, num. 94, et sequentibus, p. 47. Qualiter contritio interior significetur per exteriorem, et possint esse ad invicem causa, disp. 1, num. 99, p. 49. Eædem vires requiruntur ad contritionem, quæ ad amorem Dei super omnia, disp. 1, num. 153, p. 73. Notabilis differentia inter contritionem ante Bapiismum. et contritionem post Baptismum, disp. 2, num. 29, p 109. Connexio inter contritionem, et gratiam justificantem, disp. 4, num. 38. p. 270. Specialis sententia Molinæ de viribus naturæ ad actum contritionis, disp. 4, num. 62. p. 282. Vires naturales non sufficiunt ad eliciendum absolutum actum contritionis secundum substantiam acceptum. Ibi num. 63 et 89, p. 283 et 298. Quæ essentialiter complectatur vera contritio, disp. 4, num. 75, p. 290. Contritio nunquam est informis, Ibi. num. 81, p. 294.

Contritio, cujuscumque ordinis sit, semper habet sibi conjunctum amorem Dei super omnia, disp. 4. num. 93, p. 301. In quo sensu contritio coïncidât cum actu charitatis, et non exposcat diversam virtuiem Ibi. num. 100, p. 305. Notabilis differentia inter contritionem, et amorem Dei. Ibi. num, 103, p. 306*

Nulla est contritio, neque esse potest, qua? non sit supernaturalis. disp. 1, num. 106, Î>. 307. Contritio non est purum odium, et üga sed magis actus prosecutionis circa aliquod bonum "disp. 5, num. 10, p. 374. Nequit esse vera contritio do peccatis alienis, sed solum de propriis, disp. 5, num. 66. p. 412. Quomodo contritio procedens, et dependens a gratia possit concurrero ad delendum offensam Dei, disp. 5, a num. 157, p. 482, et num. 165, p. 489.

Actus contritionis nequit fieri per solum auxilium, sed dopendet essentialiter a gratia sanctificante, disp. 5, num. 166, p. 490. Quomodo contritio in Sacramento concurrat ad efficiendum gratiam, si ab ea procedit. Ibi. num, 176, p. 199. Contritio est, et fuit in omni statu sub præcepto, disp, 5, num. 290, p. 546. Quomodo suppleri possit per attritionem cum Sacramento. Ini. num. 230, ibid.

Comparatio contritionis cum attritione, cum et sine Sacramento, disp. 5, num. 246, p. 561. Contritio solet esse debita ex multis motivis, et præceptis, disp. 5, num. 253, p. 567. An contritionis omissio ex multis moUvis præceptæ sit unum peccatum, vel plura, disp. 5, num. 255, p.568. An satisfiat praecepto contritionis, si fiat ex motivo non Pœnitentiæ, sed aliarum virtutum, num. 258, p. 570.

Non oblidatur homo ad eliciendum contritionem statim, ac peccat, disp. 5. num. 269, p. 577. Supposito Sacramento Pœnitentiæ cum sola attritione cognita, non requiritur contritio in ullo eventu, nec etiam in articulo mortis, disp. 5, num. 308, p. 608. Contritio secundum præsentem providentiam includit votum Pœnitentiæ ; et cessante obligatione recipiendi hoc Sacramentum, cessat obligatio eliciendi contritionem. Ibi. num. 310, p/608.

Præceptum contritionis obligat ad illam non diu differendam, disp. 5, num. 317, p. 615. Contritio expellit peccatum, non formaliter, sed dispositive, disp. 6, num. 108, p. 746. Quomodo licet oriatur a gratia sanctificante, tendat ad destruendum peccatum per modum satisfactionis. Ibi. num. 110. p. 747. Contritio concurrit ad expellendum peccatum, non physice, sed moraliter, Ihi, num. **III**, ibid. Contritio in vi satisfactionis aliter se habet ad reatum pœnæ æternæ, et ad reatum pœnæ temporalis, disp. 6, num. 119, ρ· 754. Non contritio interior, sed exterior est proprie pars Sacramenti Poenitentiæ, disp. 1, num. 102, p. 51.

CONVERSIO. Homo lapsus nequit per solas naturales vires se efficaciter convertere in Deum ut ultimum finem naturalem. Disp. 4, num. 89, p. 298- Vide *Contritio.* Supposita elevatione hominis ad supernaturalem ordinem, non potest homo lapsus se convertere ad Deum tu naturalem finem, quin convertatur etiam ad finem supernaturalem, disp. 1, num. 95, p. 302. Conversio ad bonum commutabile solet post justificationem manere, disp. 6. num. 171, p. 787. Quo modo deleatur ultimo illa inordinata conversio. Ibi. num. 173, ibid-

CORRECTIO. Ad quid obliget præceptum correctionis fraternæ, disp. 5, num. 342. p, 0'35.

CRUX. An crucis signum sit necessarium ad perficiendum Sacramenta. Quæst. 8-1. Art 4, In Comment, num. 8, ρ· 246.

D,

DEUS. Implicatorium est Deum complacere in peccalo, ut est materia compensationis per Pœnitentiam, disp. 5, num. 12, p. 895.Omnis gravis offensa Dei est injuria contra ipsum, disp. 5, num. 115, p. 119. Possibilis est vera ratio justitiæ inter Deum, et hominem. Ibi. num. 116. p. 450. Quid in præsenti statu postulet Deus a pœnitente in compensationem injuriæ sibi factæ, disp. 5, num. 267, p. «576. Cur Deus non obliget hominem ad statim satisfaciendum pro injuria sibi irrogata, ut contingit in humanis? disp. 5, num. 333, p. 628. Deus facit creaturam agere. Quæst, 85, art. 5, in Comment, num. 1, p. 649,

Deo, et ejus gratiæ attribuendus est totus actus supernaturalis, disp. G, num. 7, p. 666. Deus nequit esse causa partialis, disp. 6, num. 35, p. 689, 690. Quidquid est a Deo efficienter specialiter, respicit Deum ut causam finalem. Ibi. num. 62, p. 711. Nequit specialiter concurrere ad materiale peccati, nec ad ullum errorem. Ibi, num. 63, p. 713. Diversitas, qua Deus concurrit oum causis liberis, et cum necessariis, disp. 0, num. 88, p. 731.

Deus hominem justificatum nequit punire pœna æterna inferni, disp. 6, num. 181, p. 793. Nequit in pœnam peccati remissi negare homini auxilia sufficientia ad vitandum peccatum. Ibi. num. 182, ibid. Si Deus homini sine antecedente hujus culpa negaret auxilia sufficientia ad vitandum peccatum; vel homo non peccaret, vel peccatum refunderetur in Deum. Ibi. num. 183, p, 794-An magis obliget innocentem, quam pœnitentem. In Comment ad art. 2, quæst. 88, num, 6 et 7, p. 834. Cui Impendat majus beneficium. Ibi. num. 12, p. 836.

DIFFINITIO. Quomodo diffinienda concreta accidentalia, et Sacramenta, disp. I, num. 123, p. 60.

DISPENSATIO. Differentia inter dispensationem, et commutationem, disp. 6, n. 16-1, p. 7*3.

DISPOSITIO. Duo genera dispositionum ad gratiam, disp. 6, num. 66, p. 715. Non datur ultima dispositio antecedens, ad quam gratia sanctificans infallibiliter sequatur, disp. 6, num. 121, p. 755.

DOLOPi, Unde oriatur necessitas doloris ad Sacramentum Pœnitentiæ, disp. 1, num. 63, el num. 110, p, 67. Dolor supernaturalis necessarius ad fructum Sacramenti Painitentiæ, disp. 1, num. 113, p. 69. An ad distinctas Confessiones ejusdem peccati, requiratur novus, et distinctus dolor. Quæst. 81, art. 10, in. Comment, num, 9, p. 351.

DONUM. Propria ratio donorum Spiritus sancti, disp. 5, num. 108, p. 444.

DUBIUM. In dubio de periculo mortis oblidat præceptum Pœnitentiæ. disp. 5, num.

E.

ECCLESIA. In Ecclesia datur potestas ad remiitendum peccata, disp. 1, num. 6, p. 7.

Magis deferendum est Ecclesiæ, quam plurium Patrum auctoritati, disp 3, num. 22, n. 15!. Quid Ecclesia possit, aut non m his. qu® sunt juris divini, disp. 5, num. 271, p, 578.

EFFECTUS. Effectus quo communior, eo Ïelit causam universaliorem, et perfectiorem, isp. 6. num. 70. p. 723.

ÆQUIPOLLENTIA. Admittenda est in verbis, quæ sunt forma Sacramentorum, disp. 3, num. 156, p. 211.

ERROR. Error Novati , et Novatianorum circa Poenitentiam. Quæst. 84, art. 10, in Gomment, p. 319.

EUCHARISTIA. Quomodo hoc Sacramentum remittat peccata venialia. In Comment, ad art. 1. quæst 87, num. 10, p. 808.

EXCOMMUNICATIO. Ad imponendum, et tollendum excommunicationem non requiritur determinata forma, disp. 3, num- 180, n. 225.

EXTREMA UNCTIO. Radix, ut hoc Sacramentum perficiatur verbis deprecativis ; quod in aliis non contingit, disp. 3, num. 41, p, 157, et num. 46, p. 158. Infantes, et perpetuo amentes non sunt capaces Extremæ-Unotionis. disp. 3, num. 102, p. 186.

FESTA. Non datur specialis obligatio poenitendi in diebus festis, disp. 5, num. 282, p. 587.

FICTIO. Quæ solet inveniri, in Sacramentis; in quo consistat, disp. 2, num. 46, p. 118. et num. 91, p. 137. Notabilis differentia inter peccatum fictionis, et alia peccata cum ea simul concurrentia, disp. 2, num. Ibi. An Sacramentum Pœnitentiæ ficte receptum infiuat recedente fictione, disp. 3, anum. 78, P' 172 ·,

FIDES. Fides promovet lumen rationis in actibus propriis naturalibus, disp. 4, num. 51, p. 276. An Deo dicenti possit quis assenliri Deo assensu fidei eutitalive naturalis, disp. 4, num. 132, p. 332. An, el quomodo puer perveniens ad usum rationis teneatur ad assensum fidei, disp. 5, num. 273, p. 581. Fides est aliqua vita supernaturalis in homine peccatore, disp. 6, num. 38, p. 693. An ia peccatoribus detur aliqua forma radicalis, ul eliciant actum fidei, aisp. 6, num· 59, p. 709. Cur informitas non sit essentialis fidei informi, disp. 6, num. 60, p, 710. Cognitio fidei theologicæ fit per species naturales. Ibi, num. 92, et seq. p. 731. Quare sit impossibilis assensus fidei theologicæ ad unum mysterium cum dissensu circa, aliud, disp. 6, num. 134, p. 763.

FINIS. Impossibilis est aversio, et conversio respectu ejusdem ultimi finis, disp. 6, num. 133, p. 763,

FORMA. Duæ formæ distinguendæ in Sacramento Pœnitentiæ, disp. 1, num. 131, p. 61. Forma Sacramenti Pœnitentiæ. disp. 3, a num. 1, p. 142. In Sacramentis forma necessario debet adhiberi verbis excepto matrimonio. Ibi. num. 5. p. 144. Quo sensu qui producit ultimam dispositionem ad forem producat formani φ$ρ« C› num. U9*p. 7o4.

G*

GRATIA. Quomodo differant gratia baptismi, et gratia Pœnitentiæ, licet utraque det primum osse supernaturale, disp. 1, num. 46, p. 24. Quæ illarum sit perfectior. Ibi. num. 47, p. 25. Quæ debeat dici excellens gratia inter Sacranientales, disp. 1, num. 49, p. 26. Licet gratia Sacramentalis Pœnitentiæ aliquando non remittat peocatum, semper tamen esl remissiva illius et ex se remittit, disp. 3, num. 94, p. 181. Gratia necessaria ad contritionem, et attritionem secundum substantiam consideratas, disp. 4, num. 62, p. 282. Distinctio inter gratiam communiter dictam, et gratiam sanctificantem. Ibi. num. 82, p. 291. Necessitas gratiæ supernaturalis ad ali-3ua opera entilative naturalia in homine lapso. isp. -1, a num. 98, p. 304. Necessitas gratiæ excitantis, et adjuvantis disp. 4, num. 119, p. 314. Unde proveniat, quod gratia sanctificans de se permanens facile deperdatur, quæst. 84, art. 10, in Comment, num. 10, p 349. Cur repugnet primam gratiam justificantem cadere sub merito, disp. 5, num. 161, p. 486. Graliæ receptio fieri potest dupliciter, nempe essentialiter, et connaturahler. Ibi. num. 16. p. 487. Non datur præceptum conservandi gratiam distinctum ab aliis præceptis, disp. 5, num. 231 p. 517. Quæ gratia necessaria ad resistendum gravi tentationi, disp. 5, num. 346, p. 639.

Gratiæ, et liberi arbitrii concursus, disp. 6, num. 1, cum sequent, p. 662. Primum gratiæ auxilium, seu gratia operans, disp 6, num. 42, p. 697. Gratia respectu operationis supernaturalis est ratio totalis proxima agendi, sed non est causa totalis, disp 6, num. 46, p. 699. Ad quos virtutum actus requiratur gratia habitualis, disp. 6, num. 65, p. 714. Qualem gratiam admittebant Semipelagiani, disp. 6, num-103. p. 744. Gratia operans alia actualis, et alia habitualis, disp. 6. num. 112, p. 749. An pessit dari ultima dispositio antecedens respectu gratiæ sanctificantis, disp. 6, num. 121, p. Too/lmpossibile est remitti peccatum mortale in quocumque statu commissum, absque infusione gratiæ sanctificantis, disp. 6, num. 139, p. 766. An gratia justificans possit conjungi cum reatu ad pœnam aeternam, disp. 6, hum. 176, p. 789. Non requiritur gratiæ infusio, vel augmentum ad remissionem peccatorum venialium. In comment, ad art. 2, quæst. 87, num. 1, p. 812. Gratiæ augmentum per actus remissos. Ibi. num. 4, p. 813.

HABITUS. Non est qualitas composita ex habitibus partialibus, disp. 5, num. 69, p. 414. Habitus supernaturales dant posse absolute ad actus sini correspondentes : quod non præstant habitus naturales, disp. 5, num. 193. p. 513. Differentia inter modum agendi per habitum, et modum agendi per auxilium. Ibi. num. 194, p. 514. Pro quibus actibus ponantur habitus, et pro quinus non. disp. 5, num. 204, p. 521. Plures habitus laudabiles, qui deficiunt a vera ratione virtutis. Ibi,

num. 214, p. 530. Quo pacto habitus supernaturales sint proxima, et adæquata ratio eliciendi proprias operationes, disp. 6, a num. 4, latissime p. 663. An habitus, et actus theologias sint supernaturales, disp. 6, nuru. 97, p. 739.

HÆRESIS. HÆRETIGI. Hæreticorum inconstantia circa Sacramentum Pœnitentiæ, disp. 1, num. 11, p. 10 Hæreticorum odium in Pœnitentiam Sacramentum, et virtutem, disp. 5, num 11. p. 375. Hæreticorum ars miscere vera falsis, ut fallant, disp. 6, num. 50, p. 702.

HOMO. Repugnat purum hominem satisfacere ad æqualitatem pro offensa peccati gravis, disp. 5, num. 132, p. 462. An pro peccatis venialibus. Ibi. num. 134, p. 464.

IMPERFECTIO. Quæ dicantur imperfectiones in vita spirituali, et an pertineant ad objectum virtutis Pœnitentiæ, disp. 5, num. 82, p. 423.

IMPŒNITENTIA. Impœnitentia, ut impetrat determinationem non pœnitendi, est speciale peccatum in Spiritum sanctum, disp. 5, num. 225, et seq. p. 541. Alia impœuitentia negativa, quæ non est speciale peccatum, nec circunstantia moralis. Ibi. num. 225, p. 542. Impœnitentia finalis quare dicatur peccatum in Spiritum sanctum, disp. 6, num. 159, p. 780.

INGRATITUDO. Reperitur quædam ingratitudo in omni peccato gravi commisso post Pœnitentiam. In Comment, ad art. 2, quæst. 88, num. 1, p. 831. Specialis Ingratitudo in quibusdam peccatis. Ibi. num. 4, p. 833.

INNOCENTIA. An in statu innocentiae fuerit Pœnitentiæ virtus, quæst. 85, art. 4, in Comment, num. 10. p. 618.

An innocentia sit melior, quam Pœnitentia. In Comment ad art. 2, quæst 8s, num. 6, et seq. p. 831.

INSTRUMENTUM. Instrumenta divinæ virtutis possunt esse materialiter plura, et formaliter unum. Quæst. 84, art. 10, in Comment. num. 24. p. 358.

INTELLECTUS. In intellectu creato distinguendæ sunt ratio potentiæ naturalis, el ratio potentiæ obedientialis, et conceptus essentiæ ab utraque ratione præsctndens, disp. 6, num. 77, pp. 724. Intellectus non efficit immediate conceptum intellectionis repertum in visione beatifica Ibi. num. 102, p. 712.

JUS. Modi, quibus jus divinum dicatur servari illæsum, disp. 5, num. 141. p. 1'8.

JUSTITIA. JUSTIFICATIO. Quare aliquæ virtutes cadant a ratione perfectæ justitiæ. Quæst. 85, art. 3. in Comment, num. 2, p. 469. An in humanis dentur plures justitiæ commutativæ specie diversæ disp. 5, a num. 93, p. 132. Non repugnat veræ justitiæ ratio inter Deum, et hominem, disp. 5. num. 116, p. 450. Justitia, et omnes ejus species resident in voluutate. ibi. num. 123, p. 454 Justitia commutativa exposcit æqualitatem quantitative™, et rigorosam. disp. 5, num. 138, p. 466. Justitia vindicativa non comprehendit sub se Pœnitentiam, disp. 5, num. 142, p.469. PropriiB rationes justitiæ vihdidativæ. Lbi. num. 113, p, 470. Modus, et ordo justificationis adultorum, disp. 5, num. 162. p. 186 Justificatio impii includit duas mutationes realilor distinctas. Ibi. num. 163, p. 487. Licet fiat dependentor a satisfactione, absoluto lit gratis. Ibi. num. 167, p. 492. Aclus concurrentes ad justificationem, et eorum ordo. Quæst. 85, art. 5, in Comment, num. 2, p. 650.

LEX. Tempore legis naturæ, et legis scriptæ erat aliquod Pœnitentiæ Sacramentum, disp. 4, num 143. p. 328. An etiam confessio peccatorum fuerit in usu, disp. 4, num. 154, p. 335. Quando cessavit lex vetus, disp. 4, num. 159, p. 337. In lege veteri fuerunt aliqua sacrificia in satisfactionem peccatorum disp. 5, num. 105, p. 442.

LIBERUM ARBITRIUM. Liberium arbitrium in homine lapso est impotens ad plures aclus entitativos naturales, disp. 4, num. 128, et ibi plura, p. 319. Arbitrii vertibilitas ad bonum, et malum. Quæst. 84, ari. 10, num. 10, p. 649. Liberium arbitrium non habet ullum intluxum immediatum partialem in actus supernaturales, et salutares, disp. 6, dub. 1, per totum, p. 662. Non concurrit ut instrumentum proprie, sed ut causa principalis ad supernaturales operationes. Ibi. num. 26, p. 681. Quam libertatem habeant virtutes in propriis operationibus, disp. 6, num. 83, p. 728. Libertas actuum supernaturalium, qua distributione revocatur in principia, disp. 6, num. 85, p. 729.

LUMEN. Lumen gloriæ est tota et adæquata ratio immediata agendi visionem beatificam, disp. 6. num. 17, p. 673. Lumen corporale est ratio, ut objecta immittant species. Ibi. num. 19, p. 675.

MACULA. Quomodo sublata macula peccati, maneat reatus ad pœnam temporalem, disp. 6, num. 163, p. 783. Quid sit macula peccati venialis, el per quid formaliter excludatur. In Comment, ad art. 1, quæst. 87, num. 18, p- 810.

MANUS. Non requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ manuum impositio, quæst 81. art. 4, in Comment, num. 1,p. 2.44. Qua de causa aliqua Sacramenta illam exposcant. Ibi. num. 5, p. 245. Contrarii errores circa manuum impositionem in Sacramento Pœnitentiæ. Ibi. num. 6,p. 246.

MARIA. Virgo Maria potuit suscipere, el suscepit Sacramentum Baptismi, non autem Sacramentum Pœnitentiæ, disp. 4, num. 164, &. 339. B. Virgo habuit, et habet virtutem œnitentlæ, q. 85, art. 4, Comment, num. 9, el 10, p. 647.

MARTYRIUM. An faciat ex attrito contritum, sicut contingit in Baptismo, et Pœnitentia. disp. 1, a num. 27, p. 265. Aclus martyrii est eucilive a fortitudine, sed debet esse imperative a charitate. Ibi. num. 29, p. 266.

MATERIA. Multiplex materiæ acceptio, disp 2, num. 37, p. 113. Materia necessaria ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 2(

nuni. 38. p. 114. Eadem materia remota potest deserviro pluribus numero Sacramentis,.secus vero eadem materni proxima. Ibid. num. 43, p. 117. Ad valorem Sacramentorum non sufficit materia apprehensa, sed debet adesse vora materia a Christo instituta, disp. 2, num. 91, p. 137. et disp. 3, num. 134, p. 199.

MATRIMONIUM. Matrimonii Sacramentum potesl conüci dependentor a conditione de futuro, secus aha Sacramenta, disp. 3, num. 188, p. 225. Notabilis differentia inter aclus requisitos ad esseutiam Pœnitentiæ, et requisitos ad essentiam matrimonii, disp. 1, num. 174, p. 83. et disp. 3, num. 3, p. 143.

MERITUM. Differentia inter merita mortificata, et Sacramentum Pœnitentiæ informe, disp. 3, num. 79, p. 173. Quare merita mortilicata per peccatum redeant per sequentem Pœnitentiam : et peccata exclusa per gratiam non redeant per peccatum subsequens, in Comment, ad art. 1, quæst. 88, num. 10, p. 828.

MODUS. Aliquando pertinet ad rei substantiam, et speciem, disp. 5, num. 240, p.

MORS. MORTIFICATUM. In articulo mortis urget præceptum amoris charitatis in Deum, disp. 5, num. 272, p. 579. In articulo, aut periculo mortis obligat periculo mortis obligat per se præceptum Pœnitentiæ. disp. 5, num. 293, p. 596. Quid importet periculum, aut articulus mortis. Ibi. num 297, ibid. An moribundus suscepto Sacramento cum attritione teneatur adhuc ad contritionem. Ibi. num. 300, p. 601.

N.

NATURA *et* NATURAJLE. Ratio naturalis dictat dolendum, el poenitendum pro peccatis, disp. 4, num. 45, p. 273. In lege naturali non erat determinatus exterior modus Pœnitentiæ. Ibi. num. 47, p.274. Quomodo naturalis ratio se extendat ad attingendum indirecte supernaturalia. Ibi. num. 48, p. 275. et num. 51, p. 276. Quantum adhibeatur ex consortio fidei. Ibi. num. 53, ibid. Intra ordinem naturæ impossibilis est virtus Pœnitentiæ. et vera contritio, disp. 5, num. 216, p. 533. *Naturale* quibus modis dicatur, disp. 5, num. 235, p. 550. Quod est naturale, nequit ullam connexionem habere cum ordine supernaturali, disp. 6, num. 62, p. 711.

NECESSITAS *el* NECESSARIUM. Plures modi, quibus aliquid potest dici necessarium ad salutem, disp. 4, a num. 1, p. 250. Necessitas medii, et necessitas præcepti, disp. 5, num. 217, p. 534. Necessarium necessitate medii est etiam necessarium necessitate præcepti, disp. 5, num. 219, p. 536. Quæ debeat occurrere necessitas, ut instet obligatio præcepti affirmativi, disp. 5, num. 223, p. 539,

O.

OBJECTUM. Objectum formale, et primarium virtutis Pœnitentiæ, disp. 5, num. 39, p. 392. et fusius num. 78, p. 421.

OBLIGATIO. Duplex urgere potest in præceplis, alia per se, alia per accidens, et notandum inter eas discrimen, disp. 5, num. 265, p. 574. Quando, et qua ratione instet obligatio in praeceptis affirmativis, disp. 5, num. 324, p. 620. Potesl homo obligari ad eliciendum aliquos aclus, quin determinetur materialiter tempus eos eliciendi, disp. 5, num 325, p. 621.

ODIUM An odium mali sit æquivalenter amor boni oppositi, disp. 5, num. 9. p. 374. Odium peccati alia ratione peccati alia ratione pertinet ad charitalem, alia ad Pœnitentiam, disp. 5, a num. 46, p. 397. An in odio peccati possit, aut debeat dari medium rationis, disp. 5, num. 59, p. 408.

OFFENSA. Diversitas inter modos, quibus Deus, el homines remittunt offensa, disp. 1, num. 91, p. 46. In omni offensa Dei includitur ratio injuriæ, et injustiliæ, disp. 5. num. 115, p. 449. Remissio offensæ media satisfactione fit gratis, et absolute non ex justitia, disp. 5, num. 168, p. 493. Duplex acceptio offensæ Dei, Ibi. num. 171. p. 495. Offensa Dei Auctoris, et finis naturalis nequit per solas vires naturales auferri, disp. 5, num. 201, p. 518.

OMISSIO. Omissio Pœnitentiæ quomodo voluntaria, et peccaminosa, disp. 5, num. 227, p. 513. Aliquando non est peccatum velle non poenitere, uisp. 5, num. 288, p. 591. An sit possibilis pura omissio libera, disp. 6, num. 88, n. 731.

OPINIO. Usus opinionum probabilium in applicatione Sacramentorum, disp. 3, num. 176, p. 220.

ORNATUS. Qui ab aliquibus asseritur tanquam dispositio ad gratiam Sacramentalem, refellitur, disp. 1, num. 108. p. 53.

P.

PARS. PARTIALITAS. Partes Sacramenti Pœnitentiæ. Vide *Pœnitentia, et Materia, et Forma.* Pars tantum inlegralis Sacramenti supponit non solum ejus essentiam, sed etiam primarium illius effectum, disp. 3, num. 149, p. 208. Quæ dicantur partes intégrales, quæ subjectivae, quæ potentiales, disp. 5, num. 125. p. 541. Partialités ex parte causæ admittuntur, ubi datur partialilas ex parte affectus; secus ubi hæc non adest disp. 6, num. 6. p. 665 Partialités Dei, et voluntatis creatæ in actus supernaturales refellitur. Ibi. num. 98, p. 739.

PECCATUM. Peccata ante baptismum commissa non sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ, sed' Pœnitentiæ virtutis, disp. 2, num. 4. p. 99 Peccata venialia. Vide. *Venialia.* Peccala dubia an, et quomodo debeant esse materia confessionis disp.' 2, num. 44, p. 117. Peccata commissa a baptizato ante ultimum instans, terminativum baptismi, non sunt materia Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 2, num. 48, p. J19. Peccata non vere commissa, sed existimata non sunt materia Sacramenli Pœnitentiæ, bene autem Pœnitentiæ virtutis, disp. 2. num. 96, p. 140. Peccata quo sensu dicantur vincula, disp. 3, num. 20, p. 150. An ejusdem peccati possit fieri major, et major remissio, disp. 3, num. 99, p. 184. Peccare, et de peccato poenitere non

est solius naturæ, sed suppositi, disp. 4, num. 32, p. 267.

Repugnat quod Deus ul ultimus Gnis naturalis diligatur super omnia a peccatore, disp. 4, num. 91, p. 3w. An peccator habeat potestatem antecedentem ad diligendum super omnia Deum ultimum finem naturalem. Ibi. num. 99, p. 304. Nullum peccatum grave est, aut esset remissibile in aliquo statu absque gratia sanctificante, disp. 4. num. 106, p. 307. Ad quid teneatur homo, quando ejus memoriae repræsentantur antecedentia pecoata. Quæst. 84, ari; 9, in Comment num. 4, p. 343.

Nullum est peccatum adeo grave» quod durante vita non possit remitti. In eadem quœst. art. 10. In Comment, num. 5, p. 350. Peccatpm nullo modo amatur, licet ametur Pœnitentia cum eo connexa, disp. 5. num. 16, p. 378. Quomodo peccatum transierit, et maneat, disp. 5, a num. 22, p. 882. Plures rationes communes, el speciales in peccato gravi consideranda?, disp. 5. num. 23, p. 382.

Peccata aliena non sunt materia, nec objectant Pœnitentia, disp. 5, num. 65, p. 411. Omne peccatum grave est vera contra Deum injustitia, et fundat debitum satisfaciendi, disp. 5, num. 1, 8 et seq. p. 373. An committantur plura peccata omittendo aclum a pluribus Virtutibus imperatum, disp. 5, num. *255,* p. 568. Non quoties occurrunt memoriæ peccata, tenetur homo de eis pœnitere, disp. 5, num. 282, p. 587. et num. 310. p. 608. Au in peccatore detur aliqua forma animæ immediate inhaerens pro eliciendis actibus fidei, spei, et similes, disp. 6, num. 58, p; 7i>8.

Quomodo peccatum expellatur per virtutem Pœnitentiæ, disp. 6, num. 109. p. 747 et 111. p. 748. Peccaium expellit physice gratiam : sed non expellitur physice per contritionem, disp. G. num. 118, p. 753. Omnia peccata deleri possunt ner Pœnitentiam, disp. 6, num. 124, p 757. Non potest unum peccatum mortale sine alio remitti, disp. *G,* num. 131, p. 762. Oppositum contingit in venialibus, et quare, Ibi. num. 13*2, p. 763. Impossibile est remitti peccatum mortale absque intrinseca peccatoris mutatione. Ibi. num. 129, p. 765. et remitti unum mortale sine aliis. Ibi. num. 138, p. 766. Peccatum morlale commissum in Statu pur© naturæ non posset remitti absque infusione gratiæ sanctificantis. Ibi; num. 139, p. 767.

Implicat contradictionem dari aliquod peccatum irremissibile, disp. 6, num 111. p. 768. Implicat etiam peccatum remitti, cum committitur, et antequam fiat. disp< 0, num. 147, p. 772. Peccata in Spiritum sanctum . et quare Ita vocentur» disp. 6» num. 154, p. 776. Quod dicatur peccatum ad mortem. Ibi. num. 155, ibid. An peccatum possit remitti absque omni Pœuitentta, disp. 6, num. 185. p. 795.

Datur distinctio ex natura rei inter peccatum mortale, ot veniale. In Comment, ad art. 4, quæst. 87, num. 4, p; 817; Quomodo peccata mortalia conveniant, et differant ex parte aversionis. In Comment, ad art. 1. q. 88, num. 2, p. 824. PecCata dimissa per Poenitentiam non redeunt absolute per subsequens peccatum. Ibi. num. 3, p. 825. Contrarium implicat contradictionem. Ibi. num 14, p. 830; Possunt tamen aliquo modo redire secundum quid. Ibi. num. 15, p. 831. et art. 2, a num. 1, p. 832.

PCBNA. Comminatio gravis pœnæ denotat gravitatem præcepti, disp. 5, num. 320. p. 616. Cur sublata pœna ælorna per Pœnitentiam, non auferatur semper pœna temporalis, disp. 6, num. 163, p. 783. Taxatio pœnæ temporalis non est mere voluntaria, sed fundatur in peccato, ibi. num 166, p. 785. Proportio inter pœnam ot culpam. Ibi num. 167, n. 785.

PCÈN1TENTIA. .Etymologia nominis Pm*nitentid)* el qtlid significet. n Proœm. num. 1, p. 1. Absurda Lutheranorum expositio. Ibi. num. 2, p. 2. Veræ Pœnitentiæ laudes. Ibi. num, 5, p. 4.

Non omnis Pœnitentia est Sacramentum Pœnitentiæ, disp. 1. num. 2, p. 6. Datur in Ecclesia verum Pœnitentiæ Sacramentum, disp. 1, num. 12, p. 10. Differentia inter pœnilentlam ante baptismum, et post baptismum, disp. 1, num. 20, p. 13. Quaîù differant Sacramentum Baptismi et Sacramentum Pœnitenliæ, disp. 1, num. 30, p. 17.

In quo consistat materia, et forma Sacramenti Pœnitentiæ disp. 1. num. 59, p. 31. Actus pœnitentis necessarii ad veram Pœnitentiam, disp. 1, num. 63, p. 32. In Pœùiteutiæ Sacramento tam forma, quam materia causant gratiam, sed magis principaliter forma, disp. 1, num. 79, p. -10. Contritio est pars essentialis Sagramenti'Pœnitentiæ, disp. 1, a num. 90, p. 45. An contritio interna, an externa?ibi num. 102, p. 51. Quomodo in Sacramento Pœnitentiæ distinguendum inter Sacramentum tantum, et rem tantum Sacramenti, et rem, ac Sacramentum simul in Sacramento Pœnitentiæ est contritio interior, disp. 1, num. 108, p. 53.

Qualiter eadem Pœnitentiæ pars possit dici essentialis, et integralis, disp. 1, num. Ill, p. 57. Multiplex partium compositio in Sacramento Pœnitentiæ disp. 1, num. 116, p. 58. In Sacramento Pœnitentiæ boh datur nisi unica absolutionis forma Ibi. nam. 117, p. 58. Qua ratione satisfactio pertineat ad hoc Sacramentum, disp. 1, num. 118, p. 59. Sacramentum Pœnitentiæ est uuuin in specie, et potest esse numerice Unum, disp. 1, num. 122. p. 60.

Diffinitio âacramenti Pœnitentiæ qiiasi physice sumpti, disp. 1, nüm. 124, p. 61. Diffinitio metaphysics hujus SacfàmBhti. Ibi. num. 126, p. 62."Aliæ diffinitiones refelluntur, a num. 137) ibid. Duæ formæ, et duæ significationes distinguendæ in Sacramento Pœnitentiæ, disp. 1, num. 131, p. 64; Pro quo supponat vox Sacramenti Pœnitentia, et quid significet. Ibi. num. 136, p. 65.

Dolor aiiquis.de peccatis est Omnino necessarius in Pœnitentia, disp. I, nüm. 110, p. 67. An sufficiat, quod peccator dolëat do eo, quod non dolet. num. 141, p. 67. Requiritur ad trucium Sacramenti Pœnilentiæ, quod dolor sit supernaturalis, num. 143, p. 69. et num. 157, p. 75. An etiam ad valorem Sacramenti, disp. 1, num. 159, cum sequentibus, p. 76. An possit Sacramentum Pœnitentiæ esse validum, et sine effectu remittendi peccatum, disp. 1, num. 122, p. 92. Sacramentum Pœnitentiæ informe, disp. 1, num. 207, p. 93. et disp. 3, num, 78, p. 172.

.Materia remota Sacramenti Pœnitentiæ. disp. 2, num. 4, p. 99. Non est peccatum originale nec actualia ante baptismum Com-

missn. ibid. num. 5, et sequentibus p. 99. Pœnitentiæ inlluxus non so extendit ad talia peccata udliuc indirecto. Ibid. num. 32, p. 110. Quæ peccala dicuntur materia necessaria Sacramenti Pœnitentiæ ex parte ipsius Sacramenti. disp. 2, num. 37, p. 113. Materia libera. Ibid. num. 38, p. 11-1. Materia sufficiens. num. lu, p. 115. Peccata commissa a baptizato, dum baptizatur, an sint materia hujus Sacramenti, disp. 2, num. 18, p. 119. Quid do peccatis commissis in instanti terminalivo baptismi, disj). 2, num. 54, p. 121. et num. 78, p. 130. Quid de ipso peccato formalis fictionis, sive susceptionis sacrilegio, disp. 2, num. 81, p. 132. Quid de venialibus cum fictione concurrentibus. Ibid. Quid de peccatis falso, aut erronee apprehensis, disp, 2, num. 9:1, p. 138. 4 ,

Forma Sacramenti Poenitentiae, disp. 3, a num. 1. p. 142. Exposcit necessario verba, nec aliter adest. Ibid. num. 2, 142. Et non quaelibet verba, sed verba determinata, disp. 3, num. 7, p. 145. Convenientia prædictorum verborum. Ibid. num. 10, p. 146. Cur non requiratur similis determinatio in liberatione a censuris. Ibidi num. 16, p. 148. Quo sensu forma hujus Sacramenti dicatur .oratio, aut deprecatio, disp. 9, num. 25, p. 152.

An liceat variare aliquid in forma hujus Sacramenti, disp. 3, num. 49, p. 152. An teneat Sacramentum, si detur variatio in forma. Ibid. num. 51, p. 160.

In Sacramento Pœnitentiæ ût remissio peccatorum non solum quantum ad reatum, sed etiam quantum ad Culpam, disp. 3, à num. 63, p. 165. Peccatorum remissio est effectus prius absolutionis Sacramentalis. Ibid, numero 64j p. 166.

Sacramentum Pœnitentiæ non potest celebrari dependenter a conditione de futuro, disp. 3. num. 182, p. 223. Qui ritus, et cæremoniæ, licet laudabiles, possint absque peccato in hoc Sacramento omitti, quæst, 84, art. 4, in Comment. Quem ordinem habeat ad alia Sacramenta. Ibid. num. 4, p. 245.

Sacramentum Pœnitentiæ non est absolutum sive nulla facta suppositione» necessarium ad salutem, disp. 4. num. 3, p. 252. Est necessarium in re, vel in voto ad delendum peccata gravia post Baptismum commissa, disp. 4» num. 3, p. 252. Secus ad remissionem yenialiurh. Ibid, num 6(p.,253. In quo consistat votum Sacramenti Pœnitentiæ. disp. 4, a num. 9, p. 254. Licet melius sit formale, et explicitum, sufficit tamen virtuale» et implicitum. Ibid. num. 13, p, 256, et num. 36, p. 269.

Est etiam Sacramentum Pœnitentiæ necessarium necessitate præcepti divini, disp. 4, num. 22, p. 262. Plura commoda ex Sacramento Pœnitentiæ licet necessario, et difficili. Ibid. num. 24, p. 263. An fuerit Pœnitentia in lege veteri, disp. 4, a num. 43, p. 272. Ratio naturalis dictat pœnitenddm pro peccatis. Ibid. num. 45, p. 273.

Sacramentum Pœnitentiæ noh est inditum a natura, sed aliquando, et ab aliqud institutum. disp. 4, hum. 189, p. 326. Christus Dominus hoc Sacramentum instituit, disp. 4, num. 140, p. 327. Fuit aliquod Pœnitentite Sacramentum in lege naturæ, et iri lege scripta, disp. 4, num. 143, p. 328. Christus post suam Resurrectionem instituit Sacramentum Pœnitentiæ. Ibid. num. 148, p. 331. Rationes congruenti», ut non prius luerit institutum. Ibid. num. 153, p. 334.

Quo sensu Poenitentia debeat durare usque ad finern vit», et esse continua, quæst. 84, art. 9, in Comment, num. 2, n. 342. An homo debeat pœnitere, quoties Illius memoriæ oceurunt peccata pra-terita. Ibid. num. 4, p. 343. Quam continua debeat esse dé peccatis Pœnitenlia Ibid. num. 8, p. 345. Sacramentum Pœnitentiæ est pluries iterabile, quæst. 84, art. io, in comment, num. 6, p. 350. Non solum ubi adest novum peccatum, sed etiam circa idem peccatum sæpius alias confessum. Ibid. num. 7, p. 351. Quid si sit idem dolor? Ibid. num. 8, p. 351.

Multiplex Pœnitentiæ usurpatio. Alia privata, alia publica, quæst. 84, art. 10, in Comment, num. 12, p. 353. Pœnitentia publica alia solemnis, et alia non solemnis. Ibid. num. 13, p. 353. Pœnitenlia publica solemnis non poterat iterari. Ibid. num. 15, p. 354.

An possint plures ministri simul concurrere ad idem numero Pœnitentiæ Sacramentum. quæst. 84, art. 10, Ift Gdmment. a num. 16, p. 354. An eo casu supposito, essent plurâ Sacramenta. Ibid num. 18, p. 355. Aft sil possibile, quod absolutio unius α pluribus sacerdotibus sil licita. Ibid. num. 27, p. 359.

In quibus conveniant, et in quibus differant Pœnitentia Sacramentum, et Pœnitenlia vir* tus. quæst. 85, in explicatione tituli, num. 2, ?. 362. An virtus Pœnitentiæ sit in appetitu. bid. num. 4, p. 363. Actus primarius virtutis Pœnitentiæ, ex D. Thoma. Ibid. art. 2, in Gomment, num. 2 p 366. Virtus Pœnilentiæ noh est pars subjectiva justitiæ, sed solum potentialis. Ibid. art. 3, in Comment, num. 2, p. 369. Habet confinium ad plures, et excellentes virtutes. Ibid. num. 5, p. 370.

Pœnitentiæ convenit esse vere, et proprie vif'tutem. disp. 5, num. 1, p. 371. Aclus ejus pi'imariuSi el specialis illius honestas, et difficultas. Ibid. num. 6, p. 372. Ex eo quod ametur Pœnitentia, non sequitur amari peccatum, quod est illius materia, disp. 5, num. 13» p. 376. Qua ratione Pœnitentia tendat in non esse peccati, cum impossibile sit non esse» aut fuisse ex suppositione, quod fuerit, disp* 5, a num. 19, p. 379. An actus Pœnitentiæ sit conditionatus» an efficax, el absolutus. ibid. num. 24, p. 383.

Pœnitentia est specialis virtus. Ibid, num. 33» p. 389. sub qua speciali ratione respiciet objectum. Ibid. ftum. 34, p. 390. Quod sit objectum formale» et primarium hujus virthtis 'disp. 0» num. 39, p. 392. Actus proprius, et principalis Pœnilentiæ. Ibid. num. 43, p. 396. Pœnitentia est specialis virtutis habitus. Ibid. num. 49, p. 400. Pœnitentia est virtus moralis, disp. 6, num. 08, p. 407. An habeat in proprio actu modum, et medium rationis. Ibid. num. 60» p. 409. Non ordinatur per se primo ad dolorem sensibilem» sed ad spiritualem. Ibid. num. 62, p. 410.

Virtus Pœnitenli® non versatur circa pee*· cata aliena, sed erga propria subjecti, disp. δ, num. 65» p. 411. Objectum quod, et ratio sub quâ virtutis Pœnitentiæ. disp. 5, num. 7», p. 420. An peccata venialia pertineant ad objectum Pœnitentiæ. Ibid. num. 79, p. 421. An etiam imperfectiones. Ibid. num. 82, p. 423.

Virtus Pœnitentiæ est essentialiter, et adæquate diversa a virtute Religionis, disp. 5, num. 83, p. 421. Distinguitur etiam essentialiter a timore filiali. Ibid. num. 108, p. 441. Qua ratione timor induat in actum Pœnitentiæ Ibid, num 110, p. 445. Virtus Pœnitentiæ esi pars justitiæ. disp. 5, num. 112, p. 416. Licet hæc virtus sit species justitiæ, ambit aliquo modo omnes virtutes, et qua ratione, disp. 5, num. 126, p. 457. Pœnitentia est pars potentialis justitiæ commutativæ. disp. 5, num. 128, p. 459. An pro venialibus satisfaciat Pœnitentia non sit perfecta justitia in online ad venialia, disp. 5, num. 135. p. 465. Pœnitentia est virtus essentialiter distincta a justitia commutativa. disp. 5. num. 138, p. 466. Plures dilTerenliæ inter Pœnitentiam, et justitiam vindicativam. Ibid. num. 142, p. 469. An Pœuilentia reducatur ad justitiam vindicativam. Ibid. num. 114, p. 471.

Datur virtus Pœnitentiæ, per se infusa, et supernaturalis. disp. 5, num. 183, p. 501. Actus Pœnitentiæ christianæ est determinato supernaturalis. disp. 5, num. 185, p. 506. Nequit fieri per solas vires naturæ, etiam supfosita gratia. Ibid. num. 197, p. 516. Virtus œnitentiæ est specialiter gratiæ annexa. Ibid. num. 198, p. 516 Potest dari, et datur Pœnitentia naturalis, disp. 5, num. 200, p. 517.

Datur speciale præceptum Pœnitentiæ. disp. 5, num. 218, p. 535. Et est juris divini naturalis, disp. 5, num. 233, p. 549. Ad quod præceptum Decalogi reducatur. Ibid. num. 250, p. 565. Tenetur homo ad poenitendum ex præcepto charitatis, disp. 5, num. 251, p. 566. Et ex misericordia. Ibid. num. 252, p. 567. Quaeliter eadem contritio sit a multis virtutibus, et ex pluribus motivis. disp. 5, num. 254, p. 568. An fiat satis præcepto contritionis, eliciendo eam ex motivo aliarum virtutum distinctarum a Pœnitentia. Ibid, num 2-18, p. 570. et num. 260, p. 572. Implicatorium est, quod urgente præcepto Pœnitentiæ, fiat solus actus cnaritalts. ibid. num. 262, p. 573.

Pœniteus satisfacit poenitendi præcepto non solum per contritionem, sed etiam per attritionem cum Sacramento, disp. 5, num. 266, p. 575. Nemo tenetur ad statim poenitendum, ubi peccatum commiserit, disp. 5, num. 269, p. 577. Neque ad statim confitendum. Ibid, num. 270, p. 578. Magna inconvenienti.i, quæ consequuntur contrariam positionem. Ibid, num. 278, p. 584. Hoc poenitendi præceptum non obligat magis religiosos, et Ecclesiasticos, quam saeculares, disp. 5, num. 281, p. 586.

Nec obligat specialiter in diebus festis, et solemnioribus. Ibid. num. 282, p. 587. Nec quoties peccata occurrunt memoriæ. Ibid, num. 283. p. 588. Quid censendum de hoc actu, *Nunc nolo pœnitere.* disp. 5, num. 285, p. 589. et num. 288, p. 591. Quando obligat per se præceptum Pœnitentiæ. in penculo mortis, disp. 5, num. 297, p. 599. An qui in articulo mortis habuit attritionem cum Sacramento, teneatur adhuc elicere contritionem. Ibid, num. 300, p. G00. Si peccata remissa fuerinl per solum amorem charitatis, adhuc homo tenetur ad actum Pœnitentiæ. disp. 5, nara 312, p. 610. Præceptum Pœnitentiæ obligat ad non diu differendum contritionem Ibid. num. 317, p. 615. Summum eorum periculum, qui usque ad mortem differunt Pœnitentiam. disp. 5, num. 320, p. 616. Inlra quod tempus instet obiigaiio pœnitendi. Ibid. num. 329, p. 625. Non" ei lit satis per solam attritionem. Ibid, casus, in quibus præceptum Pœnitentiæ obligat per accidens, seu ratione, alterius, disp. 5, num. 314. cum seq. p. 637.

Subjectum proprium, et immediatum Poenitentia», quæst. 84, ari. -1, in Gomment, num. 8, p. 611. Voluntas. Ibid., num. 4, p. 612. An etiam appetitus sensitivus. Ibid, num. 5, ρ. 612. Virtus Pœnitentiæ non fuit in Christo, nec in Angelis. Ibid. num. 8, p. 646. Fuit in B. Virgine. Ibid. num. 9, p. 647. Est in beatis. Ibid. num. 10, p. 648. Fuit etiam in statu innocentiæ. Ibid. num. 10, p. 648.

Quanta sit virtutis Pœnitentiæ perfectio comparative ad alias virtutes. Quæst. 85, art. 6, in Gomment, a num. 3, p. 652. Actus primarius Pœnitentiæ non est fugere. Ibid, num. 5, p. 653. Pœnitentia est perfectior absolute, quam religio. Ibid. num. 6. p. 654.

Virtus Pœnitentiæ est tota adæquata, et immediata ratio agendi actum contritionis, disp. 6, num. 4, p. 663. Goncurrit ad expulsionem peccati in genere causæ efficientis, disp. 6, num, 109, p. 747. Non tamen phvsice, sed moraliter. Ibid. num. 111, p. 7Î8. Gur disponat physice, et efficiat solum moraliter, disp. 6, num. 115, p. 751.

Oppositio, quam virtus Pœnitentiæ cum omnibus peccatis habet, præ aliis virtutibus, disp. 6, num. 116, p.752. Virtute Pœnitentiæ possunt deleri omnia peccata sine exceptione, disp. 6, num. 124. p. 757. Datur Pœnitentiæ locus pro tota vita præsenti, disp. 6, num. 160, p. 780. Per Pœnitentiam remittitur pœna æterna pro peccato debita. Ibid, num. 161, p. 781. Potest etiam remitti pœna temporalis, licet non semper remittatur. Ibid. num. 162, p. 782. Plus remittitur per Pœnitentiæ Sacramentum, quam per Pœniteuliæ virtutem, ibid. num. 163, p. 783.

Differentia Sacramenti Pœnitentiæ a baptismo in auferendo reatum pœnæ temporalis. disp. 6. num. 168, p. 785. Utrum absque omni Pœnitentia possit remitti peccatum, disp. 6. num. 185. p. 795. Quomodo Sacramentum Pœnitentiæ remittat peccata venialia, in Gomment, ad art· 1, quæst. 87, a num 14, p. 807. Debetur pro venialibus Poenitentia Ibid, num 20, p. 811. Peccata dimissa per Pœnitentiam non redeunt per subsequens peccatum. In Comment, aa art. 1. Quæst. 88, num. 3, p. 825. Ingratitudo reperta in omni peccato gravi commisso post Pœnitentiam. Ibid art. 2, a num. 1, p. 831. An Pœnitentia sit majus donum, et beneficium. quam innocentia. Ibid, a num. 6, p. 834. In Beatis conservatur virtus Pœnitentiæ. Quæst. 85, art. 4, in Comment, num. 10, p. 648.

PERSEVERANTIA. Summum periculum est diu persevare in peccato, disp. 5, num. 3-20, p. 6i6, An sit novum peccatum contra præceptum Pœnitentiæ? Ibid.

PIETAS. Est virtus diversa ab illa, per quam filius satisfacit patri pro irrogatis illi injuriis, disp. 5, num. 97, p. 436. Quare pietatis virtus nou sit cum proprietate justitia, disp. 5. num. 151, p. 479.

POTENTIA. Potentia obed ientialis immediata ad opera supernaturalia repugnat, disp.

6, num. 33, el seq. 1». 087. Potential obedion-tialis passiva: indifUuila amplitudo, disp. 6, num 57, p. 707. An potentia obedientialis, sit supernaturalis, disp. (›, num. 79, p. 726. Potential naturales non concurrunt immediate ad gradus generico» repertos in operibus aupernaluralibus. Ibi. num. 102, p. 742.

POTESTAS. Datur in Ecclesia potestas remittendi peccata, disp. 1, num. 6, p. 7. Differentia inter potestatem absolvendi, et potestatem sanandi infirmos,concessasApostolis, disp. 3, num. 35, p. 154. Potestas clavium explicatur, et defenditur contra absurdas aliquorum interpretationes disp. 3, num. 68, p. 168.

PRÆCEPTUM. Modus, quo præcepta divina sunt infidelibus proponenda, disp. 1, num. 37, p. 21. Præceptum contritionis, et confessionis est affirmativum, el non obligat pro semper, disp. 5, num. 21, p. 381. Datur speciale præceptum Pœnitentiæ, disp. 5, num. 218, p. 535. Media necessaria ad salutem cadunt sub præcepto. Ibi. num. 219, p. 536. Præceptum imperans actum unius virtutis imperat mediate, et indirecte alios aliarum virtutum actus, a quibus ille dependet, disp. 5, num. 221, p. 537. Quid requiratur ex parte intensionis ad implendum præcepta. Ibi. num. 222, p. 538. -

Præcepto contritionis satisfit per attritionem cum Sacramento, disp. 5, num. 230, p. 546. An detur præceptum conservandi gratiam, disp. 5, num. 231, p. 547. Præceptum Pœnitentiæ est juris divini naturalis, disp. 5, num, 233, p. 549. Quo sensu præcepta naturalia sint variabilia, et dispensanilia. Ibi. num, 246, p. 560. Præceptum Pœnitentiæ reducitur ad primum præceptum Decalogi, disp. 5, num. 250, p. 565. Obligatio alia attenditur per se, alia per accidens, el inter eas notabilis differentia. Ibi. num. 265, p. 574.

Præcepta affirmativa non obligant pro semper, sive ad statim agendum, disp. 5. num. 269, p. 577. Dupliciter assignari potest tempus determinatum pro alicujus præcepti observatione disp. 5, num. 271. Quando instet obligatio^ præcepti pœnitendi, disp. 5, num. 281, p. 586. Vide *Pœnitentia.* et num. 296, p. 590. Licet in mullis præceptis affirmativis non determinetur tempus, obligant tamen per se in tempore urgentis necessitatis. Ibi. num. 296, p. 598. Præceptum Pœnitentiæ urgot, etiam si peccata supponantur remissa per solum amorem charitatis, disp. 5, num. 312. p. 610. Præceptum Pœnitentiæ obligat aliquando in vita ad non diu differendam contritionem. Ibi. num. 317, p. 615.

Præcepta affirmativa communiter imbibunt aliquid de negativis, disp. 5, num. 318, p. 615. Obligant non solum in extrema necessitate, sed etiam in aliis, disp. 5, num. 323, p. 619. Intra quod tempus. Ibi. num. 328, p. 624. In quo conveniant, et in quo differant præcepta pœnitendi, et restituendi, disp. 5, num. 337, p. 632. Præceptum correctionis fralernæ. Ibi. num. 312, et sequent, p. 635.

PRINCIPIUM. An de ratione principii vitalis sit esse ab intrinseco, dis. 6, num. 69, p. 717.

PROPOSITIO. Aliquæ propositiones merito condemnatæ a sede Aposlolica disp. 5, num. 324, p. 621. et num. 330, p. 626.

PUER. Qua. ratione perveniens ad usum rationis teneatur ad actus fidei, el rhiritatis, disp, ◗, num. 272, et seq. p. 579.

PURGATORIUM. In Purgatorio remittuntur aliqua peccata venialia non tantum quoad pœnam, sed etiam quoad culpam. In Comment. ad art. 4, quæst, 87, num. 6, et seri, p. 818.

R.

REATUS. Differentia inter reatum pœnæ æternæ, et reatum pœnæ temporalis quantum ad expelli per contritionem, disp. 6, num. 110, p. 747. Cur sublato reatu ad pœnam æternam, manere soleat ad temporalem, disp. G, num. 163, p. 783. Radix reatus ad pœnam temporalem, qui post justificationem solet manere. Ibi. num. 170, p. 786. An reatus pœnæ a-ternæ possit conjungi cum gratia sanctificante. Ibi. num. 17-1, p. 788.

REGULARES. Præceptum naturale pœnitendi non magis obligat religiosos, et ecclesiasticos, quam sæculares, disp. 5, num. 281, p. 586.

RELIGIO. Virtus religionis distinguitur essentialiter a virtute **Pœnitentiæ,** disp. 5, num. 83, p. 424. Propria virtutis religionis officia. Ibi. num. 90, p. 429. Religio tam in nobis, quam in Christo tendit cum inæqualitate, et deficit a proprietate justitiæ, disp. 5, num. 154, p. 479. Comparatio inter virtutem religionis, et virtutem Pœnitentiæ quantum ad perfectionem, quæst. 85, art. 6, in Comment. num. 6, p. 6ø4.

RELIQULÆ Quæ dicantur peccatorum reliquiæ, disp. 6, num. 184, p. 795.

REMISSIO. Vide *Peccatum.* Nequit unum peccatum mortale remitti sine alio, disp. 6, num. 131, p. 762. Oppositum implicat contradictionem. Ibi. num. 136, p. 765. Impossibile est peccatum irremissibile. Ibi. num. Ill, p. 768. Repugnat peccatum remitti, dum committitur, et antequam fiat. Ibi. num. 117, P- 772.

RESTITUTIO, Quam cito, et continuo urgeat obligatio restituendi, disp. 5, num. 332, p. 627. Ubi non urgeat, sed possit aliquantulum protrahi. Ibi. num. 335, p. 630.

SACERDOS. An idem pœnitens possit absolvi a mullis simul sacerdotibus. Quæst. 81, ari. 10, in Comment, num. 16, p. 354. An Sacerdos, qui conscius peccati mortalis celebrat non præmissa Pœnitentia, committat duo peccata, disp. 5, num. 311, p. 637.

SACRAMENTUM. Raaix distinctionis inter Sacramenta, disp. 1, num. 26, et seq. p. 16. Quid elementi nomine importetur in Sacramentis, disp. 1, num. 41, p. 22. Quæ dicatur gratia excellens in Sacramentis, disp. 1, num. 52, p. 28. Licet totum Sacramentum causet gratiam, principalius tamen per formam, quam per materiam, disp. 1, num. 79. p. 40. In Sacramentis non dantur partiales causalilates, et significationes, sed una, disp. 1. num. 86, p. 43.

Distinguendum in Sacramentis, quod est Sacramentum tantum, el quod est res Sacra-

menti tantum, et quod est res, et Sacramentum simul, disp. 1, num. 03, p. 46. Quæ variatio in formis Sacramentorum impediat eorum valorem, disp. 3, num. 53, p. 160. Signilicalio Sacramentorum sicut et causalitas in "fieri, el in facto esse, disp. 3, num. 131, p. 199. Nullum Sacramentum, nec etiam matrimonium potest confici dependenter a conditione de futuro, disp. 3. num. 190, p. 226.

Quæ praesentia, sive indistantia sit necessaria inter materiam, et ministrum Sacramentorum. disp. 3, num. 223, p. 242. In quibus Sacramentis adhibeant ministri manuum impositionem. quæst. 84, art. 4, in Comment, num. 3, p. 245. In quibus Sacramentis communicetur oopiosior gratia. Ibi num. 5. p. 245. An fuerint Sacramenta ante legem gratiæ, disp. 4, a num. 43, p. 272. Quomodo Sacramenta remittant peccata yeuialia, in Comment. ad art. 1. quæst. 87, a num. 7, p. 803.

SATISFACTIO. Non est pars essentialis, sed tantum integratis Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 1, num? 115, p. 57. Quo sensu possit dici pars essentialis, num. 115, in fine, ibid. Qua ratione perlineat ad prædictum Sacramentum, num. 118, p. 59. An causai gratiam ex opere operato. Ibi. num. 120, p. 60. Quare possit unus pro alio satisfacere, non autem pœnitere, disp. 5, num. 73, p. 417. Satisfactio, quam peccator Deo offert, est opus justitiæ, disp. 5, num. 19. p. 379. Satisfactio, cui incumbit Pœnitentia, non est principaliter pro malitia peccati, sed pro offensa passiva Dei, disp. 5, num. 1-16, p. 472. Duplex satisfactio, alia amicabilis, alia violenta, disp. 5, num. 244, p. 559. Quomodo satisfactio extinguat debitum ex injuria contractum, disp. 6, num. 109, p. 747.

SCRIPTURA. In Scriptura solent multum difficilia vocari impossibilia, disp. 6, num. 128, p. 760.

SEMIPELAGIANI. Quæ gratia apud Semipelagionos. disp. 6, num. 103, p. 743.

SPECIES. An species cognitioni deservientes sint vitales, disp. 6, num. 71, p. 719. Species concurrentes ad supematuralem cognitionem possunt esse naturales. Ibi. num. ill, p. 737. An species naturales possint elevari in munere renræsentandi. Ibi num. 95, p. 738.

SPIRITUS. Dantur specialia peccata in Spiritum sanctum, et quæ dicantur, disp. 6, num. 153, et seq. p. 776.

STATUS. Sacramentum Pœnitentiæ alligatur præsenti statui, secus Pœnitentiæ virtus, disp. 2, num. 10, p. 101. Quid supra virtutis essentiam addat status virtutis, disp. 5, num. 200. p. 517.

SUBJECTUM. Proprium, et immediatum subjectum Pœnitentiæ. Quæst. 85, art. 4. In Comment, num. 3, p. 641.

TEMPUS. Dupliciter potest tempus determinatum assignari pro alicujus præcepti observatione, disp. 5, num. 274, p. 581. Intra quod tempus instet obligatio præceptorum de actibus virtutum supematuralium, disp. 5, a num. 328. p. 624.

TENTATIO. An urgente gravi tentatione teneamur ad actum Pœnitentiæ, disp. 5, num. 345, p. 638. Quæ gratia necessaria pro gravis tentationis victoria. Ibi. num. 346, p. 639.

TIMOR. Distinctio doni timoris a virtute religionis, disp. 5, num. 90, p. 429. et α virtute Pœnitentiæ, disp. 5, num. 108. p. 444. Quomodo timor concurrat ad actum Pœnitentiæ. Ibi. num. 110, p 445.

TRISTITIA. Quomodo cohæreant in Pœnitentia tristitia, et gaudium, quæst. 84, art. 9, in Comment, num. 10, p. 316.

VENIALIA. Peccata venialia sunt per se sola, et independenter a mortalibus materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 2, num. 40. p. 115. An pertineat ad objectum virtutis Pœnitentiæ, disp, 5, num. 79, p. 421. Pro peccatis venialibus potest homo satisfacere ad æqualitatem, disp. 5, num. 134, p. 484. In venialibus potest fleri remissio unius, et non aliorum, disp. 6. num. 182, p. 762, An firo venialis pœna possit infligi negatio auxiii efficacis ad vincendum gravem tentationem, disp. 6, num. 181, p. 792. Perquam formam expellantur peccata venialia, in Comment. ad art. 1, quæst. 87, num. 2, p. 801. Per quos actus. Ibi. num. 3 et 4, p. 802. Ablata macula venialium solet relinqui eorum reatus ad pœnam. Ibi. num. 5, p. 803. Extra Sacramenta non expelluntur venialia absque formali, vel virtual! actu Pœnitentiæ. Ibi. num. 6, p. 803. Quomodo remittantur intra Sacramentum. Ibi. a num. 7, p. 803. Quomodo per Sacramenta vivorum. Ibi. num. 10, p. 804. Quomodo per Sacramenta mortuorum. Ibi. num. 13, et seq. p. 806. Quid sit macula peccati venialis, et forma illam expellens. Ibi. num. 18, p. 810. Pro venialibus debita est Pœnitentia. Ibi. num. 20, p. 811. Ad remissionem venialium non requiritur gratiæ infusio, vel augmentum. In Comment, ad art. 2, quæst. 87, num. 1, p. 812. Venialia nequeunt remitti, nisi remittatur peccatum mortale, in Comment, ad art. 1, quæst. 87, num. 1, p. 815 Peccata venialia damnatorum puniuntur pœna æterna. Ibi. num. 2, p. 816. Remissio peccatorum venialium in Purgatorio. Ibi. a num. 6, p. 818. Quomodo ibi excludantur quantum ad culpam. Ibi. num. 9, p. 820.

VERBUM. Verba determinata pro forma Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 3, num. 9, p. 146. Si verba ad absolvendum sunt determinata, cur non ad ligandum? Ibi. num. 19, p. 149. Non oportet verba absolutionis esse deprecativa, sed magis indicativa, disp. 3, num. 23, p. 151. Formæ Sacramentorum significant modo indicativo, et non deprecativo, excepta extrema-unctione, et ratio disparitatis, aisp. 3, num. 39, p. 156. Verba absolutionis Sacramentalis q-ualiter explicanda, disp. 3, a num. 106. p. 187. Quæ verba sint de essentia absolutionis Sacramentalis, disp. 3, num. 132, p. 260.

VERECUNDIA. Non est virtus, et quare, disp. 5, num. 25, p. 384. Differentia inter verecundiam, et Pœnitentiam in respiciendo turpe factum. Ibi. num. 26. p, 384, et num. 30, p. 387. Non datur habitus verecundiæ. Ibi. num. 32, p. 388.

VIRGINITAS. Est specialis virtus, et dis-

Unguitur α religione, disp. 5, num. 80, p. W9.

VIRTUS. In quo conveniat virtus Pœnitentiro cum Sacramento Pœnitentiæ. et in quo diderat. Quæst. 85, in explicatione tituli, num. 2, p. 362. An habitus, vel saltem actus virtutis Pœnitentiæ sit in appetitu sensitivo. Quæst. 85, art. 1, in Comment, num. 3, p. 365. Pœnitentiæ virtus non est rigorosa justitia, sed pars potentials justitiæ. Quæst. 85, art. 3, in Comment, num. 2, pag. 369. Quo sensu virtus diffiniatur esso dispositio perfecti, cum non semper supponat subjectum perfectum, disp. 5, num. 3, p. 371. Fieri potest, quod actus virtutis supponat aliquid ex parte subjecli, quod tamen ejusdem virtutis habitus non supponit, disp. 5, num. 13, p. 376. Sunt aliquæ virtutes, quæ ex parte vel subjecti, vel actus supponunt aliquam imperfectionem. Ibi. num. 14, p. 377. In quo sensu omnes virtutes morales acquisilæ sint necessario connexæ, disp. 5, num. 29, p. 386. Datur specialis virtus, quæ dicitur Pœnitentia, disp. 5, num. 33, p. 389- Quid sit virtus theologica, quid moralis. Ibi. num. 58, p. 407. Virtutum intensio in quo consistat, disp. 5, num. 69, p. 414. Unde oriatur multiplicitas, el distinctio virtutum tam haturalium, quam supernaturalium, disp. 5, num 87, p. 427. Non est contra generalem rationem virtutis, quod ejus actus supponat aliquem defectum ex parte subjecti, disp. 5, num. 100, p. 437. Distinctio inter virtutes, et dona Spiritus sancti. Ibi. num, 108, p. 444. Omnes virtutes morales reducuntur ad aliquam ex Cardinalibus, disp. 5, num. 123, p. 454. Partes integrales, sub.jectivæ, et potentiates virtutum. Ibi. num. 125, p. 456. Radix, ut aliquæ virlûtes nequeant esse in aliquibus subjectis, cum possint esse in aliis, disp. 5, num. 150, p. 476. Respectu hominum omnis virtus per se infusa est supernaturalis, disp. 5, num. 181, p. 503. Sed iu Angelis dantur virtutes naturales per se infusæ. Et ratio differentiæ. Ibi. Datur virtus Pœnitentiæ per se infusæ, et supernaturalis. Ibi. num. 183, p. 504. Propria raliq virtutum per se infusarum, seu supernaturalium, disp. 5, a num. 190, p. 510. Virtutes imperantur a charitate, sed specialiter Pœnitentia, disp. 5, num. 198, p. 516. Datur Pœnitentia naturalis, sed non est virtus. Ibi. num. 200, p. 517. Omnis virtus supponit ex parte voluntatis rectum finem, disp. 5, num. 203, p. 520. Omni virtuti naturali correspondet virtus supernaturalis, sed non e converso, disp. 5, num. 213, p. 529. Ubi præcipiunlur virtutum aclus, comprehenduntur eorum propria motiva. Ibi. num. 221, p. 537. Mutua inter virtutes dependentia in eliciendo suos actus. Ibi. num. 238, p. 553. Per unius virtutis actum non adimpletur præceptum alterius. Ibi. num. 259, p. 570. Una virtus non attingit formaliter objectum alterius, nec pro illa supplere potest, disp. 5, num, 313, p. 611. Quomodo una virtus pertinoat ad diversas potentias. Quæst. 85, art. 4. In Comment, num. 6. p. 644.

Comparatio inter virtutes quantum ad perlectionem. Quæst. 85. art. G, in Comment, per totum, et præcipue, num. 9, p. 656. Omnis virtus supernaturalis est tota adæquata, et immediata ratio egendi actum supematuralem sibi correspondentem, disp. 6, num. 4, p. 663. Ratio voluntarii in actu supernaturali reperta nequit esse proxima nisi a supernatural! virtute elevante voluntatem, disp. 6, num. 31, p. 686. Qui virtutum actus supponant, aut non gratiam habitualem. Ibi. num. 66, p. 715. Quomodo virtutes concurrant ad libertatem suarum operationum, licet non sint principium eas omittendi aut eliciendi actus contrarios, disp. 6, num. 82, p. 727. Quomodo virtus determinata ad unum extremum contradictionis possit efficere actum liberum. Ibi. num. 85, p. 729.

VITA, VITALE. Actus supernaturalis sub ratione vitalis petit procedere a principio supernaturali, disp. 6, num. 30, p. 685. Radix et principia, ut homo vivat per supernaturales operationes. Ibi. num. 32, p. 687. Vita supernaturalis ad instar naturalis, num. 39, p. 694. Per totum. Quomodo vitalitas fidei salvetur absque forma animam informante, disp. 6, num. 64, p. 714. Duo vivendi modi in ordine supernaturali. Ibi. num. 66, p. 715. An species cognitioni servientes sint vitales. Ibi. num.' 71, p. 719. In tota præsenti vita datur locus Pœnitentiæ, disp. 6, num. 160, p. 780.

VOLUNTAS. An in voluntate dari queant affectus conditional!, disp. 5, num. 20, p. 381. Justitia, et omnes ejus species, et partes resident in voluntate, disp. 5, num. 123, p. 454. Voluntas non eget habitu ad amorem naturalem Dei super omnia, disp. 5, num. 204, p. 521. Voluntas satisfaciendi Deo pro peccato non est actus Pœnitentiæ, disp. 5, num. 137. p. 465. Voluntas est subjectum Pœnitentiæ, et sub qua ratione. Quæst. 85, art. 4, in Comment. num. 2 et 3, p. 641, et 642. Voluntas creata non influit immediate adhuc partialiter in actus supernaturales, disp. 6, num. 4, et sequentibus late, p. 663. Voluntas non conlinet actum supematuralem sub ratione vitalis, nec sub ratione voluntarii. Ibi. num. 29, p. 684. Ut voluntas possit omittere libere actum- charitatis, non requiritur, quod illum possit immediate elicere, disp. 6, num. 86, p. 730. Voluntas eodem actu vult absolute, et vult se velle. Ibi. num. 88, p. 731.

VOTUM. Votum Sacramenti Pœnitentiæ, disp. 4, num. 3, p. 252. Non requiritur formale, et implicitum. Ibi. num. 13, p. 256, sufficit pro voto Baptismi, quod sit virtuale, et implicitum. Ibi. num. 16, p. 258. An cum virtuali voto cohæreat formale, disp. 4. num. 20, p. 260. Quomodo se habeat votum ad virtutem numero 89, p. 298.

FINIS

ANICII, EX TYPIS MARCHESSOU FILIORUM